P. 4582

D. D. D. GASPARIS PATRIS
ET JOANNIS AC SEBAST. FILIORUM

A HERMOSILLA

NOTÆ, ADDITONES,

ET RESOLUTIONES AD GLOSSAS

LEGUM PARTITARUM

D. GREGORII LOPETII,

TOMUS II. PARTIS I. PARTIT. V. PRINC.

OPUS JURISPERITIS AC THEOLOGIS UTILISSIMUM AC necessarium, in quo juxta PARTITARUM methodum Quæstiones Practicæ Forenses secundum Juris Communis, Pontificij, & Regij, Statutorùmque Regni decisiones compilantur, conciliantur ac resolvuntur.

EDITIO TERTIA

Præcedentibus correctior, in qua summarum paginarum Tituli clariores & ad Studiosorum commodum aptiores redditi sunt.

COLONIÆ ALLOBROGUM,

Sumptibus MARCI-MICHAELIS BOUSQUET & SOCIORUM.

M. DCC. XXVI.

CUM PRIVILEGIO SACRÆ CÆSAREÆ ET CATHOLICÆ MAIESTATIS.

ADDITIONES
NOTÆ AC RESOLUTIONES
AD GLOSSAS
TITULI V. PART. V.
LEGUM PARTITARUM
DE EMPTIONE-VENDITIONE,
Vulgò *De las vendidas e de las compras.*

AD RUBRICAM.

SUMMARIUM.

1 *Emptio, & venditio, quibus modis accipitur.*
2 *Emptionis, & venditionis appellatione omnes contractus, ex quibus dominium transfertur, complectuntur.*
3 *Et quando fit mentio pretii, an emptio, vel alius veniant contractus.*
4 *Emptionis appellatione in materia pœnali, & restringibili solùm venit contractus emptionis*
5 *Emptionis appellatione, ex communi usu loquendi solum emptio, & venditio continetur, & non alius contractus.*
6 *Emptis rebus à testatore legatis, solùm titulo emptionis acquisitæ debentur.*
7 *Emptionis nomen comprehensum in judicis sententia solum contractum emptionis comprehendit.*
8 *Item in statutis.*
9 *Venditione prohibita, alienatio ex aliis contractibus etiam prohibita videtur.*
10 *Emptionis, & venditionis origo, & antiquitas.*
11 *Pecuniæ usus à quo tempore cepit.*
12 *Emptionis, & venditionis verbis leges promiscuè utuntur.*

ADDIT. AD GLOSS. RUBR.

1 DE significatione, & acceptione verborum emptionis, & venditionis, & an omnem contractum comprehendat, vide Fabian. de Mont. *in tract. de empt. & vendit. 2. quæst. princ. à num.* 1. Andr. Tiraq. *in tract. de retract. linag.* §. 1. *glos. 2. num.* 1. 2. 3. *&* 4. *& glos.* 14. *num.* 1. *cum aliis.* Arian. Pinel. *in l. 2. C. de rescin. vendit. 2. part. cap.* 1. Hermosilla in v. Partit. *Tom. II.* *num.* 10. 11. *&* 12. *cum aliis,* Bernard. Diaz. *in regul.* 227. *&* 774. *& ibi* Salced. Pet. Duen. *reg.* 239. Falcon. *reg.* 482. D. Franc. Sarmient. *lib. 6. selectarum cap.* 7. Cald. Pereir. *in repet. l. si curat. habens. verbo venumdedisti. C. de integrum restitutione, minorum.* Et *in tract. empt. & vendit. cap.* 8. *à n.* 26. *& de extructione hypothecæ. lib.* 4. *cap.* 3. *à num.* 5. Nic. Moz. *de comment. in tract. de empt. & vendit. cap.* 1. *n.* 26. *cum aliis* Parl. *lib.* 1. *rerum quotid. c.* 3. *n.* 2. Pichard. *in rubr. Inst. de empt. & vendit. n.* 1. *cum aliis.* Mant. *de tac. & ambig. convent. lib.* 4. *tit.* 1. *n.* 3. *cum aliis.* Tusch. *verb. vendit. concl.* 42. *n.* 1. *cum aliis.* Osuald. Illiger. *in annot. ad Donell. enucle. lib.* 13. *cap.* 1. *lit. C,* Matienz. *in l.* 5. *glos.* 6. *tit.* 9. *n.* 1. *lib.* 5. *recomp.* Castill. *quot. contr. lib.* 3. *cap.* 6. *n.* 21. August. Morl. *in empor. utriusque jur.* 1. *part. tit.* 9. *de contrahenda empt. & vendit. in princip. n.* 7. 8. *&* 9. *& in quinto, præmisso. num.* 28. *cum aliis.* Narbon. *in l.* 13. *tit.* 7. *l.* 1. *recomp. glos.* 3. *num.* 1. *&* 2. Azor. *instit. moral. part.* 3. *lib.* 8. *cap.* 1. ex quibus, & aliis, quos ipsi referunt cum Fabian de Monte (qui melius cæteris hanc quæstionem explicat) Bernard. Diaz. Pet. Dueñ. Pinel. & Nicol. Moz. pro faciliore intelligentia (licet multi alii, quos retulimus, contrarium teneant, inter quos sunt D. Francis. Sarmient. & Pet. Aug. Morl.) ex eis constituo regulam: emptionis, & ve- nis appellatione omnes alienationes, & c- ctus, ex quibus dominium transfertur, compre- ex vi, & identitate rationis, *l. statu lib.* 29. §. 2. *de statu lib.* quem pro singulari notat Roman. *glos.* 614. *l. sicut.* §. *in venditionis, ff. quib. mod. pig. vel hypoth. solu. cap.* 1. *de contr. inter dom. & empt. in empt. in usib. feudo.* & quod dicitur de venditione, idem est de omnibus alienationibus, & ibi Bald. *num.* 5. Glos. *fin. in leg. fin. C. de pact. inter empt. verb. in cap.* 1. *de usuris, lib.* 6. & novissime huic opinioni se subscripsit Franc. Sousa *in*

repet.§.actionum inſtit.de action.4.part.cap.1.n.1. ubi pro ea alios refert. Guzm. *de evict. quæſt.5.n.6.* ubi alios laudat. Pat.Azor. *inſtit.mor.p.3.lib.8.c.1.verſ.3.quæritur.* & vide Gloſ.*2.l.43.inf.hoc tit.*

3 Limita primo hanc regulam,ut non procedat, quando fieret cõmemoratio pretii : quia tunc debet intelligi ſolùm de emptione;& ſic procedunt, *text.* cum Gloſ. *in l.1.C. de rebus decurion.ſine decreto non alien.* & *l.1.C.de decurion. lib.10.* & *c.1. de his quæ fiunt à Prælato* ubi Abb. *in 1.col.* Bald.& Jaſ. *in l.cum hi.§.ſi cui ff.de tranſact.* Joan.Andr.*in addit.ad ſpecul. in tit.de empt. & vendit. in §.nunc dicendum,col.2.verſ.ſed pone.* Gloſ.& Bald.*in l.cum dotem. C. de jur.dot.* Fabian. de Mont. *de empt.& vendit.quæſt.princip.num.3.inter tract.DD.tom.5.* Ant. de Burg. *in eodem tr.in rub.n.19.* Bernard.de Luco,*in regul.227.* Surd.*dec.257.n.1.* Grat.*diſce. for.cap.26.n.6.* Guzm. *de evict.quæſt.1.n.10.* ubi tradit, quod teſtator prohibere venditionem ſolum cenſetur , ſi feciſſet mentionem de pretio ex Angel.Bald.& Maran Nicol.Moz.*n.30.ubi ſup.*

Intellige hanc limitationem, quando pretium eſt condignum reſpectu rei, ſecus vero ſi reſpectu uſus, quo caſu erit locatio, Gloſ. *verb. agendo in l.1.§. de ſuperficiebus,* Jaſon. *in l. ex conventione, n.2. C. de pactis,* Covarr. *practic. quæſt. c.28. n.9.* Franc.Souſ. *dict.4.part.c.1.n.2.*

4 Limita 2. in materia pœnali ; ſeu reſtringibili ſecundum Specul. *in titul. de empt. & vendit.* §. *nunc videndum,verſ.ſed pone,* Decianum, *conſ.95. col.1. vol.1.* Moz. *num.31. ubi ſup.* ubi declarat Bald. *in l. voluntas , C. de fideicom.* Fabian. de Mont. *num.6.verſ.4.fallit.* Ant. de Burg. *n.20. ubi ſup.* Pat. Azor. *inſtit. moral. lib.8.cap.1. verſ. ſecundus.* Narbon. *ubi ſup. num.11.*

5 Limita 3. ut non procedat conſiderato cõmuni uſu loquendi,qui propriæ ſignificationi verborum præfertur; & non de omnibus contractibus, ſed ſolum de vulgari emptione intelligitur. Panormit.& Moz.*num.32.* Fabian.de Mont.*num.4.* Anton.de Burg. *n.21. verſ. tertius, ubi ſup.* Azor. *verſ.tertius,* Franc.Souſ.*dict.cap.1.num.5.* ubi ex aliis tradit hodie ſolum contractum venditionis , & pretio celebratum comprehendi.

6 Limita 4. in caſu ſingulari *l.item legato,§.item intereſt. ff. de legat.3.* ubi de teſtatore legante omnes res ab eo emptas , in quo non veniunt res à teſtatore alio titulo acquiſitas. Pont. *ſing.622.* Moz. *n.34. ubi ſup.* Azor. *ubi ſup.*

7 Limita 5. in decreto , ſeu ſententia judicis , in qua nomen venditionis non comprehendit alium contractum , *l. ſi pupillo , §. ſi Prator l. magis puto , §. ne paſſim, ff. de reb. eor.* Fabian. de Mont. *ubi ſup. num.5.*

8 Limita 6. in ſtatutis , in quibus ſumitur ſtricte pro ipſo contractu Fabian. de Mont. *n.7. ubi ſup.* Pat.Azor. *inſtitut. moral. part.3.lib.8.de empt.& vendit. cap.1. verſ. 3. in fin.*

9 [illegible]ita 7. ut non procedat , quoties prohibita eſt venditio ; nam tunc intelligitur prohibita alienatio, etiam ex aliis contractibus, ſi effectus venditionis magis quàm modus conſideratur, & non eſt diverſa ratio in eis ; ſecus verò aliàs, *dict.cap.1. de contr.inter dom.& empt.in uſib.feudo* ubi Bald. *in fine,* & intellige ut per Moz. *num.35.ubi ſup.* ex Tiber. Dec. *reſponſ.59.num.10.lib.1.* Pet. Greg. *ſyntag.lib.25.cap.2.in fin.* D.Franc.Sarmient.*lib.3. ſelect. cap.2. num.14.* Narbon. *in l.1. tit.7. lib.1. recomp.gloſ.3.n.6. & in num.ſequent. & vide* Farin.*deciſ.294.n.9.* ubi tradit prohibita Venditione,non videri prohibitos alios contractus.Guzm. *de evict. quæſt.1. n.8.* ubi alios refert.

De origine, antiquitate, & frequenti uſu hujus contractus, ultra antiquiores, quos ipſi referunt, vide Pinellum, *in rub. C. de reſcind. vend. 1.part. num.1.* Tiraq.*de retract.linag.§.30.gloſ.1.num.16. cum aliis,* ubi tradit permutationem antiquiorem eſſe emptione.Nicol.Moz.*num.11.* & Card.Mantic.*num.9.cum 3.ſequent.ubi ſup.* Joan.Garc.*de expenſ.& melior.cap.1.n.4.* Pichard. *in rub.inſtit.de empt.& vend.& à num.16.* Pet.Aug.Mor. *in emporio,utriuſque jur. part.1. tit.de contrab.empt.& vendit.in princ.lib.26.& 27.* Cald.Per. *in tract.de emp.cap.22.num.42.* ubi tradit apud antiquos diù pecuniarum uſum , argenti , & auri non fuiſſe, & merces non pecuniæ interventu,nec ſignato ære; ſed res commutare conſueviſſe : & multos adducit. Franc. Sou. *in repet.§.actionum in fine dict.4. part. cap.1. n.4.* à quo tempore uſus pecuniæ ceperit, vide apud ſupra citatos. 10 11

Emptionis , & venditionis nominibus promiſcuè leges utuntur; unum pro alio accipientes, *l. veteres, ff. de act. emp. l. qui fundum, §. qui bona, verſ. quia, ff. pro emptore.* Pin. *in l. 2. C. de reſcin. vend.1.part.cap.2.num.3.* ubi latè explicat.Covar. *lib.7. cap.6. n.2.* Franc. Sou. *in repet.§. actionum inſt.tit.de emp.& vend.4.part.cap.1.n.1.* 12

LEX I.

SUMMARIUM.

1 *Emptionis, & venditionis definitio n. 2.*
3 *In jure definitio vix ulla perfecta eſſe poteſt.*
4 *Emptionis ſubſtantialia ſunt conſenſus , res , & pretium.*
5 *Venditio ſine certo pretio in pecunia numerata eſt nulla.*
6 *Pecuniam non ſufficit dare in emptione , niſi pro pretio detur.*
7 *Emptio ſtatim eſt perfecta cũ de pretio in pecunia numerata conveniatur , & valet , licet poſtea pro pecunia ſpecies æſtimata ſolvatur.*
8 *Emptio utrum ſit,ſi pro re ſpecies alia æſtimata à principio detur,Negativa opinio refertur.*
9 *Affirmativa.*
10 *Venditio non probatur ex inſtrumento , in quo venditor confitetur certo pretio vendidiſſe , niſi pretium exprimatur. Intellige ut in num. 12.*
11 *Venditio non probatur , etſi teſtes dicant venditorem certo pretio vendidiſſe.*
13 *Emptio probatur inſtrumento , in quo continetur rem venditam fuiſſe certo pretio : & teſtibus deponentibus rem fuiſſe emptam , ſed de pretij quantitate non recordari,quando controverſia eſt inter unum ex contrahentibus , & alium tertium.*
14 *Item ſi agatur deprobando pacto de retrovendendo.*
15 *Item quando teſtes deponunt de pretio recepto. venditorem in eorum præſentia.*
16 *Emptio nõ dicitur probata,ſi unus teſtis deponit de minori ſumma, & alius de majori , licet emptor majorem ſummam offerat venditori.*
17 *Emptio , & venditio quomodo probatur.*
18 *Venditio non eſt ſi venditor dicat , quòd vendit juſto pretio.*
19 *Venditio pignoris vel hypothecæ valet ſi actum ſit ,*

sit, quòd justo pretio sit empta si intra certum tempus non sit solutum mutuum, & hoc speciale est in mutuo.

20 *Contrarium, imo quòd hæc conventio valeat in omni contractu.*

L. si fundus. §. fin. ff. de pignor. *interpretatur. ibi.*

21 *Vendita re justo pretio, si tradatur, & emptor ea fruitus est, datur venditori actio præscriptis verbis ad pretium.*

22 *Intellige quando res vendita, & tradita consumpta est, vel perempta in potestate emptoris; aliàs non datur ad pretium rei sed ad ejus restitutionem, & ad pretium usus, & commodi, quod emptor habuit.*

23 *Contrarium.*

24 *Pretium quando est incertum arbitrio boni viri est taxandum.*

Judex dicitur bonus vir ibi.

ADDIT. GLOSS. I.

1 AD Glos. I. antequam ad quæstiones Glossæ accedamus præmitte primò, emptionem, & venditionem varie à DD. definiri, ut constat ex traditis à Sebastiano Medicis, *in tractat. de definitionibus, lib. 2. cap. 48.* Petr. Greg. *syntagm. juris, lib. 25. cap. 2.* Didac. Per. *in l. 1. tit. 7. glos. 1. col. 5. lib. 5. ordin.* Pinell. *in 1. part rubric. cap. 3. num. 28.* Lasarte. *de decim. vendit. cap. 1. à num. 1.* Moz. *in tractat. de empt. & vendit. cap. 1. à num. 9.* Mantic. *de tacit. & ambig. convention. lib. 4. tit. 2. n. 1. & 2.* Tiraquel. *de retract. §. 1. ad fin. tit.* Rebuff. *in leg. 66. ff. de verb. signific.* Fab. de Mont. *in tract. de empt. & vendit. quæst. 1.* inter tractat. DD. Pichard. *in rubr. Inst. de empt. & vendit. num. 13. & 14. cum aliis.* Villadieg. *in l. 3. tit. 4. lib. 5. fori Juzgo. num. 1. cum aliis.* Gutier. *de gabellis, quæst. 21. num. 5. & 6.* Soto *de just. & jur. lib. 6. q. 2. art. 1.* Molin. *2. tom. de just. & jur. disput. 336.* ex quibus magis recepta est diffinitio, quæ colligitur ex Accurs. *in glos. verbo, ex pretio in l. pacta conventa. 22. ff. de contrah. empt.* & traditur à Fab. de Mont. *ubi sup.*

2 quam textus *hic* approbat, scilicet. *quod emptio est contractus juris gentium bonæ fidei ultro, citroque obligatorius, qui consensu, re, & pretio perficitur.* Quam ab impugnatione Pinel. *ubi sup.* defendit Mantic. *in dict. num. 2.* explicat Ant. Pichard. *ubi sup.* Pat. Azor. *instit. moral lib. 8. tit. de empti. cap. 1. vers. 1. quæritur.* Rebell. *de oblig. just. lib. 9. de cont. empt. & vendit. quæst. 1. num. 4.* ubi etiam aliam assignat. Bonac. *de contr. disput. 3. quæst. 11. part. 1.* aliam definitionem assignat Sotus, *de just. & jur. lib. 6. quæst. 2. artic. 31. ad fin.* dicens venditionem, & emptionem esse rei pro pretio distractionem, & eum sequitur Pereir. *tract. de empt. & vendit. cap. 18. num. 1.* Leon. Lessius *de just. & jur. lib. 2. cap. 21.* Joan. Tabien. *in inst. tit. de empt. & vendit.* & aliam tradit Franc. Souf. *in repet. §. actionum, in fine de actionibus 4. part. cap. 1. num. 6.* dicens quod est contractus, qui consensu, & re pro certo pretio in pecunia numerata celebratur, cui assen-

3 tire videtur Rebell. *ubi sup.* Vix enim ulla definitio perfecta esse potest, *l. omnis definitio, ff. de regul. jur.* & ideo raro ad eas Consulti descendunt, nec in hac nos morari opportet, & qui de ea disceptare, velit videat *supra citatos.*

4 Præmitte secundo, tria esse substantialia venditioni, consensus contrahentium, res certa ex parte venditoris, & pretium ex parte emptoris. De consensu loquuntur, *l. 2. 3. 6. & 8. & 20.* de pretio, *l. 9. & 10.* de rebus, *l. 11. cum aliis.* ubi vide addita, & Gomez. *2. tom. variar. cap. 2. num. 1.* Rot. Rom. *decis. 517. part. 1. in novis.* Surd. *cons. 202. n. 4. & 5. & decis. 114. n. 6.* Steph. Gratian. *discept. forens. cap. 500. num. 15.* Felician. *de censibus lib. 1. cap. 4. num. 10.* Jacob. Cancer. *variar. resolut. 1. part. c. 13.* Franc. Milan. *decis. Siciliæ, lib. 2. decis. 2. num. 22.* Bertaz. *de clausulis, in proœmio n. 18.* Cevall. *comm. contr. comm. quæst. 536. n. 44.* Pet. Morl. *in emporio utriusque juris, 1. part. tit. 9. de contractu empt. in princ. num. 13.* Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib. 4. tit. 4. n. 1. cum aliis, & tit. 5. & 19.* Ludovic. Cens. *de cens. part. 2. quæst. 1. art. 6. n. 29. & quæst. 3. art. 1. n. 24.* Pat. Rebell. *num. 7.* Azor. *vers. primo emptio, cum duobus sequenti. ubi sup.*

Nota primò, quòd nulla est venditio sine pretio 5
certo in pecunia numerata. Et adde *l. 1. & l. 2. §. sine pretio, l. hæc venditio. 7. §. 1. l. pact. convent. 72. ff. de contr. empt. l. 1. ff. de rer. permutat. l. empti fidem C. de contrah. emp. l. emptionem, C. de rer. permutat. §. pretium, & §. item pretium, inst. de empt. & vend. l. naturalis, §. & siquidem ff. de præscrip. verb.* & ultra ordinarios *in d. locis* Fab. de Mont. *in tr. de empt. & vendit. 5. quæst. princ. n. 2.* Pet. Gregor. *syntagm. juris, lib. 25. cap. 12. & 13.* ubi multa tradit de pretio, quod est de substantia emptionis. Ant. Gomez. *2. tom. variar. cap. 1. num. 1. & 9.* Arias Pinel. *in 2. part. rubr. C. de rescind. vendit. cap. 1. n. 1.* Anton. de Padill. *in dict. l. naturalis, §. & siquidem, num. 1.* Mencha. *de succeff. creation. §. 2. num. 5. vers. qua ratione.* Felician. de Solis, *de censio. l. 1. cap. 4. num. 10.* ubi contrariis satisfacit, & *lib. 2. cap. 1. num. 35. vers. ipse vero, ibi, cujus veritas,* Avendan. *de censibus, cap. 37. num. 3.* Villadieg. *in l. 3. tit. 4. lib. 5. fori juzgo, num. 6.* Joann. Pet. Surd. *consil. 52. num. 52. & consil. 536. num. 5. & decis. 114. n. 6.* Pichard. *in dict. §. pretium, num. 1. & 6. cum aliis.* Morl. *in empor. 1. part. tit. 9. de contrahenda empt. in princip. num. 16.* Bertaz. *de claus. in proœm. num. 18.* Moz. *de contract. in tit. de empt. & vendit. cap. de substantialibus, empt. & vendit. num. 12. cum aliis,* Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib. 4. tit. 19. num. 1. cum aliis.* Cald. Pereir. *de empt. & vendit. cap. 18. num. 1.* Stephan. Gratian. *discep. forens. cap. 742. num. 57.*

† & non sufficit dare pecuniam, nisi pro pretio 6
detur, ut inquit Celsus *in l. ultima ff. de condit. caus. datæ.* ubi quærit, utrum similis sit emptioni, si dedi pecuniam ut mihi Stichum dares, de cujus legis interpretatione vide Ant. Faber. *conjecturarum juris, lib. 6. c. 10.* & Pereir. *ubi sup. num. 22. 23. & 24.* de ejus etiam interpretatione agit, & de conciliatione cum *l. hæc venditio, §. 1. ff. de contr. empt.* Et quando pecuniam do, ut rem mihi tradas; vide eundem Pereir. *in tractat. de empt. & vendit. cap. 22. num. 27.* ubi venditionem esse dicit, & non contractum innominatum.

Intellige quod dictum est, de pecunia numera- 7
ta, quæ debet intervenire in venditione respectu conventionis, non vero numerationis, quia ut eleganter dixit Ulpianus *in d. l. 2. ff. de contrah. empt.* non pretii numeratio; sed conventio perficit emptionem sine scriptis habitam. Unde conventione habita de pretio in pecunia numerata, licet postea loco pretii detur species æstimata, vera emptio contrahitur, *l. pretii causa, C. de rescin. vendit.* & ibi Glos. & Arias Pinel. *in rubr. C. dict. tit. 2. part. cap. 3. num. 1.* Gasp. Rodrig. *de annu. redit. lib. 1. quæst. 13. num. 3.* Font. *de pactis nuptia. 1. part. claus. 4. glos. 8. part. 2. num. 34.* Avendañ.

dict.cap.37. num.13. qui agunt de validitate cenſus, quando loco pecuniæ ſpecies alia datur æſtimata. Moz. *ubi ſup.n.13.& 14.* Pereir. *de empt. & vendit. cap. 18. n. 23.*

8 Sed quid, ſi res tradatur pro alia re æſtimata, an ſit venditio, vel permutatio? Et permutationé eſſe contra Gloſ. & autores *inf.* citandos tuetur Pinel. *in dict. rub. de reſcind. vendit. 2. p.n. 16. cum aliis.*

9 Contrariam opinionem, imo quòd venditio ſit, & non permutatio, tenent Gloſ. Bart. Bald. Fulgoſ. & alii *in l. 1. C. de rer. permut.* Paul. Caſtr. *in l. 1. num. 10. ff. eodem* Alciat. *in l. 2. in princ. num. 23. ff. ſi cert. petat.* & ibi Ripa. *num. 26.* Tiraquel. *de retractu ligna §. 1. gloſ. 14. num. 19.* & contra Pinel. eam defendit Mant. *de tac. & ambig. convent. lib. 4. tit. 19. n. 4. cum ſequentib.* Rebell. *in dict. quæſt. 1. ſect. 3. n. 13.* vide Addit. *infra ad* Gloſ. *tit. 6.*

10 Nota 2. *ex Gloſ.* quòd venditio non probatur ex inſtrumento, in quo venditor confitetur certo pretio vendidiſſe, niſi pretium exprimat. Adde Alex. *in add. ad Bar. in leg. quod ſæpe. 35. ff. de contr. emption. & in l. ſuus, circa med. ff. de jur. jur. & in l. ſi duo patroni, §. Marcel. ff. eod.* & Paul. de Caſt. *& in conſ. 28. vol. 1.* Bart. *in l. admonent col. 6. ff. eod.* Roman. *conſ. 305 ſup. n. 8. & in ſing. 742. & 749.* Arias Pinel. *in rub. de reſcind. vend. 2. part. cap. 1. n. 7. verſ. idem aſſerunt ſcribent.* Joſeph. Maſcard. *de probat. concluſ. 609. num. 9. & concl. 1408. n. 9. & 10.* Trentac. *lib. 3. variar. tit. de empt. reſol. 9. num. 1. verſ. contra, cap. 1.* Mantic. *dict. lib. 4. tit. 19. n. 60.* Aug. Tiraquel. *de retract. lig. ad fin. tit. n. 88.* Hipolyt. de Marſil. *ſing. 38.* Menoch. *conſ. 37. vol. 1. num. 9.* Bertaz. *de clauſ. in proœm. n. 18.* Cald. *de empt. & vend. cap. 8. n. 17.*

11 Nota 3. teſtes etiam non probare venditionem etſi deponant certo pretio vendidiſſe. Et adde Pinel. *num. 7.* Bertaz. *de clauſ. clauſ. 30. gloſ. 1. num. 13.* Maſcar. *concl. 609. num. 19. & dict. concl. 1408. num. 1. & 4.* ubi communem dicit, & hanc ſequitur non obſtante, quòd alii tenuerint contrarium, quos refert *in n. antecedenti.* Tiraquel. *n. 87. & 89.* Mantic. *n 60. ubi ſup.* Mandoſ. *in additionib. ad Rom. conſil. 91. litt. E,* ubi etiam dicit communem. Vincent. Honded. *dict. conſil. 52. num. 8. vol. 1.* Trentacinq. *ubi ſup. verſ. in primo caſu.* Fachin. *controver. juris, lib. 2. cap. 34.* ubi rejecta contraria opinione hanc ſequitur. Pereir. *de empt. & vendit. cap. 18. num. 26.* ubi plures laudat. Tuſch. *concl. 65.* Contraria autem defendit Bald. *in l. 1. C. de reb. alien. non alien.* Rom. *conſil. 91. num. 7.* Barb. *conſ. 90. vol. 3. col. 1. verſ. ſed iſta.* cujus opinionis ea eſt potiſſima ratio, quia licet pretium non probetur, tamen ex juris præſumptione juſtum pretium intervenire præſumitur. *l. ſed quod ff. de leg. 1.* & quod ſit juſtum, judicis arbitrio venit declarandum. Cui rationi ſatisfacit Trentacinq. *ubi ſup. verſ. contra concluſionem,* & tria inconvenientia ex ea ſequi inquit.

In hoc caſu Joann. Parlad. *lib. 2. rer. quotid. c. 18. num. 2.* ait, reum non eſſe abſolvendum, ſed partium jurejurando rem eſſe judicandam. Et pro comprobatione facit traditum *ſup.* in Addit. ad Gloſ. *7. l. 9. tit. 1.* & non probari venditionem, ſi juret rem ſibi venditam, non aliter expreſſo pretio ex Balycet. Ray. Alber Paul. Caſtr. defendit Trentacinq. *ubi ſup. verſ. & per eaſdem.*

12 Intellige primò ea, quæ dicta ſunt de inſtrumento, & teſtibus decerto pretio mentionem non facientibus, quando agitur contra venditorem, ejuſque hæredes, nam tunc probatio dicitur ambigua, & imperfecta, niſi probetur certum pretium, quod eſt ſubſtantia emptionis, & venditionis. Licet enim venditor confiteatur ſe vendidiſſe, non tamen poteſt conveniri, niſi ſibi pretium ſolvatur, *l. Julianus, §. offerri, ff. de actionibus empti,* & pretium incertum ſolvi non poteſt, *l. duo ſunt filii, ff. de teſtament. tutela* Alexan. *conſ. 18. num. 2. & 3. lib. 2.*

† Secus vero ſi controverſia ſit inter unum *ex* cō- 13
trahentibus, & alium tertium, non de ipſo pretio, ſed de contractu emptionis, & venditionis; ut ſi dicat ſe præſcripſiſſe, & ad probandam emptionem exhibeat inſtrumentum, in quo contineatur, emptionem fuiſſe celebratam abſque expreſſione certi pretii; vel producat teſtes, qui deponant eum emiſſe, ſed non recordari de quantitate pretii: nam ex his probatur emptio, ex gloſ. *hic.* Cui adde Paulum Caſtren. Raph. Cumanum. Alex. Fulgoſ. & alios, quos refert, & ſequitur Additionator Alexan. *in d. conſil. 18. in princ. ſuper verbo, non probabit.* Nic. Pignol. *in addit. ad* Lud. Rom. *in d. ſingul. 749.* & Additionat. Hipolyt. de Marſil. *in d. ſingulari. 38.* Bald. *de præſcriptionibus. 3. par. par. princip. quæſt. 19. in fine n. 7.* Tiraq. *in tractat. de utroque retract. ad fin. tit. num. 87. & 90.* Mant. *num. 63. & 64. ubi ſup.* Maſcard. *dict. concluſ. 1408. num. 11.* Afflict. *in conſtit. incipit. ſiquis in poſterum, col. 7. in not. 2.* Trentacinq. *in verſ. in ſecundo caſu, ubi ſup.* qui refert contrariam, & ipſius fundamentis ſatisfacit. Fachin. *dict. n. 34. in fine.* Pereir. *de empt. & vendit. cap. 18.* ubi alios laudat. Bertaz. *dict. clauſ. 30. n. 13.* Pichard. *in §. 1. de empt. & vendit. n. 12.* ubi probare hujuſmodi inſtrumentum dicit, qui ſic eſt accipiendus. Et hæc ſit prima limitatio.

Limita 2. quando inter venditorem, & empto- 14
rem fuit pactum de retrovendendo, ſi venditor conveniat emptorem, & emptor conventionem neget, & teſtes venditori promiſſionem revenditionis factam fuiſſe dicant, non tamen de quantitate pretii commiſſi deponant; Nam tunc pactum ſatis probatum eſſe docet Tiraquel. *de retract. conventionali. §. 1. gloſ. 3. n. 3. & ad finem tit. n. 282.* ubi alios in hanc ſententiam adducit.

Limita 3. ſi teſtes deponant pretium conven- 15
tum ſolutum fuiſſe, & venditorem in eorum præſentia recepiſſe, & contentum fuiſſe; nam tunc probant contra venditorem, & ejus hæredes, licet de pretii quantitate præcisè non deponant. Additionat. Alexan. *conſil. 18. lib. 1.* Maſcard. *dict. concl. 1408. num. 13. & 14.* Trentacinq. *ubi ſup. verſ. concluſ.* Et ex ipſo *in verſ. ſequent.* limita 4. ſi probetur pretium fuiſſe donatum, ſeu remiſſum.

Sed quid, ſi unus teſtis deponit de minori pre- 16
tio, & alius de majori, & emptor velit majorem ſummam ſoluere. vide Alexan. *in add. ad* Bart. *in l. quod ſæpe, 35. §. 2. poſt medium, verſ. in tantum, quid ſi teſtes ff. de contrab. emptione.* ubi tradit non eſſe probatam emptionem etiam in minori ſumma, & Addition. ejuſdem Alex. *conſ. 18. lib. 1. ſuper verb. non probabit verſ. invenio etiam* ubi dicit emptorem non eſſe audiendum, licet majorem ſummam offerat, & eum ſequitur Pinel. *in dict. 2. part. rubricæ, de reſcind. vend. cap. 1. num. 8.* Honded. *conſ. 52. n. 7. vol. 1.* Trentac. *num. 2. ubi ſuprà.* ubi ait ex Addit. Alex. intelligi, quando actor vult ſolum offerre minus pretium, ſecus ſi offerat majus pretium, ſed verius eſt non probare.

De probatione emptionis, & venditionis, & de 17
his, quæ articulari, & probari debent, vide Joſeph. Maſcard. *de probat. concluſ. 609. 610. & 611.*

Nota 4. ex Gloſ. venditionem non eſſe, ſi 18
ven-

venditor dicat, quòd vendit justo pretio, nisi certa quantitas declaretur. Et adde Corneum, *cons.* 50. *num.* 2. *lib.* 1. Anton. Gomez. 2. *tom. variar. c.* 2. *n.* 9. *vers. item etiam.* Pinel. *in rubr. C. de rescin. vendit.* 2. *part. cap.* 1. *num.* 19. *&* 21. ubi variis opinionibus in hac quæstione relatis, huic opinioni adhæret, dicens eam communem. Fachin. *lib.* 2. *controv. juris, c.* 1. *vers. quod attinet ad secundum*, ubi pro hac opinione plures refert, & eam communem dicit. Gratian. *discep. forens.* 3. *tom. cap.* 500. *num.* 30. *&* 31. Et sic est tenendum, licet contrariam opinionem teneant Albert. Fulg. & alii relati à Pinello, & Fachin. *ubi sup. in vers. denique*, & eam noviſſimè amplectitur Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib.* 4. *titul.* 19. *num.* 23. *vers. postquam pretium à judice definitum est*, & *in num.* 25. Rebell. *de obligat. just. lib.* 9. *de contrah. empt. & vend. quæst.* 1. *sect.* 3. *num.* 16.

19 Limita ex Glos. ſpecialiter receptum eſſe in mutuo, ut debitores facilius poſſint pecuniam invenire, quòd valeat venditio pignoris, vel hypothecæ facta eo pacto, ut ſi intra certum tempus non ſit ſoluta pecunia, rem juſto pretio, tunc æſtimandam creditor habeat, *ex l. ſi fundus*, §. *ult. ff. de pignor.* & Add. Gl. *in dict.* §. *ultim.* Riminald. Sen. *conſ.* 412. *num.* 9. & Anton. Gomez. 2. *tom. variar. cap.* 2. *n.* 9. *verſ. item etiam deducitur*, Cald. Perei. *de empt. & vend. dict. cap.* 28. *n.* 28. *verſic. ex quibus*, & vide Add. ad Glos. 1. *l.* 41. *infrà, hoc tit.*

20 Contrarium, imo eam conventionem valere, non ſolum in cauſam mutui, ſed generaliter, ubi precedit alius contractus validus, cui illa conventio vendendi pro juſto pretio adhæreat, docuit Bart. *in dict.* §. *ultim.* Secùs vero, ſi de per ſe dicta conventio eſſet abſque alia, cui adhæreat: nam tunc non valeret. Quem intellectum ad *dict.* §. *ultim.* communiter approbatum dicit Angel. Aret. *in* §. *pretium, num.* 4. *inſt. de empt.* & eum ſequuntur Pinel. *num.* 25. *in d.* 2 *part. rub. cap.* 1. Fachin. *in dict. verſ. ad* ~~*de ſi fundus*~~, Cardin. Franc. Mant. *dict. lib.* 4. *tit.* 19. *num.* 21. *verſ. verumtamen*, *& lib.* 11. *tit.* 10. *num.* 23. Aliter, *dict.* §. intelligit D. Anton. Pichard. *in* §. 1. *inſt. de empt. & vend. num.* 23. ubi tradit non voluiſſe conventionem, de qua *in d.* §. in vim contractus venditionis, ſed in vim pacti de vendendo juſto pretio. Quomodo autem valuerit ibi pactum, cum pactum legis cummiſſoriæ in pignoribus ſit reprobatum, vide Addit. ad *l.* 41. *infr. hoc tit.*

21 Nota 5. ex Azone, quem Gloſſa *hic* refert, ſi res vendita juſto pretio tradatur, pretiumque non declaretur, & ea emptor, vel locator fruitus ſit, dari hoc caſu actionem præſcriptis verbis ad pretium. Et Add. Roman. *in l. ſciendum num.* 33. *ff. de verbor. obligation.* Franciſ. Rip. *in l. iſta ſtipulatio, num.* 20. *verſ. quia reſpondetur, ff. de verb. oblig.* Jaſ. *in* §. *actionum, num.* 168. *inſt. de action. & in l. ſi tibi polienda, ff. de præſcript. verb.* Pinel *in* 2. *part. rubr. C. de reſcind. vendit. cap.* 1. *num.* 19. Pereir. *in tract. de empt. & vendit. cap.* 18. *n.* 1. *in fine.* Valaſ. *de jure emphit. quæſt.* 11. *in fin.* Surd. *deciſ. Mant.* 82. *num.* 13. *&* 14. Fach. *contr. jur. lib.* 2. *cap.* 1. *verſ. ego in hac re, & ver. ſecundum autem*, ubi contra Pinel. ex hac conventione contractum innominatum oriri defendit.

22 Intellige hanc doctrinam ex Gloſſ. *hic*, quando res vendita, & tradita eſt conſumpta, vel peremta in poteſtate emptoris; aliàs non tenetur ad pretium rei; ſed ad ejus reſtitutionem, & ad pretium uſus, & commodi, quod emptor habuit ex illa. Hanc opinionem, & quam hic cogitando relinquit Gregor. Lop. ſequitur Socin. *in l. fin. quæſt.* 4. *num.* 7. *C. de contrahend. empt.* Anton. Gom. 2. *tom. variar. cap.* 2. *num.* 9. *verſ. quo caſu.* Pinel *in rubr. C. de reſcindend. vendit.* 2. *part. cap.* 1. *num.* 22. 23. *&* 24. ubi eam contra Bald. & communem magis probat in conventione, quæ tendit ad venditionem, & ſic eſt tenendum.

Contrarium, imò ſolam traditionem ſufficere, 23 ut ſit locus liquidationi pretii, contra Salicetum tenet Fabian. de Mont. *in tract. de empt. & vendit.* 5. *quæſt. princip. num.* 25. *&* 26. Ruin. *conſ.* 144. *n.* 1. Alexand. *num.* 17. & Crotus *num.* 82. *in l. ſciendum, ff. de verb. oblig.* Surd. *deciſ.* 82. *num.* 14. quibus in conventione, quæ tendit ad locationem aſſentit. Pinel. *in dict. num.* 24. ubi in hoc conſtituit differentiam inter locationem, & venditionem.

Nota 6. ex Gloſſ. quando pretium eſt incertum, 24 arbitrio boni viri eſſe taxandum, & judicem virum bonum appellari. Et Adde, *l. unus*, §. *Prætor* 25 *ait, ff. de injur. l. continuus*, §. *cum ita, ff. de verb. obligat. l. vir bonus, ff. judicatum ſolvi.* Menoch. *de arbitr. caſu* 143. Mantic. *de tacit. & amb. conv. nt. lib.* 4. *tit.* 19. *num.* 25. *verſ. quære*, Alias quæſtiones hujus materiæ vide in additionibus Glos. *l.* 9. *infr.* ubi eſt earum propria ſedes.

LEX II.

SUMMARIUM.

1 *Emere, & vendere hi poſſunt, qui poſſunt contrahere, & obligari.*

2 *Emens à ſervo, qui à domino non eſt præpoſitus publicæ negotiationi, qua pœna teneatur.*

ADD. GLOSS. I.

AD Glos. 1. nota, quod hi poſſunt emere, & 1 vendere, qui poſſunt contrahere, & obligari. Hi autem, qui non poſſunt contrahere, qui ſint, vide *in l.* 4. *&* 5. *tit.* 11. *infr. & ibi*, addita. ubi de mente capto, ſtulto, furioſo, infante, pupillo, minore, & prodigo: & de muto, & ſurdo vide addita ad Gloſſ. 5. 6. *&* 7. *l.* 2. *ejuſdem tit.* & in hac materia emptionis, & venditionis, de furioſo, vide, *l.* 2. *C. de contract. empt.* de prodigo qui bonis interdictus eſt, *leg. ſi ſciens* 29. *ff. eodem*, de ſervo, *leg. ſervi* 13. *ff. de act. & oblig. & l. oblig.* 42. *in fin. ff. eo titul. l. in perſonam* 22. *in princ. ff. de regul. jur. l. ſi liberam* 10. *ff. quod cum eo qui in aliena poteſt.* Fab. de Monte, *in tract. de empt. & vendit.* 3. *quæſt. princip. per totam*, & de pœna mentium à ſervis 2 non præpoſitis à domino negotiationi publicæ ad vendendum. Vide, *l.* 16. *tit.* 11. *lib.* 5. *recompil. & ibi*, Azeved. & à famulis liberis, *leg.* 5. *titul. fin. lib.* 6. Azev. *num.* 4. *ubi ſupr.* ubi quid de emente à filio, nepote, vel ab uxore.

Nota extra gloſ. quod licet emere, & vendere ſint correlativa, non tamen quicumque poteſt emere, poteſt etiam vendere & contra.

SUMMARIUM.

1 *Emptio, & venditio inter patrem, & filium in poteſtate conſtitutum non valet.*

2 *Quid ſi filius habet bona caſtrenſia, vel quaſi, & ſuper eis contrahat.*

3 *Filiisfamilias, & minoribus prohibitum eſt emere, ſeu vendere pecunia credita, & majoribus in tempore quo ſuccedant in majoratu, ſeu contrahant matrimonium.*

4 *Pater, & filius de jure una, & eadem perſona reputantur.*

5 *Pater an poſſit filium præſentare ad jus patronatus.*

ADD. GLOSS. II.

1 AD Gloſſ. 2. Nota *ex text.* inter patrem, & filium in poteſtate conſtitutum venditionem non valere. Adde *l.6. in princ. tit.11. inf. hac part. l. actiones 6. ff. de act. & obligat. l. ne cum 6. ff. de furtis, l. lis nulla 4. ff. de judic. §. hi, qui in parentum. Inſtit. de oblig. quæ ex delict.* Ant. Gomez. 2. *tom. var. cap. 2. num. 2.* Moz. *in tit. de empt. & vendit. cap. de perſonis quæ poſſunt emere, num. 6.* Joan. Gutier. *de gabellis cap. 99. num. 9.*

2 Limita niſi filius haberet bona caſtrenſia, vel quaſi caſtrenſia: nam in eis valet venditio. Et Adde *l. lis nulla 4. ff. de judic. & ibi,* Gloſ. *l. pater, §. 1. ff. de caſtrenſi peculio.* Ant. Gomez. Nicol. Moz. Joan. Gutier. *num. 10. ubi ſupr.* ubi, & tradit, quando gabella debeatur, quem vide *ibi, in*

3 *num. 3. & 4.* & vide *l. 22. tit. 11 lib. 5. recomp.* ubi prohibitum eſt filiis familias, & minoribus vendere, & emere pecunia credita, & majoribus in tempus, quo contrahant matrimonium, vel ſuccedant in majoratu, vel hæreditate, & Matienz. & Azev. *ibi,* & Addit. ad Gloſ. *1. leg. 5. titul. 1. num. 4. ſuprà hoc tit.*

4 Nota *ex text.* & Gloſ. quòd pater, & filius de jure pro una perſona reputantur. Et Adde *l. fin. C. de impub. l. cum ſcimus, §. fin. C. de agricol. & cenſib. lib. 11.* Tiraquel. *in præfactione, repet. l. ſi unquam, C. de revoc. donat. num. 15. cum aliis,* ubi, ut ei moris eſt, multa cumulat, *& num. 7.* ubi plura de amore, & affectu parentum erga filios tradit, quem pro multis allegare ſufficiant, Avile. *in cap. 1. prætor. in gloſ. ſup. verb. nihilos, num. 2.* ubi pro regula ponit, quod pater, & filius pro una perſona reputantur. Et eam exornat, & limitat Aloyſi. Ric. *dec. 36. curiæ Archiepiſc. Neapol. num. 1. & 4.*

5 ubi agit de quæſtione, an pater poſſit filium ad jus patronatus præſentare, ex eo quòd una, & eadem perſona reputatur, & fallentias regulæ tradit, & dicitur una caro, *cap. contradicentes, §. 1. 35. quæſt. 3.* Fontanel. *de pactis nuptialib. clauſ. 4. gloſ. 7. part. 1. num. 63. cum aliis,* ubi plura refert, & explicat; & refert tenentes filium ſuo jejunio, à neceſſitate jejunandi ſolvere patrem, quem vide.

LEX III.

SUMMARIUM.

1 *Nemo invitus compellitur nec emere, nec vendere*

2 *Ampliatur, etſi vendens pretium irrationabile petat, & emptor rationabile offerat.*

3 *Nemo invitus compelli poteſt vendere potius uni, quàm alteri, etſi ſit vicinus, ſeu conſanguineus.*

4 *Referuntur plures limitationes remiſſivè.*

5 *Fiſcus non poteſt cogere privatos res confiſcatas emere, & invehitur contra perquiſitores cõtrariam praxim ſervãtes, & damnatur ambitioſa praxis judicum compellentium privatos emere bona delinquentium.*

6 *Quando executio fit in bonis conductorum gabellarum, & emptor non invenitur; tunc aliquibus divitibus æſtimata traduntur, forma tradita.*

7 *Item quando executio fit ob damnum datum fratribus vulgo de meſta, ſi non inveniuntur niſi bona immobilia. Et de aliis limitationibus, remiſſivè.*

8 *Invitus nemo compellitur locare, remiſſivè.*

9 *Invitus quis vendere, & emere compellitur, quoties ratio publica expoſcit.*

10 *Ædificia privata pro publicis ædificandis deſtrui poſſunt.*

11 *Judex pro dedecore civitatis poteſt domum privatam deſtruere.*

12 *Vicini cogunturvendere domuſculas deformes vicino, qui palatium vult conſtruere.*

13 *Limitatur quando idem facere vult dominus.*

14 *Nobilis pauper habens palatium deſtructum cogitur illud vendere diviti volenti ædificare.*

15 *Dominus non poteſt demoliri ædificium pro cohorte, vel horto faciendo.*

16 *Nemo in ſua domo poteſt quid exercere, ex quo malus odor detur vicinis.*

17 *Nec in calle quid turpe, vel fœtum projicere.*

18 *Ædificia non ſunt deſtruenda, etſi in alieno ſolo ſint facta.*

19 *Si domus eſt diruta, ſeu ruinoſa dominus poteſt cogi illam reædificare, aut alteri vendere.*

20 *Via publica, ſeu itinere deſtructo fundum vicinum habens, cogitur viam præſtare.*

21 *Quando via eſt deſtructa ducens oves, ſive animalia per fundum vicinum, non tenetur de damno, & etiam prohibente domino.*

22 *Vicinus de conſuetudine tenetur itinerem præſtare, non ſibi ſoluto pretio: & an civitas teneatur reſarcire damnum.*

23 *Vicinus cogitur dare viam, ſeu additum vicino per ſuum fundum, ſi per alium locum ad ipſum non ſit aditus.*

24 *De explicatione regulæ, quod tibi non nocet, & alteri prodeſt, &c. remiſſive.*

25 *Si domum meam, niſi per tuam reædificare non poſſum, teneris aditum præſtare.*

26 *Si lumen, niſi per tuam domum habere quis non poſſit, an cogaris illi vendere?*

27 *Quis ædificare non poteſt in ea parte, qua ventus impeditur areæ vicinæ.*

28 *Ædificare in damnum vicini ad impediendum ſolem, ventum, & aërem, quis non poteſt.*

29 *Licentia ædificandi in loco publico conceſſa à Principe, intelligitur ſine damno alterius.*

30 *Princeps ob publicam utilitatem bona ſubditorum auferre non poſſit.*

31 *Conductoribus ſalinarum permittitur compellere vicinos vendere partem terræ neceſſariam pro ſalis labore.*

32 *Vicinus cogitur demum vendere pro reparatione, ſeu ædificatione Eccleſiæ.*

33 *Interpretatio* l. ſi quis ſepulchrum, ff. de relig. & ſumpt. fun. *& an poſſit quis majorum ſepulchro privari.*

34 *Item pro amplianda domo religioſorum, ſi tamen ad habitandum congruum non habeant locum.*

35 *Item pro clauſtro faciendo, vel ampliando.*

36 *Item pro officinis de novo faciendis.*

37 *Item pro dormitorio extendendo.*

38 *Item pro viridario monasterii faciendo, seu ampliando.*

39 *Item pro circuitu monasterii, & via publica directa ad portam Ecclesiæ amplianda.*

40 *Item pro reparatione cujuslibet loci pii.*

41 *Item pro seminario ab Episcopo faciendo.*

42 *Item pro scholis faciendis.*

43 *Item pro ampliatione capellæ, & in quibus capella & Ecclesia æquiparentur.*

44 *Vicinus potest cogi vendere, & tollere prospectum, quo prospicitur monasterium monialium, etiamsi via publica sit intermedia.*

45 *Item si domus vicina noceat Ecclesiæ, seu pio loco, & potest prohiberi ædificare.*

46 *Monachi vicinum prospectum tollere, & dictam servitutem vendere an possint compellere, & quid si viridarium videatur.*

47 *Monialibus prohibitum est habere fenestras correspondentes ad domos vicinorum.*

48 *In electione Ecclesiæ, quando ab utroque latere sunt plura ædificia privata, est eligere partem, in qua vult ædificare.*

49 *Vicinus potest cogi vendere domum, etsi sit vinculata, & suorum majorum.*

50 *Item, & si domus sit alterius Ecclesiæ.*

51 *Venditio coacta debet fieri sine magno vendentis incommodo, & nocumento.*

52 *Item debet fieri justo pretio, & pretium ab aliis oblatum debet reddi.*

53 *Item requiritur, quod integra res ematur, nam dominus non potest compelli ad vendendum partem rei.*

54 *Limita, si necessitas, & utilitas concurrant.*

55 *Item requiritur, quod pretium statim solvatur, & non habeatur fides de pretio.*

56 *Limitatur quando extrema necessitas urget, & multa de necessitate, & fame, remissivè. Et an possit ob necessitatem viliori pretio cogi vendere.*

57 *Item requiritur quod Ecclesia seu Monasterium rem sibi petat.*

58 *Item quod res requiratur pro ampliatione Ecclesiæ, seu monasterii, non vero pro ampliatione rerum particularium Ecclesiæ, in quibus favor publicus non versatur.*

59 *Si Clerici, vel Religiosi in loco alieno ædificent, rectè judex sæcularis potest ædificium destruere.*

60 *Propter publicam necessitatem, habentes frumentum, seu res hominum alimentis necessarias possunt compelli vendere justo pretio à judice taxato, & an compelli debeant generaliter, & an unus solus possit compelli; & an pro conservatione militum, seu fortalicii.*

61 *Item compelli possunt ad vendendum merces vestitui necessarias.*

62 *Item clerici, & Ecclesiastica personæ possunt compelli ad victualia vendenda.*

63 *In casibus, in quibus tenentur vendere, an possint cogi portare foris ad castrum; & vinum an teneantur vendere.*

64 *Clerici, seu Ecclesiasticæ personæ an comprehendantur sub statuto de vendendo frumento certo pretio, seu de non extrahendo frumento, seu alia victualia, & in ædictis, quæ fiunt tempore pestis.*

65 *Et an incurrant in pœnis impositis extrahentibus monetam.*

66 *Clerici an teneantur ad statutorũ observantiam, & contribuere pro occisione luporũ, seu langustarum. Et an judex Ecclesiasticus faciat vim inhibendo judicem sæcularem.*

67 *Clerici an teneantur in foro conscientiæ leges civiles quæ sunt ordinatæ in bonũ publicũ, & sunt cõmunes omnibus stantibus, observare.*

68 *Clerici in casibus, quibus contribuere tenentur, non compelluntur per judices sæculares; sed Ecclesiasticos; nisi requisiti noluerint ipsos compellere, & an tunc per bonorũ captionem possint à judicibus sæcularibus contribuere compelli. Refertur distinctio tradita à Parladorio in hac materia, & quãdo sit sequẽda.*

69 *Animalia clericorum an possint pro damnis datis in pascuis, & segetibus, pignorari à judicibus sæcularibus, usque damnum, & pœna solvatur.*

70 *Quando exempti sint quoad pœnas, tam quoad personam, quam quoad bona.*

71 *Judices sæculares absque metu excommunicationis possint sequestrare frumentum, & oleum decimarum, & cogere clericos ad vendendum quod eis supereſt relicto sibi necessario pro sua sustentatione, & familiarum, si immineat necessitas, & justum pretium eis offeratur.*

72 *Statutum ne intra certum terminum vinum in urbe ingeratur an obliget clericos.*

73 *Judices sæculares caveant absque regia provisione, & non servatis requisitis ante divisionem inter beneficiatos factam triticum, seu ordeum decimarum sequestrare.*

74 *Quando imminet necessitas, & panis penuria, possunt compelli ditiores mutuare pecuniam Civitati ad emendũ triticum, & necessaria.*

75 *Necessitatis tempore habitatores villarum, pagorum, & casalium possunt compelli ad portanda victualia civitati.*

76 *Utilitatis publicæ favore potest fieri prohibitio, ne quis ultra necessarium, & indigentiam emat.*

77 *Utilitatis publicæ favore cives possunt compelli triticum positi emere, ne corrumpatur, & damnum Civitati afferatur.*

78 *Cives compelli possunt vendere frumentum collectum ex agris Civitatis concivibus.*

79 *Cives an possint extrahere frumentum exteris venditum, & intra quod tempus.*

80 *Si emptor ultra taxam emerit triticum, an volens retrahere idem ei præstare debeat.*

81 *An non obstante*, l. 28. titul. 16. lib. 6. recomp. *judices inferiores, & consiliarii civitatum tempore necessitatis, ne extrahatur frumentum absque Regis licentia prohibere possint.*

82 *Agricolæ forenses, an triticum, quod intra terminum civitatis collegerunt possint impunè in suas domos portare.*

83 *Personæ, quæ merces venditioni habent expositas, possunt compelli cessante inopia ad earum venditionẽ pretio justo à judice taxato.*

84 *Dominus postquam res venditioni exposuit non potest pœnitere.*

85 *Declaratur procedere in rebus victui, & sustentationi hominum necessariis.*

86 *Limitatur quando mutandi propositum justa causa adest.*

87 *Pro utilitate publica vendendi libertas potest infringi, & facere ut unus tantum pices, alter carnes &c. vendat.*

88 *Quis compelli potest vendere locum, ut furca erigi possit.*

89 *Offi-*

89 *Officialis justitiæ potest invito domino capere animalia pro executione justitiæ.*

90 *Officialis justitiæ tenetur pretium domino solvere, & damnum, si boves capiat ad portandum delinquentem cum terra ex ipsorum aratro nunquam germinet.*

91 *Et an ad exequendam justitiam quis possit compelli, & de conditione personæ.*

92 *Pretium quod solvi debet, & qui vendere compellitur.*

93 *Plures casus, in quibus quis potest cogi vendere, remissivè.*

ADDIT. GLOSS. I.

1 AD Glos. 1. Nota 1. & constitue regulam, quòd nemo invitus compellitur emere, nec vendere. Et Adde ultra Glossas, & Doctores in locis ordinariis, *hic* à Glossa traditis. Fabian. de Mont. *in tract. de empt. & vend. 3. quæst. princ. n.* 38. *& n.* 39. ubi regulam, & limitationes tradit. Didac. Perez. *in l. 2. tit. 23. lib. 2. ordin. colum.* 433. *vers. tandem quæro.* Anton. Gom. 2 *tom. variar. cap. 2. n.* 51. Menoch. *de arbit. casu.* 462. *num.* 12. Pet. Surd. *cons. 2. num.* 20. *& cons.* 205. *num.* 10. *& in tract. de aliment. tit. 8. privileg. 94. num.* 1. Carp. *ad stat. mediol.* 433. *à n.* 68. Vivi *lib.* 5. *opin.* 1026. Socin. *regul* 425. Capr. *regul.* 87. Covar. *lib. 3. var. cap.* 14. *n.* 8. Hier. Baccar. *de diff. inter jus civil. & crim. differ.* 100 *n.* 18. Card. Tusch. *pract. conclus. litt. E, conclus.* 117. *& litter. V, conclus.* 95. Franc. Vivius *decis. 2. dict. num.* 7. Boër. *decis.* 322. *num. 2,* Giurb. *decis.* 86. *in princ.* Aloys. Ricc. *decis.* 138. 1. *par.* Georg. Cabed. *decis. Lusit.* 105. *part.* 1. Hier. Leo. *regni Valent. decis.* 90. *num.* 1. Molin. 2 *tom. de just. & jur. disput.* 341. *in princ.* Petr. Mori. *in emporio utriusque jur.* 1. *part. tit.* 9. *quæst.* 1. *num.* 1. 2. & 3. Jacob. Cancer. *variar. resolut.* 1. *part. cap.* 13. *de empt. & vendit. n.* 77. Joan. Mart. Novar. *quæst. for. quæst.* 32. *n.* 5. 6. & 7. Guzm. *de evict. quæst.* 52. *num.* 15. Valas. *de privil. paup. part.* 1. *quæst.* 24. *n.* 1. & hæc regula æquissima est, ut inquit Covarr. *ubi sup.* rationem habent in juris principiis, quòd in re sua, quilibet est moderator, & arbiter, & de re propia dominus ut libere, & absolute disponat *l. in re mandat.* 21. *C. mand.* D. Ferdinan. Mench. *controver. illust. cap.* 17 *num.* 2. *& cap.* 9. *num.* 18. Emere namque, & vendere actus est naturalis libertatis. Menoch. *de præsumpt. lib.* 13. *præsumpt.* 130. *num.* 54. adeò ut iniquum videatur, quem compelli rem suam alteri vendere, *leg. neque enim, ff. rer. amotar.* neque è contra emere, quis cogitur. Jason. *in l. fin. num.* 27. *C. de indict. viduitate toll.* Mar. Giur. *num.* 1. *in fine.* & Aloys. Ric. Guzm. *num.* 16. Gab. Valas. *num.* 3. *ubi sup.* & Addit. ad Glos. 4. *infra num.* 5.

2 Amplia 1. etsi vendens pretium irrationabile petat, & emptor justum offerat. Paul. Castr. & Alex. *in l. nec interest, quod metus causa.* Vincent. Carroc. *decis.* 26. *num.* 3. Carpan. *num.* 70. Marius Giur. & Aloys. Ricc. *ubi sup.* Nicol. Boër. *decis.* 322. *num.* 2. qui alios laudant. Guzm. *de evict. quæst.* 52. *num.* 26.

3 Amplia 2. etiam circa personas emere volentes venditorem non posse cogi uni potiùs, quàm alteri vendere, etsi sit consanguineus, vel vicinus, *l. dudum, C. de contr. emptio.* Paul. Castren. *ubi sup. per tex. in l. si in emptione, ff. de minoribus,* quem singularem dixit Jas. *in l.* 1. *in princip. sub num.* 22. *ff. de verb. oblig.* Andr. Tiraquel. *in præfatio. de retract. linag. num.* 22. *cum aliis,* ubi *dict. l. dudum* late explicat, & *in num.* 34. singulariter commendat. *dict. l. si in emptione.* Vincent. Carroc. *in dict. decis.* 26. *num.* 4. ubi alios laudat. Et de vicino est Glos. 8. *l.* 55. *infra hoc tit.* ubi vide Addit. ad Glos. 1. *num.* 1.

Limita hanc ampliationem ut *in l.* 55. *infra hoc tit.* in Addit. ad Glos. *ibi.* sed proprie non sunt limitationes hujus ampliationis; quia in casibus, de quibus *ibi* contra emptores, consanguineis, & aliis, jus retractus conceditur. 4

Amplia 3. in fisco, qui non potest cogere privatos res confiscatas emere. *l. licitatio, ad condu-cendum, ff. de publica.* Natta *cons.* 400. *per tot.* Ant. Peregr. *de jure fisci. lib. 6. tit.* 4. *num.* 44. Stephan. Grat. *discep. forens. cap.* 149. *num.* 33. Mar. Giur. *num.* 2. Aloys. Ricc. *ante num.* 1. *ubi sup.* Azeved. *in l.* 18. *tit.* 7. *lib.* 8. *recomp. num.* 2. & *in num.* 5. infert contra judices perquisitores compellentes emere bona delinquentium, Castill. de Bobadill. *in polit. prætor. lib.* 2. *cap.* 21. *n.* 250. ubi contra perquisitores hoc facientes invehit. Joan. Gutierr. *pract. quæst. lib.* 7. *de gabellis, quæst.* 140. *num.* 6. ubi condemnat pessimam, & ambitiosam praxim judicum perquisitorum, qui pro exigendis suis salariis, & expensis, compellunt divites vicinos invitos, & noxios, ut emant res, & fundos delinquentium, carceratione, & pignoratione suorum bonorum, & multis litibus eos involvunt; nam plerumque hujusmodi bona sunt aliis debitis hypothecata, & sic regia autoritate decretum est *por un capitulo de cortes publicado, anno de* 604. quem ad litteram refert Gutier. ibi *& adhuc hoc non sufficit contra istos nequissimos judices.* 5

Limita 1. hanc ampliationem ex Glos. *hic in vers. Adde alium casum in leg.* 19. *tit.* 4. *lib.* 6. *ord.* cum fit executio in bonis conductorum gabellarum, & emptor non invenitur; nam tunc æstimanda sunt, & aliquibus divitibus tradenda servata forma tradita *in dict. l.* 18. *l.* 19. *& l.* 20. *quæ est leg.* 19. *ordin. tit.* 7. *lib.* 9. *recomp.* de quo vide Azev. *ibi,* qui hunc casum singularem esse dicit, & Petr. August. Mor. *in emp. utriusque* 1. *part. tit.* 9. *de contr. empt. quæst.* 23. *n.* 7. & sic observatum fuisse in praxi vidi, & in supremo consilio confirmatum. 6

Limita 2. in casu *cap.* 18. *privil. de los hermanos de mesta, fol. mihi* 50. *in novis,* ubi si pro damnis datis fratribus executio fiat, & non inveniantur nisi bona immobilia possunt quicumque vicini ex ditioribus compelli ad emendum, vide Giur. *in tract. de Princip. potest. in actione sua lib.* 2. *cap.* 8. ubi alias limitationes hujus ampliationis refert. 7

Amplia 4. ad contractum locationis: nam quis invitus non compellitur locare, nec conducere: de quo vide Addit. ad Glos. 1. *l.* 18. *infra,* & *l. invitos, C. locati.* 8

Hæc doctrina sic ampliata limitatur primò *ex gl. hic, in vers. adde etiam quòd compellitur,* quotiescumque ratio, & utilitas publica exposcit emere, & vendere cogatur, & Adde *l.* 2. *ff. de nundinis, l. item si verberatum.* 15. §. 1. *in fine, ff. de rei vendicat.* Aretin. *in l. si servus communis in ultimo notab. ff. de vulgar.* Alberi. *in l. si quis sepulchrum, num.* 5. *ff. de religio. & sumpt.* Cæpol. *de servit. urb. prædi. titul. de sepulchro, cap.* 82. *num.* 5. Nicol. Boër. *decis.* 322. *num.* 2. Alvar. Valas. *decis.* 75. Seraphin. *decis.* 847. Afflict. *decis.* 265. Vincent. de Franc. *decis.* 223. Didac. Per. *in l. 2. tit. fin. lib. 2. ordin. glos.* 1. *in fine, vers. septimus,* Andr. Gail. *obser. lib. 2. obser.* 56. *num.* 1. *cum aliis,* ubi publicæ 9

blicæ utilitatis ratione à regulis juris receditur. Ant.Gom.*in l.70.Taur.n.27.& 2.tom.variar. c.2. nu.*51.Morl. *in empor.utriusque jur.1.part.1.tit.9. de contract. empt. quæst. 1. num.* 4. ubi rationem hujus limitationis tradit.Stephan.Gratian.*discep. forens. cap.* 149. *num.* 32. Fontan. *de pact. nupt. claus.* 4. *glos.* 12.*à nu.* 26. Matienz. *in l.* 1.*tit.* 15. *glos.*9.*& in l.* 1.*tit.*11.*glos.*2.*nu.*41.*lib.* 5. *recomp.* Girond. *de gabell.2.part.in princ. nu.* 13. Molin.2. *tom. de contract. disput.* 341. *versic. deinde,* Anton. Thesaur. *quæst. forens. lib.* 1. *quæst.* 64. *nu.* 2. ubi alios plures laudat,& respondit ad *l.venditor,§.si constat,* ibi, *nec publico nomine , ff. comm. prædi.* Bobadill.*tom.2.polit.præt.lib.3.cap.4.n.*26.Ceval. *commun.contra commun.*4. *tom.quæst.fin.* 906.*n.* 4. *usque ad* 16. *&* nu. 42. *cum aliis* , ubi multa cumulat. Ricc. *collect.decis. collect.* 1851.*part.* 5.*& alias* 134. *&* decis.147.*part.* 1. Cabed. *decis.* 105. *nu.* 6.*lib.*1. Hieron. Leo. *decis. Regn. Valent.* 90. Carroc.*decis.*16.Rot.Roman.apud Prosper.Farin. *decis.*223.*nu.*3. *in* 2. *tom. novissimar.* Iacob.Canc. *variar.resol.* 1. *part.c.*13.*de emp.& vend. nu.* 793. & vide Addita ad Glos. 1.*l.*53. *infra hoc tit. nu.*

10 Ex hac limitatione infertur 1. quòd propter publicorum ædificiorum cõstructionem privata ædificia dirui possunt,*leg. præscriptio,l.omnes,C.de operib. publi.* Carpan. *ad statu. Mediol.*433. *num.* 70. Mar.Giurb.*num.* 4. *in dict. decis.* 86. Fontanel. *de pact.nupti. claus.*4.*glos.*12.*nu.*28. ubi pro ampliatione plateæ fuisse quosdam proprietates suas vendere compulsos, & pro constructione domus concilii,vel carceris.Avilesi.*in cap.præt.cap.*18.*glos.*

11 12.*fin. nu.*2. *&* 3. † Prosi.Farin. *decis.* 853. Güz. *de evict.quæst.*52. *nu.* Infertur 2. quòd judex pro decore civitatis potest domum privati destruere. Paris. *de syndic. §. judex suprema potestas, nu.* 26. Roman. *singul.* 710. Ripa. *in rubr. de damno infecto , nu.* 5. Gasp. Thesaur. *nu.* 4. Mar. Giurb. *nu.* 5. Aloys. Ricc. *n.* 2.*vers.*4.*ubi supr.*Avendañ. *in cap. prætor.* 1. *part. cap.*19.*nu.*39.*vers. & istam,* Castill.de Bobadill. *in politi. præter. lib.* 3. *cap.* 5. *nu.*26. Azev.*in l.*7.*titul.*7.*lib.*7.*recom.n.*9.Guzm. *de evict. quæst.* 52. *n.* 47. & vide Addita ad*l.*16. *infrà.*

12 Infertur 3. quòd vicinus cogitur vendere domusculas deformes vicino, qui palatim ædificare vult;quia Reipublicæ interest civitates ornari domus, & Palatiis *l.cæterę, ff.de legatis, l. senatus, ff. de contrab.emptio, leg.*2. *leg.si quis posthac cum duabus sequentibus,C.de ædific. priva. leg. præscript.leg. si quando l. nec splendissimæ. C. de operi.publ.*Gasp. Thesaur. *dict. quæst.*64. *num.* 3. *&* 4, *lib.*1.Mar. Giurb.*decis.*86. *nu.* 5. ubi alios referunt.Mieres, *de majorat.* 1. *part. quæst.* 10. *nu.* 69. ubi multa cumulat Petr. Fontanel. *de pactis nuptia. claus.* 4. *glos.* 12. *nu.* 28. *vers. pro qua declaratione* Guzm. *nu.* 48. *ubi supr.*

13 Limita nisi dominus velit idem facere,& ædificare;nam tunc dominus aliis vendere non cogitur, qui volunt ædificare ad ornatum urbis.Rota Roman.*dec.*842.4.*part.in novissimis Cocchini, & decis.*853. *in novissimis Robusterii in eadem,*4. *p.*

14 Infertur 4. quòd nobilis pauper habens palatium destructum compellitur illud vendere deviti volenti ædificare.Gaspar.Thesau.*n.*4.Mar.Giurb. *nu.* 5. *ubi sup.* Aloys.Ricc. *decis.Arcb.Neap.* 132. *nu.* 2. *vers.* 4. *part.* 1.Hieron.Leo. *decis.*60.*nu.*20. Bobadill.*d.cap.*5.*nu.*27.ubi alios laudant.Mieres. *de majoratibus,* 1. *part. quæst.* 1. *nu.* 73. Guzm. *de evictione,quæst.*52. *nu.* 9. & generaliter quando ex aliqua constructione affertur majus commodum; construenti, & Reipublicæ, quàm sit incommoditas vicini, tunc vicini coguntur vendere.Guid. Pap.*decis.* 91. Aloys. Ricc. *collect.* 922. *vers. quod quando.*

Infertur 5. quod dominus non potest ædificium demoliri, & curtim pro pullis, aut hortum, sive quid turpe contra ornatum Civitatis in domo construere,& contra Alciat.*cons.*13.*n.*8.*lib.*2.tradit.Mar. Giurb. *nu.* 6. *in dict. decis.* 86. Castill. de Bobadill. *ubi supr.* † & ratione publicæ utilitatis aliquis non potest in domo sua privata exercere ea, per quæ malus odor, seu fœtor fiat vicinis, ut ex *text.singulari, in l.*2. §. *idem ait , si in publico, cum* Glos. *ff.ne quid in loco publico,* tradit Bart. Cæpola. *in tract.at. de servit. urban. prædior. cap.* 48. *nu.* 3. Et *in nu.* 9. † subdit non licere in viam publicam aliquid fœtidum,vel turpe emittere, ut stercus, aut aquam fœtidam, qua in domo mundatæ fuerunt utres, in quibus vinum fœtidum erat, ex *text. in l. ædiles, in fine,ff.de via publica,* Glos. *in l. pen. quod vi, aut clam.*

Amplia ædificia non esse destruenda, ne urbs deformetur,etsi in alieno solo sint facta & supra murum alicujus;sed ei debet solui mediatas muri. Petr. Surd. *decis.* 168. ubi plura de ædificiis dicit.

Infertur 6. quòd si domus est diruta, seu ruinosa, & deformitas causatur in civitate, dominus potest compelli, ut reficiat, & si non habet unde reficiat cogitur ad vendendum alteri justo pretio,Bart.Cæpol.*de servit.urban.prædior.cap.*59. *nu.* 4. quem vide per totum illud capitulum, ubi latè de refectione agit, & *l.*25.*tit.fin.part.*3.*& ibi* Glos. 1. ubi vide Addit. Bobadill. *dict. nu.* 27. Mieres , *de major.* 1. *part. quæst.* 10. *num.* 68. ubi alios laudat.

Infertur 7. quòd si via publica est destructa ruina, vel aquarum impetu, vicinus, qui proximum fundum habet, viam præstare debet. *leg. si locus, §.cum via publica, ff. quemadmod. servit. amittant.* Covarr. *lib.*3.*var.cap.*14.*nu.*8.*in princ. & col.* 5. *versic. sexta ratio,* Guid. Pap. *quæst.* 444. *nu.fin.* Boër. *decis.* 322. *nu.*9. Francis.March. *decis.*336. *nu.* 1. Cæpol.*de servit. rustic. prædior.tit.de servitute viæ quæst.* 23. Petr. Surd. *dec.*42.*nu.*11. † ubi dicunt,quod eo casu ducens oves per vicinũ fundum non tenetur de damno dato,si duxit civiliter, & fecit quantum potuit; & ante eum idem docuit Francis.Mar.*decis.*556.*nu.*3.*& in dec.*336. *nu.*2.Natta *consil.* 642. ubi ampliat etiam domino prohibente.Cæsar.Barzi.*decis.Bonon.*56.*n.*14. *&* 15.ubi dicit, quòd hoc casu potest ire impune cum bestiis per agrum vicini,non solùm quando impedimentum est temporale,sed perpetuum : & vide Bart.*in l* 2.*C.de immunitat.nomm. conced. lib.* 10.Lud.Roman. *sing.* 817. Francis.Marcus, *decis.* 597.1.*part.*Arisn.Tepat.*variar.sentent. titul.*573. *de via, & itinere publico privatove reficiendo* , ubi tradunt qui teneantur ad reficiendam viam Ioan. Baptist. Cost. *de quota, & rata, quæst.* 15. ubi alia de viis tradit,& quibus expensis sint reficiendæ. & expurgandæ, & quòd sententia in hac materia non obstante appellatione executioni mandatur, Franc.Rip. *in tract.de pest. in ultim. mor. cap. accedo nunc. nu.* 47. *cum aliis* , Ioseph. Ludovicus *conclus.* 76. Cæsar. Barzi. *de clausul. clans.* 20. *glos.* 26. *num.* 5. ubi alia tradit de viis , & ad quem spectent.

Amplia hanc illationem ex Accursio. *in glos. ultim.* 22

ultim. in dict. §. via publica, ut de consuetudine etiam non soluto pretio viam præstare teneatur vicinus. Francis. Mar. *decis.* 596. *n.* 3. *&* 4. *& dec.* 336. *nu.* 3. *&* 9. ubi in via privata aliud esse dicit, Cæsar. Barz. *decis.* 156. *n.* 14. ubi dicit, quòd gratuito per agrum tuum vicinis teneris præstare viam. Contrarium, immo quòd gratis, & absque pretii justa solutione vicinus ad ejus præstationem compelli non possit multis autoritatibus, & fundamentis defendit Covar. *lib.* 3. *var. cap.* 14. *nu.* 8. quem alios referendo sequuntur Alvar. Valas. *consult.* 22. *nu.* 4. *&* 5. Cabedus, *decis.* 105. *nu.* 7. Gizarel. *decis.* 38 *num.* 1. ubi quòd justo pretio soluto loca vicinorum capi possunt extrahendis viis publicis. Parlad. *in sexquicent. differ.* 81. *nu. fin* ubi hanc opinionem apud nos moribus prævaluisse testatur. Ioann. Baptist. Cost. *de quota, & rata, quæstion.* 15. *n.* 5. & ante eos Nicol. Boër. *decis.* 322. *n.* 11. *vers pro quo facit. text.* ubi tradit, quòd Respublica tenetur, refarcire damnum, & interesse, licet non teneatur ad pretium, & alios allegat. & Ant. Gom. *in leg.* 46. *taur. n.* 9. *vers.* 4. *confirmatur.* ubi tradit, quod debet intelligi dato pretio ab ipsa republica, licet contrarium de consuetudine servetur. Alia de viis, & quæ via publica, & quæ privata dicatur, & quod non potest vendi, nec potest impediri transitus liber. vide *leg.* 2. *§. viarum, ff. ne quid in loco publico.* Cœpol. *ubi sup. tit. de servitut. via quæst.* 7. Surd. *decis.* 42. *per tot.* & Ioan. de Amicis, *cons.* 1. & Arism. Tepat. *sentent. juris, tit.* 572. *de viis, & itineribus publicis, & privatis.*

23 Infertur 8. quòd vicinus tenetur constituere viam, & actum fundo, aut prædio sui vicini justo pretio, si aliunde viam, iter, seu accessum ad id habere non possit: quia versatur publica utilitas, ne fundus incultus remaneat: ut post longam disputationem resoluit Nicol. Boër. *in dict. decis.* 322. *n.* 10. quem refert, & sequitur. Hier. Cevall. 4. *tom. quæst. ultim.* 906. *nu.* 550. Cæsar. Urs. *in annot. ad Afflict. decis.* 265. *nu.* 113. licet de jure venditor non teneatur præstare viam ad fundum venditum, nisi expresse dictum fuerit, etsi alium ad fundum accessum non habeat, *l. in vendendo, ff. de contrab. emptio.* Cœpol. *de servit. urban. prædior. cap.* 38. *nu.* 2. Petr. Barb. *in l.* 2. *ff. solut. matr.* 2. *par. n.* 34. *cum aliis. vers. his ita explicatis.* ubi late explicat.

24 quando quis teneatur facere, quod sibi non nocet, & alteri prodest. De qua doctrina vide Addita ad Glos. 3. *leg.* 6. *inf. nu.* 3. & Petr. Surd. *decis.* 236. *nu.* 12. Ioan. Parlad. *in sexquicent. diferentia*, 81.

25 *nu.* 7. *qui in n.* 8. tradit, quòd teneris mihi aditum præstare per domum tuam, si aliàs nisi per

26 eam reficere domum meam non possum. Et de lumine, si aliunde habere non possit, an vicinus cogatur illud vendere? vide Aloys. Ricc. *decis.* 262. *n.* 82. qui contra Ursilium negativè respondit.

27 Infertur 9. quòd si habeo aream, inqua non potest haberi ventus ad ferendum frumentum nisi ab una parte, vicinus non potest in illa parte, & latere (licet suo) ædificando tollere, & impedire ventum, quamvis nulla sit debita servitus: & hoc ratione publicæ utilitatis, ne inutilem aream domino faciat, *l. fin. §. fin. C. de servit. & aqua* ultra doctores, *in d. §. fin.* Nicol. Boër. *decis.* 322. *nu.* 12. Anton. Gomez. *in l.* 46. *Taur. nu.* 7. *&* 2. *tom. var. cap.* 2. *in fin.* ubi nullo soluto pretio id fieri posse

28 tradit. Ursil. *in add. Afflict. decis.* 265. *nu.* 113. Hieronym. Magon. *decis.* 16. *Rotæ Floren.* ubi tradit, quod non licet ædificare in damnum vicini ad occupandum solem, ventum, & aërem & est *text. in l.* 1. *§. si quis à Principe, in fin. ff. nequid in loco publico*, ubi licentiam à Principe concessam ædificandi in loco publico intelligit Ulpianus, ne 29 ædificet cum incommodo alterius. Et verba *dict. legis*, ibi, *nisi forte hoc impetraverit*, interpretatur Arias Pinel. *in rub. C. de rescind. vend.* 1. *part.* c. 2. *nu.* 8. quem vide.

Infertur 10. quod ratione publicæ utilitatis po- 30
test Princeps bona subditorum auferre soluto bo-
nis cambio, *l.* 2. *titul.* 1. *part.* 2. *vers. eo tresi decimos, & leg.* 31. *tit.* 18. *part.* 3. ibi, *contra derecho natural. l.* 2. *tit.* 2. *lib.* 1. *fori*, Humada, *in l.* 2. *tit.* 1. *p. rt.* 2. *glos.* 23. *nu.* 2. *cum sequentibus, fol.* 122. ubi late de hoc agit, & nos egimus. Ant. de Lara, *in leg. si quis à liberis, §. item rescripsit, n.* 158. *fol.* 69. *ff. de liber. agnos.* Mieres *de majorat.* 4. *part. quæst.* 1. *num.* 116. *in nova editione*, & ultra, antiquiores, his duobus intervenientibus, scilicet utilitate publica, vel necessitate, & oblatione justi pretii, sic docent Menoch. *controvers. illustri. cap.* 5. *n* 1. D. Hieron. Ceval. 4. *tom. commun. contra commun. quæs.* 906. *fin. per totam*, ubi ex hoc infert ad multas quæstiones, & plures laudat. Et vide Addit. ad
glos. 4. *inf. hac, leg.* & ad Glos. 1. *leg.* 53. *inf. hoc tit.* 31
ex hoc enim provenit, quod conductoribus salinarum regalium in conditione quadragesima prima permittitur, quòd possint compellere vicinos ad vendendum partem terræ necessariam pro labore salis justo pretio, & vide glos. 1. *l.* 55. *inf. hoc tit. & ibi* Addit.

Infertur 11. cum causa Religionis ad publicam 32
utilitatem expectet, pro ædificatione, seu reparatione Ecclesiæ, vel fundatione alicujus monasterii vicinum cogi posse domum vicinam vendere, *l. si quis sepulchrum in princ. ff. de relig. & sumpt. fun.* Ias. *in l. nec emere fall.* 2. *nu. C. de jure de lib.* Socin. *regul.* 435. *fall.* 9. Roch. de Curt. *de jur patronat. §. contraxit, nu.* 19. Cujat. *lib.* 3. *observat. cap.* 22. Revard. *lib.* 3. *variar. cap.* 3. & pro hac illatione multa refert Covarr. *lib* 3. *variar. cap.* 14. *nu.* 7. *&* 8. ubi omnium consensu receptam esse testatur, licet ipse in puncto juris contrarium verius esse affirmet, *in vers. cæterum.* Ant. Gomez. *in l.* 46. *taur. n.* 9. *& in l.* 70. *nu.* 27. *&* 2. *tom. variar. cap.* 2. *nu.* 51. D. Anton. Padill. *in l. altius, num.* 21. *C. de servitutib.* Aviles, *in cap. prætor. cap.* 18. *in gl. fin. in fin.* Didac. Perez *in l.* 2. *tit.* 23. *lib.* 2. *circa finem, vers. alius, & sextus casus*, Alvar. Valasc. *consultat.* 22. *nu.* 2. Franc. Marc. *decis.* 534. *nu.* 3. *&* 4. *part.* 1. Tho. Grammat. *decis.* 75. ubi sic decisum fuisse testatur, & alios antiquiores laudat, & *ibi* Prosper. Petra in additione, *nu.* 8. Vincent. de Franc. *decis.* 223. *nu.* 5. *&* 6. ubi tradit sæpe sæpius judicasse Senatum cõtra vicinos in favorem Monasterii pro domo sua extruenda, vel amplianda, rejecta dubitatione tradita à Covarr. Cabed. *decis.* 105. *nu.* 2. *&* 3. 1. *part.* Vincent. Carroc. *decis.* 26. *num.* 13. ubi, *à nu.* 6. pro hac illatione plura tradit. Mar. Giurb. *decis.* 86. *nu.* 3. *&* 7. ubi multa cumulat, & errasse Covarr. inquit. Aloys. Ricc. *decis.* 138. *nu.* 1. 2. *part.* ubi hanc illationem late exornat. Iacob. Cancerius, *variar. resolut.* 1. *part. de empt. vend. nu.* 78. Hieron. Leo. *decisione Regni Valent.* 60. *num.* 9. *cum aliis*, ubi *in nu.* 13. plures refert, & secundum hanc illationem judicatum fuisse testatur. Gizar. *decis.* 38. *nu.* 1. Apont. *de potest. Perugr. tit. de abundant. civitat. §.* 4. *nu.* 1. Mart. *de jurisdict. Ecclesiast.* 4. *part. cent.* 2. *casu.* 271.

num. 3.

num. 3. Cardin. Tuſch. *lit. V. concluſ.* 59. *num.* 19. Auguſt. Morl. *in emporio utriuſque juris* 1. *part. titul.* 9. *de contrahend. empt. quæſt.* 10. *num.* 8. ubi contra Covarruviam illationem iſtam veram, & receptam eſſe profitetur. Girond. *de gabellis*, 2. *par. in princ. num.* 14. Petr. Barboſ. *in l.* 2. *ff. ſolut. matrimon. part. num.* 39. Gaſp. Theſaur. *quæſt. forenſ. lib.* 1. *quæſt.* 64. *num.* 6. ubi contra Covarr. eam defendit, & ſic in Senatu Sabaudiæ deciſum fuiſſe affirmat. Macerat. *lib.* 1. *variar. reſolut.* 112. *caſu* 29. Proſper. Farin. *deciſ.* 372. *n.* 1. *& 2. dec.* 676. *num.* 1. *in* 1. *part. tom.* 1. *noviſſim.* Caſtill. de Bobadilla *in polit. prætor. lib.* 3. *c.* 5. *num.* 26. Guzm. *de evict. quæſt.* 52. *à num.* 19. diſputat hanc quæſt. *& ex n.* 36. hanc ſequitur Joann. Bapt. Valenz. *conſ.* 18. *num.* 11. ubi favore religionis hoc permiſſum eſſe dicit, *& in num.* 6. *cum* 3. *ſeq.* † de interpretatione *dict. leg. ſi quis ſepulchrum, ff. de religio. & ſump. fun.* de antiquitate ſepeliendi defunctos in agro latè agit, & multa cumulat, & *in num.* 12. tuetur Eccleſiam Cathedralem, quæ capellam nobili conceſſit, pro amplianda ſacriſtia aut collocandis reliquiis ſanctorum, illam non poſſe à ſucceſſoribus avocari: privari enim à ſepulchro majorum eſt magni præjudicii. Ut tradidit *ibi*, *num.* 107. & de affectu ſepulchri majorum plura expendit. 33 34

Amplia 1. hanc illationem ex Gloſſ. noſtra *hic in verſic. adde etiam*, ut procedat etiam pro ampliatione domus religioſorum, ſi non habeant locum ad habitandum congruentem, & Adde Vincent. de Franc. Giurb. Hieron. Leo. Gaſp. Theſaur. & alios *ubi ſupr.* 35 36

Amplia 2. pro clauſtro faciendo, vel ampliando. Aloyſ. Ricc. *dict. deciſ.* 138. *n.* 2. *verſ.* 3.

Amplia 3. pro officinis de novo faciendis. Cabedus, *deciſ.* 105. *num.* 3. Cœpol. *de ſervit. urb. præd. cap.* 8. *num.* 5. cum quo tranſeunt Hier. Leo *deciſ.* 90. *n.* 13. & Gizar. *num.* 4. Guzm. *de evict. num.* 39. *ubi ſupr.* 37

Amplia 4. pro dormitorio extendendo, Socin. *regul.* 435. *fall.* 8. Scotus *conſil.* 3. *num.* 17. Gramat. *dict. deciſ.* 75. ubi ſic deciſum fuiſſe teſtatur. Carolus de Tapia. *in pragm.* 3. *de monial. num.* 6. Valenzuel. *conſ.* 18. Gizarel. *deciſ.* 38. *n.* 16. 38

Amplia 5. etiam pro viridario monaſterii, ejuſque ampliatione poſſe vicinum compelli domum vendere. Coſt. *de remediis ſubſidiariis. rem.* 76. *n.* 9. Macer. *lib.* 1. *variar. reſolut.* 112. *caſu* 29. *verſ.* 5. *& quamvis.* Aloyſ. Ricc. *ubi ſupra*, Hieron. Leo. *dict. deciſ.* 90. *lib.* 1. *num.* 17. *poſt medium.* Guzm. *de evict. n.* 52. *ubi ſupr.* 39

Amplia 6. pro ampliando circuitu monaſterii. Cabed. *dict. deciſ.* 105. *num.* 10. ubi de facto ſic declaratum fuiſſe teſtatur, Gizarel. *n.* 7. *ubi ſupr.* Guzm. *de evict. quæſt.* 52. *n.* 53. Et pro via publica ad portam Eccleſiæ directa amplianda pro Eccleſiæ ornatu, etſi domus non ſit vicina Eccleſiæ, & adſit via publica intermedia. Rota Roman. *deciſ.* 213. *num.* 5. apud Proſ. Farin. 2. *tom. noviſſim.* 40

Amplia 7. etiam pro reparatione cujuſvis loci pij vicinum cogi poſſe, domum vendere. Ricc. *dict. deciſ.* 138. *num.* 1. *&* 2. Morl. *in empor.* 1. *p. tit.* 9. *de contrab. empt. quæſt.* 1. *n.* 7. ſed hoc non extenditur ad hoſpitium religioſorum, ut deciſum fuiſſe contra eos teſtatur Ricc. *in fine, dict. dec.* 138. nec in locatione domus, quam dominus invitus Eccleſiæ non tenetur locare. Ric. *dec.* 10. *ubi ſupr.* 41

Amplia 8. pro ſeminario ab Epiſcopo faciendo Vincet. Carrot. *deciſ.* 26. ubi ſic obtentum fuiſſe teſtatur.

Amplia 9. pro ſcholis faciendis poſſe vicinum compelli domum vendere. Marc. *deciſ.* 534. *n.* 5. 1. *part.* Coſt. *de remediis ſubſidiar. remed.* 79. *num.* 9. Ric. *ubi ſupr.* Bart. *in l.* 1. *ff. ſolut. matr.* 7. *p. num.* 50. *verſ. unde infertur*, ubi alia favore ſtudiorum conceſſa tradit, & alios allegat. Molin. 2. *tom. de contract. diſſ.* 341. *verſ. deinde.* Aviles *in c. Præt. c.* 18. *in fine.* Ant. Gizar. *deciſ.* 38. *n.* 3. 42

Amplia 10. etiam pro ampliatione capellæ poſſe vicinum cogi domum vendere. Aloyſ. Ricc. *deciſ. curiæ Archiepiſc. Neapol.* 147. ubi latiſſimè comprobat in multis, capellam & Eccleſiam æquiparari: & pro capella, & in ejus favorem deciſum fuiſſe teſtatur, & ad *deciſ.* 132. Vincent. de Franch. per quam fuit dictum, non eſſe cogendum quemdam vicinum vendere domum pro ampliatione capellæ, reſpondit ibi denegarum fuiſſe, quia apparebat non tam pro ampliatione capellæ, quam ut aliis particularibus complaceret, fuiſſe petitum, de quo vide *infra.* 43

Amplia 11. contra regulam *leg. altius, Cod. de ſervitut. & aqua*, de qua Ant. Padill. & Doct. *ibi*, Ant. Gomez *in leg.* 46. *Tauri num.* 6. & alii, quos *ibi* allegat, poſſe vicinum monaſterii cogi ad tollendum aſpectum, quod habet in monaſterium monialium, & ad vendendam hanc ſervitutem, etiam ſi ſit via publica intermedia. Vincent. de Franc. *deciſ.* 223. *per totam*, ubi ſic deciſum fuiſſe teſtatur. Ant. Gomez *in l.* 46. *Tauri, num.* 9. ubi idem eſſe ait, ſi noceret Eccleſiæ, vel pio loco; nam, & cogi poſſe ſervitutem ei vendere; et ſi velit ædificare, & parietem altius tollere, præſumitur ad æmulationem facere. Maſcard. *concl.* 621. *num.* 9. Padill. *in leg. altius, num.* 20. *C. de ſervitut. & aqua*, qui *in n.* 19. tradit poſſe prohiberi religionis favore, ne quis feneſtras aperiat, ex quibus poſſint moniales intra proprias domos videri, etiamſi via ſit intermedia: & in monachis non procedere, niſi ædificium fiat in eorum æmulationem; & quando ad æmulationem quis ædificare præſumatur, latè explicat *ibi, in num.* 22. Cabed. *deciſ.* 105. *num.* 4. ubi refert Matth. de Afflict. qui dicit ſic obtentum fuiſſe in praxi. Et *in deciſ.* 152. ubi tradit, quod ſi ex novo ædificio graviſſimum imminet monaſterio præjudicium, etſi ad ejus æmulationem non fiat, poteſt cogi dominus vendere ſervitutem altiùs non tollendi. Giurb. *deciſ.* 86. *num.* 8. *verſ. immò cogi poteſt.* Ricc. *deciſ. curiæ Archiepiſc. Neap.* 138. *n.* 3. ubi tradit cogi poſſe vicinum ad vendendum hujuſmodi ſervitutem, ne in viridario inſpiciantur monachi, & vide Amend. *in additionibus* ad Vincent. de Franc. *in dict. deciſ.* 223. *n.* 3. ubi tradit ex Bulla Pontificis, quam tradit Steph. Quarant. *in ſua ſumma bullarum, in tit. de monaſteriis, & monialibus*, prohibitum eſſe monialibus feneſtras habere correſpondentes ad feneſtras vicinorum: & litem tunc pendentem de facto, ceſſaſſe ſtatim, ut oppoſitum fuit de dicto proprio motu. 44 45 46 47

Amplia 12. ſi plura ſunt ædificia privata ab uno, & alio latere Eccleſiæ, vel monaſterii, de cujus ampliatione agitur, eſſe in electione Eccleſiæ; vel monaſterii convertere ſe ad partem ſibi bene viſam; nam aliàs beneficium redderetur illuſorium, Rot. Roman. apud Proſp. Farin. *deciſ.* 37. *num.* 7. *in* 1. *part. tom.* 1. 48

Amplia 13. etſi domus, quæ pro ampliatione petitur, eſſet prohibita alienari, & perpetuo fideicommiſſo ſubjecta & antiqua habitatio parentum illius, à quo petitur. & eſſet familiæ nobilis. Hieronym. Leon. *deciſ. Rega. Valent.* 90. *num.* 13. ubi 49

bis de facto ita judicatum fuisse in illa regali audientia testatur: & iterum in casu illius decisionis hæc quæstio fuit examinata, & hinc inde multa jura ponderata, & tandem in favorem religionis Senatus judicavit. Francisc. Marchius, *decis.* 534. *num.* 6. 1. *part.* ubi in re emphyteutica, ita vidisse practicari, dicit, licet aliàs Ecclesia posset compelli ad transportandam dictam rem ad manus capaces, Petr. Font. *de pact. nupt. claus.* 4. *glos.* 12. *num.* 25. 26. & 27. ubi hoc procedere ait, etsi res feudales, vel emphyteuticariæ sint, & 2. *part. claus.* 5. *glos.* 1. *num.* 129. ubi casum de facto habuisse dicit in re subjecta fideicommisso, & vide *infr.* Sed quid si alterius Ecclesiæ sit domus, quæ pro ampliatione Ecclesiæ petitur. vide Novarium *in tract. de elect. fori. section.* 2. *quæst.* 21. *num.* 9. *in fine*, ubi tradit, quod Ecclesia non potest cogere aliam Ecclesiam vendere domum propriam, & sic fuisse judicatum in curia Archiepiscopali Neapolitana, de quo fuit gravisus; sed nullum affert fundamentum. Et pro contraria opinione judicavit Archiepiscop. Panormitan. ut refert Marius Giurb. *decis.* 86. *n.* 16. & eam veriorem puto, nam Ecclesia potiùs, quam laici, causæ religionis favere debet, ut enim hæc illatio sic ampliata in praxim admittatur, & judex officium suum possit impartire, quod tantum ex *text. in dict. leg. si quis sepulchrum, ff. de relig. & sumpt. funer.* potest implorari, quia ex eo actio non datur, nam ejus dispositio est exorbitans à regulis juris, ut inquit Rota Romana apud Prosp. Farin. *decis.* 676. *num.* 2. *in* 2. *part.* 1. *tom.* Stephan. Gratian. *discep. forens.* 4. *tom. cap.* 742. *n.* 25. & 26. ubi aliam Rotæ decisionem refert, sequentia requiruntur.

51 Primò requiritur, quòd ista venditio fiat sine magno vendentis incommodo, & cum parvo illius nocumento, ut docet Alber. *in dict. l. si quis sepulchrum, num.* 2. Florian. *nu.* 4. Gloss. *in leg. rescripta. verbo, non lædat. in fine, C. de præc. imper. offeren.* Felin. *in c.* 1 *de judiciis.* Et est *text. in l.* 1. §. *sunt qui putant. ff. ne quid in loco public.* unde judicis arbitrio relinquitur *in* §. *Præses, dict. leg. si quis sepulchrum*, Covarr. *lib.* 3. *variar. cap.* 14. *in fine*, Gasp. Thesaur. *quæst. forensium, lib.* 1. *quæst.* 64. *n.* 9. Mar. Giurb. *decis.* 86. *n.* 10. Fontanell. *de pact. nupt. claus.* 4. *glos.* 12. *num.* 28. ubi transit cum Thesauro. August. Morl. *in empor. utriusque juris*, 1. *par. tit.* 9. *de contrahen. empt. quæst.* 1. *num.* 7. *vers. in quare quia quotidiana est*, Rota Romana apud Prof. Farin. *decis.* 676. *n.* 7. *cum sequentibus*, ubi ratione hujus magni præjudicii, quod ex venditione Patribus Societatis Jesu inferri videbatur, cum ab ipsis omninò auferretur domus empta pro collegio ibi construendo, denegata fuit religiosis sancti Siri coactio venditionis ab ipsis prætensa, non obstante ratione, de qua *in num.* 8. ubi ponderatur *dict. lex. si quis sepulchrum.* Et *in decis.* 372. ubi fuit etiam denegata petitio monialibus sanctæ Catherinæ de Senis, quæ pro ampliatione monasterii prætendebant, posse cogi Ducem Camillum de Comitibus habentem palatium contiguum, in quo habitabat, ad illud sibi vendendum, quia magnum incommodum ex eo dicto Duci sequebatur, quia ejus familia erat de nobilioribus Italiæ, & palatium, quod petebatur, erat antiqua illorum habitatio, & præ se ferebat magnam antiquitatem, & nobilitatem, non obstantibus eis, quæ diximus *supr. numer.* 79. & sic esse considerandum, ne locus multis fraudibus detur, sequitur Joan. Fontan. *de pact. nupt. claus.* 5. *glos.* 1. *par.* 2. *num.* 120. ubi Rotæ decisionem refert Guzm. *de evict. quæst.* 52. *n.* 56. Steph. Grat, *discep. forens.* 4. *tom. c.* 742. *num.* 25. & 26. ubi dicit, quòd judex multum strictè, & prævia necessitate, & cum magno grano salis, debet officium suum impartire, quia hoc privilegium non est trahendum ad quemcunque locum pium, sed ad necessarium morali quadam necessitate ad Sacramentorum administrationem, & ad cultum Divinum, ne sequatur inconveniens, quòd quilibet volens erigere locum pium, possit eligere domum quam vellet pro tali ædificio, & posteà sub prætextu ampliationis retrahere à vicinis domus contiguas, quod non esse permittendum, Rotam declarasse testatur: coram Card. Sacrato Romani Palatii de Comitibus 16. Januarii 1612.

" 2. Requiritur, quòd res illa æstimetur, & ven- 52
ditio fiat justo pretio, *ex dict. l. si quis sepulchrum*, ubi Albert. & alii, *l. si venditor*, §. *si constat. ff. communia prædii, l. si possessor.* 231. §. *fin. de petit. hæred.* Alvar. Velasc. *consult.* 22. *num.* 2. & 5. Pin. *in l.* 1. *cap.* 2. *num.* 14. Cæsar. Clusian. *de pretio, & æstim. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 3. Gaspar. Thesaur. *quæst. for. lib.* 1. *quæst.* 64. *num.* 10. Pelaez de Mieres, *de majorat.* 4. *par. quæst.* 1. *in* 116. *in nova edit.* Petr. Surd. *cons.* 52. *n.* 48. & *cons.* 203. *num.* 38. & *decis.* 39. *n.* 9. & *de aliment. tit.* 8. *privil.* 77. *num.* 19. Mar. Giurb. *dec.* 86. *num.* 11. & 12. ubi quærit, an dandum sit pretium ab aliis oblatum? & cum Cumano, Stephan. Gratian. & aliis, distinguendo resolvit, quando sumus in illo, cui lex mandat, ut uni potiùs, quàm alteri vendat; tunc pretium, quod ab aliis oblatum est, dandum esse. In casu verò, quo simpliciter tenetur vendere, tunc sufficere dari justum pretium, Petr. Aug. Morl. *in emp.* 1. *part. titul.* 9. *quæst.* 1. *num.* 8. Alfons. Guz. *in dict. quæst.* 52. *num.* 57. pretium justum rei quod dicatur? vide Addit. ad Glos. 4. *infra l.* 56. *hoc titul.*

3. Requiritur, quod integra res ematur, nam do- 53
minus non poterit compelli ad vendendam partem rei, *l. pen.* §. *ff. de actio empt. l. Julianus*, §. *idem Celsus, ff. eodem. lex. cum in fundo.* 81. §. *si fundus*, ff. *de jur. dotium*, nam aliàs magno afficeretur incommodo, si partem rei tantùm contra voluntatem suam vendere cogeretur, Gasp. Thesaur. *num* 11. & Mar. Giurb. *n.* 13. *ubi supr.* Costa. *de remediis subsidiar. remed.* 76. *n.* 1. non enim tanta est utilitas, & æstimatio rei in parte respectu ipsius partis, quanta in toto respectu totius, *l. si quis alienam, ff. de sol. l. fundus ille*, cum Gl. *ff. de contrah. empt. l. Mevius ff. famil. herciscund. l. si quis id, quod in fine, ff. de in diem addict. lib. glos. verb. partis, in l.* 1. & *ibi*, Salicet. *in* 1. *notab. C. commun. divid.* Et venditio partis multa adducit incommoda, teste Bald. *l.* 1. §. *in primo, col.* 3. *vers. extra quæro, C. de caducis toll. per l. si non sortem*, §. *si centum, ff. de condict. indeb. l.* 2. *C. quando, & quibus quarta pars debeatur. lib.* 10. Roland. à Vall. *cons.* 71. *lib.* 2. *n.* 16. & 17. ubi in terminis loquitur.

Sed his non obstantibus contrarium respondit 54
Scotus, *cons.* 3. *num.* 39. *lib.* 7. *tom.* 2. quem refert, & sequitur Mar. Giurb. *in dict. decis.* 86. *num.* 14. ubi tradunt ad partis venditionem compelli posse rei dominum, si concurrant necessitas, & utilitas, & ultra pretium partis, solvatur etiam damnum. Et *ibi*, & *in n.* 16. Giurb. quatuor decisiones refert, ubi cum quæstio incideret de facto, sic decisum fuit: in quo judex considerabit necessitatem, & damnum, quod venditori contingere potest, & alia, de quibus in primo requisito. Et idem novissimè defendit Guzm. *de evict. n.* 62. *ubi supr.*

4. Requiritur, quod pretium statim solvatur: 55

nam

nam habita fide pretii ad venditionem quis cogi non debet. Glos. *verb. necessitatem in l. 1. de communi servo manum.* & *ibi*, Bald. Tiraquel. *de retract. lignag. §. 3. glos. 3. num. 1.* Alvar. Valasc. *consult. 22. num. 6.* Bertazol. *de Clausul. claus. 58. num. 24.* Petr. Barbos. *in l. si mora. 10. n. 73. ff. solut. matrim.* Aviles *in cap. Prætor. cap. 17. glos. verb. à razonables pretios, n. 9. vers. nota unum.* Joan. Petr. Fontan. *de pact. nupt. claus. 4. glos. 12. num. 30.* Steph. Grat. *discept. forens. 1. tom. c. 149. n. 25. & 26.* Mar. Giurb. *d. decis. 86. in fin.* Alfons. Guzman. *de evict. cap. 51. n. 63.*

56 Limita ex Valasc. Fontanel. & Giurb. *ubi proxime*, & Hieron. Cevall. 4. *tom. quæst. ultim. num. 17.* ubi alios refert, & Guzman. *ubi sup.* quando extrema necessitas, & inevitabilis urget, *juxta textum & notat. in cap. si quis, propter necessitatem, de furtis*; Nam ea necessitas, & utilitas, quæ facit, ut nolens, & invitus cogatur vendere, eadem permittit, & adstringit, ut dominus cogatur pretii solutionem exspectare, ut inquit Giurb. *sub num. 16. ubi sup.* quod tamen intellige, si est extrema, ut dictum est, non aliàs: & rarò casus potest dari, in quo ista necessitas urgeat; ratione enim extremæ necessitatis jura permittunt multa, ex quibus aliquos casus referunt Tiraquell. *de retract. lignag. §. 26. glos. 1. à num. 18. usque ad 32.* ubi multa de necessitate, & fame tradit. Franc. Vivius, *decis. 323.* & Hieronym. Cevall. 4. *tom. commun. contra commun. quæst. ultim. num. 47. cum aliis*, & quando est favor communis boni, ut tradidit Gregor. Lop. *in glos. 23. l. 2. tit. 1. part. 2.* ubi vide Add. tunc enim solutio & satisfactio differri potest, & eum sequitur Sylva, *responsor responso 8. lib. 1. num. 51. ad finem*, contra Avilef. *in cap. 18. præt. sup. verb. se haga, num. 3. propè finem, in 2. editione*, Gabr. Valasc. *de privileg. pauper. & miserab. pers. part. 1. quæst. 29. num. 6.* ubi licet quando quis vendere compellitur, intelligitur justo soluto pretio; propter necessitatem, vel paupertatem viliori, justè posse quem compelli vendere, ait.

57 5. Requiritur, quod Ecclesia, seu Monasterium rem pro se petat, non ut aliis complaceat, & indirectè pro alterius utilitate. Franch. *decis. 223. num. 7.* Guid. Pap. *decis. 411. & ibi*, ejus Addition. Ricc. *decis. Curiæ, Archiepiscop. Neapol. 138. num. 3. & decis. 147. in fin. 1. part.*

58 6. Requiritur, quod res sit pro ampliatione Ecclesiæ, Capellæ, vel aliarum rerum, de quibus, *suprà*: quia in eis versatur favor publicus; non vero pro ampliatione rerum particularium Ecclesiæ, in quibus cessat prædicta ratio, ut docent Alc. *in leg. 2. ff. solut. matrim. num. 49. & ibi*, Parpal. *num. 107.* & Barbos. *in 2. part. dict. l. num. 39.* contra Jas. *num. 33.* & Rip. *num. 47.* Nam quod favore alicujus specialiter inductum est, ad alios casus extendi non debet, *l. jus speciale, ff. de legib.*

59 Si enim Clerici, vel religiosi in loco alieno ædificent, & locum religiosum faciant, juste, & licite jussu judicis secularis potest destrui. Ut cum Angel. *in l. quamquam, ff. de aqua pluvia arcenda*, tradit Aviles *in cap. prætor. cap. 18.* Glos. *fin. in fin.* & comprobatur & traditis per Ant. Gomez. *in l. 70. Taurin. 27. vers. & quo*, ubi tradit, quod dominus non compellitur rem vendere, ut Ecclesia de novo ædificetur, & vide Addit. *ad glos. 3. inf.*

60 Infertur decimo tertio ex Glos. *hic* ob publicam utilitatem, & necessitatem, si respublica annonæ inopiâ gravetur, cogi posse habentes frumentum, & alias merces necessarias hominum alimentis, justo pretio à judice taxato vendere, & si res venales non exposuerint, nec publicè venditioni obtulerint, & Add. *l. 1. C. de Episcop. audien.* ubi Bart. & communiter Doctores. *l. 1. §. cura carnis ff. de offic. Præfect. urbi*, ubi Doctoris communiter, *l. 2. ff. de nundinis, l. 1. C. ut nemini liceat in empt. spec. lib. 10.* ubi Plat. *n. 4.* Fabian. de Mont *in tractat. de empt. & vend. quæst. 3. princip. n. 39. in 3 fallent.* & ultra antiquiores, quos *infra* referendi laudant. Covarr. *lib. 3 variar. capit. 14. n. 3.* Gomez. *2. tom. cap. 2. n. 51. vers. secundus casus est.* Avend. *de exequend. mandat. capit. 19. n. 3.* Aviles *in cap. prætor. cap. 17. n. 9.* Didac. Peret. *in l. 2. tit. fin. lib. 2. ordin. col. antepenult. vers. iste, tamen tertius. in fine.* Mexia *in pragm. taxæ panis, conclus. 1. n. 64.* Matienz. *in l. 1. tit. 11. lib. 5. recopil. gl. 2. n. 41. & in l. 1. tit. 25. gl. 9. cum aliis.* Gutier. *lib. 1. quæst. 13.* Azev. *in l. 1. tit. 25. lib. 5. recop. n. 21. cum aliis*, qui *in n. 25* tradit, omnes hoc extendere ad ea omnia, quæ victui necessaria sunt. Valasc. *lib. 1. consult. 22. n. 2.* Franch. *decis. 9. per totam.* Surd. *in tract. de aliment. tit. 1. quæst. 77. n. 6. & tit. 8. quæst. 94. n. 4. & 5.* Gratian. *discept. forens. 1. tom. capit. 149. n. 40. & 41.* Mastril. *decis. 17. n. 1.* Franc. Viv. *decis. 28. n. 7. lib. 1.* Bobadill. *in polit. prætor. lib. 3. cap. 3. n. 14. & cap. 4. n. 66* Jacob. Cancer. *resol. 1. part. cap. 13. de empt. & vend. n. 77.* Tusch. *litt. V. conclus. 59. n. 7. & 8.* Morl. *in empor. juris, 1. part. tit. de contract. empt. 9. quæst. 1. n. 4. & 5.* Valasc. *de privileg. pauper. 1. part. quæst. 24. n. 4.* ubi, ob necessitatem divites compelli posse vendere comestibilia, pluribus exornat. Petr. Cevall. *resolut. crimin. cent. 1. casu 9. n. 1.* Capill. Dolan. *dec. 447. & ibi.* Aufrer. ubi tradit, quod habens frumentum in horreo, potest compelli ad vendendum, dummodo generaliter fiat, & non compellatur unus solus. Peguer. *decis. 88.* ubi quod potest Rex compellere subditos ad vendendum frumentum justo pretio, ad opus, & conservationem militum, castri, seu fortalitii, quod pro Regni defentione substinetur, & conservatur. Joann. Baptist. Valenzuel. *consil. 18. n. 1 & 2.*

Amplia primò, procedere nedum in victualibus, 61
sed etiam in pannis & in aliis mercibus ad vestitum pertinentibus, & domorum pensionibus, quia hæc sunt necessaria ad hominum vitam. Bald. *in dict. l. 1. C. de Episc. audien. n. 3.* Aufrer. *in addit. ad decis. Capellæ Tolos. 446. post princ. vers. ex quo infertur.* Abbas *in cap. 1 sub n. 6. vers. ex quo infertur, de empt. vendit.* Strach. *in tract. de mercat. in 4. par. rub. mercat. in quib. casib. possit exerc. n. 51.* Covarr. Azev. & Petr. Caval. *n. 3. & 4.* Surd. *in dict. quæst. 94. n. 8.* ubi de pannis Aviles *in cap. prætor. cap. 17. verb. à razonables precios. n. 5.* & sic anno 1627. taxatum fuit pretium omnium mercium, de quo *infra* in Addit. *glos. 4.*

Amplia secundò, procedere non solùm in laicis, 62
sed etiam in Ecclesiis, Clericis & aliis Ecclesiasticis personis quacunque dignitate fulgentibus *l. 1. tit. 25. lib. 5. recopil.* ibi *hagan repartimiento por las personas de qualquier calidad, estado, o condicion. preeminencia, o dignidad, que sean, assi Clerigos, y personas Ecclesiasticas, como Cavalleros, y Ciudadanos y Duennas, y Donzellas, &c.* Et in Episcopo consuluit Menoch. *cons. 137. à n. 9. lib. 1.* ubi in comprobationem hujus ampliationis multa tradit, & de Ecclesiis, & Ecclesiasticis personis. Bart. *in l. fin. n. 4. vers. ex quo nota, C. de exact. tribut. libr. 10.* & magis in terminis clarius *in l. unica, n. 6. vers. videtur etiam, quod Ecclesia C. ut nemini liceat, in empt. spec. de excus. lib. 10.* Gratian. *dict. capit. 149. n. 43.* Platea *in dict. l. unic.* Mexias *in pragm. taxæ panis, conclus. 5. n.* Menoch. *cons. 1000. lib. 10. n. 22. cum mult. seqq.* Cabal.

reſol. crim. centur. 1. caſu. 9. n. 6. cum aliis. Vincent. *de* Franch. *deciſ. 9. n. 3.* Maſtril. *deciſ. 17. n. 2. & 3. & 35.* Greg. Lop. *in gloſ. 1. l. 54. tit. 6. part. 1.* ubi vide addita. Perez. *in l. 12. tit. 2. lib. 1. ordin. in gloſ. 1. col. 54. ſuper verbo, pero ſi acaece ſer.* Azeved. *in l. 1. tit. 25. lib. 5. n. 19.* Gutier. *lib. 1. pract. quæſt. quæſt. 13.* ubi id fieri poſſe, ait abſque metu ex communicationis. *& in l. 10. n. 3. & ſeq.* Bobadil. *lib. 3. cap. 3. n. 3.* ubi alios laudat. Sylv. *lib. 1. reſponſ. 5. part. 3. n. 14. cum aliis.* ubi ampliat, & limitat, & urgente neceſſitate licentiam ſummi Pontificis non eſſe neceſſariam dicit. Valaſc. *de privil. pauper. quæſt. 24. n. 5.* Cavalcan. *deciſ. 37. 2. part. n. 67. 68. & 69. & n. 76. & 77.* ubi abſque juſſu Pontificis, aut Epiſcopi Clericos ad vendendum frumentum, & hordeum, ac comeſtibilia in caſibus careſtiæ, & penuriæ, & belli compelli non poſſe dicit, alias judices ſeculares eſſe excommunicatos: quod intellige, niſi periculum eſſet in mora, & judices Eccleſiaſtici requiſiti non eſſent negligen-
63 tes, ut dicemus *infra*, in caſibus, in quibus Clerici tenentur concurrere cum laicis, non poſſunt compelli, & cogi ad exportandum frumentum cum equis, aut curra ad caſtrum, ſeu exercitum, vel civitatem. ſed tantum dare, aut vendere in foro, ſeu ejus domo volenti frumentum emere *text. in l. jubemus, & ibi*, Joann. de Platea *Cod. de prox. ſacror. ſcrinior. lib. 12.* Borgn. Cavalc. *dict. deciſ. 37. n. 68. & in n. 78.* ubi alios allegat; & ita intelligendum eſſe dicit. Franch. *deciſ. 9.* & late Petr. Burſat. *conſil. 42. n. 3. & n. 11. & per totum, vol. 1.* Everard. *conſil. 42.* Vinum verò clericus nullo caſu tenetur vendere, nec portare ad vendendum. Gloſ. *verb. venalitium d. l. jubemus*, ibi *munus ſordidum* Cavalc. *in dict. deciſ. 37. n.*
64 69. ubi dicit notabile. † De quæſtione, an Eccleſiæ, Clerici, & Eccleſiaſticæ perſonæ teneantur ad obſervantiam hujus legis, & comprehendantur in edicto, decreto, ſeu proclama de vendendo frumento, ſeu aliis mercibus certo, & taxato pretio, aut de non extrahendo frumentum, ſeu alia victualia, & in edictis, quæ fiunt per judices ſeculares tempore peſtis, vel ejus ſuſpitionis? vide ultra *ſupra* citatos Matienz. *in gloſ. 5. dict. l. 1. tit. 25.* Gabriel. *conſil. 37. lib. 2.* Menoch. *conſ. 800. lib. 8.* ubi late defendunt, Clericos teneri ad obſervantiam edicti Mediolanenſis de non ferendo orizam, *& conſil. 1000. lib. 10.* Viv. *deciſ. 28. n. 14.* Menchac. *contr. uſu freq. cap. 5. lib. 1.* Mexiam *dict. concluſ. 5. per totam.* Morl. *tit. 9. de contrab. empt. quæſt. 10.* ubi de Clericis qui emunt triticum, ut poſtea revendant. Felic. de Solis *de cenſib. lib. 2. cap. 1. n. 4.* Cevall. *4. tom. quæſt. 869. numer. 40.* ubi late de *quæſt. agit. & in tract. de cogn. per viam viol. in præm, c. 4. per totum.* Hier. Leo *in dec. 20.* Bobadil. *lib. 2. cap. 18. num. 245.* Cacher. *deciſ. 68. n. 5. cum aliis*, ubi de collectis tempore belli agit, & alias elegantes quæſtiones
65 examinat. † Gutier. *lib. 4. quæſt. 38.* ubi late agit, an valeat diſpoſitio *l. 1. tit. 18. lib. 6. recopil.* quæ imponit pœnas Prælatis, & Clericis extrahentibus monetam ex hoc regno, & alia ſtatuta, & leges & vide Ricc. *collect. 171.* ubi multas deciſiones congerit in hac materia. Surd. *conſ. 524. n. 27.* ubi multos caſus refert, in quibus Eccleſiæ contribuere tenentur, & Sylv. *lib. 1. reſponſ. 5. part.*
66 3. *à n. 1.* ubi late materiam proſequitur. Et an Clerici teneantur ad obſervantiam ſtatutorum circa cuſtodiam montium, & terminorum, & ad contributionem, ut territorium rapinis, & incendiis non gravetur? agit Ancharran. *in conſil. 96.* & Eccleſias, & Eccleſiaſticas perſonas ad tales collectas, & onera teneri docet, & eum refert, & ſequitur Borrellus *in addit. ad Petr. Bellug. in ſpeculo Principum. rubr. 16. litter. A. 2. in fine*, ex quo ſequitur, quòd etiam tenentur ad contributionem pro occiſione luporum, & locuſtarum. Girond. de Gavell. *7. part. in princip. num. 29. in fin.* Cevall. *in tract. de cog. per viam violent. quæſt. 64. num. 20.* ubi tradit, quod judex Eccleſiaſticus faciet vim inhibendo judicibus ſæcularibus, qui de exigendis contributionibus à Clericis pro occiſione locuſtarum, ſeu de aliis ſimilibus agunt. Et generaliter an ſtatuta laicorum clericos ligent, & quando; vide Menchac. *de ſucceſſion. creat. §. 16. num. 652.* Palat. Rub. *in repet. rubric. de donat. inter vir & uxor. in princ. num. 15. & in repet. c. per veſtras, §. 24. num. 1. not. 1.* Matienz. *in dial. relat. 3. part. cap. 34. & in l. 7. tit. 11. lib. 5. recopilat. gloſ. 2. num. 13. & 15. & in gl. 1. l. 1. tit. 25.* Aviles. *in c. 11. Prætor.* Bernar. Diaz. *in prax. Eccleſ. cap. 60. & 136.* Plaza. *de delict. cap. 1. n. 24.* Paz. *in leg. 1. Taur. n. 62.* Perez *in proœm. ordin.* Rebuff. *1. tom. gl. 1. num. 27.* Navarr. *in cap. novit. de jud. not. ab. 6. num. 13.* Mex. *in prag. taxæ panis, gloſ. 1. concl. 5.* Tiraq. *de primog. quæſt. 43. & de retract. lignag. §. 1. gloſ. 13. n. 13. & poſt leges connub. gloſ. 8. n. 171.* Garc. *de Nobilitate, gloſ. 1. num. 44. & gloſſ. 4.* Soto. *de juſt. & jure. lib. 4. quæſt. 4. art. 1. & lib. 1. quæſt. 6. art. 7.* Sylveſt. *verbo, lex.* & *verbo clericus, in ſumma.* Et Addit. ad Gloſ. 67
pen. l. 55. infr. hoc tit. Et quod Clerici, & Eccleſiaſticæ perſonæ teneantur in foro conſcientiæ leges civiles obſervare, quæ ſunt ordinatæ in bonum publicum, temporale, & ſuper eo, quod eſt commune omnibus ſtantibus, & ſtatui Eccleſiaſtico non contrarium, etſi alias lege deficiente ad id non tenerentur, docent Medin. *1. 2. quæſt. 96. art. 5.* ubi hanc doctrinam certiſſimam dicit, Vaſquez *1. 2. diſp. 167. cap. 4. n. 28.* ubi eam concordem ſententiam Catholicorum appellat. Suarez *de defenſione fidei Catholic. lib. 4. cap. 16. num. 13.* ubi inquit, omnes Catholicos in ea convenire. Joann. Matienz. *in l. 7. titul. 11. lib. 5. recopilat. gloſſ. 2. num. 17.* ubi plures laudat, & hanc ſententiam tenere utriuſque juris ſcholam profitetur. Quo jure hæc obligatio procedit, an jure naturali, civili, vel canonico, valde controverſum eſt, ſed communis, & recepta tam Theologorum, quam Juriſtarum opinio eſt, quod leges civiles ut tales comprehendunt, & obligant directe Eccleſiaſticos ut ſæculares; quia æqualiter ſunt in temporali, & politico ſubjecti ſæcularibus poteſtatibus; prout docent Sylveſt. *quæſt. 15. in relectione, de poteſt. Eccleſ. quæſt. ultim. num. 4.* Sot. *in 4. diſt. 25. quæſt. 2. art. 2. concluſ. 4.* Valent. *4. tom. diſp. 5. punct. 4.* Thomas Zerol. *in prax. Epiſt. tom. 1. verbo pragm. dub. 2.* Medin. *ubi ſupr. dub. ultim.* Salas, *tract. 14. diſput. 14. ſect. 8. n. 94.* Bellarm. *lib. 5. de cleric. c. 28.* Molin. *1. tom. de juſt. & jure. diſp. 31. concl. 6.* Solon. *2. 2. quæſt. 67. artic. 1. controver. 2.* Rodrig. *tom. 1. quæſt. 6. art. 4.* Angel. *verb. lex. n. 5.* Sà *in eod. verb.* ex Juriſtis Bart. *in l. cunctos populos, n. 2. & ſeq. C. de ſumm. Trinit.* Panorm. *in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ, n. 3. cum aliis, de conſtit. &* ibi Felin. *num. 86. 88. & 90.* Greg. Lop. *in leg. 14. titul. 15. part. 2.* ubi vide Addit. Azeved. *in l. 13. tit. 3. lib. 4. recopilat. n. 5.* Valaſc. *conſult. 10.* Alii etſi pauci tenent, de jure naturali ad obſervationem legum ſæcularium Clericos obligatos eſſe, ut membra ejuſdem corporis in temporalibus, hoc eſt Reipublicæ. Ita docet Vaſquez *1. 2. diſp. 167. cap. 4.* Azor. *inſt. mor.*

tom. 1. *lib.* 5. *cap.* 12. *quæst.* 2. qui etiam vult exemptionem clericorum esse de jure divino, *concl.* 1. *n.* 64. Suarez. *de legibus, lib.* 3. *cap.* 34. *num.* 13. *cum aliis*, tenet de jure canonico prædictam obligationem emanare, quia jus canonicum approbat generaliter omnes leges civiles justas. Clerici autem contra prædictas leges facientes, non earum pœnis, sed aliis arbitrio judicis Ecclesiastici puniendi sunt. Morel. *dict. quæst.* 10. *titul.* 9. *num.* 4. *vers. rursus.* Pro contraria opinione, scilicet, quòd clerici ad observantiam legum secularium non teneantur, consuluit Surd. *cons.* 301. *volum.* 3. in casu, in quo Menoch. & Hieron. Gabr. consuluerunt, *& cons.* 2. *volum.* 1. *à num.* 14. & eum sequitur Mart. *in tract. de jurisdict. Eccles.* 4. *part. casu* 1. *&* 2. ubi latè probare conatur, statuta ad bonum publicum condita, nulla facta mentione clericorum, eos non ligare, & non teneri edictis, nec statutis pro annona publica: & ab hac opinione favore Ecclesiæ rutius esse non recedere, testatur Caball. *resolut. crimin.* 1. *tom. cent.* 1. *casu* 9. *&* 12. ubi pro prima opinione affirmativa multa tradit, pro qua etiam Surd. & Mart. alia tradiderunt, & ab ea in judicando, & consulendo, non est recedendum: est enim apud nos confirmata *in dict. leg.* 1. *tit.* 25. *lib.* 5. *recomp.* de cujus valore disputare instar sacrilegij
68 esset, & eam inter scribentes urriusque classis receptissimam appellat Mart. *ubi supr. num.* 1. Clerici enim in his casibus, in quibus contribuere tenentur, non compelluntur per judices sæculares ad observantiam statutorum, nec ad contributionem pontium, fontium, & aliarum rerum, sed per suos judices Ecclesiasticos, *l.* 54. *in fine, titul.* 6. *part.* 1. ibique Addit. *& ad gloss.* 1. *Rub. titul.* 1. *supr. num.* 15. & ultra *ibi*, allegatos, & alios, quos referunt *infrà* citandi, ita docent Appendix, *ad prax. Papiens. in rubric.* 20. *n.* 2. *fol. mihi*, 1288. ubi dicit, quòd Episcopus, si laicorum facultates non sufficiant, & immineat publica utilitas, priùs consulto Romano Pontifice, faciet clerum contribuere, Menoch. *dict. cons.* 1000. *sub num.* 21. *vers. licet clerici, & num.* 29. *vers. & si compulsio ipsa, & n.* 44. Surd. *dict. cons.* 301. *num.* 34. *&* 35. *vers. & tamen fatentur omnes.* Gratian. 1. *tom. cap.* 149. *num.* 44. *&* 45. Petr. Cabal. *resolut. crimin.* 1. *tom. cent.* 1. *casu* 9. *num.* 11. *cum aliis.* Franch. *decis.* 9. *num.* 3. Cach. *decis.* 68. *num.* 28. *cum seq.* Thesaur. *in additi. ad Ant. Thesaur. decis.* 234. *in fine, vers. sed dubitari solet*, ubi ex Innoc. & aliis tradit cautelam ad exigendas collectas: quòd compellantur per occupationem ipsarum possessionum, super quibus collecta erat imposita, si judex Ecclesiasticus requisitus negat facere justitian; & *in fine*, concludit, quòd in casibus, in quibus Ecclesiastici tenentur ad onera, non possunt compelli nisi per judices Ecclesiasticos. Azeved. *in l.* 11. *titul.* 3. *lib.* 1. *recomp. num.* 5. ubi tradit, quòd Clerici possunt compelli per judices sæculares contribuere in casibus, in quibus ad contributionem tenentur, recipiendo tributum de bonis, & fructibus eorum, sed securiùs esse servare, *dict. l.* 54. & requirere judicem Ecclesiasticum, ut compellat breviter Clericos ad solutionem, aliàs quòd ipsi solvere facient per bonorum captionem. Sylva. *lib.* 1. *respons.* 5. *part.* 3. *num.* 35. in casu omissionis judicis Ecclesiastici idem sequitur, secùs verò aliàs; & *in num. antecedentibus*, latè de hac quæst. agit, & de pœnis statutorum. Et *in num.* 25. dicit coram judice Ecclesiastico petendum esse. Parlador. *different.* 9. *§.* 4. *num.* 7. *&* 8. distinguit inter contributionem, quæ fit pro utilitate rerum particularium, quæ sunt communia pluribus ut singulis, prout est, quæ fit pro satisfactione custodum vinearum, vel gregum: & ea, quæ fit pro re communi pluribus aut universis, ut pro reparatione pontium, fontium, & itinerum, & in primo casu per judices sæculares ad contributionem per captionem bonorum compelli possetradit, in alio verò non; sed per suos judices, nisi periculum sit in mora, & urgeat necessitas. Necessitate enim urgente, per judices sæculares compelli posse ad contributionem, docuerunt etiam Cach. *decis.* 68. *num.* 28. *cum aliis*, ubi late fundat, & Morl. *in empor. titul.* 9. *quæst.* 1. *num.* 6. *in fine*, qui alios laudat.

Animalia vero eorum, si reperiantur in pascuis, 69
vel fundis, & segetibus alienis, pro damno, & pro pœna debita per statutum possunt per judices sæculares capi, & pignorari, donec solvatur. Azeved. *in leg.* 12. *titul.* 3. *lib.* 1. *num. fin.* Gutierr. *lib.* 1. *quæst.* 4. *per totam*, Parlador. *dict. §.* 4. *num.* 14. Cevall. 1. *tom. quæst.* 142. *num.* 5. Bobad. *lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 243. *&* 244. ubi de facto sic observatum fuisse testantur, & declaratum in regalibus Cancellariis, judices Ecclesiasticos vim facere procedendo contra judices seculares in hac causa: & ego ita etiam obtinui in Granatensi Cancellaria, & novissimè Cevall. *in titul. de cognit. per viam violent.* 2. *part. quæst.* 11. *num.* 41. *cum aliis*, ubi, quæ in hoc casu scripta sunt, refert, quem jam his scriptis vidi. Alias verò leges quòd possint Principes sæculares exequi in bonis Clericorum, sensit Glos. *in cap. filiis, vel nepotibus*, 16. *quæst.* 7. *verbo Reges, cap. Princeps, verb. intra Ecclesiam*, 22. *quæst.* 5. Carolus de Grassis *Regal. Franciæ*, 2. *part.* 70
privil. 17. Giganf. *de crimine læsæ Majest. quæst.* 63. Guillel. Bened. *in repet. cap. Bernardus, verbo in uxorem, decis.* 2. *num.* 255. *cum seq.* Bobadill. *dict. cap.* 18. *num.* 7. †Quòd exempti sint à pœnis tam quoad personas, quàm quoad bona, docuerunt Covarr. *pract. cap.* 33. Jul. Clar. *lib.* 5. *recept. §. fin.* noster Gregor. Lop. *lib.* 3. *tit.* 9. *part.* 6. *verb. Capellan.* vide *ibi* Addit. Ignat. de Villar. Sylva. *respons. lib.* 1. *respons.* 5. 3. *part. num.* 7. ubi tradit, statuta laicorum, cum agitur de animalibus clericorū repertis in pascuis prohibitis, in his casibus clericos ligare. Et *in num.* 28. dicit, quòd possunt animalia, in quibus ligna feruntur, capi à judice sæculari.

Necessitatis autem tempore posse judices sæcu- 71
lares absque metu excommunicationis triticum, & hordeum decimarum, & aliorum redituum Ecclesiarum sequestrare, & cogere clericos ad vendendum triticum, quod eis supereſt, relicto sibi necessario pro alimonia familiarum suarum, si immineat necessitas, & magna indigentia tritici, & eis justum pretium offeratur, docent Gutierr. *lib.* 1. *quæst.* 13. & Castill. de Bobadill. *ubi supr. lib.* 8. *cap.* 3. *num.* 13. ubi tradit aliquoties in executione, *leg.* 1. *titul.* 25. *lib.* 4. *recomp.* extraxisse de domibus canonicorum, clericorum divitum, & Episcoporum, & eorum œconomorum triticum ad reipublicæ sustentationem: & servatis his, quæ tradit Gutierrez, securè fieri poterit.

Et statutum, ne vinum in urbem extra fines ter- 72
mini inferatur, utrum liget Clericos? Vide Mench. *controv. usu. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 18. Mex. *in pragm. taxæ panis, conclus.* 5. *num.* 17. Ignat. Salced. *in addit. ad* Bernard. Diaz. *in praxi. crimin. canonic. cap.* 55 *addit.* 1. *lit. A.* Azeved. *in l.* 1. *n.* 20. *tit.* 18.

lib. 6. recomp. Ignat. de Villar. *lib. 1. resp. 6. num. 21.* ubi contra Grammat. & Covarr. Clericos hujusmodi statutum ligare docent; & sic est tenendum, licet contrarium novissimè defendat Gutier. *lib. 1. quæst. 32. num. 16.* quod admittendum est in vino collecto extra territorium in vineis propriis Ecclesiarum, & Clericorum, & ubi contraria esset consuetudo.

73 Caveant tamen judices sine Regia provisione triticum, & hordeum decimarum sequestrare, & capere de domibus, ubi recolligitur, antequam divisio inter beneficiatos fiat, & non servatis requisitis, *supra* traditis; aliàs enim merito excommunicari poterunt à judice Ecclesiastico, prout in praxi sic observatum fuisse in duobus casibus testantur Gutierr. *in dict. quæst. 13. in fine*, Bobadill. *in dist. cap. 3. lib. 3. n. 14.* & in aliis duobus ego sic etiam observari vidi.

74 Infertur 13. quando immineret necessitas, & panis penuria, posse compelli cives ditiores mutuare pecuniam civitati pro emptione frumenti & aliarum mercium, quæ necessaria sint pro hominum alimentis: de quo vide Addita ad Glos. *1. rubr. tit. 1. sup. hac. par. num. 6. cum sequent.*

75 Infertur 14. favore publicæ utilitatis habitatores burgorum, casalium, villarum, & castrorum alicujus civitatis posse compelli ad portandum victualia ad civitatem, & ea venalia justo pretio exponere, *l. 2. ff. de nundinis.* Affirmat Lucas de Penna per illum *text. in l. 1. ut rustic. ad nullum obsequium vocent. C. lib. 11.* Aufredi, *in addit. ad decis. Capellæ Tholosan. 446.* ubi latè materia hæc tractatur, Raben. *singul. 707.* March. *decis. 140. num. 49. tom. 1.* ubi copiosè agit de rebus huic materiæ pertinentibus, Peguer. *decis. 88. num. 3.* ubi eos refert, & sequitur, Avendañ. *in cap. prætor cap. 19. num.* Limita in clericis, ut diximus *supr.*

76 Infertur 15. quòd favore publicæ utilitatis potest fieri prohibitio, ne quis ultra necessitatem, & indulgentiam emat, ne aliis res cariùs vendatur, vel penitùs careant prædictis rebus, Salic. *in l. 1. C. de Episcop. audien. col. fin.* Gomez. *2. tom. variar. cap. 2. num. 51. vers. ex quo notabiliter*, Avilef. *in cap. 17. num. 23.*

77 Infertur 16. quòd pro eodem favore, si universitas frumentum, vel merces emit, & corrumpuntur, ne in damnum civitas extet, cives compelluntur emere, licet eis necessariæ non sint, Bart. *in l. 1. C. ut, nemini liceat ab empt. speci. se excus. l. 10.* Paris. de Put. & alij, quos refert, & sequitur Avilef. *in cap. 17. num. 31.* Bobad. *lib. 3. cap. 3. num. 90.* Avend. *in addit. ad Vincent. de Franc. decis. 9. n. 33.* Cened. *pract. quæst. 33. num. 23.* Mexias, *in pragm. taxæ panis, concl. 1. num. 74. & 75.* ubi quærit, an vici, & oppida, quæ intra territorium civitatis sunt, ad hanc emptionem compelli possint, & *in concluf. 4. num. 30.* Surd. *de alimentis, tit. 1. quæst. 77. num. 8.* ubi multos laudat, & vide Fabian. de Mor. *de empt. & vendit. quæst. 3. principali num. 40.* ubi regulam constituit, quòd quis non cogitur emere, & eam limitat.

78 Infertur 17. cives cogendos esse frumentum collectum ex agris illius civitatis, vel oppidi, vendere potius concivibus, & oppidanis, quam exteris justo pretio. Covarr. *lib. 3. var. cap. 14. num. 6. in princip.* Mexias *in pragm. taxæ panis, concluf. 5. num. 94. cum aliis*, Bobadill. *lib. 3. c. 3. num. 54.* Cancer. *var. part. 1. cap. 1. num. 56.* ubi consultisse tradit.

79 Infertur 18. quòd cives territorij, ubi frumentum fuit collectum, si exteris sit venditum, possunt illud retrahere intrà breve tempus pro eodem pretio. Covarr. *dict. num. 6. vers. quarto.* Mex. *num. 113.* Azeved. *in l. 7. titul. 11. lib. 5. recomp. num. 3.* ubi ex Bart. & Socin. tradit, idem esse in alia quacumque re alienata, Bobadill. *dict. cap. 3. num. 51. & 56.* Gutierr. *in dicto lib. 4. quæst. 50.* ubi dicit, quod in praxi servatur. Cancer. *ubi proxime, dicto num. 56. & in 57.* in casu, si quis excessivum pretium offerat, ut istud à prælationis jure evitetur, remittit se ad Covar. *in dict. cap. 14. num. 6. vers. secund. & seq.*

Sed quid, si emptor pretium ultra taxatum in 80
lege regia pro faneca tritici solvisset, an illud retrahens idem præstare debeat, vel satis sit pretium à lege taxatum dare, vide Mexiam. *ubi suprà num. 114. cum aliis, usque ad num. 128.* ubi ad partes quæstionem examinat, & integrum pretium restituendum esse tradit, ne duplici afficiatur injuria, & cogatur rem vendere, & partem pretij amittere. *Et in num. 24.* declarat procedere, quando primus venditor, qui pluris vendidit haberi non potest, vide eum.

Infertur 19. quòd tempore necessitatis, & fru- 81
menti inopiæ, potest interdici à judicibus inferioribus, & consiliariis civitatum, & populorum, frumenti extractio, non obstante *l. 28. tit. 18. l. 6. recomp.* ubi hoc fieri absque licentia Regis est prohibitum, *l. si quis post hac, Cod. de æ ific. privat. l. cotem. ferro. in princip. ff. de publ. & vectig. l. 1. & 2. C. quæ res export. non debent.* Avend. *in cap. 19. prætor. 1. part. num. 35. vers. & ratione publicæ utilitatis*, Avilef. *in cap. 17. gloss. à razonables precios, n. 36.* Mexia, *in pragm. taxæ panis concluf. 1. num. 36.* Bobadil. *lib. 3. cap. 3. num 54. & 55.* Gutierr. *lib. 4. quæst. 48. per totam, maximè, à num. 1. usque ad 12.* à quo usque ad finem pro contraria opinione multa tradit. Sed ista est verior, & tenenda, quando est penuria, & necessitas frumenti in territorio. Et *dict. l. 28.* intelligenda est, quando inest abundantia, noster Gregor. Lopez *in l. 15. titul. 1. par. 1. glos. 4. ibique addita*, Avend. Avil. Mex. Bobadil. & Gutier. *ubi supr.* Sylv. *lib. 1. respons. 5. num. 19. & 28.* & vide eum, *ibi, num. 21.* ubi ex Afflict. *decis. 250.* & Lop. *ubi supr.* tradit tempore penuriæ hujusmodi statutum ligare Ecclesias, & Ecclesiasticas personas, etiam respectu frumenti collecti ex prædiis propriis. Et opinionem Ripæ, *in titul de peste, tit. de remed. ad conservand. ubertat. n. 122.* & Grammat. *decis. 100. num. 15.* intelligendam esse stante ubertate.

Et de quæstione, utrum agricultores forenses pos- 82
sint extante dicta prohibitione frumentum, quod in territorio collexerunt, extrahere extra territorium ad suam domum? Vide nostrum Lopez *in glos. 4. l. 15. titul. 1. part. 1.* & ibi Addit Mexiam, *in dict. concluf. 1. num. 30.* Cabal. *resol. crimin. cent. 1. casu 14.* Ex quibus vera resolutio est, quòd eis licita est exportatio, maximè pro victu domus, & familiæ eorum, ex Thesaur. *decis. 152.* quod in Ecclesiasticis personis pro usu necessario frumentum extrahentibus præcipuè procedit, ex traditis per Sylvam, *in dict. resp. 5. num. 22.* & vide Gutierr. *lib. 4. quæst. 42. num. 1.* ubi dicit, laboratores forenses posse partem suam frumenti, quam recollexerunt in territorio regni hujus, impunè exportare ad domum suam, quam habeant in Regno Portugalliæ, vel Aragonis.

Infertur 20. si quis res proprias ad victum, & 83
vestitum hominum pertinentes venditioni exposuit,

fuit, etiam cessante inopia posse cogi ad earum venditionem; nam æquum est, & Reipublicæ conveniens, quòd publicus venditor cogatur vendere res justo pretio à judice taxato, *l. 1. C. de Episcop. aud. & ibi*, Glos. 1. *in fine, & ibi*, Bar. Bald. & Doctores, Glos. *in l. nec enim, ff. rerum amotar.* Vivius, *in 2. tom. comm. opin. lib. 19. vers. vendere rem propriam, fol. mihi*, 448. *col. 2. vers. fallit. prædicta regula secunda*, ubi alios refert, & dicit communem. Marsil. *in l. 1. §. cum quidam deponere, n. 6. ff. de quæst.* Covarr. *lib. 3. variar. cap. 14. n. 1.* Avilesius *in cap. 17. glos. à razonables precios, n. 1. cum aliis*, Perez, *in l. 2. tit. 23. lib. 2. ordin. col. antepenult. v. tertius casus, pag. mihi* 434. ubi latè fundat. Morl. *tit. 9. quæst. 1. num. 3.* Surd. *consil. 205. n. 6. & l. 15. tit. 13. libro 8. recomp.* utiliter facientibus propria autoritate. cibaria sumere ab eis, qui ex posuerunt ea venditioni, permittitur, si alias non inveniant, Azeved. *ibi in n. 5.* hoc notat.

84 Amplia, dominum, postquam res expositi venditioni, non posse pœnitere, & eas à vendendo retractare, Glos. & Doctor. *in dict. l. nec emere.* Surd. *n. 6.* & alij, *ubi sup.*

85 Intellige quando res venditioni exposita esset de his, quæ spectant ad victum & sustentationem hominum, secus vero, si de his non esset, ut ex Iasone, & aliis tradunt Perez, *in vers. iste tamen.* Surd. *num. 27, & 28.* Avilesius. *num. 7. & 11. ubi sup.* Menoch. *de succes. creat. §. 10. num. 77. vers. ad ista contraria.* Et quando quis dicatur rem venalem habere, vide Farinac. *cons. 22. num. 5, 6, 7. & 8. in 3. tom. cons.* qui est ultimus omnium, ubi agit de excusatione rei, qui habebat rem prohibitam vendi.

86 Limita hanc ampliationem, nisi justa causa adsit mutandi propositum, nam tunc etiam si res exposita venditioni spectaret ad victum, posset pœnitere. Salicet. *in l. 1. C. de Episcop. audien. num. 2. vers. & est ratio.* Surd. *dict. consil. 205. n. 28.* Gratian. *discep. forens. 1. tom. cap. 149. n. 19.* justa enim causa reputatur, quòd velit rem pro suo usu retinere; qui eam venditioni exposuit, in quo standum est ejus juramento. Surd. *num. 12. cum aliis, usque ad 17. & num. 28.* Stephan. Gratian. *num. 28. ubi supra.*

87 Infertur 21. pro utilitate publica libertatem vendendi posse infringi, & facere ut unus tantum carnes, alter pisces, oleum, & vinum vendat. Avend. *in cap. 19. prætor. 1. part. num. 35. vers. apud nos.* Bobadill. *lib. 3. cap. 4. num.* Mexias, *in pragm. taxæ panis, conclus. 4. num. 18.* Auend. *in addit. ad curiam Pisan. lib. 2. cap. 18. litt. M. n. 28.*

88 Infertur 22. ex Glos. *in fine*, quòd quis ratione publicæ utilitatis compellitur vendere locum, ut furca erigi possit. Adde Oldradum, *cons. 161. num. 5.* Franc. Marc. *decis. 336. num. 5.* Alexand. *in leg. 1. in 14. colum. & in l. 2. in ultim. col. ff. solut. matrim.* & communitas, *lib. 5. commun. opin. verbo, emptionis, 9. col. vers. fallit pro bono publico, p. 246.*

89 Infertur 23. ex eadem ratione, posse officialem justitiæ domino invito capere animal alicujus pro executione justitiæ, ut in eo malefactor portetur ad suplicium, ut cum Bart. *in l. juvenis nullam. C. de sacros. Eccles.* Bart & Bald. *in l. fin. §. fin. ff. de pig. action. & ibi*, Fulg. Ias. *in Barbarius, vers. undecimo facit. ff. de offic. Prætoris.* Alexand. *cons. 190. vol. 2.* Ruin. *cons. 105. vol. 5.* tradit Gabriel *lib. 3. comm. opin. tit. de jure quæsito non tollendo, conclus. 2. n. 8.* Gomez, *variar. cap. 14. num. 7.* Puteus, *in tract. de litter. oblig. glos. 2. n. 22.* Franc. Marc. *d. decis. 336. num. 8.* Prosper. Petra, *in addit. ad Thom. Gramm. decis. 75. num. 1.* † tenebitur tamen officialis justum 90
pretium domino solvere, & damnum, si boves ceperit ad portandum delinquentem ad suplicium, quia terra ex illorum aratro nunquam germinabit fructum, ut magis mirabiliter, quàm verè dixit Peteus, *ubi sup. num. 3.* quem refert, & sequitur Petra. *in dict. num. 1.* & hujus dicti meminit Eman. Suarez, *in addit.* ad Anton. Gomez *in dict. num. 7.* & quòd teneatur domino competentem mercedem solvere, tradit Anton. Gabr. *num. 9. ubi sup.* ex Bald. *in d. l. fin. de pign. action.*

Infertur 24. quòd poterit judex compellere ali- 91
quem hominem, dum tamen sit persona vilis, ad exequendam justitiam decapitando, vel suspendendo reum delinquentem. Anton. Gabr. *dict. concl. 2. num. 10.* Gomez, *dict. cap. 24. num. 7. in fin.* ubi alios laudat. Gasp. Valasc. *in l. Imperium, n. 18. ff. de jurisdict. omn. judic.* Julius Clar. *pract. §. ult, quæst. 99. vers. sed pone*, Rebuff. *num. 19. & 20. ubi sup.* qui *in num. 23. & 24. dicit*, quòd non poterit compellere etiam vilem ad sepeliendum mortuos ex peste, nisi essent ad mortem condemnati.

De pretio, quod solvi debet ei, qui vendere com- 92
pellitur, Vide Addit. *ad glossam 4. infra.*

Et alios casus, in quibus vendere, & emere quis 93
invitus compelli potest, Vide apud Socinum, *in d. regul. 435.* Horosc. *in l. 2. §. cura carnis, ff. de offic. præf. prætor.* Peretium, *in l. 2. tit. 23. lib. 2. ord. glos. 1*, & alios citatos *suprà*, *in principio hujus addit. & in 1. tom. comm. opinion. lib. 5. pag. 246. vers. emere, vel vendere quis regulariter non compellitur*, apud quos alias plures limitationes ad dictam regulam invenies. Ego vero eas tantum referre constituì quæ in praxim frequenter haberi possunt. Et vide *lib. 10. & 13. tit. 19. lib. 7. recomp. & l. 3. & 4. tit. 11, lib. 1.* ubi duo casus tradunrur, in quibus quis cogitur vendere.

Et in prædictis casibus, in quibus ex causa alicui res sua aufertur, illa causa cessante, debet res restitui domino, cui fuit ablata, si restitui potest. Ut ex Innoc. tradit Felin. *in cap. quæ in Ecclesiarum, de constitut. col. 19. vers. secunda declaratio*, Aviles, *in c. 18. prætor. glos. unica, vers. tenet unum singulare*, Gabr. *lib. 3. comm. opin, tit. de jure quæsito non tollend. concl. 4.* ubi pro hac opinione refert Anton. Bur. *in dict. cap. quæ in Ecclesiarum vers. sed si causa cessat.* & Imolam, *vers. quid autem si statutum.* Socin. *cons. 64. vers. videndus, etenim in simili.* Afflict. *decis. 361. num. 20.* Sylva. *respons. 50. lib. 1.* Tiraquel. *regul. cessante causa 1. part. num. 20.* Guttierr. *in repet. nemo potest, num. 72. ff. de legatis, 1. num. 72.* Azeved. *in l. 1. tit. 1. lib. 4. de recomp. num. 28.* ubi hoc intelligit, quando non est datum bonum cambium domino, alias & si res restituatur, resarcitis damnis, debet ipse acceptum restituere.

SUMMARIUM.

1 *Venditionis contractus metu, vel vi factus non valet.*

2 *Vendita res est restituenda, si metus circa contractum fuit adhibitus; si vero circa pretium, agitur alternative ad rem, vel ad supplendum justum pretium.*

ADDIT. GLOSS. II.

NOta ad Glos. quod emptio metu, vel vi facta 1
non valet. Et adde. Mediz *de casibus, & pe-*

ricul. 1. part. quæst. 7. num. 32. Vincent. Carroc. *de*
2 *cis. 26. n. 3.* † ubi tradit, quòd si merus fuit adhibitus circa contractum, res vendita est restituenda; si vero circa pretium, agitur alternativè ad rem restituendam, vel ad supplendum justum pretium, *ex text. in leg. si res, 13. §. 1. ff. de jure dotium*, ubi Bart. dicit esse casum singularem in practica in modo concipiendi libellum, & se millies in praxi habuisse, & vide addita ad Glos. 1. & 2. *l. 56. infra hoc tit.* ubi latè.

SUMMARIUM.

1 *Vendere partem compellitur habens servum communem, si alter socius velit eum manumittere.*
2 *Amplia etsi minimam partem habeat in servo.*
3 *Socius si in re communi Ecclesiam ædificare velit, alter socius partem suam vendere tenetur.*
4 *Rem vendere pro ædificanda Ecclesia de novo quis compelli non potest.*
5 *Servum dominus non tenetur vendere ut manumittatur.*

ADDIT. GLOS. III.

1 AD Glos. 3. Nota quod habens servum communem compellitur partem, quam in eo habet, vendere, si alter socius velit eum manumittere. Et adde Didac. Perez, *in l. 2. tit. 23. lib. 2. ordin. col. antepenult. vers. secundus casus erit*, Azeved. *in l. 25. tit. 8. lib. 8. recomp. num. 5.* Anton. Gomez. *in*
2 *l. 70. Tauri, num. 27. vers. quod autem.* † ubi dicit sufficere, quòd habeat minimam partem in servo, & cum Bald. *in leg. 1. C. de com. ser. manumit. in finalibus*
3 *verbis.* † quod si socius vult ædificare Ecclesiam in loco communi, socius tenetur suam partem vendere; secus vero si fundus non sit communis, & de
4 novo Ecclesiam ædificare velit; vel si alienus erat servus, nam tunc non tenetur vendere: & facit *l.*
5 *1. §. si vero gratias, C. comm. de manumiss.*, † ubi decidituir, quòd habens usumfructum in servo, non potest eum manumittere. Anton. Gomez. *ubi sup. num. 32.* Bapt. Valen. *consil. 18. num. 3.* Didac. Perez, *in fine glos. unicæ, l. 2. tit. 23. lib. 2. ordi. versic. quintus est casus, pagin. 435.*

SUMMARIUM.

1 *Pretium justum est solvendum, semper quòd lex permittit rem à privato auferri.*
2 *Pretium justum rerum immobilium qualiter taxetur.*
2 *Pretium rerum mobilium, maxime earum, quæ pertinent ad hominum victum, per singulas Provincias, & Civitates varium est.*
4 *Pretium aliud est legitimum, aliud naturale,*
Pretium legitimum est, quod à lege, judice, vel republica taxatur, ibi.
Pretium taxatum à lege, vel à judice dicitur justum, & non licet recipere aliquid ultra, etiam in minima quantitate, & excessus inducit lethalem culpam, ibi.
5 *Judex taxare potest pretium mercium existente justa causa.*
6 *Rei suæ quilibet est moderator, & arbiter, etiam abutendo.*
7 *Pretij taxatio circa annonam, & victualia subditorum ad Principem, & ad ejus officiales spectat.*
8 *Judex in pretij taxatione quid attendere debeat.*
9 *Vendere merces ad victum necessarias tempore necessitatis domini inviti compelli possunt, etiam viliori pretio, quàm justo.*
10 *Contrarium.*
11 *Limita, nisi sit penuria pecuniarum, & quando pretium taxatum à lege est justum, etsi sit minus, quàm illud, ob quod communiter res posset vendi.*
12 *Pragmatica, in qua jubetur, omnes merces vendi pretio currente anno 1624. justissima est, & quæ anno 1618. publicata fuit, in qua omnium mercium, & fructuum pretium taxatum fuit.*
13 *Pauperibus viliori pretio merces vendere dominus an compelli possit.*
14 *Frumentum, si forensis portet, & in transitu ei à Civitate auferatur, civitas tenetur ei solvere pretium secundum valorem loci destinati.*
15 *Frumentum in territorio collectum tenetur civis vendere pretio taxato, & ei non debetur pretium, quod foris habere poterat.*
16 *Dimidia pars frumenti, quod à conductoribus potest auferri, si facto computo pluris est, quàm Regia pragmatica taxatum, conductores impunè ultra taxam accipere non possunt, num. 15. contrarium ibi, & verius.*
17 *Frumenti taxatio facta à lege, an obliget transgressores in conscientia.*
18 *Frumentum præ amicitia vendens, an excessum ipse restituere teneatur, si dominus non restituit.*
19 *Officialis, & taxam mercium improbans, qua pœna plectatur.*
20 *Pretium naturale est arbitrarium nulla lege coarctatum, & in puncto indivisibili non consistit, & est triplex, supremum, infimum, & medium.*
21 *Pretium ex affectione cujuslibet non constituitur.*
22 *Res tantum valet, quantum vendi potest communiter absque fraude, & injuria homini scienti ejus conditionem, & non constituto in egestate.*
23 *Vendens ultra pretium legitimum, si non est parva materia, mortaliter peccat, & ad restitutionem tenetur, aliàs est peccatum veniale.*
24 *Solutum ultra pretium taxatum tanquam indebitè solutum potest repeti.*
25 *Venditori, aut emptori non datur actio, quando pretium non est taxatum, nisi læsio sit ultra dimidiam justi pretij, ibi.*
26 *Pretium justum per judicem debet declarari, & in quibus casibus.*
27 *Pretij taxatio, seu æstimatio rei qualiter fiat, & quid sit considerandum.*
28 *Vendere pretio à judice taxato tenetur dominus, quando ad vendendum potest compelli, licet ab alio plus offeratur.*
29 *Cum quis potius uni, quàm alteri vendere ex l. dispositione tenetur, pretium, quod ei ab alio offertur absque fraude, & dolo, præstari debet.*

ADDIT. GLOSS. IV.

1 AD Glos. 4. Nota generaliter, quando lex permittit rem ob publicam utilitatem, vel necessitatem

necessitatem auferri, esse intelligendum justo pretio soluto, & non aliter, & adde *l. 2. tit. 1. p. 2.* ibi *tenudo es por derecho de darle antes buen cambio, que vala tanto, o mas, l. 31. tit. 24. p. 3.* ibi, *dandole cambio por ella, è comprandosela segun que valiere, l. 27. tit. 8. inf. hac par. &* ibi Addita, *l. si venditor, §. si constat, ff. de commun. præd. alienatione,* quem *text.* dicit meliorem de jure Bart. *in proœm. num. 5.* Glos. *verb. multò, in l. Barbarius Philippus, ff. de officio Prætoris,* ubi latè, & bene. Jason. *à num. 36. usque ad num. 44.* de hoc agit. Felinus *in cap. quæ in Ecclesiarum, num. 28. vers. 1. declaratio de constit.* Pinell. *in leg. 2. C. de rescin. vendit. in 1. part. rubricæ, cap. 2. n. 14. cum aliis,* ubi latè comprobat, & plures laudat. Roland. à Valle. *consil. 71. lib. 3. n. 2. cum aliis,* ubi multa cumulat in comprobationem hujus doctrinæ. Jacob. Menoch. *consil. 137. num. 1. 2. & 3.* Andr. Gaill. *lib. 2. observat. 56. num. 8.* Gregor. Cabed. *decis. 18. n. 13.* Aviles, *in cap. prat. cap. 18. glos. final. versic. & quoque.* Salced. *in addition. ad* Bernard. Diaz *regul. 209. vers. tertio ampl.* ubi plures laudat. Mier. *de majorat. 4. part. quæst. 1. num. 116.* Sylva *resp. cap. 8. lib. 1. num. 51.* ubi jura expendit, & vide addit. ad Glos. *prim. sup. num. 1.* Et in additionib. ad Glos. *1. leg. 55.* & de interpretatione *legis item si verberatum, 15. §. 1. ff. de rei vendicat.* quæ contrarium probare videtur, vide Arian. Pinel. *dict. num. 14. vers. ex quibus.*

2 In cognitione enim, & taxatione justi pretii inest difficultas. Ad ejus explicationem præmitte primò, magnam esse differentiam inter bona immobilia, & mobilia, cum de taxatione pretii agitur, immobilium enim bonorum certa doctrina non potest dari; sed cum de cognitione valoris eorum agitur, recurrendum est ad fructus, qui ex eis percipiuntur, & ad alia, de quibus vide addita ad Glos. 6. *l. 56. inf. hoc tit.* ubi latè de pretio justo rerum immobilium egimus.

3 Mobilium vero, de quibus hic agendum est, & maximè de his rebus, quæ pertinent ad hominum victum, varia sunt pretia per singulas provincias, & civitates, ut inquit Juris Consult. *in l. ideo, ff. de eo quod cert. loc. l. pretio rerum, in princip. ff. ad l. Falcid.* Matienz *in l. 1. glos. 2. tit. 11. num. 39. lib. 5. recomp.* ubi alios citat.

4 Præmitte secundò, duplex esse pretium, alterum legitimum, & alterum naturale; Legitimum pretium est, quod à lege, Republica, vel à judice taxatur. Joan. Nider. *in tract. de mercator, cap. 2. num. 11. vers. quintò volens,* ubi ait *justum pretium esse taxatum à lege civili, vel aliàs, vel consuetudine, vel communi cursu, &c.* & dicitur justum, & legitimum à lege, Republica, vel à judice taxatum, & ei standum est, & non licet recipere aliquid ultra in quacumque etiam minima quantitate; ut latè comprobat Cagnol. *in l. 2. C. de rescind. vendit. num. 189. vers. aut si pretium, & ibi* Pantal. Cremens. *num. 273.* & Arias Pinell. *3. part. cap. fin, num. 45.* Covarr. *lib. 2. variar. cap. 3. n. 5. vers. vel ita accipiendum est.* Perez, *in l. 2. tit. 23. lib. 2. ordin. vers. prior pars.* Aviles, *in capitulis Prætor. cap. 17. glos. verb. à razonables precios, num. 1.* Alv. Valas. *consult. 43. n. 12.* Mor. *in empor. utriusque jur. tit. 5. de contrab. empt. quæst. 6. num. 4.* ubi alios laudat. Joan. Matienz, *in l. 1. tit. 25. lib. 5. recomp. gloss. 2. num. 3.* ubi tradit quòd excessus inducit lethalem culpam, & alios refert & *in l. 1. tit. 11. eod. lib. 5. glos. 2. n. 9.* Joseph. Mascar. *de probat. concl. 443. num. 10. conclus. 641. n. fin. & concl. 1403. n. 39.* Sigism. Scacc. *in tract. de commerc. §. 1. q. 7. n. 2. ampliat. 10. n. 65. in fine, fol. mihi 232.* Gasp. Rodrig. *de ann. redit. lib. 1. quæst. 115. in fin.* Prosp. Farinac. *in frag. 1. part. verb. decept. num. 41.* ubi alios adducit. Molin. *2. tom. de just. & jur. disput. 347. per totam.* Avendan. *de censib. cap. 27. & 28.* ubi de pretio legitimo, & naturali agit. Felician. *de censib. lib. 1. cap. 3. num. 15. versic. quartò potest. lib. 2. cap. 1. n. 2. & n. 12. vers. legitimum vero.* ubi multos laudat, & agit de latitudine pretii naturalis & quando absque culpa lethali, & usque ad quam quantitatem possit res vendi. *vide inf. num. 23.* & est sive controversia, quòd ubi pretium est determinatum à lege, & lex figit pedes suos, eam transgredi non licet. † Et existente causa, puta caristia panis, vini, olei, & aliarum rerum, quæ ad vitam hominum sunt necessariæ, † (licet rei suæ quilibet sit moderator, & arbiter. *l. in re mandata. C. mandati, l. si quid possessor. 34. §. sic autem,* ibi, *quia quasi suam rem neglexit, l. sed etsi lege §. consuluit, ff. de petitio. hæreditatis,* & vide addita ad Glos. 1. *sup. num. 2.*) hæc taxatio à judice fieri potest, *l. 1. §. cura carnis, ff. de officio præfect. urb.* Glos. *verb. venalibus, per text. ibi in l. numerum, §. idem, Episcop. ff. de mun. & honor. l. decuriones, ff. de administr. rerum ad Civit. pertin. l. non debere, ff. ad municip. cap. 1. de empt. & vendit. l. 14. tit. 6. lib. 3. recomp.* Francis. Ripa. *in tract. de peste, cap. 4. de remediis præservativis, num. 197. & 198.* Didac. Perez. *ubi proximè.* Curia Pisan. *cap. 18. num. 81. & ibi,* Azeved. *dict. nu. 26. lib. 2.* Cabed. *decis. 92. part. 2.* † ubi latè probat taxationem pretii circa annonam & victualia subditorum ad Principem, & ad ejus officiales spectare. Castill. de Bobadill. *in politic. Prat. lib. 3. cap. 4. n. 9.* ubi *in glos. liter. D. & E.* alios plures refert. Per. August. Morl. *in empor. utriusque jur. 1. part. tit. 9. de contrab. emption, quæst. 6. num. 2. & quæst. 1. n. 4. in fine.* Joan. Matienz. *in l. 1. glos. 2. tit. 11. num. 8.* Francis. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib. 4. num. 24. cum aliis.* Joan. Gutierr. *lib. 4. quæst. 61. num 20. & 32. usque ad 39.* ubi tradit, quæ concurrere debeant, ut lex pretium taxans sit justa. 5 6 7

In taxatione autem pretii judex attendere debet necessitatem rei, copiam, inopiam, laborem, curam, industriam, & pericula negotiationis, bonitatem intrinsecam mercium venditarum, & emptorum frequentiam, & alia id genus Covarr. *lib. 3 variar. cap. 3. n. 5.* Sigism. Scacc. *de commerciis §. 1 quæst. 1. n. 436.* Matienz. *in dict. l. 1. tit. 11. glos. 2. n. 7* Bobadill. *cap. 4. num. 65. & 67.* qui Sotum, Navarr & alios refert. Mantic. *numer. 26 ubi sup.* Gutierr. *lib. 4. pract. quæst. 61. n. 7.* 8

Tempore necessitatis etiam viliori pretio, quàm justo merces ad victum necessarias domini ad vendendum cogi possunt. Bart. *in l. 1. §. cura carnis, ff. de offic. præfect. urb. & in leg. annonam, ff. de extraord. crim.* Roland. *consil. 80. num. 14. lib. 3.* Jason. *in l. nec emere. 16. n. 3. C. de jure deliber.* & Fabian. de Mont. *in tract. de empt. & vendit. q. 3. princip. num. 40.* Vincent. de Franch. *decis. 9.* Francis. March. *decis. 450. num. 91.* Decian. *in tract. crimin. tom. 2. cap. 22. num. 24.* Garc. Mastrill. *decis. 17. n. 11.* Tiraquell. *in proœm. de retract. lignag. num. 26.* Alex. *cons. 190. num. 3. & 13. lib. 2.* Jacob. Menoch. *consil. 137. num. 12. & num. 18. lib. 2.* Joan. Petr. Surd. *cons. 2. num. 20. & 21. & in tract. de alimentis. tit. 8. quæst. 94. num. 4. & 5.* Francis. Vivi. *decis. 28. num. 7.* Cabed. *decis. 92. n. 5. 2. part.* Pert. Fontanel. *de pactis, nupt. claus. 4. glos. 12. num. 27. & 28.* ubi 9

decisiones

decisiones Senatus Cathaloniæ in hoc casu refert. Aviles. *in cap. Prætor, cap. 17. vers. à razonables pretios, num. 12.* Castill. de Bobadill. *dict. lib. 3. cap. 3. num. 21. in gloss. litera A.* multos refert, & *cap. 4. num. 66.* ibi, *y lo que mas es.* Cardinal. Mantic. *dict. tit. 29. num. 31.* Petr. Cabal. *cap. 9. num. 5.* Gabriel Valasc. *de privil. pauper. quæst. 24. n. 6.*

10 Contrarium, imò quòd quis cogi non possit rem propriam pretio injusto, & viliori etiam favore rei publicæ vendere, probatur ex generalitate *dict. §. cura carnis, & l. non debere, ff. ad municipalem, l. fin. ff. ad l. Julian. de anno, l. venditor, §. si constat, ff. commun. prædior.* Bart. *in l. unica, num. 7. C. ut nemini liceat se excus. lib. 10.* Paul. Castr. *in l. 1. ad finem, C. de Episcop. audien. & ibi,* Salicet. *num. pen.* Covarr. *lib. 2. variar. cap. 3. num. 5.* ubi hanc contra communem defendit. Joann. Matienz. *in l. 1. tit. 11. lib. 5. recomp.* Glos. 2. *n. 42.* ubi traditis per Covarr. assentitur; & pro hac opinione plura tradit Cabed. *decis. 105. num. 6. 1. part.* Albar. Valas. *consultat. 22. num. 5. & 6.* ubi dicit consuetudinem in contrarium non valere.

11 Et sic est tenendum, nisi de penuria pecuniarum, sit necessitas quoad pretium, quo casu procedit prima opinio, & viliori pretio res potest taxari, ut tradit Covarr. *ubi suprà,* quem sequitur Cabed. *dict. num. 6.* Procedit etiam dicta prima opinio, quando pretium statutum à lege publica, vel à judice esset in se justum, etsi sit minus, quàm illud, quo res illa posset communiter vendi, ex
12 eisdem Covarr. & Cavedo, *ubi sup.* † pro ut pretium isto anno 1626. taxatum fuit in nova pragmatica, quæ cum hæc scriberem publica fuit, in qua omnibus, qui tabernas palam, aut abditè citra annum sexcentesimum vigesimum quartum habuerint, merces pretio currente in illo anno vendere fuit imperatum, & ne se à negotiatione retraherent, sub gravi pœna contenta in dicta lege, quæ intra duos menses revocata fuit, statutum fuit. Et postea an. 1627. in mense Septempris alia nova pragmatica, & cum generali taxatione pretij omnium mercium publicata fuit, & contra transgressores gravissimæ pœnæ fuerunt impositæ, prout tempore Regis Alfonsi 11. factum fuisse *in ejus Chronicis, cap. 5.* legitur: & iterum non sine magno subditorum incommodo, & damno experta sunt ea, quæ illis temporibus evenisse legitur. Et quod tam sanctè, & laboriosè pro bono publico statutum fuit, ex malitia mercatorum, dardaniorum & aliorum, qui merces habebant, in ejus perniciem verterunt, merces enim non reperiebantur, nec cætera omnia, quæ ad hominum necessaria erant; & sic necessitate cogente, & quia damnum oriebatur, ex quo utilitas spectabatur, in mense Augusti anni 1228. revocata fuit, & moneta ærea reducta ad valorem antiquum, quem anno 1603. habebat, in quo duplicata fuit, & merces non inveniuntur, neque earum valor est diminutus; sed cum typis mandatur, aliquantulum aliter nonnulla se habent.

Aliter, & tertiò dictas opiniones componere
13 vult Aviles. *dict. cap. 17. num. 17. & 18.* ubi tradit primam opinionem procedere respectu pauperum, quibus viliori pretio tempore necessitatis merces ad victum necessariæ dari debent; contrariam verò opinionem respectu divitum, & quando non esset caristia. Sed mercium venditores non possunt magis, quàm alii ditiores, compelli ad eleemosinam faciendam, unde opinioni Domini Covarruvias accedo cum limitationibus ab eo traditis *ex suprà relatis.*

Sed quid si forensis frumentum portet, & in 14
transitu per vim tempore penuriæ à civitate ei auferatur, an teneatur invitus illud vendere pretio à civitate constituto, vel Civitas teneatur ei solvere quantum valebat frumentum in loco destinato, ad quem portabatur. Vide D. Gratian. Mastrill. *decis. 17.* ubi hanc quæstionem de facto agitatam refert, & tradit Senatum declarasse, Civitatem ad solutionem pretii frumenti secundùm valorem loci, cui destinatum erat, teneri. † In vicino Civi- 14
tatis, & frumento in territorio collecto, à quo frumentum fuit captum per Civitatem tempore penuriæ, aliter constituendum esse: & ei non deberi pretium, quod foris habere poterat, in Episcopo à quo fuit frumentum ablatum, consuluit Jacob. Menoch. *cons. 157. lib. 2.* ubi ad partes quæstionem examinat, & tradit, Mexias *in pragmatic. taxæ panis, conclus. 5. num. 116. vers. neque est in consideratione.*

Sed quid de conductoribus tertiarum Regis, & 16
aliorum, à quibus dimidium frumenti ex beneficio, *l. 21. tit. 11. lib. 5. recomp.* per Rempublicam capi potest, si facta ratione emolumentorum cum mercede, & pretio conductionis constat, modium tritici pluris esse, quam est definitum regia pragmatica; tenebitur ne iste servare pretium à lege taxatum, & si illud excedit ad pœnam dictæ legis? Azeved. *in dict. l. 1.* tradit non posse conductores plus accipere etiam hoc nomine, quàm in dicta lege est taxatum, alioquin pœnas daturos. Contrariam opinionem defendunt Mexias. *in pragm. taxæ panis, conclus. 5. num. 116.* Joan. Matienz. *in dict. l. 21. glos. 2.* & noviss imè eam contra Azeved. fundat Joan. Parlador. *quotidian. quæst. quæst. 12. per totam,* † De
pragmatica taxæ, & an obliget transgressores in 17
foro conscientiæ? vide ultra doctores, *l. 1. tit. 25. lib. 5. recompil.* & Mexiam. *in peculiari tract. quem ad dict. pragmat. scripsit.*

Et quid de eo, qui ratione amicitiæ vendit rem 18
alterius ultra taxam, an excessum teneatur ipse restituere, si Dominus non restituat, vide Franciscum, Vivium *decis. 28. in fine.* ubi ad restitutionem teneri docet.

Et quid de his, qui contra taxam, & judices 19
seu officiales pretium rebus imponentes verba proferunt, eosque damnant, non potuisse, seu debuisse eam facere? vide eundem Francisc. Viv. *in dict. decis. 28. num. 5.* ubi ad triremes quemdam per Senatum fuisse damnatum tradit.

Pretium vero naturale est arbitrarium nulla lege 20
coarctatum, & non consistit in puncto indivisibili, ut legitimum. Unde triplex à DD. consideratur, supremum, infimum, & medium; nam vix accidere potest; rem præcisè centum valere, quin plus valeat, & minùs; valet quippè centum pretio medio; centum & quinque pretio supremo, & nonaginta & quinque pretio infimo. Et in hoc triplici iniquitas consistere nequit, ut ex Scoto, Contrado, Anton. Burg. Medin. Navarr. Soto, & aliis tradunt Covarr. *lib. 2. variar. cap. 3. num. 1.* Joann. Matienz. *in l. 1. tit. 11. lib. 5. recomp. glos. 1. nu. 7. & glos. 2. num. 9.* ubi latè explicat Per. Greg. *Syntag. juris, lib. 25. cap. 14. num. 13. cum aliis.* Alv. Valasc. *consult. 44 num. 1. vers. & fulcitur.* Pat. Ludovic. Molin. *2. tom. de just. & jur. disp. 547. vers. & quoddam aliud est,* & alii, *suprà citati, num. 4.* † Non 21
enim ex affectione cujuslibet pretium constituitur, quia ex deliciis hominum, vel singularibus nutibus res non sunt metiendæ, *l. illud ff. de manum. vindicta, l. pretia rerum,* & ibi DD. *ff. ad l. Falcid.*

l. si

21 *l. si servum meum. 33. ff. ad l. Aquil. l. septem. C. de erogat. anno, milit. lib.* 10. Pantal. Cremensis, *in leg. 2. C. de re jud. n.* 38. ubi decem causas recenset, ex quibus singulare pretium, & affectio circa rem cadere potest, quas ex eo refert Mascard. *de probat. concluſ.* 657. *num.* 18 & 39. Sed tantum valet res, quantum absque fraude, & injuria homini scienti ejus conditionem, & in egestate non constituto, communiter vendi potest *leg. si servus.* 14. *ff. de condit. furt. & ibi* Glos. *verb. invenerit, l. quærebatur.* 81. *vers. quare, & in fin. ff. ad l. Falcid. dict. l. si servus meum, 33. ff. ad leg. Aquil.* Glos. *singul. verb. potuisset, in l. mortis causa, cap.* 18. *§. qui hominem ff. de donat. causa mortis*, ubi Angel. Imol. Bald. & Bart. Covarr. *lib. 2. variar. cap. 3. num.* 4. Didac. Perez, *in l. 2. tit. 23. lib. 2. ordin. col. 6. vers. sed huic nostræ re-*
22 *gulæ*, ubi agit de communi regula, quæ habet, quòd tantum valet res, quantum vendi potest. De qua vide Addit. ad Glos. *6. leg. 56. inf. hoc tit.* Pinel. *in l. 2. C. de rescind. vend. 3. part. cap. fin. num.* 17. & 18. Ioann. Matienz *in l. 1. tit. 11. glos. 2. num. 1. lib.* 5. *recompil.* Ioann Petr. Surd. *cons.* 151. *num.* 67. ubi alios citat. Jacob Menoch. *cons.* 115. *num.* 20. ubi latè explicat, & plures laudat. Alvar. Valas. *cons. alt.* 43. *num.* 1. & 4. ubi alios refert. Scac. *in tract. de commerciis, §. 1. quæst. 7. part. 2. Ampliat.* 10. *num.* 56. *versic. nam in re mobili.* Morl. *in empor. utri. jur. part. 1. tit. 9. de contrab. empt. quæst. 6. num.* 3. & 6. Gratian. Mastrill. *decis.* 17. *num.* 18. ubi alios laudat, Mantic. *de tacit. & amb. big. conv. lib. 4. quæst.* 61.
23 *num.* 6. & 7. *tit.* 20. *num.* 3. † *cum sequent.* Joann. Gratian. *pract. quæst. lib. 4. quæst.* 51. *num.* 7. Differentia vero inter pretium legitimum, & naturale est, quòd illud consistit in indivisibili pretio, & excessus, si non est materia parva, inducit culpam lethalem, & ad restitutionem obligat; & si materia est parva, inducit peccatum veniale, ut colligitur ex Glos. *singul. in cap. quæ in Ecclesiarum, in verb. constituæ, de constitut.* Felin. *in cap. 1. num.* 28. *de sponſ.* D. Thom. 1. 2. *quæst. 96. artic.* 4. Medin. *de restit. quæst. 36.* Didac. Perez, *ubi sup.* Dom. Soto, *lib. 6. de just. & jur. quæst. 2. art. 3. concluſ.* 3. Matienz. *in glos. 2. l. 1. tit. 25. l. 5. recomp. num. 3. & 4.* Franc. Viv. *decis. 28. 1. part.* & vide *sup. num.* 4.

24 Undequod ultrà pretium taxatum fuit solutum, & si læsio non sit ultra dimidiam, tanquam indebitè solutum potest repeti. Eman. Suar. *in addit. ad* Anton. Gom. 2. *tom. cap. 2. in fine.*

25 Naturale verò pretium est arbitrarium, & latitudinem habet justitiæ. Et intrà pretium rigorosum, & infimum licitè emi, & vendi potest. Molin. 2. *tom. de just. & jur. disput.* 346. *vers. hinc etiam, & disput.* 348. & etsi læsio in venditione interveniat, nisi ultra dimidium justi pretij sit, non datur actio, de qua *in l. 56. inf. hoc tit.*

26 In casu enim hujus Glos. & in aliis, de quibus in Additione Glos. 1. declaratio justi pretij debet fieri per judicem, ut per Bart. *in l. & si æquo, in fine ff. de legat. 1. argum. l. fin. de jur. dom. impetran. & in leg. hac edictali, §. 15. illud, C. de secund. nup.* Bart. *in l. si fundus, §. fin. ff. de pignor. num.* 12. & *l. creditorum, n.* 13. *C. de pignor.* Roland. à Vall. *cons.* 71. *n.* 14. & 15. *volum.* 3. Cardin. Francis. Mantic. *de tacit. & amb. convent. l. 4. tit. 20. n.* 22. *vers. si autem.* ubi alios laudat.

27 Hanc declarationem faciet juxta secundum Bart. *in dict. l. si fundus, §. fin. num.* 3. citatis partibus, per regulam generalem, quia possunt lædi; & habita cognitione summaria, si nihil justum contradictionis ostendant, coget utramque partem eligere æstimatores secundum formam *l. hac edictali §. his illud C. de secund. nupt.* vel ipsemet eliget secundum formam *auth. de non alienan. §. quid autem*, & eos faciet jurare de æstimatione legaliter facienda, & tunc judex secundum eorem æstimationem faciet suam declarationem, idem Bart. *in l. creditores, num.* 29. *C. de pignor.* & ibi Salic. *in quæst.* 15. Alexand. *cons. 5. n.* 15. *volum. 5.* Roland. à Vall. *dict. consil.* 71. *num.* 15. Cardin. Mant. *d. lib. 4. tit. 20. num.* 23.

Et pro pretio sic æstimato dominus rem tradere 28
tenetur, licet ab alio plus offeratur, nam cum quis compellitur vendere, sufficit justum pretium ei præstare. Stephan. Gratian. *discept. forens. 1. tomo. c.* 149. *num.* 27. & 28. *cum aliis.* Joan. Petr. Surd. *cons.* 205. *num.* 15. & 23. Garf. Mast. *decis.* 17. *n.* 16. † Secus 29
verò est, quando quis ex legis dispositione uni magis, quam alteri vendere tenetur, nam tunc integrum pretium, quod absque dolo, & fraude ab alio offertur, is, qui præferri vult in emptione, præstare debet, ut tradunt *suprà* citati, & relati in Glos. 1. *num. sup.* Mexias *in pragmat. taxæ panis concluſ. 5. num.* 116. *vers. contrarium tamen, cum aliis.* Matienz. *in l. 7. tit. 11. glos. 3. num.* 2. 3. & 4. debet etiam in æstimatione considerari id, quod diximus *sup.* in additionem Glos. 1. *num.* 43. & *infra* Glos. *sequent.*

SUMMARIUM.

1 *Vendere cogitur Dominus servum, si eum severiter, & cum duritia tractat, & parva alimenta præstat.*

2 *Jurisdictione potest privari dominus temporalis, si severiter, & cum nimia asperitate subditos tractat.*

3 *Vendere castrum invitis vasallis an dominus possit?*

ADDIT. GLOS. V.

AD Glos. 5. Nota dominum ad venditionem ser- 1
vi compelli posse, si eum severiter, & cum duritia tractat, & parcè alimenta ei præstat. Et adde Anton. Gom. 2. *tom. variar. cap. 2. num.* 51. *vers. tertius casus est, & in l.* 70. *Tauri, num.* 27. *in fine.* Covarr. *lib. 3. variar. cap.* 14. *num.* 7. *vers. rursus.* Cald. Pereir. *in l. si curatorem habens, super versic. cum non absimilis, num.* 5. & *vers. cum itaque*, ubi rationem tradit, cur hoc de jure statuendum sit, *pag. mihi* 1049. Villadieg. *in l.* 18. *tit. 4. lib. 9. fori jurgo, num.* 1. & *glos. leg.* 5. *tit.* 21. *part.* 4. *in glos. citata.* Alium casum nota *in l. 3. tit.* 11. *lib.* 1. *recomp.* scilicet quòd dominus teneatur servum Maurum vendere, quando eo opus est, ut Christianus captus à Mauris possit libertatem consequi.

Ex quo infert Anton. Gom. *in dict. num.* 51. *vers.* 2
ex quo, quòd si dominus temporalis severiter, & cum nimia asperitate tractat subditos, potest privari jurisdictione, & potest compelli eos vendere.

Et de quæstione, an invitis vasallis Dominus pos- 3
sit castrum vendere, vide Hieronym. Cevall. *comm. contra. comm. quæst.* 532. Petr. Barbos. *in l. 2. ff. soluto matr. 2. part. num.* 11. *vers. denique.*

SUMMARIUM.

1 *Vendere ancillam Dominus cogitur, si urget eam ad impudicitiam.*

2. *Ptaria*

2 *Patria potestate privatur pater, si filio necessitatem peccandi imposuerit ex solo præcepto, vel suasione.*

3 *Gabella ex venditionibus, ad quas domini inviti compelluntur, non debetur.*

4 *Laudimij & gabellæ idem est judicium, & de uno ad aliud valet argumentum.*

5 *Laudimium ex venditionibus necessariis non debetur.*

6 *Gabellam deberi ex venditionibus necessariis tradunt Lessarte, & Gutierr.*

7 *Gabella debetur in casu, in quo coactio, & necessitas efficit, quòd non sit venditio, sed oblatio rei.*

8 *Gabella simul cum pretio justo est præstanda, ei qui compellitur invitus vendere rem à lege non taxatam, & expensas, ita ut apud eum pretium remaneat.*

9 *Frumentum vendens pretio à lege taxato, si ultra illud emptor ex pacto ad solutionem gabellæ teneatur, legis pœnas dabit.*

10 *Contrarium.*

11 *Sed prima verior, & num.* 12.

ADDIT GLOSS. VI.

AD Glos. sextam Nota, quòd si dominus urget ancillam ad impudicitiam, cogitur eam vendere,
1 & hodie ipso jure privatur ejus dominio, & ad libertatem ancilla eripitur. Adde *l.* 4. *tit.* 22. *part.* 4. *ibique* Addit. *l. si lenones, C. de Episcop. audi l. canones C. de spectac. scenicis, & lenonibus, lib.* 10. Lud. Peguer. *decis.* 15. *num.* 10. *vers. atque in patre, vel domino.* Petr. Gregor. *syntagm. juris, lib.* 36. *c.* 11. *num.* 5. Prosp. Farinac. *in* 4. *part. praxis crimin. de delictis carnis, quæst.* 144. *tit.* 16. *num.* 16. D. Anton. Richard. *in § sed, & major, num.* 4. *& instit. de his qui sunt sui, vel alien. jur.* Et vide Addita ad Glos. 5. *leg.* 36. *inf. hoc tit.*

Pro complemento materiæ hujus legis quæro,
2 utrum gabella debeatur ex venditionibus, ad quas domini inviti compelluntur, in casibus traditis *sup.* in additione Glos. 1. † Partem negativam, scilicet
3 non deberi, tenent Montalvus, *in l.* 8. *tit.* 31. *part.* 7. *glos.* 2. *ad medi.* Avend. *respons.* 13. *num.* 7. *vers. admissa igitur.* Ioann. Matienz. *in leg.* 7. *tit.* 11. *lib.* 5. *recomp. glos.* 3. *num.* 17. *&* 18. Joan Parlador. *lib.* 1. *rerum quotidian. cap.* 3. *§.* 2. *n.* 17. Villadieg. *in gloss.* 1. *l.* 18. *tit.* 3. *lib.* 3. *fori juxgo, num.* 3. ubi contra Ignatium de Lasarte eam fundat, & contrariis satisfacit. Ioann. Petr. Surd. *decis.* 305. *à num.* 28. † Pro qua opinione facit, quod laudimij, & gabellæ
4 idem est judicium, & de uno ad alterum frequens est argumentum, ut apparet ex his, quæ notant scribentes *in l. ab emptione, ff. de pactis.* Tiraquel. *de retract. lignag. §.* 2. *glos.* 1. *num.* 1. *& sequent.* Cagnol. *in l.* 21. *num.* 236. *vers.* 1. *C. de pact. inter emptorem, & venditorem.* Felician. *de censibus, lib.* 2. *cap.* 2. *n.* 14. *vers. porrò autem.* Petr. Surd. *decis. Mantuæ,* 305. *num.* 32.

Et ex his venditionibus necessariis, & coactis laudimium non deberi, docent Bart. Bald. & Paul.
5 Castrens. *in l. ideo, ff. de condict. furti.* Ias. *in l. fin. C. de jure emphyt. num.* 4. *&* 48. Tiraquel. *de retractu lignag. §.* 29. *glos.* 1. *num.* 4. Anton. Thesaur. *decis.* 139. *num.* 2. ubi hoc admittit cum aliquibus limitationibus. Ioann. Petr. Surd. *ubi sup. dict. num.* 28. *cum aliis*, & in terminis alienationis pro ampliatione Ecclesiæ, Aloysius Ricc. *in praxi fori Eccles. in ultima decis. per totam.* ubi *in num.* 2. multis autoritatibus comprobat hanc, esse alienationem necessariam, Villadiegus, *ubi supra.*

Contrarium, imò quod ex venditione necessaria 6
gabella debeatur, subtiliter comprobat Ignat. de Lasarte. *in tract. de gabell. seu decima vendit. cap.* 19. *num.* 100. *cum seguent.* ubi quæstionem latè examinat, & pro contraria opinione multa tradit, & eis extenuatis hanc sequitur, & post eum, Ioann. Gutierr. *pract. quæst. lib.* 8. *de gabellis, quæst.* 22. ubi pro utraque parte argumentatur, & tres modos esse coactæ, & necessariæ venditionis docet, & eos explicat, & tandem hanc sequitur, & veriorem dicit: & juxta hanc opinionem de facto respondisse, & obtinuisse testatur Ignatius Lasarte, *ubi suprà.*

Sed eam primo limitat Ignatius Lasart. *dict. cap.* 7
19. *num.* 107. & Joan Gutier. *num.* 26. *in dict. quæst.* 22. *lim.* 1. in casu, in quo coactio, & necessitas efficeret, quòd non esset vera venditio, sed ablatio rei, invito domino, & damni illati satisfactio per pecuniam, ut *in leg.* 2. *vers. si por aventura, tit.* 1. *part.* 2. ubi vide Add.

Secundo modo eam temperant Ignatius de La- 8
sarte, *num.* 108. & Ioann. Gutierr. *num.* 25. *ubi sup.* dicentes, quòd quando quis cogitur rem suam justo pretio vendere, ei resarciendum est detrimentum gabellæ ex illo justo pretio solvendæ, ita ut justo pretio æquè, & ab impositionibus, & gabellis liberè res vendita maneat, pro quo faciunt tradita *suprà*, in additione Glos. 1. *num.* 45.

Hoc tamen ipse *ibi in num.* 109. restrinxit ad ven- 9
ditionem earum rerum, quarum pretium lege aliqua est taxatum, veluti in frumento, hordeo, & aliis fructibus, pro quibus ultra pretium à lege taxatum non licèt aliquid recipere, quòd quidem reciperetur, si ultra taxam damnum ei esset resarciendum, & gabella solvenda ab emptoribus, & incurret pœnas impositas contra transgressores, *l.* 1. *tit.* 25. *lib.* 5. *recomp.* in qua frumenti taxa continetur.

Contrariam, nempè quòd legis taxæ panis 10
transgressor non dicatur, qui frumentum pretio à dicta lege taxato vendidit, & hoc insuper adjecto, quòd emptor solvat gabellam, docet Ludovic. Mexias, *in prag. taxæ panis, concluf.* 3. *num.* 17. *in fine*, ubi ait ita se in facto consultum respondisse, & eum sequitur Felician. de Solis, *in tract. de censib. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 14. ubi hanc opinionem sibi placere, ait, & ex ea infert ad interpretationem, *l. fundi partem, ff. de contrah. empt.* unde cum cesset ratio fundamentalis hujus restitutionis, debet & ipsa cessare.

Sed his non obstantibus, in quæstione propo- 11
sita à Ludovic. Mexia verius est legis transgressorem esse, qui ultra pretium à lege taxatum in pactum deducit, quòd emptor ad gabellæ solutionem teneatur, ut contra Mexiam eleganter defendit idem Ignatius de Lasarte, *in dict. tract. cap.* 15. *num.* 25. 26. *&* 28. ubi fundamentis traditis à Mexia concludenter respondit; & *dict. l. fundi partem*, interpretatur.

In hac controversia omnes conveniunt, quòd rei 12
dominus, qui vendere fuit coactus, absque damno, & detrimento, & gravamine solutionis gabellæ, seu alterius tributi, cum pretio justo rei suæ remanere debet, & est juri consonum, prout diximus *suprà* in additione Glos. 1. *num.* 52. *&* 54. *& in princip. addit. glos.* 4. & de jure hanc ultimam opinionem veriorem existimo, & gabellam deberi ex venditione, quam quis facere compellitur; sed summa

æquitas

æquitate nititur, ut is, à quo petitur hæc coacta venditio contra dominum, qui voluntariè rem vendere recusat, solvat justum pretium simul cum gabella, ad quam vendens ex contractu tenetur, & alias expensas, ita ut dominus rei absque ulla læsione, & damno cum pretio justo maneat.

LEX IV.

SUMMARIUM.

1 *Appellatione tutoris curator venit, & è contra, nisi sit materia odiosa.*
2 *Differentiæ, quæ inter tutorem, & curatorem versantur, remissivè.*
3 *Decima omnium fructuum, quæ datur tutoribus, an extendatur ad curatores.*
4 *In alienatione bonorum pupilli, & minoris eadem requiritur solemnitas.*

ADDIT. GLOS. I.

1 AD Glos. 1. Nota appellatione tutoris venire curatorem. Et adde *l. quicunque 8. §. 1. l. si prædia, 11. §. idem servare, ff. de reb. eor. qui sub tut. vel curat. & Glos. utrobique, l. 1. C. de peric. tutor. & curator. l. pater Severinam, §. conditionum verba, ff. de condition. & demonstrat.* Gloss. *verb. tutelam in auth. matri, C. quando mulier. tut. offic. fungi possit.* Andr. Gaill. *lib. 2. observ. 96. num. 6.* Gasp. Baez. *de decimis, tit. præf. cap. 3. num. 11.* Azeved. *in l. 23. tit. 11. lib. 5. recomp. num. 8. in fine.* Joann. Gutierr. *in tract. de tutel. 1. part. cap. 151.*

Amplia etiam in materia odiosa, & pœnali dispositum in tutore extendi ad curatorem, quando militat eadem ratio, *l. 2. §. quid si curatores non petis ff. ad Senat. Consult. Tertul. l. scire oportet, 5. in prin. ff. de excusat. tutor. l. si emptione. 34. §. fin. ff. de contrah. empt. l. fin. in fine, C. de author. Præt.* gloss. *& ibi* Bart. *in d. authent. matri.* Gutierr. *n. 154. ubi sup.*

E converso curatoris appellatione tutorem venire largè sumpto vocabulo, docent Acurs. *in verb. ad curationem in auth. ut ii, qui oblig. se per hib. res, minor. col. 6. & glos. verb. debitor. in auth. minoris debitor. C. qui dare tutor.* Baez, *num. 13.* Gaillus, & Gutierr. *n. 152. ubi sup.*

2 De differentiis, quæ sunt inter tutores. vide Glos. *in l. ventri. 20. ff. de excusat. tutor.* Pereir. *in l. si curatorem habens, sub [illegible] sine curatore constitutus, à num. 61.* ubi impugnat differentiam, quam communiter tradunt DD. inter dispositionem legis, & testatoris, quem refert, & sequitur Gutierr. *in dict. cap. 16. num. 151.* ubi, *& in num. sequenti* latè examinat hanc quæstionem. Montan. *in tract. de jure tutel. & curat. cap. 29.* ubi decem differentias

3 collegit. Baez. *in dict. cap. 3.* † ubi examinat utrum *l. 2. tit. 3. lib. 3. fori.* quæ decimam omnium fructuum bonorum pupilli tutoribus dari jubet, extendatur ad curatores; & multa in proposito tradit. Et Parlad. *in sexquicentur diff. 98.*

4 In alienatione bonorum pupilli, & minoris, de qua lex ista loquitur, nullam differentiam leges constituunt, *in toto tit. ff. de reb. eor. qui sub tutel. vel cur. sunt, sine decr. non alien. & in tit. C. de præd. min.* Thesaur. *lib. 4. quæst. 75. num. 1.*

AD TITULUM COD. De præd. minor. & de reb. eor. & de administrat. tutor.

SUMMARIUM.

1 *Bona immobilia pupillorum, & minorum non possunt per tutores, & curatores sine justa causa, & judicis decreto alienari.*
2 *Item nec bona furiosi nec prodigi.*
3 *Bona mobilia pretiosa minorum, quæ servando servari possunt, non possunt absque solemnitate alienari, remissivè.*
4 *Item etsi fundus sit sterilis, seu res subjecta periculo inundationis, ut molendinum, quia absque solemnitate non potest vendi. Limitatur in molendino, qui est adinstar navis super flumine.*
5 *Pater bona pupilli, si ejus sit tutor, sine solemnitate non potest alienare, & quid si sit ejus legitimus administrator, remissivè.*
6 *Adulti curatoribus carentes non possunt sine decreto dicta bona alienare.*
7 *Alienatio, etsi ventam ætatis impetraverint, non valet, si absque solemnitate fiat.*
8 *Item etsi matrimonio sit liberatus à patria potestate, non valet venditio absque solemnitate à minore facta.*
Officium tutoris an per matrimonium finiatur, ibi.
9 *Prohibitio alienationis in specie nostræ l. omnes, alienationes comprehendit.*
10 *Permutatio in prohibitione alienationis comprehenditur.*
11 *Contrarium.*
12 *Res minoris absque decreto, etiamsi de evidenti utilitate constet, non licet permutare.*
13 *Divisio hæreditatis minoribus non est permissa, quia est species alienationis.*
14 *Compromissum super rebus immobilibus minoris facere, est prohibitum, quia potest sequi alienatio.*
15 *Transigere super rebus immobilibus minoris non licet tutori.*
16 *Limitatur quando rem meliorem facit, si dando alteri pretium aliquòd per viam transactionis, remaneat cum re.*
17 *Item non potest dari in solutum.*
18 *Item tutor non potest imponere censum super re minoris.*
19 *Item nec rem minoris in censum dare.*
20 *Tutor non potest alienare censum minoris sine solemnitate.*
21 *Reditus vulgo* el juro, *quod quis, à Rege exigit, alienari potest.*
22 *Item nec super rebus immobilibus servitutem imponere tutor non potest.*
23 *Item nec hypothecas fujicere.*
24 *Item generaliter obligare, prohibitum est tutori.*
25 *Minor etsi res ab ipso sit empta, non potest eam hypothecare pro parte pretii.*
26 *Limitatur si venditor expressè dixerit nolle alias vendere nisi pro securitate hypothecæ subjiceretur.*
27 *Vel si rem emerit à fisco, quia tunc absque ulla conventione res pro pretio remanet obligata.*
28 *Item*

28 *Item quando fundum emit ex pecunia alterius minoris.*

29 *Tutor hypothecam, quam minor in tertii re habet, non potest remittere, nec alienare.*

30 *Pactum de retrovendendo incontinenti appositum in contractu cum minore celebrato valet.*

31 *Pactum additionis in diem an possit apponi remissive.*

32 *Tutor ab actione, quam minor in rem immobilem habet, cadere non potest.*

33 *Tutor non potest renuntiare, nec desinere acquirere rem immobilem, in qua minor jus habet, ut legatum, vel fideicommissum.*

34 *Prælatus an renuntiare legatum possit.*

35 *Tutor non potest facere pacem nomine pupilli sine judicis decreto.*

36 *Tutor non potest rem minoris in emphyteusim dare.*

37 *Item nec rem, quam minor in emphyteusim habet, remittere.*

38 *Tutor non potest perpetuò alienare fructus fundi.*

39 *Tutor non potest locare fundum minoris ad longum tempus.*

40 *Donare bona minoris tutori non permittitur.*

41 *Prælatus an possit pro observatione contractus liciti obligare bona Ecclesiæ.*

ADDIT. GLOSS. II.

1 AD Glos. 2. Nota primò *ex text.* bona immobilia pupillorum, & minorum non posse per eorum tutores, & curatores sine justa causa, & decreto alienari, aliàs alienatio nulla erit: & alienata poterunt à quocumque possessore vendicari. Et Adde *l.* 18. *tit.* 16. *part.* 6. *l.* 6. *tit.* 18. *part.* 3. ubi vide Addita, *& leg. magis puto*, §. *non passim l.* 1. *ff. de reb. eor. qui sub tut. l.* 1. *vers.* 1. *ff. de offic. ejus cui mand. est jurisd. l.* 1. *& per totum, ff. de præd. minor. l.* 3. §. *Severus ff. de suspect. tutor. l. quæ tutores, C. de adminis. tutor. l.* 1. *& per totum, C. quando decret. opus non est, l.* 1. *C. de his, qui veniam ætatis, impetr.* Simoncel. *de decret. lib.* 1. *tit.* 1. *num.* 1. *& lib.* 2. *tit.* 6. *inspect.* 1. Afflict. *dec.* 229. Speculat. *in tit. de empt. & vendit.* §. *nunc videndum, num.* 4. Deci. *cons.* 556. Marsil. *in rubr. C. de probat. num.* 342. Corn. *consil.* 71. *vol.* 3. Pereir. *in rep. l. si curatorem habens, vers. contractum fecisti, num.* 1. *cum seq. & in vers. præmitto*, ubi regulam constituit, & multis authoritatibus comprobat, *& de empt. & vendit. cap.* 13. *num.* 15. Menoch. *de recup. poss. rem.* 15. *num.* 146. Capic. *decis.* 113. Pat. Molin. *de just. & jur. disput.* 124. *conclus.* 2138. Rolan. *cons.* 99. *num.* 3. *lib.* 1. Paris. *cons.* 98. *cum duobus sequent. lib.* 1. Stephan. Grat. 3. *tom. discept. forens. cap.* 644. *num.* 11. *&* 17. Duenn. *regul.* 48. *num.* 5. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib.* 4. *tit.* 6. *num.* 1. ubi plures refert. Cavalc. *de tutel. num.* 130. Marienz, *consil.* 85. *num.* 1. Montan. *in tractat. de tutel. cap.* 33. *num.* 1. *cum aliis*, ubi latissimè materiam hujus Glossæ prosequitur. Avendañ *de censibus, cap.* 81. *num.* 6. *vers. ex quo*, ubi ampliat, etiam si ob evidentem utilitatem alienentur. Trentacinq. *variar. resolut. lib.* 2. *de minor. resol.* 2. *num.* 1. Surd. *de alim. tit.* 8. *privileg.* 45. *num.* 1. eodem modo ampliat. Joann. Gutier. *de tutel.* 2. *part. cap.* 5. *num.* 2. Ludovic. Cens. *de censib.* 1. *part. cap.* 2. *quæst.* 1. *art.* 2. *num.* 2. *& decis.* 84. *num.* 22. Lara, *de vir. bonin. cap.* 22. *num.* 42. Cancer. *variar. resol. tom.* 2. *cap.* 1. *num.* 245. Castill. *quotid. contr. lib.* 4. *cap.* 61. *num.* 29. Sigism. Scacc. *de judic. lib.* 2. *cap.* 2. *n.* 276. *&* 476. & addit. Glos. 5. *inf.*

Amplia 1. procedere etiam in bonis furiosorum, 2
dementium, & aliarum similium personarum, *l.* 60. *tit.* 18. *part.* 3. *in fine.* Menchac. *de succes. creat.* §. 10. *num.* 70. *ampliat.* 2. Oddus *de in integr. rest. quæst.* 3. *num.* 2. *cum aliis.* Pereir. *in d. l. si curatorem habens, in vers. non absimilis ei, n.* 1. *cum aliis. de in integr. & vendit. cap.* 13. *num.* 1. Gutierr. *de tutel.* 2. *par. cap.* 5. *num.* 52. Cens. *de cens. in dict.* 1. *part. cap.* 2. *quæst.* 1. *artic.* 3. *num.* 4. Avendann. *c.* 82. *num.* 1.

Amplia 2. ut neque bona mobilia pretiosa, quæ 3
servari possunt, sine decreto tutores valeant alienare. Glos. 3. *infra* vide *ibi*, addita,

Amplia 3. etsi fundus sit sterilis, vel sit res ex- 4
posita periculo inundationis, ut molendina, vel alia bona similia. Menoch. *de arbitr. casu.* 171. *num.* 6. Pinel. *in l.* 1. *C. de bon. mater.* 3. *part. num.* 28. Trentacinq. *variar. lib.* 2. *de minor. resolut.* 9. *num.* 9. ubi etiam si sit saxosus, sterilis, vel pestilentialis, non posse alienari, ait. Mench. *de succes. creat.* §. 1. *num.* 72. *ampliat.* 14. Joann. Gutierr. *num.* 61. *ubi sup.* Avendann. *de cens. cap.* 81 *num.* 6. *vers. rejicitur.* Lara, *de vir. bonin. cap.* 23. *num.* 42. nisi sint molendina, quæ sunt ad instar navis super flumine. Simoncel. *in tractat. de decret. lib.* 3. *tit.* 8. *inspect.* 2. *num.* 19. *&* 22. Surd. *de aliment. tit.* 8. *privil.* 46. *num.* 4. Sigism. Scacc. *de judic. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 276. & ratio est, quia æquiparantur rebus mobilibus, quæ servando servari non possunt. Ludovic. Cens. *de cens. part.* 1. *cap.* 2. *quæst.* 1. *art.* 1. *num.* 7. ubi pro comprobatione refert Tiraquel. *de retr. lignag.* §. 1. *glos.* 7. *num.* 92. Molendina autem, quæ sunt fixa terræ, & ripis fluminum *in num.* 8. inter immobilia computari ait.

Amplia 4. etsi curator sit pater minoris. Gomez, *variar. cap.* 14. *num.* 13. *vers. quod primo extende, & in l.* 48. *Taur. num.* 18. *vers. secundo, quia eo casu.* Pinel. *in l.* 1. *C. de bon. mater.* 3. *part. num.* 21. Gutierr. *dict. cap.* 5. *num.* 22. & est tex. *in l. si pupillorum*, §. *si pater, ff. de reb. eorum.* ubi Doctor. communiter, & *in l. cum emancipatis. C. de præd. min.* Monter à Cuev. *ubi sup.* Cald. *de empt. & vendit. cap.* 13. *num.* 3. ubi plures cumulat.

Aliud vero est in patre legitimo administratore 5
sui filii familias, de quo vide Alexan. Trentacinque *variar. resolut. lib.* 2. *de minor. resolut.* 9. *num.* 10. Cardin. Mantic. *lib.* 4. *tit.* 6. Pereir. *ubi sup.* & addit. ad Glos. 5. *l.* 24. *tit.* 13. *inf.*

Amplia quintò adultos minores 25. annorum 6
curatoribus carentes non posse prædicta bona sine decreto alienare, *l. non solum, l. si minor. l. prædium, l. si ad resolvendum, C. de præd. minor. leg. fin. C. si major. fact. alienat. l.* 2. *C. de his, qui veniam ætatis impetrav.* Glos. *verb. ullam, in* §. *nunc autem admonendi.* Et *ibi.* Angel. & Faber. *instit. quib. alien. licet, vel non.* Mench. *de succes. creat.* §. 10. *num.* 73. ubi hanc quæstionem [illegible]at, & alienationem ipso jure nullam esse defendit, & jura *suprà* allegata pro ista opinione adducit, & quinque fundamenta ipso pro contraria opinione ponderatis satisfacit: & eum sequitur Pereir. *in leg. si curatorem habens, verb. ref. num.* 1. *vers. si denique. C. de in integ. rest.* Scacc. *de commert.* §. 1. *quæst.* 7. *part.* 3. *limit.* 17. *num.* 5. ubi tradit, quòd non valet obligatio ab eo facta, quando ex contractu deveniendum esset ad aliquam speciem alienationis bonorum immobilium, & ejus personam non posse capi.

Amplia

7 Amplia sextò, etsi veniam ætatis impetraverint, ut pro majoribus habeantur, nam prædicta venia solum operatur quoad administrationem suorum bonorum, & alienationem bonorum mobilium, non vero quoad alienationem bonorum immobilium, quæ sine decreto alienari non possunt, *l. 1. 2. & 3. C. de his, qui veni. ætat. impet.* Et Gloss. *ordin. dict. leg.* 2. & communiter Doctores, Gomez. 2. *tom. variar. cap.* 14. *num.* 12. ubi tradit, quòd sic communiter ponitur in concessionibus veniæ ætatis, quas in isto Regno Principes concedunt. Salyc. *in l. penult. C. si major. fact.* Jason. *in l. 2. ff. de offic. ejus, cui mand. num.* 7. Simoncel. *in tract. de decret. lib. 1. tit* 8. *n.* 23. *& sequent.* Acost. *in l. Gallus, §. & quid si tantum*, 4. *part. num.* 48. Navar. *de restit. cap.* 225. Gomez, *variar. tom.* 2. *cap.* 13. *num.* 12. *artic.* 11. Mench. *dict. §.* 10. *num.* 73. *vers. quinto, pro hac opinione*, Sfor. Odd. *de in integr. rest. part.* 1. *quæst.* 23. Cald. Pereir. *ubi sup.* Gutierr. *de tutel.* 2. *part. cap.* 5. *num.* 71. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib.* 4. *titul.* 6. *num.* 34. Bertazol. *de clauss. clausul.* 10. *glos.* 2. *num.* 11. *in fine*, Montan. *de tutel. cap.* 33. *num.* 76. *& 77.* Cancer. *variar. resolut. tom.* 2. *cap.* 1. *num.* 183. Lara, *de vita homin. cap.* 35. *num.* 82.

8 Amplia septimò ad eos, qui matrimonium contraxerunt, quibus per *cap.* 19. *capitulorum reformation. anni* 1623. permittitur administrare bona sua, & uxorum suarum, licet sub cura sint, statim ut attigerint annum 18. & ex traditis per Pereiram *in dict. vers. num.* 2. *vers. quæ jura si bene consideræ.* Magon. *decis.* 22. *num.* 3. ubi tradit statutum reducens minorem ætatem 25. annorum ad 18. annum, non procedere quoad alienationem rerum immobilium, nisi eis facultas alienandi data sit. Montan. *dict. cap.* 33. *num.* 618. *&* 619. Tiraquel. *de nobilitat cap.* 20. *num.* 41. *&* 42. Canc. *variar.* 3. *part. cap.* 2. *num.* 16. ubi tradit, quòd per contractum matrimonij, etsi liberenter à patria potestate, non tamen à potestate curatorum, nec sine ipsorum consensu posse obligari, cum licèt uxorem ducant, non desinant esse minores. Mex. *ad l. Tolet.* 6. *fend.* 2. *part. num.* 10. Peger. *decis.* 34. *num.* 1. Giurb. *decis.* 559. *num.* 1. Suar. *l.* 9. *tit.* 15. *de los pleytos, num.* 38. Parlard. *lib.* 1. *rer. quot. cap.* 12. *num.* 1. Azeved. *in l.* 8. *n.* 49. *tit.* 1. *lib.* 5. *recomp.* Lara, *de vita hom. cap.* 20. *n.* 94. *vers. & per matr.* Castill. *lib.* 4. *cap.* 28. *n.* 54. qui *à vers. & hactenus cum sequent.* latissimè hanc quæst. scilicet, an finiatur curatoris officium per contractum matrimonij discutit. Et Perez, & Monteros. Baez, & Molin. Azeved. & alios contrarium tenentes, & de hac quæst. agentes refert, & demum post multas altercationes concludit, officium tutoris finiri per matrimonium, si fœmina contrahat cum viro majore 25. annorum, si verò vir minor contrahat matrimonium, non finiri, præcipuè si sit opulentus: & pro ea refert Munnos de Escobar. *in c.* 6. *à num.* 17. & ex ipso, *in vers. sed & confirmatur*, tradit praxim acceptam in Pinciana Cancellaria, ut minor pauper petat, quòd bona sua sibi à curatore tradantur, ut ipsa beneficiare & colere possit, & quod præstita fidejussione, quod ea integra, & illibata conservabit, tradantur.

9 Nota secundò, *ex* Gloss. *in principio*, prohibitionem alienationis *hic* large accipiendam esse, & omnem speciem alienationis comprehendere: & vide Glos. 2. *&* 3. *l.* 43. *infra hoc tit.* & *ibi* addita, ubi traditur prohibita alienatione omnem contractum distractum, & actum per quem dominium transfertur, vel jus aliquod constituitur, esse prohibitum. Venditio enim *hic* est prohibita, & in juribus allegatis *sup. n.* 1.

Permutatio etiam in prohibitione alienationis 10
comprehenditur. Fabian. de Mont. *in tit. de empt. & vend. in* 4. *quæst. princip. quæst.* 22. *n.* 17. Gomez 2. *tom. variar. cap.* 14. *n.* 14. *vers. quinto extende*, Pereir. *in tract. de emp. & vendit. cap.* 8. *n.* 27. Gutierr. *de tutel.* 2. *part. c.* 5. *n.* 29.

Contrarium imo, quòd prohibita alienatione, 11
non censeatur prohibita permutatio, vel subrogatio, aut conversio pretij in alias res utiliores: & quòd talis permutatio valeat, si non lædatur is, cujus favore facta est permutatio, probatur; nam alienatio fundi dotalis prohibita est, *l. si prædium, C. de jure doti. Instit. quib. alien. licet, vel non, in princ.* & dicemus, *infra* in Add. Glos. 5. *l.* 22. *infra hoc tit.* Sed tamen titulo permutationis licet fundum dotalem alienare, etiam constante matrimonio, *l. ita constante*, 27. *ff. de jure dotium.* Afflict. *decis.* 336. *num.* 3. ibique Ursil. *num.* 1. Tiraquel. *de retract. linag. §.* 30. *glos.* 1. *n.* 28. Barbos. *in* 6. *part. l.* 1. *ff. sol. matrim. n.* 6. Decian. *cons.* 52. *num.* 13. *lib.* 1. Hond. *cons.* 19. *n.* 102. *&* 3. *volum.* 2. *ubi* plures refert. Surd. *cons.* 462. *n.* 15. *cum aliis*, ubi latè comprobat, quòd si per alienationem non lædatur persona, ad cujus favorem facta fuit alienandi prohibitio, alienans non incidit in pœnam Mandel. *cons.* 97. *num.* 13. *cum sequentib.* ubi non obstante duplici prohibitione procedere inquit. Quem & alios refert Mastrill. *decis.* 121. *num.* 20. & novissimè post hæc scripta alios laudat D. Joann. à Castill. *lib.* 5. *quotidianar. controver. cap.* 65. *n.* 3.

Sed his non obstantibus, res immobiles minoris 12
absque decreto, etiam pro evidenti utilitate non posse permutari, verius est, & contra Mandellum, & alios validissimis rationibus defendunt Petr. *de fidei com. quæst.* 8. *n.* 528. *& sequent.* Molin. *de Hispan. primog. lib.* 4. *cap.* 4. *n.* 1. *cum aliis.* Paz. *in pragm. l. Taur. n.* 551. Franch. *dec.* 355. *n.* 6. & Joann. à Castill. *ubi suprà n.* 59. 60. 61. & plures allegans, & laudans, *in dict. num.* 60. docet bona prohibita alienari non posse cum aliis permutari absque Principis licentia, & eos refert, & sequitur Mastr. *ubi sup. n.* 33. Et non obstant, quæ de fundo dotali diximus: nam id permissum esse reperitur, quia cessat ratio prohibitionis, ne mulieres maneant indotatæ; quòd secùs est in fundo pupilli, qui etiam pro evidenti utilitate alienari non potest: de quo vide addita, ad Gloss. 5. *inf.*

Divisio hæreditatis minoribus non est permissa; 13
quia est species alienationis. Gomez, 2. *tom. variar. cap.* 14. *num.* 14. *vers. quinto extende, per text. in l. cum pater, §. hæreditatem, ff. de legat.* 2. *cum similibus*, Valasc. *consult.* 53. *n.* 5. Gutierr. *dict.* 2. *part. cap.* 5. *n.* 28. Guzm. *de evict. quæst.* 1. *n.* 14. nec provocatio ad divisionem rei communis, *l.* 1. *§. si communis res, l. magis puto, §. fin. l. si pupillorum*, 7. *ff. de reb. eor. l. inter omnes, C. de præd. minor. l. si convenerit. ff. pro socio, l. fin. ff. de jure dotium.* Si autem à majore provocetur minor ad divisionem, divisio sine decreto fieri valet. *dict. §. si communis res, l. inter pupillos*, ubi Glos. *ff. de auctor. tutor.* quam singularem ad hoc dixit ex Bald. Valasc. *ubi sup.* Fabian. *de empt. & vendit. quæst.* 4. *prin. quæst.* 22. *n.* 16. ubi etiam docet, quando divisio non est species alienationis.

Compromissum etiam est prohibitum super 14
rebus

rebus immobilibus minoris, quia potest sequi alienatio. Paul. Castrens. *in l. præses. C. de transact.* Bald. *in l. 1. si adversus transact.* Bolog. *cons. 6.* Decius *cons. 39. num. 4. cons. 282. cons. 300. n. 2. & cons. 475.* Paris. *cons. 85. lib. 3.* Alciat. *in l. cum te, n. 4. C. de transact.* Blanc. *de compromis. 4. part. num. 28.* Roland. *tract. de dote, quæst. 44. sub num. 10. fol. 370. & cons. 76. num. 16. & seq. lib. 1. decis. Perus. 47. num. 15.* Sesse *decis. Regn. Arg. 168.* Pet. Surd. *de alim. privil. 16. n. 31. & 35.* Montan. *de tutel. cap. 33. n. 218. cum sequent.* ubi quinque modis declarat. Afflict. *decis. 285. num. 15.* Lanfr. de Orian. *de arbit. sect. 3. princip. vers. advertendum, num. 1.* Franc. Viv. *decis. 22. num. 20.* Octavian. Simoncel. *in tract. de decret. tit. 6. inspect. 8. num. 77.* ubi utiliter declarat. Menoch. *de arb. casu. 171. à num. 43.* Et generaliter constitue, quòd non licet compromittere ei, cui non licet alienare. Pinel. *in l. 1. C. de bon. mater. 3. part. num. 44.* Guzm. *de evict. quæst. 1. num. 15.* Lara, *de vit. hom. cap. 22. num. 56.* Sed huic quæstioni respondetur cum distinctione, aut loquitur in minore impubere, qui nondum decimum quartum annum attigerit, aut de impubere habente, aut de impubere curatorem non habente: in primo casu absolutè dicendum, compromissum esse nullum. Sigismund. Scacc. *de judic. lib. 2. cap. 2. num. 317. & 346. & num. 351.* ubi ampliat in re mobili, quæ servando servari potest, & idem antea tradidit. *in num. 288.* ubi etiam in rebus pretiosis ampliat, & *in num. 352.* in actionibus ad rem immobilem, & *in num. 370.* idem in impubere curatorem habente, tradit. Et *in num. 275.* idem de impubere curatorem non habente asserit; & circa compromissum in rebus mobilibus constituit differentiam, de qua nos *infra.*

15 Transactionem super rebus immobilibus minoris facere, tutori non licet, ne deveniat ad alienationem, quæ ei interdicta est, *l. non solùm*, ubi Bart. Bald. Salyc. & alij, *C. de præd. minor.* Abb. *in cap. contingit. num. 3. de transact.* Castrens. *in l. cum hi. §. si cum his, ff. de transact.* Jas. *in l. mandata, num. 4. ff. de offic. ejus.* Gomez. *dict. cap. 14. n. 14. in fine*, Pinel. *ubi suprà, & num. 45.* Trentancinq. *variar. resolut. lib. 2. tit. de minor. resolut. 20. numer. 14.* Montan. *dict. cap. 33. num. 239. cum aliis, usque ad num. 314.* ubi quatuor declarationes tradit, & eas latè prosequitur. Menchac. *de success. creat. §. 10. num. 72. ampliat. 20.* Viv. *decis. 22. n. 16.* Sesse *decis. 168. num. 2.* Gutierr. *dict. cap. 5. num. 28.* Guzm. *ubi sup.*

16 Limita, nisi rem minoris meliorem faciat, & dando alteri parti pretium per viam transactionis remaneat cum re, super qua lis agitur, *l. si pignora, §. fin. l. interdum, §. qui tutelam, ff. de furtis*, Gloss. *in leg. nulli, ff. de transact.* Pinel. *num. 46.* ubi late declarat, & Joseph Sesse, *ubi suprà.* Montan. *in dicto cap. 33. num. 247. cum aliis*, ubi latiùs materiam hujus limitationis prosequitur, *& à num. 255.* multa contra lites, & litigatores cumulat. Pereir. *de resolut. emphyt. cap. 9. num. 36.* Bertazol. *clauſ. 10. glos. 2. num. 18.* Gutierr. *de tutel. dict. cap. 5. num. 18.* & faciunt tradita per Gomez, *in l. 40. Taur. num. 46.* ubi agit de transactione facta super bonis majoratus.

17 Datio in solutum emptioni, & venditioni æquiparatur, *l. si prædium. C. de evict. l. vetustissima. C. de jure dom. impet.* Tiraq. *de retract. lignag. §. 1. glos. 14. num. 2.* Boër. *decis. 49.* Afflict. *decis. 335. num. 18.* Gomez. *2. tom. cap. 14. num. 14. vers. quarto extende.* Menoch. *de arbit. casu. 171. num. 51.* Mascard. *de probat. conclus. 1142. num. 14.* Cald. *in l. si curatorem habens, in vers. contractum fecisti, num. 3.* Gutierr. *l. 2. quæst. 157. & de tutel. dict. cap. 5. num. 24.* Gomez. *in dict. quæst. 4. num. 16.*

Censum super rebus minoris absque judicis de- 18
creto imponere, tutoribus non est permissum. Paris. *cons. 85. num. 12. lib. 3.* Rodoan. *in tract. de rebus Ecclesiæ non alien. rub. 16. num. 31. & 32.* Simoncel. *in tract. de decretis, lib. 2. tit. 6. n. 33.* Valasc. *de jur. emphyt. quæst. 35. num. 5. in fine.* Pereir. *in l. si curatorem habens, super verbo, contractum fecisti, num. 3.* Montan. *de tutel. c. 33. num. 124. cum aliis.* Gutierr. *in eod. tract. cap. 5. num. 24.* Joann. à Castill. *quotidianar. controver. lib. 4. cap. 61. à num. 29. usque ad num. 45.* Avend. *de censibus cap. 81. num. 5.* & sic est tenendum, licèt contrariam opinionem, nempe censum à minore sine judicis decreto imponi posse, defendant Felic. *de censib. lib. 2. cap. 2. num. 11. vers. ex qua resolutione infero*, & Rodrig. *de am. redd. lib. 1. quæst. 14. num. 15.* pro qua septem fundamenta refert Castill. *à num. 16. usque ad 28. ubi sup.* quibus ipse satisfacit, & Avend. *ubi sup. in dict. num. 29.* & novissimè alios referens Ludovic. Cens. *de cens. part. 1. cap. 2. quæst. 1. artic. 2. num. 3.* qui ex Avend. in adulto respondit cum distinctione, aut curatorem habebat, & tunc impositionem absque curatoris autoritate esse ipso jure nullam; si curatorem non habebat, mero jure valere; sed posse rescindi per restitutionem in integrum. † Quos novissimè sequitur Lara, *de vit. hom. cap. 22. a. n. 40.* ubi ampliat etiam, si judicis licentia interveniat. Et *in num. 44.* ait, ob solam causam utilitatis, sine solemnitatibus, censum imponi non posse, nec rem minoris in censum dare. Tiraquel. *de retract. lignag. §. 1. glos. 6. num. 6.* Benedict. Bonen. *de cens. artic. 1.* Covarr. *pract. cap. 28. num. 10.* Borgn. Caval. *de tutor. & curator. à n. 122.* Afflict. *decis. 249.* Capit. *decis. 113.* Avend. *num. 6. ubi supra.*

Item si imponatur census favore alterius minoris, *ut ex text. in l. si pupillarum, ff. de reb. eor. & in l. inter omnes*, cum Gloss. *ibi §. de præd. minor.* Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib. 4. tit. 6. num. 37.* Ludovic. Cens. *num. 8. ubi sup.* Limita ex Avendan. *in fin. dict. num. 6.* quando res antea censualis erat, vel subrogata censui consignativo, Lara, *de vita homin. cap. 22. num. 23.* ubi ex Cens. Foller. Felic. & Roderic. tradit, censum retrovendi posse sine decreto.

Nec censum minori debitum possunt tutores alie- 20
nare sine solemnitatibus, quæ in alienatione bonorum immobilium requiruntur. Bald. *in lege jubemus nulli, post princip. C. de sacros. Eccles.* Tiraquell. *de retract. lignag. §. 1. glos. 6. num. 12.* Surd. *decis. 204. num. 4.* Rodrig. *de am. redit. lib. 1. quæst. 14. num. 2.* Castr. *de annon. in princ. num. 36.* Montan. *num. 123. ubi sup.* Ludovic. Cens. *de censib. 1. part. cap. 3. quæst. 1. art. 2. num. 16.* & Joann. à Castill. *dict. cap. 61. num. 34. & 39.* ubi tradit censum inter immobilia computari, quando necessariò annumerandus est inter bona immobilia, aut mobilia: & vide addita, ad Gloss. *l. 4. tit. 14. inf.* † Sed dubita- 21
tur, an quæ vulgò vocamus, *juros*, quæ minores contra nostrum Regem habent, possint sine decreto alienari? quam quæstionem tetigit Menchac. *in dict. lib. 1. §. 10. num. 72. vers. unde in usu*, ubi concludit, sine decreto posse vendi actionem, quam minores exigendi prædictos redditus à Rege habent

habent, & in prætorio hoc pluries controversum fuisse dicit. Et vide Add. ad Glos. *2. l. 55. inf. hoc tit. in* 11. *notab.* ubi idem, quòd in censu, de actionibus ad rem immobilem competentibus, diximus.

22 Nec super rem immobilem servitutem imponere, nec eam remittere possunt. *l. 3. §. simili modo, l. sed si pecunia, §. si ejus, cum sequent. ff. de reb. eorum.* Pinel. *in l. 1. C. de bonis matern. 3. part. num. 69.* Gutierr. *de tutel. cap. 5. part. 2. num. 24.* Montan. *ubi sup. n. 121.* Favian de Mont. *de empt. & vendit. 4. quæst. princip. quæst. 22. n. 13.* Trent. *variar. lib. 2. tit. de min. resolut. 9. num. 8.* ubi nec posse imponi, nec remitti, tradi, nec usumfructum, nec lapidicinas, & quæcunque alia metalla, vel salinas alienari posse. Mench. *de suc. creat. lib. 1. §. 10. n. 72. amp. 6. & 7.*

23 Nec hypothecare, ex Glos. *hic.* Cui Add. *l. 8. in fin. tit. 13. inf. hac part. l. & si præses, C. de prædiis minor.* Favian. *ubi sup. n. 10.* Pinel. *in dict. l. 1. C. de bon. mater. n. 19.* Simoncel. *de decret. lib. 2. tit. 5.* Mench. *de succes. creat. lib. 1. §. 10. n. 72. vers. denique* Surd. *cons. 191. n. 17. & decis. 254.* Gratian. *discept. forens. 3. tom. cap. 580. n. 7.* Roderic. *de ann. reditib. lib. 1. quæst. 14. n. 9.* Montan. *dict. cap. 33. n. 182. cum aliis.* Pereir. *ad tit. de emption. & vendit. cap. 13. n. 15.* Castill. *dict. lib. cap. 61. n. 13.* Avend. *de censib. cap. 79. n. 3.* qui multos allegat. Prohibita enim alienatione, prohibita est etiam hypotheca, quia est alienationi proxima, *l. fin. C. dict. reb. alien. non alien.* & vide Addita ad Glos. *3. l. 43. infra hoc tit.* Guzm. *de evict. quæst. 1. n. 20.* Lara *de vita homin. cap. 22. n. 58.*

24 Amplia primò, procedere etiam in hypotheca generali; nam tutor, nec generaliter potest bona immobilia pupilli obligare pro observatione contractus liciti, ex Glos. *hic.* Cui Adde Castill. *in dict. c. 61. n. 37.* ubi hanc Glossam sequitur, & pro ejus opinione expendit *leg. sed pecunia, §. fin. l. magis puto, vers. item Prætor. ff. de reb. eor.* & vide addita ad Glos. *1. l. tit. 13. infra.* ubi, in hoc, quòd possit deveniri ad alienationem rerum immobilium, inter generalem, & specialem hypothecam nullam constitui differentiam comprobatur.

25 Amplia 2. procedere, etsi res à minore empta esset eo pacto à venditore appositio, quòd pro pretio res vendita esset hypothecata; nam adhuc talis hypotheca non valet juxta *text. in l. 1. §. si minor. ff. de reb. eor.* cujus textus decisionem mirabilem esse dicunt Doctores *infra* citandi: & de ejus interpretatione videndi sunt Menchac. *de succes. creat, §. 10. num. 72. ampliat. 4.* Pinel. *in l. 1. C. de bon. mater. 3. part. num. 52.* ubi latissimè quæstionem prosequitur. Sarmient. *lib. 3. select. cap. 8. à num. 3.* Trentacinq. *variar. lib. 2. tit. de minor. resol. 9. num. 7.* Pereir. *in l. si curatorem habens, sub verb. contractum fecisti, n. 9.* Mont. à Cuev. *decis. 1. n. 3.* Simoncel. *de decretis, lib. 2. tit. 5. per totum.* Gratian. *discept. 2. tom. cap. 242.* ubi agit de hac materia, & plures laudat, & *num. 6. cum aliis* ampliat, etsi authore tutore id faciat, contra alios, qui contrarium tenent, & *num. 16.* refert plures, qui de interpretatione *dict. §. si minor.* agunt. Castill. *dict. c. 61. num. 33.* & Gutierr. *de tutel. 2. part. cap. 5. num. 36. cum aliis*, contra Pereiram defendit hujusmodi hypothecam valere, quem vide. Et ante eum etiam tenuit Marienz. *in l. 2. glos. 1. num. 17. lib. 3. recomp.* ubi decisionem §. *si minor.* rigidam appellat, & quòd si casus occurrerit ipse contrarium judicaret, & pro ea refert Tiraq. Sed novissimè nostram ampliationem defendit Lara. *de vita homin. cap. 22. à. n. 1. & in n. 11.* à dicta juris decisione non esse discedendum tradit, & *in n. 13.* fundamento Joan. Gutierr. & *in n. 15.* Matienz. satisfacit. † Et ex ipso 26
limita, quando à principio expresse dixerit, nisi pro parte pretij prædium manear obligatum, nolo emptioni consentire.

2. Limita *ex l. 2. ff. de reb. eor.* quandò emit à 27
fisco, nam tunc absque ulla conventione remanet obligatus. Pereir. *de empt. & vendit. cap. 13. n. 18.* ubi generaliter limitat, quando legalis hypotheca intercedit. Menoch. *de adipiscen. poss. rem. 3. num. 82.* & idem Cald. *in l. si curatorem, C. de in integr. verb. cum non absimil. n. 40. &* Mench. *in loco inf. referendus.* Trentac. *ubi sup.*

Limita tertiò *ex l. 3. ff. de rebus eor.* quando 28
emptio à minore fuit facta de pecunia alicujus pupilli, nam tunc remanet res obligata pupillo, ex cujus pecunia fuit res empta. Pereir. *in dict. n. 40.* & Menoch. *in n. 82. ubi sup.* Menchac. *de succes. creat. l. 1. §. 10. n. 72. ampl. 4.*

Amplia 3. nec posse hypothecam vendere. Alex. 29
Trentacinq. *ubi sup. n. 8.* Securius item erit venditori, aliquod ex pactis à me traditis in Addit. Glos. *1. l. 28. n. 33. cum aliis, inf. hoc tit.* apponere in venditione.

Sed quid in pacto de retro vendendo; vide Tira- 30
quel. *de retr. convent. ad fin.* Pinel. *n. 53.* ubi opiniones antiquorum, & neotericorum refert. Pereir. *n. 9. vers. 2. infertur.* Monter. à Cueva, *n. 10. cum seq. ubi sup.* Simoncel. *de decret. minor. lib. 2. tit. 6. in 1. inspect. n. 6. & seq. vers. 7. casu. 5.* Guid. Papa *decis. 31. n. 6.* Sarm. *lib. select. cap. 8. n. 8.* Surd. *aliment. tit. 1. quæst. 48. n. 77.* Valasc. *de jure emphy. quæst. 35. post num. 4. vers. & ea pacta.* Gratian. *discept. 1. tom. cap. 26. n. 1. cum aliis. & 2. tom. dict. cap. 242.* Cavalcan. *decis. Fivizanens. 37. part. 2. aliàs 31. n. 72* alios allegat. Mantic. *de ambig. convent. lib. 4. tit. 28. num. 44. & 45.* qui hujusmodi pactum incontinenti appositum valere docent, & pro hac opinione novem fundamenta refert. Fachin. *controver. jur. lib. 2. cap. 3.* qui alios authores pro ea adducit; ipse vero contrariam opinionem probabiliorem, & communiorem esse dicit, & pro ea jura, & authores expendit, & contrariis satisfacere conatur: quem sequitur Lara, *de vita homin. cap. 23. n. 22.* Sed à prima opinione non est recedendum, quæ magis juri, & æquitati consona est.

Quid de pacto additionis in diem? vide addita 31
ad Glos. *10. leg. 40. inf. hoc tit.*

Nec ab actione, quam minor habet ad rem im- 32
mobilem, tutor cadere potest. *text. cum* Glos. *in §. ad resolvendum, C. de præd. minor.* Glos. *in l. C. si adversùs transact.* Glos. *verb. numeranda, auth. de non alien. aut permut. rebus Eccles.* ubi in actionibus, quæ Ecclesiis ad rem immobilem competunt, idem esse dicitur, noster Gregor. Lopez. *in gl. 11. l. 18. tit. 16. part. 6. ibiq.* Addita Gomez. *2. tom. var. num. 14. vers. 4. extende.* Pinel. *in rub. C. de bonis mater. 1. p. num. 33.* ubi alios refert. Pereir. *in leg. si curatorem habens, sup. verb. contractum fecisti, n. 7. & in tract. de empt. & vend. cap. 17. num. 11.* Gutierr. *de tutel. 2. part. cap. 5. num. 27.* Avend. *de censibus, cap. 56. n. 16.* Menchac. *de succes. creat. §. 10. n. 72. col. 4. vers. quod autem diximus,* Montan. *de tutel. cap. 33. num. 150. cum aliis*, & est ratio, quia connumeratur inter bona immobilia minoris. Simoncel. *de decretis, lib. 3. tit. 3.* Coler. *de proces. execut. part. 1. cap. 3. à num. 236.* Menoch. *lib. 4. præsumpt. 142. à num. 16.*

num. 16. Valasc. *concluſ.* 77. *prin.* Pereir. *de reſol. emphyth. cap.* 12. *num.* 9. *&* 10. *& de empt. & vendit. cap.* 13. *num.* 11. De quæſtione, utrum jura, & actiones comprehendantur in bonis mobilibus, vel immobilibus, vel conſtituant tertiam ſpeciem, *in addition.* Gloſ. 1. *l.* 55, *inf.*

33 Nec tutoribus licet renuntiare, vel deſinere acquirere aliquam rem immobilem, in qua eſt minori quæſitum dominium ipſo jure, ut legatum, vel fideicommiſſum relictum, *l. magis puto*, *§. fundum*, *ff. de reb. cor. & ibi* Gloſ. communiter approbata. Gom. *num.* 14. *ubi ſuprà*, ubi late explicat, Menoch *dict. §.* 10. *num.* 72. *amp.* 13. Mont. *ubi ſup. num.* 150. late declarat, & *in n.* 377. *&* 381. Gutierr. *dict. cap.* 5. *num.* 40. Trentacinq. *variar. lib.* 2. *tit. de minor. reſol.* 9. *num.* 5. ubi tradit, quòd ad repudiandum legatum debet judicis decretum cum cauſæ cognitione adeſſe, cognita rei qualitate vo-

34 catis amicis, & conjunctis pupilli. † Et poſtea ſuſcitat quæſtionem, an Abbas, ſeu Prælatus poſſit repudiare legatum monacho ſeu Eccleſiæ, & præter ab ipſo pro affirmativa relatos defendunt Viv. *comm. opin. lib.* 1. *opin.* 1 *num.* 7. Anton. Gabriel. *comm. opin. lib.* 4. *tit. de leg. concl.* 3. *num.* 1. Cervant. *in l.* 6. *Taur. num.* 79. Diaz. *regul.* 219. *verſ. tertio*, *& ſing.* Peralt. *in l. Titia cum teſtamento*, *§. Lutia*, *ff. de l.* 2. Ricc. *prax. variar. reſolut. reſol.* 114. & Thom. Sanch. *de matr. lib.* 6. *diſput.* 4. *num.* 12. fundamentis contrariæ ſatisfacit. Negativam defendunt præter Trentac. *ubi ſup.* & alios ab ipſo relatos Mench. *de ſucceſſ. creat. lib.* 3. *§.* 12. *num.* 254. Lambert. *de jur. patr. lib.* 3. *quæſt.* 9. *art.* 1. *num.* 21. *concl.* 5. *verſ. eo modo.* Moneta, *de conſervator. cap.* 10. *num.* 36. ubi de Eccleſiæ capitularis, ſeu collegiatæ prælato loquitur, Filiuci. *de ſtat. clericor. tractat.* 44. *de alien. rer. Eccleſ. cap.* 5. *num.* 34. & vide præfatos DD. qui an in quærendis poſſit prælatus Eccleſiam præjudicare agunt, & nos ſuo loco, ſcilicèt in Addit. *ad tit.* 14. *part.* 5. & in præſenti tenendam eſſe primam opinionem pluribus rationibus, & deciſionibus tradit. Ricc. *in prax. for. Eccleſ. tit. de alien. rerum Eccleſ. deciſ.* 69. & à Barboſſ. *de offic. & poteſt. Epiſc. allegat.* 95. *num.* 52. *& in num.* 54. à ſecunda ait non eſſe diſcedendum, & Guzm. *de evict. q.* 1. *n.* 18.

35 Nec pacem facere nomine pupilli ſine judicis decreto, ut contra Fachin. & alios defendit Gutierr. *de tutel. p.* 2. *c.* 7. *n.* 6. *cum aliis*, ubi vide quando à minore, vel ejus curatore pax ſuper injuria fieri poſſit, & Addit *inf.* ad Gloſ. *l. part.* 7.

36 Nec in emphyteuſim rem minoris dare eis conceſſum eſt, *l. etiam*, *C. de præd. minor. l. ſed ſi pecunia*, *§. filius*, *ff. de reb. eorum*, quia dicitur alienatio, maxime ſi in perpetuum detur. *cap. nulli de reb. Eccleſ. non alien. auth. hoc jus porrectum*, *C. de ſacr. ſanct. Eccl.* Alex. *conſil.* 79. *num.* 2. *lib.* 1. Gomez. 2. *tom. cap.* 14. *n.* 14. *verſ. ſexto extende*, *& in verſ. ſeptimo extende.* Pereir. *in l. ſi curatorem habens*, *ſup. verſ. contract. feciſti*, *num.* 3. *C. de in integrum reſt.* Gutierr. *in dict. cap.* 5. *num.* 24. Montan. *dict. cap.* 33. *num.* 419. Molan. 2. *tom. de juſt. diſp.* 224. *verſ. judicis decretum.*

37 Nec rem, quam minor in emphyteuſim habet, remittere, vel aliis dare, tutoribus licet. Valaſc. *de jure emphyt. quæſt.* 1. *num.* 22. Gutierr. *n.* 23. Pereir. *ubi ſup.* rem in emphyteuſim accipere minori non eſt prohibitum. Caldas, *num.* 3. Valaſc. *quæſt.* 35. *num.* 3. Gutierr. *num.* 24. *verſ. additio.* Pariſ. *ubi ſup.* Trentac. *num.* 8. *ubi ſup.*

38 Item nec fructus fundi perpetuo alienare poteſt. Cancer. *variar.* 2. *part. cap.* 1. *num.* 245. Simoncel. *de decret. lib.* 3. *tit.* 8. *inf. pect.* 16. *n.* 19. Ludovic. Cenſ. *de cenſ.* 2. *part. cap.* 2. *quæſt.* 2. *art.* 3. *num.* 8. Lara, *de vit. hom. cap.* 22. *n.* 56.

Locare fundum minoris ad longum tempus tu- 39
toribus non eſt permiſſum, *leg. ſed ſi pecunia*, *§. fin. ff. de reb. eor.* & cum Alexan. *conſ.* 117. *lib.* 5. Favian. *de empt. & vendit.* 4. *quæſt. princip. quæſt.* 22. *num.* 8. *&* 9. Boër. *deciſ.* 234. Pinel. *in l.* 1. *C. de bon. mater.* 3. *part. num.* 64. Mench. *de ſucceſſ. creat. §.* 10. *num.* 78. *verſ. intellige in vocatione ordinaria.* Matienz. *in l.* 6. *tit.* 7. *gloſ.* 3. *num.* 16. Molin. *de primog. lib.* 1. *c.* 21. *num.* 1. Matienz. *eodem tr.* 4. *part. quæſt.* 15. Gutierr. *dict. cap.* 5. *num.* 28. Moran. *à num.* 396. *cum aliis.* Trentac. *num.* 39. *ubi ſup.* Locatio ad longum tempus, quæ dicatur? vide Gloſ. 7. *l.* 19. *tit.* 8. *infra hac parte*, & *ibi* addita.

Donare bona minoris, tanquàm ſpecies aliena- 40
tionis eſt prohibitum, *l. fin. C. de reb. alien. non alien. & l.* 1. *C. de fundo donato*, ubi Gloſ. Favian. *ubi prox. num.* 21. Et de quæſtione, an minor donare poſſit? & in quibus caſibus? vide addita ad Gloſ. 5. *l.* 1. *tit.* 4. *ſup. n.* 1. *cum aliis.* & Alexand. Trentac. *num.* 14. *ubi ſup.*

Nota tertiò ex Gloſ. quòd Prælatus pro obſer- 41
vatione contractus liciti poteſt generaliter bona Eccleſiæ obligare. Et Adde, *§. ſi autem creditor*, *in fine*, *&* ibi Gloſ. *verbo*, *ſpecialis*, *§. nos igitur*, *& in verſ. creditoribus*, *in auth. de non alien. vel permut.* Neguſ. *de pignor.* 2. *part.* 1. *memb. num.* 3. ubi multos refert, & hanc dicit magis comunem Villalobos, *in ſuo ærario*, *litt. P. num.* 257. Falcon. *reg.* 155. *n.* 4. Menoch. *de arbitr. caſu* 431. *num.* 13. Caſtill. *quot. contr. juris*, *lib.* 5. *c.* 61. *n.* 37.

SUMMARIUM.

1 *Mobilia minorum, quæ ſervando ſervari poſſunt, de jure communi ſine juſta cauſa, & decreto judicis, & aliis ſolemnitatibus intervenientibus, alienari non poſſunt.*

2 *Jure Regis an dicta ſolemnitas requiratur? an vero ſola tutoris authoritas ſufficiat? & refertur affirmativa.*

3 *Negativa.*

4 *Tenenda.*

5 *In venditione rerum mobilium, quæ uſu conſumuntur, ſubhaſtatio non eſt neceſſaria, in mobilibus, in quibus poteſt cadere affectio, ſubhaſtatio requiritur.*

6 *Res, quæ ſervando ſervari non poſſunt, dicuntur illæ, quæ triennio conſumuntur. Et quæ dicantur res, quæ ſervando ſervari poſſunt.*

7 *Res mobiles, quæ ſervando ſervari poſſunt, tutor ſine decreto poteſt alienare. Item, & minor quilibet carens curatore.*

8 *Servos antiquos domus tutor, ſine judicis authoritate, vendere non poteſt.*

9 *Res mobiles prætioſæ, ſine decreto, & aliis ſolemnitatibus non poſſunt vendi.*
Et quæ dicantur bona prætioſa.

10 *Grex pecorum, ſine ſolemnitate, non poteſt alienari.*

11 *Magna pecuniæ quantitas, vel quæ deſtinata eſt ad emptionem prædiorum, habetur pro re immobili, quoad alienationem, & num.* 18.

12 *Magna pecuniæ quantitas Eccleſia non poteſt ſine ſolemnitatibus expendi.*

13 *In legato rerum immobilium, an veniat magna pecuniæ quantitas.*

14 *Pecunia in banchis campſorum poſita inter immobilia reputatur.*

15 *Contrarium*

15 *Contrarium, Item etsi ad emptionem prædiorum essèt destinata, sine decreto posse alienari.*
17 *Concordia.*
19 *Refertur alia concordia.*
20 *Alia concordia tradita à Tiraquel. refertur.*
21 *Sequenda.*
22 *Destinatio an habeatur pro re perfecta, & pro facto adimpleto. Et destinatio an faciat rem sacram, & quid requiratur, ut destinatio habeatur pro facto.*
Et de materia destinationis, ut cognoscatur, quid veniat in legato, remissivè.
23 *Compromissum factum à tutore in rebus, quæ servando servari non possunt, valet. Item factum à minore super rebus mobilibus. Et quid si habeat curatorem.*
24 *Minor contrahens absque authoritate curatoris, an obligetur civiliter, & naturaliter? remissivè.*

ADDIT. GLOSS. III.

1 AD Glos. 3. Nota, bona mobilia minoris, quæ servando servari possunt, sine solemnitatibus à jure requisitis, & decreto judicis interveniente, alienari non posse de jure communi. Et Add. *l. fin. C. de administrat. tutor. l. fur. C. quando decreto opus non est.* Trentac. *variar. lib. 2. resolut. 9. de minorib. n. 2 & 19.* Covarr. *variar. lib. 2. cap. 1. num. 245.* Gomez 2. *tom. variar. cap. 14. num. 13.* Mench. *de success. creat. §. 10. num. 72. in 18. ampl. & num. 74.* ubi tradit, minori non habenti curatorem etiam prohibitam esse harum rerum alienationem: quòd multis argumentis comprobat Vivius, *decis. 22. num. 3.* Gutierr. *de tutel. 2. part. cap. 1. num. 21.* Percir. *in l. si curatorem habens, verbo, res, num. 2. in fine, C. de in integ. rest.* Fachin. *lib. 5. controvers. juris, cap. 1.* ubi contrariæ opinionis fundamenta refert, & hanc sequitur. Ric. *in prax. for. Eccles. decis. 61. & decis. 73.* Montan. *de tutel. cap. 33. num. 139. & 140.* Anton. Faber. *in jur. prudent. Papin. scien. titul. 12. de tutel. 7. part. illat. 84.* ubi de venditione bonorum mobilium minoris agit. Et plures alios retulimus in Glos. antecedenti.

2 Amplia primò, *ex text. hic*, procedere etiam de jure nostro regio, ut post allegationem hujus legis Regiæ, & aliarum, de quibus, *infrà*, docet Gomez *ubi supr. dict. num. 13.* Menchac. *de success. creat. lib 1. §. 10. n. 72. vers. decimo octavo.* D. Joan. à Castill. *quotidianar. controvers. lib. 4. cap. 61. n. 30. & 36.* ubi alios laudat. Lara. *de vit. homin. cap. 22. n. 56.* Roder. *de ann. reditib. lib. 1. quæst. 14. n. 7.* Et contra glossam *hic*, hanc opinionem amplectitur. Molin. 2. *tom. de contractib. disput. 531.* in fine.

3 Contrarium, imo quod alienatio bonorum mobilium minoris absque decreto, & aliis solemnitatibus à tutoribus facta valeat, probat *l. 18. titul. 16. part. 6. in princip. l. 60. titul. 18. part. 3. in princip. l. 8. tit. 13. infrà hac part. vers. otrosi dezimos*, Gregor. Lopez *hic*, & in *Glos. 3. dict. leg. 8.* & vide *ibi*, Addit. & licet utrobique cogitandum relinquat, *hic*, remittit se ad dicta, *in dict.* Gl. 3. *l. 8.* ubi remanet cum hac opinione; nam doctor concludens per verbum cogita, nulla opinione reprobata earum, quas refert, videtur manere cum ultima, Gl. *fin. in §. fin. l. qui filium, 74. ff. ad Senat. consult. Trebell.* Anton. Maria Coratius Cortonensis, *in tractat. de commun. opin. lib. 1. titul. 6. n. 98.* qui habetur, *in 4. tom. commun. opin.* Gironda. *de Gabell. 2. part. n. 2.* Nec obstat, quòd concludat per verbum *forte*, quia ut diximus, *sup.* in Add. Glos. 5. *tit. 4. n.* est mos gravium Doctorum. Et eandem opinionem sequuntur Villaloh. *in arar. com. opin. verb. tutor. & antinom. juris civil. & Reg. lit. T. n. 19.* Olanus *in reduct. antin. eadem litera, n. 39.* Felician. *de censib. lib. 2. cap. 2. n. 9.* Avendañ. *de censib. cap. 81, num. 4. in fin.* Gutierr. *de tutel. par. cap. 21. num. 3. cum sequent.* ubi contra Pat. Molin. hanc defendit.

Sed verior prima est, & in consulendo tutius est eam sequi, & quòd tutor cum autoritate judicis alienet, vel obliget bona mobilia pretiosa pupilli, prout consulunt Olanus, & Felicianus, *ubi supr.* Cujus generis sunt aurum, argentum, gemmæ, & servi ab antiquo servientes, quæ quidem res comprehenduntur sub illo verbo *que sea raiz*, appositum *in dict. l. 18. tit. 16. part. 6.* & licet in dicta lege solum mentio fiat servorum ab antiquo servientium, non ex eo coarctatur *lex. quæ tutores, C. de administ. tutor.* sed ab ea non differt: nec est dicendum *per dict. leg. 18.* illam corrigi, cum correctio jurium minimè sit admittenda: nec jus commune corrigi per legem regiam, nisi expressè de ipsa mentionem faciat, (ut pluries diximus) nec dicta lex loquitur per viam exceptionis. Præterea quia jure receptum est, quòd quando nova constitutio loquitur in materia juris communis, & aliquos casus excipit, non per hoc firmat regulam in non exceptis contra jus commune, ut latè exemplificat Everar. *in loco ab exceptione ad regulam 9. num. 5. in fin. & 6.* Præterea, quia expressio alicujus casus extenditur ad similes, ut notat, & comprobat Everard. *à n. 8. ubi suprà*, ergo idem dicendum venit in aliis mobilibus prætiosioribus, & intelligenda opinio nostri Greg. Lopez in aliis mobilibus non præciosis, quæ servando servari possunt, ut *infrà in n. sequent.* 4

Cum venduntur res, quæ tempore consumuntur, ut vinum, oleum, triticum, & similia, in quibus non cadit affectio, subhastatio non est necessaria: quia recipiunt functionem in genere suo: & sufficit, quòd vendantur in foro publico absque alio præconio. Bald. *in l. 1. n. 5. C. si prop. public. pensi*, & Salycet. *in l. fin. C. eo.* Alex. ad Bart. *in l. si quis, Cod. de rescind. vendit. & in auth. hoc jus porrectum, Cod. de Sacros. Eccles.* Pereg. *de jure fisc. lib. 6. tit. 4. num. 14.* ubi hoc procedere inquit, etiam in his rebus ad fiscum pertinentibus. Noster Lopez *in gl. 3. in fine l. 52. infr. hoc tit.* ubi vide Addit. Munoz. de Escobar. *de rat. cap. 16. num. 28.* Azeved. *in l. 4. tit. 5. recomp. num. 35.* Rodrig. *de execut. sent. cap. 5. num. 77. in fin.* in aliarum rerum mobilium venditione, in quibus consistit affectio, ut sunt vestes, vasa aurea, vel argentea, subhastatio requiritur, ut ex aliis tradit Escobar. *de ratiocin. cap. 18. n. 28. & 29. ubi supr.* 5

Res, quæ servando servari non possunt, dicuntur illæ, quæ triennio durare non solent. Glos. *in medio in l. unica. C. si adversus usucapio, & ibi.* Ang. & alii Doctores, quos refert, & sequitur Gomez. 2. *tom. variar. cap. 15. num. 13. in princ.* Vivius *dec. 22. n. 5. in fine.* Montan. *cap. 33. num. 166.* ubi nonnulla exempla proponit. Riccius *in praxi fori Eccles. decis. 61. & decis. 73. n. 3.* qui alios laudat, & hujus generis dicunt esse res illas, quæ ultra triennium absque notabili deterioratione non durant, ut sunt vestes, quæ veterascunt, & animalia supervacua. Res enim, quæ servando servari possunt, dicuntur illæ, ex quibus fructus percipiuntur, & nihilominùs 6

hilominùs servantur, seu dominium retinetur, ut cum Alex. *in l. 1. §. fuit quæsitum, num. 31. & 36. in fine, ff. ad senat. consult. Treb.* tradit Mont. *ubi sup.*

7 *num.* 141. † quæ quidem res, & quæ servando servari non possunt, tutor sine decreto potest alienare, ut tenent *sup.* relati. Item, & minor curatorem non habens, *l. lex quæ tutores, & l. ultim. §. ult. de admin. tutor.* Simoncel. *de decret. lib. 3. titul. 8. inspect. 2. n. 19. & 22.* Puteanus. *decis. 7. lib. 3.* Cancer. *variar. 2. par. cap. 1. n. 245.* Tiraquel. *de retract. lig. §. 1. n. 62.* ubi tradit, quòd fructus liberè potest vendere. Surd. *decis. 278. n. 15.* Mench. *de succes. creat. lib. 1. §. 1. n. 73.* Cald. *l. si curatorem, verb. res, n. 2. de in integr. restit.* Montan. *de tutel, cap. 33. n. 145. & 146.* Sanch. *de matrim. lib. 6. disput. 38. n. 6.* ubi tradit, quòd potest contrahere, præterquam si agatur de alienatione bonorum immobilium. Sigism. Scacc. *de judic. lib. 2. n. 266.* Lara. *de vita hom. cap. 22. num. 55. & 56.*

8 Limita 1. in servis antiquis, quos tutori vendere non licet, *l. 28. tit. 16, part. 6.* Gutierr. *de tutelis 2. part. c. 5. n. fin.* & tradita *supr. n. 3.*

9 Limita 2. in bonis mobilibus pretiosis, quæ rebus immobilibus æquiparantur ex Gl. *hic.* Cui Adde *extravag. ambitiosæ de reb. Eccles. non alien.* ubi ad bona mobilia pretiosa extendi prohibitionem alienationis bonorum Ecclesiæ probatur. Rodoan. *de reb. Eccles. quæst. 13. n. 8.* Ugolin. *de potest. Episc. cap. 14. §. 8.* Gratian. *3. tom. in appendice ad c. 517. in princ.* Aloys. Ricc. *ubi supr. dec. 61. n. 1.* ubi quæ sint mobilia pretiosa tradit, & *dec. 67. n. 5.* Filliuc. *de stat. clericor. tract. 44. de alienat. rer. Eccl. c. 4. n. 22.*

Et non intelligas de rebus mobilibus, quæ servando servari possunt, sed de aliquibus valdè pretiosis, ut de supellectilibus, aut pulchro emblemate gemmarum auri, aut argenti, vel de picturis insignis artificii, vel his similibus, aut de grege ovium, caprarum, vel bovum, quæ inter mobilia pretiosa numerantur, & licet arietes, & tauri, & agni, &

10 hœdi possint vendi, † ipse grex non potest vendi, nisi concurrant solemnitates. Abb. *in cap. tua. n. 7. de his quæ fiunt, & cap. nulli n. 8. de reb. Eccles. non alien.* Rodoan. *in dict. tract. quæst. 8.* Molin. *de just. & jur. 2. tom. disput. 265. n. 4.* Ricc. *dict. decis. 61. num. 2.* Filliuc. *in dict. cap. 4. num. 24.* ubi refert. Navarr. Canonist. Alvarot. Alex. Stiatic. quia multò plusquam immobilia æstimantur: in quorum alienatione decretum judicis requiri docet Greg. Lopez. *in gl. 2 l. 14. tit. 11. part. 4.* in aliis verò non requiritur, licèt usu non consumantur, ut diximus, & comprobatur, quia dictæ res mobiles Ecclesiæ sine solemnitatibus à Prælato possunt alienari. Menoch. *de arbitr. casu 172.* Aloys. Ricc. *in dict. dec. 61. n. 3. & in dec. 69. n. 4.*

11 Limita 3. in magna quantitate pecuniæ, vel quando pecunia destinata est ad emptionem prædiorum, quia tunc pecuniæ inter immobilia reputantur, & absque decreto judicis non possunt expendi. Gl. *2. circa fin. l. 14. tit. 11. part.* ibique Addit. *l. qui ergo, §. usuras vers. quid ergo, ff. de contrar. & utili actione tut.* ubi est *text.* in terminis. Cuman. *in leg. à Divo Pio, §. ult. ff. de re judic.* ubi *per illum tex. & tex. in l. cætera, §. sed si separavit, ff. de leg. 1.* tradit pecuniam destinatam ad emptionem prædiorum vicem rei immobilis obtinere, & adeo sine decreto judicis alienari non posse, sicuti nec alia mobilia minoris. Roman. *sing. 163. tu habes quod pecunia*, ubi ad hoc *dict. §. usuras*, dicit singularem, & unicum, & idem dicit Franc. Cremens. *sing. 59. pecunia est*, & ultrà eos, quòd pecunia destinata ad emptionem prædiorum pro re immobili habeatur, sequuntur Alber. de Rosate. Barba. Alex. Aretin. Bertac. Grammat. & alii, quos referunt Boër. *decis. 209. num. 5.* ubi quatuordecim autores pro hac opinione enumerat Tiraquell. *de retract. lign. §. 1. glos. 7. num. 106.* Gabr. *lib. 1. com opin. titul. de præsumptionib. conclus. 12. n. 19. vers. contr.* Pal. Rub. *in rep. rub. de donat. inter. §. 32. n. 7. in fine*, & alios adducit, & sequitur Barbos. *in remiss. ad leges Lusitanas, lib. 4. titul. 48. n. 16.* Mich. Grassus. *recep. senten. §. legatum, quæst. 19. n. 8.* ubi dicit communem. Rebuff. *in auth. habita, C. ne filius pro parte.* Surd. *decis. 287. num. 13*, ubi transit cum Tiraquell. *in loco sup. citato.* Cevall. *comm. contr. q. 312. num. 1. & 2.* ubi in quæst. utrum pecunia destinata ad emptionem prædiorum dicatur res mobilis? duas contrarias opiniones refert, & hanc opinionem sequitur, & ex ea infert interpretationem, *ad text. in l. sciendum, ff. qui satisdare cogantur.* Gratian. *3. tom. cap. 517. num. 12.* † ubi tradit, magnam 12
pecuniæ quantitatem, quæ est in proprietate, & non in fructu, non posse sine solemnitatibus requisitis in alienatione bonorum Ecclesiæ per administratores confraternitatis expendi, & *in appendice illius cap. ad finem*, Ricc. *in praxi for. Eccles. tit. de alien. rer. Eccles. decis. 73. num. 3.* & idem esse tradit, quando redacta est ex venditione rei immobilis, & plures refert. Filliuc. *de stat. cleric. tract. 44. de alien. rer. Eccles. cap. 4. n. 25.* ubi idem tradit, quando ex fructibus est sepositа ad aliquam emptionem pro Ecclesia. Pereir. *in repetit. l. si curatorem habens, C. de in integr. restit. sub vers. contractum fecisti, num. 11.* & *in tract. de emp. & vendit. cap. 13. num. 32.* Gutierr. *in tract. de tutelis 2. part. cap. 5. num. 42. cum aliis*, & idem esse dicit in magna pecuniæ quantitate cum Gregor. Lopez. *ubi supr.* Ric. *in praxi. for. Ecclesiast. decis. 70. num. 5.* ubi tradit, assensum Apostolicum requiri in dimissione pecuniæ Ecclesiæ in cambiis, si reservata erat ad emptionem prædiorum, *& decis. 75. num. 3.* ubi dicit in alienatione magnæ quantitatis pecuniæ, quæ est in proprietate Ecclesiæ, & non in fructu, assensum Apostolicum desiderari. † Et magnam quantitatem 13
pecuniæ non venire in legato rerum mobilium, Senatum Pedemontanum declarasse, testatur Anton. Thesaur. *decis. 160. num. 6. in fine*, ubi hanc opinionem semper veriorem visam fuisse dicit Simoncel. *de decretis, lib. 3. tit. 8. inspect. 5. n. 122. vers. tertius casus est.* Et facit, nam destinatio habetur pro re perfecta, *text. in l. & si non sunt, §. in facti, ff. de auro, & arg. leg. &* Glos. *ibi, in verbo magis facti, text. in l. fundi, §. fin. ff. action. empt.* Glos. *verb. si dederit, in leg. fin. Cod. de dot. promiss. text. in leg. 5. §. cepisse de pollicitatio.* de qua quæst. videndi sunt Barb. & alii, *in l. cætera, §. sed si separavit, ff. de leg. 1.* Alex. *cons. 98. incipit alias de facto consultus, col. 3. vers. non obstat quod destinatio, lib. 3.* ubi hoc dicit esse brocardicum Aretin. *cons. 6. vers. instrumento divisionis, in 2. dubio*, & latissimè omnium Felin. *in cap. cum adeo, col. 2. vers. destinatio de rescript.* Grab. *lib. 1. commun. opinion. conclus. 12. per totam*, ubi pro utraque parte multa tradit, ampliat, & limitat. Ildephon. Lara. *de imiversf. & capellan. c. 20. num. 55.* Surd. *decis. 241. & cons. 195. n. 12.* Menoch. *de arbit. casu 290. n. 19.* Monter. à Cueva. *decis. 17. num. 9. in fine, & num. 10.* vide *infrà, num.*

Amplia idem esse in pecunia in banchis cam- 14
porum posita; nam inter immobilia reputatur, ex his, quæ tradit Tiraquell. *de retract. lignag. §. 1. glos. 7. num. 114.*

num. 114. Joseph. Ludovic. *concl.* 48. *num.* 42. Gratian. *decis. Marchi.* 95. *n.* 9. *in fine*, Bayard. *ad Juli. Clarum*, §. *fin. quæst.* 78. *num.* 151. Simoncel. *de decret. lib.* 3. *cap.* 8. *sub n.* 118. Anton. Thesaur. *dec.* 160. *n.* 10. ubi contra Mantuan. *in tractat. de conjectur. ultim. volunt. lib.* 9. *titul.* 3. *n.* 2. & Pinel. *in l.* 2. *part. cap.* 2. *n.* 44. *C. de bonis mater.* hanc opinionem veriorem esse dicit. Barbos. *de potestat. Episcop. allegat.* 95. *num.* 44. ubi alios cumulat.

15 Contrariam opinionem, imo quòd ob destinationem pecunia non reputetur immobilis, ex aliis tradit Jas. *in l. cætera*, §. *sed si paraverit, num.* 1. *ff. de leg.* 1. ubi hanc opinionem receptiorem dicit. Boer. *decis.* 209. *num.* 1. *cum aliis*, ubi hanc quæstionem ex professo examinat, & invehit contra Casanetum, qui contrariam opinionem veriorem esse dixerat, notans eum juvenem esse, & non bene attendisse, & hujus opinionis viginti, & quinque authores enumerat, & duo arresta, unum Senatus Parisiensis, & alterum Senatus Burdigalensis, & hanc magis communem esse profitetur, & decretum judicis in hujusmodi pecuniæ alienatione non requiri. Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 1. *glos.* 7. *num.* 107. & 108. ubi plures pro ea laudat, & cum ea transit Gabr. *dict. lib.* 1. *com. opinion. titul. de præsumption. concl.* 12. *num.* 9. Alexand. Trentacinq. *variar. resolut. titul. de minor. lib.* 2. *resolut.* 9. *n.* 20. ubi plures cumulat. Pinel. *in leg.* 1. *C. de bon. mater.* 2. *part. n.* 43. & 44. ubi cum Boërio hanc communem, & veriorem dicit, & cavendum esse admonet ab his, qui uti receptissimum contrarium scripserunt. Pereir. *in re petit. l. si curatorem habens sub verbo, contract. C. de in integr. restit.* ubi & communius esse dicit, quòd ex destinatione pecuniæ ad emptionem prædiorum non mutatur qualitas, nec substantia pecuniæ. Ursil. *ad Afflict. dec.* 399. *num.* 4. ubi cum Boërio, & aliis tradit, ex destinatione pecuniam non effici immobilem, & sic ex prædicta pecunia mulierem non lucrari medietatem, quando virtute statuti ad mulierem medietas bonorum immobilium spectat. Eman. Suarez *in Thesaur. recep. sententiarum, liter. P. num.* 83, 84, 85. & 86. Mont. *in tract. de tutelis, c.* 33. *num.* 179. ubi cum hac opinione transit. Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 138. *num.* 3. & alios allegat. Anton. Thesaur. *decis.* 160. *num.* 6. ubi pro hac opinione plures adducit. & Gaill. *d. obser.* 11. *num.* 3. tradit pecuniam ad emptionem prædiorum destinatam inter mobilia computandam, & eam sine decreto posse alienari. Et non requiri decretum in ejus alienatione communem dixit Pinel, *dict. num.* 33. Eman. Thesaur. *recep. sentent. lit. P. n.* 83. Montan. *dict. cap.* 33. *n.* 147. Roder. Suar. *in titul. de las barras, num.* 67. Boër. *dict. decis.* 209. *num.* 4. Joan. Guttierr. *dict. cap.* 5. 2. *part. de tutelis, num.* 4. & hanc opinionem post hæc scripta novissimè sequitur Joan. à Castill. *quotid. contr. lib.* 5. *c.* 62. *n.* 65. & confirmatur hæc opinio, nam pecunia est res mobilis, *text. in §. & quia parum, in auth. de nuptiis*, ubi postquam posuit de rebus immobilibus, subjungit hæc verba, *si vero universa constituta est fortè in pecuniis, aut aliis mobilibus rebus, auth. hoc nisi debitor, Cod. de solut.* ibi *in pecunia, vel in alia re mobili, &* tradunt plures, quos refert Tiraq. *de retract. lignag. §. 1. glos. 7. num.* 105. ubi ex communi sententia tradit, quòd potest à minore expendi, & alienari sine decreto. Surd. *decis.* 287. *num.* 12. & 13. ubi tradit, minorem posse sine decreto pecuniam in dotem dare, quia reputatur mobilis. Thesaur. *decis.* 160. *num.* 1. ubi quod sub legato rerum mobilium pecunia continetur, & ei cedit Decius *cons.* 381. *visis bis, quæ accuratè. col.* 1. *vers. tertia conclusio, & consil.* 472. *testator legavit. col.* 1. ubi ad hoc allegat optimum *text. in l. si chorus*, §. 1. *ff. de legat.* 3. Pinell. *in l.* 1. *C. de bonis mater.* 2. *part. n.* 45. alios adducit, & *in num.* 46. ubi respondit *ad text. in leg. si mihi Mevia. ff. de leg.* 3. Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 138. & *num.* 2. 3. & *per totam*, ubi latè agit, an pecunia veniat in legato rerum mobilium, & refert plures.

Et non solùm pecunia est mobilis, sed etiam ex his rebus, quæ servando servari non possunt, Glos. 16
in l. 1. *§. fin. quæsitum, verbo necessario, ff. ad Trebelli.* Bart. *in leg. si ex legati causa*, & ibi Roman. & Francis. Aretin. *ff. de verb. obligat. per text. in auth. ut ij, qui obligant. se haber. perhib. res minor.* & *in l. Arist.* §. *ultim. cum lege seq. ff. de jure delib.* & *in* §. *constituitur, inst. de usufruct.* Gl. *in l. interdum*, ubi Bart. *col.* 1. Salycet. *col.* 2. & latè Jas. *colum.* 3. *ff. de condict. indebit.* & alios plures refert Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 1. *gloss.* 7. *num.* 104. Bernard. Diaz. *reg.* 537. ubi pro regula hanc doctrinam constituit, & multis autoritatibus comprobat, & *ibi.* Salced. ubi exornat. Pereir. *in dict. l. si curatorem habens, C. de in integr. resti. super versic. contractum feciſti, num.* 11. *vers. pecunia autem.* Montan. *de tutel. c.* 33. *num.* 177. & 178. Gutierr. *de tutel.* 2. *part.* 2. *cap.* 5. *n.* 42. August. Barbos. *de officio, & potest. Episcop. allegat.* 95. *num.* 40. ubi alios laudat. Contrarium, imo quod pecunia servari possit, & præcedentem doctrinam de falso convinci docet Pinell. *in dict. l.* 1. *C. de bon. mater.* 2. *part. num.* 42. quem refert, & sequitur Salsedus, *ubi proximè in vers. hæc tamen*, & probari dicit ex *text. in l. fin.* §. *ipsum autem, C. de bonis, quæ liber.* & de thesauro plura jura loquuntur, *ut l. si chorus*, §. 1. *ff. de leg.* 3 de cujus interpretatione vide Pereir. *dict. num.* 11. *vers. facit etiam*, ubi latissimè explicat, & contra communem ponderat *text. in l. lex, quæ tutores, C. de administ. tutor.* & rem, quæ servando servari non potest, appellat. Et *in præcedenti vers.* loquitur de pecunia, in qua veteres robur patrimonii posuisse dicit, & separat pecuniam à cæteris rebus, quæ servari nequeunt.

Pro concordia harum opinionum dic primam procedere, & intelligendam esse, cum de pecunia 17
agitur secundum fructuosam conservationem; nam ad hoc ut pecunia utilitatem afferat, secundùm eum usum ad quem destinata est, dicitur de rebus, quæ servando servari non possunt, ut omnes concludunt; ex usu enim à dominio nostro exit: & probatur ex autoritate Aristotel. *lib.* 4. *ethicorum, cap.* 1. ubi dicit, pecuniarum usum consumptionem esse: hoc est pecuniarum usum in sumptibus, & erogationibus consistere, ut eum interpretatur Andreas Tiraquell. *de retract. lig.* §. 1. *gl.* 7. *num.* 104. *in fine.* Salced. *in annotat. ad Bernard. Diaz. ad regul.* 537. Contrariam vero opinionem, cum agimus de actuali conservatione pecuniæ; nam si ea non utamur, conservari posse nemo est, qui nesciat. Nec obstant jura pro prima opinione adducta, quia non dicunt, pecuniam rem esse, quæ servando servari non potest; sed significant, ex usu à dominio nostro exire, diversosque dominos sortiri, ipsam tamen non consumi. Nec obstat. *in l. Julianus, ff. de petit. hæreditatis*, ibi, *si pecuniam eligat actor, quæ servari non possit*, quia *text.* ille loquitur de pecunia non idonei debitoris, à quo exigi nequeat ob ejus inopiam, ideoque lex dicit servari non posse, ut sentit *ibi*, Glos. & bene considerat Alexand. *in l.* 1. §. *fuit quæsitum, num.* 4. *ff. ad Trebell.* quem refert Salced. *ubi proximè.*

In

18 In quæstione verò principali speciale est in minoris, seu pupilli pecunia destinata ad emptionem bonorum immobilium, quam pro immobili haberi tradit Dec. *in dict. l. cætera, §. sed si paraverit, ff. de legat.* 1. Angel. *in verb. alienation. num.* 6. Sylvest. *in verb. alienat. num.* 3. Barba. *in cap.* 1. *n.* 5. *extra, de feudis, per tex. in dict. l. quid ergo*, §. *usuras, vers. qui ! ergo, ff. de contraria. & util. action. tutel.* quem ad hoc dicit singularem, & ante eum Roman. & cæteri *suprà* citati. Ant. Gabr. *dict. tit. de præsumpt. conclus.* 12. *num.* 25. qui cum ea transire videtur; nam est ultima ex concordiis, quas refert, & eam sequitur Cald. *ubi supr. n.* 12. *vers. at quia in contrarium*, Barbos. *de officio, & potest. Episcop. alleg.* 95. *n.* 40. 41. 42. *&* 43. Et hæc est tutior, & tenenda in praxi, licet rigor juris aliud suadeat, quia est utile minoribus, ut magna quantitas pecuniæ à tutoribus non expendatur sine judicis authoritate, & in emptionem bonorum immobilium, quæ eis in utilia sunt. Et idem admittendum est in pecunia ex re immobili redempta, quæ immobilis reputatur juxta doctrinam Cuman. Alex. & Aret. *in l. eadem, C. de collat.* quos referunt, & sequuntur Tiraquel. *dict.* §. 1. *glos.* 7. *n.* 111. Anton. Thesaur. *dict. dec.* 160. *infr.* Et idem in pecunia in cambiis campsorum posita, de qua *super. num.*

19 Aliter has opiniones componit Socinus *conf.* 249. *incipit materia, col. pen. vers. circa quartum*, dicens, quòd si is, qui destinabit pecuniam ad emptionem prædiorum, possit nihilominus de ea disponere, & consequenter destinationem tollere, esse materiam *dict. l. cætera*, §. *sed si separavit, ff. de legat.* 1. & ita procedere notata per Doctores *ibi*, & pecuniam rem mobilem esse non obstante destinatione.

20 Si verò is, qui vult disponere, non possit eam destinationem auferre, quòd tunc debet judicari, ac si esset res immobilis, & ita intelligendum esse *text. in dict. l. quod ergo*, §. *usuras vers. quid ergo, ff. de contraria. & utili act. tutel. & leg. à Divo Pio*, §. *ult. ff. de re judic.* & ideo inquit *si testator jusserit pecuniam converti in emptionem bonorum immobilium, non poterit hæres contra hoc facere*, & reputatur talis pecunia immobilis, prout eum referunt Tiraquel. *dict.* §. 1. *gl.* 7. *num.* 109. Anton. Gabr. *dict. conclus.* 12. *de præsump. num.* 21. qui *in n.* 22. aliam concordiam Doctorum refert, scilicet quòd aut loquitur in statuto, vel consuetudine, & tunc proculdubio appellatione rei immobilis non venit pecunia destinata ad emptionem prædiorum, secus vero de jure communi.

21 Sed primam concordiam in pecunia minorum, & Ecclesiarum, & secundam in aliorum pecunia: veriorem, & in judicando & consulendo observandas esse existimo.

22 Nec obstat, quòd destinationem pro re perfecta, & pro facto adimpleto haberi, *sup.* diximus in confirmationem primæ opinionis, quia illud generaliter non est verum; nam multa animo concipiuntur, quæ tamen non perficiuntur, & potest illa destinatio de facili mutari, & hinc est, quòd destinata ad ædificium non habentur pro affixis ædificio, *ex text. singulari in dict. leg. cætera*, §. *sed si paraverit, ff. de leg.* 1. ubi plenè Bart. & communiter Doctores, & sola destinatio non facit rem sacram, *l. si nondum* 3. *C. de furtis*, nam regulariter ubi facto hominis opus est, destinatio non sufficit; secus ubi intentio perficit actum, ut notat. Bald. *in dict. leg. si nondum, in fine, per illum text.* Jas. *in dict.* §. *sed si paraverit, num.* 20. Alex. *conf.* 97. *n.* 6. *vol.* 3. & ad hoc ut destinatum habeatur pro facto, requiritur, quod deventum sit ad aliquod opus non valdè remotum, ut cum Bart. Bald. Angel. Imol. & Jas. *in dict.* §. *si paraverit.* Alex. *in dict. conf.* 97. *num.* 7. *per text. in l. ligni*, §. *si lignum, & in l. lana legata, ff. de legat.* 3. *& in leg. si fundus communis, ff. de jure dot.* tradit Gail. *lib.* 2. *observat. cap.* 11. *num.* 4. *vers. non obstat*, & *in num.* 5. & vide laudatos, *suprà* & novissimè Castill. summæ eruditionis virum de hac quæstione agentem, & utriusque partis authores referentem, & non sine magno labore veram hujus dubii resolutionem assignantem, ad quem recurre, si vis perfectam hujus dubii resolutionem habere, *lib.* 5. *quotid. contract. cap.* 62. *num.* 56. 57. *&* 58. *cum aliis, usque ad num.* 86. Et *per totum illud c.* hanc destinationis materiam explicat, quæ in interpretatione voluntatis testatoris circa fines prædiorum, & quid veniat in legato, summè est necessaria.

Nota extra Glos. compromissum factum à tutore, seu curatore super rebus mobilibus, quæ servando servari non possunt, seu super his, quæ servando servari possunt, dum non sint pretiosæ, valere: quia cum possit prædictas res alienare, item & super eis compromittere, *l.* 25. *tit.* 4. *p.* 3. & latè comprobant relati DD. *supr. in* Gl. *antecedent. num.* & Sigis. Scacc. *de comm. lib.* 2. *cap.* 2. *à num.* 355. & Lara. *de vita homin. cap.* 22. *num.* 65. & vide Addit. *ad dict. leg.* 25. & Scacc. *ubi supr. à num.* 264. ubi agit, an compromissum factum à minore carente tutore valeat, si fiat super re mobili, & concludit valere compromissum ea potissima ratione, quia minori curatorem non habenti alienatio dictarum rerum non est prohibita, nisi sint pretiosæ, & pro comprobatione refert Butr. Ioan. Bapt. Lanfr. de Orian. & Blanc. Et idem tradit Lara. *de vita. homin. in dict. num.* 56. An vero minor habens curatorem possit compromittere super re immobili, latè discutit, ubi concludit negativè, & vide Add. ad Glos. *à num.* 30. † Et de quæstione, an minor contrahens absque tutoris authoritate obligetur naturaliter; an non? vide Addit. ad Glos. *leg.* 4. *titul.* 11. *infr. hac part.* 23 24

SUMMARIUM.

1 *Alienatio rerum mobilium minoris urgente necessitate, ut si minor ære alieno sit gravatus, concurrentibus solemnitatibus permittitur, etiamsi in rebus minoris executio fiat pro debito hæreditario.*

2 *Alienum æs urgere quando dicatur, & an sufficiat, quòd notarius in instrumento dicat, creditores instituisse, ut ipsis solveretur.*

3 *Alienatio immobilium minoris, cum æs alienum urget, an absque solemnitatibus valeat?*

4 *Si minor fame laborat, pro ejus alimentis bona immobilia alienari possunt. Item pro alendis servis, & familia, & conjunctis, seu consanguineis.*

5 *Contrarium, videlicet proprietatem bonorum immobilium non posse alienari pro alimentis pupilli, & quomodo sit intelligendum.*

6 *Quando alienatio fit ex causa alimentorum, nulla alia solemnitas requiritur præter judicis decretum.*

7 *Alienari bona immobilia minoris possunt ob dotem constituendam; & an bona immobilia in dotem dari possint. Item pro dotanda sorore.*

8 *Ob donationem propter nuptias res immobiles minoris alienari possunt.*

ADDIT.

ADDIT. GLOSS. IV.

1 AD Glos. 4. Nota primò, bona immobilia minoris alienari non posse, nisi urgeat magna necessitas, ut si minor ære alieno sit gravatus; nam tunc pro ejus solutione solemnitatibus (de quibus *inf.*) intervenientibus permittitur alienatio, ex Gl. *hic* Cui adde *l. 60. tit. 16. par. 3. & ibi.* Add. *l. magis puto, §. non passim, ff. de reb. eor. qui sub. tut. l. ob es, C. de præd. min. l. urgentibus creditoribus, ff. de minorib.* Afflict. *decis.* 249. *num.* 1. Rebuff. *in const. Gall. in tract. de rest. in integr. glos.* 7. *art.* 2. *n.* 2. Capic. *decis.* 113. *num.* 6. *&* 7. Menoch. *de arbitr. casu* 171. *num.* 5. Rolan. *consil.* 33. *vol.* 1. *num.* 1. *& conf.* 60. *num.* 1. *&* 2. *vol.* 4. ubi planè de hac materia agit. Macerat. *lib.* 2. *variar. resolut.* 31. *num.* 7. Surd. *cons.* 115. *num.* 35. Stephan. Gratian. *decis.* 131. ubi ait, etsi in rebus minoris fiat executio pro debito hæreditario, debere intervenire dictas solemnitates. Mastrill. *decis.* 121. *num.* 1. *&* 2. *part.* 2. Gutierrez. *in tract. de tutel.* 1. *part. c.* 5. *num.* 74. *&* 75. Bertaz. *de clauſ. clauſ.* 10. *glos.* 2. *n.* 2. Castill. *quotid. contr. lib.* 4. *cap.* 61. *n.* 24. *&* 43. sequitur Gratian. Cald. Pereir. *in tit. de empt. & vendit. cap.* 14. *n.* 23. Scacc. *de judic. lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 286. Ludov. Cens. *de cens.* 1. *part. c.* 2. *quæst.* 1. *artic.* 2. *num.* 33. Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib.* 4. *tit.* 6. *n.* 6. Aloys. Ricc. *decis.* 226. *num.* 1. *cum aliis* 1. *part. decis. Curiæ Archiepisc.*

2 Urgere autem debitum quando dicatur, judicis arbitrio relinquitur, ut docet Menoch. *n.* 6. *&* 7. *ubi sup.* ubi tradit, quid sit urgere. Rol. *dict. cons.* 33. *n.* 2. *& dict. consil.* 60. *n.* 3. 4. *&* 5. ubi dicit, quod judex debet adhibere causæ cognitionem, an creditor instet, & petat sibi solvi; quia aliàs ei non solvendum. Stephan. Gratian. *discept. for.* 3. *tom. cap.* 555. *n.* 34. ubi tradit, non requiri necessariò; quod contra minorem executio immineat per relaxationem mandati; sed sufficere, quod creditores instent, & debitum petant.

Nec enim sufficit, quod notarius asserat in instrumento venditoris creditores institisse & sibi solvi petiisse, sed aliter constare de instantia debet. Roland. *n.* 13. *in dict. consil.* 33. *& num.* 5. *in dict. consil.* 60. Menoch. *num.* 8. Maceratens. *num.* 8. Gutierr. *ubi sup.* Dueñ. *regul.* 186. *ampliat.* 3. 4. *&* 5. ubi ampliat etsi tutor, vel judex id etiam asserant. Pereir. *in dict. cap.* 14. *num.* 27.

3 Et hoc in casu, etiam absque solemnitatibus, & judicis decreto valere alienationem, cum Odoffr. Angel. & aliis traditis per Apontem, *consil.* 1. *n.* 83. *&* 85. tenet Ricc. 2. *part. decis. Curiæ Archiepiscop. decis.* 266. *num.* 7. *cum aliis*, ubi alios citat; & Simoncel. & alios impugnat: sed non recedas à doctrina *suprà* tradita, quæ vera est, & in praxi amplectenda, quam sequitur ultra *sup.* citatos Fach. *lib.* 3. *contr. juris, cap.* 3. *per totum*, ubi contrariis respondit, & vide addita ad Glos. *infrà.* Et licet alienatio rei immobilis minoris etiam ad ejus evidentem utilitatem fine decreto, & solemnitatibus sit nulla, mero tamen jure minori obstat exceptio doli, si non offerat pretium receptum cum usuris, ex *text. in l. veteres, C. de prædiis minor. & in l. si fundus, §. quamquam, ff. de rebus eor.* Vivi. *decis.* 22. *n.* 3. & dicemus *infrà* in additione Glos. *fin.*

4 Nota secundò, quòd si minor fame laboret, pro ejus alimentis bona sua immobilia alienari possunt intervenientibus solemnitatibus. Et facit *l.* 20. *tit.* 16. *part.* 6. ibi, *y que todo lo el que finque en salvo si se pudiere hacer*, & ibi Greg. Lopez. *glos.* 1. ubi vide Addit. Gutierr. *alleg.* 24. *num.* 5. *& 6. & de tutelis*, 2. *p. c.* 5. *num.* 34. Surd. *in tract. de alimentis, tit.* 8. *privil.* 45. *n.* 2. ubi alios laudat. Pereir. *in tit. de empt. & vendit. cap.* 14. *num.* 26. ubi alios refert. D. Joan. à Castill. *quotid. contr. cap.* 61. *n.* 29. *lib.* 4. Scacc. *de jud. cap.* 2. *num.* 286. *lib.* 2. & ita decisum fuisse in Regia Audientia Capitanatæ Apuliæ testatur Francis. Vivius *decis.* 25. ubi latè comprobat, & ampliat etiam pro alendis servis, & familia, bona immobilia vendi posse, & iterum *in decis.* 426. *per totam*, idem probat, & quòd præsumitur pupillus à tutore alitus. Bertaz. *clausul.* 10. *glos.* 2. *num.* 4. ubi ampliat etiam pro conjunctorum alimentis vendi posse.

Contrarium, imò quòd proprietas bonorum im- 5
mobilium pro alimentis pupilli, seu minoris non debeat alienari, etsi pupillus cogeretur mendicare, docuerunt plures, quos refert Albert. *in l. jus alimentorum, vers. modum, ff. ubi pupil. educ. deb.* Baez. *in tract. de decim. tutel. præst. cap.* 10. *n.* 16. Mant. *in tract. de jure tutel. & curat. cap.* 32. *num.* 224. Muñoz. *de ratiocin. cap.* 22. *num.* 48. 49. 50. *&* 51. ubi tradunt de reditibus pupillum alendum esse: & generaliter, quod proprietas bonorum illius, qui alimenta præstare debet, non est alienanda pro eorum præstatione, quando reditus non sufficiunt. De quo vide addita ad Glos. 6. *leg.* 15. *titul.* 10. *infrà hac part. num.* quæ omnia intelligenda sunt, quando alendus non esset futurus dominus illorum bonorum, ex quibus alimenta debentur *glos.* 4. *leg.* 24. *titul.* 9. *part.* 6. *vers. quod tamen limitabis*, ubi vide Add. & Gutierr. *in dict. allegat.* 14. *num.* 5.

Amplia, cum alienatio fit ex causa necessaria ali- 6
mentorum, nullam aliam solemnitatem requiri, quàm decretum judicis per *text. in l.* 3. *§. pignoris, ff. de reb. eor.* & cum Fabian. de Mont. *in tract. de empt. & vend. in* 5. *quæst. in fine*, docet Vivius. *in dict. decis.* 25. *num.* 13. Contrarium tenet Surd. *in d. privil.* 55. *num.* 2. Gutierr. *ubi supr.* Sed prima opinio salvari potest, si periculum esset in mora, non aliàs.

Item justa causa alienationis est ob defensionem pupilli. Sigismun. Scacc. *de jud. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 286.

Justa causa alienationis bonorum immobilium 7
minoris est etiam dotis constituitio, pro qua, alienatio decreto judicis interveniente valet, *l.* 14. *tit.* 11. *part.* 4. *& l.* 18. *titul.* 16. *part.* 6. *& ibi.* Glos. 4. ubi vide Add. Covarr. *pract. cap.* 28. *num.* 10. Gratian. *discep. forens. cap.* 583. *numer.* 2. *&* 3. Montan. *de jure tutel. & curat. cap.* 33. *num.* 418. Tiraquel. *de leg. connub. glos.* 8. *n.* 198. Gutierr. *de tutel.* 2. *par. cap.* 5. *num.* 51. *&* 52. Bertaz. *dict. glos.* 2. *num.* 3. si enim maritus non velit contrahere, nisi dos ei in pecunia numerata detur, decreto judicis vendi poterunt, *l. si de generalis* 62. *§.* 1. *ff. de jure dotium.* Rota, Roman. apud Statinum Pacific. *decis.* 104. *num.* 4. Cardinal. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib.* 4. *tit.* 6. *n.* 6. Pereir. *in tit. de empt. & vendit. c.* 14. *n.* 20. Ludovic. Cens. *de cens. par.* 1. *c.* 2. *quæst.* 1. *art.* 2. *num.* 28. *& in decis.* 23. Farin. *dec.* 675. *n.* 6. *part.* 2. *tom.* 1. aliàs bonorum immobilium mulier minor viginti quinque annorum sibi dotem constituere non poterit *dict. leg.* 14. Covarr. *ubi sup.* Jacob. Menoch. *præsumpt.* 74. *num.* 12. *&* 13. Perr. Surd. *decis.* 278. *per totam*, ubi latè explicat, vide Odd. *de in integr. rest.* 2. *part. quæst.* 59. *art.* 3. Menoch. *cons.* 242.

conſ. 242. *volum.* 2. Gratian. *diſcept. forenſ.* 2. *ton. cap.* 367. Et *cap.* 28. *ex num.* 16. an bona immobilia in dotem à minore dari poſſint agi. Intelligè quando bona immobilia darentur æſtimata ea æſtimatione, quæ facit emptionem: de quo vide Addita ad Gl. *fin. l.* 22. *n.* 19. *cum aliis infr. hoc tit.* in quo caſu procedit *d. l. ſive generalis*, *in princip.* ut tradit Surdus *ubi ſupr.*

Pro dotanda ſorore etiam eſt licita alienatio, *l.* 18. *tit.* 18. *p.* 16. ubi Gloſ. 3. & ibi vide Adde & Cald. Pereir. *n.* 21. & Ludovic. Cenſ. *ubi ſupr.*

Donatio propter nuptias eſt etiam juſta cauſa alienationis bonorum immobilium minoris: de quo vide Addit. ad Gloſſ. 5. *leg.* 1. *titul.* 4. *ſup. hac part. num.* 8.

SUMMARIUM.

1 *Bona immobilia minoris in ipſius utilitatem poſſunt alienari.*
2 *De jure communi an alienatio pro magna utilitate minoris valeat.*
3 *Ælienatio rerum immobilium civitatis, in ejus utilitatem valet, remiſſivè.*
4 *Item alienatio rei Eccleſiæ, remiſſivè.*

ADDIT. GLOSS. V.

1 AD Gloſ. 5. Nota primo de jure noſtro Regio bona immobilia minoris pro utilitate ejus poſſe alienari decreto judicis interveniente. Et Adde *l.* 60. *tit.* 18. *part.* 3. *in verſ. otro ſi dezimos*, & ibi. Gregor. Lop. *gloſ.* 9. *& in gloſ.* 5. *leg.* 18. *tit.* 19. *part.* 6. Felic. *de cenſib. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 11. *&* 2. *tom. eodem, lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 28. 1. *col.* ubi alios adducit Gutierr. *de tutel.* 2. *part. c.* 5. *n.* 76. Caſtill. *quotidian. contr. lib.* 4. *cap.* 61. *n.* 36. *verſ. rurſus, cum aliis*, ubi hanc concluſionem comprobat. Et vide Addit. ad Gloſ. 7. *infrà*, *in* 1. *ampliatione.*

2 De jure enim communi alienatio etiam pro magna utilitate minoris fieri non valet, ut notat Gloſ. *hic.* Cui adde *leg. ſi fundus, ff. de reb. eorum, & ibi.* Gloſ. *verb. movere, & l. ob æs alienum, ff. de præd. minor.* ubi Gloſſ. 1. ibi, *quod non placet.* Afflict. *deciſ.* 87. *n.* 1. *&* 2. & *ibi.* Urſil. Pereir. *in l. ſi curatorem habens, ſup. verb. contractum feciſti, n.* 14. *C. de in integr. reſt.* Capic. *dec.* 113. Surd. *conſ.* 155. *n.* 59. Menoch. *de arbitrariis, caſu* 171. *n.* 60. *cum aliis*, Maſtrill. *dec.* 127. *n.* 2. Gutierr. *ubi ſupr. n.* 33. Ricc. *deciſ. Curiæ Archiepiſcop.* 226. *n.* 2. *&* 3.

Contrariam opinionem cum Gloſ. *verb. cauſa cognita, in l.* 2. *de offic. ejus, cui mandata eſt jur.* ubi Bald. Alberic. Ang. Socin. Jaſ. & Dec. tenet Bertaz. *de clauſul. clauſ.* 10. *gloſ.* 2. *num.* 5. quando bona ſunt ſterilia, & infructuoſa, quæ magis incommodum, quàm commodum afferunt, & idem tenent Afflictus *ubi ſupr. n.* 2. & Surd. *dict. dec.* 278. *n.* 23. & vide Addit. ad Gloſ. 7. *infr.*

3 Nota ſecundò res immobiles Civitatis alienari poſſe, ſi ei utile ſit, & vide Addit. ad Gloſ. *l.* 15. *infrà.*

4 Nota tertiò res Eccleſiæ pro magna ejus utilitate poſſe alienari, de quo vide Addit. ad Gloſ. *dict. l.* 15.

SUMMARIUM.

1 *Ad alienationem rerum immobilium minoris ante decreti interpoſitionem cognitio cauſæ requiritur.*
2 *Alienatio rerum immobilium minoris ut valeat, quatuor neceſſario concurrere debent. Primum juſta cauſa.*
3 *Item an pecuniam minor habeat, vel nomina debitorum, vel alias res mobiles, & quæ minus damnoſæ ſint pupillo.*
4 *Item quòd utiliùs ſit minori prædia pignorare, quàm vendere.*
5 *Item quòd vendantur res minùs damnoſæ.*
6 *Item quòd pro parvo debito non vendantur res magnæ.*
7 *Quando ratione utilitatis res minoris venditur, utilitas probanda eſt.*
8 *Judex debet ſe informare de utilitatibus, & de bonis non ſolum à tutoribus; ſed etiam à conſanguineis pupilli, & petere inventarium bonorum pupilli.*
9 *Secundò requiritur tutoris autoritas, & quid ſi ſint plures tutores, an omnium autoritas debeat intervenire? & in quibus ſufficiat unius tutoris autoritas, in quibus non.*
10 *Tertiò decretum judicis requiritur, remiſſivè.*
11 *Quartò ſubhaſtatio per ſpatium triginta dierum jure regio requiritur & quid de jure communi.*
12 *Subhaſtatio non præſumitur interfuiſſe.*
13 *Res priuſquam licitetur, æſtimanda eſt per peritos, & an in bonorum debitoris prædicta æſtimatio requiratur? remiſſivè.*
14 *Bona minoris in quo loco debeant ſubhaſtari, & præconicari, & quiſnam judex debeat decretum interponere.*
15 *Deficiente uno ex dictis quatuor requiſitis alienatio eſt nulla.*
16 *Quando in aliquo actu plura ſubſtantialia requiruntur, deficiente uno requiſito actus corruit.*
17 *Declaratur.*
18 *Si judex permiſerit rem minoris vendere, & tutor hypothecaret, an hypotheca teneat.*
19 *Permiſſa alienatione rei majoratus, an permiſſa cenſeatur hypotheca, cui licet quod eſt plus licet quod eſt minus.*
20 *Hypotheca an valeat, ſi vaſſallus licentiam à domino vendendi rem emphyteuticam impetraverit.*
21 *Decretum judicis præſumit omnes ſolemnitates adhibitas eſſe in alienatione rei minoris, & excludit omnem fraudis ſuſpicionem.*
22 *Contrarium.*
23 *Quando brevi tempore decretum fuit interpoſitum, colligitur fuiſſe ſine cauſæ cognitione interpoſitum, niſi natura negotii aliud ſuadeat.*
24 *Adfuiſſe ſolemnitates non præſumitur, ſi in inſtrumento enuntiatæ non fuerunt.*
25 *Item quando apparet judicem non fuiſſe plenè edoctum de negotio.*
26 *Item quando fuit interpoſitum decretum per minorem, idiotam, aut ignarum.*
27 *Item quando error eſt manifeſtus.*
28 *Notario aſſerenti, adhibitas fuiſſe ſolemnitates antequam decretum interponeretur, non creditur, & idem in venditione rei Eccleſiæ.*
29 *Item quando decretum continet falſum, ſeu eſt ſubreptitium.*
30 *Item quando probatur non adfuiſſe ſolemnitates.*
31 *Solemnitas extrinſeca, ſeu intrinſeca quando, & quomodo ex diuturnitate temporis adfuiſſe præſumitur.*

ADDIT. GLOS. VI.

1 AD Glos. 6. Nota primò, cognitionem causæ requiri, cum agitur de alienatione rerum immobilium minoris; quæ ante decreti interpositionem præcedere debet. *ex text. hic*, Add. *minorum*, 6. *Cod. de præd. minor.* Paris. *cons.* 98. *num.* 7. & 8. *lib.* 1. Roland. *consil.* 33. *num.* 10. *lib.* 1. Menoch. *de arbitrar. casu* 171. *num.* 23. Paul. Picus *cons.* 44. *num.* 8. Simoncel. *in tractat. de decretis, lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 17. & 26. qui post multos dicit, constare debere, adhibitam fuisse maturam causæ cognitionem, antequam interponatur decretum. Menoch. *cons.* 726. *num.* 17. ubi tradit, quòd debent accipi probationes: & ipsi prætori asserenti justam esse causam non credi, inquit ex relatis, *in dict. casu* 171. *num.* 31. Castill. *quotidianar. controvers.* 4. *lib. cap.* 6. & Pereir. *de empt. & vend. cap.* 13. *num.* 48. ait, tutorem judici debere porrigere libellum, & in eo casum exponere, remque minoris necessario esse alienandam, repetendo judici, ut omnia circumspectè provideat; & rem minus utilem venundari præcipiat, & tunc judicem libellum, & inventarium bonorum pupilli, & acta tradi jubere, & re examinata, ex integro causam cognoscere, & sedendo pro tribunali decretum in scriptis opponere, & in eo urgentes causas ad alienandum enarrare, remque minus fructuosam alienari, permittere.

2 Nota secundo ex Speculatore, *in titul. de empt. & vendit. §. nunc dicendum restat, num.* 4. & Dec. *consil.* 403. *num.* 12. & *nun.* 13. *in fin. hic* à Glos. laudatis, & sequutis, quatuor principaliter de forma, & necessitate debere intervenire in alienatione rerum immobilium minoris, aliàs nullam esse venditionem.

Primùm justa causa, circa quòd est considerandum 1. Si æs alienum urgeat, ita ut non possit alienatio in tempus differri, *l. magis puto* 5. *§. non passim, ff. de reb. eor. l.* 60. *tit.* 18. *part.* 3. ibi *delante de tal juez mostrò como devia tantos marevedis, à fulano, assi como parecio per una carta publica, hecha por mano de tal Escrivano.* Escob. *de ratiociniis, cap.* 16. *num.* 20. 2. *colum. versic. quibus.* Montan. *in tract. de tutel. cap.* 33. *num.* 6. 7. 10. & 19. de quo vide Addit. ad Glos. 4. & Gl. 5. ubi de causis, ex quibus res stabiles minorum legitimè vendi possint, egimus.

3 2. Utrum pecuniam minor habeat, vel nomina debitorum, qui conveniri possint, vel fructus, vel alia bona mobilia, ex quibus creditoribus solvi possit, *dict. §. ne passim, & §. item, prætor. in dict. l. magis puto*, Afflict. *decis.* 249. *num.* 1. Roland. *cons.* 33. *n.* 4. & 5. *lib.* 1. Menoch. *de recup. possess. remed.* 15. *num.* 147. *versic.* 2. & *in tract. de arbitr. casu* 171. *num.* 9. 10. 11. & 12. Mantic. *lib.* 4. *tit.* 6. *num.* 8. & 11. *de tacit. & ambig. convent.* Montan. *dict. cap.* 33. *num.* 11. & 12. Castill. *ubi sup.* ubi rem minus damnosam pupillo debere vendi, tradit. Ludovic. Cens. *decis.* 23. *num.* 8. & 9. *post tract. de cens.* ubi prius esse alienanda mobilia, inquit.

4 3. An tutius, & utilius sit prædia pignorare, quàm vendere, *dict. §. item præter*, Jacob Menoch. *de arbitrar. dict. casu* 171. *num.* 15. Paul. Montan. *dict. cap.* 33. *num.* 32. *cum aliis.*

5 4. Quod vendatur res minus damnosa, *dict. §. item prætor.* ibi *sed. si alia possessio*, Afflict. Roland. *num.* 7. Menoch. *dict. remed.* 15. *num.* 147. *versic. tertio, & de arbitrar. num.* 20. Mantic. *n.* 12. Paul. Montan. *dict. cap.* 33. *n.* 13. & 14. & D. Joan. à Castill. *ubi supr.*

5. Quòd pro patruo debito non vendatur res magna, *dict. §. item prætor*, Afflict. Roland. *num.* 8. Menoch. *in dict. num.* 147. *versf.* 4. & *de arbitr. n.* 21. & Mantic. *n.* 13. *ubi supr.* 6

Quando autem ratione utilitatis res immobilis venundari desideratur [de quo in Glos. *antecedenti*] evidens utilitas probanda est, ut puta quòd res est sterilis, & in fructuosa, & quæ magis incommodum, quam commodum affert minori, & pretium in jure majoris redditus impendi posse, *l. magis puto, §. non passim. ff. de reb. eor.* Natt. *cons.* 631. *n.* 37. Aretin. *cons.* 128. *n.* 25. & 26. Imol. *consil.* 98. *n.* 4. Ludovic. Cens. *dec.* 23. *n.* 2. ubi quando fœnus superat fructus. Farinac. *dec.* 675. *num.* 2. 2. *p. tom.* 1. † 7

De his omnibus judex debet se informare, & non nimis credere tutoribus, & curatoribus, sed requirere pupilli, vel minoris parentes, vel libertos aliquos fideles, vel quem alium, qui notitiam rerum pupillarium habeat, & jubere, quòd sibi reddantur rationes, & inventarium bonorum pupilli, & de omnibus probationes accipere, *dict. l. magis puto, §. in primis igitur. l. minorum* 6. & *ibi*, Gl. & *l. fin. C. de prædiis minor, l. quæ tutores* 22. *§.* 1. *ff. de administrat. tutor.* Paris. *cons.* 98. *n.* 7. & 8. *lib.* 1. Roland. *dict. cons.* 33. *n.* 10. & 11. & *cons.* 60. *lib.* 4. *per totum.* Menoch. *dict. casu* 171. *n.* 23. & 24. Mantic. *dict. tit.* 6. *n.* 11. Paul. Montan. *dict. cap.* 33. *n.* 26. *cum aliis antecedentibus, & seq.* Ant. Fab. *in jurisprudentiæ Papin. scient. tit.* 12. *de tutel. part.* 7. *illatione* 87. ubi eruditè de hac materia agit. 8

Secundo principaliter requiritur tutoris, vel curatoris autoritas; de quo vide, Glos. 10. *infr.* Si plures sunt tutores; vide Pereir. *de empt. & vendit. cap.* 14. *n.* 22. ubi tutius esse omnium autoritatem in alienatione rei minoris adhiberi, & unius etiam tantum sufficere, ait, & limitat in his, in quibus solvitur tutela, in quibus omnium tutorum debere intervenire autoritatem, ut in arrogatione, tradit. 9

Tertiò decretum judicis, de quo in Glos. sequenti. † Quartò subhastatio per spatium triginta dierum. 10 11
l. 60. *tit.* 18. *p.* 3. & *ibi*, Gl. 2. ubi dicitur, apud nos esse necessariam in venditione rerum minorum, licet de jure communi antea de hoc dubium esset, & vide ibi Addit. Escobar. *cap.* 16. 17. Sed & de jure communi subhastationem requiri, probat *text. in l. & si fine, §.* 1. *juncta*, Glos. & *ibi* Bart. *ff. de minor.* Rebuff. 2. *tom. ad constit. Gall. titul. de restitut. art.* 2. *glos.* 7. *num.* 8. Afflict. *decis.* 248. Fabium de Mont. *de empt. & vendit.* 5. *quæst. princip. in princip.* Negusant. *de pignor.* 1. *membr.* 5. *par. princ. n.* 47. Roland. *dict. cons.* 33. *n.* 13. Vivius, *dec.* 22. *n.* 4. ubi dicit nulla lege caveri, quòd subhastatio sit necessaria, & *in dec.* 25. *n.* 11. tradit subhastationem firmare contractum, & ei perpetuum robur tribuere, nam in venditione facta in publica subhastatione adhibita necessaria diligentia ad inveniendos emptores, cessat præsumptio malæ fidei, *C. de præd. decurion. lib.* 10. *l. mortis causa* 18. *§. fin. ff. de donat. causa mort.* Barb. *in l. si mora in* 2. *par. n.* 60. Menoch. *de arbitr. dict. casu* 171. *n.* 27. & 28. & *casu* 129. *n.* 3. & *de recup. poss. rem.* 15. *n.* 147. Bertazol. *de claus. claus.* 10. *glos.* 2. *num.* 7. ubi secundum communem Doctorum opinionem subhastationem necessariam esse dicit. Surd. *cons.* 49. *num.* 19. 20. *cum aliis*, Felician. *de censib. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 4. *versf. nam*, & *in alienat.* Mantic. *lib.* 4. *titul.* 6. *num.* 31. Thesaur. *lib.* 4. *quæst.* 75. *num.* 78. ubi tradit esse de substantialibus solemnitatibus, & non valere consuetudinem

in contrarium. Tusch. *verb. minor. concluſ.* 268. *n.* 27. Gutierr. *de tutel. 2. part. c.* 5. *n.* 5. ubi formam ſubhaſtationis tradit. Et ſic apud nos obſervatur, Pereir. *de empt. & vendit. c.* 13. *n.* 46.

Contrarium, imo quod omiſſio hujus ſolemnitatis non vitiet venditionem; docent plures, quos refert, & ſequitur Gratian. *tom.* 3. *c.* 473. *n.* 9. ubi hoc de conſuetudine ſervari in toto Orbe terrarum affirmat. *& in cap.* 564. *num.* 24. *& deciſ.* 130. *num.* 2. *cum aliis.* Tusch. *num.* 31. *&* 32. *ubi ſup.* & pro hac opinione alios adducit Surd. *dict. conſ.* 49. *n.* 67. *&* 68.

12 Prima verior eſt, & non præſumitur interfuiſſe ſubhaſtationem, ſi una partium interveniſſe neget. Afflict. *deciſ.* 345. *n.* 5. Alexandr. *conſ.* 9. *num.* 3.

13 Menoch. *conſ.* 589. *n.* 8. † Ad hoc ut res vendendæ juſto pretio licitentur, prius eas æſtimari convenit per peritos, ex Caſtren. *in l. ſi quis, C. de reſcind. vendit.* ut omnis ſuſpicionis, & fraudis via præcludatur, & ſic per peritos advocatos ſervari vidiſſe teſtatur. Eſcob. *de ratiocin. c.* 16. *num.* 7. & in ſubhaſtationibus bonorum debitoris, an hæc æſtimatio requiratur, Vide Addit. ad Glos. 7. *d. l.* 52. *inf. hoc tit. num.* 38. de materia ſubhaſtationis, & de quæſtionibus circa eam, Vide Addit. ad Glos. 5. *&* 7. *dict. l.* 52. *infrà.*

14 In quo loco bona minoris debeant ſubhaſtari, & præconicari. Vide Speculat. *de empt. & vendit. §. nunc videndum, num.* 4. ubi quod debet præconicari in loco publico & in Civitate, vel oppido, ubi res ſita eſt, ſive ubi habitat pupillus: & optimum conſilium eſſe, ſi in utroque loco fiat, inquit Bertazol. *clauſul.* 10. *gloſ.* 2. *num.* 7. & praxis, quæ poteſt obſervari, eſt, ſi urgeat debitum in loco originis, judex originis debet cognoſcere, an ſint bona, quæ alienari magis expediat, eaque ſubhaſtare mandabit in territorio, in quo res ſitæ ſunt, & ad id litteras requiſitorias ad judicem territorij dirigeret: ſi vero adminiſtratio diviſa eſt, tunc judex eaſdem litteras mittet, & propoſitam alienandi cauſam, & bonorum domicilii minoris, & qualitatem bonorum, & conditionem, conſuleturque à judice, utrum in ſua provincia alia bona minus utilia exiſtant, quæ minori pro ære alieno alienare utilius ſit. Et hanc praxim tradit Cald. Pereir. *de empt. & vendit. cap.* 14. *num.* 19. quæ magis ſequenda videtur. Et *in num.* 20. limitat, quando per viam executionis ſententiæ proceditur; nam tunc ſemper veniet interponendum decretum ab eo judice, qui de executione cognoſcit.

Sed quid ſi non ſit præco in loco, ubi venditio eſt celebranda? Vide Addit ad Glos. 4. *d. l.* 25.

In his quatuor includuntur omnia requiſita tradita per doctores *ſup.* citatos, & per Fabian. de Mont. *de emption. & vendit. quæſt.* 5. *princip. n.* 10. *cum aliis*, Pariſ. *conſil.* 99. *à num.* 1. *& conſ.* 100. *lib.* 1. *& conſ.* 12. *volum.* 2. *n.* 40. *& conſ.* 85. *vol.* 3. Gramm. *conſ. civil.* 137. *n.* 16. Raudenſ. *de analog. & æquivoc. lib.* 1. *cap.* 30. *num.* 102. Hieronym. Laurent. *deciſ. Avenion.* 59. *n.* 1. *& deciſ.* 97. *num.* 1. Gutierr. *de tutel.* 2. *cap.* 5. *num.* 75. Ricc. *deciſ. Curiæ, Neapol.* 226. *num.* 6. Bertaz. *clauſul.* 10. *gloſ.* 2. *num.* 6. Cavalcan. *de tutor. num.* 133. *& ſequentib.* Eſcob. *de ratiocin. cap.* 16. *num.* 30. Tuſch. *verb. minor. concluſ.* 268. *per totam.* Vivius *deciſ.* 22. *num.* 4. 5. 6. *&* 7. † Deficiente verò uno ex dictis requiſitis alienatio eſt nulla, Afflict. *deciſ.* 249. Dec. *conſ.* 403. *num.* 12. Tuſch. *num.* 36. Ric. *n.* 1. *&* 6. & Gutier. *num.* 8. *ubi ſup.* Vivius, *deciſ.* 24. *num.* 15. Roland. *conſ.* 33. *num.* 21. *&* 22. *lib.* 1. Cavalcan. *de tutor. num.* 123. & eſt ratio, † nam ubi in aliquo actu requiruntur plura ſubſtantialia, ſi deficiat unum requiſitum, deſtruitur actus, *cap. quod ipſis* 5. 38. *diſtinct.* & *ibi* Glos. *verb. unum.* & Cardin. Alexandr. & Vivius, *ubi ſup. & in num.* 5. Eſcob. *dict. n.* 30. ubi multoties impugnaſſe venditiones bonorum minoris ex defectu prædictorum, & obtinuiſſe teſtatur, 16

Intellige, ſi deficiat unum ex dictis quatuor requiſitis *ſuprà* dictis, quæ ſunt de neceſſitate, & forma, cujus omiſſio vitiat contractum, *ut in l. cum hi §. prætor. ff. de transact.* ſecus verò ſi alia deficiant, quæ non præſtant contractum etiam per in integrum reſtitutionem revocabilem, cum his ſervatis minor læſus non poſſit dici. Angel. *l. non videtur, C. de in integr. reſtit.* Fabian. *de empt. quæſt.* 5. *princip. num.* 95. Pereir. *in l. ſi curatorem habens, C. de in integr. reſtitut. in definit. verb. vel adverſarij dolo, num.* 3. ubi extendit adverſus alienationem factam in licitatione minori negandam fore reſtitutionem. Sed ſi minor ſe læſum probet, reſtituitur, ut dicemus, in Addit. ad Glos. 11. *infra.* Pereir. *n.* 4. *ubi ſup.* ubi quid probare debet, quando reſtitui vult adverſus licitationem. 17

Quid ſi judex permiſerit rem minoris vendere, & tutor eam hypothecaverit, utrum hujusmodi hypotheca valeat, & decretum judicis ad eam extendi poſſit; Juris conſultus, *in l. ſi pupillorum* 7. *§. ſi Prætor, ff. de reb. eorum*, hypothecam non valere docet, Guizzarel. *deciſ.* 77. *num.* 3. ubi latè per totam: & etiam agit, an permiſſa alienatione videatur conceſſa pignoratio? & *de dictæ legis* interpretatione ultra ordinarios *ibi*, latè agit Sarmien. *lib.* 6. *ſelectarum, cap.* 7. *num.* 6. *cum aliis.* ubi in hoc caſu regulam, cui licet plus, licere quod eſt minus, non procedere docet, & hanc latè explicat, impugnarque doctrinam Molin. *de Hiſpan. primogen. lib.* 4. *cap.* 5. *num.* 15. † ubi dixit, permiſſa à Principe venditione rei majoratus, ejus hypothecam permiſſam videri. Qui etiam agit de prædicta regula, cui licet quod eſt plus, licet quod eſt minus, & noſter Greg. Lop. *in l.* 6. *tit.* 11. *part.* 6. *gloſ.* 4. *quæſt.* 11. ubi vide Addit. de cujus regulæ limitationibus pro nunc vide Surd. *deciſ.* 268. *num.* 7. *&* 22. *cum aliis* Pereir. *de emphyt. extinct. à num.* 14. ubi agit de quæſtione, utrum valeat hypotheca, ſi vaſſallus impetravit licentiam à domino vendendi rem in emphyteuſim Titio, ſi eam hypothecavit, † hypothecam valere defendit, & multas interpretationes, *ad dict. §. ſi prætor.* aſſignat, & *in num.* 16. ideo, *ibi*, hypothecam non valere inquit, quia minor de nullitate egit, aliàs enim valeret, & concordat cum doctrina Molinæ, de qua *ſupra* idem Pereir. *de emption. & vendit. cap.* 13. *num.* 54. ubi non valere hypothecam tradit, & *in fin. col.* 2. reſpondit Molin. Et *in num.* 55. ait eſſe ſpeciale in decreto judicis, quòd eſt ſtricti juris. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 4. *tit.* 6. *n.* 19. ubi à majoritate rationis decretum judicis ait non poſſe extendi: vide eos, & cum caſus occurrerit maturiùs cogita; nam ratio, qua movetur Pereir. ut eviteur. *deciſ. dict. §. ſi prætor.* non multum adſtringit, nam annullatio hypothecæ ſemper ad petitionem minoris facienda eſt, & allegandum, venditorem fines mandati exceſſiſſe, & venditionem utiliorem ei fuiſſe. 18 19 20

Nota tertio ex Glos. ubi decretum judicis interpoſitum reperitur, omnes ſolemnitates adhibitas fuiſſe præſumi, ex Specul. *hic* à Glos. relato, & ſequuto, & adde *l. etſi Prætor. C. de præd. minor.* ubi ex hac præſumptione transferri onus 21

probandi

probandi in minorem, qui asserit judicem fuisse falsis allegationibus circumventum probatur, *leg.* 1. *n. fin. princ. ff. de reb. eorum*, ubi eum, qui asserit decretum fuisse obreptitium à Prætore, probare id debere deciditur, Gl. *verb. omni ordine, in leg.* 2. *C. de fid. instrum. lib.* 10. Abba. Fab. à Mont. Gabr. Rolan. & alii, quos referunt, & sequuntur Simonc. *in tract. de decret. lib.* 3. *tit.* 7. *num.* 41. Menc. *controv. illustr. cap.* 39. *num.* 1. *cum aliis*, Petr. Dueñ. *regul.* 89. ubi ex hac doctrina regulam constituit. Alciat. *de præsumpt.* 10. *in princ. reg.* 3. Bertaz. *clausi.* 10. *glos.* 2. *n.* 16. ubi latè explicat. Honded. *consil.* 34. *n.* 60. *lib.* 2. Rot. *diversi. decis.* 193. *n.* 2. *& decis.* 316. *num.* 20. *& decis.* 106. *num.* 9. *& decis.* 334. *num. cum aliis & num.* 20. ubi tradit solemnitatem non interveniisse, ex sola inspectione non probari, & *consil.* 39. *n.* 7. *cum tribus sequentibus*, Gratian. *discept.* 3. *tom. cap.* 564. *num.* 22. *& 23. cap.* 555. *num.* 15. 34. 37. Ricc. *in praxi rer. fori Ecclesiast. decis.* 8. *num.* 2. Mohed. *decis.* 12. *de sent. & re judic.* Balb. *dec.* 21. Seraphin. *decis.* 1073. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 4. *titul.* 6. *num.* 30. ubi tradit, minori incumbere onus probandi, ex falsis allegationibus, vel injustis prætorem fuisse circumventum. Vivius *dec.* 2. *n.* 10. *& decis.* 426. *num.* 7. *&* 8. ubi quòd asserens contrarium tenetur probare, & quòd cessat omnis suspicio fraudis, ubi decretum judicis intervenit, latè comprobat Mascard. *de probat. concl.* 489. *num.* 1. *&* 2. Rot. Roman. apud Prosp. Farin. 2. *part.* 2. *tom. decis.* 647. *num.* 1. Pute. *decis.* 205. *num.* 2. *lib.* 3. Seraphin. *dec.* 217. *num.* 1. Tusch, *verb. decretum, concl.* 124. *n.* 20. *cum aliis*, iterum Fa in. *in fragmentis* 1. *part. lit. D. verbo decretum, n.* 56. ubi judicis decretum doli, & metus præsumptionem excludere, & omnem sinistram suspicionem tollere, & facere præsumere, omnia palam, & bona fide facta fuisse, multis authoritatibus comprobat.

22 Contrariam opinionem, imò quòd non præsumatur pro decreto, tenent plures, quos refert, & sequitur, Gl. *in l.* 1. *verb. omni ordine, ad fin. C. de fid. instr.* Bald. *in l. ex his verbis, post n.* 3. *vers. item oppon. C. de testam.* Alciat. *de præsumpt. regul.* 2. *præsumpt. decima. n.* 2. 3. *&* 4. & alios pro hac opinione adducit Mascard. *de probat. concl.* 276. *n.* 2. ubi tenet, causæ cognitionem non præsumi, nisi causa, & solemnitas necessaria specialiter in decreto enuncietur, Menoch. *dict. præsump.* 75. *num.* 16. *cum sequent. lib.* 2. Sed ipse eam impugnat *ibi*, & fundamentis in ejus confirmationem traditis satisfacit.

23 Limita primo ex Glos. *hic.* primam opinionem, (quæ est verior, & tenenda) quando apparet ex brevitate temporis, sine causæ cognitione decretum fuisse interpositum: quia multum præcipitanter fuit interpositum, scilicet eodem tempore, quo res fuit vendita, & ultra antiquiores, quos referunt *infrà*, citandi, Add. Glos. 2. *l.* 16. *titul.* 8. *infr. hac part.* & ibi tradita. Alciat. *in tract. de præsumpt. regul.* 3. *præsumpt.* 10. *num.* 8. Roland. *cons.* 90. *n.* 43. *vol.* 1. Rebuff. *in concordant. in rub. de conclus. Lateran. consil. verb. decret. vers. ex quo infertur.* Cuman. *cons.* 10. Menoch. *dict. præsumpt.* 75. *n.* 35. *lib.* 2. *& consil.* 30. *vol.* 1. Simoncel. *de decretis l.* 3. *tit.* 2. *n.* 47. Bertaz. *de clausi. clausi.* 10. *glos.* 2. *n.* 17. *vers.* 2. *limitatur.* Paul. Mont. Pico. *in leg. post contractum, ff. de donat. num.* 60. Neviz. *cons.* 85. *n.* 4. Cost. *verb. decretum continens.* Duenn. *regul.* 186. *ampliat.* 1. *& regul.* 189. *limit.* 2. Mascard. *de probat. concl.* 486. *n.* 9. ubi ait, quando cum decreto concurrit datio curatoris, hujusmodi decretum esse nullum. Surd. *decis.* 334. *lib.* 2. *n.* 2. *cum aliis*, ubi plura de festinatione tradit. Mexias *in l. Tolet. in* 19. *fundamento* 2. *part. num.* 9. Pereir. *ad titul. de empt. & vendit. cap.* 13. *num.* 29. ubi alios cumulat. Maceratens. *lib.* 2. *variar. resolut.* 31. *num.* 28. Gratian. *discept. forens.* 1. *tom. cap.* 153. *num.* 2. *&* 3. *& cap.* 555. *num.* 12. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 4. *tit.* 6. *num.* 18. Ricc. *in prax. rer. fori Eccles. decis.* 8. *in fine*, Farin. *in fragm.* 1. *par. verb. decretum, num.* 58. 59. *& 60.* ubi alios adducit, & cum Jasone, & aliis damnat omnium judicum modernum stylum interponendi decretum, eo ipso quòd petitur, parum curantes investigare veritatem eorum, quæ sibi proponuntur in contractu, in quo debent decretum interponere, solum attendentes ad recipiendum sui decreti mercedem. Simoncel. *de decretis, lib.* 1. *tit.* 1. *n.* 33. *& seq. & lib.* 3. *tit.* 7. *num.* 47.

Sublimita hanc limitationem, nisi ex natura negotii judex tempore brevi posset esse instructus de negotio. Grat, *dict. c.* 153. *n.* 4. *cum aliis, & dict. cap.* 555. *num.* 13. *&* 14. *& decis.* 130. *num.* 8. *cum aliis*, Mascard. *de probat. conc.* 468. *num.* 14. Surd. *dict. decis.* 334. *à num.* 6. ubi multa tradit pro defensione interpositionis decreti. Pereir. *de empt. & vendit. cap.* 13. *num.* 50. Farinac. *dict. num.* 60. ubi dicit hujusmodi decreta, etiamsi festinanter fuerint interposita, sustineri, nisi alteri nullitati subjaceant, & ab hujusmodi stylo non esse recedendum.

Limita 2. Si in instrumento specificè per judicem solemnitates fuerunt enuntiatæ; si verò non fuissent, tunc non præsumerentur interveniisse, Glos. *verb. omni ordine, in leg.* 2. *C. de fide instrum. & in re hastæ fiscal. lib.* 10. quam ad hoc notat Bald. *in leg.* 1. *in princ. ff. de reb. eor.* Alciat. *præsumpt.* 10. *num.* 2. Roland. *cons.* 90. *vol.* 1. *num.* 42. ubi alios antiquiores refert, *& cons.* 7. *num.* 71. *volum.* 3. Menoch. *dict. præsumpt.* 75. *num.* 2. Bertaz. *clausi.* 10. *glos.* 2. *num.* 17. Pereir. *de empt. & vendit. c.* 13. *n.* 47. ubi prædictas duas opiniones in *num.* 21. *&* 22. relatas concordat, asserens in causa, in qua requiritur plena, & exacta causæ cognitio, tunc ut præsumatur, requiri, ut sit facta singularis mentio causarum, & solemnitatum, ut in præsenti quæstione, quando res minoris venit distrahenda: quando verò in decreto non requiritur plena causæ cognitio, ut in emancipatione, aut manumissione facta per majorem, vel quando succedit loco consensus in contractu mulieris, tunc ex vera causa fuisse interpositum præsumi. Cancer. *variar. resol. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 79. Gratian. *dict. cap.* 153. *n.* 19. *&* 20. Enuntiatio verò harum solemnitatum, an debeat esse specifica, & singularis, vel sufficiat, quòd facta sit in genere, ut puta, si causa cognita dicat pronuntiasse? vide Menoch. *lib.* 2. *præsumpt.* 68. *num.* 13. 14. *&* 15. ubi factam in genere sufficere, verius esse tradit, & *in præsumpt.* 75. n. 12. 24

Limita 3. Quando apparet judicem non fuisse plenè, & perfectè edoctum de negotio. Roland. *n.* 4. Menoch. *n.* 37. Bertazol. *vers.* 3. *limitatur.* Ricc. *vers. limit* 2. Mascard. *n.* 25. Pereir. *n.* 51. *ubi supr.* qui plures laudant. 25

Limita 4. In decreto interposito per minorem magistratum, idiotam, & ignarum. Alciat. *de præsumpt. reg.* 4. *præsumpt.* 10. *num.* 10. Gabr. *lib.* 2. *comm. opinion. titul. de sententiis, concl.* 5. *limit.* 1. *num.* 22. Roland. *num.* 47. Menoch. *num.* 42. *cum aliis*, ubi quam plures recensent. Pereir. & Bertazol. *in vers.* 4. *limit. ubi sup.* Gratian. *dict. cap.* 555. *n.* 36. Farinac. *in fragm.* 1. *part. liter. D. verbo decretum, num.* 61. ubi dicit, hoc casu judicis decretum 26

non tollere præsumptionem doli, aut metus; nec facere præsumi contractum bonæ fidei, & propter eorum ignorantiam nullum parere effectum, & plures concordantes, refert, *& inn.* 62. ex Alciat. *ubi suprà.* hoc dicit notandum contra Consules civitatum, Bajulos castrorum, qui vili mercede interponunt authoritatem contractibus magnæ importantiæ.

27 Limita 5. Quando vitium est visibile, seu error est manifestus in decreto, Menoch. *num.* 40. *dict. præsumpt.* 75. *lib.* 1. Bertazol. *versic. quintò limita, ubi supr.* Surd. *cons.* 181. *num.* 1. ubi tradit: quòd non præsumitur solemnitas, quando ex inspectione instrumenti constat de nullitate. Mexias *in leg. Toleti in respon. ad* 3. *fundam.* 1. *part. n.* 2. *cum aliis.*

28 Limita 6. Si notarius iudice non mandante asserat, adhibitas fuisse solemnitates antequam decretum interponeretur; nam hoc casu non præsumitur pro ipso decreto, sive de levibus, sive de gravibus causis agatur, ita sentit Bart. *in leg. actor. num.* 12. *ff. rem rat. hab.* ut eum intellixit Aretin. *cons.* 69. *num.* 2. *in fine*, Castill. *in cons.* 38. *lib.* Marsil. Deci. & Rebuff. relat. & sequuti à Menoch. *dict. præsump.* 75. *num.* 45. *&* 47. *lib.* 2. Roland. *dict. cons.* 7. *n.* 69. *volum.* 3. Mascard. *de probat. conclus.* 486. *num.* 22. Duen. *regul.* 286. *ampl.* 3. Menoch. *de recuper. poss. remed.* 15. *num.* 143. Roland. *cons.* 99. *num.* 24. *volum.* 1. qui tenent debere fieri per notarium duplicem scripturam: de causæ cognitione unam, alteram de decreto, quos plures alios referens sequitur Pereir. *de empt. & vendit. cap.* 13. *num.* 41. Camil. Borrel. *in summ. decis. tit.* 5. *num.* 10. ubi notario in instrumento interveniisse solemnitates asserenti non credi, ait.

29 Limita 7. Si decretum esset partim ex causa vera; partim ex causa falsa: nam tunc decretum est nullum. Simoncel. *in dict. tract. titul.* 6. *i spec.* 5. *num.* 59. *&* 60. Scac. *de judic.* 1. *part lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 1122. Capit. *dec.* 61. & Pereir. *de empt. & vendit. c.* 13. *n.* 52. tradit, quòd falsa causa vitiat decretum, etiamsi causa sit partim vera, & partim falsa: ubi plures cumulat, & ampliat, etsi non esset falsi ipso jure, sed per exceptionem, & sive expressa esset in decreto, sive non, dummodo ex actis constet. Unde apparet, quod obreptio vitiat decretum, ut tradit Cald. *ubi sup.* Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib.* 4. *tit.* 6. *num.* 6. ubi inquit, quòd in hoc casu datur actio pupillo contra tutorem, ex eo quod per obreptionem obtinuit decretum.

30 Limita 8. Nisi contrarium probetur, nam licet pro eo præsumatur, probatio in contrarium admittitur. Abb. *consil.* 41. *volum.* 1. Dec. *cons.* 42. *&* 135. Jas. *cons.* 155. *volum.* 11. Rota *diversi. decis.* 178. *num.* 3. *volum.* 3. Alciat. *regul.* 3. *præsumpt.* 10. *limitat.* 4. Ric. *in prax. fori. Ecclesiast. decis.* 8. *n.* 2. Menoch. *dict. præsumpt.* 75. *num.* 33. Bertazol. *ubi supr. num.* 18. Roland. *cons.* 2. *num.* 129. *lib.* 3. *& cons.* 90. *num.* 41. *& cons.* 99. *num.* 29. *lib.* 1. Gabr. *com. opin. lib.* 1. *titul. de præscript. conclus.* 1. *num.* 62. *& lib.* 2. *titul. de sententiis, num.* 35. *&* 36. Surd. *cons.* 28. *num.* 112. ubi alios adducit, & rationem reddit. Surd. *ibi, num.* 111. Simoncell. *de decret. lib.* 3. *titul.* 7. *num.* 51. *& sequentib.* & plures refert concordantes, Fabian. *in pragm.* 1. *part. litera D. verb. decretum, num.* 64. ubi dicit facta probatione magis standum esse probationi, quàm præsumptioni ex decreto orienti, & plures in confirmationem adducit; & volens probare contrarium gravissima probatione oneratur; nam requiritur probatio valdè clara, & partes valdè graves. Alexand. de Nevo. *consil.* 30. *num.* 3. Rota *diversi. decis.* 21. *volum.* Ric. *ubi sup.* †Solemnitas intrinseca, vel extrinseca quando, & quomodo, vel temporis cursu, vel alia ex causa interveniisse præsumatur? Vide per Menoch. *dict. præsumpt.* 75. *lib.* 3. *præsumpt.* 132. *&* 133. *per totam*, Mascard. *de probat. conclus.* 1322. Casan. *cons.* 43. *à num.* 116. Flor. de Men. *variar. quæst.* 23. *n.* 30. *& ad Gram. in decis.* 83. qui latè & eleganter hanc quæstionem explicat, & vide Castil. *lib.* 1. *quotidianar. controvers. cap.* 54. *num.* 26. ubi plures laudat, Cald. *de empt. & vendit. cap.* 34. *à n.* 34. *cum plur. sequent.* & Avend. *de censib. cap.* 83. *per totum.* Capic. *decis.* 16. *num.* 1. Surd. *cons.* 28. *à num.* 15. *& à num.* 115. Cæpol. *cons.* 171. *n.* 40. *& cons.* 238. *num.* 9. Cravet. *de ambig.* 3. *part. §. verie, num.* 4. *&* 27. *vers. in qua re.* Roland. *de reb. Eccles. alien. quæst.* 48. *num.* 5. alias limitationes vide apud Menoch. *à n.* 32. *in dict. præsumpt.* 55. *lib.* 2. *usque ad n.* 52. & Bertazol. *n.* 17. 18. *&* 10. *ubi suprà.*

31

SUMMARIUM.

1 *Ut alienatio bonorum immobilium, aut mobilium, quæ servando servari possunt, valeat, decretum debet intervenire.*

2 *Decretum quid sit, & an ei debeat præcedere causæ cognitio?*

3 *Alienatio rei minoris, seu Ecclesiæ, etsi sit ei evidenter utilis, non valet, & in alienatione Ecclesiæ, vel minoris non sufficit omnes solemnitates servare, nisi fiat ex justa causa, & emens sine solemnitatibus dicitur esse in mala fide.*

4 *Contrarium, & in num.* 6. *&* 7.

5 *Transactio super alimentis facta à minore, si ejus conditio facta est melior, valida est.*

7 *Sententia lata in favorem minoris comparentis sine curatore valida est.*

8 *Minore contrahente, sine solemnitate se solum obligando, contractus est nullus.*

9 *Quando minor non se obligat, sed alium sibi obligando, vel & contractus.*

10 *Ex contractu ultro citroque obligatorio minor non obligatur, qui cum eo contrahunt, obligantur, & ex parte eorum valet contractus.*

11 *Si minor, sive Ecclesia vult approbare contractum à se sine solemnitatibus factum, adversarius cogitur contractui stare.*

12 *Nullitas contractus solum à minore opponi potest.*

13 *Postquam per sententiam contractus nullus declaratus est, minor potest declarare suam voluntatem, & cogere adversarium stare contractui.*

14 *Sententia, ex defectu personæ, si opponantur esse nullam, non revocatur, si minor vult ei stare.*

15 *Sententia, ex defectu personæ, si opponatur esse nullam, non revocatur, si minor vult ei stare.*

16 *Si ante contractum impletum, seu judicium consummatum adversarius opponat de nullitate contractus, cessat electio minoris.*

17 *De jure regio quid in hoc casu observetur?*

18 *Controhens cum minore, seu Ecclesia potest agere, quod minor, seu Ecclesia declaret suam voluntatem, ne diu sit in suspenso, & si stare contractui declaret, debent adhiberi solemnitates, quæ in initio contractus debuerant intervenire.*

19 *Qui cum minore contrahit, non potest agere quòd approbet, seu reprobet contractum ita ut adversus declarationem non possit restitui.*

20 *Si minor ante ratificationem decesserit, an ejus hæredes*

hæredes possint contractum ratificare?

21 *Census non potest à minore constitui absque debitis solemnitatibus, etiamsi minor locupletior factus sit.*

22 *Quando minor restituitur adversus receptionem census, an teneatur sortem, & reditus reddere, vel an sint reditus computandi in sortem? & quid sit tenendum, si Ecclesia agat?*

23 *Versionem in utilitatem minoris, quis teneatur probare, remissive.*

24 *Res vendita à minore sine solemnitate, si pereat, perit emptori.*

25 *Effectus qui resultant ex interpositione decreti, remissivè.*

26 *Decretum an præcedere debeat subhastationem?*

27 *Decreti interpositio non requiritur, quando judex permisit alienationem.*

28 *Declaratur.*

29 *Decreto opus non est ad executionem contractus celebrati, initique à testatore.*

30 *Promissionem de vendendo factam à testatore, quando minor teneatur adimplere.*

31 *In alienatione necessaria decretum non requiritur, ut quando retrovendere cogitur minor. Obligatio facta à minore absque solemnitate valet, si non ex contractu proprio, sed patris obligatur.*

32 *Res semel legitimè obligata, seu venalis sine solemnitate potest vendi.*

33 *Item res majoratus, ex Regis licentia semel venalis effecta potest iterum vendi.*

34 *Res minoris semel legitimè hypothecata, potest tutor iterum sine solemnitate hypothecæ subiicere.*

35 *Major 18. ann. sive habeat curatorem, sive non, an pro redimendo patre, vel consanguineo possit rem alienare, seu obligare?*

36 *Quando socius major provocat ad divisionem, divisio seu tunc alienatio sine decreto potest fieri.*

37 *Minor testamento potest alienare, & quomodo sit intelligendum.*

38 *Item quando ingreditur religionem.*

39 *Minoris bona invecta, & illata in domo, seu fundo conducto, an sint tacitè hypothecata?*

40 *Decreto opus non est, quando creditor vendit jure creditoris pignus, sibi pignoratum à testatore, seu à minore concurrentibus solemnitatibus.*

41 *Alienatio facta à minore, & juramento firmata, an valeat sine solemnitate?*

42 *Referuntur remissive plures casus, in quibus decreto opus non est.*

ADDIT. GLOS. VII.

1 AD Glos. 7. Nota decretum judicis requiri in alienatione bonorum immobilium minoris, & mobilium, quæ servando servari possunt. Et adde, *l. 18. titul. 19. part. 6. verse. è un esfonce no lo puede hazer sin otorgamiento del juzgador. leg. 60. tit. 18. part. 3.* ibi *porque las cosas de los huerfanos que son raiz, &c. & rubr. ff. de reb. eor. qui sub tut. vel cur. sunt sine decreto non alien. & rubric. C. de prædiis minor. sine decreto non alienand.* Vide quæ diximus *sup.* in Addit. ad Glos. 6.

2 Est enim decretum judiciairæ authoritatis interpositio causa cognita super eo, quod petitum est, nec versatur in absolvendo, vel condemnando, ut in definitiva; sed in affirmando quid justa ex causa actum esse; ut cum Alciato *lib. 2. paradoxor.* *Hermosilla in v. Partit. Tom. II.* *cap. 3.* Corrasio *in l. 1. num. 5. ff. de officio assessor.* tradit Menoch. *de recuper. possess. remed. 15. n. 143. cum aliis*, & post eum Montan. *in tractat. de jur. tutel. & curat. cap. 33. num. 557. & 558. & 559.* Decreti interpositioni causæ cognitio tanquam antecedens necessariò præcedere debet, ex Menoch. & Paul. Mont. *ubi supr.* Nivius, *decis. 22. num. 2.* Ferrat. *cant. 90.* Pereir. *de empt. & vendit. c. 13. n. 48. & in n. 49. paulo ante fin.* Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 6. num. 16. & in n. 18.* ait, quòd si statim, quòd petitur decretum judex interponat, nihil valere venditionem; de quo latè *sup.* in Gl. 7.

3 Amplia, etsi alienatio rei immobilis evidenter esset minori utilis, non valere ejus alienationem sine solemnitate, & judicis decreto, ex *nostro text. & dict. leg. 18. & 60. & §. neque tamen instit. de author. tut.* & hanc opinionem sequuntur quasi omnes ex antiquis: ut testatur Oroscius *in l. 2. num. 10. ff. de offic. ejus cui manda.* & dicit comun. Jason. *ibi, n. 9.* & eam tuetur Afflict. *decis. 87.* & *ibi* Ursil. Capic. *decis. 113.* ubi pulchrè loquitur. Surd. *in tractat. de aliment. titul. 8. privileg. 45. num. 1.* Pinel. *in l. 1. C. de bonis mater. num. 31.* ubi hanc magis communem, & veriorem dicit. Sarm. *de redditib. Ecclesiast. cap. 2. num. 1. cum. seq.* Pereir. *in l. si curatorem habens, C. de in integr. restit. sup. verb. contractum feceris, num. 14. colum. 1. vers. quæ tamen,* ubi agit de re sterili Ecclesiæ. Franc. *decis. 145. num. 2.* Simoncell. *de decret. lib. 3. titul. 8. inspect. 17. n. 125. & 126.* Pinell. *in l. 1. de bon. mater. 3. part. num. 21. & 31.* Covarr. *lib. 2. var. cap. 17. num. 2.* ubi dicit alienandis rebus Ecclesiæ non sufficere formam, & solemnitatem exactè servari, nisi & alienatio fiat in aliquo; ex casibus, aut aliqua ex causa à jure permissa. Cavalc. *decis. 46. num. 3. & 4.* ubi una cum utilitate solemnitatem requiri dicit, & ita esse observandum tam in judicando, quam consulendo. Franc. *decis. 35.* Guid. Pap. *decis. 149. cap. 1. dec. 105. & 113. n. 8.* Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib. 4. titul. 6. n. 62.* Gutierr. *practic. lib. 3. quæst. 22. n. 9. & tractat. de tutel. 2. cap. 5. num. 33.* Salced. *in annot. ad Bernard. Diaz. in regul. 650. in princip.* Felician. *de censib. tom. 1. lib. 2. cap. 2. num. 23. vers. hæc autem resolutio.* D. Mart. *vot 86.* Joseph. Ludovic. *decis. 93.* Grammat. *decis. 79.* Rot. *diverf. decis. 78. num. 1. part. 2. lib. 1. de usufruct. cap. 54. num. 11. & 12. & lib. 4. cap. 61. num. 36. & 40. & noviss. lib. 5. cap. 65. num. 60.* qui in dictis locis plures auctores aggregat. Magon. *decis. Florent. 69. num. 4.* Faber. *in suo Cod. titul. de rebus alienis non alienand. lib. 1. definit. 6.* Mastrill. *decis. 77. & decis. 121. num. 3. & 4.* Cevall. *practicar. quæst. 2. tom. quæst. 675. num. 11. cum aliis.* Fontanell. *de pactis nuptialib. claus. 4. glos. 13. 1. part. num. 9.* Avend. *de censi. cap. 76. num. 9.* Ricc. *in praxi fori. Ecclesiast. decis. 7. num. 3.* ubi hanc opinionem in praxi hodiè servari testatur, & plures Rotæ decisiones refert, *& decis. 12. num. 1.* & assignat rationem, quia in alienatione rei Ecclesiæ duo copulativè requiruntur causa, & solemnitas. Camill. Borrel. *in summ. decis. titul. 15. de reb. Ecclesiæ, non alien. num. 35.* ubi alienationem rei sterilis sine decreto infirmari posse, tradit, *& in num. 45.* ementem rem Ecclesiæ sine solemnitatibus esse in mala fide. Lara, *de vit. hom. cap. 42. à n. 41.*

4 Contrarium autem, scilicet contractum valere, quia minor, & Ecclesia meliorem faciunt suam conditionem, tradit. Glos. *in l. cum hi, §. eam transactionem. ff. de transact.* & *ibi*, Bald. & Angel. Dec. *consil. 124. v. 3. & in cap. 1. decis. 1. num. 19. & in cap.*

quæ in Eccleſiarum, num. 9. de conſtitut. Gabr. *lib. 3. commun. opinion. titul. de reb. Eccleſiæ non alienand. concluſ. 1.* Rebuff. *in tract. de reb. Eccleſiæ non alienan. n. 34.* Maſcard. *de probation. concluſ. 75.* Afflict. *in conſtit. divin. memoriæ, n. 61.* Menoch. *conſ. 561. num. 8.* ubi ait, licet ſecundum multorum opinionem alienatio ſine decreto ſit nulla, ob æquitatem non annullari, & obſervari. Rodoan. *de reb. Eccleſiæ non alien. quæſt. 20. & 51. cap. 7.* Fabian. de Mont. *in tract. de emption. & vendit. quæſt. 5. n. 116.* Avend. *in cap. prætor. lib. 1. cap. 4. n. 41.* Roland. *conſ. 54. n. 19. volum. 2.* Salc. *in addit. ad Bernard. Diaz. regul. 650. verſ. ſed opinionem.* Et noviſſimè hanc opinionem defendit Auguſtin. Barboſ. *de offic. de poteſtat. Epiſcop. allegat. 95. n. 28.* & pro comprobatione hujus opinionis facit primò; quia contractus geſtus à pupillo, ſine tutoris authoritate validus eſt, ſi ſit ei utilis, & ejus conditio ſit facta melior, *l. neque, C. de contrahen. & communic. ſtip. l. obligari, ff. de author. tutor. l. qui bonis, ff. de nov. §. 1. inſtit. de author. tutor. text. in cap. tua nuper. de his, quæ fiunt à Prælat.*

5 2. Facit *text. in l. cum hi, §. eam tranſactionem ff. de tranſaction.* ubi probatur, quòd licet tranſactio ſuper alimentis, ſine prætoris authoritate, & decreto facta nulla ſit; tamen ſi alimentandi conditio facta eſt melior, valida eſt, *& in l. non ideo minus, C. de probation. & in l. 3. tit. 5. & l. 12. tit. 22. part. 3.* ex
6 quibus probatur, † licet ſententia lata contra minorem comparentem in judicio ſine curatore ſit nulla, tamen ſi in ſuum favorem feratur, ſuſtineri. Vanc. *de null. ex defect. mandat. n. 37.* Andr. Gail. *lib. 1. obſervation. obſervat. 47. n. 4.* Franciſc. Vivius, *deciſ. 51.* Surd. *deciſ. 108. n. 7.* Seraphin. *de privileg. juramент. privileg. 83. n. 10. 50. 51. & 52.* Petr. Fontanel. *de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 13. part. 1. n. 16.* Gutierr. *num. 7. & 8. ubi ſupr.*

7 3. Facit, nam ſi res bene geratur, ceſſantibus ſolemnitatibus, quæ aliàs requiruntur, actus valet, qui aliàs non valeret. Bernard. Diaz. *regul. 650.* ubi hanc doctrinam pro regula tradit. Et conſenſus, qui ad contrahendum requiritur, ſuppletur, ſi contractus utilis ſit contrahenti. Doctores *in l. cum hi. §. eam tranſact. ff. de tranſact.* Rip. *in leg. is cui bonis, n. 47. ff. de verb. oblig.* Tiraq. *in legib. connub. gloſ. 8. n. 56.* Imol. *in l. cum lex. de fidejuſſor.* Socin. Jun. *conſ. 28. n. 11. lib. 2.* Corſet. *ſing. verb. pupillus,* Soc. *in l. in conditionibus pupillus, num. 1. ff. de condict. & demonſtrat.* Jaſ. *in l. contrajuris, num. 3. de pactis.* Pinell. *in l. 1. C. de bonis mater. 3. par. n. 30.* Roderic. Suar. *in l. 13. titul. de las dendas, lib. 3. for. limit. 4.* Gomez Arias, *in l. 55. Taur. num. 12. cum ſequentib.* & ibi. Anton. Gomez *num. 22.* Matienz. *in l. 2. gloſ. 1. à num. 13. titul. 3. lib. 5. recomp.* Anton. Garnm. *deciſ. 257.* & ibi, Flor. de Men. *in addit. ad finem,* ubi declarant, volente eo, in cujus favorem fuit factus contractus, ut ſi erat uxor, & maritus velit contractui ſtare, quòd requiſitus declarare tenetur.

4. Faciunt plura, quæ cumulant Andr. Tiraquel. *poſt leges connubiales, in dict. gloſ. 8. num. 65. uſque ad 89. incluſivè,* & Cevall. *commun. contra commun. 2. tom. quæſt. 675. à num. 1. uſque ad 10.* Pinell. *n. 30. in dict. l. 1. C. de bonis maternis, 3. par.* Maſcard. *de probat. concl. 75. n. 7. 8. & 9.* Matien. *in l. 2. tit. 3. lib. 5. recomp. gloſ. 1. n. 14.* ubi multos cumulat. Ric. *in prax. fori Eccleſiaſt. deciſ. 7. n. 1. & 2. & deciſ. 226. num. 7. cum aliis, 1. part. deciſ. Curiæ Arch.* ubi alios pro hac opinione adducit. Sigiſ. Scacc. *de commerc. §. 1. quæſt. 6. 3. part. ampliation. 17. num. 9. & 11.* ubi agit cambio minori utili. Surd. *conſ. 181. num. 17.* Simoncell. *de decret. lib. 3. titul. 8. ſpect. 17. num. 124.* ubi pro hac parte permultos agregat, quos etiam refert Caſtill. *in cap. 61. num. 22. & 23.* ubi pro hac opinione expendit *text. in l. fin. §. penult. C. de bon. quæ liber.* & noviſſimè pro hac parte alios expendit *in lib. 5. quotidian. controv. cap. 65. num. 4.*

Has opiniones ad concordiam reducit Sarmient. 8
in dict. cap. 2. à num. 13. quem ſequitur Cevall. *num. 18. cum aliis,* ubi tradit primam opinionem procedere in caſu, quo minor contrahit ſine ſolemnitate ſe obligando; ſed non obligat eum cum quo contrahit: nam tunc actus eſt nullus, adeo ut nulla minor indigeat reſtitutione, *leg. 1. & ibi,* Gloſ. *C. de in integ. reſtitut. text. in princip. inſtitut. de authorit. tutor.* & in contractibus ultro citroque obligatoriis, ut in emptionibus, locationibus, & ſimilibus *text. in dict. princ. verſic. unde in his caſibus.*

Secundam verò opinionem in caſibus, in quibus 9
minor, vel pupillus non ſe obligat; ſed alium obligat, ut quando ſibi ſtipulantur, vel eis donatur, nam tunc ſine dubio valet actus, etiamſi nulla ſit ſolemnitas obſervata, *ex dict. princip. inſtitut. de authoritat. tutor.* & in hac ſpecie procedunt *text. in dict. §. eam tranſactionem. & in dict. l. non eo minus, §. pupillus, inſtitut. de inutil. ſtipul.* & alia jura tradita per Sarmientum, ubi latè de eorum interpretatione agit. Gutierr. *lib. 2. practicar. quæſt. 22. num. 9. &* 10. ubi alios laudat, & hanc concordiam communem eſſe dicit, Flam. Cartar. *deciſ. 46. à num. 12.* ubi donationem factam mulieri, cui abſque conſenſu propinquorum prohibitum eſt contrahere, valere defendit.

Item poteſt dici, ſecundam opinionem etiam pro- 10
cedere in contractibus ultro, citroque obligatoriis; nam licèt minores non obligentur, & nulli ſint reſpectu eorum, illi tamen, qui cum eis contrahunt, obligati remanent, & non poſſunt contractum impugnare, ſi minor ſtare contractui velit, *l. Julianus, §. ſi quis à pupillo, ff. de act. empt.* ibi, *ſi quis à pupillo ſine tutoris authoritate emerit, ex uno latere conſtat contractus, nam qui emit, obligatus eſt pupillo, pupillum autem ſibi non obligat. dict. princip. Inſtit. de author. tutor.* ibi. *ipſi quidem, qui cum eis contrahunt, obligantur ad invicem, pupilli non obligantur.* Sarmient. *ubi ſupr. num. 17.* Pinel. *in l. 1. C. de bonis mater. 3. par. num. 32.* Salzed. ad Bernard. Diaz. *regul. 650, circa fin.* Gutierr. *dict. n. 9. verſ. adeſt tamen,* ubi communem dicit. Matienz. *in l. 2. tit. 3. lib. 5. recompil. gloſ. 1. n. 15.* Franch. *dec. 35. n. 3. & 4.* Simoncell. *lib. 3. tit. 8. inſpec. 17. n. 124.* Fontanell. *clauſ. 4. gl. 13. 1. part. n. 11. cum 7. ſequent.* Surd. *deciſ. 70. num. 22. & 23. cum aliis, deciſ. 179. num. 17. deciſ. 278. n. 22. & conſil. 284. num. 7.* Cavalcan. *deciſ. 46. num. 86. verſ. quartus etiam caſus, & num. 87.* Trentacinq. *lib. 3. variar. titul. de rerum alienat. reſol. 1. n. 26. verſ. prima opinio, & in lib. 2. tit. de minor. reſol. 8. n. 4. verſ. ſecundus,* ubi tradit, dictam ſecundam opinionem debere intelligi, quando minor, ſeu Eccleſia vult contractum obſervare, & ad obſervantiam cogi non poſſe, Montan. *de tutel. cap. 33. n. 458.* Mantic. *lib. 4. tit. 7. n. 53. & 54.* ubi quid de tertio. Gonzalez *in reg. 9. cancell. gloſ. 56. n. 20. & 91. cum aliis,* ubi *à n. 48. uſque ad n. 109.* multa cumulat, quæ non niſi parte opponente fiunt. Avendañ. *de cenſib. cap. 76. n. 9.* Surd. *conſil. 9. num. 56.* Theſaur. *lib. 3. quæſt. 37.* ubi tertium de nullitate contractus contra Eccleſiam opponere non poſſe tradit. Rota Roman.

deciſ. 225.

decis. 225. *n.* 4. *part.* 3. Ricc. *in prax. for. Eccl. decis.* 7. *n.* 4. *& decis.* 9. ubi tradit, solum ab Ecclesia, & non ab alio nullitatem allegari posse, & alios laudat.

11 Unde infertur primò, quòd si minor, seu Ecclesia velit approbare contractum à se sine solemnitate factum, adversarius cogitur stare alienationi, & pretium venditionis solvere, *l. Julianus, §. si quis colluctante, cum seq. ff. de act. emp. l. cum interdictæ C. de arbitr. tutelæ.* Glos. *in cap.* 1. *vers. sede vacante ne sede vacant. & ibi,* Pan. & Butr. Innocent. Host. & Zabarell. *in cap.* 1. *de his quæ fiunt à prælat.* Alex. & Fulgos. *in leg. cum hi. §. eam transactionem, ff. de transact.* Bald. *in dict. l. cum inter dicta,* qui ad comprobationem *dict.* §. *si quis colluctante cum seq.* & dicit singularem. Jas. *in* §. *actionum, num.* 43. *instit. de act.* Tiraquel. *in tr. le mort saisit le vif.* 7. *part. decl.* 1. *num.* 6. Guid. Pap. *decis.* 159. *n.* 2. Trentacinq. *variar. resol. lib.* 2. *tit. de resolut. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 45. *&* 48. Lara, *de vita hom. cap.* 18. *num.* 48. Surd. *decis.* 108. *num.* 3. *&* 7. ubi ait, quòd actus gestus nuliter cum Ecclesia, & minore, valet si minor velit, & esse in electione minoris cogere cum eo contrahentem ad observantiam contra-

12 ctus. Et hæc nullitas solùm ab Ecclesia, & minore potest opponi, ut tenet Petr. Surd. *n.* 2. *& decis.* 70. *n.* 22. *&* Aloys. Ricc. & *suprà* relati DD. *ubi suprà*, nam ex parte minoris claudicat contractus, & cum minore contrahentes obligantur, ipse tamen eis non obligatur. *l. Julianus, §. si quis à pupillo de act. empt. l.* 1. *de rescind. vend.* & tenent præcitati DD. & ita ab alio tertio nullitas opponi non potest. Ant. Thesaur. Petr. Surd. *ubi sup. & in decis.* 70. *n.* 23. qui alios referunt.

13 Amplia quintò, quòd in tantum procedit, quòd si actum sit de nullitate contractus, & per sententiam fuerit nullus declaratus, potest pupillus postea si velit contractui stare, *l. si judex* 41. *ff. de minoribus,* Gonzal. *in regul.* 8. *cancellar. glos.* 56. *num.* 92. Lara. *de vit. homin. cap.* 18. *num.* 49. Sed hæc ampliatio poterit sustineri, si minor esse nullum contradicat. Bald, *in leg. non eo minus, C. de procura-*

14 *tor.* * Ubi tradit, quòd si adversarius petat acta non valere ex defectu personæ, revocari debet sententia favore minoris pronuntiata, si minor condicat non esse retractandam, sed valere, & alios referens tradit Trentacinq. *in dict. resol.* 8. *num.* 3. Rot. *diversi. decis.* 133. *n.* 11. *& seq. vol.* 2. *&* 262. *n.* 9. Ricc. *prax. for. Eccles. tit. de alienat. rer. Eccles.*

15 *decis.* 7. *n.* 5. & tenent relati DD. *in num.* 4. † Ex hoc etiam infertur ad quæstionem, utrum præsentia partis requiratur, ut ratificatio contractus in hoc casu possit fieri per minorem? & absente parte non posse voluit Aretin. *consil.* 128. *eximie Domine, col.* 3. *vers. venio ad tertium*, quia cum contractus sit nullus, & non per ratificationem validetur, dicitur novus contractus, qui fieri non potest, nisi utriusque partis accedat consensus. Et vide Surd. *dec.* 70. *num.* 12. *cum aliis*, qui *in num.* 18. postquam contrarium fundasset, affirmativam sequitur, & pro comprobatione plures refert, & rationibus comprobat, & contrariæ fundamentis satisfacit.

16 Limita, nisi ille, qui cum eo contraxit, ante contractum, vel judicium consummatum opponat defectum solemnitatis; nam tunc erit electio personæ privilegiatæ volenti actum sustineri, ut cum Palac. Rub. *in rub. de donat. inter.* §. 68. *n.* 5. Tiraquel. *in glos.* 9. *post l. comub. n.* 88. Casaneo, & aliis tradit Pinel. *dict.* 3. *part. num.* 33. Surd. *decis.* 108. *num.* 9. Ricc. *dict. decis.* 9. *num.* 2. *vers. limit.* 2. ubi alias duas limitationes tradit, scilicet quando ante actum consummatum opponitur de defectu solemnitatis: vel quando Ecclesia, vel minor vellent pro parte dicere contractum nullum, & pro parte valere; quia non possunt: vide Addit. ad Gloss. 11. Matienz. *dict. l.* 2. *tit.* 3. *num.* 15. *vers. quod ipse sublimitat.*

Sed quid de nostro jure noviori stante, *l.* 2. *tit.* 17 16. *lib.* 5. *recompil.* vide Azeved. *ibi, num.* 13. *vers. pro complemento, & num.* 14. *&* 15. ubi quærit, an major, qui cum minore contraxit absque debitis solemnitatibus, possit contractum improbare, antequam à minore sit impletum. Et pro parte affirmativa laudat Rubium, Tiraquel. & alios, & tandem cogitandum relinquit. Tu verò dic, si contractus ex parte minoris est consummatus, ita ut si cum majore contraxisset, non posset resilire, non posse ab eo impugnari; licèt ex parte minoris solemnitates deficiant; secùs verò si nondum consummatus esset ex parte sua, in quo casu loquuntur Doctores *sup.* citati.

Ille verò, qui cum Ecclesia contraxit, ne sem- 18 per in suspenso sit, quando velit rem alienatam recuperare, & contractus claudicet, potest agere ut declaret, an velit stare conventioni, vel ab ea discedere? Et si ei stare velle declaret, debent adhiberi eæ solemnitates, quæ in initio contractus debuerunt intervenire; & si eas non adhibeat, cum confirmatio non possit obtineri, is, in quem facta est alienatio, non tenetur contractui stare, quamvis aliud Prælatus vellet. De quo vide Pinell. *in l.* 1. *C. de bonis mater.* 3. *parte n.* 34. *cum aliis.* Cavalcan. *de tut. & curat. n.* 170. Burs. *cons.* 82. *vol.* 1. *num.* 21. Trentacinq. *variar. resolut.* 1. *de minoribus, lib.* 2. *num.* 25. ubi alios allegat. *& resol.* 8. *n.* 1. *&* 2. Cancer. *variar. lib.* 1. *cap.* 13. *n.* 49. Surd. *decis.* 70. *n.* 23. *paulo ante fin.* Franch. *dict. decis.* 35. *num.* 4. ubi sic decisum fuisse refertur. Fontan. *dict. claus.* 4. *glos.* 13. 1. *part. num.* 13. Capic. *decis.* 110. Lara, *de vita homin. cap.* 18. *num.* 50.

Sed qui cum minore contraxit non potest agere, 19 quòd contractum approbet, vel reprobet, ita ut non possit restitui adversus talem declarationem, ut docent Pinell. *n.* 35. & 36. Fachin. *n.* 6. Fontan. *n.* 17. *ubi sup.* Trentacinq. *variar. lib.* 2. *tit. de minor. resol.* 1. *n.* 25. ubi tradit, quòd si minor reperitur læsus, poterit variare, etiam si restitutionem in integrum renuntiaverit, & pro comprobatione Capic. & Cavalcanum refert.

Sed quid, si minor ante rationem docesserit, po- 20 terit ne hæres contractum in utilitatem ejus factum ratificare? vide Surd. *cons.* 9. *numer.* 52. *cum* 5. *seq.* ubi tradit ab hærede non posse ratificari, quia ratificatio debet fieri eo tempore, quo actus potest expediri, aliàs si unum extremum deficiat, vel sit inhabile non valet, *ex text. in l. bonorum*, ubi Bart. Alb. Angel. & alii. *ff. rem ratam haberi*, & quia hæres non potest defuncti voluntatem declarare. Glos. *in l. idem Pomponius, §. ult.* ubi Bart. Bald. & Angel. *ff. de rei vendit.* Glos. *in l. inter stipulantem, §.* 1, *& ibi.* Bart. Angel. & Jas. *n.* 6. *ff. de verb. oblig.* Tiraquell. *in l. si unquam, vers. revertatur, C. de revocan. don. n.* 302. Menoch. *de arbitr. quæst.* 68. *n.* 29. Roland. *cons.* 66. *num.* 7. *volum.* 4. & alii, quos ipse refert.

Sed quid, si super bonis minoris, vel Ecclesiæ 21 imponatur census, non adhibitis solemnitatibus à jure requisitis, & post longum tempus agatur de nullitate; & minor, vel Ecclesia petat reditus so-

lutos compensari deberi cum parte principali, & quatenus sortem excederent restitui. Quoad primum dubium dicendum est, censum absque solemnitatibus non posse à minore constitui. Tiraquel. *de retract. lignag. §. 1. glos. 6.* Roder. *de ann. redit. lib. 1. quæst. 14.* Felic. *de censib. tom. 1. lib. 2. cap. 3. n. 3.* Bened. Bon. *eod. tract. artic. 23. n. 49. & art. 31. num. 57.* Avend. *cap. 81.* Pet. Gregor. *quæs. §. in add. num. 104* & Ludovic. Cens. *part. 1. cap. 2. q. 1. art. 2. n. 2.* ubi plures laudat. Castill. *quotidian. controver. cap. 61. num. 28. versic. cæterum,* Lara, *de vit. homin. cap. 22. num. 40. cum aliis.* Et amplia, etsi minor locupletior factus sit. Avendañ. *de cens. num. 16. vers. ex quo,* Lara, *num. 21. ubi sup.* Contrarium autem videntur defendere Felic. *de cens. n. 11. vers. ex qua resolut.* Gasp. Rodrig. *num. 14.* Ludovic. Cens. *num. 16. ubi sup.* Sed à prima non est discedendum; quia impositio census à pari procedit cum alienatione. Nec Felicianus contrarium probat, quia loquitur in casu, quo nec bona immobilia, nec mobilia, quæ servando servari possunt,
22 subjiciuntur præstationi annui reditus. † Quad secundum dubium, Vide Gonzal. *in regul. 9. Cancell. glos. 56. n. 96. 97. 98. & 99.* ubi refert Rotæ decisionem coram D. Pegna, & postea coram D. Molin. *sub die 23. Junii, anni* 1600. in qua decisum fuit, censum esse nullum ob defectum requisitæ solemnitatis in impositione illius; reditus verò solutos, antequam opponeretur de dicta nullitate, non esse compensandos, nec restituendos, quia licet alienatio esset nulla, intelligitur minore, vel Ecclesia volente. Unde cum prædicto tempore noluerit agere de nullitate; sed habere contractum pro valido, & onus sustinere, habeatque tunc implicatum statum in validitate, dominus census juste dictos reditus suos facit.

Contrarium autem defendit Felician. *de cens. cap. 2. n. 11. vers. rursus,* ubi ait, quando census à tutore, seu minore constituens nullus fuerit, minorem esse liberatum à reddenda sorte, nisi creditor in minoris utilitatem fuisse versum probet, & tunc redditus esse computandos in sortem principalem. Odofredus, autem hanc quæstionem acutè examinat. *in 2. part. de restit. quæst. 56. art. 6. n. 46.* cui distinguendo respondit, aut minor habet pretium præ manibus, vel expendit, & ex eo locupletior est factus, & restituere tenetur; aut minor dissipavit sortem, & tunc restitui debet absque ipsius refusione, & pro ea refert Glos. Bart. & Alver. *in l. quod si minor, §. restitutio, ff. de minor.* Franc. Marc. *decis. 481. num. 2.* & postea, *à num. 47.* agit de quæstione, an restituatur adversus reditus decursos? & ei distinctione respondit, aut solvit illos emptori, & non repetet, aut illos non solvit emptori, & locupletatus est, etiam quoad fructus. & tenetur solvere; aut locupletatus non est, quia imperitè est negociatus, vel inconsultè, vel pecuniam otiosam habuit, & ope restitutionis audiendus est, ne solvat: & in hoc casu etiam si jam resolvisset reditus, ex Roder, *de ann. redit. lib. 1. quæst. 14.* dicendum est, esse diminuendos à sorte, & eam partem sortis solum teneri reddere, in qua locupletior factus est.

Idemque dicendum venit in Ecclesia, ut ita decisum fuisse in Rota refert Farin. *in part. 8. suor. oper. decis. 301.* & Ric. *in prax. for. Eccles. tit. de alien. rer. Eccles. 71. n. 6.*

23 Sed DD. consequenter agitant, cui incumbat onus probandi versionem in utilitatem minoris seu Ecclesiæ? de qua quæstione egimus *sup.* in Add. ad Glos. 2. *leg. 3. tit. 1. n. 32.* Sed de hac quæst. præter *inibi* relatos egit Farin. *ubi sup. à num. 4.* ubi cum distinctione respondit, aut alienatio facta est ex causa necessaria, & tunc emptorem debere esse solicitum, quòd convertatur pretium in solutionem æris alieni, aut venditio fuit facta ex causa voluntaria propter Ecclesiæ utilitatem, & in hoc casu non teneri creditorem probare versionem in Ecclesiæ utilitatem, & ita fuisse decisum. Sed absque distinctione relati *in dict. num. 32.* tenent spectare ad emptorem census, quibus Adde Ludovic. Cens. *de cens. 1. part. cap. 2. quæst. 3. art. 2. num. 16.* Nec dicta distinctio potest sustineri; quia potius in primo casu dicendum erat non teneri probare versionem, cum venditio census facta fuisset ex causa magis justa; Et quid in præsenti quæstione sit tenendum, vide *infrà* in Addit. ad Glos. 12. *numer. 77.*

Ex quo nota, quòd si res vendita à minore, seu 24
Ecclesia sine solemnitate pereat, perire emptori. Montan. *de tut. cap. 33. n. 97.* & vide Addit. *inf. ad dict.* Glos. 12. *& ad* Glos. *l. tit.*

Effectus autem, qui ex interpositione decreti 25
super contractu sequuntur, sunt plures, quos vide apud Tusch. *verb. decretum, conclus. 126.* Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præsump. 5. num. 53. cum aliis.* ubi alios laudant.

Decretum vero, utrum præcedere debeat subha- 26
stationem, vel subsequi? dubitant Doctores, de quo vide Bertaz. *claus. 10. glos. 2. num. 7. vers. sed in modo apponendi.* ubi tradit, decretum permissivum, quo judex permittit venditionem fieri, præcedere debere; decretum vero confirmatorium subsequi; & sic conciliat opiniones contrarias. Et vide eum *in num. 12.* ubi disputat quoties, quando, & qua in parte instrumenti debeat describi, & cautiùs esse judicat, quòd in principio, & fine apponatur, & vide Simoncel. *in tit. de decretis minorum, in præfat. num. 31.* ubi disputat an decretum debeat intervenire ante alienationem, seu subsequi, & Ricc. *decis. 227. 1. part. decis. Curiæ Archiep. Neap.* ubi quòd decretum possit subsequi, defendit. & alios allegat.

Sunt autem plures casus, in quibus hæc decreti interpositio non requiritur; sed absque ea alienatio à minore facta valet.

Primus, quando testator permiserit alienationem, 27
l. 1. §. 1. de rebus eorum, leg. 1. & 2. C. quando decreto opus. Roland. *consil. 94. num. 45. lib. 1.* Menchac. *de succession. creat. §. 10. num. 75. & 76.* ubi ampliat hanc limitationem. Perein. *in l. si curatorem habens, verb. contractum fecisti, num. 15. C. de in integr. restitut.* Gutier. *de tut. 2. part. cap. 5. num. 62. cum aliis.* Alexand. Trentacinq. *variar. resolut. lib. 2. tit. de minor. resolut. 9. num. 21.* ubi & legatum sine Prætore tradere posse, ait. Gratian. *decis. 131.* Surd. *decis. 77. num. 2. cum aliis, & cons. 191. num. 19. &* 20. Simoncel. *de decretis, lib. 2. tit. 6. inspect. 11. ex num. 1. usque ad fin. & lib. 3. tit. 8. inspect. 4. ex numer. 30. per tot.* Castill. *quotid. lib. 4. cap. 61. num. 24. 42. & 43.*

Intellige procedere, quando præcisa, & deter- 28
minata est testatoris dispositio de re certa vendenda, non vero quando testator jussit bona sua venundari, & ex pretio debitum pecuniarium à se contractum solvi; nam tunc solemnitas, quæ in alienatione bonorum minoris requiritur, est servanda. Surd. Gratian. Castill. & alii *ubi suprà.* Et ita est servandum, licèt aliter teneat Montan. *in tract. de jur. tutel. & curat. cap. 34. num. 433.* qui *à num. 27.*

n. 27. eſt videndus, ubi tradit ſufficere mandatum generale de vendendo, licet in ſpecie rem non aſſignet.

29 Secundus, in conſequentiam præcedentis contractus, quia res minoris à tutore tradi poteſt, ut ſi teſtator eam vendidiſſet, ſeu alio contractu, vel teſtamento alienaſſet *l. fiſtulas*, 78. §. 1. *de contrab. emp.* Gratian. *deciſ.* 131. Gutierr. *de tut.* 2. *part. cap.* 5. *n.* 64. *&* 65. Caſtill. *dict. c.* 61. *n.* 24. 25. *&* 26. & Gu-

30 tierr. *in n.* 66. limitat ex Tiraquel. & Pereir. † in promiſſione teſtatoris de vendendo, niſi facta fuiſſet de vendendo certo pretio convento, & ſta bilito. Joan. Caſtill. *in dict. n.* 26. ubi ait & quod quando præceſſit legitima promiſſio dotis, bona vendi

31 poſſunt abſque ſolemnitate. † Item quando ex neceſſitate præcedentis contractus contrahit, ut quando pater retrovendere tenebatur. Mant. *de tacit. & ambig. lib.* 4. *tit.* 32. *n.* 35. Tiraquel. *lib.* 2. *de retract.* §. 1. *gloſ.* 1. Giur. *deciſ.* 69. *à n.* 5. qui latè comprobat, in alienatione neceſſaria decretum non requiri, & pluribus authoritatibus, & rationibus exornat, quas conſulto omitto. Item in obligatione facta à minore ſine ſolemnitate valida eſt, ſi ſe obligat non ex proprio contractu, ſed tanquam hæres patris, *l.* 1. *l. fin. ff. quando decreto opus, l. fin. C. de reb. eor.* Puteus, *deciſ.* 105. *n.* 2. *part.* 1. *& deciſ.* 153. *n.* 2. *part.* 3. Farin. *deciſ. Rotæ.* 2. *part.* 1. *tom. deciſ.* 776. *n.* 3. qui loquitur in caſu, quo minor ſe obligavit, ſeu in ſe ſuſcepit onus ſolvendi evictionem rei à patre ſuo venditæ, & evictæ.

32 Res ſemel legitimè obligata, ſeu alienata ſolemnitatibus non ſervatis poteſt iterum vendi, & in hoc caſu non eſt neceſſe ſolemnitates de novo intervenire, *l. ſi pupillorum*, 7. §. *ſi pupillus dedit res pignori permiſſu prætoris, nonnulla erit dubitatio, an alienatio poſſit impediri. Sed dicendum eſt poſſe creditorem jus ſuum exequi, ff. de rebus eorum.* Bald. *ibi.* & Bart. *in authent. hoc jus, n.* 21. *C. de Sacro ſanct. Eccl.* idem Bald. *in l. Papinianus*, §. *ſed neque impuberis, ff. de inoffic. teſt.* Alexandr. *conſ.* 189. *n.* 1. *&* 15. *lib.* 7. Dec. *in l. ſingularia, n.* 10. *ff. ſi certum petat.* & Cagn. *ibi, n.* 75. Fabian. de Mont. *in tractat. de empt. & vendit. quæſt.* 5. *princip. n.* 98. Capit. *deciſ.* 182. *n.* 10. *&* 11. Ant. Neguſan. *de pignorib.* 1. *part.* 6. *memb. n.* 15. *ampl.* 1. Simoncel. *de decretis, lib.* 2. *titul.* 5. *inſpect.* 4. *num.* 36. Surd. *conſil.* 191. *n.* 18. *& deciſ.* 278. *n.* 4. *&* 5. Pereir. *de empt. & vend. cap.* 8. *n.* 12. Caſtill. *quotidian. lib.* 4. *cap.* 61. *num.* 25. Benechendor. *in addit. ad Seraphin. de privil. jurament. privil.* 45. *num.* 2. Montan. *de jure tutel. & curat. cap.* 33. *num.* 496. *cum aliis.* ubi tradit, quòd ſi ſolemnitas, & forma intervenit in contractus præambulo, ſufficit ad ea, quæ fiunt in conſequentia ejuſdem contractus; & *in n.* 514. tradit, ſi prima venditio fuit facta ſolemnitate requiſita, & non habuit defectum, poſſe tutorem abſque alia ſolemnitate eam reiterare.

33 † Et in materia bonorum majoratus, quæ cum licentia Regis alienantur, idem tenent Noſter Lopez. *in l.* 6. *tit.* 11. *gloſ.* 4. *quæſt.* 11. *p.* 6. ubi vide Add. Molin. *de Hiſpan. prim. lib.* 4. *cap.* 5. *num.* 2. Mieres *de majorat. quæſt.* 3. *num.* 2. *cum aliis*, ubi plures congregat. Felician. *in tractat. de cenſibus, lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 20. ubi etiam loquitur de bonis minoris, & Eccleſiæ, vide illationes traditas per Mieres *in dict. quæſt.* 3. Et etiam nota, & adverte rem non dici venalem, ſi pater venditioni expoſitam habuerit, *l.* 1. §. *ſi defunctus, & ibi*, Bald. *de reb. eor.* Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib.* 4. *tit.* 6. *n.* 42.

Quartò poteſt etiam tutor prædia minoris, quæ 34
jam ſemel legitimè erant hypothecata, ſine decreto hypothecare, dummodo non fiat in duriorem cauſam. *dict. l. ſi pupillorum*, §. *fin. ff. de reb. eor.* Gaſpar. Rodrig. *de ann. reddit. lib.* 1. *quæſt.* 14. *n.* 18. cum quo tranſit Caſtill. *in dict. lib.* 4. *cap.* 61. *num.* 25.

5. Minor viginti quinque annorum, & major 35
17. annorum, ſive habeat curatorem, ſive non, bona immobilia pro redimendo ſe, aut patre, vel conſanguineo à carcere, vel captivitate, ſine decreto poteſt alienare. Palat. Rub. *in repetit. cap. per veſtras*, §. 26. *num.* 4. *&* 6. Pereir. *in l. ſi curatorem habens, ſuper verb. contractum feciſti, num.* 18. *de in integr. reſtitut.* Farinac. *deciſ.* 218. *n.* 10. ubi ex fidejuſſione facta pro librando patre non reſtitui, ait. Joan. Gabr. *deciſ. Dolan.* 14. *n.* 67. Gutierr. *de tutel.* 2. *part. cap.* 5. *n.* 96. ubi de hac quæſtione dubitat, & in hoc caſu decretum requiri tradit.

6. Quando ſocius major provocat ad diviſio- 36
nem. *lib.* 1. *ſ. ſi communis, ff. de reb. eor. l. penult. C. de prædiis minorum.* Alexand. Trentacinq. *variar. reſol. lib.* 2, *tit. de minor. reſol.* 9. *n.* 23. Mench. *de ſucce. creat.* §. 10. *n.* 88.

7. In alienatione facta in ultima voluntate. 37
Alexand. Trentacinq. *num.* 22. *ubi ſup. & reſolut.* 1. *num.* 4. ubi ait, poſſe teſtari, condiciliare, etſi curator ſit præſens, & contradicat. Item dare licentiam teſtamenti executoribus, ut alienent res immobiles, ſine decreto judicis, ubi alios laudat, Gutierr. *de tutel.* 2. *part. cap.* 5. *num.* 63. ubi refert Pereir. & alios, Mench. *de ſucceſ. creat.* §. 10. *num.* 78. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 4. *tit.* 6. *num.* 62. ubi declarat procedere, quando pro executione ultimæ voluntatis permiſit alienationem; ſecus ſi pro executione contractus.

8. Quando ingreditur religionem Trentacinq. 38
num. 37. Mench. *quæſt. forenſ. cap.* 55. *num.* 5. *& in dict. num.* 76. Pereir. *de empt. & vendit. cap.* 13.

9. In hypotheca tacita, quæ à lege inducitur, 39
ut in rebus illatis in domum conductam. Anton. Neguſ. *de pig.* 4. *membr.* 2. *part. n.* 15. & pluribus comprobat Gutierr. *de tutel. part. cap.* 5. *num.* 68. & Menoth. *de adipiſ. ſeu recup. poſſeſ. remed.* 3. *n.* 66. *cum ſequent.* diſcutit hanc quæſtionem, & quatuor opiniones recenſet, & demum contrariam ſequitur, ſcilicet non eſſe tacitè hypothecata illata in fundo, ſeu domo locata, eamque defendit Mench. *lib.* 3. *contr. uſufr. cap.* 55. *n.* 4. Pereir. *in l. ſi curatorem C. de in integ. reſtitut. verb. cum non abſimilis, num.* 39. *&* 40. qui plures pro hac opinione cumulat. *& in tit. de empt. & vendit. cap.* 13. *num.* 78. & Mench. & Cald. Pereir. pro ratione aſſignant, quia quando lex inducit tacitam hypothecam in bonis minoris, illam clare exprimit, ut in caſibus *leg.* 2. *& ff. de reb. eor.* de quibus nos *ſup.*

10. Limita, quando creditor jure creditoris ven- 40
dit pignus ſibi obligatum à patre pupilli ſeu ab ipſo pupillo cum debita ſolemnitate, *l. C. de præd. minor. l.* 1. §. *ſi communis, & l. ſi pupillorum*, §. *ſi pupillus, ff. de reb. eor.* Alexandr. Trentacinq. *variar. reſolut. lib.* 2. *tit.* 9. *num.* 24. & Mench. *in dict. num.* 78.

11. Si minor juramento alienationem bono- 41
rum immobilium confirmaverit, quia talis alienatio abſque ſolemnitatibus, & decreto valida erit. *Authent. ſacramenta puberum, C. ſi adverſus vendit. & ibi*, Gloſ. Bart. Bald. & Salicet, Covarr. *in c. quamvis pactum*,

pactum, 2. *part.* §. 1. *num.* 1. *de pactis in ſexto.* Anton. Gomez. 2. *tom. variar. cap.* 14. *num.* 18. Noſter Lopez. *in leg.* 16. *tit.* 11. *part.* 2. *gloſ.* 8. *& 9. & in l.* 6. *tit.* 19. *p.* 6. *& in gloſ. fin. l.* 56. *inf. hoc tit.* vide Addit. quia latè egimus. Cald. *de empt. & vendit. cap.* 30. *n.* 10. Farin. 2. *part. tom.* 1. *deciſ.* 500. *&* 243. *num.* 2. Gutierr. *in 1. pet. dict. authenticæ ſacramenta impubor. num.* 23. 27. 28. *&* 29. *cum aliis.* Caſtill. *quotidianar. controver. juris, lib.* 3. *cap. per totum*, Seraphin. *de privileg. jura. privil.* 129. *& ibi ejus*, Addit. *num.* 2. ubi multis auctoritatibus comprobat, alienationem rerum immobilium minorum ſine ſolemnitate à jure requiſita juramento confirmari; ſed vide Addit. *dict. gloſſ. fin. & reliquis.*

42 Alii quatuor caſus referuntur, *in l. ſed ſi pecuniam*, §. *piguori, cum ſequentibus*, & alii, *in l. magis puto*, §. *ſi pupillo, & in l. illicite, & in l. non ſit contra, & in l. pupillorum*, §. *penult. & fin. & in l. penult. ff. fin. ff. de reb. eor.* & alios caſus vide apud Simoncel. *ubi ſuprà*, Menchac. *de ſucceſſ. creat.* §. 10. *num.* 78. ubi decem, & novem caſus refert, in quibus decreto opus non eſt. Alexandr. Trentacinq. *ubi ſupra.* Montan. *in tract. de jur. tutel. & curat. cap.* 33. *à n.* 427. ubi 26. caſus refert, & vide ut ad impugnandam alienationem de re minoris factam multa aggregat.

SUMMARIUM.

1 *In alienatione rerum immobilium minoris ad interponendum decretum competens eſt judex domicilii minoris.*

2 *Ad alienationem rei Eccleſiæ ſitæ in aliena diœceſi competens judex eſt, ſub cujus, juriſdictione Eccleſia ſita eſt.*

3 *Contrarium, ſcilicet decretum judicis, ſub cujus territorio res eſt, ſufficere.*

4 *Refertur alia opinio tenentium utriuſque conſenſum requiri. Et idem in alienatione rei Eccleſiæ, ſed prima adoptatur.*

5 *Limitatur, quando tutor originarius non adminiſtrat.*

6 *Judex Eccleſiaſticus debet interponere decretum, ſi minor ſit clericus.*

7 *Judices caſtrorum, ſeu opidorum, qui non habent ſaltim mixtum imperium, non poſſunt authoritatem interponere in alienatione rei minoris.*

8 *Quiſnam judex poſſit dare tutorem, & curatorem minori.*

9 *Domicilium quotuplex ſit, & quibus modis acquiratur, & an quis ratione rei poſſit conveniri in loco ubi ſita eſt.*

ADDIT. GLOSS. VIII.

1 AD Gloſ. 8. nota, cum agitur de alienatione rerum immobilium minoris ad interponendum decretum, competentem eſſe judicem domicilii minoris. Et adde *l. magis puto*, §. *illud, ff. de reb. eorum.* Caſan. *conſ.* 31. *n. & conſ.* 54. *n.* 4. Gomez, 2. *tom. variar. cap.* 14. *n.* 27. Joan. Gutierr. *de tutel.* 1. *part. cap.* 16. *num.* 19. Stephan. Gratian. *diſcept.*

2 *forenſ.* 3. *tom. cap.* 555. *num.* 6. ubi ampliat, etſi eſſent diverſa ſtatuta in loco domicilii, & in loco rei ſitæ, de cujus alienatione agitur. Cald. Pereir. *in l. curatorem habeni, cap.* 14. *n.* 15. *&* 18. *in fine.* ubi veriorem nuncupat, & pro comprobatione facit traditum ab Innocentio. *in c. paſtoralis, de privileg.* & Felin. *in cap. dilectus l.* 3. *de reſcript. ante n.* 10. qui ajunt, decretum ad rei Eccleſiæ alienationem interponere debere Epiſcopum diœceſis, in qua Eccleſia ſita eſt, Bald. *in l.* 1. *verſ. ſecundo quæro, C. de contrab. empt.* Rebuff. *de alienat. rer. Eccleſiaſt. n.* 21. Caſaneus *conſ.* 31. *n.* 38. Lambert. *de jure patronat. lib.* 1. *part.* 1. *artic.* 8. *quæſt.* 2. *princip. n.* 3. Pereir. *ubi ſup.*

Contrarium autem, ſcilicet competentem eſſe 3
judicem territorii, ubi res minoris ſita eſt, defendit Bald. *in l.* 1. *C. de contrab. empt. col.* 1. *verſ. ſed hic quæritur.* Gloſ. *in cap. venditionibus, verb. Epiſcopi.* 17. *quæſt.* 4. Hoſtienſ. *in cap. Paſtoralis, verſic. quòd ſi Eccleſia de privileg.* Roman. *conſ.* 250. qui tenent, quòd in alienatione rerum Eccleſiarum intervenire debet auctoritas ejus Epiſcopi, ſub cujus territorio res immobiles ſitæ ſunt. Roc. de Curt. *de jur. patronat. verſ. pro eo quod, num.* 22. Rebuff. *in concord. in rubr. de collat.* §. *ſi quis verò, verb. immediatum, verſ. & judex ubi prædium*, ubi expreſsè decretum interponendum eſſe à judice, ubi prædium ſitum eſt, ſtatuit.

Aliam opinionem, imò quòd decretum utriuſque 4
judicis requiratur, quando res ſita eſt in uno territorio, & minor domicilium habet in alio, docuerunt Bald. Archid. & alii, quos refert Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 36. *gloſ.* 3. *n.* 22. 23. *&* 24. ubi etiam ait utriuſque Prælati auctoritatem interponendam eſſe in alienatione rei Eccleſiæ. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 4. *tit.* 6. *num.* 23. *&* 24. ubi ex aliis tradit, hoc tutius eſſe, quod nemo negavit. Fabian. *de empt. & vendit. num.* 100. ubi tutiùs eſſe inquit, ſi aſſenſus ab utroque Epiſcopo interponatur. Jacob. Damhouder. *de ſubhaſtat. pag.* 13. *num.* 22.

† Sed à prima non eſt diſcedendum, niſi quando 5
tutor originis non adminiſtrat bona alibi exiſtentia; nam tunc utrique competit jus interpoſitionis decreti ad alienationem rerum immobilium minoris, ut optime docet Caldas, *ubi ſuprà numero* 18.

Si verò minor ſit Clericus, à judice Eccleſiaſtico 6
decretum interponendum eſt, Cald. Pereir. *de emption. & vendit. cap.* 13. *n.* 16. ubi pro confirmatione refert Puteum, Socin. & Decium.

Judices Caſtrorum, & Villarum, non habentes 7
ſaltem mixtum imperium, hujuſmodi decreta non poſſunt interponere *text. in l. in princip. & totus titulus, ff. de rebus eorum*, ubi jura permittunt alienationem bonorum pupilli cum decreto urbani, vel Præſidis Provinciæ; & ſic non poteſt intelligi de poteſtatibus villarum, & caſtrorum ſecundum Angel. *in auth. ut diff. judic.* §. *ſi tamen, n.* 9. Firmian. *in repertor. in verb. decretum judicis, verſ.* 131. *& verſ. officialis caſtrorum*, Natta, *conſ.* 162. *n.* 20. *lib.* 1. quos, & alios adducit Proſp. Farinac. *in fragm. litt. D. verb. decretum, n.* 62. *part.* 1. ubi dicit, quòd judices Pedanei, & imperiti niſi cum aſſeſſore non poſſunt decreta interponere.

Sed quis judex tutorem det pupillo, & curato- 8
rem minori? Vide Anton. Gomez. Gutierr. *num.* 2. *ubi ſup.* Paul. Montan. *in tract. de jur. tutel. & curationum, cap.* 4. *n.* 22. 23. *&* 24. *& cap.* 20. *per totum, & l.* 12. *tit.* 16. *part.* 6. ubi vide Addita. † De 9
domiciliis, & ubi quis domicilium habere dicatur, & quot modis acquiratur, & cujus quis efficiatur? vide Menoch. *de arbitrar. cap.* 86. *per totum*, Maſcard. *de probation. concluſ.* 535. Thuſc. *practic. concluſ. verb. domicilium, concluſ.* 591. *cum ſeptem ſequentibus*, Proſp. Farinac. *in fragment. verb. domicilium, num.* 193. *cum aliis*, ubi tradit quotuplex ſit domicilium,

domicilium, & quibus modis acquiratur; & præſumptiones, ex quibus animus contrahendi domicilium probatur. Hond. *conſ. 5. volum. 1.* Cæphal. *conſ. 414. num. 5. lib. 3. & conſ. 451. num. 1. lib. 4.* Cevall. *quæſt. 443. num. 7. & in additionibus ad quæſt. 458. num. 6. in fin. 3. tom. fol. 360.* Menoch. *conſ. 36. volum. 1.* Selle, *deciſ. 90.* Riccius, *in prax. for. Eccleſiaſt. deciſ. 298. 304. & 305.* Sylva. *reſponſ. 7. in 4. & 5. part. lib. 1.*

Et quando quis ratione rei ſitæ poſſit conveniri in loco, ubi res eſt? vide Bernar. Diaz, *in reg. 299.* Grac. Fal. *regul. 115.* Maynard. *deciſ. 33. lib. 3. in addit litt. D.* ubi Paul. Caſtr. & alios refert, qui tenent, ratione rei ſitæ quem non poſſe conveniri, niſi ibi reperiatur contra communem. De quibus quæſtionibus vide Addit. *ad l. tit. part. 3.*

SUMMARIUM.

1 *Tutoribus, & curatoribus prohibitum eſt emere rem pupilli, ſeu minoris.*

2 *Item tutoribus, ſeu curatoribus furioſorum, ſeu mercatorum.*

3 *Et non ſolum ipſis prohibitum eſt dicta bona acquirere titulo emptionis, ſed nec permutationis, ſeu aliis modis, quibus rerum dominia quæri poſſunt.*

4 *Item conſanguineis tutoris non licet rem emere.*

5 *Tutor per interpoſitam perſonam rem pupilli non poteſt emere, etſi ſit nobilis.*

6 *Tutor, ſeu curator palam auctoritate judicis, & contutoris rem minoris emere poteſt, & n. 8. & 10. contrarium, n. 9.*

7 *Tutores, ſeu curatores, cum contrahunt cum minoribus, non poſſunt in contractu auctoritatem præſtare.*

8 *Declaratur* text. in l. 25. titul. 11. lib. 5. recomp. *& per eum non corrigi noſtram legem, num. 9. & 10.*

11 *Palam, & bona fide dicitur emiſſe tutor, quando & alterius contutoris adeſt auctoritas.*

12 *Item, quando judicis.*

13 *Item, quando contractus fuit celebratus in præſentia amicorum.*

14 *Item, quando fit in præſentia conſanguineorum.*

15 *Executor teſtamenti auctorizante judice, & coexecutore bona teſtatoris poteſt emere.*

16 *Si minor jurat contractum initum cum tutore, an valeat?*

17 *Si venditio eſt modici valoris, an valeat?*

18 *Tutor poſſeſſionem rei à parte pupilli venditæ emere poteſt.*

19 *Commiſſarii, & executores teſtamenti, & œconomi Eccleſiæ, an poſſint vendere, ſeu emere, remiſſive.*

ADDIT. GLOSS. IX.

1 AD Glos. 9. nota tutoribus, & curatoribus rem ſui pupilli, vel adulti emere eſſe prohibitum. Et Adde *l. non licet, l. ſi in emptione, §. fin. ff. de contrab. empt. l. 23. titul. 11. lib. 5. recomp.* Dueñ. *reg. 31. in princ. & in verſ. 2. concl. hujus regulæ.* Cavalcan. *de tutore, & curatore num. 178.* Surd. *conſ. 9. num. 5. 6. 34. & 35.* Gutierr. *de tutel. 1. part. cap. 15.* Matienz. *in dict. l. 23. gloſ. 1. num. 1.* ubi quatuor rationes hujus prohibitionis adducit. Cevall. *quæſt. 234. n. 1.* Pat. Molin. *de juſt. & jur. diſput. 343. verſ. tutores.*

Amplia 1. hæc procedere, etiam in tutoribus, & curatoribus mente capti, & aliorum, qui curatorum ope juvantur. Rebuff. *2. tom. tract. de donation. & aliis diſpoſitionibus tutor. & adminiſtr. factis reprobat. gloſ. 9. num. 14. in fine, ut in l. Fulcinus, §. plane, ff. quib. ex cauſ. in poſſeſſ. eatur. leg. 2. C. de curator. furioſ. vel præd. dand. & ibi* Gloſ. *verb. ad agnatos.* Gutierr. *conſ. 14. num. 17.* ubi alios allegat. 2

Amplia 2. ut non ſolum titulo emptionis, ſed neque alio; ut puta permutationis, vel donationis poſſit eam habere. Dueñ. *ampliat. 2. & 3. in dict. regul. 31.* Gutierr. *num. 2. ubi proxime, & conſ. 14. n. 16. & 17.* Azeved. *in d. l. 23. tit. 11. lib. 5. recomp. n. 12. cum aliis.* 3

Amplia 3. etiam conſanguineis tutoris, ſeu curatoris hoc non licere, ut puta filiis, vel aliis propinquis. Rebuff. *ubi ſup. gloſ. 5. in fine.* Joan. Gutier. *dict. conſ. 14. 15. 16. & 17. in fine.* 4

Amplia 4. ut nec per interpoſitam perſonam (ex quo major fraus præſumitur) poſſit emere. Menoch. *de arbit. caſu 459. num. 2. cum 6. ſequentibus* ubi tradit caſus, in quibus per interpoſitam perſonam emiſſe præſumitur. Peregrin. *de jure fiſci, lib. 4. tit. 7. num. 7. & 8.* Mantic. *lib. 4. tit. 23. n. 4. cum aliis,* ubi mala fide emiſſe præſumi docet, ſi per interpoſitam perſonam emerit, quia fraus ſemper præſumitur, quando id, quod à lege prohibetur, per ſuppoſitam perſonam agitur, *l. pupillus, §. item ipſe tutor. verſ. ſed ſi per interpoſitam,* ubi Bart. notat *in num. 3. ff. authorit. tutor.* nam quantò magis quis nititur fraudem occultare, tantò magis ea detegitur, quia nimia diligentia arguit dolum. Gloſ. *in leg. ſi quis ſub conditione, ff. de condition. inſtit.* Bald. Caſtrenſ. & Socinus relati, & ſequuti per Manticam. *ubi proximè.* Matienz. *in gloſ. 2. num. 5.* Azeved. *num. 4. in dict. leg. 23.* Pereir. *de empt. & vendit. num. 14.* ubi ampliat, etſi tutor ſit nobilis. 5

Limita, ſi palam, & bona fide auctore judice, & alio contutore rem minoris emerit; nam tunc emptio valet, ex *text. hic in verſ. fueras ende.* & Gloſ. *10. inf. hac lege,* cui Adde, *l. cum ipſe tutor. 5. & ibi.* Gloſ. *verb. prohibetur.* Salicet & Doctores, *C. de contrab. empt. l. non exiſtimo, ff. de adminiſt. tut.* Gloſ. *in l. tutor rerum. 57. & in l. pupillus, fin. verſ. uſucapere, ff. de adminiſtr. tutor.* Gloſ. *fin. in dict. l. ſi in empt.* Rebuff. *in dict. tract. de donationibus gloſ. 2. num. 4.* Capic. *deciſ. 156. num. 11.* Pereir. *in l. ſi curatorem habens, ſuper verb. contractum feciſti, num. 31. & 32. C. de in integr. reſtit. minor. & de empt. & vendit. cap. 17. num. 10. & 12.* Padill. *in l. tranſactionem, n. 7. in princ. C. de tranſact.* Menoch. *de arbitr. caſu, 459. n. 9. & 10. & de præſump. lib. 5. præſumpt. 80. n. 1. & 2.* ubi multos laudat. Surd. *conſ. 9. n. 7. de aliment. titul. 8. privileg. 37. n. 9.* Cevall. *quæſt. 234. n. 2.* Pereg. *dict. tit. 7. n. 7. verſ. fallit. 3.* Matienz, *in gloſ. 2. n. 2. dict. l. 23. & ibi* Azeved. *n. 3. in princ.* 6

Turores enim, aut curatores, aut alii adminiſtratores cum emunt à minore, vel cum eo contrahunt, non poſſunt authoritatem minoribus, cum eis contrahentibus præſtare, *l. 1. in princip. l. pupill. in princip. ff. de authorit. præſtanda, l. 1. §. fuit quæſtum.* ubi Doctores notant, *ff. ad Trebell.* Tiraquell. *in leg. connub. gloſ. 8. n. 113.* ubi concordantes adducit. Perez. *in addit. ad Segurам, in repetit. l. 1. §. ſi vir uxori n. 3. in 2. addit. ff. de acquir. poſſeſſ.* ubi alios tradit. Mant. *in l. 2. tit. 3. lib. 5. recompil. gloſ. 1. num. 12. verſ. quamvis,* Bertazol. *concluſ. 5. gloſ. 1.* 7

glos. 1. *n.* 7. Ludovic. Cens. *decis.* 84. ubi ait, non posse authorizare in actu, quo de suo interesse agit. Giur. *decis.* 69. *n.* 8. Et de quæstione, an vir possit præstare uxori consensum ad contrahendum cum ipsa? vide Add. *ad* Glos. *ultim. l.* 5. *tit.* 11. *part.* 4. & Matienz. *ubi sup.*

8 Amplia limitationem procedere etiam stante *dict. l.* 23. *tit.* 11. *lib.* 5. *recompil.* ubi generaliter tutoribus testamentariis, & aliis bonorum administratoribus prohibitum est etiam palam, & bona fide emere bona eorum, quorum administrationem gerunt, ex Glos. *hic.* Quæ per illam legem istam non corrigi docet. Et Adde Pereir. *in l.* 1. *tit.* 5. *lib.* 5. *Ordin. in glos. unica, in princ.* ibi *sed tunc re vera, & vers. in fin. ibi nec tex. in dict. l.* 4. Matienz. *in dialog. relator.* 3. *part. cap.* 20. *n.* 16. & *in dict. l.* 23. *glos.* 2. *n.* 3. & 4. Gutierr. *de juram. confirm. c.ap.* 40. *n.* 2. & *de tutel.* 2. *part. cap.* 15. *n.* 11. *vers. nihilominus tamen, & n.* 12. *cum aliis,* Spinum *in specul. testam. glos.* 29. *n.* 59. *in vers quæ sententia,* Cevall. *n.* 10. *ubi sup.* Molin. 2. *tom. disput.* 224. *col.* 1385. *versic. eam vero.*

9 Contrariam opinionem, nempè quòd per *dict. l.* 23. ista corrigatur, *in vers. fueras ende.* docuerunt Villalob. *in æstr. comm. opin. litt. T. n.* 232. & *in antinom. eadem littera, n.* 21. Dueñ. *regul.* 31. *ampl.* 8. Gom. 2. *tom. variar. cap.* 2. *n.* 2. *in fin.* Azeved. *in dict. l.* 23. *num.* 3. ubi pro hac opinione adducit Castillum *in l.* 27. *Tauri, glos. magn. col.* 18. & Menes. *in leg. transactionem, num.* 7. *Cod. de transact.*

10 Sed his non obstantibus, opinio nostræ Glossæ est tenenda in judicando, & consulendo; quia Doctores *sup.* citati non loquuntur propriè in terminis quæstionis nostræ Glossæ, quando judicis auctoritate tutores emunt ab ipso minore ipsis auctoribus; excepto Azeved. *in dict. n.* 3. qui postea *in num.* 5. fatetur, quòd ista lex non corrigitur: & ei latè satisfacit Gutier. *in d. cap.* 15. *de tutel. n.* 15. & 16.

11 Palam, & bona fide contraxisse, & emisse dicitur tutor, 1. quando adhibito consensu alterius contutoris emit, ut Gloss. 11. *hic,* & *in dict. l. non existimo, & dict. l. cum ipse,* ubi Accurs. Bald. & alii. Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 80. *n.* 9. & 10. Pereir. *in dict. vers. contractum fecisti. num.* 31. *vers. sed verius, & de empt.* & *vendit cap.* 17. *num.* 13. Matienz. *num.* 8. Gutierr. *cap.* 15. *n.* 6. *ubi sup.*

12 2. Quando fit in præsentia judicis, & eo authore, *ex text. hic,* & Glos. 10. Et Adde Pereir. & Gutierr. *ubi suprà* Cevall. *in dict. quæst.* 234. *n.* 7. ubi Bart. Padill. & alios refert. Menoch. *dict. præsumpt.* 80. *n.* 8.

13 3. Quando contractus fuit celebratus in præsententia amicorum minoris. Matienz. *in glos.* 3. *dict. l.* 23. *num.* 2. & ibi Azeved. *num.* 3. Cald. *n.* 13. Gutierr. *num.* 7. Cevall. *num.* 4. *ubi sup.* Surd. *cons.* 9. *n.* 4. Sed intellige interveniente etiam judice, & non aliàs ex Gutierr. *num.* 8. & alii in locis citatis.

14 4. Si fiat in præsentia consanguineorum. Cevall. *dict. quæst.* 234. *n.* 5. ubi plures laudat. Menoch. *de arbitrar. casu* 459. *num.* 10. & *præsumpt.* 80. *num.* 9. & 10. Sed intellige, ut in casu antecedenti.

5. Quando tutor coram populo res pupilli venales expositas subhastationi ad proclama emit, & Dec. *cons.* 410. *n.* 11. *lib.* 2. quem sequitur Menoch. *ubi proxime, num.* 11. Palam, & publice in quo differant? Vide Cevall. *n.* 11. ubi proxime, & addita ad Glos. 6. & 7. *l.* 1. *tit.* 4. *sub n.* 22. ubi traditur, quando quis clam, vel palam contraxisse dicatur.

Amplia procedere etiam in executoribus testa- 15
menti, qui auctore judice, & coexecutore possunt res testatoris emere. Gutier. *de tutel.* 2. *part. cap.* 15. *num.* 22.

Limita 2. principalem conclusionem, si vendi- 16
tionem factam tutori, vel curatori minor juramento confirmaverit. Gutierr. *de juramen. confirmat.* 1. *part. cap.* 40. *n.* 3. *in fin. & in tractat. de tutel.* 2. *part. cap.* 15. *num.* 21. Spinus, *in specul. testament. glos.* 29. *n.* 63. Menchac. *de succession. creat.* §. 28. *n.* 56. Cevall. *dict. quæst.* 234. *num.* 12. Azeved. *in dict. leg.* 23. *tit.* 11. *lib.* 5. *recompil. n.* 6. ubi juramento venditionem non confirmari docuit, quem impugnat Joann. Gutierr. *in dict. n.* 21. & vide *infrà* ad Glos. *fin. l.* 57.

Limita 3. quando pupillus esset ditissimus, & 17
contractus in favorem tutoris esset modicæ quantitatis. Matienz. *in dict. glos.* 13. *tit.* 11. *n.* 7.

Limita 4. quando tutor sumit possessionem rei 18
ipsi à parte pupilli donatæ, seu venditæ, aut alio titulo pertinenti. Matienz. *ubi sup. num.* 5. ubi alios refert, & de hac limitatione latiùs *alibi* egimus.

De commissariis, & executoribus testamenti, & 19
œconomis Ecclesiæ, & officialibus, & administratoribus vide Pereir. *de empt. & vendit, cap.* 17. *per totum.* Pereg. *de jure fisc. lib.* 4. *tit.* 71. *n.* 5. & 6. ubi ampliat, & limitat. Molin. *disp.* 343. Marius Giurb. *decis.* 69. *num.* 8. *& legibus sequentibus.* Addit.

SUMMARIUM.

1 *In venditione rei immobilis minoris, quæ fit contutori, cum causæ cognitione, requiritur, quòd adsit auctoritas contutoris, & judicis decretum.*

2 *In alienatione rei mobilis sufficit decretum judicis, aut authoritas contutoris.*

ADDIT. GLOSS. X.

AD Gloss. 10. Nota primo, quòd in venditio- 1
ne rei immobilis minoris, quæ ejus tutori fit, non sufficit judicis decretum, nec auctoritas contutoris, per se, sed utrumque simul requiri cum aliis solemnitatibus, de quibus *suprà* in Glos. 6. Et adde Didac. Perez. *in l. unica. tit.* 5. *lib.* 5. *ordin. in fine glos.* Matienz, *in l.* 23. *tit.* 11. *lib.* 5. *recomp. n.* 2. ubi alios laudat. Gutierr. *de tutel.* 2. *part. cap.* 15. *n.* 15. *vers. dum requirit.*

Nota secundo in alienatione rei mobilis mino- 2
ris utriusque copulativè non requiri auctoritatem: sed sufficere, quòd interveniat judicis decretum, vel auctoritas alterius contutoris, si sunt plures, aliàs defensoris, qui auctoritate judicis debet assignari rei distrahendæ. Et adde Didac. Perez. *ubi sup. in principio, & in fine glossæ.* Gutierr. *ubi sup.* ubi contra Azevedum hanc defendit.

SUMMARIUM.

1 *Venditio de re minoris facta tutori judici, & contutoris auctoritate valida est, etsi sit læsus minor; sed per in integrum restitutionem eis succurritur.*

2 *Minoribus*

2 *Minoribus læsis in alienationibus rerum suarum seu in contractibus ab ipsis solemnitatibus requisitis celebratis, conceditur restitutio scilicet in integrum post quadriennium, postquam vigesimum quintum annum expleverint.*

3 *Quadriennium adversus minorem incipit currere à die, quo minor implevit 25. annum. Adversus Ecclesiam à die contractus, seu læsionis.*

4 *Minoribus beneficium restitutionis competit adversus omnes contractus, & quamcumque sententiam, & actum judicialem, & adversus temporis lapsum, & omne in quo fuerint læsi intra tempus minoris ætatis.*

5 *Restitutio an competat minori adversus temporis lapsum, postquam est effectus major intra illud tempus, quod majori competebat, vel an per totum integrum quadriennium? & an detur ultrà tempus, quod fuerit læsi[illegible]s.*

6 *Minor, & Ecclesia, seu Respublica adver[illegible] præscriptionem decem annorum juris executivi an restituatur? Et à quo tempore sit quadriennium numerandum?*

7 *Minori an competat restitutio adversus temporis lapsum, quando incepit tempus currere adversus prædecessorem, & completum fuit in majori ætate minoris? & quid si supersit tantum tempus, quantum est quadriennium?*

8 *Minori non solum contra primum emptorem; sed etiam contra secundum datur in integrum restitutio. Si ignorans emerit in subsidium.*

9 *Quando minor fuit læsus in re, & non in pretio, ut si res erat majorum, adversus tertium ignoranter ementem datur in integrum restitutio. Item affectionis causa.*

10 *Restitutio conceditur minori non solum ex eo quòd fuit in venditione læsus; sed etiam ex eo quòd pretium rei venditæ perdidit. Et quomodò debeat formari libellus. Et quid si authoritate curatoris pretium traditum sit?*

11 *Minor læsus ultrà quadriennium non auditur, etsi per viam exceptionis opponat de læsione. Sententia, per quam post quadriennium conceditur restitutio, est nulla. Et an adversus lapsum quadriennii detur restitutio?*

12 *Temporalia ad agendum, quando sint perpetua ad excipiendum.*

13 *Lis restitutionis in integrum an intra quadriennium finiatur. Negativa sequitur.*

14 *Quadriennium non currit ignoranti, & præsumpta scientia sufficit, ut currere incipiat.*

15 *Restitutio ultra quadriennium datur, si læsio esset enormissima. Et refutatur opinio tenentium, hoc solum esse restringendum ad Ecclesiam: & idem est dicendum in republica, & civitate.*

16 *Restitutio in læsione enormi an concedatur minori, quando contractus est gratuitus, remissivè.*

17 *Restitutio ultra quadriennium ex partium consensu conceditur.*

18 *Item, quando durat vita, seu jurisdictio judicis, qui tulit sententiam.*

19 *Quadriennium adversus Ecclesiam non currit vivente prælato, qui alienavit.*

20 *Item in beneficialibus remissivè.*

21 *Quadriennium, minore mortuo in pupillari ætate, an incipiat currere à die aditæ hæreditatis, seu à morte minoris. Si minor jam major decesserit intra tempus petendæ restitutionis, quod fluxit ante aditam hæreditatem, an hæres possit petere restitutionem.*

22 *Privilegiatus succedens non privilegiato in conventionalibus, si actus est perfectus cum defuncto, an gaudeat suo privilegio; Et actus si sit perfectus, & tempus datum ad redimendum incepit currere in vita prædecessoris, ipsi que minori lapsum sit, an restituatur?*

23 *Minor adversus concordiam omissam an, & quando restituatur?*

24 *Minor ad impetrandam restitutionem in integrum duo debet probare. Primùm minorem ætatem, quæ est difficilis probationis: Et quo modo probetur, remissive. Et an teneatur probare se esse intra tempus quadriennii.*

25 *Item debet probare læsionem, & se esse læsum sui facilitate, aut adversarii dolo. Et idem procedit in Ecclesia.*

26 *Læsio plene probanda est, & an juramentum ad ipsam probandam detur in supplementum?*

27 *Læsio an requiratur, quòd adsit tempore contractus remissive.*

28 *Minor non restituitur adversus casum fortuitum.*

29 *Limita, si damnum à minore potuit provideri.*

30 *Item quando exponit se periculo, & lucrum consequi non potest.*

31 *Item, quando contractus habet tractum successivum.*

32 *Item, quando damnum esset magis verisimile quàm lucrum.*

33 *Item in restitutione gratiæ, quæ adversus casum fortuitum minori competit. Et quid si adsit tutor, & sit solvendo?*

34 *Læsio enormis an sit probanda, seu sufficiat moditæ læsionis probatio; & referuntur tres opiniones.*

35 *Quando actus est noxius solùm læsionem allegare sufficit, & quando contrahitur mutuum sub usuris.*

36 *Item, quando minor fide jussit.*

37 *Item, quando confessus fuerit debitum, de quo aliter non constabat, & de aliis casibus, remissive.*

38 *Minori, cui competit remedium ordinarium an extraordinarium competat?*

39 *Minor, cui competit remedium ordinarium,* l. 2. C. de rescind. vendit. *an competat extraordinarium?*

40 *Actio competens minori adversus procuratorem, an remedium restitutionis impediat?*

41 *Minoribus contra tutores, & curatores datur actio, & an minor teneatur cedere actionem, seu beneficium, restitutionis tutori. Et an minor electione unius remedii privetur alio?*

Et an denegetur restitutio minori, ex eo quòd habeat regressum contra tutorem.

42 *Remedium ordinarium nullitatis facit cessare extraordinarium restitutionis.*

43 *Minor potest agere rei vindicatione contra emptorem, & quoscumque possessores. Et an sit utilius minori non agere rei vendicationis remedio; sed nullitatis.*

44 *Minori res cum fructibus restituenda est, si titulus reducatur ad non titulum, & emens à minore sine solemnitatibus dicitur esse in mala fide: & quando veniant restituendi omnes fructus, & quando non.*

45 *Minori competit remedium possessorium reintegrandæ possessionis, nisi major factus ratum habuerit.*

46 *Explicatio* tit. C. si major factus ratum habuerit, *& quæ sit differentia inter ipsum*, & tit. C. si major factus alienationem ratam habuerit.

47 *Minor major factus, si expressè alienationem ratam habuit, à restitutionis beneficio repellitur, & referuntur quatuor ampliationes, & aliæ limitationes, remissive.*

48 *Item repellitur minor, quando tacitè alienationem approbavit per transcursum quadriennii.*

49 *Si impetraverit minor veniam ætatis à Principe, à quo tempore quadriennium incipiat currere.*

50 *Item repellitur minor à restitutione, quando contractum, per aliquem actum, per quem ratificatio indicitur, ratificaverit. Et an per fructuum perceptionem, seu dilationis petitionem contractus ratificetur? & traditur regula generalis ad cognoscendum, an actus sit ratificatus, aut non, & pro explicatione referuntur aliqua exempla.*

51 *Quando actus est nullus, quæ exceptiones objici possint adversus minorem de nullitate agentem. Et de interpretatione* tit. C. si major. fructus alienat. rat. hab.

52 *Minori de nullitate agenti adversus contractum objici potest ratificatio expressa.*

53 *Item ratificatio, quæ ipsa ex aliquo facto deprehenditur.*

54 *Item ratificatio tacita, quæ in contractibus onerosis inducitur per quinquennium, & in lucrativis per decennium inter præsentes, & vigennium inter absentes.*

55 *Ratio per solam facti rationem ante quinquennium an inducatur? & an solus transcursus quinquennii absque ullo actu inducat ratificationem.*

56 *Negativa refertur, & solutionem census non sufficere, ut ante quinquennium creditor excusetur, pretium in minoris utilitatem fuisse versum, probare; & quamvis non sit facta solutio per quinquennium, ipsius transcursum non sufficere, ut excusetur à dicta probatione, & non.* 58.

57 *Tenenda.*

59 *Possessio census nihil aliud est, quàm exactio, & dum non exigitur, non possidetur.*

60 *Minor exigens annuos redditus, an censeatur ratificasse contractus census: referuntur duæ opiniones, & concordantur favore distinctionis.*

61 *In contractu simulato, & pignoratitio non est locus dispositioni.* l. fin. C. si major factus alienat. rat. habuer.

62 *Item, quando minor ignoraverit qualitatem contractus. Scientia numquam præsumitur, & à quo sit probanda.*

63 *Item, quando contractus simul laborat vitio nullitatis, & læsionis; quia causa læsionis non præscribitur quinquennio.*

64 *Item, si in contractu interfuit dolus, ac metus.*

65 *An sufficiat, quòd adsit dolus præsumptus.*

66 *Si minor habet notitiam doli præteriti, declaratur quando contractus ratificatus dicatur.*

67 *Quando tutor rem pupilli proprio nomine alienavit, non est locus dispositioni* l. fin.

68 *Item, quando tutor, seu curator contraheret cum ipso minore.*

69 *Item, quando minor intra quinquennium in contractibus onerosis, & in lucrativis intra decennium fecit protestationem.*

70 *Dispositum* in dict. l. fin. *solum habet locum, quando contractus est nullus ex defectu decreti.*

71 *Contrarium scilicet habere locum, etsi ex cujusque solemnitatis defectu sit nullus.*

72 *De jure canonico, an sit locus dispositioni* dict. l. fin. *& affirmativa sequitur.*

73 *Differentia, quæ versatur inter ratificationem tacitam, & expressam, quando ratificatio retrotrahitur ad tempus contractus, & quando non.*

74 *Minori repetenti rem uno ex relatis modis, potest opponi exceptio melioramentorum.*

75 *Minor, si pretium in ejus utilitatem versum est, an teneatur illud cum interesse restituere, si restitutionem rei cum fructibus petat: & an idem procedat in Ecclesia rem repetente.*

76 *Minor pretium, & interesse an in principio, aut litis fine teneatur restituere?*

77 *Minor factus, quando teneatur probare, pretium non fuisse versum in suam utilitatem; quando vero non.*

78 *Versio in utilitatem minoris, Ecclesiæ seu civitatis, quomodo probetur, remissive.*

79 *Quæ solemnitates requirantur in venditionibus rerum fiscalium, seu ipsius debitorum.*

80 *Si novus licitator post additionem factam in publica subhastatione veniet, & plus offerat, utrum debeat admitti.*

81 *Ex venditione, seu permutatione per restitutionem in integrum rescissa an gabella debeatur.*

ADDIT. GLOSS. XII.

AD Glos. 12. Nota venditionem factam tutori de re minoris cum decreto judicis, & consensu alterius contutoris, etsi minori damnosa fit, validam esse; sed per in integrum restitutionem rescindi posse, si à minore intra vigesimum nonum ætatis suæ annum petatur. & Adde Joann. Gutierr. *in tract. de tutel. 2. part. cap. 15. n. 16.* ubi contra Azeved. *in l. 23. tit. 11. lib. 5. recomp. num. 5.* venditionem validam esse defendit ex lege nostra *hic*, licet non fuerit minori utilis. 1

Nota secundò ex *text.* minoribus læsis in alienationibus rerum suarum, etsi solemnitates omnes in eis intervenerint, competere in integrum restitutionem post quadriennium quam vigesimum quintum annum excesserint. Adde, *l. 1. tit. 11. lib. 5. recomp. l. fin. C. de tempor. in integr. restitut. l. 2. 3. & ultim. C. si tutor, vel curator interveneri, l. si res pupillares. 51. ff. de minor. l. fin. C. si adversus vendit.* Glos. *2. l. 2. tit. 19. part. 6.* & Glos. *ibique* Addit. Et idem procedit in Ecclesia *ex text. in c. 2. de in integr. rest.* Alexand. Trentacinq. *variar. resol. lib. 2. de restitut. in integr. resolut. 4. num. 1.* ubi ampliat in Ecclesia, & in minore. Odd. *de restitut. in integr. 1. part. quæst. 19. articul. 4. num. 38.* ubi plures juris Cæsarei professores refert, *in num. 39. vers. 4.* plures ex Canonistis pro ea numerat asserentes, de jure canonico habere locum, & esse magis communem. Afflict. *decis. 157. & de const. lib. 2. rubric. 38. num. 31.* Pereir. *de emption. & vendit. cap. 13. num. 33.* Morl. *in empor. utr. jur. tit. de in integrum restitut. quæst. 5. num. 11. quæst. 3. num. 8.* Menoch. *de recuperan. possess. remed. 15.* 2

remed. 15. *n.* 114. Thesaur. *quæst. forens. lib.* 4. *quæst.* 75. *n.* 9. Bernard. Diaz, *regul.* 653. Gutierr. *practic. quæst. lib.* 3. *quæst.* 33. *numer.* 6. Covarr. *variar. resolut. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 13. Pinell. *in l.* 2. *C. de rescind. vendit.* 2. *part. capit.* 1. *n.* 26. & ibi Padill. *n.* 47. Anton. Gomez. 2. *tom. variar. cap.* 2. *numer.* 22. *circ. fin. vers. item adde.* Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib.* 4. *tit.* 6. *num.* 45. Matienz. *in dict. l.* 1. *glos.* 10. *n.* 1. Surd. *decis.* 136. *n.* 2. ubi inter Ecclesiam, & minorem nullam esse differentiam tradit, Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 601. *num.* 26. ubi in Ecclesia loquitur, quam post quadriennium non admitti tradit Trentac. *variar. resolut. tit. de minor. lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 219. Ceval. *commun. contr. commun. quæst.* 536. *n.* 15. Azeved. *in dict. lib.* 1. *num.* 28.

3 Et hoc quadriennium adversus minorem incipit currere à die, quo minor implevit vigesimum quintum annum, *ex text. in dict. l. fin. C. de tempor. in integr. restitut.* Trentacinq. *ubi sup. num.* 9. Cancer. *in dict. num.* 19. Sfor. Odd. *artic.* 7. *n.* 73. *ubi sup.* Giurb. *decis.* 106. *num.* 5. adversus Ecclesiam verò, & Civitatem incipit currere à die contractus, seu læsionis. Glos. *in l. reipubl. & ibi DD. C. quib. ex caus. major.* Alexand. Trentacinq. Cancer. Sforc. Odd. *ubi suprà.* Et hoc limitatur in casibus, de quibus *infrà.*

4 Amplia 1. dictum restitutionis beneficium competere minori adversus omnes contractus, & quamcunque sententiam, & actum judicialem, & adversus temporis lapsum, & omne, in quo fuerit læsus intra tempus minoris ætatis, *l.* 1. *tit.* 19. *part.* 6. *l.* 16 *tit.* 11. *part.* 3. & vide utrobique Addit. & est ratio, quia quidquid gestum cum minore est, restitutionis beneficio rescinditur, *l. ait. prætor. in principio, & ibi* Cujatius, *& l.* 3. §. *verum, ff. de minor.* Alciat. *in l. Labeo, & in l. licet, ff. de verbor. signific.* Morl. *in empor. utr. jur. tit. de restit. in integr. quæst.* 1. *numer.* 14. *& in quæst.* 3. *num.* 11. Cancer. *variar. resolut. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 220. ubi ait concedi minori restitutionem, sive læsus sit ex contractu, vel quasi, vel sententia, vel actu judiciario, sive ex cursu, vel lapsu temporis maximi, vel modici. Mie. Fer. 3. *part. observat. cap.* 477. & 478. Anton. Gomez. *variar.* 2. *tom. cap.* 14. *n.* 3. Giurb. *decis.* 106. *num.* 1. ubi adversus sententiam in integrum restitutionem competere minori, latè comprobat. Gutierr. *practic. quæst. lib.* 3. *quæst.* 32. *per totam.* ubi agit de quæstione, an minor, qui ob non responsionem oppositionibus habetur pro confesso, restituatur. Et affirmativè concludit: & etiam adversus lapsum termini, & adversus probationem omissam restitui tradit, & ampliat in causis summariis, & brevioribus. Et hanc quæstio-

5 nem iterum tetigit in *quæst.* 33. Surd. *dec.* 136. † ubi agit de quæstionibus, an minori competat restitutio adversus lapsum temporis, intra illud tempus, quo majori competebat? vel an postquam est effectus major? vel an per totum quadriennium; ut pura adversus lapsum quinque dierum datorum ad appellandum, minori competa, post quam vigesimum quintum annum implevit infra quinque dies? vel an per totum quadriennium? ubi per totum competere ait contra Odd. *de in integr. rest. part.* 1. *quæst.* 19. *num.* 39. qui postquam hanc fundasset, contrariam sequitur, *in vers. casum quod fuit læsus in quatuor diebus*, & assignat rationem, nam minori non imputatur negligentiæ, si statim non petit restitutionem, cum statim non possit omnium reminisci, & hæc opinio corroboratur *ex text. in l.* 8. *tit.* 19. *part.* 6. ibi. *E tal demanda como esta puede hazer el menor en todo el tiempo hasta que sea de edad cumplida de viente, y cinco annos, é aun é quatro annos despues desto.* Et vide Addit. *ad* Glos. 5. ibi, *& ad glos. l.* 1. *tit.* 15. ubi Gregor. Lopez. hanc sequitur, & comprobatur, *ex text. in Clement.* 1. *de restitut. in integ.* ibi, *ab Ecclesia adversus lapsum temporis, in quo se læsam affirmat, in integrum restitutio peti potest, & causa restitutionis hujusmodi finiri debet infra quadriennium continuum à tempore læsionis, etiamsi minus quadriennio tempus læsionis existat. Sed non fiet restitutio nisi ad tantum tempus, quantum se læsum fore probavit.* Et Glos. *in verb. si minor*, ait, quod tempus ad petendam restitutionem semper est quadriennii, tempus verò, ad quod datur, non datur amplius, quam fuerit tempus læsionis. Affict. *decis.* 175. & Cap. Tolos. 178. *n.* 4. *lib.* 2. *tit. de restit. in integ. resolut.* 4. *num.* 10. Ceval. *commun. contra commun. quæst.* 346. & ab hac opinione non videtur discedere Sfor. Odd. *in num.* 41. *ubi sup.* Azeved. *in l.* 6. *tit.* 15. *lib.* 4. *novæ recomp. n.* 18. ubi in omni actu cujuscunque qualitatis, & naturæ posse minorem 6
restitui, tradit: † & etiam adversus præscriptionem decem annorum juris executivi posse Ecclesiam, & Rempublicam restitui, & esse quadriennium numerandum à die lapsi temporis decem annorum: minorem vero, si contra prædecessorem 7
incepit præscriptio, usque ad impletum vigesimum quintum annum restitui; si vero contra prædecessorem nulla curreret præscriptio, incipere currere decem annos à die lapsi temporis viginti, & quinque annorum: in primo casu intra quadriennium post viginti annos posse restitui. Bart. & Bald. *in leg. fin. C. de tempor. in integr. restitut. & in l. quod tempore, C. de restitut. milit. per text. ibi.* & Jacob. Bart. & Jas. *in §. rursus, inst. de action.* Alexan. Trentacinq. *ubi sup. n.* 19. ubi prædictos & alios pro hac conclusione refert; & pro contraria, scilicet adversus præscriptionem in minori ætate ceptam, completam in majori, non dari minoribus restitutionem, *refert. text. in l. ab hostibus, §. sed quod simpliciter, ff. ex quib. caus.* Placentin. Petr. Cyn. Raph. & Paul. de Castr. Azon. & Fabr. Et pro concordia plures casus distinguit, & demum cum hac opinione remanet, cui videtur assentire Azeved. & Odd. *per totum dictum artic.* 4. Sed à prima non est recedendum, & de jure Regio, hæc quæstio est decisa, *per text. in l. pen. tit. fin. part.* 9. ubi circa hanc præscriptionem adversus minorem. Vide Addit. Glos. 3. *& 4. & ad l. tit.* 25. *part.* 3.

Amplia 2. non solum contra primum emptorem, sed etiam contra secundum, si scivit rem 8
minoris esse, si vero ignoraverit in subsidium, *l. in causæ.* 14. §. *interdum, &* §. *Pomponius, ff. de minor. l. si ex causa.* 6. *eod. tit. l.* 2. *C. de prædiis minor. l.* 1. *C. si adversus vendit. pignor.* Bald. & Alber. *in dict. l. in causæ. §. fin.* Alexandr. *consil.* 67. *num.* 7. *lib.* 5. Fabian. de Mont. *in tract. de empt. & vendit. quæst.* 4. *n.* 32. Roderic. Suarez, *allegat.* 21. *num.* 7. Rebuff. *in tit. de rest. in integ. in princip. num.* 83. Sfor. Odd. *in dict. tract. quæst.* 31. *artic.* 17. *part.* 1. *à n.* 85. Anton. Gomez. 2. *tom. variar. cap.* 2. *n.* 41. *& cap.* 14. *num.* 7. Cavalcan. *de tutor. & curator. n.* 123. *&* 151. Covarr. *lib.* 2. *variar. cap.* 5. *à n.* 10. Acost. *in repet.* §. *& quid si tantum à n.* 49. Mod. *in empor. utriusque jur. tit. de in integr. rest. q.* 2. *per tot.* Pereir. *in l. curatorem super verb. implorare in integr. restit. n.* 15. *C. de in integr. rest.* Quando minor 9
fuit læsus non in pretio: sed in rei venditione, licet

rem minoris fuisse ignoraverit, adversus eum restitui Anton. Gomez. *in dict. n. 7.* Mord. *n. 4.* Sfor. Odd. *n. 87.* Fabian. de Mont. & Caval. & præter relatos DD. *ubi sup.* Adde Glos. Bal. Salyc. *in l. si quis, de præd. minor.* Gozad. *cons. 44. n. 14.* Socin. *consil. 57. num. 47. lib. 4.* Cald. *ad typ. emp. & vendit. cap. 13. num. 35.* Tiraquel. *de retract. in præfat. num. 34.* ubi *extaxt. in l. si emptionem, ff. de minor.* ait minorem, qui aliàs non erat restituendus, restitui adversus addictionem ab alio factam in ea re, quæ majorum erat, & *infra*, majorem enormiter læsum censeri ex alienatione domus, quæ fuit suorum majorum. Cald. *in dict. tract. de empt. & vend. cap. 8. n. 52.* ubi tradit, minorem illæsum restitui adversus alienationem bonorum majorum, & refert Roland. & alios. Menoch. *de præsump. lib. 3. præsiemp. 83. per totum*, ubi quòd causa interesse provenientis ex affectione, minori conceditur restitutio, & *in num. 4.* censeri enormiter læsum venditione rei majorum. Item quando res pervenit ad tertium titulo lucrativo Cald. & Ant. Gom. *ubi sup.*

10 Amplia 3. non solum minori competere ex eo, quòd in venditione fuit læsus; sed etiam ex eo, quòd pretium rei venditæ perdidit, seu malè consumpsit, etsi ad alienationem decretum intervenerit, ex eo quòd non extenditur ad solutionem pretii; sed alio decreto opus est, ut rectè solutio fiat. Bart. Bald. *in dict. l. si quidem.* Bart. *in leg. 1. C. si adversus vend. & in leg. si sine interposito, ff. de admin. tutor.* Sforc. Odd. *in tract. de in integr. rest. quæst. 57. art. 4. n. 37.* ubi tradit, ad obtinendam non debere innorem pro causa restitutionis pretium amisisse allegare; sed ipsi vendere non expediisse, & postea cum de refundendo pretio emptori agitur, tunc deberi peti restitutionem in integrum adversus solutionem pretii sibi male factam. Simoncel. *in tit. de decret. lib. 3. inspect. 1. n. 11. vers. tertius.* Menchac. *controv. usufr. c. 66. n. 3.* ubi dicit communem Felic. *de cens. 2. tom. lib. 2. cap. 3. n. 2. vers. tertio, & n. 3. & 4.* Roder. *de ann. redit. lib. 2. cap. 15. n. 83.* Lud. Cens. *eodem tract. part. 2. cap. 2. quæst. 2. art. 5. n. 10. & 15.* Pinellus autem *in l. 2. part. 3. n. 28. C. de rescind. vendit.* & Cald. *de empt. & vendit. cap. 17. n. 39.* & plures *infra* in Add. ad Glos. *l. l. 4. tit. 14. infrà hac part.* relati tenent sufficere, quòd curatori solvatur absque decreto judicis. De hac quæstione latè egimus in Add. ad dictam Glos. & pro nunc tene, restitutionem non impediri ex eo, quòd tutore auctore solutio minori facta fuit; sed judicis decretum requiri, & quòd læsio in solutione non interveniat, videlicet quòd non sit in minuta quantitate, qualitate, causa, loco, & tempore, vel ex alia causa simili, nam hoc casu liberatio irrevocabilis oritur, quando non intervenit læsio in solutione, & solutio cum decreto judicis, & tutoris auctoritate facta est; nam minoribus interest quòd ipsis denegetur restitutio, ut latè in dicta Glos. probabimus.

11 Amplia 4. (alia via) dictam regulam, minorem læsum, si hoc remedio utatur, ultra quadriennium non esse audiendum, etsi per viam exceptionis opponat. Anchar. *in clem. 1. de rest. in integr. num. 1.* ubi etiam tradit sententiam, per quam post quadriennium conceditur restitutio, esse nullam. Bald. *in l. fin. C. de tempor. in integr.* Dyn. *in §. ruris. Instit. de act.* Bernard. Diaz, *regul. 653.* Sforc. Odd. *in tract. de in integr. rest. part. 1. quæst. 19. art. 5. num. 50.* Alexan. Trentacinq. *variar. resolut. lib. 2. de rest. in integr. resol. 4. n. 13.* Capell. Tholos. *decis. 239.* Matien. *in l. 1. tit. 11. glos. 10. n. 8. lib. 5. recomp.* Joann. Gutierr. *pract. quæst. 143.* finito autem quadriennio restitutionis postulatio adversus ipsum admittenda non est. Greg. Lop. *ubi sup.* vide Addit. & Morlam. *in tit. de in integr. in præmiss. n. 14. vers. minus.* Ant. Gom. 2. *tom. variar. cap. 14. n. 7.* Giurb. *n. 13.* Lara, *n. 87. ubi sup.* quia esset in infinitum procedere. Nec obstat. *l. pure, §. fin. ff. de dol. mal. & met. except.* ubi probatur, quòd temporalia ad agendum sunt perpetua ad excipiendum; quia procedit, quando non est in potestate rei agere; alias sunt temporales. Pereir. & Joann. Matienz. & Joann. Gutierr. *ubi sup.* & præter relatos *sup.* hanc ampliationem comprobant Tusch. *pract. conclus. litter. R. conclus. 247. n. 88.* Giurb. *decis. 106. n. 2.* & alii ab ipsis relati. † Et in tantum 12
hanc ampliationem procedere Sfor. Odd. *num. 52. & 53. ubi sup.* ait, quòd ex Cardin. defendat post quadriennium sententiam latam esse nullam, & quòd lis restitutionis intra quadriennium debeat finiri, *in articul. ultim., à num. 95. dict. quæst.* latè agit, & plures pro ea. Et sententiam esse nullam, etiam præter eos ab ipso relatos, tenent Alex. Trentacinq. & Bernard. Diaz, & Salzed. in Addit. ad eum. *ubi sup.* Sed in hoc contraria sententia tam in tribunali Ecclesiastico, quàm seculari recepta est, scilicet sufficere intra quadriennium litem contestare, sive probetur impedimentum, sive non, & de jure repio probatur *ex l. 8. tit. 19. p. 6. & vide ibi*, ad Addit. Glos. 5. & in Francia ita practicari, tradit Rebuff. *2. tom. const. tit. de rest. in integr. art. 2. glos. 1. n. 4.* Maur. *de in integr. rest. cap. 41.* Morl. *in empor. utriusque jur. de in integr. rest. in præmiss. num. 16.* Giurb. *num. 8.* ubi assignat rationem. Et ita venit prædicto modo limitanda dicta ampliatio.

Limita 2. prædictum quadriennium non currere 14
probabiliter ignoranti, vide Addit. ad Glos. 7. *l. 9. tit. 19. part. 6.* ubi noster Gregor. Lopez. hanc tetigit quæstionem, & Pereir. *in repet. l. si curatorem, verb. infra. legitimum, num. 3.* Bernard. Diaz. *regul. 653. vers. sexto fallit*, Gratian. *lib. 2. respons. 143. num. 5.* Tiraquel. *de retract. lignag. §. 35. n. 21.* Benintend. *decis. 69.* Alexand. Trentacinq. *variar. resol. lib. 2. de rest. in integr. resolut. 1. num. 5.* ubi plures cumulat, & *resol. 4. num. 17.* Cancer. *variar. resol. lib. 2. cap. 1. num. 219.* Lara. *de vita homin. cap. 25. n. 83. & 88.* Ceval. *com. contr. com. quæst. 48. num. 14* ubi alios laudat. Giurb. *decis. 106. n. 10.* ubi supinam, & crassam ignorantiam non sufficere ad retardandum quadriennium, tradit, & præsumptam scientiam sufficere, ubi plures adducit.

Limita 3. si læsio esset enormissima, scilicet ultra 15
dimidiam, nam tunc ultra quadriennium datur restitutio, vide Addit. ad Glos. 5. *l. 8. tit. 19. part. 6.* & ad Glos. 7. *& 8. l. fin. ejusdem tit.* & Bernard. Diaz, *in regul. 653. in vers. octavo, & in vers. decimo.* Matienz. *in dict. l. 1. tit. 11. glos. 8. num. 49. & in dialog. relator. 3. part. cap. 20. num.* Cost. *in l. Gallus, §. & quid si tantum. n. 80. ff. de liber. & posthum.* Minsinger. *cent. 1. observat. 51. num. 7.* Turzan. *comm. opin. 109.* Montalv. *in l. 1. verb. restit. titul. 25. part. 3.* Covarr. *variar. resolut. lib. 1. cap. 3. n. 10.* Anton. Gom. *variar. resolut. tom. 2. cap. 14. n. 20.* Sforc. Odd. *de rest. in integr. 1. part. quæst. 19. art. 7. n. 5. vers. in contrarium.* Hieron. Gonzal. *in regul. Cancellar. 8. glos. 21. num. 28.* ubi idem esse ait,

ait, si constaret de dolo ex proposito. Padill. *in leg. 2. n. 48. C. de rescind. vend.* Mexias *in pragm. tax. pan. concl. 1. n. 2.* Joann. Garc. *de expens. cap. 18. num. 36.* Rot. *divers. decis. 446. part.* Mar. Giurb. *decis. 106. num. 12.* Steph. Gratian. *discept. for. 1. tom. 346. n. 20.* Morla *in empor. utriusque jur. tit. de in integr. rest. in præmiss. num. 16. vers. sed restat videre.* Covarr. *lib. 1. variar. resolut. cap. 3. num. 13.* Felician. de Sol. *de censib. lib. 2. cap. 1. n. 40.* Parlad. *lib. 2. rer. quotid. cap. fin. part. 5. §. 16. num. 14.* Gomez. de Leon. *in centur. inform. cap. 96.* Gutierr. *de juram. confirmat. 1. part. cap. 26. n. 7. in fin. & lib. 1. pract. quæst. 115. num. 33.* Azeved. *in l. 1. tit. 11. lib. 5. recomp. n. 52.*

Quidam enim tenent, prædictam limitationem solùm esse restringendam ad Ecclesiam, ut Sfor. Odd. *in quæst. 19. de rest. in integr. artic. 7. n. 37.* ubi assignat rationem, quia *cap. 1. de rest. in integr.* loquitur solùm in Ecclesia, & quia quadriennium currit minori, postquàm est effectus major, & ita videri compensandam negligentiam ipsius læsi jam major facti, cum dolo præsumpto adversarii, & eam sequitur Cancer. *lib. 2. variar. cap. 1. n. 220. vers. illud*, Bernard. Diaz, *ubi sup.* & Salzed. *in addit. ad eum in regul. 219.* Sed de hac quæstione optimè egit Gregor. Lopez. *in d. glos. 5.* & primam æquam appellat, & assignat rationem, & probari expressè videtur *ex l. fin. tit. 19. part. 6.* ibi, *è porende fue establecido antiguamente, que tales bienes, ajan aquel privilegio, è aquella mejoria, que han las cosas de los menores de veynte y cinco annos. Onde los que an en poder de mandar las cosas sobredichas, &c.* si perpendas verba illa, *onde los que an poder*, idem videntur denotare, ac si dixisset, unde sicut licitum est minori ejusque curatori petere per quadriennium restitutionem adversus læsionem ipsis factam in rebus ratione temporis, doli, aut negligentiæ alterius, & læsio si est enormissima, per triginta; ita, & Ecclesiæ, cum jure minoris utatur, & de hac quæstione vide ibi latè tradita, ubi idem esse dicendum in republica traditur, & ferè omnes ex relatis DD. tenent. Et quæ dicatur enormissima læsio vide Addit. *infra*, ad Glos. 11. & 12. *l. 56. num. 2.*

16 Limita 4. in læsione enormi, quando contractus est gratuitus, vide Addit. ad dict. Glos. 11. & 12. *l. 56. infra hoc tit.* ubi aliæ limitationes referuntur.

17 Limita 5. quando partium consensu quadriennium fuerit prorogatum, ut ex Alex. Ruin. & Roman. tradit. Salzed. ad Bernard. Diaz, *regul. 653. vers. & ultra decem.* Alexand. Trent. *variar. resol. lib. 2. tit. de rest. in integr. resolut. 4. n. 15.*

18 Limita 6. quamdiu durat vita, seu jurisdictio judicis, qui tulit sententiam, contra quam est petenda restitutio; quia propter verisimilem timorem non currit quadriennium. Bernard. Diaz, *in dicta regul. vers. secundo limit.* & Alex. Trent. *ubi sup. num. 6.* limitat in eo, qui judicem adire non potuit, & qui vivente illo, cujus timore Ecclesia non audebat petere in integrum restitutionem adversus ejus sententiam; & generaliter concludit quadriennium impedito judicis facto, vel adversarii non currere.

19 Limita 7. vivente prælato, qui alienavit, non currere quadriennium. Gloss. *in c. 1. de restit. in integ. verb. causa, & ibi*, Felin. Balb. *in tract. de præscript. in 5. part. princip. in 1. quæst. numer. 4.* Roman. *in consil. 407.* Rebuff. *in tract. de alien. rei Eccles. num. 38.* Rodoan. *eod. tract. quæst. 79. cap. 3.* Bernard. Diaz, *ubi sup. vers. 3. fallit.* Masc. *de probat. concl. 225. num. 12.* Trentacinq. *variar. resol. lib. 2. tit. de in integr. rest. resol. 4. n. 5.* Balb. *decis. 25. & 91. n. 3.* Ricc. *prax. for. Eccles. tit. de alien. rer. Eccles. decis. 32.* Lara, *de vita homin. cap. 25. num. 85.*

Limita 8. in beneficialibus ex Trentacinq. *ubi sup.* vide *infra* tradita in Glos. 4. l. 56. 20

† Sed est pul- 21
chrum dubium, si contingat minorem læsum mortuum fuisse in pupillari ætate, quadriennium an incipiat currere à die aditæ hæreditatis, seu à morte minoris? Ægid. Bellamer. *in decis. 653.* asserit currere quadriennium à die aditæ hæreditatis, & eum sequitur Alex. Trentac. *variar. resol. lib. 2. tit. de in integrum rest. resolut. 4. n. 18.* Sforc. Odd. *dict. tit. 1. part. quæst. 20. art. 9. per totum & 10.* ubi latè de hac quæstione agit. & Lara, *de vit. hom. cap. 25. n. 79.* vide Petr. Ferrar. *in prax. Papin. tit. 41. glos. 14. n. 10. in nova impres. & in veter. tit. form. libell. sup. petit. hæred. glos. eundemque*, ubi tradit hæredem minoris, qui non fuit negligens, si minor jam major decessit, infra tempus petendæ restitutionis, quod fluxit ante aditam hæreditatem, posse petere in integrum restitutionem; & *in num. 11. & 12.* discutit, si major succedat minori, vel minor majori, vel privilegiatus non privilegiato, an ipse successor possit uti suo privilegio, vel ipsius defuncti, & se remittit ad Dyn. *in cap. 15. si qui in jus, de regul. jur. in 6.*

† Sed quantum ad nostræ quæstionis mate- 22
riam dic, quòd in conventionalibus, si actus est perfectus, & consummatus cum defuncto, privilegiatus succedens non utitur ejus privilegio, *l. Æmilius. ff. de minor. & ibi*, Bart. *n. 5.* Alber. *num. 2.* Bald. *n. 8.* Glos. *in l. ultim. in fin. C. ex quibus caus. major. in integr. non restitut.* & ibi Alber. *num. 2.* Maur. *de rest. in integr. cap. 95. in fin.* Balb. *de præscr. part. 6. princip. n. 30.* Roland. *cons. 10. n. 14. vers. ad secundum, num. 2.* Natta, *cons. 492. n. 2.* Beroius *consil. 122. n. 4. lib. 3.* Sfor. Odd. *de rest. in integr. quæst. 86. art. 3. num. 46. part. 2.* Carroc. *de remed. exception. 22. quæst. 4. n. 18.* quando vero actus est perfectus, & consummatus cum prædecessore, & tamen inest pactio de redimendo intra certum tempus, quod in vita prædecessoris incepit currere, & ipsi minori lapsum restituitur. Maur. *de rest. in integ. cap. 95.* Roland. & relati DD. *ubi sup.* sed hoc procedit ex capite minoris ætatis; secus autem ex clausula, si qua mihi justa causa Bart. *in dict. l. Æmilius num. 5.* Maur. *in dict. tract. cap. 101. & cap. 199.* Sfor. Odd. *eodem tract. quæst. 86. art. 3. n. 32. & n. 39.* ampliat, & limitat. Et *in num. 51.* ex capite justi impedimenti dari tradit. Menchac. *de succes. creat. §. 10. n. 43. & 166.* Morl. *in empor. utriusque jur. tit. de in integr. rest. quæst. 5. n. 16.* Anton. Gomez. *2. tom. cap. de empt. & vendit. n. 27.* Grammat. *decis. 52. n. 5.* Franc. Marc. *dec. 514. n. 4.* Vincent. Carroc. *n. 19. ubi supra.* Vide de his quæst. latè in Addit. ad Glos. 1. *l. tit. 6. 39. part. 6.*

Item an adversus concordiam omissam minor 23
restituatur, ut si quis cum minore volens litigare, in concursu amicorum contentus fuisset recipere certam quantitatem, ut puta pro centum quinquaginta, & minor concordiam recusaret; si cum litigaretur per sententiam alter condemnatus esset ad integra centum, an adversus dictam concordiam restituatur? & Bald. *in leg. 2. C. de rescin. vendit.* & Glos. Bald. & Bart. *in leg. ex causa §. non videndum, ff. de minor.* minori competere dictum beneficium tradunt. Et idem notat Felinus *in cap. fin. in fine, de probat.* Franciscus,

Cremens. *singul.* 29. & Roman. *singular.* 403. Boër. *decis.* 36. & Jacob. Cancer. *variar. resolut. lib.* 3. *c.* 1. *n.* 235. & 236. ubi ex Bart. consilium dedit advocatis, qui habent adversarios minores, & Ecclesias, & similes, qui jure minoris singuntur, ut consulant partibus, quòd caveant ab iltis tractatibus: & advocatis minorum, quòd consilium impertiant partibus suis, ut curent facere similes concordias ante sententias. Sforc. Odd. *de restit. in integr. part.* 2. *quæst.* 56. *n.* 27. & *in* 28. limitat quando dolosè omiserit facere concordiam, atque ita esse arbitrio Judicis relinquendum, an imprudenter, aut dolosè fecerit.

24 Minor ad restitutionem in integrum obtinendam duo debet probare; primum minorem ætatem. Bart. *in l. de ætate, num.* 11. *& sequent. ff. de minor.* Glos. Bart. Salyc. Paul. Jas. & Alexandr. *in l. si minorem, C. de in integrum. restitut.* Paul. Castrens. *consil.* 439. *num.* 2. *volum.* 1. Bald. *cons.* 148. *n.* 14. *volum.* 1. *& cons.* 1. *num.* 4. *& cons.* 2. *num.* 2. *vol.* 4. Jas. *in l. nam, & postea,* §. *si minor. num.* 5. *de jur. jurand.* Cels. Hug. *cons.* 101. Dec. *cons.* 89. *n.* 10. Corn. *cons.* 135. *n.* 7. *lib.* 2. Ruin. *cons.* 119. *num.* 13. *lib.* 5. Mascard. *de probat. conclus.* 677. *num.* 1. ubi per totum latè agit de quæstione, an ab eo, qui eam allegat pro fundamento suæ intentionis, probari debeat. Alexandr. Trentacinq. *variar. resolut. lib.* 1. *tit. de minorib. resolut.* 2. *n.* 1. Morl. *in empor. utriusque jur. tit. de in integr. restit. quæst.* 10. *n.* 3. ubi contrariæ satisfacit, *& in præmiss. n.* 7. Cancer. *variar. resolut. lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 222. Farinac. *decis.* 102. *n.* 3. *in fin. lib.* 2. *decis. crimin.* & hoc relati DD. tenent, sive allegetur minor ætas agendo, sive excipiendo. Ætas enim est difficilis probationis. Bart. *in l. de ætate, ff. de minorib.* Jacob. Menocht & alii, quos refert, & sequitur Stephhan. Gratian. *discept. forens.* 2. *tom. cap.* 313. *n.* 25. Alexandr. Trentacinq. *ubi sup. n.* 3. ubi ideo admitti prabationes per indicia, & alias personas, quæ alias de jure non admitterentur, & quibus modis probetur, ex professo agunt Mascard. *ubi supra cum aliis, conclus. sequentib.* Sfor. Odd. *de in integrum. restitut. part.* 1. *quæst.* 37. *per totam.* Barz. *decis.* 75. Alexand. Trentacinq. *variar. resolut. lib.* 2. *tit. de minor. resol.* 2. *à n.* 4. *usque ad* 17. Camill. Portel. *in summ. decis. tom.* 2. *tit.* 2. *à n.* 128. *usque ad num.* 136. Tusch. *practic. conclus. litter. E. conclus.* 340. *usque ad conclus.* 346. & novissimè Lara, *de vit. homin. cap.* 26. per totum, qui alios referunt, & non latè suo loco.

Non tamen tenebitur minor probata minore ætate, probare se esse intra tempora in integrum restitutionis petendæ, ut contra alios referens plures tradit Alexand. Trentacinq. *num.* 24. *ubi sup.* Jacob. Cancer. *variar. resolut. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 225. Morl. *ubi sup.*

25 Secundum debet probare, esse læsum suâ facilitate, aut dolo adversarii, *l. verum §. sciendum, ff. de minor. l. minoribus, C. de in integrum restitut. l. nam, & postea,* §. *si minor.* & ibi, DD. *ff. de jur. jurand.* Alexand. Bald. Bart. Paul. de Castr. *in l. non videtur. C. de in integrum. restitut.* Sforc. Odd. *in tractat. de in integr. restitut. part.* 1. *quæst.* 4. *artic.* 2. *num.* 26. ubi alios laudat. Jacob. Cancer. *in dict. cap.* 1. *n.* 122. Pereir. *in l. si curatorem habens, in definition. in verb. vel aduersarii dolo,* quæ non solum in minore; sed in Ecclesia locum obtinere tradit. Menoch. *lib.* 3. *præsumpt. præsumpt.* 82. *num.* 14. ubi alios laudat. Mascard. *de probat. conclus.* 963. *n.* 2. Maur. *de restitut. in integr. cap.* 278. *n.* 7. Sforc. Odd. *eodem tractat. artic.* 1. *quæst.* 36. *n.* 10. ubi pro regula tradit, & ampliat, & limitat. Morl. *in empor. utr. jur. tit. de in integ. restit. in præmiss. n.* 7. ubi latè comprobat, non sufficere allegare aliquem minorem esse, nisi læsum, & circumscriptum se doceat, & pro comprobatione facit, *l.* 2. *& 6. tit.* 19. *part.* 6. Ubi vide Addit. ex quibus nota, quòd in libello narrari debet, quòd est minor. seu fuit; & læsus sua facilitate, aut adversarii dolo; si vero narraretur simpliciter esse læsum, libellus erit ineptus, ut docet Card. Pereir. & Trentacinq. *n.* 27. *ubi sup.* Et vide Addit. *sup. ad l.* 4. *tit.* 15, *part.* 3. & Addit. ad Glos. *leg.* 56. *infra hoc tit.*

Sed dubitatur primò, an sufficiat læsionem se- 26
miplene probare, an vero plene probanda sit? cui quæstioni respondetur distinguendo, aut actus ex sui natura non est noxius, aut est noxius: in primo casu tenendum est, læsionem plene esse probandum, *l.* 4. *tit.* 14. *part.* 3. ubi vide Addit. Innocent. & Abb. *in cap. tum ex litteris, de restitut. in integr.* Mascard. *de probat. conclus.* 963. *num.* 16. Sforc. Odd. *ubi sup. artic.* 10. *n.* 65. ubi pro regula tradit, debere plene probari, & limitat sex modis. Rot. Roman. *decis.* 2. *in nov.* Petr. Beninten. *decis. Bonon.* 85. Cancer. *decis.* 156. Gamm. *decis.* 162. *n.* 2. Morl. *in empor. utr. jur. in præmiss. n.* 7. *vers. nihilominus,* Alexand. Trentacinq. *variar. resolut. lib.* 1. *tit. de minorib. resolut.* 3. *per totam,* Pinell. *in dict. l.* 2. *part.* 3. *cap.* 1. Anton. Menes. *in l. si emancipata, n.* 3. *ff. de jur. & fact. ignor.* Lara, *de vit. homin. cap.* 25. *n.* 17. Vide Cald. Pereir. *in l. si curatorem in verb. vel adversarii dolo, ff. de in integr. n.* 8. ubi in suplementum probationis juramentum deferri minori, tradit, nisi præsumptio excludens læsionem adsit.

An verò sufficiat, ut minor restituatur, læsio- 27
nem non adfuisse tempore contractus, sed ex post facto? vide tradita *infra* in Glos. *l.* 56. *num. hoc tit.*

† Si verò casu fortuito læsio contingat, an minori 28
dictum beneficium competat, dubitatur; & negative concludendum est, *l. verum* §. *secundum, ff. de minor.* & *ibi,* Bart. *n.* 1. Bald. *n.* 2. *& in l. ait. prætor.* §. *hodie, eodem tit.* Alexand. *n.* 2. & Jason. *n.* 7. *in l. de fideicommisso, C. de transact.* Afflict. *sup. constit. Regn. lib.* 2. *rubric.* 78. *n.* 18. Rebuff. *in tractat. de restitut. in integ. artic.* 1. *glos.* 2. *n.* 7. D. Ferdinand. Menchac. *contr. usufrequentib. cap.* 66. *n.* 3. ubi tradit, quòd adversus amissionem rei venditæ justo pretio non restituitur, si casu pretium cum solemnitate requisita solutum [de qua infra in Add. ad Glos. *l. leg.* 4. *tit.* 14.] perditum sit, *& in cap.* 58. si dubii eventus ratione, denegari restitutionem tradit, & debere attendi tempus contractus, an sit læsio, vel non. Gasp. Roder. *de ann. reditib. lib.* 1. *quæst.* 14. *n.* 38. *vers. secus,* Sforc. Odd. *part.* 1. *quæst.* 4. *artic.* 5. *n.* 23. *vers. contrarium, & 2. part. quæst.* 57. *artic.* 3, *n.* 17. ubi ait, minorem non esse restituendum adversus venditionem, quando læsio non adfuit tempore celebratæ venditionis, sed ex post facto, *& in n.* 20. quod prætextu casus, & læsionis fortuitò contingentis, non restituitur, Maur. *de restitut. in integr. cap.* 297. *sub eodem tractat.* Pereir. *in l. si curatorem habens, C. de in integr. restitut. in verb. vel adversarij dolo, in definit. restitut. n.* 5. Maresc. *variar. resol. lib.* 2. *c.* 133. *n.* 25. ubi ait, quando læsio est in dubio eventu, minorem non restitui. Hector. Felician. *de societ. c.* 5. *n.* 34. Cancer. *variar. resolut. lib.* 2. *c.* 1. *n.* 227. *& 253. vers. secus.* Ceval. *comm. contr. comm. quæst.* 850. *n.* 6. ubi ait, quòd læsio, quæ ex post facto contigit,

tigit, non debet esse in sapientis judicis consideratione. Lara. *de vit. hom. c.* 25. *n.* 17. *vers. sed debet probare.*

29 Limita 1. Si damnum à minore potuit provideri, si adhibuisset eam diligentiam, quam cæteri homines adhibere solent. Bald. *in l. verum*, §. *si locupleti*, *ff. de minor.* Sforc. Odd. *de rest. in integ.* 1. *par. quæst.* 4. *art.* 5. *n.* 33. *&* *in n.* 34. exemplificat in emptione molendinorum. Jacob. Cancer. *in dict. num.* 227.

30 Limita 2. Quando minor exponit se periculo, quod potest, & non potest evenire, non tamen sperat posse consequi lucrum, seu quando damnum, & læsio procedunt ab ipsomet actu per minorem facto. Sforc. Odd. *ubi sup. num.* 35. 40. 41. *&* 42. ubi exemplificat in minore compromittente (vide tradita *supr.*) & Hector. Felic. *de societ. cap.* 5. *n.* 42. exemplificat, quando locaverit domum potentiori, & pro comprobatione refert Abbat. Roc. de Curt. & Clavet. & in casu, quo minor se obligavit sub conditione: quo casu etiam limitat. Sfor. Odd. *ubi supr. n.* 38. Lara. *de vit. hom. cap.* 25. *n.* 26.

31 Limita 3. Quando contractus habet tractum successivum, & vide *infrà*. Addita ad Glos. *hujus titul.*

32 Limita 4. Quando damnum esset magis verisimile, quam lucrum. Maur. *de in integr. restitut. cap.* 277.

33 Limita 5. Ex eodem. Sforc. Odd. *in n.* 39. & Carrot. *de remediis, excep.* 22. *quæst.* 4. *n.* 20. in restitutione justitiæ ex capite minoris ætatis, secus in restitutione, quæ dicitur veniæ, juxta *text. in l. Pomponius*, *ff. de acquirend. hæred.* Sed contrariam, in casu scilicet fortuito non esse locum dictæ restitutioni, tradit Hect. Felic. *de societ. cap.* 5. *n.* 41. *vers. neque*, & novissimè primam sequitur Lara. *de vit. homin. cap.* 19. *num.* 68. ubi ex capite justi impedimenti, ignorantiæ, vel ex clausula generali esse restituendum tradit, & limitat ex Carrot. *ubi supr.* quando tutor est solvendo.

34 An sufficiat modicam læsionem probare, seu requiratur, quòd enormis læsio probetur. In hac quæstione variæ sunt DD. opiniones: prima opinio est, requiri probari læsionem circa dimidiam, seu in dimidia justi pretii, *l. si ex causa* 10. *in fin. & l. penult. ff. de minor.* Cæpol. *in tract. de simulat. contract. num.* 109. & plures pro ea refert. Sforc. Odd. *in dict. quæst.* 4. *artic.* 12. *num.* 105. *vers. in contrarium*, & alios refert Cevall. *comm. cont. com. q.* 658. licet eam non sequatur. Paz. in praxi. 1. *tom.* 8. *temp. num.* 119. Maur. *in tractat. de in integr. restitut. cap.* 124. *&* 310.

Contrarium, scilicet modicam læsionem sufficere, probatur *ex l. minoribus* 6. *ff. de minoribus*, Gl. *in l.* 1. *C. si adverf. vend. in verb. si à creditorib.* Bart. & DD. *in l.* 2. *C. dict. tit.* Pinel. *in l.* 2. *C. de resc. vendit.* 1. *part. num.* 26. Tiraq. *in tract. de judit. de reb. excig. & in l. si unquam, verb. omnia, vel partem aliquam, num.* 15. *de revoc. donat.* Rebuff. 2. *tom. tit. de rest. art.* 2. *glos.* 2. *n.* 10. & pro ea plures cumulat. Odd. *vers. tertio quia sententiam*, *ubi suprà.* Cald. Pereir. *in l. si curatorem*, *in verb. adversarii dolo*, *in defin. rest. n.* 7. *&* Morl. *in empor. utr. juris tit. de in integr. restit. in præmiss. num.* 13. ait sufficere modicam læsionem, nisi ex ejus restitutione præjudicaretur minori, & idem tradit Garc. *de expens. & in dict. cap.* 18. *n.* 21. ubi alios cumulat, & si dimidiam non attingat læsio, minorem, & Ecclesiam esse restituendos, & Lara, *de vit. homin. cap.* 25. *num.* 54. ex Afflict. ait sufficere læsionem in sexta parte valoris, ut restituatur, etsi venditio sit facta in subhastatione. Cevall. *commun. contra commun. quæs.* 658. Covarr. *lib.* 2. *variar. cap.* 3. *num.* 11.

Tertia opinio est, esse relinquendum judicantis arbitrio, an competat, aut non competat pro ea in integrum restitutio. Bald. *in leg.* 1. *C. si adverf. vend. pignor.* Rebuff. *num.* 2. Covarr. *ubi supr.* Menoch. *de arbitr. cas.* 74. Sforc. *num.* 106. Morl. *n.* 13. *in fin.* Alexand. Trentacinq. *variar. resol. titul. de minorib. resolut.* 2. *lib.* 2. *num.* 40. Cancer. *variar. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 253. *vers. quæro*, *&* 255. Lara. *n.* 28. *ubi supr.* qui tenent, quod restitutio, cum ex se ipsa, & non comparativè gravis sit minori, concedendam esse restitutionem minori, & exemplificant in contractu mille aureorum, quo modica erit læsio, quæ in quinquaginta contingit, tamen, si separatim consideratur, gravis est minori: & ita cum ratione sui sit gravis, licet comparativè sit modica, competit minori in integrum restitutio; & ita esse intelligendam secundam opinionem tradunt, sed tu vide infra Addita ad Glossas *hujus titul.*

Quando verò actus est noxius, solum læsionem 35
allegare sufficit. Primus est, quando minor contrahit mutuum sub usuris, nam ex eo præsumitur fuisse læsum, nisi probatum fuerit fuisse locupletiorem factum. Vide Addit. ad Glos. *leg. supr. tit.* 1. *num.* & ipsis Adde Alexand. Trentacinq. *variar. resolut. lib.* 2. *tit. de minor. resolut.* 2. *num.* 31. *vers. primum.* Cancer. *variar. resolut. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 251. Lara. *de vit. homin. c.* 25. *n.* 43.

Secundus casus est, quando minor fidejussit. 36
Sforc. Odd. *de in integr. restitut. quæst.* 54. *artic.* 2. *num.* 7. *&* *in* 8. assignat rationem, Morl. *in utriusq. jur. titul. de in integr. restitut. in præmiss. num.* 8. Alexand. Trentacinq. *num.* 34. Gamm. *decis.* 102. *num.* 5. Lara, *ubi supr.* quem vide, & Sforc. qui agunt de quæst. an restituatur, quando pro patre fidejussit. Item quando principalis debitor est solvendo; seu quando successit principali debitori; seu quando fidejussit in rem suam; seu quando illam juramento firmavit.

Tertius est, quando minor confessus fuerit de- 37
bitum, de quo aliter non constabat, quia restituetur absque ulla læsionis, seu erroris probatione, *l. certum*, §. *in pupillo*, *ff. de confess.* & ibi, Angel. Sforc. Odd. *art.* 2. *quæst.* 65. *num.* 33. *&* 34. ubi alios cumulat. Morl. *in empor. utr. jur. titul. de restitut. in integr. quæst.* 7. *num.* 12 Lara. *de vit. hom. cap.* 25. *n.* 42. & vide Sforc. Odd. *per dict. quæst.* 65. ubi de variis quæstionibus ad hunc casum pertinentibus agit, & nos latè in Add. Glos. *l. titul.* Plures alios casus, in quibus minor non probata læsione restituitur, refert Alexand. Trencinq. Morl. *in dict. num.* 8. & Lara. *ubi supr. & num. anteced. & subsequent.* quos vide, & generaliter teneri minorem, & Ecclesiam restitui in quocumque actu à minore, vel Ecclesia gesto, dum sui natura sit nocivus.

Præterea dubitatur, an minori, cui competit re- 38
medium ordinarium, competat extraordinarium restitutionis, & pro negativa est *text. in l. in causa l.* 2. *ff. de minorib. l.* 2. §. *si quidem*, *C. de præd. minor.* Glos. Bart. Bald. *in l.* 1. *C. si adverf. fisc.* & pro regula tradit Sfor. Odd. *in tr. de in integrum restit. quæst.* 17. *artic.* 2. *num.* 13. & plures cumulat, & ampliat, & limitat, de qua nos latè in suo loco. † Pro nunc au- 39
tem discutiendum est, an in contractibus minorum competente ordinario remedio, *leg.* 2. *C. de rescind. vendit.* aut ex eo quòd habeat regressum contra

procuratorem, aut tutorem, seu curatorem, cessetordinarium? & quid si ordinarium nullitatis competat, cessetne extraordinarium?

Quoad primum autem dicendum est, negari minori remedium extraordinarium, cum *dict. l. 2.* remedium competit. Glos. *in l. noneſt, & in l. ſi quidem, C. de præd. minor.* Glos. *in l. 1. C. ſi adverſ. fiſc. verb. minore.* Glos. *in cap. 1. de in integr. reſtitut. verb. redire.* Abb. *num. 17.* Veroi. *num. 162.* Mant. *22. & 24.* Roland. à Vall. *conſ. 59. in princip. lib. 1.* Rodoan. *in tractat. de reb. Eccleſ. non alien. in quæſt. de reſtitut. in integr. in princip. n. 1. & 2.* Guid. Pap. *ſingul. 351.* Anton. Gabr. *lib. 3. comm. opin. titul. de empt. & vendit. concl. 1. n. 11.* Morl. *ubi ſupr. numer. 22.* Lara. *de vit. homin. cap. 25. num. 98.*

Contrarium defendit Bald. *in l. 1. C. ſi adverſus fiſcum.* Abb. *in cap. cum dilecti, num. 4. & 5. de empt. & vendit.* Maur. *cap. 289.* Sforc. Odd. *de in integr. reſtitut. quæſt. 17. num. 111. verſ. in contrarium,* ubi magis communem appellat. Gozad. *conſ. 44. num. 14.* Roland. à Vall. *conſ. 59. num. 4. lib. 1.* Seraphin. *de privileg. juramент. privileg. 83. n. 58.* Jacob. Cancer. *variar. reſolut. lib. 2. cap. 1. n. 16.* ubi ait, quòd ſi minor ſit læſus ſolum in pretio, & læſio excedat dimidiam juſtæ æſtimationis, non poteſt agere, niſi remedio ordinario *dict. l. 2.* cum per ipſum omnino ei ſubveniatur; ſi vero circa rem, & pretium ſit læſus ultra dimidiam, tunc ei competere etiam remedium reſtitutionis in integrum: quam diſtinctionem juridicam appellat, & eam ſequitur Lara. *ubi ſupr.* ſed, licet in ſe vera ſit hæc diſtinctio, ſecundum Gloſſ. *in l. ſi quidem, Cod. de præd. minor.* & Bald. & Salyc. *ibi*, dicendum eſt, quòd etiam in reſtitutione in integrum datur electio adverſario, quando petitur reſtitutio adverſus læſionem in re, & pretio agitur, reſcinditur contractus, & reſtituitur res vendita. Quam communem nuncupat. Gozad. & eum ſequitur Seraphin. & Sforc. Odd. *num. 113. in fin. ubi ſupr.* & aſſignat rationem; quia quando remedium extraordinarium eſt pinguius, competit, etſi ſit locus ordinario.

40 Actio verò competens minori contra procuratorem an impediat beneficium reſtitutionis, concludendum eſt negativè vide Addit. ad Glos. *2. leg. 2. titul. 19. part. 6.* ubi latè, & Od. *in tract. de in integr. reſt. quæſt. 22. art. 5. per totum.* Maur. *eod. tract. c. 254.* Morl. *in empor. utriuſque jur. titul. de in integr. reſtitut. in præmiſſ. n. 17. uſque ad 20.*

41 Quoad tertium tenendum eſt, dari minoribus contra tutores, & curatores actionem pro mala adminiſtratione, & pro reſtitutione pretii cum uſuris, *l. etiam in iis, §. & l. ultima, C. ſi tutor, vel curator inter.* Mantic. & Theſaur. *ubi ſupr.* & vide Add. ad Glos. *2. leg. 2. titul. 29. part. 6.* ubi etiam vide an minor teneatur cedere actionem, & beneficium reſtitutionis adverſus emptores tutori, à quo pretium, & intereſſe recuperavit? Et electione unius an privetur actione, quam habet contra alium? Vide Sforc. Odd. *quæſt. 17. art. 17. per totum,* diſtinguentem, & latè in Add. *ad dict. leg. unica* Gloſſas, ubi etiam de quæſtione, an denegetur reſtitutio minori, ex eo quod habeat regreſſum contra tutorem? & Sforc. Odd. *in quæſt. 22. artic. 3. per totum,* & Jacob. Cancer. *variar. reſolut. lib. 2. cap. 1. num. 256.* & Morl. *ubi ſupr.* & Theſaur. *dict. n. 9.* ubi tradit, minorem non eſſe impeditum agere contra bonorum poſſeſſores, quamvis contra hæredes furoris ad pretii reſtitutionem, & uſuras egiſſet, ſaltem in ſubſidium; & ex illa petitione, non induci tacitam ratificationem.

Limita in caſu *l. de fideicommiſſo, C. de tranſact.* ubi fratres ad invicem gravati poſſunt ſibi remittere fideicommiſſum, & non reſunditur quidquid poſtea contingat. Quo caſu nec contra tutorem auctoritatem præſtantem poteſt minor reſtitui, ut latè comprobat D. Mench. *contr. uſufrequen. c. 68. n. 7.* ubi pro utraque parte arguit, & cum hac opinione remanet, ratione de qua *infrà*, in Addit. Gloſ. *4. leg. 56.*

Remedium verò ordinarium nullitatis an faciat 42
ceſſare extraordinarium? pro conſtanti tenendum eſt quod ſic *ex noſtro text. hic, & in l. 18. titul. 16. part. 6. in leg. cauſæ l. ff. de minoribus, & in l. 1. ff. de reb. eor.* ex quibus colligitur, quòd quando alienatio eſt nulla, ex eo quòd in ea non interverunt ſolemnitates, (de quibus *ſup.* in Add. Gloſ. *6. num.*] reſtitutio non eſt neceſſaria; quia minor reſervatur illæſus, *l. in cauſæ, 17. in princip. ff. de minorib. l. non eſt, C. de præd. minor. & ibi*, Gl. *l. ſi quidem, C. eodem, l. ſi curatorem,* & *ibi.* Paul. de Caſtr. & alii *C. de in integ. reſt.* Bald. *in l. 2. C. ſi adverſ. vend.* Paul. Pariſ. *conſ. 100. num. 36.* Pereir. *in l. ſi curatorem habens ſuper verb. contractum feciſti, n. 1. verſ. ſi denique,* Jacob. Menoch. *conſ. 100. num 500.* Sforc. Odd. *de reſt. in integr. quæſt. 17. art. 7. n. 62. part. 1.* Morl. *in empor. utr. jur. quæſt. 1. tit. de reſtit. num. 21. & 26.* Gutierr. *dict. 2. part. cap. 5. num. 8.* Avend. *de exequend. mandat. part. 1. cap. 4. n. 42.* quod enim nullum eſt non poteſt reſcindi, *l. nam ſub conditione,* §. *poſt factum, ff. de injuſt. teſt. l. quos retrab. C. ſi adverſ. lib.*

Et poterit minor agere rei vendicatione contra 43
emptorem, & quoſcumque univerſales, vel ſingulares rei poſſeſſores, *l. magis puto, 5. §. penult. ff. de reb. eorum, l. ſi contra ampliſſimi, 2. C. ſiquis ignor. rem minoris eſſe ſine decreto comp. leg. ſi prædium 16. C. de præd. minor. l. in cauſæ 14. §. fin. ff. de minoribus,* ubi de tertiis poſſeſſoribus. Odd. *in tract. de in integr. reſt. 1. par. quæſt. 31. art. 17. per tot. num. 85. cum aliis,* præcipuè *num. 92.* ubi etiam de tertiis poſſeſſoribus agit, Gomez *2. tom. c. 2. n. 41.* Caſtr. *conſil. 105. n. 2. vol. 2.* ubi tradit, utilius eſſe minori non agere rei vendicatione, quia in ea neceſſe eſt probare dominium, quod eſt difficile, *juxta l. ita ut ſi fur. ff. commodati:* ſed implorare judicis officium, petendo declarari venditionem eſſe nullam, & ſe non teneri ad ejus obſervantiam, narrando factum, & cauſas nullitatis, & quòd poſſeſſor condemnetur ad reſtitutionem rei, & eum ſequitur Gutierr. *n. 9. ubi ſupr.* qui alios refert, Bertaz. *de clauſ. clauſ. 10. gloſ. 2. n. 14.* Menoch. *de recuperanda poſſeſſione, remed. 15. n. 105. 190. & 190.* Cavalcan. *de tutor. & curator. n. 150.*

Poterit etiam fructus univerſos vendicare, ſi em- 44
ptor non ſit bonæ fidei, *dict. leg. ſi contra ampliſſimi 2. leg. ſi prædium 16. Cod. de prædiis minor.* Oſach. *deciſ. Ped. 160. per tot.* ubi latè de hac quæſtione agit, & *in num. 5.* tradit, quando dicatur eſſe bonæ fidei poſſeſſor. Covarr. *lib. 1. variar. cap. 3. num. 1. cum aliis.* Seſſe. *deciſ. Reg. Aragon. 136. num. 12. & 25. cum aliis,* Vivi. *deciſ. 22. num. 6.* Tiber. Decian. *conſil. 30. n. 9. conſ. 20. n. 51. & 83. lib. 5.* Honded. *conſ. 23. lib.* Alex. Rand. *de analog. c. 30. num. 46.* Gamma. *deciſ. 312. n. 1. & ibi*, Flor. de Men. *ſub num. & deciſ. 314.* ubi plures laudat. Maſtrill. *deciſ. 121. n. 5. part. 2.* Bertaz. *dict. clauſ. 10. gloſ. 2. n. 14.* Gutierr. *dict. cap. 5. num. 10. uſque ad unum. 12.* ubi latè tradit, quando emptor dicatur

habere

habere bonam fidem, si jus non solum non assistit actui; sed ei expresse resistit: & fructus industriales an sint restituendi? Vide eum *in d.c. 5. & cons.* 15. *n.* 11. *cum aliis*, ubi iterum de quæstione agit, eam resolvit, & *pract. quæst. lib.* 4. *quæst.* 79. ubi late de restitutione fructuum, quando minor restituitur, agit. Surd. *dec.* 45. *per tot.* ubi tradit, quando teneatur ad fructus consumptos, & ad eos, quos percipere potuit, quando datio in solutum rei minoris, vel Ecclesiæ fuit facta sine solemnitatibus; & sententiam non excusare, & esse compensandos cum sorte. Et vide eum *in cons.* 115. ubi multa pro parte negativa adducit: & de errore juris quando excuset à restitutione fructuum. Et *à n.* 11. hanc sequitur, & latè materiam explicat; & cum Covarr. *in dict. cap.* 3. *num.* 6. *in fine*, dicit procedere non solùm in primo emptore, sed etiam in secundo, qui causam ab eo habuit, & *in cons.* 249. *num.* 5. *& in decis.* 179. *num.* 1. *&* 2. tradit, quòd emens, in solutum accipiens rem minoris sine solemnitatibus juris, dicitur esse in mala fide, & tenetur ad fructus perceptos, & percipiendos; & quòd Senatus emptorem in eis condemnavit. Et de quæstione, utrum ob malam fidem ad valorem fructuum quantiplurimi teneatur? vide eum ibi, *à n.* 3. ubi ex utraque parte multa tradit. Giurb. *decis.* 89. *num.* 31. ubi dicit, quòd si titulus possessionis est ipso jure nullus, ut si gestus est contractus cum minore non servatis juris solemnitatibus, tunc restituuntur bona cum fructibus, sive extent, sive non, ex *dict. l. si prædium, l. non solum, C. de præd. minor.* Franch. *decis.* 675. *in fin.* Pinel. *in l.* 2. *part.* 2. *cap.* 4. *n.* 10. *C. de rescind. vendit.* Grat. *discept. cap.* 45. *n.* 32. *&* 33. & Menoch. *cons.* 1171. *n.* 7. *de recup. poss. remed.* 15. *n.* 617. *&* 634. cum aliis ab eo relatis, quem vide per totam illam decisionem, ubi latè de materia restitutionis fructuum agit. Ricc. *in prax. for. Eccles. decis.* 12. *num.* 2. *& decis.* 18. *per tot.* ubi etiam agit, an error juris excuset? & *in decisione* 75. de quæstione, quando res Ecclesiæ fuit cum solemnitatibus alienata, & post aliquod temporis cursum fuit inventum, alienationem non esse Ecclesiæ utilem, si revocetur, an emptor teneatur fructus restituere: Lara. *de vit. hominis, cap.* 25. *num.* 102. & vide Addit. ad Glos. 8. *l.* 56. ubi latè agitur, quando emptor se excuset à solutione fructuum, & an sint cum melioramentis compensandi.

45 Rursus competit ei remedium possessorium reintegrandæ possessionis: de quo vide Menoch. *de recuperan. possess. rem.* 15. *num.* 105. ubi proponit quæstionem. Et *in num.* 138. agit, quando alienatio fuit valida. Et *in num.* 190. *&* 191. hoc remedium minori competere docet, quando alienatio ex defectu solemnitatum est nulla. Surd. *cons.* 28. *n.* 91. *cum aliis*, ubi utiliùs esse minori de nullitate agere docet. Et in probatione alienationis à minore facta, vide Roland. à Vall. *cons.* 7. *lib.* 3. *per totum*, ubi tradit casus, ex quibus alienatio nulla dicatur, non obstante decreto judicis, & quòd minor veniam ætatis impetraverat, & quòd alienatio sit confirmata per Principem.

46 Contra minorem agentem beneficio restitutionis in integrum ad rem alienatam consequendam, quando alienatio fuit valida; sequentes exceptiones objici poterunt, ex quibus explicatæ remanebunt *leges, tit. C. si major. fact. ratum habuerit.* Et hanc rubricam esse intelligendam in casibus, in quibus alienatio fuit valida, & prætextu restitutionis veniunt rescindendi, apparet *ex text. in l.* 2. *ibi frustrà rescissionem eorum postulas.* quæ verba præsupponunt actus validitatem. Et nota hoc, quia scribentes solent confundere hunc *tit.* cum *tit. si major. fact. alienat. rat. hab.* quod debet intelligi, quando alienatio est invalida: & per totum integrum apparet hanc esse veram differentiam inter dictos titulos, & *in l.* 1. *C. si major fact. rat. hab. in fin.* Menoch. *de recup. possess. remed.* 15. *num.* 107. & hanc differentiam aliis opinionibus refutatis sequitur Sforc. *de restit.* 1. *part. quæst.* 25. *num.* 28. Lara. *cap.* 22. *num.* 53. comprobant ratione collocationis titulorum & ita *ll. unius tit.* cum *ll.* alterius tit. concordantur.

Primò opponi potest, quod major factus alienationem, vel contractum expresse ratum habuerit, *l.* 1. *&* 2. *C. de major. fact. ratum hab.* Bald. Salyc. & commun. DD. ibi. Jacob. Menoch. *de recup. possess. remed.* 15. *num.* 113. Paul. Montan. *in tract. de jure tutel. & curat. cap.* 33. *n.* 516. *cum aliis*, ubi ratificationem in hoc casu non retrotrahi, scripsit, ea motus ratione, quia actus antea erat nullus, & quæstionem de actu valido proposuit; de quo vide *infr.* & Odd. *ubi supr. à num.* 45. ubi ampliat procedere in communi, eademque causa, & in hærede ipsius minoris, si ratificaret sciens, quòd minor author gessit; & quando minor obtineret à Principe, quòd rescinderentur facta ab eo in minori ætate: & has tres ampliationes juribus, & auctoritatibus comprobat: & limitat, quando minor declarasset se nolle ratificare, quod in minori ætate gessit? & in contractu simulato; & quando dolo adversarii fuit læsus; & quando actus fuit nullus, de quo vide *infrà in tradita in num.* 47

Secundò opponi potest, quòd tacitè alienationem approbavit, scilicet per transcursum quadriennii post legitimam ætatem. Jacob. Menoch. *de recuper. possess. rem.* 15. *num.* 114. ubi reprehendit Paris. requiri lapsum quinquennii asserentem. Sforc. Odd. *dict. tract. de in integr. rest. quæst.* 125. *art.* 5. *num.* 44. Cæsar. Batz. *decis.* 96. *num.* 47. & pro comprobatione faciunt omnes *suprà*, relati *in num. antecedentibus*, qui per quadriennii transcursum in integrum restitutionem cessare tradunt. † Si vero obtinuerit veniam ætatis à Principe, quadriennium curret ad petendam restitutionem eorum. quæ antea gessit, à tempore veniæ: & si impetraverit veniam in vigesimo anno, habebit quinquennium, *leg. ea, quæ in princip. ff. de temp. in integr. rest.* Bernard. Diaz. *regul.* 653. Sforc. Odd. *de rest. part.* 1. *quæst.* 23. *art.* 9. *n.* 41. Anton. Gomez. 2. *tom. variar. cap.* 14. *num.* 12. Lara. *de vit. hom. cap.* 25. *num.* 81. Quod erit limitandum, si impetraverit restitutionem ab impetratione veniæ. Maur. *de rest. in integ. cap.* 226. quem sequitur Odd. *ubi sup. n.* 464. & declarat procedere, quando impetratio veniæ publica, & notoria erat: nam aliàs restitutio adversus illam non erit necessaria, & idem tradidit *in num.* 42. 48 49

Tertio, quando alienationem ratificavit per aliquem actum, per quem ratificatio inducitur; ut si solvat, vel solutionem recipiat; si annuos reditus, vel fructus percipiat; vel si dilationem, seu pretium rei venditæ perierit, *l. si filius, ff. de minor.* Menoch. *à num.* 118. Montan. *ubi supr. à num.* 537. Sed ex ipsomet Menoch. *in num.* 128. tene, per fructuum perceptionem, seu dilationis petitionem, quando fumus in contractu valido, non induci ratificationem, nec impediri restitutionem; & solum superioribus duobus modis induci ratificationem: & contraria procedere, quando in majori 50

ætate

ætate contractus finitus fuit. Sed de hac quæſtione vide Sforc. Odd. *ubi ſupr. à n.* 31. *per totum. art.* 1. *& à n.* 58. *per tot. art.* 6. Et pro intelligentia notare debes, quòd, quando factus ſubſequutus eſt neceſſaria quædam executio actus facti in minori ætate; ſeu id, quod fit in majori ætate, habet neceſſariam conſequentiam ad actum factum in minori, non impeditur reſtitutio: quando verò eſt voluntarius, penitùs reſtitutio impeditur, & vide Sforc. Odd. qui plura exempla refert *in dictis locis*, & in *num.* primum caſum 16. exemplificat in aditione hæreditatis facta in minori ætate; nam licet ſolvantur legata in majori, non confirmatur aditio, quia reſcindi poſſit beneficio reſtitutionis. Et *in num.* 36. exemplificat, quando minor cogitur rem tradere, quam vendidit in minori ætate: quia tunc ſimiliter reſtitutio non impeditur, & *à num.* 63. plura exempla in ſecundo caſu refert, quando ſcilicet major factus adimplet capitula tranſactionis factæ in minori ætate; & quando locavit fundum ſeu domum, & in majori ætate penſionem recepit; ſeu quando exegit pretium rei venditæ in majori ætate, ſi ex certa ſcientia faciat. Et *in n.* 66. agit de quæſtione, ſi minor diviſit bona cum fructibus, & poſteà major factus perſeveraverit poſſidendo bona pro diviſo, an ex hac tacita ratificatione excluditur à reſtitutionis beneficio: & duas contrarias refert, & reſolvit, non cenſeri ratificatum ante lapſum quinquennii; & idem tradit. Barz. *deciſ.* 96. *num.* 47.

51 Si verò alienatio fuit invalida, & minor factus major de nullitate agat, ſeu rem petat per rei vendicationem, ſeu officium judicis implorando, (ut diximus, *ſupr. in numeris antecedentibus*] quæ exceptiones objici poſſunt minori de nullitate agenti videndum eſt: & de interpretatione, *tit. ff. ſi major. factus alien. rat. habuer.* & dicendum venit, obſtare minori jam majore facto ratificationem, quæ

52 quidem tripliciter ſimiliter conſideratur. † Primo modo objici poteſt ratificatio expreſſa, *l.* 1. *C. ſi major factus alienat. rat. habuerit*, ibi, *conſenſum dediſſe, & in l.* 2. *ejuſd. titul.* Alexand. Trentacinq. *variar. reſolut. lib.* 2. *titul. de minor. reſolut.* 10. *num.* 1. Jacob. Menoch. *in dict. remed.* 15. *n.* 550. Paul. Montan. *de tutel. cap.* 33. *num.* 533.

53 Secundò obſtabit ratificatio, quæ re ipſa ex aliquo facto deprehenditur, ut ſi ſolvat, vel recipiat ſolutionem, & exemplis, de quibus *ſupr. num.* 47. Montan. *n.* 537. Petr. Surd. *conſ.* 104. *num.* 1. *cum ſequent.* Alexandr. Trentacinq. Jacob. Menoch. *num.* 150. *ubi ſupr.* qui plures referunt, & in multis caſibus exemplificant. Ludovic. Cenſ. *de cenſib. part.* 1. *cap.* 2. *quæſt.* 1. *artic.* 2. *n.* 21. ubi ait, quòd convalidatur præcedens impoſitio cenſus, quando major factus cenſum ſolvit, & recognovit ſaltem prout ex nunc ex novo conſenſu, propterea ampliùs non poſſe impugnare, vide *infrà*, & Lara. *de vita hom. c.* 22. *n.* 45.

54 Tertiò obſtabit ratificatio tacita, quæ in contractibus oneroſis inducitur per quinquennium, in lucrativis per decennium inter præſentes, & vicennium inter abſentes, poſt quam vigeſimum ſextum annum attigit, *l. fin. C. ſi major. fact. alien. rat. hab.* Gloſ. *in verb. cum probaverit. l.* 3. *§.* 2. *ff. de minor.* Alex. *conſil.* 117. *num.* 2. *vol.* 5. Decius. *conſ.* 231. *num.* 3. *&* 4. Pariſ. *conſ.* 49. *num.* 24. 25. ubi in ſpecie ſuper hoc caſu conſuluit. Menoch. *de recuper. poſſeſſ. remed.* 15. *numer.* 151. *&* 156. *cum ſequent.* Trentacinq. *in dict. reſol.* 10. *n.* 1. *&* 7. *& in n.* 15. ubi loquitur in contractibus lucrativis. Gaſpar. Anton. Theſaur. *quæſt. forenſ. lib.* 4. *cap.* 17. *num.* 10. Anton. de Gamm. *deciſ.* 76. *num.* 3. & ibi, Flor. Diaz. de Men. in Addit. ubi plures cumulat. Steph. Gratian. *diſcept. forenſ.* 1. *tom. cap.* 24. *n.* 124. *& cap.* 499. *num.* 26. Jacob. Cancer. *var. reſolut. tom.* 2. *cap.* 1. *num.* 29. Montan. *in dict. cap.* 33. *n.* 560. D. Garc. Maſtr. *deciſ.* 131. *num.* 22. Cæſar. Barz. *deciſ.* 75. *num.* 13. *& deciſ.* 96. *num.* 47. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib.* 4. *titul.* 6. *num.* 65. Lcra. *de vit. homin. cap.* 22. *n.* 45. *&* 46. Ludovic. Cenſ. *ubi ſupr. n.* 23.

Sed ex dictis oritur duplex difficultas. Prima an 55
per ſolam facti ratificationem ante quinquennium repellatur actor; ſecunda, an ſolo tranſcurſu quinquennii, abſque ullo actu inducente ratificationem, ratificatio inducitur? Ex relatis Doctoribus *in duobus num. anteced.* colligitur, ſufficere ratificationem tacitam facto deprehenſam ante lapſum quinquennii; & tacitam abſque ulla per quinquennium voluntatis declaratione, ut actor de nullitate agens repellatur. † Contrarium tradit Gaſp. Ro- 56
deric. *de ann. redit. lib.* 1. *quæſt.* 14. 17. 65. ubi ait, non ſufficere, minorem ſolviſſe reditus cenſus, ut ante quinque annos excuſetur emptor probare pretium in minoris utilitatem verſum fuiſſe: item ſi major factus nihil ſolverit, nec recognoverit per totum quinquennium, etſi ſolviſſet in minori ætate, etiam lapſo quinquennio à dicta probatione non excuſari; quia ex ſimplici ſilentio creditor nihil poſſedit, & ita non poteſt dici minorem approbaſſe contractum, etſi eſſet de facto ſuo, & tutoris. Anton. Fab. *deciſ.* 1. *C. ſi major. factus alien. rat.* ubi, licèt major factus uſus fuerit pretii ſolutione, non cenſeri ratificare, ait, & eum ſequitur Ricc. *in collect. deciſ. collect.* 264. & pro comprobatione facit elegans *deciſ. Senat. Dolan.* relata à Joan. Grivel. *in deciſ.* 14. *num.* 63. ubi inquit, Senatum reditus annui conſtitutionem à minore factam ſine tutoris autoritate validam eſſe judicaſſe, ex eo quòd major factus per quinquennium annuatim reditum ſolviſſet; & ex eo quòd ex actis apparebat, minorem majorem effectum nunquam integram ſummam ſolviſſe, ſed dumtaxat portionem; cum cenſus eſſet conſtitutus non ſolum à minore, ſed ab aliis correis, cum quibus in ſolidum ſe obligaverat, & nullo ex actu appareret, ſe ratam habere obligationem illam, niſi pro contingenti portione, & non pro cæteris portionibus, & ideo judicaſſe Senatum, eum non eſſe conveniendum niſi pro parte ſua tantum, ait. Simoncel. *de decret. lib.* 3. *tit.* 9. *inſp.* 1. *num.* 5. Lara. *de vit. hom. num.* 45. ubi induci ratificationem in cenſu, ait, quando per quinquennium ſolverit. Et *in num.* 53. ait, licèt major factus uſus fuerit pretii ſolutione ante lapſum quinquennium, non cenſeri ratificatum.

In qua contrarietate tenendum eſt, ratificatio- 57
nem induci facto ante lapſum quinquennii ex *tex. tit. C. ſi major. fact. alienat. ratam habuer.* Sed hoc eſſe multis modis limitandum. Et primo limita in ſolutione cenſus, in quo taciturnitas per quinquennium non ſufficit, niſi ſolutio aliquibus annis facta ſit; nec ante quinquennium ſolutio inducit ratificationem: & ea eſt præcipua ratio, quia quando minor in majori ætate facit aliquid jure cogente propter id, ad quod ſe obligavit in majori ætate, non propterea inducitur, quòd vult approbare in minori ætate factum. Alber. *in l.* 3. *in princip. n.* 3. ubi ait, quòd minor major factus, non videtur ratificare actum, ſi fecit aliquid, ad quod faciendum te- 58
nebatur, niſi poterat ſe tueri exceptione ipſi de

jure

jure jam competente, non quidem exspectanda ex officio, & sententia judicis. Quem sequitur Sforc. Odd. *de rest. in integr. quæst.* 25. *part.* 1. *art.* 4. *n.* 38. ex quo contra Glos. *in dict. l.* 3. §. 1. tenent Bart. Butr. & idem Alber. quos sequitur Sforc. *num.* 36. *ubi supr.* per traditionem rei, quam vendidit in minori ætate, non videri ratificatum contractum. † Et
59 alia ratio ex Roder. *ubi supr.* assignari potest, scilicet quia possessio reditus nihil aliud est, quàm ipsa exactio, & ita exactio sola non est sufficiens ad inducendam ratificationem, & si reditus non sunt exacti in majori ætate, quia creditor non possedit per quinquennii taciturnitatem, non censeri ratificatum, & ita est tenendum contra Lud. Cens. & ab ipso relatos *supr.*

60 Sed oritur difficultas, an per exactionem redituum minor jam major factus videatur censum ratificare? Affirmativam defendunt Aretin. *in cons.* 128. *num.* 6. Bellon. *cons.* 18. *num.* 17. Bald. *cons.* 34. *n.* 1. *lib.* 2. Dec. *consil.* 22 *num.* 5. & 297. Menoch. *de recup. remed.* 15. *num.* 120. & *in cons.* 439. *num.* 44. *vers. quarto.* Tiraquel. *de jur. cons. part.* 3. *limit.* 30. *num.* 12. Surd. *cons.* 60. *num.* 11. & *cons.* 331. *num.* 4. Alexand. Trentacinq. *variar. resol. lib.* 2. *tit. de minor. resol.* 10. *num.* 1. *vers. hinc infertur.* Mut. *dec.* 67. *n.* 12. & pro confirmatione facit traditum à Sforc. Odd. *ubi supr. num.* 68. ubi per petitionem pretii rei in minori ætate alienatæ ratificari contractum tradit. Surd. *cons.* 104. *num.* 1. *cum sequent.* & hoc aliqui ampliant non solum per redituum & fructuum exactionem; sed etiam per receptionem? Bellon. *cons.* 15. *n.* 11. & 12. Nat. *cons.* 341. *n.* 4. *lib.* 2.

Contrariam autem tradit Rebuff. *de in integr. rest. art.* 2. *glos. ult. n.* 5. & eum sequitur Montan. *de tutel. cap.* 33. *num.* 538. Sforc. Odd. *in dict. quæst.* 25. *num.* 60. qui eam assignat rationem, quia fructus recipere videtur, ne in damno sit; & ne pars adversa re, & pretio frueretur: & ideo eos in pretii compensationem recipit; & comprobatur ex traditis ab ipso *in num.* 66. *ubi supr.* & ait minorem non videri approbare contractum emptionis ante lapsum quinquennii, si factus major rem emptam detineret, & fructus ex ea percipere.

Sed in hac controversia constituendi sunt plures casus. Primus est in minori majore facto, in quo dicendum est, per redituum receptionem, seu perceptionem fructuum non censeri ratificare contractum in minori ætate factum; secus verò veniret dicendum, si exegisset reditus, seu fructus, vel partem pretii: & ita esse ad concordiam reducendas prædictas opiniones, & pro comprobatione facit, quod tradit Arism. Tepat. *in titul. si major. factus alienat.* ubi ex Joan. Pap. per receptionem partis pretii non censeri contractum ratificatum, quod aliter esset, si ipse exegisset, & petivisset, ut clarè demonstrant relati Doctor. pro prima. Secundus casus est, quando socius percipit fructus rei emptæ à consocio, seu à procuratore; nam tunc per receptionem, seu perceptionem fructuum contractus data scientia censetur ratificatus. Menoch. *de præsumpt. lib.* 2. *præsumpt.* 39. *num.* 9. Felician. *de societat. cap.* 14. *num.* 54. & plures ab ipso relati, & ratio differentiæ ex dictis, & dicendis in Add. ad Glos. *l. tit.* 10. apertè colligitur.

61 Limita 2. In contractu simulato, & pignoratitio, in quo non est locus dispositioni *dict. l. ultim. Cod. si major. factus alien.* Bald. *cons.* 45. *volum.* 2. Menoch. *cons.* 15. *num.* 177. *cum sequentib.* Alexand. Trentac. *variar. resolut. titul. de minorib. resolut.* 10. *num.* 14. Menoch. *de recup. possess. remed.* 7. *n.* 182. Montan. *de tutel. cap.* 33. *n.* 567. & 573.

Limita 3. Quando minor major factus ignoravit 62
nullitatem contractus. Marian. Socin. *cons.* 59. *colum.* 1. *vers. nec obstat. volum.* 1. Jacob. Menoch. *ubi supr. num.* 185. ubi ampliat in minore dubitante quomodo fuit celebratus contractus. Cacheran. *decis.* 79. *num.* 13. Sforc. Odd. *de restitut. in integr. quæst.* 25. *num.* 69. Montan. *de tutel. cap.* 33. *n.* 571. Gratian. *cap.* 513. *n.* 11. Mut. *decis.* 105. *num.* 82. ubi alios cumulat. Mastrill. *decis.* 121. *num.* 37. *cum duob. sequentib.* Lara. *de vit. homin. cap.* 22. *num.* 42. & 53. & assignat rationem, quia ignorans defectum actus non potest illum ratificare. Ubi etiam ampliat ut Menoch. ex tacito: scientia enim nunquam præsumitur, nisi probetur, & ita adversarius minoris jam majoris facti scientiam contractus probare tenebitur, ut in specie tradit Menoch. *de præsumpt. lib.* 2. *præsumpt.* 39. *num.* 3. Stephan. Gratian. *ubi supr.* Felician. *de societ. cap.* 14. *num.* 58. ubi saltem conjecturis probandam esse tradit.

Limita 4. Quando contractus laborat vitio nul- 63
litatis, & læsionis; quia licèt causa nullitatis temporis cursu præscribatur, non tamen præscribitur causa læsionis, *l.* 1. *C. si major. fact. alien. rat.* Menoch. *num.* 184. Montan. *num.* 570. Gratian. *num.* 9. *ubi supr.* Anton. Gomez. *de restitut. minor. num.* 11. Jacob. Cancer. *variar. resolut. lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 31. Sforc. Odd. *num.* 75. *ubi supr.*

Limita 5. Si in contractu dolus, aut metus in- 64
terfuit. Sforc. *num.* 72. Montan. *num.* 564. Jacob. Menoch. *num.* 77. Gratian. *num.* 12. Trentacinq. *num.* 8. *ubi supr.* Roland. *cons.* 60. *à num.* 41. *lib.* 4. & *in num.* 44. ait in dolo esse, qui emit à minore non servatis juris solemnitatibus. Marc. Anton. *variar. resolut. lib.* 2. *resolut.* 3. *num.* 20. Caputaq. *dec.* 1. *part.* 2. Cacheran. *decis.* 58. *n.* 32. Ludovic. Cens. *de cens. part.* 1. *cap.* 2. *quæst.* 1. *artic.* 2. *n.* 26. Lara. *de vit. homin. cap.* 22. *num.* 49. † Et sufficere do- 65
lum præsumptum tenent Cur. Jun. *cons.* 50. *n.* 6. & 7. Barbat. *consil.* 70. *colum.* 3. & 4. *lib.* 3. Roman. *cons.* 57. Octav. Simoncell. *de decret. titul.* 9. *n.* 44. & Stephan. Gratian. *ubi sup.* Contrarium defendit Sforc. *n.* 75. Menoch. *num.* 178. Trentacinq. *ubi supr.* & probatur ex *text. in leg.* 1. *Cod. si major. fact.* ubi præter decreti omissionem interfuit læsio ultra dimidiam, tamen remedium *dict. leg.* 2. non excluditur, notat Trentacinq. † Item dubita- 66
tur, an dicta limitatio procedat, si minor haberet scientiam doli præteriti? Trentacinq. ait, quòd si expressa adfuerit ratificatio, erit locus *d. l. fin. C. si major. fact. alien.* Contrarium Sforc. Odd. *à n.* 73. *ubi supr.* Lara autem, *in num.* 53. ex Cacherano ait, nunquam ratificationem convalidare actum dolo initum, sive ratificatio sit tacita, sive expressa, sed dicta opinio Laræ intelligenda est de ratihabitatione generali expressa, non vero speciali expressa; nam data plena scientia doli, potest verus dolus de præterito remitti. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 513. *n.* 27.

Limita 6. Dispositioni *dict. l. fin.* non esse locum, 67
quando tutor solus, vel curator rem minoris, non ut minoris, sed ut propriam alienaverit. Montan. *n.* 569. Menoch. *n.* 175. *ubi supr.* qui alios referunt.

Limita 7. Quando tutor, vel curator contrahe- 68
ret cum ipso minore, ut ex Ant. de Butr. & Paul. Par. defendit Alex. Trentacinq. *in dict. resolut.* 10. *n.* 12. Contrarium tenet Matienz. *in l.* 23. *titul.* 11. *glos.* 1. *n.* 5. sed prima videtur verior.

Limita

69 Limita 8. si minor intra quinquennium in contractibus onerosis; sive decennium in lucrativis declaret se nolle habere ratum dictum contractum; licet extrajudicialiter diceret emptori, vel donatario, Glos. *verb. conquestus*, *in dict. leg. fin.* & ibi, Salyc. *versic. quæro an sufficiat*, & Bart. *ibi*, Bellon. *cons.* 12. *n.* 17. Alexand. *cons.* 117. *viso processu*, *num.* 5. *volum.* 5. Anton. Cios. *cons.* 134. *n.* 16. *volum.* 1. ubi multos cumulat. Gamm. *decis.* 275. *n.* 3. Caputaquen. *decis.* 2. *part.* 2. Jacob. Cancer. *variar. resolut. lib.* 2. *c.* 2. *n.* 28. Alexand. Trentacinq. *variar. resol. lib.* 2. *tit. de minor. resol.* 10. *n.* 11. Lara, *de vit. hom. c.* 22. *n.* 53. ubi ait, quòd debet denuntiari parti, & si non appareat, judici fieri debere; sed si adsit pars, & ipsi non audeat nuntiare, quia ejus potentiam perhorrescat, sufficere coram honestis notum viris facere: & rationibus comprobat.

70 Sed dubitatur, an *dict. l. fin.* habeat locum, quando contractus est nullus ratione cujuslibet nullitatis, aut tantum ratione decreti? in qua quæstione prima sententia est *dict. l. fin.* solum habere locum in nullitate ex defectu decreti. Glos. *in dict. l. fin. verb. minorum*, Cyn. & Salyc. *colum. ultim. versic. quæro*, *quid si non tantum*, & Alber. *in princip. ibi*, Com. *cons.* 207. *n.* 7. *lib.* 3. Natt. *consil.* 297. *colum.* 1. *in fin. & colum.* 2. *in princip. & cons.* 162. *n.* 34. Roland. à Vall. *cons.* 72. *num.* 16. *volum.* 4. Marc. Anton. *variar. resol. lib.* 2. *resol.* 3. *n.* 20. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 513. *num.* 15.

71 Secunda opinio est, habere locum in alienatione nulla, licet esset nulla ex defectu cujuscumque solemnitatis. Corneus, *cons.* 36. *num.* 22. Paris. *cons.* 49. *num.* 58. *volum.* 1. Gratian. *cons.* 47. *in fin. volum.* 1. Socin. Sen. *cons.* 147. *colum.* 4. *lib.* 1. Berous *quæst.* 43. *num.* 4. *& sequent.* Gratian. *responsi.* 47. *à n.* 21. *lib.* 1. Simoncell. *de decret. lib.* 3. *tit.* 9. *inspect.* 2. *num.* 29. Cavalcan. *in tractat. de tutor. & curator. sub num.* 146. Montan. *de tutel. cap.* 33. *num.* 556. Menoch. *de recup. possess. remed.* 15. *num.* 143. *&* 148. *& cons.* 13. *n.* 104. Alexand. Trentacinq. *variar. resolut. lib.* 2. *tit de minor. resol.* 10. *num.* 7. *vers. contrarium.* Crivel. *decis.* 14. *num.* 63. Ludovic. Cens. *de cens.* 1. *part. cap.* 2. *quæst.* 1. *artic.* 2. *n.* 24. quæ opinio receptior est, & latè prædicti DD. eam comprobant.

72 Secundo dubitatur, an dispositum *in dict. l. fin.* habeat locum de jure Canonico, cum ab ipso sit cautum, præscriptionem cum mala fide non currere, *cap. ultim. de præscript.* (& latè suo loco comprobavimus) & non habere locum de jure Canonico defendit. Natt. *cons.* 295. *num.* 5. Butr. *cons.* 45. *col.* 3. Guid. Panc. *cons.* 152. *n.* 49. Dyn. *in cap. qui contra jus de regul. jur. n.* 6. Anton. Gabr. *tit. de minor. conclus.* 4. *n.* 13. & hujus opinionis ea est præcipua ratio; quia contrahens cum minore contra juris dispositionem est in mala fide, & novissime hanc sequitur Lara *de vit. homin. cap.* 22. *n.* 54. ubi ait, minorem, qui per quinquennium tacuit, in foro Ecclesiastico posse revocare alienationem, & ita esse servandum in foro seculari: & pro comprobatione allegat *text. in l.* 5. *tit.* 11. *p.* 5.

Contraria opinio magis communior est, & eam sequuntur Hieron. Gabr. *cons.* 40. *num.* 38. *&* 39. *lib.* 2. ubi vanam esse opinionem Butr. tradit. Menoc. *in dict. remed.* 15. *num.* 188. Simoncel. *de decret. lib.* 3. *tit* 9. *num.* 43. Qui de jure Canonico, & in terris Ecclesiæ procedere ait. Natt. *cons.* 162. *n.* 23. Panc. *cons.* 112. *num.* 49. Alexand. Trentacinq. *ubi sup. n.* 9. Stephan. Gratian. *in d. cap.* 513. *n.* 8. Cancer. *variar. resolut. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 27. Ludovic. Cens. *de cens. lib.* 1. *part. cap.* 2. *quæst.* 1. *artic.* 2. *num.* 25. *in fin.* Et contraria opinio non juvatur *ex text. in dict. l.* 5. sed & contrarium est *text. in l.* 9. *tit.* 19. *part.* 6. & hujus opinionis rationes allegat. Jacob. Menoch. qui respondit. *text. in dict. cap. qui contra*, ex authoritate Cravet. *de antiquit. tempor.* 4. *part. princip. in* 4. *part. quæ incipit materia*, *n.* 9. *fol. mihi* 454. Alexand. Trentacinq. & Cancer. *ubi suprà.* Et ex relatis DD. intellige hanc opinionem procedere, quando cessat dolus, & læsio minoris, & sine detrimento minoris contractus celebratus sit, & vide *infra.*

Quæ autem differentia sit inter ratificationem, 73
quæ fit tacitè per transcursum quinquennii, & eam, quæ à minore facto majore fit verbis expressis, vel facto, vide apud Menoch. *ubi sup. dict. num.* 15. ubi tradit in eo differre, quia quæ fit ex dispositione legis, retrotrahitur ad tempus contractus, quia lex fingere potest, *text. in dict. l. fin. C. si major. factus*, quando verò ratificatio fit ab homine, contractum nullum validare potest à rempore ratificationis, & non retrotrahit; quia finiendi facultatem non habet, & eo tacito idem tradit Montan. *in dict. cap.* 33. *num.* 316. Octavian. Simoncel. *in tract. de decretis*, *lib.* 3. *tit.* 9. 2. *casu*, *n.* 18. Cavalcan. *in tract. de tut. & curat. num.* 148. Joseph. Ludovic. *decis. Lucens.* 18. *num.* 16, *&* 17. *cum aliis*, qui contra Paris. & Curt. Junior. quos & reprobat Menochius. hanc sequitur, & idem decisum fuisse in Senatu Manticano testatur Surd. *decis.* 245. ubi ad partes quæstionem examinat, & contrariis satisfacit: & in ratificationibus generaliter tradit; quando contractus confirmatus nullus fuit, tempus ratificationis attendi, & quando fuit ab inirio validus, tempus contractus, & eandem doctrinam tradidit *in decis.* 70. *num.* 22. *cum* 5. *sequentib.* ubi multis auctoritatibus eam comprobat, & idem tenes Joseph. Ludovic. *in dict. decisione Lucens.* 18. *num.* 13. *&* 14. ubi in actibus, qui non sunt nulli & ipso jure veniunt annullandi juris remediis, ratificationem retrotrahi ad tempus contractus, docet; secùs verò in casibus, & contractibus ipso jure invalidis à principio, nam tunc valebit prout ex nunc, & non pro ut ex tunc. Et de hac quæstione vide alios, quos allegat Prosp. & Farin. 2. *part. fragmentor. verb. lex. num.* 48. & Tentacinq. *ubi sup. num.* 9. & plures ex relatis in Addit. ad Glos. *supra*, Rursus objici ei poterunt melioramenta, si quæ sint facta in re alienata, *l. si prædium* 17. *in fine C. de præd. min.* Thesaur. *lib.* 4. *quæst*, 75. *n.* 10. Montan. *de jure tutel.* 74
cap. 33. *num.* 616. Lara, *de vit. homin. cap.* 18. *num.* 27. de quo vide Addit. ad Glos. 3. *l.* 15. *tit.* 13. *infra.*

Si pretium versum fuit in minoris utilitatem, & 75
rem cum fructibus postulat, tenetur illud cum legitimo interesse emptori restituere, *text. in l. si fundus.* 13. §. *quamquam l. non solum.* 4. *l. prædiorum.* 10. *l. utere.* 14. *l. prædium rusticum.* 16. *C. de prædiis minor. sine decret. non alien.* Valle. *cons.* 60. *n.* 38. *lib.* 4. *& cons.* 7. *n.* 3, 28. *&* 29. *&* 30. *vol.* 3. Cacher. *decis.* 160. *num.* 16. *cum aliis*, Gutierr. *de tutel.* 2. *part. cap.* 5. *num.* 19. Montan. *ubi sup. à num.* 89. *& num.* 615. Cancer. *variar. res. cap.* 1. *n.* 249. Lara *de vit. hom. cap.* 18. *n.* 34. *cum seq.* Cald. *de emp. & vend. cap.* 13. *num.* 37. ubi minorem teneri restituere pretium ait, emptori cum fructibus. Ricc. *in prax. for. Eccles.* ubi idem in Ecclesia procedere inquit. De quo vide *l.* 6. *tit.* 2. *lib.* 1, *recompil.*

&

& *ibi.* Azeved. Farin. *ubi supr.* Cald. *n.* 15. *&* 16. *cum aliis*, Gutierr. *lib.* 3. *quæst.* 8. qui de illius legis interpretatione agunt, quando emptores rerum Ecclesiarum possint pretium repetere: Et vide Addit. ad Glos. 1. *l.* 15. *infrà n.* 7. & ad Glos. 4. *supr.* nam cum rescinditur contractus à minore, ipse debet restituere omne illud, quod occasione illius contractus ab adversario recepit *ex tit. C. de rescindendis venditionib.* sed
76 non tenetur illud restituere usque ad finem litis, *ex text. in l. unic. illius tituli, & ibi* Gl. *verb. debet restit. & ibi.* communiter, DD. Molin. *de Hisp. primog. lib.* 4. *c.* 9 *n.* 43. *vers. ex quib.* ubi constituit differentiam inter agentem contra transactionem, qui statim restituere debet id, quod accepit, & minorem, qui agit de rescissione contractus, & singulariter notandum esse dicit, ne æquivocè in hac materia procedatur. Et vide Addit ad Glos. *fin. l.* 56, *infr.*

77 Dubium autem est, utrum minor, qui agit, & se læsum dicit, teneatur probare pretium perdidisse; vel emptor, à quo res petitur, versum fuisse in minoris utilitatem? Glos. *verb. constiterit, in l. prædictum*, & *ibi* Bart. & communiter Doctores & Glos. *verb. probetur in l. si sine* 33. §. *interposito, ff. de admin. tutor.* ubi & Bart. distinguunt inter restitutionem, & nullitatem, & cum minor restitutionem petit adversus alienationem ex eo, quòd in venditione, vel in pretio læsus fuit, ei onus probationis, quòd pretium fuit malè perditum, vel consumptum, incumbere, docent; si vero nullam dicat venditionem ex defectu decreti, & aliarum solemnitatum, emptori onus probandi, versionem in utilitatem minoris, incumbere, & idem sequuntur Vivius, *dec.* 447. *n.* 25. ubi alios citat. Trentacinq. *var. resolut. lib.* 2. *titul. de minor. resolut.* 6. *vers. alia est opinio*, Cancer. *variar. cap.* 1. *num.* 250. *lib.* 2. Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 84. *num.* 2. 3. *&* 4. ubi plures refert, & hanc communem dicit & esse tenendam, etsi contrarium velint alii adducti à Simon. *de decret. lib.* 3. *titul.* 7. *n.* 20. Montan. *de tutel. cap.* 3. *à num.* 137. Illiger. *in annot. ad Donell. enucleat.* 2. *part. lib.* 21. *cap.* 10. *colum.* 8. *in fin. liter. cc. vers. hinc Duarenus.* Fachin. *controvers. lib.* 2. *cap.* 46. ubi quatuor opiniones in hac materia refert, & opinionem eorum sequitur, qui simpliciter docent, probandam esse pecuniam in eorum utilitatem versam, ut non sufficiat probare pecuniam ad minorem, vel alium pervenisse, & contrariis satisfacit. Contra hanc resolutionem multa considerat Arias Pinell. *in l.* 2. *C. de rescind. vendit. cap.* 1. *num.* 26. *&* 27. 3. *part.* ubi cum Bart. *in l.* 1. *C. si adversus credit.* & Bald. *num.* 5. Salyc. *num.* 3. Paul. Castrens. *in fin.* & aliis, *ibi*, tradit, emptorem semper teneri ad probationem versionis pretii in utilitatem minoris, nisi minor se læsum dicat, ex eo quòd pretium sibi solutum malè perdidit, seu consumpsit, de quo *supr.* nam tunc tanquam fundamentum suæ intentionis amissionem pecuniæ probare debet, & vide eum, *in num. sequent. usque ad num.* 35. ubi contrariis satisfacit, & maximè, *in n.* 33. ubi hanc doctrinam comprobat. Menchac. *controvers. usuf. lib.* 3. *cap.* 66. *num.* 1. *cum aliis*, ubi latè, & eleganter hanc materiam declarat, & plures casus distinguit, & cum minori pecunia pro re soluta fuit, hanc sequitur, quem vide, & Illiger. *ubi supr.* tradit emptori pretium reddi deberi, nisi tunc dedisset minori, cum perditurum sciret, & tandem à dicta communi regula non esse recedendum. Et vide Thesaur. *lib.* 4. *quæst.* 75. *num.* 12. qui ait, si apertè non constat de nullitate contractus, antequam emptores molestentur, rationem tutelæ capiendam esse, ut videatur, an in rem pupilli pretium versum sit, & ita Senatum sæpius judicasse.

Et nota quòd, quando contractus cum solemnitatibus est initus, incumbet minori onus probandi, rem non fuisse versam in suam utilitatem, & quando minor dicit, pretium perdidisse; non vero quando dicit se læsum ex eo quòd contraxit, quia sibi non expediebat vendere, & probavit læsionem; nam tunc actor, qui voluit retinere prætextu pretii, debet probare, in utilitatem minoris fuisse versum, ut ex Cast. & Bar. resolvit. Trentacinq. *ubi supr.* Lara, *de vit. hom. c.* 18. *num.* 42. Pereir. *du empt. & vendit. cap.* 13. *num.* 37. *in fin. &* 38. *per totum*, & vide tradita *supr. in num.* 10. & Addit ad Gloss. *fin. l.* 3. *titul.* 1. 1. *sup. hac part.* † Versio in utilitatem minoris, Ecclesiæ, vel reipublicæ quomodo probe- 78
tur, vide *suprà* in addit Glos. *fin. à dict. num.* 1. *cum aliis*, & Lara. *in cap.* 18. *num.* 38. ubi quatuor casus refert, in quibus dicitur, rem in minoris utilitatem versam fuisse: ut quando pecuniam habuerit salvam, seu erogatam in suis facultatibus; vel quando necessariam rem emerit, vel si à diminutione cæterorum bonorum suorum fuit relevatus, & refert Cancer. Fachin. & Mascard. † De solemnitati- 79
bus requisitis in venditionibus fiscalibus, tam de rebus in patrimonio fisci incorporatis, quàm etiam de rebus debitorum fiscalium, Vide in additione Glos. 6. *l.* 53. *in fin.*

Quòd si novus licitator post additionem factam 80
in publica subhastatione accedat, & plus offerat pro re minoris vendita, utrum debeat admitti, & minori in hoc casu beneficium restitutionis competat? Vide addita ad Glos. 7. *leg.* 42.

Ex venditione, vel permutatione per restitutio- 81
nem in integrum rescissa, utrum gabella debeatur, & jam soluta repeti possit à gabellario? de hac quæstione agunt Pinell. *in l.* 1. *de rescind. vendit. part.* 2. *cap.* 3. *n.* 35. Lasar. *de gabel. cap.* 14. *num.* 44. Parlad. *lib.* 1. *rer. quot. cap.* 3. §. 5. *num.* 16. Gutierr. *de gabell. quæst.* 13. *per totam*, Garc. *de expens. & melior. cap.* 18. *num.* 46. & negativam defendunt. Et Pinell. *ubi supr.* laudemium, & relevium repeti posse, ait, non autem gabellam: & idem de gabella tradit Lara. Affirmativam Parlador. Gutierr. & Joan. Garc. *in num.* 47. *ubi supr.*

Alia pertinentia ad quæstiones hujus glos. Vide in Addit. Glos. *leg.* 56. *hujus titul. & l.* 9. *&* 10. *tit.* 19 *part.* 6.

LEX V.

SUMMARIUM.

1 *Judicibus non licet intra territorium suæ jurisdictionis emere.*

2 *Item nec palam, nec bona fide.*

3 *Ex sola dignitate officii quamvis digniori, non præsumitur illatus metus, seu dolus.*

ADDIT. GLOSS. I.

NOta 1. ex *text.* & Gl. 1. Judicibus non licere 1
intra territorium suæ jurisdictionis emere. Et Adde. *l.* 2. *titul.* 6. *lib.* 3. *recompil. l. non licet* 46. *l. quo officii causa* 6. *ff. de contrab. emption. l. principalibus*, 33. *ff. si cert. pet. l. eos*, *C. eod. dict. l. unic. C. de contr. jud.* Bart. *in l. auferetur*, §. *quod à Præside ff. de jur. fisc.* Bald. *in solus*, § *fin. quæst.* 2. *ff. de offic. Proconsul.*

Jas. & Dec. & alios, *in dict. l. principalibus*, Put. *in tractat. de syndicat, verb. contrahere, cap. 1. num. 2. & cap. 2. num. 1.* Strach. *de mercatura*, 3. *part. num. 17.* Felician. *de societat. cap. 8. num. 2.* Perez. *in l. 1. titul. 5. lib. 5. ordin. vers. facit lex, qui officialib.* Roland. *cons. 83. num. 2. lib. 2.* Avendan. *in cap. 2. de exequend. mand. num. 22.* Avilef. *in cap. 2. prætor. glos. verb. heredad. num. 1. & 5.* Bobadill. *in politic. prætor. lib. 2. cap. 12. n. 34.* Pereir. *in titul. de empt. & vendit. c. 8. num. 47.* Peregr. *de jur. fisc. lib. 4. titul. 7. num. 12.* Jacob. Cancer. *3. part. variar. cap. 1. num. 97. & 98.* Fach. *controvers. jur. lib. 2. c. 78.*

2 *& 79.* † ubi ait etiam palam, & bona fide emere eis non licere, præterquam pro necessitate victus. Scaccell. *de commer. §. 1. quæst. 7. part. 3. limitat. 17. num. 16.* Matienz. *in dialog. relator. 3. part. cap. 27. num. 1.* Molin. *disput. 343. in principio.* De quæstione, an hæc prohibitio ad consiliarios Principis extendatur, quam Glos. hic tangit, vide *infr. in glos. sequent. à num. 6.*

Nota secundò, rationem hujus prohibitionis esse, ne judices sub prætextu emptionis fraudes, & barateriias committant. Et Add. Amodeum de Castell. *in titul. de syndic. num. 17. vers. & ratio.* aliam rationem tradit glos. *in l. 1. C. negotiatores ne militent. lib. 10.* quam sequitur Roman. *in d. l. si principalibus*, & Amodeus *supr.* nempè prohibitam esse judicantibus negotiationem; ne vacent ab officio, & emptionibus, & aliis contractibus impediti à publica administratione avocentur: sed displicet Jasoni, *ibi, n. 1.* & dicit esse propter metus impressionem, *ut in l. si per impressionem, de his quæ vi. met.* & eum sequitur Roland. *consil. 83. n. 3. & 13. volum. 2.* Sed necista placet Matienz. *in dialog. relator. 3. part.*

3 *cap. 27. num. 2.* † ubi tradit ex sola dignitate, aut officio quantumvis digniori non præsumi illatum metum, vel dolum, *per text. in l. ad invidiam, C. de his quæ vi met.* sed verius est, non tantum una ratione motum fuisse legislatorem; sed pluribus, ut docet Alciatus. *in dict. leg. principalibus, num. 1.* apud quem, & relatos, multas rationes vides.

SUMMARIUM.

1 *Judicibus tam majoribus, quàm minoribus prohibitum est emere intra suæ jurisdictionis terminos.*

2 *Item de jure communi prohibetur judicibus perpetuis.*

3 *Iudicibus perpetuis intra suæ jurisdictionis terminos emere licet.*

4 *Ducibus, & Marchionibus contrahere cum subditis licet.*

5 *Judicibus creatis ad beneplacitum, item emere, & vendere licet.*

6 *Limitatur, quando Princeps solet intra biennium, seu triennium submovere.*

7 *Judex, seu officialis creatus ad beneplacitum, an revocari possit? & quid si creetur ab Episcopo.*

8. *Auditores Regiæ Cancellariæ emere, & contrahere possunt cum provincialibus.*

9 *Auditoribus, judicibusque perpetuis prohibitum est emere ab eis, qui coram eis litigant.*

10 *Judices originarii emere à subditis possunt.*

ADDIT. GLOS. II.

1 AD Glos. 2. Nota, & amplia primo regulam (de qua in Glos. 1. *in princip.*) procedere in quocunque judice, sive sit de majoribus, sive de minoribus, Et Adde Glos. 3. *& 7. infrà.* & additos ad dictam Glos. 1. *num. 1.* Avilef. *in c. prætor. c. 1. glos. verb. heredad. num. 2. & 3.* Molin. *2. tom. de just. & jur. disp. 343. in principio.*

Nota 2. ex Glos. de jure communi verius esse, dictam regulam extendi ad judices perpetuos, in quibus major ratio prohibitionis militat, quàm in temporalibus. Et Adde Fachin. *controvers. juris lib. 2. cap. 88. vers. quod igitur*, ubi fundamentis utriusque opinionis ponderatis hanc veriorem agnoscit. Pereir. *in tract. de emp. & vendit. cap. 8. num. 61. 62. & 63.* ubi de stricta juris ratione contra communem defendi posse testatur, & ipse *ibi*, eam latè fundat. Bobadill. *in polit. prætor. lib. 2. c. 12. num. 36. 37. & 38.* ubi eam sequitur, & contrariis satisfacit. 2

Nota 3. ex Glos. secundum communem opinionem, quæ de consuetudine in praxi servatur, judices perpetuos in sua provincia emere posse à subditis oppressione cessante (& hæc est limitatio prima ad dictam reg.) & Add. Glos. & Cyn. *in l. quisvis, C. si cert. pet. at.* Jas. *in l. si principalibus, eodem, num. 1. vers. secundo limita*, & ibi Dec. *n. 7.* Paul. Paris. *in tractat. de syndic. verb. contrahere, num. 1. 4. & 7.* Avend. *de exequend. mand. cap. 2. num. 22. versic. advertendum.* Cacher. *dec. 144. n. 12. & 13. vers. secundo responderi potest.* Peregr. *de jur. fisc. lib. 4. tit. 7. num. 10.* Roland. *cons. 83. lib. 2. n. 6. cum aliis*; ubi hanc veram, & approbatam sententiam appellat. & Avilef. *in cap. 2. prætor. glos. sup. verb. de mercaderia, num. 23.* Matienz. *in dialog. relat. c. 27. num. 9.* ubi latè quæstionem examinat, & rationem, ex qua perpetuis judicibus emere permittitur, tradit. Azev. *inl. 2. titul. 6. lib. 3. recompil. n. 11. & 12.* Olan. *in reduct. antinom. verb. judex, num. 63.* Pereir. *in dict. cap. 8. num. 60.* Scac. *de commerc. §. 1. quæst. 7. 3. part. volum. 17. num. 16. in fin. & vers. infr. n. 8.* & Roland. Avilef. Matienz. *in locis citatis*, ubi contrariis satisfaciunt. 3

Amplia hanc limitationem procedere in Ducibus, Marchionibus, & Comitibus, qui jurisdictionem perpetuam habent, nam & hi emere, & contrahere cum suis subditis possunt. Alciat. *in l. Præsidis, 2. ff. si cert. petat.* Pereir. *in dict. cap. 8. num. 64.* 4

Amplia secundò ex Glos. *hic* in judicibus ad beneplacitum constitutis, quia æquiparantur officiali perpetuo propter incertitudinem. Et Add. *l. sufficit ff. de cond. indebit. l. jurisperitus*, & *ibi* DD. *ff. de excus. tutor.* Jas. *in l. centesimis, §. si ita stipulatus, n. 14.* & Alexand. *n. 11. ff. de verb. oblig.* Bald. *in leg. solet. §. fin. ff. de offic. Proconf. & legat.* Avilef. *in dict. cap. 2. glos. verb. de mercaderia, n. 24.* Peregri. *de jur. fisc. titul. 7. lib. 4. num. 10.* Matienz. *dict. c. 27. num. 10.* ubi plures laudat. Cacher. *dict. decis. 144. n. 13. versic. Sed D. Dragus.* Capic. *decis. 123. n. 4. & in add. ad eandem, decis. 116.* Ricc. *in prax. for. Ecc. decis. 68.* & multos refert. Mier. *de majorat. 4. part. quæst. 10. num. 39.* multos aggregat, qui dicunt officiales ad beneplacitum perpetuos dici. Cancer. *3. part. variar. resolut. cap. 1. de affectionibus, & oblig. n. 99. & 100.* ubi ex aliis beneplacitum, sive sit relatum ad dignitatem, sive ad personam, perpetuum esse tradit. Contrarium, imò quòd judices ad beneplacitum non sint perpetui, defendit Pereir. *in tit. de empt. & vendit. cap. 8. num. fin.* ubi hanc opinionem fundat, & alios allegat. Matienz. *dict. num. 10. vers. Alciatus tamen.* 5

Sed pro concordia distinguunt Avilef. Matienz. 6

Cald.

Cald. & alii *ubi supr.* & primam opinionem procedere dicunt in judicibus, quos solet Princeps diutiùs in officio relinquere, & non de facilè summovere: contrariam verò, quando intra biennium, vel triennium solet Princeps eos removere.

7 Et de quæstione, utrum judices ad beneplacitum possint revocari, & quando? Vide Fontanel. *de pact. nuptial. claus.* 4. *glos.* 10. 1. *part. à num.* 144. Cenall. *commun. contra commun. quæst.* 425. *num.* 17. ubi idem esse dicit de judicibus creatis ad voluntatem. Et *in num.* 24. tradit officialem Episcopi creatum ad beneplacitum non posse revocari. Ricc. *in prax. for. Ecclesiast. dict. decis.* 68. *n.* 6. *&* 7. ubi alios refert. Gratian. *discept. forens.* 1. *tom. cap.* 167. *per tot.* ubi de notariis, & an possint revocari, latè agit. Et quando morte concedentis expiret, Vide Mierem, *in dict. quæst.* 10. *n.* 18. 19. 21. 25. *&* 27. ubi plures adducit, & latè explicat. Et an absque causa Princeps officium semel concessum tollere possit, vide Addita, *in dict. glos.* 6. *l.* 53. *infr. hoc tit. num.*

8 Nota 4. ex Gloss. auditores Regiæ Cancellariæ emere posse, & contrahere cum provincialibus. Et Adde *suprà* additos, *in n.* 2. *cum aliis*, Cachera. *decis.* 144. *num.* 13. ubi tradit jura, quæ prohibent judicibus contrahere, loqui in magistratibus administrationem, & jurisdictionem habentibus, secùs autem in non habentibus jurisdictionem, ut in singulis Senatoribus, ex Bart. *in leg. aufertur, §. quod si à præside, in fine, ff. de jure fisci*, & aliis quos refert.

9 Declara primò, nisi emant ab aliis, qui coram ipsis litigant, ac postulant, vel cum eis contrahant. Ripa. *lib.* 2. *respon. cap.* 29. *num.* 3. *&* 4. Pereir. *in dict. tract. de emption. & vendit. cap.* 8. *num.* 64. *in fine.* Scacc. *de comm. §.* 1. *quæst.* 7. *part.* 3. *limit.* 17. *versic. subdeclara.*

Declara secundò, quòd ista prohibitio non dirimit contractum, quem judices faciunt, si eis est damnosus; secus si eis esset utilis. Scacc. *ubi supr. num.* 18.

10 Limita 2. extra Glos. in judicibus originariis [ubi de consuetudine cives originarii eliguntur judices] quibus, etsi sint temporales, à subditis emere, & cum eis contrahere, licet. *l. Præsidiis, secundum unam lecturam, ff. si cert. petat.* Roland. *consil.* 83. *vol.* 2. *n.* 9. ubi Bart. Paul. & Alexand. laudat. Avendan. *de execut. mand. cap.* 2. *num.* 22. *vers. ex quo deducitur.* Avilef. *in c. prætor. c.* 2. *in glos. sup. verb. mercaderia, num.* 20. Matienz. *in dialog. relat.* 3. *part. cap.* 27. *num.* 6. ubi rationem reddit, quare judicibus in aliena provincia, hoc est extra patriam, prohibitum est emere, & non in propria, Scac. *de comment. §.* 1. *quæst.* 7. 3. *part. limitat.* 17. *num.* 17. Azeved. *in l.* 2. *tit.* 6. *lib.* 3. *recompil. num.* 11. Peregrin. *de jur. fisc. lib.* 4. *titul.* 7. *num.* 9. ubi hanc veriorem opinionem dicit contra Decium, & alios, Bobadill. *in polit. Prætor. lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 56. & sic est tenendum, licet contrariam opinionem cum Bald. & Roman. teneat Putens, *in tractat. de syndic. verb. contrahere, n.* 8.

SUMMARIUM.

1 *Emere, & vendere non prohibetur officialibus, qui non habent jurisdictionem.*
1 *Executoribus tributorum licet emere in loco, ubi tributa exigunt.*
3 *Decuriones, sive sint perpetui, sive annales, possunt emere, & vendere.*
4 *Limitatur si emant de bonis suæ administrationis.*

ADDIT. GLOSS. III.

AD Glos. 3. Nota primò, quòd hæc prohibitio non extenditur ad officiales, qui non habent jurisdictionem. Et est tertia limitatio. Et Add. Bald. & Salyc. *in l. quisquis, C. si certum petat.* Cacheran. *decis.* 144. *n.* 13. Matienz. *in dialog. relat.* 3. *cap.* 17. *num.* 14. *& cap.* 28. *num.* 15. Avilef. *in cap. prætor. cap.* 2. *glos. verb. de mercaderia, num.* 32. Peregrin. *in tract. de jure fisc. lib.* 4. *tit.* 7. *num.* 14. 1

Ex quo infertur primò, quòd exactores tributorum non comprehenduntur in hac prohibitione, quia nullam habent jurisdictionem; ut notat Platea. *in l. missi opinatores, num.* 2. *versic. isti autem, C. de exactor. tributor. lib.* 10. & in specie sic tenent Joan. Matienz. *in dict. cap.* 28. *num.* 15. & proximè additi, licèt contrarium teneat Glos. *hic* citata, Plat. *in dict. num.* 2. *circa fin.* & Avilef. *ubi proximè*, qui sibi contrarius est, *in n.* 32. † Infertur 2. Decuriones, 2 3 sive sint perpetui, vel annales, posse contrahere, emere, & vendere in sua patria durante officio. Bart. *in l. aufertur, §. quod præsid. ff. de jur. fisc.* Jas. *in l. principalibus, num.* 5. *versic. istam regulam limita.* Matienz. *in dict. cap.* 27. *num.* 14. Pereir. *in tractat. de emption. & vendit. cap.* 8. *n.* 5. *versic. licet contrarium.* Bobadil. *in politic. l.* 2. *cap.* 12. *num.* 41. Amod. de Castell. *de syndicat.* 75. *versic. si autem habeat officium perpetuum*, Roland, & Avilef. *ubi suprà num.* 21. & vide Andr. Fachin. *controversiar. jur. lib.* 2. *cap.* 88. *vers. quod attinet*, ubi contrarias opiniones recenset, & negativam. sequitur de jure communi.

Limita nisi emant de bonis suæ administrationis, be quo vide Addit. ad Glos. 9. *leg. antecedent.* & Peregrin. *in d. titul.* 7. *num.* 5. *&* 6. ubi officiali emere, quod ex officio vendit, non licere tradit; quod ampliat, & limitat. Et *per l.* 33. *tit.* 4. *lib.* 3. *recompil.* Satellitibus hoc est prohibitum, *& per l.* 1. *c.* 57. *titul.* 2. *lib.* 9. *recompil.* calcularoribus, & officialibus regalis patrimonii aliquid emere ex eo prohibetur. 4

SUMMARIUM.

1 *Judicibus intra territorium suæ jurisdictionis non licet contrahere.*
2 *Declaratur, per viam mercantiæ. Et refutatur, nisi ad victum necessaria emant.*
3 *Judicibus perpetuis, & auditoribus Regis per viam mercantiæ, non licet contrahere.*
4 *Decurionibus mercatura an prohibeatur?*
5 *Emptionis verbo omnes contractus comprehenduntur.*
6 *Judicibus commercium cum subditis est prohibitum, etsi palam emant, & auctoritate alterius judicis.*
7 *Palam, & bona fide quando quis contraxisse dicatur?*
8 *Judices, seu eorum filii cum subditis matrimonium non possunt contrahere; licet contractum, nisi metus dederit causam, non possit revocari. Et prædicta prohibitio limitatur in filiabus.*
9 *Judex etiam à magno viro sibi subdito emere non potest.*

ADDIT. GLOS. IV.

1 AD Glos. 4. Nota primò ex Glos. judices in territorio suæ jurisdictionis non posse contrahere. Et amplia secundò prohibitionem (de qua *supr.* in addit. Gloss. 1.) ad alios contractus, quàm emptionis. Et Add. *l. 2. tit. 6. lib. 2. recompil.* Avendan. *in cap. 2. de exequend. mand. num. 22. versic. item ista prohibitio.* Avilef. *in dict. cap. 2. Prætor. in gloss. verb. mercaderia, num. 1. & 6.* Azeved. *in dict. l. 2. num. 12. versic. Sed non, & alios contractus.* Peregr. *de jur. fisc. lib. 4. titul. 7. num. 12.* Matienz. *in dialog. relat. 3. part. cap. 27. num. 1.* Pereir. *de emption. & vendit. cap. 8. num. 47. versic. sed veriùs.* Bobodil. *in politic. prætor. lib. 2. cap. 12. num. 34. & 40.* & alios, quos laudavimus in additione Glos. 1. *l. 5. num. 2.* Scac. *in tractat. de commerc. §. 1. quæst. 7.*

2 *part. 3. lim. 17. num. 36.* † Intellige si per viam mercantiæ contrahant, & sit frequentia emptionum, & contractuum; aliàs verò licet eis contrahere, dommodo domos, vel hæreditates non emant. *ex dict. l. 2.* Avilef. *num. 2.* Matienz. *cap. 28. num. 1. 2. & 3.* Azeved. *ubi supr.* Bobadill. *num. 57. in dict. cap. 12.* & vid. Add. Gloss. 3. *l. 5. tit. 7. infrà*, ubi diximus, quando quis dicatur negotiator. Sed veriùs est, nullum contractum judices in jurisdictione sua posse facere, neque mercantiam exercere, neque emere præterquam ad victum necessaria, *ex text. hic, in versic. fueras ende*, quem ad hoc ponderat Azeved. *in fin. dict. n. 12. & in n. 13.*

3 Amplia ea, quæ diximus de mercantia, procedere in judicibus perpetuis, & auditoribus Regalis Cancellariæ, & in aliis, quibus mercatura est etiam prohibita; ut multis rationibus, & authoritatibus comprobant Matienz. *in dialog. relat. 3. par. cap. 28. num. 8. & 9.* Scac. *de commerc. §. 1. quæst. 7. 3. part. limit. 17. num. 17.* Azeved. *dict. num. 13.*

4 *versf. non tamen procedet.* † Et quid in decurionibus? Vide Matienz. *n. 28.* & Bobad. *d. c. 12. n. 41. & 42. & in* Glos. *3. supr.*

5 Nota 2. ex Glos. quod *emptionis verbo*, omnes contractus comprehenduntur. Et Adde Addit. *ad rub. hujus tit. num. 2.*

6 Nota 3. Judicibus prohibitum esse commercium cum provincialibus, etsi palam & bona fide emant, & etiam cum authoritate alterius administratoris, vel judicis, & est tertia ampliatio regulæ. Et Adde Avil. *in d. gl. verb. mercaderia, num. 7.* & Azeved. *in dict. leg. 2. num. 13.* Bobadill. *dict. cap. 12. num. 35. versic. l. 5.* Cevall. *2. tom. commun. quæst. 445. n. 3. versf. sed contrariam opinionem.* Fachin. *controverf. jur. lib. 2. cap. 79. versf. sed contrariam sententiam habuerunt.* Peregr. *de jure fisci, lib. 4. tit. 7. num. 12. in 7. Ampliat.* & sic est tenendum, licèt contrariam opinionem cum Andrea. de Iser. *hic* à Glos. laudato, & aliis tenuerint Cacheran. *decis. 144. n. 14.* Roland. *cons. 83. n. 11* & alii, quos retulimus *supr.*

7 in Addit. Glos. 9. *leg. anteced.* † Et vide *ubi à num. 11.* quando quis palam, & bona fide contraxisse præsumatur.

8 Matrimonium utrùm judicibus contrahere cum subditis liceat? vide *l. 2. tit. 14. p. 4.* & ibi Addit. ad Glos. 12. Avilez. *in cap. 2. 2. Prætor. in glos. mercaderia, n. 37.* Matienz. *in dialog. 3. part. cap. 3.* Bobadil. *in polit. cap. 12. num. 36. in fine, & lib. 5. cap. 3. n. 119.* ubi alios laudat, & eis, & filiis suis non licere docent; filiabus verò permissum esse. Et licet contra facientes puniantur, non annullatur matrimonium, nisi metus dederit causam contractui.

9 Nota 4. Non valere emptionem, etsi judex emat à magno viro sibi subdito; quem non timere illum judicem, certum erat. Et Adde Bobadill. *n. 35. versf. la sexta*, ubi communem, & receptam opinionem dicit, *ubi supr.*

SUMMARIUM.

1 *Judicibus per interpositam personam prohibitum etiam est emere.*
2 *Interpositio personæ majorem fraudem arguit.*

ADDIT. GLOS. V.

1 AD Glos. 5. Nota judicibus per interpositam personam emere, & contrahere esse prohibitum. Et Adde Menoch. *de arbitr. lib. 2. casu 459. n. 12. 13. & 14.* Matienz. *in dialog. relator. 3. part. cap. 28. num. 14.* ubi tradit fortiùs prohibitioni locum esse, si per interpositam personam judex contrahat, *l. eos, C. de usuris, l. 1. C. de contract. judic.* Peregrin. *de jur. fisc. lib. 4. tit. 7. num. 12. in prima ampliatione.*

2 Nota secundò, quòd ex interpositione personæ major fraus præsumitur. Et Add. *l. si is, qui bonis, ff. de acquiren. hæreditate.* Matienz. *ubi supr. & in l. 23. titul. 11. lib. 5. recompil. glos. 2. n. 5.* Avilef. *in cap. 1. prætor. in glos. verf. ni por otro, n. 1.* ubi alios tradit, & de probatione fraudis. Et Vide Addit. ad Glos. *6. & 7. l. 2. titul. antecedent. à num. 15.* Menoch *casu 459. num. 4. cum 4. sequentib. & lib. 3. præsumpt. 80. num. 15.* Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib. 4. tit. 13. num. 3. cum aliis.*

SUMMARIUM.

1 *Familiaribus, & domesticis judicum intra jurisdictionem domini prohibitum est contrahere.*
2 *Uxori judicis prohibitum est emere.*

ADDIT. GLOSS. VI.

1 AD Glos. 6. Nota domesticos, & familiares judicum, & qui circa eos sunt, non posse emere, nec contrahere in territorio jurisdictionis eorum. Et hæc est quarta ampliatio, Add. Avend. *in c. 2. de exequend. mandat. n. 22. versf. & jure quoque Regni*, ubi ampliat ad consiliarios eorum. Avilef. *in cap. 2. prætor. in glos. verb. heredad. num.* Peregr. *de jure fisc. lib. 4. tit. 7. num. 2. ampliat. 2.* Matienz. *in dialog. relat. 3. part. cap. 28. n. 15.* ubi declarat, qui sunt, qui circa judices esse dicuntur. † Amplia ad uxores, 2
quia uxor dicitur de familia viri, *ut in l. quicumque, C. de re militari, lib. 12. c. hæc imago 30. quæst. 5.* & dicitur domestica persona. Bald. *in leg. etiam & ibi*, Glos. *C. de testib. leg. 1. tit. 6. lib. 3. recompil.* ibi, *ni sus mugeres, ni hiios*, Avilef. *in cap. prætor. c. 1. glos. verbo, mugeres, n. 6. & 7.* & in terminis Put. *de syndicat. verbo, contrahere, n. 8.*

SUMMARIUM.

1 *Judici emere prohibitum est, etsi ejus officium sit modicum.*
2 *Judices cum non subditis suæ jurisdictioni contrahere possunt.*
3 *Item si res sit intra territorium suæ jurisdictionis.*
4 *Limitatur, si non subditi frequenter essent in loco suæ jurisdictionis.*

ADDIT. GLOSS. VII.

1 AD Gloſ. 7. Nota primò, ex Gloſ. etſi modicum officium, judicem emere non poſſe. Et adde Abdit. Gloſ. 2. *ſupr. num.* 1.

2 Nota ſecundò, limitationem quartam ad regulam, [de qua in Gloſſa prima] judices cum non ſubditis ſuæ jurisdictioni contrahere poſſe, & ab eis fundos emere. Et Add. Jaſ. *in leg. principalibus, in 2. limit. ff. ſi certum petat.* & ibi Dec. *in 2. limitatione, n.* 8. Cacheran. *deciſ.* 144. Matienz. *dialog. relat. cap.* 27. *n.* 10. *in fin.* 3. *part.* Pereg. *de jure fiſc. lib.* 4. 3 *tit.* 7. *n.* 11. † ubi ampliat, quòd poſſit contrahere cum non ſubditis, etiam ſuper re exiſtente in territorio ſuæ jurisdictionis. Aviles. *in cap. prætor. cap.* 2. *verb. de mercaderia, num.* 22. Bobadill. *in politic. prætor. lib.* 2. *cap.* 12. *n.* 53.

4 Limita, ſi non ſubditi frequenter converſarentur in loco ſuæ jurisdictionis, quia tunc pro ſubditis reputantur. Aviles. *in dict.* 22. *verſic. ſed iſtam, & in gloſ. ſup. verb. tales pueblos, num.* 3. Bobadill. *ubi ſup.* ex quibus dubito de ampliatione proximè tradita per Peregrinum.

SUMMARIUM.

1 *Judices ea, quæ ad victum, & veſtimentum quotidianum ſui, & ſuæ familiæ neceſſaria ſunt, emere poſſunt, etſi non inveniant ſoluto pretio, poſſunt à ſubditis auferre.*

2 *Item licet emere equos in quibus equitent.*

3 *Item de licentia principis licet emere.*

4 *Res paternas, quæ fuerunt confiſcatæ, eis licet emere.*

5 *Item eis permittitur retrahere rem ſui patrimonii, vel generis.*

6 *Donatio remuneratoria à ſubdito judici facta valet, aliàs non.*

Judices domos privatorum non debent gratis habitare.

7 *Emptio, ſeu alius contractus judicibus prohibitus celebratus ab eis, etſi juramento confirmetur, non valet.*

Contrarium.

8 *Juramentum interpoſitum in contractu judicis obſervandum eſt, licet contractum non confirmet.*

9 *Renuntiatio jurium, quæ judicibus contrahere prohibent, non valet.*

10 *Judex à ſubditis poteſt hæres inſtitui, & ipſe poteſt legatum, ſeu hæreditatem acceptare.*

11 *Judex finito officio licitè emere, & contrahere poteſt, niſi legitima præſumptio concurrat, quòd adhuc duret ratio prohibitionis.*

12 *Promiſſio de vendendo judici facta an valeat, & an contractus durante officio celebratus, eo finito poſſit revalidari.*

ADDIT. GLOSS. VIII.

1 AD Gloſ. 8. Nota primò (limitationem quintam ad regulam, de qua in Gloſſa 1.) judices in ſua provicia ea, quæ ſunt neceſſaria ad victum, & veſtitum quotidianum ad ſui, & ſuæ familiæ ſuſtentationem, emere poſſe. Et Add. ultra ordinarios, & antiquiores Aviles. *in c. Prætor. cap.* 2. *gloſ. verb. de mercaderia, n.* 8. Peregr. *de jure fiſc. lib.* 4. *tit.* 7. *num.* 12. *verſ. limit.* 2. Matienz. *in dialog. relat.* 3. *part. cap.* 27. *n.* 3. & 11. Bobadill. *in polit. lib.* 2. *c.* 12. *num.* 48. Scacc. *de commerc. §.* 1. *quæſt.* 7. *part.* 3. *limit.* 17. *num.* 16.

Adeò enim hoc eis licet, quòd ſi non inveniat ureníilia, poſſunt ea pretio ſoluto auferre, & cogere ſubditos ad vendendum, ut ex aliis, quos laudant, docent Aviles, *in dict. cap.* 2. *ſup. verb. heredad. num.* 6. *& in dict. gloſ. de mercaderia, num.* 19. Bobadill. *num.* 49. *ubi ſupr.*

Nota 2. ex Gloſ. quòd eis licet emere equos, in 2
quibus equitent; quia non debet ire pedites. Et Adde Put. *de ſyndicat. verb. contrahere, num.* 3. Aviles. *in dict. gloſ. verb. de mercaderia, num.* 19. Bobadill. *in cap.* 12. *num.* 53.

Nota 3. ex Gloſ. quod cum licentia Principis 3
poſſunt judices emere, & contrahere. (Et eſt limitatio 6.) & Adde Peregr. *dict. lib.* 4. *tit.* 7. *n.* 2. *verſ. limita pluribus modis.* Aviles. *n.* 33. *ubi proximè.*

Nota 4. ex Gloſ. quòd licet judicibus emere res 4
paternas, quæ fuerunt confiſcatæ. [Et eſt limitatio 7.] & Adde. Matienz. *in dict. cap.* 27. *num.* 7. Aviles. *n.* 25. Peregrin. *num.* 7. *verſ. fallit.* 2. *ubi ſupr.* Pereir. *de emption. & vendit. cap.* 8. *n.* 50. ubi ampliat ad emptionem bonorum, quæ fuerunt majorum ſuorum, & latè comprobat. Et *in n.* 56. procedere dicit, etiam quando illa bona penes aliquem ſubditum ſuum extant; † & rem ſui patrimonii, vel generis aliis venditam retrahere poſſe. Gomez 5
in l. 7. *Tauri, n.* 12. *& num.* 40. Bobadill. *in politic. Prætor. lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 53.

Nota 5. ex Gloſ. donationem remuneratoriam à 6
ſubdito judici factam valere, & intellige ſi merita officium præceſſiſſe probetur. Et eſt octava limitatio. Add Put. *de ſyndic. verſic. contrahere, num.* 1. & 5. ubi etiam tradit, quòd judex non debet habitare domos privatorum. Matienz. *in dialog.* 3 *part. cap.* 31. *num.* 4. ubi contra Alciat. defendit hujusmodi donationem valere. Avil. *in cap. prætor. cap.* 1. *verbo, donation. num.* 5. *& in cap.* 2. *gloſſ. verb. de mercaderia, num.* 26. Azeved. *in l.* 1. *titul.* 6. *lib.* 3. *recompil. num.* 22. Fachin. *controverſ. juris, lib.* 2. *cap.* 86. Duen. *regul.* 31. *in princip. verſic.* 5. *fallit.* Peregrin. *de jure fiſc. lib.* 4. *cap.* 8. *n.* 12. *circa fin. in quinta limitatione*, ubi ex cauſa de præterito pro meritorum æquivalentia donationem valere, docet. Et ſic eſt tenendum, licet contrarium cum Alciato ſequatur Pereir. *de emption. & vendit. cap.* 8. *num.* 47. aliàs autem donationes judicibus factas nullas eſſe, nemo eſt, qui ignoret.

Nota 6. ex Gloſ. emptionem factam à judice, vel 7
alium contractum ex his, qui ei ſunt prohibiti, juramento non firmari. Et Add. Aviles. *in cap. Prætor. cap.* 2. *gloſ. verb. de mercaderia, num.* 38. Azeved. *in l.* 2. *tit.* 6. *lib.* 3. *recompil. num.* 13. Ceval. *commun contra commun. quæſt.* 445. *num.* 1. Matienz. *in in dialog. relat.* 3. *part. cap.* 28. *num.* 10. Peregrin. *de jure fiſc. lib.* 4. *tit.* 7. *num.* 12. *in* 5. *ampliat.* Bobadill. *in politic. prætor. lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 60. Menchac. *de ſucceſſ. cretion. §.* 28. *num.* 56. *& num.* 60. Seraphin. *de privileg. jurament. privileg.* 113. *n.* 2. *&* 3. *& ibi.* Benechendor. *num.* 1. *&* 2. & hanc communem, & tutiorem dixit Menchac. *num.* 58. *ubi ſupr.* licet ipſe pro contraria opinione multa tradiderit *in dict. num.* 56. & ſic eſt tenendum, etſi hujusmodi contractum juramento confirmari, tenuerint Butr. *in cap. contingat. de jurejurand.* Alciat & alii, quos refert, & ſequitur Gutierr. *de jurament. confirmat.* 1. *part. cap.* 40. *n.* 5. *col.* 2.

Declara ex Gloſſ. juramentum interpoſitum in 8
contractu judicis, cui ratione officii non licet

contrahere, omnino servandum esse, licet contractum non firmet, & postea solutum repetendum esse condictione sine causa, vel habita absolutione à juramento. Et Add. Gutierr. *dict. cap.* 40. *n.* 3. *vers. rursus.* Put. *de syndic. verb. contrahere, num.* 3. Menchac. *in dict. num.* 56. *in princip.* ubi cum hac doctrina Bart. cæteros transire inquit, & Seraphin. *num.* 2. *ubi supr.* & contra Joan. Gutierr. & alios, qui tenent, quòd non debet concedi absolutio à juramento, ut contractus remaneat rescissivus, sic est observandum in praxi.

9 Nota 7. ex Glos. quòd non valet renuntiatio hujus juris, quia jure prohibitum introductum ob bonum publicum non potest renuntiari. Et Add. *l. nemo potest* ubi scribentes, *ff. de l.* 1. Seraphin. *dict. privil.* 113. *n.* 4. Matienz. *in dict. cap.* 28. *num.* 10. Peregrin. *dict. tit.* 7. *num.* 12. *vers. amplia* 4.

10 Nota 8. Judices posse à subditis hæredes instituí; & legatum, vel relictum in ultima voluntate acceptare. Et Add. Avilesi. *in dict. cap.* 2. *verb. de mercaderia, n.* 27. Peregrin. *de jure fisc. lib.* 4. *tit.* 7. *num.* 16. Matienz. *in dialog. relat. cap.* 27. *num.* 12. *vers.* 8. *fallit.* Bobadill. *in politic. lib.* 2. *cap.* 12. *n.* 45. Pereir. *de empt. & vendit. cap.* 8. *n.* 49.

11 Nota 9. extra Gl. finito officio judicem emere, & contrahere posse, & contractum valere, etsi statim finito officio contrahat; nisi legitima præsumptio concurrat, quòd adhuc ratio prohibitionis duret. *leg.* 1. *titul.* 7. *lib.* 3. *recomp.* & *ibi*, Azev. Avilesi. *in c.* 1. *prætor. in glos. verbo durante su officio.* & cum Alciato tradit Matienz. *in dialog. relator. cap.* 25. *num.* 6. *&* 7. *cap.* 27. *num.* 5. & eos sequuntur Bobadill. *dict. cap.* 12. *num.* 35. *versic. la tercera.* Peregrin. *dict. tit.* 7. *num.* 12. *vers. amplia* 2. ubi duas contrarias opiniones refert, & sequitur Pereir.

12 *in dict. cap.* 8. *num.* 38. † ubi tradit eadem ratione non valere promissionem de vendendo judici factam, Sed quid si finito officio consensus accedat, an contractus eo durante celebratus convalescere possit, vide *text. in leg. unica, §. provincias vero, vers. nec ratum sit, C. de contract. judicum*, ubi ratificationem nullius momenti esse sancitum est. Et non obstat *idem text. in vers. nisi post administrationem*, ubi contrarium statui videtur, nam *ibi* legitur de moderatore, seu decurione, cui emere, & contrahere non est vetitum, ut diximus sup. in Addit. Glos. 3. *num.* 3. & in alio *versic.* de consiliariis: & sic ultra alios respondit Cald. *de emption. & vendit. cap.* 8. *n.* 17. Avilesi. *in cap.* 2. *prætor. in glos. vers. de mercaderia. n.* 6.

SUMMARIUM.

1 *Judices in territorio suæ jurisdictionis rem sui patrimonii vendere, & donare possunt.*
2 *Judex pro securitate contractus ante officium facti potest pignus accipere.*
3 *Judex instrumentum, quod adversus subditum habet, an possit petere, quòd executioni mandetur.*
4 *Judex durante suo officio, civis reputatur in his, quæ sunt sibi utilia, & gaudet privilegiis civium.*
5 *Judex, qui contrahit in suo territorio in rebus prohibitis, qua pœna puniatur.*

ADDIT. GLOS. IX.

NOta ad Glos. 9. judices in territorio suæ jurisdictionis sibi subditis rem sui patrimonii vendere, & donare posse. Et Add. Azeved. *in l.* 2. *titul.* 6. *lib.* 3. *recompil. num.* 13. *vers. nam illa.* Bobadill. *in politic. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 39. & *in glos. ibi, lit. E*, alios laudat, & generaliter judicibus venditionem bonorum suorum licere, docuit Donellus in loco citato à Pereir. *de emption. & vend. c.* 8. *n.* 48. ex eo quòd in venditionibus cessat ratio, quæ militat in emptionibus: sed eum impugnat Pereir. *ibi*, dicens commercium interdictum esse judicibus, in quo venditio comprehenditur, & pro hac opinione facit *text. hic.*

Poterit etiam pignus accipere, pro securitate 2
contractus ante officium celebrati, ex Pereir. *in l. si curatorem habens, sup. vers. venundasti, num.* 3. *C. de in integr. restitut.* Avilesi. *in cap. prætor. c.* 2. *glos. verb. de mercaderia, num.* 39. † Ex quo *in n.* 40. 3
infert ad quæstionem, utrum judex possit petere; quòd instrumentum, quod habet, mandetur executioni durante officio, & non posse resolvit, & cautelam tradit, quem vide pro complemento hujus materiæ.

Nota quòd judices, licèt in suo territorio non 4
possint contrahere, gaudent privilegiis, & statutis, sicut & alii cives, ubi residunt, & officium exercent; nam durante officio, cives esse reputantur in his, quæ eis sunt utilia. Surd. *tonf.* 106. *n.* 6. Bobadill. *lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 24. Avilesi. *in cap.* 1. *prætor. glos. ni consentiran. num.* 16. *cum aliis.* Puteus *de syndic. verb. civilitas, cap.* 1. *&* 2.

De pœna verò judicum, qui emunt, vel contra- 5
hunt in rebus prohibitis in suo territorio, vide Menoch. *de arbitr. casu* 459. *num.* 15. *&* 16. Cancer. 2. *part. variar. cap.* 1. *num.* 102. qui etiam *in n.* 103. tradit, contractum valere respectu contrahentis cum eo. Matienz. *in dial. relat. cap.* 27. *n.* 15. *&* 16. 3. *part. & cap.* 28. *& n.* 18. *& in l.* 2. *tit.* 6. *lib.* 3. *recompil.* ubi pœna statuitur de jure nostro regio.

LEX VI.

SUMMARIUM.

1 *Venditio dupliciter celebrari potest in scriptis, aut sine scriptis.*
2 *Venditio quando dicatur in scriptis celebrata.*
3 *An requiratur, quòd expressè dicatur, quòd aliter nisi in scriptis non valeat venditio, ut ab ea recedi possit.*
4 *Opiniones de jure communi concordantur.*
De jure regio constituitur regula, contractum dici imperfectum, si antè, vel in contractu de conficienda scriptura convenitur.
5 *Contractus de jure communi dicitur imperfectus, si ad sui validitatem requiratur scriptura.*
6 *Scriptura in quibus contractibus requiratur.*
7 *Contractus dicitur imperfectus de jure communi ante scripturam, quando à principio alter ex contrahentibus dixit, vocetur notarius, ut conficiat scripturam.*
8 *Item, quando alter dixit, quòd volebat contrahere in scriptis.*
9 *Quando constat, quòd partes statim voluerunt valere contractum, etsi mentio de scriptura fiat, perfectus est contractus. Et ex quibus circumstantiis id colligatur.*
10 *Item quando dominium, & possessionem in emptorem transtulit.*
11 *Item, quando non expectata confectione instrumenti emptor pretium solvit.*

Item

12 *Item, quando unus ex contrahentibus, promisit facere instrumentum ad requisitionem alterius.*

13 *Item, quando contrahentes jurarunt observare contractum.*

14 *Item, quando contrahentes subscripserunt contractum.*

15 *Item, quando venditor promisit de evictione.*

16 *Item, si partibus præsentibus gabella solvatur.*

17 *Quæ dicta sunt in emptione circa scripturam conficiendam, intellige in permutatione, & aliis contractibus.*

18 *In permutatione ante traditionem an sit pœnitentiæ locus?*

19 *Nostra lex an sit correcta* per l. 2. tit. 16. lib. 5. recomp. *& negativa admittitur.*

20 *Plures effectus sequuntur ex eo, quòd contractus in scriptis celebrandus. Et ante scripturæ confectionem licet ab eo discedere.*

21 *Ex contractu non agitur, nisi à tempore confectæ scripturæ.*

22 *Item gabella non debetur, nisi conductoribus tempore confectæ scripturæ.*

23 *Item dies, qui dantur ad retrahendum, nisi à tempore confectæ scripturæ non currunt.*

24 *Quando contractus de necessitate, aut voluntate partium requirit scripturam, an distractus requirat.*

ADDIT. GLOSS. I.

1 NOta 1. *ex text.* & Glos. 1. venditionem dupliciter posse celebrari, aut in scriptis, aut sine scriptis. Et Add. *l. ultim. C. de contrah. emption. & §. 1. instit. de empt. & vendit.* Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib. 1. tit. 10. num. 1.* qui *in num. 2. & 3.* tradit differentiam, quæ inter unum, & alium modum contrahendi est. In contractu enim emptionis, & venditionis ad ejus validitatem scriptura non requiritur, nec in quolibet alio contractu, nisi in casibus à jure expressis, *l. pactum, quod bona fide, C. de pact. l. contrahitur de pignoribus, l. cum instrumentis, l. in exercendis, C. de fide instrument. l. quoties, C. de rei vendicat. l. non idcirco, C. de contrah. emption. l. 1. & 2. ff. eod.* Glos. singularis, & magistralis *vel in scriptis, in cap. 1. §. postquam, de censib. lib. 6.* quod procedit, nisi inter partes conventum sit, ut contractus celebretur in scriptis, quia tunc contractus quis quis demum sit, antequam per scripturam sit perfectus, & consummatus, non valebit.

2 Nota secundò, ex Glos. quòd contractus dicitur, & intelligitur in scriptis celebratus, quando in contractu, vel ante contractum de conficienda
1 scriptura mentio facta est: & ante scripturam confectam licet contrahentibus pœnitere, & à contractu discedere. Adde Castrens. *in l. contractus C. de fide instrum. & in l. curatores, num. 4. C. de probat.* Socin. *conf. 129. num. 17. vol. 4.* Boër. *decis. 48. n. 17. & decis. 183. n. 9.* Dec. *conf. 159. per totum.* ubi dicit communem. Jason. *conf. 151. lib. 2.* Covarr. *in cap. relatum l. 1. num. 9. in fine de testam.* Gom. *2. tom. variar. cap. 2. num. 17.* Peret. *in l. 3. tit. 8. lib. 3. ordinam. vers. in oppositum tamen. col. mihi 617.* Gutierr. *lib. 3. quæst. 94. num. 12. & de gabell. lib. 7. quæst. 17. num. 2. 3. & 8.* Olanum. *in reduct. antin. litter. C. n. 108.* Gironda *de gabell. 5. part. in princ. n. 14. & 15.* Mantic. *dict. tit. 10. n. 7. & 12.* ubi fatetur non esse necessarium dicere, quòd contractus non aliter valeat; & fundamenta hujus opinionis refert. Avendañ. *de censib. cap. 84. num. 13. vers. sed quamvis.* ubi hanc magis communiorem, & receptiorem dicit. Afflict. *decis. 39. n. 4.* Hond. *conf. 52. 1. part. n. 18. & 19. & 40.* ubi dicit magis communiter receptam, & pondere, & numero doctorum magis fulcitam. Cancer. *variar. cap. 13. de empt. & vend. n. 5.* Pichard. *in §. 1. n. 32. & 34. instit. dict. tit.* Cevall. *quæst. 91. n. 3. & 4.* Lasarte, *de decim. vendit. cap. 5. n. 13.* Parlad. *lib. 2. rerum quotid. cap. 3. n. 47. & 49.* & pro hac parte plures refert. Castill. *lib. 3. cap. 26. quotid. contr. n. 9. & 10.* ubi acutissimè, & bene quæstionem examinat, & summa cura eos, qui de ea scripserunt, recollegit: & multa tradit Bertaz. *claus. 30. n. 10. vers. sed alia suboritur quæstio, num. 5. & sequentib.* Pereir. *de empt. & vend. cap. 19. num. 11. & 12.*

Contrariam opinionem, scilicet quòd tunc con- 3
tractus in scriptis celebratus dicatur, & esse locum pœnitentiæ ante scripturæ confectionem, cum inter contrahentes convenitur ex eo fieri instrumentum, & expresè dictum est, quòd aliter contractus non valeat, & mentionem scripturæ simpliciter factam non sufficere, tenent Bart. & alii, *hic*, à Glossa relati. Quibus Adde Specul. Odofred. Alberic. Angel. Alexand. Fulg. Socin. Senior. Dec. Aretin. Curt. Senior. Petr. Ferrar. & alios, quos referunt, & sequuntur Menoch. *lib. 3. præsumpt. 148. num. 4.* Dec. *cons. 64. n. 17. lib. 3.* Joseph. Mascard. *conclus. 435. n. 8.* Menoch. *de succes. creat. lib. 2. §. 11. n. 13.* Bertaz. *num. 16. num. aliis, ubi sup.* qui opinionem istam latè comprobat. Falconi. *regul. 460. ante n. 1.* Anton. Thesaur. *decis. 197. n. 4. & 7.* Cæsar. Ursil. *ad Afflict. in decis. 39.* Fachin. *lib. 2. cap. 97.* Stephan. Gratian. *discept. tom. 3. cap. 564. num. 29.* Magon. *decis. 135. num. fin. & decis. 95. n. 19.* Joan. Matienz. *in leg. 2. tit. 16. lib. 5. recompil. glos. 7. n. 3.* Salazar. *in tractat. de usu, & consuet. cap. 2. à num. 10.* ubi probare conatur, text. nostrum *hic* nihil adversus hanc sententiam continere. Azeved. *in l. 1. tit. 17. lib. 9. recomp. n. 125. ubi hunc text.* hanc opinionem comprobare affirmat, & pro ea multa tradit. Cald. *ubi sup. dict. cap. 19. n. 3. 5. & 10.* Attento jure communi eam probare videtur Joann. Gutierr. *in dict. quæst. 64. n. 20.* & veriorem esse testatur Solis *de censibus 2. tom. 4. cap. 4. lib. 3. n. 3.* Mantic. *lib. 1. tit. 10. n. 7. vers. sed diversum sententiam ad fin.* ubi pro hac opinione plura tradit. Cardin. Tusch. *litter. C. conclus. 990. n. 4. & 5.* Castill. *dict. lib. 3. cap. 26. n. 3. cum 4. seqq.* ubi multos laudat, & hanc veriorem, & communiorem esse dicit. Et postea *in num. 14. & 16.* fatetur esse tenendam, potius quàm contrariam ipse magis probat. Et *n. 7.* refert, qui fundamentis contrariæ opinionis satisfaciunt, & communem esse dicit, & Gizzarel. *ubi sup. & in num. 8.* semper tempore suo practicatam, & passim secundum eam judicatum fuisse, tradit. Noster. Lopez. *hic*, & in Glos. 1. *vers. sed in contractibus, l. 2. tit. 1. part. 6. & in l. glos. 2. leg. 32. tit. 13. part. 3.* ubi vide Addit.

Has tamen opiniones de eodem jure communi 4
ad concordiam reducunt plures juris interpretes, quos refert, & sequitur Vincent. Hond. *conf. 52. n. 20. cum 3. seq. lib. 1.* Anton. Gomez. *cap. 2. num. 17. & in vers. ex quibus infertur.* Andr. Fachin. *lib. 2. controv. cap. 29.* Jacob. Menoch. *præsump. 148. n. 16.* Cancer. *variar. 1. part. cap. 13. de empt. & vendit. dict. num. 5.* Gizzarel. *decis. 75. num. 8. & 9.* Gutierr. *dict. quæst. 94. n. 3.* Cevall. *dict. quæst. 90.*

num. 6. qui de jure nostro regio concordiam procedere inquit. Mantic. *lib.* 1. *tit.* 10. *num.* 11. *in fin. vers. sciendum est etiam*, docent enim prædicti doctores primam opinionem procedere, quando ante contractum, vel actum, vel in limine contractus, vel actus, qui geritur, fuit dictum; quòd fiat instrumentum, vel de instrumento fuit facta mentio. Secundam verò opinionem, quando perfecto, & absoluto jam contractu, simpliciter convenitur inter contrahentes, quod scriptura fiat de eo; nam tunc perfecto jam contractu, non licet ex scripturæ conventione pœnitere, & ab eo resilire; sed tantum ad probationem scriptura requiritur.

Quæ concordia multis nec placet, & eam improbant Thesaur. *decis.* 197. *n.* 3. *& num.* 6. Felician. *in dict. cap.* 4. *n.* 3. *vers. inter has vero opiniones contrarias*, & cum eis transit D. Joann. à Castill. *in dict. lib.* 3. *cap.* 26. *num.* 11. ubi prædictam concordiam refert, & rationem tenentium contrarium. Quidquid autem sit de jure communi, ex relatis DD. colliges, & ex *infra* dicendis.

5 De jure nostro Regio constitue regu'am, quòd contractus dicitur imperfectus, & conditionalis, & est locus pœnitentiæ, quando in contractu, vel ante contractum de scriptura mentio facta est simpliciter, etsi dictum non sit, quòd aliter non valeat. ex text. & Glos. *hic*, & Covarr. *in dict. cap. relatum, l.* 1. *num.* 9. *in fin. de testament.* Menchac. *controver. illustr. lib.* 1. *c.* 28. *num.* 22. Parlad. Perez, Gutierr. Pichard. Felician. & Lasart. *in locis citatis*, *ubi sup. num.* 1. Castill. *dict. lib.* 3. *cap.* 26. *num.* 17. *cum aliis* Guizzar. *decis.* 75. *num.* 5. *&* 7. *vers. ad nostrum*, ubi relatis opinionibus Azon. Cyn. Accurs. Joan. Placent. Odoffr. Pet. Bellapert. Speculat. Joann. Fabr. Aretin. Dec. & Salyc. hanc esse in Hispania receptam opinionem, tradit per textum hunc.

6 Amplia 1. hanc regulam etiam de jure communi procedere, quando agitur de contractibus, & actibus, qui pro sui substantia, & esse, requirunt scripturam; tunc enim contractus dicitur imperfectus, donec scriptura fiat. Decian. *cons.* 64. *n.* 22. *lib.* 3. Thesaur. *decis.* 197. *num.* 7. Menoch. *lib.* 3. *præsump.* 148. *num.* 2. Caldas *de empt. & vendit. cap.* 19. *num.* 12. *vers. idem quoque.* Tusch. *verbo contractu*, *concl.* 990. *num.* 8. Castill. *dict. cap.* 26. *n.* 5. *&* 22. ubi ex Petr. Guillelm. ampliat ad contractus, qui requirunt scripturam ad eorum probationem, Bertaz. *clausu.* 30. *glos.* 3. *n.* 19. *&* 20. † Casus verò, in

7 quibus pro sui substantia scriptura requiritur, vide in Addit. Glos. 7. *leg.* 26. *tit.* 8. *infra*, *hac part.* & in Addit. Glos. 4. *n.* 58. *l.* 8. *tit. antecedent.* & pro nunc vide *cap.* 1. *verbo in scriptis*, *de cens. lib.* 6. Castill. *in l.* 13. *Tauri.* Speculat. §. 2. *de instrument. edition.* §. *recta. n.* 14. Tiraquel. *de utroque retract. lib.* 1. §. 2. *glos.* 1. *num.* 16. & Beroum. *in rub. de constit. numer.* 88. & Felinus *in cap. cum Ferrariensium num.* 59.

8 Amplia 2. de eodem jure communi procedere, quando ante contractum aliquis ex contrahentibus dixit, habeamus notarium, qui scripturam de contractu conficiat, ut cum Bald. & Jas. tradit Menoch. *num.* 16. *ubi sup.* Guizzar. *d. decis. num.* 3. *ad fin.* Mantic. *lib.* 1. *tit.* 10. *in fine.* ubi plures alios laudat, & D. Joann. à Castill. *dict. c.* 26. *n.* 16. *vers. quarta conjectura est.*

9 Amplia 3. de eodem jure, si contrahentes, vel eorum unus dixit, quòd volebat contrahere in scriptis, ut cum Salyc. Castrens. Marco Bruno, & Aretin. tradit Menoch. *num.* 13. Castill. *ubi sup.* & Guizzarell. *in dict. dec.* 75. *per totam.* Cancer. *variar. tom.* 1. *cap.* 13. *n.* 5. *&* 6. in prædictis enim casibus regula procedit sine dubio etiam de jure communi.

Quam sic ampliatam limita primò ex Glos. *hic* 10 *in vers. limitarem tamen*, quando ex conjecturis constaret, voluisse partes, quòd valeret statim contractus: nam etsi de scriptura conficienda mentio fiat, statim erit perfectus. Adde Perez. *in l.* 3. *tit.* 8. *lib.* 3. *col.* 618. *vers. fallit. tamen, & in l.* 2. *tit.* 7. *lib.* 5. *ordin. vers. quæritur.* Menoch. *præsump.* 148. *n.* 6. Parlad. *lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 48. *& in sexquic. differ.* 109. §. 5. *n.* 10. Mantica. *de tacit. convent. lib.* 2. *tit.* 10. *num.* 13. Guizzar. *ubi sup. n.* 2. 3. 5. *&* 6. Tusch. *verb. contractus*, *conclus.* 990. *num.* 9. Lasarte, *de gabell. cap* 3. *n.* 14. Pichard. *in* §. 1. *instit. de empt. & vendit. n.* 33. Rot. Romana *decis.* 517. *part.* 1. *in novissim.* Magon. *decis. Rotæ Lucens.* 95. Felician. *de censib.* 2. *tom. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 3. *vers. authores verò nostri.* Joan. à Castill. *dict. lib.* 3. *cap.* 26. *num.* 16. ubi etiam de jure communi procedere inquit, & boni, & discreti judicis arbitrium multum in proposito valiturum, qui ex testium dictis, & verbis, quibus contractum est, & cæteris circunstantiis diludicabit, an voluerint contrahentes in scriptis contractum celebrare, vel statim habere contractum perfectum & absolutum & *in n.* 18. *vers. sed, & aliæ, & in n.* 22. *circa finem.* Gutier. *de gabell. lib.* 7. *quæst.* 17. ubi semper hanc limitationem approbasse, & juxta eam consuluisse testatur.

Animus, & voluntas contrahentium, quòd fuerit statim efficaciter contrahendi, & quòd valeret contractus non spectata scriptura, colligitur ex sequentibus conjecturis.

1. Quando partes voluerunt conventionem 11 suam effectum habere eo tempore, quo facta fuit; quia effectus oriri non potest ex contractu, antequàm fuerit perfectus, & absolutus; ut colligitur ex *l. contractus, C. de fide instrum. l.* 1. §. *item emptio, ff. de rer. permut.* Aretin. *cons.* 159. *n.* 10. Menoch. *præsumpt.* 148. *n.* 7. *&* 11. ubi exemplificat, quando venditor in emptorem dominium, & possessionem rei venditæ transtulit; vel cum actum fuit, quòd ex tunc emptor percipere et fructus, Parlad. *num.* 48. *ubi sup. in sexquic. dict. num.* 20. & Felician. *ubi sup.* qui exemplum possessionis traditæ tradunt. Thesaur. *decis.* 197. *n.* 8. *in fine.* ubi ex traditione rei venditæ venditionem perfectam esse, licèt convenissent partes, ut fieret instrumentum, Senatum Pedemontanum censuisse, testatur. Castill. *num.* 15. *vers. prima conjectura, & versic. quinta est, & versic. nova denique.* Mantic. *n.* 13. *ubi sup.* qui alios laudant.

2. Quando emptor non spectata confectione 12 instrumenti pretium rei venditæ solvit. Dec. *cons.* 340. *post num.* 2. Ludovic. Morotius, *resp.* 96. *n.* 12. Lasar. *de decim. vendit. cap.* 3. *num.* 14. Parlard. *ubi supra*, Felician. 2. *tom. de censib. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 3. *vers. authores vero*, ubi extendit ad emptorem, qui non integrum pretium; sed partem solvisset venditori, & ponderat. *leg.* 3. *tit.* 10. *lib.* 3. *for. leg.* Castill. *dict. cap.* 26. *num.* 15. *vers. quando inquam pretium.*

Has conjecturas modificat Lasart. *in dict. cap.* 3. *num.* 17. procedere, si statim sine longo intervallo res tradita, vel pretium solutum fuit. Secus verò, si post longum intervallum fieret, quia cum jam à

principio

principio venditio conditionalis remanserit, non purificabitur, donec scriptura fiat, & sic considerasse Montal. *in l. 3. in glos. ante queel pretio. tit. 10. lib. 3. for.* quem refert etiam, & sequitur. Cald. *de emption. & vendit. cap. 19. num. 13.* tradit, & tunc dominium titulo donationis acquiri, quasi interim, quòd scriptura fit, res donata videatur.

Sed hanc modificationem rejicit Felician. *in dict. num. 3. vers. sed hanc resolutionem, fol. 172.* ubi animadvertit Montalvum opinioni Ignatii de Lasarte non favere, & verius esse traditione facta ex intervallo contractum non pendere, nec pœnitentiam admitti, sed contractum perfici, & dominium transferri, si traditio pendente conditione fiat, *ex text. in l. dotis fructum, in fine, ff. de jure dotium*, quem expendit Paul. Castrensis, *in l. contractus*, C. *de fide instrum. n. 12. & in l. 1. §. 1. ff. pro dote, l. sub conditione, ff. de solution. l. eleganter in princip. ff. de dolo*, & verius; & receptius esse dicit, traditione, vel solutione sequuta ante confectam scripturam dominium transferri, ut post Glos. *in dict. l. contractus*, observant Bald. *num. 15.* Salyc. *num. 7.* & Fulgos. *num. 5.* Castrens. *ibi, n. 12.* & eo non relato, etiam ab opinione Ignatii de Lasarte discedit Gutierr. *lib. 7. de gabell. quæst. 17. n. 4. & faciunt tradita, num.*

13 3. Si unus ex contrahentibus promisit facere instrumentum ad omnes requisitiones alterius; quia tunc contractus jam præsumitur perfectus: alioquin enim esset posita perfectio in sola voluntate alterius contrahentium, quod jure permissum non est, *l. vendentis, C. de contrab. empt.* Gomez. *2. tom. variar. cap. num. 19.* & cum Aretin. Jas. tradit Menoch. *num. 8. ubi suprà.* Mantic. *dict. lib. 1. tit. 10. n. 13. versic. secundò Aretinus*, D. Joan. à Castill. *dict. num. 15. vers. secunda conjectura*, Gizzar. *dict. decis. 75. n. 4.* ex Dec. *cons. 346.*

14 4. Quando ipsi contrahentes jurarunt observare contractum; quia tunc præsumitur perfectus, etiamsi deinde debeat fieri instrumentum, quia juramentum non præstatur, nisi perfecto contractu, Menoch. *num. 9.* Mantic. *vers. tertio perpendit.* & Castill. *ubi sup.*

15 5. Conjectura est, quando contrahentes subscripserunt contractum. Menoch. *num. 10.* Mantic. & Castill. *ubi sup.*

16 6. Quando venditor promisit de evictione, Menoch. *num. 12.* Castill. *vers. sexta, ubi suprà.*

17 7. Si utraque parte præsente gabella soluta sit gabellario, Lasarte, *de decim. vendit. c. 17. num. 50.* quem vide. Molin. *disput. 397. versic. sic ut quando, col. 935.* Gutierr. *quæst. 17. numer. 12. cum aliis.*

18 Amplia hæc omnia, quæ de scriptura conficienda diximus, procedere etiam in permutatione, & reliquis contractibus, *ex text. in dict. l. contractus*, & *ibi.* Doctores. Lasart. *num. 49.* Gutierr. *num. 112.* Molin. *ubi sup.* Et etiam procedere conjecturas, ex quibus animus, & voluntas contrahentium præsumitur fuisse, quòd contractus statim valeret; præter adductam. *sup. num. 19. cum aliis*, scilicet traditio facta ante confectam scripturam; quam in permutatione non sibi vendicare locum docuit Lasart. *dict. num. 49.* & eum sequitur Molin. *in dict. colum.*

19 955. *vers. admonet vero.* † sed eos impugnat, & bene Gutierr. *n. 14. in dict. quæst. 17.* ex eo, quòd hodie *ex l. 2. tit. 16. lib. 5. recomp.* etiam post traditionem in permutatione non est locus pœnitentiæ; & sic ex traditione rei permutatæ in permutatione colligi potest, quod ex traditione rei venditæ in contractu venditionis. Sed vide Addit. *ad l. 4. tit. 6.* ubi de hac quæstione agitur.

Amplia secundo, procedere etiam stante, *l. 2. tit. 16. recompil.* quæ non corrigit istam legem, sed tantùm scrupulosam stipulationis solemnitatem abstulit. Noster Lopez. *hic*, cui Add. Gomez. *2. tom. variar. cap. 2. num. 17.* & in terminis hujus quæstionis Perez, *in l. 3. tit. 8. lib. 3. ordinat. vers. quæro, utrum eo casu, colum. mihi 617.* Parlador. *lib. 2. rer. quotidian. cap. 3. num. 47.* & novissimè, *in sesquicenturia, differ. 109. §. 5. n. 6. 7. 8. & 9.* ubi tradit, dicere istam legem esse correctam, nihil aliud esse, quàm notissimas juris regulas flocci pendere, *per d. l. 2.* Azeved. *ibi, num. 29.* ubi male citat. Matienz. pro hac opinione. Lasart. *de decim. vendit. cap. 3. num. 13.* Felician. *2. tom. de censib. lib. 3. cap. 4. n. 3. vers. quod verò attinet.* Pichard. *in §. 1. institut. de empt. & vendit. num. 36.* Hieron. Cevall. *quæst. 90. num. 7.* Gutierr. *in d. quæst. 17.* Avendañ. *de censib. cap. 84. n. 13. vers. sed quamvis hæc sit*, ubi hanc veriorem dicit. Gironda. *de gabell. 5. part. in princ. n. 14. & 15. cum aliis*, Castill. *lib. 3. cap. 26. n. 19.* ubi minus rectè, & non juridicè hoc dubium nonnullos DD. excitasse, & deteriùs tenuisse, hanc legem per illam corrigi, dicit.

Contrariam opinionem, scilicet quòd ista lex *per dict. leg. 2.* sit correcta, in terminis tenent Joan. Matienz, *in dict. leg. 2. gloss. 7. n. 3.* Mena, *in addit. ad* Gamm. *decis. 207. num. 7.* Villadieg. *in l. 3. tit. 5. lib. 2. for. juzgo, num. 22.* Azeved. *in l. 1. tit. 17. lib. 9. recompil. num. 124. & 125.* ubi ab opinione, quam ante tenuerat *in dict. l. 2.* recedit. Salazar. *de usu & consuetud. cap. 2. à n. 10.* Sed doctrina nostræ glossæ est verior, & servanda in judicando, & consulendo.

Effectus autem, qui sequuntur ex eo, quod con- 21
tractus sit in scriptis celebratus, sunt multi. Primus, antequam fiat scriptura, licet partibus pœnitere, & à conventione recedere, de quo *in numer. 1. sup.*

Secundus, postquam facta scriptura agitur ex 22
contractu ex tempore perfectæ scripturæ, & non tempore conventionis. Gomez. *2. tom. variar. c. 2. num. 17. vers. secundo infertur.*

Tertius, gabella non debetur, nisi ex tempore 23
confectæ scripturæ, & sic conductoribus illius temporis est solvenda. Lasarte, *dict. cap. 3. num. 9. & 13. versic. quæ quidem resolutio.* Gutierr. *de gabell. quæst. 17. num. 7.* Gironda, *5. part. n. 14.*

Quartus, dies qui dantur ad retrahendum, non 24
currunt nisi à die confectæ scripturæ, Gomez. *dict. num. 17. vers. quarto infertur.* Gutierr. *lib. 3. quæst. 94.* Parlador. *in sesquicent. diff. 109. num. 6. 7. 8. & 9.* Sed quid de distractu, quando contractus requirit de necessitate scripturam, aut de voluntate partium, an etiam in distractu scriptura requiratur. Vide Gamm. *decis. 265. incipit confraternitas, num. 2.* & ibi, Flores à Mena, in Add. *sub num. 265. decisionum, num. 5.* Valasc. *de jure emphyt. quæst. 7. num. 8.* Mascard. *conclus. 1324. à num. 6.* qui alios laudant, & resolvunt, quando scripturam contractus de jure exigit, distractum eam etiam exigere: secus verò, si ex partium conventione scriptura requireretur.

SUMMARIUM.

1 *Contractus dicitur in scriptis celebratus, quando ad*

ad ſubſtantiam contractus, & non ad probationem fuit actum, quòd ſcriptura fieret.

2 *Quando in initio contractus fuit facta mentio ſcripturæ, colligitur fuiſſe animum contrahendi in ſcriptis*

ADDIT. GLOSS. II.

1 EX Gloſ. 2. Nota quòd contractus dicitur celebrari in ſcriptis, quando ad ſubſtantiam contractus, & non ad illius probationem actum fuit inter partes, quòd ſcriptura fieret. Vide Addit. ad Gloſ. 1.

2 Nota ſecundò, quòd quando in initio contractus fuit facta mentio ſcripturæ, tunc colligitur contrahi in ſcriptis. Vide Addit. ad Gloſ. 1. *num.* 3. *ſuprà.*

Et de traditis à Salycet. Aretin. & aliis *hic* à Gloſſa citatis vide Gizarel. *in deciſ.* 75. *per totam*, & Addit. *ad dict. l.* 1. ubi plene, & breviter hæc materia explicata fuit.

SUMMARIUM.

Emptio, & venditio ſolo conſenſu perficitur.

Alter ex contrahentibus compellere poteſt alterum, ut faciat ſcripturam, etſi de ea facienda non fuerit conventum.

3 *Et facere publicum inſtrumentum cum guarentigia clauſula.*

4 *Et ſi nolit facere juſſum judicis, poteſt per capturam compelli, & eo reluctante haberi pro confecta cum clauſulis conſuetis.*

ADDIT. GLOSS. III.

1 AD Gloſ. 3. Nota *ex text.* quòd emptio, & venditio ſolo conſenſu perficitur, etſi arra non ſit data, & vide Addita ad Gloſ. *l.* 1. *ſup. num.* 1. Adde, *l.* 1. §. *fin. l.* 2. *& leg. in venditionibus*, 9. *ff. de contrab. empt. l.* 2. *l. empti fides*, 9. *l. non idcirco.* 12. *C. eodem* Gomez. 2. *tom. variar. cap.* 2. *ex n.* 1. Mantic. *de tacit. covention. lib.* 5. *tit.* 4. *num.* 5. *cum aliis.* Pichar. *in prin. Inſtitut. de empt. & vendit. à n.* 1. Pereir. *de emption. & vendit. cap.* 18. *num.* 33. 34. unde ſequitur à die contractus deberi gabellam, & procedere ea, quæ diximus in addit. Gloſ. 1. *n.* 21. *cum aliis.*

2 Et, licet de ſcriptura mentio non ſit facta inter partes ante, vel poſt contractum, una alteram compellere poteſt, ut ſcripturam faciat pro faciliori probatione, Gloſ. *verb. ſuſpectum*, & *ibi* communiter Doctor. *in l.* 2. *in princ. ff. ſolut. mat. & in l. chyrographi debitor.* 58. *verb. aut ad novationem*, *ff. de adminiſtrat. tutor. & verb. actionem, in l. ſi finita* 15. §. *eleganter. ff. de damno infecto.* Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 29. *gloſ.* 5. *n.* 1. Magon. *deciſ.* 95. *n.* 15. *&* 16. Pereir. *cap.* 19. *n.* 21. *&* 22. *ubi ſupra.* Gomez. 2. *tom. variar. cap.* 2. *n.* 17. *verſ. imo & poſtea.* Gutierr. *lib.* 3. *quæſt.* 94. *n.* 4. Barboſ. *in dict. l.* 2. 2. *part. n.* 20. & rationem tradit Gizarell. *in dict. deciſ.* 75. *n.* 6. *ad fin.* ex Gomez. *ubi ſupra*, ſcilicet, quia id, quòd ſibi non nocet, & aliis prodeſt, tenetur facere, *ut in leg.* 1. §. *denique*, *ff. de acq. pub. arc.* & Gloſ. *ibi*, *& in dict. l.* 2. *& inl. chirographis*, *& in l. pupillus*, *ff. de novat.* & de hac regula, vide etiam Barboſ. *ubi proximè*, *n.* 34. & Addit. ad Gloſ. 1. *l.* 3. *ſup. n.* 22.

Intellige cum Tiraquel. *in num.* 2. Gom. & *ibi*, 4
Eman. Suar. *in addit.* & Barboſ. *ubi proxim.* & Angel. *in l. omnibus*, *ff. de judic.* quòd teneatur facere inſtrumentum publicum, ſed non cum clauſula guarentigia, ita ut poſſit executioni mandari, nam eſſet ſibi damnoſum, & Gizarell. *ubi ſuprà num.* 7. dicit Angeli opinionem frequentiori DD. calculo receptam, & refert Caſtrenſ. *in dict. l. in omnibus*, *& in l.* 2. *ff. ſoluto matrim.* & Cancer. *variar. tom.* 1. *c.* 13. *num.* 5. *&* 6.

Contrariam opinionem tenet Joann. Gutierr. *n.* 5. *ubi ſup.* qui ſaltem apud nos hanc veram eſſe dicit, quia nullum non guarentigiatum inſtrumentum ex antiquo more conficitur: & idem ante eum docuit Valaſc. *de jure emphyt. quæſt.* 7. *n.* 37. Tiraquel. *n.* 3. *&* 4. *in dict.* §. 5. Pereir. *ubi ſupra n.* 23. qui hanc opinionem late comprobat, & alios allegat. Et noviſſime poſt eos Avendañ. *de cenſib. cap.* 84. *n.* 14. ubi tradit quòd debet, ſecundum formam traditam *in l.* 13. *t.* 25. *lib.* 4. *recompil.* & à Parlador. *lib.* 2. *quotidian. cap.* 20. debitor conſentire, quod in inſtrumento apponantur omnia, quæ ſunt de conſuetudine, ut tradit Gutierr. *ubi ſuprà*, qui *in n.* 7. *&* 8. agit de eo, qui inſtrumentum facere promiſit, Gizarell. *in dict. deciſ. n.* 7. quamvis cogitandum relinquat. Et apud nos inſtrumentum publicum abſque clauſula guarentigia paratam executionem habet. Parlador. *lib.* 2. *quotid. cap. fin.*

Sed quid ſi non obſtante juſſu judicis nolit ſcri- 4
pturam conficere, dic per capturam poſſe compelli prècisæ ad factum, *ex l.* 2. *tit.* 16. *lib.* 5. *recompil.* & adhuc eo reluctante pro confecta cum clauſulis conſuetis poſſe haberi. Ut cum Cyn. *in l. contractus. colum.* 2. *C. de fide inſtrument.* tradit Pereir. *de empt. & vendit. c.* 19. *n.* 24.

LEX VII.

SUMMARIUM.

1 *Arra quid ſit, & non ſolum in contractu emptionis, vel matrimonii, ſed in quolibet alio dari poteſt.*

2 *Venditione perfecta arris datis, licet emptori diſcedere à contractu, ipſas amittendo.*

3 *Emptor, ſeu venditor ultra amiſſionem arrarum non tenetur ad intereſſe, nec cogi poteſt ad impletum contractus.*

Emptio fortior eſt, ſine arris.

4 *Contrarium.*

5 *Prima ſequitur, & venditionem eſſe in ſuſpenſo, & non deberi gabellam ſi à contractu diſcedatur. Si adimpleatur pertinere gabellario; qui fuit tempore contractus.*

6 *Arra amittitur, etſi contractus non ſit abſolutè perfectus, ut ſi ſit data in contractu in ſcriptis celebrando.*

7 *Item ſi arra non ſit data, ſed promiſſa.*

8 *Item, ſi arræ ſint datæ, & pactum, l.* commiſſoriæ *appoſitum.*

9 *Si res vendita traditа eſt, amiſſis arris non licet ab emptione diſcedere.*

10 *Item, quando arræ fuerunt datæ nomine pretii.*

11 *Item, quando in ſignum perfectionis contractus.*

12 *Quando per venditorem non ſtat, quin rem non tradat, tunc duplicatam arram reddere non tenetur.*

13 *Item quando res perierit ante declarationem, quòd ab emptione emptor vult discedere.*

14 *Si ultra dationem arrarum, pœna sit posita, ad amissionem arrarum, & ad pœnam pœnitens tenetur.*

ADDIT. GLOS. I.

1 AD Glos. 1. antequam ad ejus quæstiones deveniamus, pro perfecta hujus materiæ cognitione præmitte, arram esse, quod datur pro confirmatione contractus, seu loco pignoris, seu in argumentum venditionis contractæ, *instit. de empt. & vendit. in princip. l. quod sæpe. 35. ff. de contrab. empt.* Bertazol. *clausul. 31. glos. 7. num. 1.* Pereir. *de empt. & vendit. cap. 18. n. 33.* ubi tradit arram esse prærogativam, seu anticipationem pretii suo tempore persolvendi, quia & pretii, & solutionis pars est. Pichard. *in dict. princip. inst. num. 41.* ubi tradit esse Symbolum, & argumentum alicujus contractus celebrati. Pater Molina. *de just. & jur. 2. tom. disputat. 338. colum. 512. in princip.* ubi signum esse, & argumentum contractus celebrati, dicit. Et non solum in contractu emptionis, & venditionis interveniunt, & in sponsalibus, & nuptiis, de quibus sunt *text. in l. arris, & in l. ultim. C. de sponsalib. cap. Gemma, de sponsalib. l. 1. & 7. tit. 11. part. 4. & leg. 48. tit. 18. p. 2.* ubi vide Addit. *& in rubro, & nigro, tit. 2. lib. 5. recomcompil. & l. 1. tit. 2. de las arras, lib. 3. for. leg.* & *ibi.* Roder. Suar. Valasc. *consult. 4. per totam.* Thomas Sanchez, *de matrim. lib. 1. disputat. 35.* & vide Addit. *ad glos. 3. l. 39. tit. 11. infra hac part.* Sed etiam in alio quolibet contractu intervenire possunt, ut cum Bald. *in l. 2. C. quando liceat ab emptione discedere, quæst. 3.* tradit Bertazol. *ubi supra, num. 3.*

Unde arræ sunt dictæ. Vide apud Pereiram, & D. Anton. Pichard. *ubi supra,* & Lasart. *in addit. ad cap. 3. de decima vendition. n. 18.*

2 His præmissis, Nota primò *ex text.* venditione perfecta arris datis, licere emptori discedere à contractu, amissis arris; & idem venditori permissum esse restitutis arris acceptis, & tantundem de bonis suis emptori. Add. *text. in dict. princip. institut. leg. contractus. 16. §. illud, C. de fide instrument. l. 2. C. quando liceat ab emption. discedere.* Cevall. *quæst. 242. in princ.* Non obstante *l. 2. tit. 10. lib. 3. for.* contrarium in venditore statuente, quæ per legem corrigitur. Et adde proximè citandos.

3 Amplia primò ex Glos. *hic*, ultra amissionem arrarum emptorem, vel venditorem non teneri ad interesse, nec agi posse ad contractus implementum. Et adde ultra antiquiores, quos *hic* noster Lopetius laudat, Ulder. Zas. *lib. 2. singul. respons. 24.* Gomez. *2. tom. variar. cap. 2. num. 18. in fin.* ubi hanc veriorem dicit. Fachin. *lib. 2. controver. cap. 28. vers. sed mihi magis probatur*, ubi fundamenta juris communis refert. Petr. Gregor. *syntagm. juris, lib. 25. cap. 17. num. 8.* Lasart. *dict. cap. 3. num. 18.* Perez *in l. 1. tit. 7. lib. 5. ordinam. glos. unica. col. 30. vers. quid autem, pag. 189.* ubi rejectis aliis opinionibus relatis per Gomez, *ubi sup.* ita tenendum esse dicit. Lingloif. *dec. 15. quæst. 11. n. 5.* Molina, *disputat. 338. vers. cæterum, col. 513.* Pereir. *dict. cap. 18. num. 35. versic. quamobrem, & in fin.* qui de jure nostro Regio per hanc legem sic tenendum testantur, & Pichard. *in dict. princip. Institut. num. 44.* alios pro hac opinione laudat. Gutierr. *lib. 7. de gabellis, quæst. 17. num. 20.* ubi hanc sequitur. Olan. *in reductione antinomiar. litter. C. num. 107.* ubi in hoc correctum esse jus commune, inquit.

Et ratio hujus decisionis est, quia hic tacitè videtur actum inter contrahentes, ut arrarum amissione, & duplicatione sint contenti, ex Glos. nostra. *hic.* Et Adde, Gomez. Fachin. Pet. Greg. & Gutierr. *ubi sup.* & vide Joann. Andr. *in addit.* ad Speculat. *tit. de empt. & vendit. §. 1. n. 7. verb. arras, vers. in contrarium*, ubi plures rationes pro hac opinione refert. Lingloif. *ubi sup.* ubi ait, quòd non est contractus absolutus, si arra interveniat; si verò non interveniat, esse absolutum: & emptionem esse fortius contractam sine arris, quàm cum eis.

Contrarium, scilicet contrahentes ultra amissionem arrarum posse compelli contractum implere, vel id, quod alteri parti interest, solvere, in puncto juris communius, & verius est, & communiter receptum dicit Noster Lopez. *hic, in vers. communis tamen*, & ultra ab eo traditos, pro hac opinione Adde Andr. *in addit.* ad Speculat. *ubi suprà §. 1. num. 17. super verbo, arras*, ubi fundamenta hujus opinionis refert. Bernard. *clausul. 31. glos. 7. num. 6. & glos. 8. num. 1.* Pereir. *de empt. & vendit. cap. 18. num. 37.* Fabr. *de error. prag. decade 47. error. 8. n. 27.* Niger. *in annot. ad Donel. Enucl. 1. part. lib. 13. cap. 1. in fin. lit. Z.* Cevall. *quæst. 242. n. 6.* ubi contraria opinione relata hanc sequitur, cui legem istam non obstare inquit; nam licèt verum sit amissa arra contractum remanere nullum, hoc intelligendum est ad hoc, ut compelli quis non possit ad contractum perficiendum, vel ei standum, non autem ad hoc, ut interesse non possit peti. Pichard. *ubi sup. num. 45.* ubi in puncto juris hanc veriorem dicit: & ad *text. hic, & in princ. instit. de empt. & vendit.* respondit non obstare, quia in eis solum dicitur, quòd sive in scriptis, sive sine scriptis venditio sit celebrata, & aliquis ex contrahentibus eam adimplere recuset, arrarum amissione puniendum esse, ob idque non negant contractum adimplere cogi posse, & pro hac opinione faciunt, *text. in l. ab emptione, ff. de pact. & in l. 1. C. quando liceat ab empt. disc.* ibi, *ne quidem integra ab emptione, & venditione utriusque partis consensu recedi potest, etenim quod consensu contractum est, contrariæ voluntatis admiriculo dissolvitur, & in l. 2. C. eod. ibi, perfectam emptionem atque venditionem re integra tantum pacto, & consensu posse dissolvi, constat*, quæ jura pro hac opinione expendit Cald. *ubi sup.* & vide Addit. ad Glos. *1. leg. 61. inf. hoc tit.* facit etiam quod arræ dantur, & constituuntur ut dominus, non ut eo magis recedere liceat à contractu, ut considerant Fab. & Osval. & alias rationes vide apud Andr. & Pichard. *ubi sup.*

Alii hanc opinionem modificant, ut arræ non 5
amittantur ultra interesse; sed in eo computentur, ut tradit Glos. *in §. illud, l. contractu, C. de fide instrum.* quam sequuntur, quos referunt Gomez. *in dict. cap. 2. n. 18. vers. secundo opinio*, & Pereir. *dict. cap. 18. num. 35.* Sed à prima opinione non est discedendum, unde cum Lasart. *de decim. vend. cap. 3. num. 18.* Gutierr. *de gabell. quæst. 17. num. 22.* ubi per traditionem arrarum censeri suspensam venditionem tradit, quousque traditio sit facta, & fas esse unicuique contrahentium ab ea discedere amittendo arræ valorem, & ex eo non dici rescindi contractum, sed illi non stari tanquam infirmo, ex eoque non deberi gabellam, si ab ea partes discedant; sed si non, deberi gabellario, qui erat tempore

pore contractus. Azeved. *in leg.* 1. *tit.* 17. *à num.* 91. & Molin. *in dict. disp.* 358. *concluſ.* 514. & pro opinione Gutier. faciunt tradita à Lingloiſ. *deciſ.* 15. *quæſt.* 11. *n.* 5. ubi cum arra traditur, non eſſe contractum abſolutum aſſerit.

6 Amplia 2. procedere in arris conſtitutis pro contractu nondum perfecto, & abſoluto; ut eſt, qui in ſcriptis celebratur, interim quòd ſcriptura ſit; de quo *in l. antecedenti* vel promiſſio de vendendo. Licet iſta lex ſolum in contractu perfecto, & conſummato procedere videatur, non negatur arram fore amittendam, ſi ſuper contractu imperfecto interveniat, ut obſervat Pereir. *in dict. cap.* 18. *n.* 35. *in fin.* circa ſimilem legem Luſitanam. Et de jure communi probat, *text. in dict. leg. contractus*, 16. §. *Illud* C. *de fide inſtrum.* & ibi Glos. & communiter DD. & Gomez. *cap.* 2. *variar. n.* 18. *verſ. dubium tamen eſt.*

7 Amplia 3. procedere, etſi arra non ſit data, ſed promiſſa, ut cum Bald. *in l.* 2. C. *quando liceat ab empt. diſced. n.* 10. *in* 8. *quæſt.* tradunt Bertaz. *de clauſ. clauſ.* 31. *gloſ.* 7. *n.* 5. Pereir. *n.* 42. *in fin. ubi ſup.* licet ſecus ſit in arris nuptialibus, ne fraus legi fiat. De quo vide *ſup.* additos.

8 Amplia 4. ſi pactum legis commiſſoriæ in contractu eſſet appoſitum, & arræ ſint datæ, nam eas amittit emptor. *l. de lege commiſſoria*, & communiter DD. *ibi.* & noviſſimè Ant. Faber. *ibi* Pat. Azor. *inſt. moral. part.* 3. *lib.* 8. *cap.* 13. *verſ. ſeptimo.*

9 Limita 1. ſi res vendita erat jam tradita, nam tunc non licet ab emptione etiam amiſſis arris recedere. Pet. Gregor. *ſyntagm. juris lib.* 25. *cap.* 17. *n.* 1. nec utriuſque partis conſenſus ſufficit, ſed actus priori ſimilis eſt neceſſarius, *l.* 1. C. *quando liceat ab empt. diſc. l. ab emptione.* 59. *ff. de pact.* Gom. 2. *tom. variar. cap.* 2. *num.* 2 Laſart. *de decim. vend. cap.* 14. *num.* 8. *&* 9. Pichar. *in princ. inſt. de emp. & vendit. num.* 39. *&* 40.

10 Limita 2. quando arræ fuerunt datæ nomine pretii, de quo vide Addit. ad Gloſ. *ſequent.*

11 Limita 3. ſi datæ fuerunt in ſignum perfectionis contractus. De quo vide. *gloſ. & ibi.* Addit.

12 Limita 4. ſi per venditorem non ſtet, quominus vendat, vel quia rei natura venditionem impedit, quia res eſt prohibita diſtrahi, vel ſi eſt Principis prohibitio, ſi is qui dedit arras à principio, bona fide vendidit, tunc enim arræ non amittuntur ex parte emptoris, vel venditoris. Montal. *in l.* 2. *tit.* 10. *lib.* 3. *for. legum. gloſ. verb. non valet, verſ. notandum. tamen.* Pereir. *in dict. cap.* 18. *n.* 42.

13 Limita 5. niſi res vendita perierit, antequam ab emptore dictum ſit, quòd amiſſis arris vult à contractu recedere. Pereir. *in l.* 2. *tit.* 7. *lib.* 3. *ordin. pag.* 189. *verſ. quid autem erit, & verſ. tandem dicendum eſt, quod pereat*, ubi pro utraque parte quæſtionem diſputat. Quod ſecùs eſſe exiſtimo in augmento vel diminutione pretii, quia adhuc res integra eſt, ſuper qua conſenſus cadere poſſit, licet contrarium velit Cevall. *com. contra com. quæſt.* 142.

14 Sed ſi ultra dationem arrarum ſit pœna inter partes appoſita pro obſervatione contractus, tunc ultra arrarum amiſſionem ad pœnam tenetur, qui à contractu diſcedit. Specul. *in tit. de empt. & vend.* §. 1. *num.* 17. & ibi. Joan. Andreas.

SUMMARIUM.

1 *Arræ cum dantur pro parte pretii, non poſſunt contrahentes pœnitere.*

2 *Arræ, ſi non dantur in pecunia, ſed in ſpecie, non cedunt loco pretii; & limitatur, ſi res datur æſtimata loco pretii.*

3 *Arræ in dubio nomine pretii jure regio non cenſentur datæ, & quid de jure communi.*

4 *Arræ non amittuntur, quando venditio nondum eſt conſenſu perfecta.*

ADDIT. GLOSS. II.

AD Gloſ. 2. Nota limitationem ad regulam de qua in Gloſ. *antecedenti*, quando arræ dantur pro parte pretii, quo caſu non eſt locus pœnitentiæ. Et Addit. Gloſ. §. *pretium*, *Inſtitut. de emption. & vendit.* Gloſ. Bald. & Salyc. *in l.* 2. C. *quando liceat ab empt. diſc. & in l. contractus*, C. *de fide inſtrument.* Angel. *in dict.* §. *pretium*, *n.* 7. Oroſtium, *in l. juris gentium*, §. *ideo autem. n.* 7. *ff. de pactis.* Barboſ. *in l. ſi cum dotem*, 23. §. *fin. num.* 38. *verſic. ultimo, limit. ff. ſolut. matrim.* Gomez. 2. *tom. variar. cap.* 2. *n.* 18. *in fine*, Bertzol. *de clauſ. clauſ.* 31. *gloſ.* 8. *n.* 3. Pereir. *de empt. & vend. cap.* 18. *n.* 38. Cevall. *commun. contr. commun. quæſt.* 242. *n.* 1. Gutierr. *de gabell. quæſt.* 17. *num.* 23. & tradit tunc gabellam ſtatim deberi, ubi alios refert. Azeved. *in l.* 2. *tit.* 2. *lib.* 5. *recompil. n.* 5. Perez. *in l.* 1. *tit.* 7. *lib.* 5. *ordinam. gloſ. unica, col.* 30. *verſic. quid autem exit.* Lingl. *deciſ.* 15. *quæſt.* 11. *n.* 6.

Nota 2. ſi arra datur in ſpecie, & non in pecunia, non cedere loco pretii. Et Adde Gloſ. Bald. & Salyc. *in dict. l.* 2. Bart. Angel. Fulgoſ. & Caſtrenſ. *in l. ab emptione, ff. de pactis.* Oroſt. Azeved. & Bertazol. *ubi ſup.* Limita ſi ſpecies detur æſtimata loco pretii, ut in caſu de quo *ſupra in* Gloſ. 2

Nota tertiò ex Gloſ. quòd arræ datæ in pecunia numerata in dubio videntur datæ nomine arrarum, & non in partem pretii, niſi expreſsè dicatur, quòd in partem pretii dantur, licet aliud ſit de jure communi. Adde Olanum, *in reduction. antin. list. C. num.* 107. ubi in hoc convenit cum Villalobos. Et de jure communi, quando non conſtat, an in partem pretii fuerit arra data, quòd pro pretio præſumatur conſtituta, tenuerunt Cifuentes. *in l.* 70. *Tauri, col.* 5. *verſ.* 27. *ubi ſup. n.* 39. Cevall. *quæſt.* 242. *n.* 3. Lingloiſ. *ubi ſuprà.* Sed etiam in terminis juris communis contrarium tenet Fabi. de Monte. *in tract. de empt. & vendit. quæſt.* 5. *in princip. num.* 67. Bertaz. *de clauſ. clauſ.* 31. *gloſ.* 5. *num.* 6. qui ab eo diſſentit, quatenus diſtinguit inter arras datas in ſpecie, & in pecunia; & indiſtinctè tenendum eſſe docet, prædictam præſumptionem non procedere. 3

Limita ea, quæ dicta ſunt, quando pro parte pretii arræ datæ ſint in contractu nondum conſenſu perfecto, prout quando quis promittit vendere pro certo pretio, quia tunc pœnitentiæ eſt locus, & emptor pro pretio ſolutum poterit repetere, de quo vide Pereir. *de emption. & vendit. c.* 18. *n.* 41. ubi contrariis ſatisfacit. 4

SUMMARIUM.

1 *Arræ ſi dentur in ſignum perfectionis contractus & non nomine arrarum, non licet contrahentibus ab emptione diſcedere.*

ADDIT. GLOSS. III.

AD Gloſ. 3. nota, quòd ſi arræ dantur non nomine arrarum, ſed in ſignum perfectionis contractus, 1

contractus, non licet contrahentibus ab eo discedere; sed ei stare tenentur. Et Adde Oroſtium, *in l. juris gentium, §. ad eo autem, num. 7. ff. de pact.* ubi verba *è por otorgamiento* declarat, quem refert, & ſequitur Azeved. *in l. 2. tit. 1. lib. 5. recomp. num. 5.* Pereir. *in l. 1. tit. 7. lib. 5. ordin. pag. 189. col. 1. verſ. niſi quis diceret.* ubi hanc Gloſ. ſequitur, & qua actione pro artis agi poſſit, vide eum.

SUMMARIUM.

1 *Venditione perfecta ad rei traditionem venditor præcisè tenetur.*
2 *Contrarium.*
3 *Venditor ad rem tradendam quomodo compelli poſſit, & an manu militari.*
4 *In actione ex empto juratur in litem contra non obſervantem contractum.*
5 *Venditio ſi ſit juramento confirmata, venditor præcisè tradere tenetur.*

ADDIT. GLOSS. IV.

1 AD Gloſ. 4. Nota, venditione perfecta venditorem ad traditionem rei venditæ præcisè teneri, ſi habeat facultatem rei tradendæ. Et Adde, *l. 42. infra* & *ibi*, Addit. ad Gloſ. 4. *n. 1. &* ad Gloſ. 2. *in fin. l. 55. infra hoc tit.* Covarr. *lib. 2. variar. cap. 19. num. 1.* ubi ex frequentiori DD. ſententia ſic receptum eſſe dicit. Perez, *in leg. 1. tit. 7. lib. 5. ordinat. gloſ. 1. col. 31. in princip. verſ. & hoc caſu & in col. antec. verſ. quid autem erit. pag. 189.* ubi hanc dicit magis communem opinionem. Pinel. *in l. 1. C. de bonis mater. 3. part. num. 25. & in l. 2. C. de reſcind. vendit. 2. part. cap. 3. num. 20. 21. & 22. cum aliis.* Acoſt. *lib. 1. ſelect. interpretat. cap. 23. num. 3. verſ. & tamen,* Roland. *conſ. 53. num. 2. volum. 2.* Matienz, *in l. 23. tit. 11. lib. 5. recompil. gloſſ. 1. num. 4.* Morl. *in empor. utriuſque jur. tit. 9. de contrab. empt. quæſt. 7. num. 3. cum aliis,* ubi rejectis duabus opinionibus contrariis, hanc ſequitur, & fundamentis in contrarium traditis ſatisfacit. Pereir. *in tit. de empt. & vendit. cap. 20. num. 10.* Barz. *deciſ. 111. num. 4.* ubi communem appellat. Faber. *de erroribus. pragm. decada 32. error. 4. num. 4.* ubi venditorem ad tradendum præcisè compellendum eſſe dicit, *& conjectur. lib. 6. cap. 17.* Cevall. *commun. contra commun. quæſt. 459.* ubi alios pro hac opinione refert, qui eam communem dicunt; & veriorem eſſe affirmat. Tuſch. *practic. concluſ. verbo, venditio concluſ. 55. per tot.* & eam defendit Oſval. Illiger. *in annotat. ad Donell. Enuc. lib. 13. c. 2. lib. 4.* ubi latè eam tuetur.

2 Contrariam opinionem, nempe venditorem ſolum ad intereſſe teneri, ſequuntur plures, quos referunt Morl. *num. 1.* Cevall. *in princip.* & Oſvald. Illiger. *ubi ſupra* & noviſſime Fachin. *lib. 2. controver. jur. lib. 2. cap. 30. verſ. ſed contrarium.* ubi contrariis ſatisfacere conatur, & fundamenta ſuæ opinionis expendit & palinodiam canens eam ſequitur Faber. *decada 85. error. 4.* ubi nervosè defendit, venditorem precisè non poſſe compelli ad tradendam rem venditam; ſed à prima non eſt recedendum.

3 Quatenus condemnandus ſit venditor, ut rem, quam vendidit, tradat? vide Fabr. *de error. pragmat. decada. 17. error. 7. num. 6.* ubi docet non eſſe precisè, & abſolutè cogendum rem tradere manu militari, ſed ſub commination poenæ ei jubendum eſſe rem tradere; & ab opinione, quam antea *in dict. cap. 17,* tenuerat, recedit. Oſval. Illiger. *Hermoſilla in v. Partit. Tom. II.* *ubi ſup.* contra Fabrum multis rationibus, & fundamentis comprobat compellendum eſſe venditorem rem tradere etiam manu militari, & ſic fuiſſe deciſum per Rotam Romanam teſtatur Mareſc. *lib. 2. variar. cap. 70. num. 11.* ubi cum Ploto, *in l. ſi quando, num. 171. C. unde vi.* hanc communem dicit, & faciunt tradita in Addit. Gloſ. *l. tit. 11, infra hac part.* ubi egimus de quæſtione, an quis precisè ad factum teneatur? & vide Addit. *ad l. 28. infra hoc tit.* Si enim facultatem tradendi non habuerit, præſtando intereſſe liberatur ſecundum Gloſ. *in §. pretium. Inſtitut. de empt. & vend.* Gloſ. 4. *in l. 42.* ub vide Add. Rebuff. *in leg. unica, num. 385. de ſententiis, quæ pro eo quod.* Pinell. *in rubric. de reſcindend. vend. 2. part. num. 25. in fin.* Gomez. 2. *tom. variar. cap. 10. num. 22. verſ. ſeptimus caſus.* Tiraquel. *de retract. convent. in præf. num. 155.* Roland. *conſ. 53. num. 2. volum. 1.* Menoch. *conſ. 92. num. 63.* Cæphal. *conſil. 407. num. 39.* Surd. *deciſ. 253. num. 3. & conſ. 13. num. 25.* Intellige niſi emptor vellet ab emptione diſcedere, nam in ejus facultate eſt, an malit, quod res tradatur, vel intereſſe, vel ab emtione diſcedere, ut late tradit Surd. *in dict. conſ. 13. n. 18. & 26.* & vide Addit. *ad gloſ. 63. infra.*

De quæſtione, an juretur in litem in actione 4
ex empto contra non obſervantes contractum? vide Plotum *de in litem jurando, num. 171. 175. & 180.* Phanu. *de jure jurando in litem. part. 2. cap. 3. num. 36. per tot.* Setſer. *de juramento lib. 5. cap. 5. num. 32. & 43.* Menoch. *de arbitrar. caſu. 207. num. 28.* Farin. *in fragm. 2. part. litt. I. num. 998. & 999.* ubi juramentum veritatis dari contra venditorem, qui rem non tradit, reſolvunt, & juramentum affectionis, quando habet facultatem rei tradendæ, vel conſtituit nomine emptoris poſſidere, & Camill. Borell. *ſumm. deciſ. tit. de in litem juran. §. 2. num. 59. tom. 1.* ubi refert Tiraquel. & alios, Addit. ad Gloſ. 4. *tit. fin. tit. 1. ſuprà, num. cum aliis,* & ad Gloſ. 7. *l. 8. tit. 3. ſup. hac part.* Ant. Fab. *in d. errore. 7.* ubi contra communem pragmaticorum opinionem juramento non eſſe locum, probare conatur, ſed à communi non eſt recedendum. † Si juramento venditio confirmata ſit, an venditor precisè ad traditionem rei venditæ teneatur? vide latiſſime per Seraph. *de privil. juram. privileg. 74. per tot.* & *ibi* BeneKendorph. qui ad traditionem teneri defendunt, & multos laudant: & idem vult Surd. *conſ. 13. num. 27. & 28.* ubi alios tradit, & ampliat ad venditionem diverſarum rerum. In quo contrarium tenet Barz. *deciſ. 62. num. 18.* ubi agit de quæſtione; Juramentum ſuper diverſis rebus interpoſitum unico tamen actu, an unicum, vel plura cenſeri debeat.

LEX VIII.

SUMMARIUM.

1 *Venditio inter abſentes per procuratorem, nuntium, vel Epiſtolam poteſt contrahi.*
2 *Ementis, & vendentis conſenſus ſimul intervenire debet.*
3 *Conſenſus quid ſit?*
4 *Emptio eſt, ſi venditor dicat; Iſta res ſit tibi empta pro decem ſi vis, & alius nihil reſpondeat, ſed in ſequenti die dicat ſe velle: etſi reſpondiſſet, quòd cogitare volebat, & ſequenti die reſpondeat.*

5 *Emptio non contrahitur, & ſiquis exiſtens in domo, ſeu alio loco dicat; ego vendo Titio talem fundum pro decem, & Titius tranſiens dicat, ego accepto.*

6 *Venditio non contrahitur, ſi ad placitum emptoris vendatur, niſi ſtatim conſentiat.*

7 *Venditio ut contracta dicatur, requiritur, quod fiat per verba de præſenti.*

ADDIT. GLOSS. I.

1 AD Glos. 1. Nota 1. *ex text.* venditionem etiam inter abſentes poſſe per procuratorem ad hoc conſtitutum, ſeu per nuntium, vel per epiſtolam contrahi. Addit. *l.* 48. *inf. hoc tit.* & *ibi*, Glos. 1. & 6. & Addit. ad eas.

2 Nota 2. quòd conſenſus vendentis, & ementis debet intervenire ſimul. Et Addit. Glos. 1. *in dict. l.* 48. *verſ. & procederet adhuc.* Mont. *in tract. de emption. & vendit.* 5. *quæſt. princip. num.* 47. Moz. *de contract. in tractat. de empt. & vendit. cap. de ſubſtant. empt. & vendit. num.* 43. 44. & 45. ubi tradit, quòd conſenſus utriuſque partis debet intervenire ſimul, & eodem tempore, & præſentialiter, quia conſentire eſt ſimul ſentire. Bertazol. *de clauſul. clauſ.* 7. *gloſ.* 7. *num.* 1. † ubi ex Inno. Hoſt. & Glos.

3 *in cap.* 1. *de rebus Eccleſ. non alien. in* 6. *ſuper* Glos. *verb. contractus*, tradit conſenſum eſſe multorum voluntatem, ad quos res pertinet ſimul juncta, & ex Bald. *in cap. cum conſuetudinis, num.* 6. *de conſuetud.* eſſe ſimul ſenſum, & copulam quamdam animorum, quæ vitiatur ab extraneo intervallo, idem Bertazol. *clauſul.* 30. *gloſ.* 3. *num.* 10. tradit, quòd requiritur præſentia contrahentium. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 4. *tit.* 4 *num.* 3. ubi refert, & ſequitur doctrinam Bald. & non poſſe dici conſenſum inquit, ſi ex intervallo adhiberetur, & Surd. *conſ.* 136. *num.* 17. *cum aliis*, dicit, quòd requiritur conſenſus contemporaneus, tam in contrahendo, quàm in diſtrahendo, *ex text. in l. pro ut quiſque, ff. de ſolut. & in l. ab emptione, ff. de pactis.* † Et *in*

4 *num.* 22. ex Alber. & aliis docet, non contrahi emptionem, ſi unus dicat; iſta res ſit tibi empta pro decem ſi vis, alius verò tunc nihil dicat; ſed in ſequenti die reſpondeat ſe velle, etiam ſi interrogatus dicat, volo cogitare, & reſpondebo cras, & deinde craſtina die conſentiat. *ex* Glos. *verb. alia cauſa, in fin.* quam ſequuntur Bart. & Bald. *in l. illud. C. de ſacroſ. Eccleſ. num.* 22. & idem ſequitur Mantic. *in dict. num.* 3. dicens, quòd ſi adhuc durat voluntas vendentis, conſenſus dicitur ſimultaneus, idem Surd. *in deciſ.* 70. *num.* 12. ubi ex Ancharr. *conſ.* 374. *num.* 4. tradit ſi partes non conveniant, ut quia una recuſat contrahere, & poſteà pœnitentia ducta vult contractui ſtare, non valere contractum, niſi altera pars novum adhibeat conſenſum. Qui in, *num.* 29. inquit conſenſum ex intervallo adhibitum firmare contractum, quando celebratur per Nuntium, vel Epiſtolam: quia alterius contrahentis conſenſus, & voluntas ſemper eſt parata, & præſumitur in ea perſeverare: & idem eſſe dicit, quando res ſub haſta exponitur venalis. Et *in num.* 371. *num.* 31. 32. & 33. tradit valere, etſi interveniret longum intervallum tempo-

5 ris, ſi durat conſenſus. † Aliud vero erit, ſiquis exiſtens in domo dicat; vendo Titio pro decem talem fundum meum, & ille tranſiens per viam audiat, & dicat, & ego accepto, nam non erit contracta emptio, ut ex aliis docent Surd. *in conſ.* 136. *num.* 22. Bertazol. *clauſ.* 30. *gloſ.* 3. *num.* 10. Moz. *ubi ſup. num.* 45. quia non erat præſens, cum loquebatur cum eo.

Quid de venditione facta ad placitum emptoris, 6
ut vendo ſi tibi placeat, vide Noſtrum Greg. Lopez. *in l.* 8. *tit.* 11. *part.* 3. & *ibi* Addit. ad Glos. *fin.* & Gutierr. *de gabell. quæſt.* 18. *num.* 8. ubi tradit, quòd ſtatim aſſentire debet, & non ſufficere, quòd die ſequenti placeat. † Et hæc procedunt de jure 7
noſtro etiam ſtante. *l.* 2. *tit.* 16. *lib.* 6. *recomp.* ut notat Glos. 1. *l.* 48. ubi vide Addit. *num.* 14. 15. & 16. quia verba de præſenti eſſe debent, *l.* 1. & 2. *ff. de contrab. empt. l.* 3. *C. eod.* non ſufficit dicere, vellem rem meam pro decem, & tu reſpondeas, vellem illam emere pro decem. Glos. *in l. vendentis, in fin.* & *ibi*, Cyn. *num.* 5. Bald. *num.* 27. *quæſt.* 6. Salycet. *num.* 11. *de contrab. empt.* Bart. *in l. ſervi electione* 5. *in princip. n.* 4. *verſ. quando*, & *ubi, num.* 13. *ff. de leg.* 1. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 4. *tit.* 3. *num.* 15. ubi dicit, quòd iſtud verbum *vellem* non perficit venditionem tanquam præteriti temporis: imperfecta enim verba non diſponunt, ſed ſignificant rem imperfectam. Fabian. de Mont. *de empt. & vend. quæſt.* 5. *princ. num.* 15. Gratian. *diſcep. forenſ.* 3. *tom. cap.* 545. *num.* 43. & 44.

SUMMARIUM.

1 *Venditio rei abſentis valet.*

2 *Gabella ejus rei, quæ non eſt præſens, ubi debeatur?*

3 *Gabella ex uſufructu ubi debeatur?*

4 *Gabella cenſus, cum imponitur ſuper rebus in diverſis territoriis extantibus, ubi debeatur?*

5 *Gabella an debeatur ex hypothecis ſpecialiter hypothecatis ad cenſum?*

6 *Gabella rerum mobilium ubi debeatur?*

ADDIT. GLOSS. II.

AD Glos. 2. Nota 1. valere venditionem rei, 1
quæ non eſt. Adde, *l.* 20. & *ibi*, Addit. *infra hoc tit. & infra* dicenda.

Nota 2. in quæſtione *hic* à Glos. tacta, quòd 2
gabella rerum immobilium debetur, ubi res eſt ſita. Et Adde *l.* 9. *tit.* 17. *lib.* 9. *recomp.* Laſart. *de decim. cap.* 4. *num.* 29. & 30. ubi ampliat, etſi nulla traditio facta eſſet. Parlad. *rer. quotid. lib.* 1. *cap.* 3. §. 6. *num.* 46. *cum ſeq.* Gironda. *de gabell.* 6. *part. n.* 28. Gutierr. *de gabell. quæſt.* 10. *n.* 4.

Amplia 1. ad venditionem uſusfructus, qui ſi 3
vendatur, gabella debetur, ubi res ſita eſt. Laſart. *n.* 30. Gutierr. *n.* 5. *ubi ſupra.* Gironda. *part.* 11. *n.* 29. & 30.

Amplia 2. in venditione cenſus, ex qua gabella 4
debetur in loco, quo bona ſpecialiter cenſuata ſita ſunt, & ſi in diverſis territoriis ſint, inter eos pro rata valoris rei, quæ in unoquoque loco eſt, dividetur, Laſart. *num.* 31. *ubi ſup. & cap.* 10. *n.* 4. Parl. *lib.* 1. *rer. quot. cap.* 3. §. 8. *num.* 28. Gironda. 6. *part. ſub num.* 28. Gutierr. *num.* 7. Azeved. *in l.* 1. *num.* 119. *tit.* 18. *lib.* 19. *recomp.* † Sed quid ſi ſu- 5
per eis cenſus non imponatur, ſed ſpecialiter cum clauſula non alienandi hypothecæ ſubjiciantur? vide Addit. ad *leg. tit.* 28. *infra hac part.*

Limita in caſu *dict. leg.* 9. & in caſu *leg.* 18. *tit.* 12. *lib.* 9. *recomp.* Joann. Gutierr. *n.* 1. & 3. *ubi ſup.* 6

Gabella verò rerum immobilium debet ſolvi in loco contractus, ſi tempore conventionis ibi ſint, licèt alibi tradantur, vel ſi tempore venditio-

nis

nis alibi fint, ſi tibi traditio fiat; ſed ſi in uno loco venditio celebratur, & res ſit in alio, & *ibi* tradatur, ibi debetur gabella, & idem ſi conventio in uno loco fiat; & res ſit in alio, & traditio alibi fiat, niſi locus, ubi res eſt, ſit immunis à gabella, vel alicujus domini, & non Regis: nam tunc gabella ſolvenda erit in loco propinquiore Regis, & non in loco, ubi res erat tempore conventionis, ex *l.* 5. *t.* 17. *lib.* 9. *recomp.* de cujus materia vide Azeved. *ibi*, Laſart *cap.* 2. *num.* 3. *cum aliis*, ubi late, Gutier. *in d. tract. quæſt.* 104. *per tot.* ubi latiſſimè materiam explicat, & alios laudat, apud quos vide alias quæſtiones de loco, ubi gabella debetur, & dicemus aliquo *in tit.* 8.

LEX IX.

SUMMARIUM.

1 *Venditio ſine certo pretio non valet.*
2 *Venditio, quando certa pretia rebus ſunt impoſita lege, vel ſtatuto, abſque certo pretio valet.*
3 *Item quando venditur triticum, ſeu oleum pro certo pretio, quod valuit in publico foro ea die.*

ADDIT. GLOSS. I.

1 AD Glof. 1. Nota non valere venditionem ſine certo pretio. Adde Glof. 1. *l.* 1. *num.* 5. *ſup.* & *ibi* Addit.

2 Limita primò, quando lege, conſuetudine, vel ſtatuto certa pretia rebus ſunt impoſita, vel conſtituti publici rerum æſtimatores; nam tunc non vitiatur emptio ex eo, quòd certum pretium non fuit declaratum, cum lex ipſa, vel æſtimatores à lege poſiti, ad quos eſt facta relatio, illud declarent. Ant. Gomez. 2. *tom. var. cap.* 2. *num.* 9. *in fin.* Valaſc. *de jur. emphyt. quæſt.* 71. *num.* 1. ubi contra Pinel. hanc doctrinam veram eſſe dicit, & pro ea alios allegat, & eſt ratio, quia contrahentes cum diſpoſitione juris communis videntur ſe conformare, *l. ſi duo in fin. ff. de acquirend. hæred.* Bald. *in l. cum patrem, in fin. C. de impuberib.* Neviz. *conſ.* 2. *num.* 4. Socin. *conſ.* 99. *in cauſa, col.* 1. *volum.* 1. Bertazol. *in rubric. C. qui admit. verſ.* 5. *& conſ.* 95. *præclar. vol.* 2. & de conſuetudine loci loquitur, *l. ſi fundus, ff. de evict.* Jaſon. *l. ſi quis id, quod, ff. de jurisdic. omnium judic. verſ. octavo limita.* Novell. *de dote*, 6. *part. ſpec.* 29. ex quo infert. Gomez, *ubi ſupra in num.* 9. valere venditionum earum rerum, quæ ſunt venditioni expoſitæ, pro eo quod valent; quia in venditione

3 ſimilium rerum ſemper eſt pretium certum † & valere venditionem tritici, vini, olei, & aliarum rerum pro pretio, quo communiter tales res tali die venduntur in publico foro, & idem ſequitur Illiger, *in annotat. ad Donell. enucleat. lib.* 3. *cap.* 1. *littr. O* & hanc opinionem colorem habere dicit Pereir. *de emption. & vendit. cap.* 18. *num.* 13. *in fin.* & ipſe *ibi, num.* 12. in venditione mercium facta pro pretio, quo in nundinis venderentur certo quodam tempore, & loco præſcripto, contrarium verius eſſe exiſtimat: *& in num.* 14. reddit rationem, quia quoad ſtatum præſentem pretium eſt ambiguum, & incertum, ſi fiat relatio ad pretium futurarum nundinarum. Sed verius eſt venditionem valere, quando contrahentes ad certum locum, & tempus ſe retulerunt quoad pretii certitudinem, ut

ut tradit Pinel. *in* 2. *part. rubric. C. de rei vendit. cap.* 3. *num.* 5. qui *à num.* 2. videndus eſt, & faciunt tradita per Peraltam, *in l.* 1. *ff. de legat.* 2. *num.* 46.

SUMMARIUM.

1 *Pretium non poteſt in alterius contrahentium voluntate conferri.*
2 *Venditio facta pro pretio inter contrahentes determinando non valet. Venditor qua actione debeat experiri ſi rem tradidit, & cui gabellario debeatur gabella.*
3 *Venditio pro pretio declarando ab eo, quem unus ex contrahentibus elegerit, non valet.*
4 *Item ſi fiat pretio declarando ab eo, quem contrahentes elegerint.*
5 *Venditio, ſi pars ſubſtantialis contractus in arbitrium alterius contrahentis deferatur, non valet.*
6 *Item in contractu locationis.*
9 *Venditio, ſi traditio ſequatur, valet, etſi in arbitrium alterius contrahentis pretium committatur.*
8 *Venditio de æquitate canonica, etſi pretium in arbitrium contrahentis deferatur, valet, & incertitudo non vitiat contractum.*
9 *Donatio, etſi conferatur in voluntatem donatoris, valet.*
10 *Venditio an valeat, ſi venditor dicat vendo pro decem ſi vis, & emptor reſpondeat, emo pro decem ſi vis.*
11 *Venditio valet, etſi pars pretij in tertii arbitrium conferatur. Et ſi arbiter moriatur, tunc ad arbitrium boni viri recurritur.*
12 *Venditio valet, ſi aliquid accidentale in arbitrium tertij committatur.*
13 *In contractibus ſubſtantiale, naturale, & accidentale invenitur; & quæ dicantur ſubſtantialia contractus; & quæ omnium; & quæ cujuslibet contractus in particulari & 17.*
14 *Pactum contra ſubſtantiam contractus an contractum vitiet, vel vitietur?*
15 *Naturalia contractus quæ ſint? & quæ naturalia ita contractui conjuncta, quòd à contractu ſeparari non poſſint? & quæ ſint naturalia ſimpliciter? & quare dicantur naturalia, & n.* 18.
16 *Evictio an ſit de natura contractus venditionis? Ea, quæ mortis, & conſuetudinis ſunt in bona fidei judicibus tacitè veniunt. Et an ſtipulatio duplæ, quæ in contractu emptionis ſolet apponi.*
17 *Accidentalia contractus quæ ſint.*

ADDIT. GLOSS. II.

AD Glof. 2. Nota pretium, & alia ſubſtantialia emptionis, & venditionis in alterius contrahentis voluntatem conferri non poſſe. Addit. Glof. 1. *in fin. l.* 29. *tit.* 6. *part.* 6. & ibi Addit. Fabian. de Monte *de emption. & vendit. quæſt.* 5. *princip. n.* 63. Gomez. 2. *tom. variar. cap.* 2. *num.* 19. ubi late comprobat. Petr. Gregor. *ſyntagm. jur. lib.* 25. *cap.* 13. Valaſc. *de jur. emphyt. quæſt.* 13. *num.* 12. Bertazol. *clauſul.* 30. *gloſ.* 1. *num.* 11. Gamm. *deciſ.* 222. *n.* 6. Surd. *deciſ.* 52. *n.* 10. & *deciſ.* 82. *n.* 11. & *deciſ.* 114. *num.* 1. & 2. *cum aliis*, ubi ampliat, etiam ſi in tempore diſcordent. Barboſ. *inl. ſi æſtimatis, num.* 1. *ff. ſolut. matrim.* Gratian. *diſceptat.* 3. *tom. cap.* 500. *num.* 29. Moal. *in empor. tit.* 9. *de contrahend.*

empt. quæst. 9. num. 6. ubi reddit rationem hujus prohibitionis, & contrariis satisfacit. Fontan. *de pact. nuptial. 2. part. clausul. 5. glos. 8. part. 13. n. 55.* Pereir. *de emption. & vendit. cap. 13. num. 15.* Lingloisium *decis. 15. quæs. 2. n. 1. & 2.*

2 Amplia 1. non valere venditionem pro pretio, de quo inter nos conveniemus, *l. si tibi l. 2. ff. de præscript. verb.* Alexand. *in l. sciendum n. 17. ff. de verb. obligat.* Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 1.* Mozz. *de contract. in tractat. de emption. & vendit. cap. de substant. emption. & vendit. num. 25.* ubi tradit qua actione experiri debeat venditor, si rem tradidit, & cui gabellario gabella debeatur, si unus sit tempore conventionis, & alter cum de pretio conveniunt vide Gutierr. *de gabellis, quæst. 102.*

3 Amplia 2. non valere venditionem, etsi contrahatur pretio æstimando ab eo, quem unus ex contrahentibus eligeret. Pinell. *in rub. C. de rescin. vend. 2. part. cap. 1. n. 6. in fine* ubi contra Castrens. hoc verius esse judicat, & eum refert, & sequitur Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 19. n. 32.* Valas. *de jur. emph. quæst. 11. n. 13.*

4 Amplia 3. etsi venditio fiat pro pretio declarando per unum eligendum ab ipsis contrahentibus. Bart. *in l. merces, in princip. ff. locati, & conduct.* Mant. *ubi sup. num 11.* Valas. *de jure emph. quæst. 11. num. 12.* Pereir. *de empt. & vendit. cap. 18. n. 15.*

5 Amplia 4. etsi pars substantialis contractus, & non omnia substantialia in arbitrium unius ex contrahentibus committatur. Surd. *decis. 82.* ubi *à n. 1. usque ad 10.* pro validitate contractus arguit; Et *à n. 10.* contrarium comprobat, & sic per senatum Mantuan. decisum fuisse testatur.

6 Amplia 5. procedere etiam in contractu locationis, & conductionis, qui in arbitrium conducentis, vel locantis non valet committi. Surd. *dec. 52. num. 10.* Gratian. *discept. 3. tom. cap. 534. à n. 3. & 4.* ubi declarat procedare, quando ab initio, cum contractus geritur, in arbitrium unius ex contrahentibus committuntur substantialia, & secùs esse in perfecta locatione. Valas. *de jure emph. quæst. 11. num. 1.*

7 Limita 1. nisi postea interveniat traditio, nam sustinetur contractus, & bene valet. Fabian. de Mont. *dict. quæst. 5. n. 73. vers. prædicta tamen limitat.* Bald. & Gratian.

8 Limita 2. de æquitate juris canonici, secundum quam valet contractus collatus in unum ex contrahentibus, & non procedit *l. in vendentis, C. de contrah. empt.* ut ex Aloy. Leo. Alph. & Bonacos. tradit Gratian. *in dict. num. 15. 16. & 17.* ubi etiam tradit, quòd incertitudo non vitiat contractum, & esse servandam de jure Cæsareo, de quo vide Carroc. *in tract. locat. & conduct. tit. de mercaderia incerta, num. 3. fol. mihi 8. col. 4.* & ex eodem jure à persona declarante receditur, & ad viri boni arbitrium recurritur. Socin *in l. siquis arbitratu. num. 28. vers. postremo. ff. de verb. obligat.* Menoch. *cons. 93. num. 28. & de arbitratu. lib. 1. quæst. 68. num. 55.*

9 Limita 3. in contractu lucrativo, puta donationis; nam tunc valet, si conferatur in voluntatem donatoris, Gomez. *dict. cap. 2. vers. quòd tamen intellige.*

10 Limita 4. si conferatur contractus in voluntatem utriusque, ut si quis dicet, vendo tibi rem pro centum, si vis, & alter respondeat, emo pro decem si vis, nam tunc ex illo instanti valet venditio. Gomez. *ubi sup. versic. Item intellige.*

Limita 5. si non totum pretium in arbitrium par- 11
tis conferatur, sed pars pretii; nam tunc venditio valet, ut si venditio facta sit aliquo pretio certo, & augmentum pretii ad ejus arbitrium remittatur. Bald. *in l. in vendentis, num. 6. C. de contrab. emp.* Gabriel. *cons. 168. num. 15. lib. 1.* Card. Mant. *dict. lib. 4. num. 46.* & facit, nam venditio facta pro centum, & eo plus, quod Cajus declaraverit, & si non arbitrasset, venditio tenet, & valet, & ratione illius pluris non recurritur ad arbitrium boni viri. Angel. *in leg. siquis arbitratur, ff. de verb. oblig.* ubi ponit hanc quæstionem, & communiter receptam testatur. Socin. Sen. *ibi num. 16.* quem vide *in n. 40. & 41.* ubi cum Alciato tradit esse communem opinionem contra Angelum, & receptissimum, quòd tunc recurritur ad arbitrium viri boni: & in quantum Angelus dixit contractum validum esse, contra eum tenere Bald. Castr. Salyc. & alios, quos ipse Socin. refert. *in d. n. 16.* Sed varius est valere, quia non fuit commissa substantia, sed quid accidentale: & quòd venditio facta pro certo pretio, & eo majori prout æstimabitur, antè æstimationem dicatur pura & perfecta, *ex text. in l. hæc venditio, §. fin. ff. de contrab. empt.* tradunt Socin. Bald. Salyc. & alii, quos referunt, & sequuntur Fabian. de Mont *de empt. & vendit. 5. quæst. princip. num. 29.* Joseph. Ludov. *decis. Perus. 52. num. 1.* Honded. *d. cons. 30. n. 1. & 26.* Benint. *decis. 29. num. 4. & 5.* ubi idem dicit esse in venditione conditionali sequuta traditione. Surd. *cons. 38, n. 5.* Alia vide apud Pereir. *de empt. & vendit. c. 18.*

Limita 6. ex Glos. *hic*, si accidentale aliquod 12
venditionis in arbitrium alterius partis conferatur, nam tunc valet venditio. Addit. Gomez. *2. tom. variar. cap. 2. num. 19. vers. item etiam intellige.* ubi agit de placentia, vel displicentia rei, & de tempore, intra quod debet voluntatem declarare: & quid si interim moriatur; & de resolutione contractus, Valasc. *de jure emph. quæst. 11. num. 16.* Morl. *in empor. juris tit. 9. de contrab. empt. quæst. 9. num. 10.* Mant. *de tacit. & ambig. convent. lib. 1. tit. 14. n. 6.*

Et pro explicatione hujus limitationis, & regulæ 13
traditæ *suprà n. 1.* sciendum est, in contractibus alia naturalia contractuum, & alia accidentalia esse, substantialia contractus dicuntur illa, sine quibus actus corruit. Bald. *in l. etiam, num. 6. C. de execut. rei judic.* Menoch. *cons. 37 num. 4.* Felician. *de censib. lib. 1. cap. 10. num. 22.* Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 1. tit. 12. à num. 1.* Mozz. *de contract. lib. in tract. de empt. & vendit. cap. de substant. emption. & vendit. à n. 1.* Et ex substantialibus sunt alia communia omnium conventionum, ut consensus; nam nullus contractus est sine eo, *l. 1. §. conventionis, & sequent. ff. de pact. l. neque obligatio, l. obligationum substantia, ff. de act. & obligat.* Mantic. *num. 3. & 4.* & Menoc. *ubi sup.* Alia propria cujuslibet contractus, & conventionis, quæ non possunt abesse sine corruptione ipsius contractus, *Julianus, §. si quis rem. ff. ad exhibend.* Bald. *in l. pact. conventa, §. Papinianus, ff. de contrahend. empt. in lect. antiqu.* Mantic. *n. 6. & 7.* & Felician. *ubi sup.*

Hæc autem dicuntur essentialia, & substantialia quæ habent ipsum actum, & contractum substantiare, & ei dare esse: ut in contractu emptionis, & venditionis res, & pretium; nam sine re, & pretio emptio, & venditio est nulla, ut in Addit. Glos. *1. l. 1. sup. num. 4. & 5.* dixit. Et in societate, & aliis contractibus exemplificant Mantic. & Menoch. *ubi supr.*

Pactum

14 Pactum verò contra substantiam contractus utrum vitiet. vel vitietur, difficilis est quæstio? & valere, & non vitiari probat Martianus jurisconsul. *in l. ubi, ita donatur. 27. ff. de donat.* Contrarium respondit Celsus, *in l. cum precario, 12. ff. de precar.* De quorum jurium conciliatione vide Felician. *de cens. dict. lib. 1. cap. 1. num. 24. & 25.* ubi aliis interpretationibus rejectis docet, pactum adjectum contra substantiam contractus valere, quando illum potest in alium transformare, aliàs non, imo ipsum vitiat.

15 Naturalia contractus sunt vis ipsa, qualitasve secundum proprios finis contractus inducta ab his, quæ extrinsecùs separata accedere possunt, *l. pacta conventa*, ubi Acurs. *ff. de contr. empt.* Alciat. *in l. cum quid. num. 2. ff. de contrahend. empt.* Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 1. tit. 13. num. 8.* quem vide, *à num. 1.* ubi latè explicat Felician. *dict. cap. 10. num. 22.* Gutierr. *de juram. confirm. 1. part, cap. 37. num 3.* Mozz. *in tractat. de emption. & vendit. cap. de natural. empt. & vend.* Seraphin. *de privileg. juram. privileg. 49. num. 17.*

Et hæc sunt in duplici differentia, quædam sunt ita conjuncta, ut pacto separari ab ipso contractu nullo possunt: & hæc propriùs substantialia appellantur, & ita naturam contractus pro substantia interpretatur Acurs. *in l. juris gentium. §. qui minor. vers. item responsum, in verb. extra naturam, ff. de pact. & ibi*, Paul. *num. 7. vers. in textu. ibi, & sic intelligendus est text. in §. de illo, in illis verbis, contra naturam societatis talem pactionem esse, & ob id non esse ratam. Institut. de societ.* & alia, quæ tradit Mantic. *ubi sup. n. 9.*

Quædam verò naturalia simpliciter dicuntur, quæ tacitè contractibus insunt, sed pacto sub moveri possunt; & hæc quidem naturalia sunt qualitates quædam innatæ, ex quibus virtus contractus perficitur, & semper inesse videntur nisi pacto tollantur, Bald. *in prælud. feud. num. 46.* & licet substantialia sint immutabilia, hæc naturalia mutari possunt. Bald. *in l. 1. num. 14. C. de usufr.* Uldar. Zasi. *lib. 1. singul. resp. cap. 14. num. 5.* Corras. *lib. 3. miscell. juris cap. 10. num. 4.* Mantic. *n. 10. & 11.* Menoch. *dict. consil. 37. num. 20. lib. 1.*

Et hæc nulla alia ratione dicuntur naturalia, nisi quia frequentiori, & assidua consuetudine, quæ in nomen naturæ transit, contractui accesserunt. Corras. & Mench. *num. 21. ubi supra*, & probatur *in l. quod si nolit. 31. §. quia assidua. 18. ff. de ædilitio*
16 *edict.* † ex quo doctores omnes docent evictionem esse de natura venditionis, cum à consuetudine profecta sit, ut constat *ex dict. §. quia assidua*, & diximus, *in* Glos. *1. leg. 32.* & consuetudo est altera natura *text in l. si quis posthumos, ff. deliber. & posthu.* & explicat latè Menoch. *n. 22. ubi sup.* & eum sequitur Mantic. *in dict. num. 11.* in quantum ad stipulationem duplex, quæ in emptionibus, & venditionibus de consuetudine interponitur, & an si (& an si fuerit omissa tacite debeat intelligi. Vide Addit. *infra* ad Glos. *8. leg. 32. à num. 1.*) non verò in eo quod de evictione inquit, nam id non à consuetudine, sed à lege constitutum esse docet, & natura contractus emptionis, & venditionis appellatur, *leg. ex empto. in princip. ff. de emp. l. si in venditione ff. de eviction.* naturalia enim alicujus actus, & contractus dicuntur, quæ in ipso actu, & contractu per legem insunt, etiam si nihil dictum sit, *leg. pact. conventa, ff. de contrah. empt.* Cravet. *consil. 612. n. 9.* & idem antea docuit ipse Menoch. *cons. 84. n. 17. & 18. vol. 1.* ubi inquit rei, vel actus primordialem naturam illam esse censeri, quæ à propria ejus specie juxta legis constitutionem provenit. Ita Bald. *in l. 1. n. 1. C. commodati:* & citat inter alia *l. pact. conventa, C. de contrab. emp.* Afferri potest exemplum in evictione, quæ in contractu emptionis est de illius natura primordiali, cum ita à lege in ea specie sit constitutum, hæc Menoch. ex quibus sibi in hoc contrarium fuisse constat, & de eo, quod diximus consuetudinem esse aliam naturam, vide Mantic. *n. 12. ubi sup.* ubi latè explicat.

Accidentalia contractus, vel alterius actus illa 17 dicuntur, quæ adesse, & abesse possunt præter subjecti corruptionem, ut à Dialecticis definiuntur, & à Gomez. *in §. in personam, n. 14. institut. de action.* Corrasi. *lib. 3. miscella. juris, d. c. 10. n. 5.* Uldaric. Zasi. *lib. 1. singul. respons. cap. 12.* Menoch. *dict. cons. 37. n. 98.* ubi exemplificat in appositione pœnæ, clausulæ, constituti, juramenti, & in aliis. Mozz. *de empt. & vendit. c. de accidental.* ubi multa cumulat. Contra hanc definitionem insurgit Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 1. tit. 14. n. 3.* ex eo quòd in hac definitione etiam naturalia contractus veniunt, & cum Felino. *in c. cum M. Ferrariens. n. 16. in fine de constit.* ea esse accidentalia, quæ non sunt substantia, docet. Aliter etiam explicat Menoch. *cons. 84. n. 20. lib. 1.* dicens accidentale esse, quod rei, vel actui contingit præter legis constitutionem hominis facto. Unde etiam Surd. *decis. 114. num. 22. vers. audio etiam.* ubi cum Bald. *in l. in vendentis, num. 13. in fin. C. de contrab. empt.* tradit illud dici accidentale, & accessorium contractui, quod actui substantiato accedit; & illud esse substantiale, quod ante contractum perfectum accedit, in quo si partes dissentiant, contractus annullatur, ut in tempore solutionis.

SUMMARIUM.

1 *Pretium rei venditæ in arbitrium alicujus certæ personæ conferri potest.*

2 *Venditio pignoris justo pretio an valeat.*

3 *Venditio facta justo pretio declarando arbitrio duorum, qui arbitri nominantur à contrahentibus, valet; secùs si arbitri non sint nominati.*

4 *Venditio, si pretium committum sit in arbitrium duorum, quorum unus ab uno contrahentium, aliter ab altero eligitur, an valeat?*

5 *Venditio, si pretium sit in arbitrium duorum, & eis data sit facultas eligendi tertium, an valeat, si discordent. An possint compelli ad eligendum tertium, & quid si sint arbitri, vel arbitratores, & n. 6.*

7 *Refertur opinio nostri Gregor. Lopez., & alia Parladori.*

8 *De jure regio compromissum in duos tertios factum valet, etsi in eo mentio eligendi tertium facta non sit, & arbitri cogantur tertium assumere si dissentiant.*

9 *Circa electionem tertii, & aliquando quarti, quæ praxis observetur.*

10 *Arbitri, & arbitratores in quibus differant; remissive. Et quid sit arbiter, & arbitrator & num. 5. & 6.*

11 *Si omnes arbitri in pretio dissentiant, quid sit observandum.*

12 *Si arbiter sententiam ferre teneatur cum voto, seu consilio alterius, an sententia valeat, si sine eo sententiam ferat, & an teneatur eum sequi.*

13 *Ventio collata in arbitrium incertæ personæ non valet.*

ADDIT. GLOSS. III.

1 NOta 1. ad Glos. 3. *ex text.* pretium rei venditæ conferri posse in arbitrium alicujus certæ personæ, & Add. *l. ultim. C. de contrahend. emption. l. si coita sit. 75. ff. pro socio l. si merces. 28. ff. locati, l. si quis arbitratu. 43. ff. de verb. oblig.* Gregor. *Syntagm. lib. 25. cap. 3.* Pinel. *in rub. C. de resc. vendit. 2. part. num. 4.* Valasc. *de jur. empyt. quæst. 11. n. 10.* Mantic. *l. 4. tit. 19.* Morl. *io emp. tit. 9. quæst. 9. n. 6. vers. secundum partem, & num. 7.* Pichard. *in §. pretium. 1. num. 27. institut. de emption. & vendit.* Marescot. *lib. 2. variar. cap. 70. num. 1.* Fontanell. *de pact. nupt. 2. part. claus. 5. glos. 18. num. 10.* Pereir. *de emption. & vendit. cap. 18. num. 15.* Lingloif. 2 *decis. 15. num. 1. & 2.* † Sed obstare videntur tradit in additione Glos. 1. *l. 41. inf. num. 2. 3. & 4.* ubi valere venditionem pignoris pro justo pretio absque eo quod certæ personæ assignetur, traditur. Vide Add. ad Glos. 1. *l. 1. n. 17. & 18. sup.*

3 Amplia 1. valere venditionem pro pretio justo declarando arbitrio duorum, scilicet talis & talis, quos ex nunc in arbitratores, & bonos viros eligunt, ex Salyc. *in l. ultim. num. 2. in fine. C. de pact. pig.* quem refert: & sequitur Mantic. *ubi suprà num. 35. autem*, qui antea tenuit emptionem non valere, si pretium in duos viros probos fuisset collatum, si non sint nominati.

4 Amplia secundò, & si pretium commissum sit in arbitrium duorum, quorum unus ab uno ex contrahentibus, alter ab altero eligatur, ut cum Bart. & Castrens. *in l. si merces, in princip. ff. locat. & conduct.* tradit Mantic. *in dict. tit. 19. n. 41. & 42.* ubi contra Pinell. *in rubric. C. de rescind. vendit. 2. part. cap. 6. num. 6.* hanc veriorem dicit, & ante eum Fachin. *lib. 2. controver. jur. cap. 1. colum. vers. denique*, ubi contrariis satisfacit, & hanc fundat, & sequitur; sed pro opinione Pinell. vide Valasc. *ubi supra n. 12.* & Pereir. *dict. cap. 18. num. 15.*

5 Sed quid si data sit eis facultas eligendi tertium incertum, & inter se discordent, & videtur quòd talis venditio non valeat, quia in eligendo tertium possunt dissentire propter naturalem hominum ad dissentiendum facilitatem, *l. item si unus, 19. in duos & §. principaliter, ff. de recept. arbit.* Contrarium, imo quòd hujusmodi venditio, & compromissum valeat, decisum fuit per Rotam Romanam apud Mantic. *decis. 235. ubi in num. 4. & 5.* difficultati propositæ duobus modis satisfacit, Primò usitatum esse in duos etiam posse compromitti, & Prætorem debere cogere arbitros, si inter se non conveniant, personam certam eligere, cujus authoritati parere debent, ut inquit Jurisconsult. *in dict. §. principaliter, verb. sed tamen usitatum est.* Speculat. *in tit. de arbitrar. §. sequitur, num. 13. vers. hoc quoque notandum, & in num. 17. vers. sed tamen.* Bart. *in dict. §. principaliter, num. 1.* Secundo constituit differentiam inter arbitros, & arbitratores, & non valere compromissum in duos arbitros, quibus data fuit facultas eligendi tertium intertum *ex text. in dict. l. §. si in duos, & §. principaliter*, sed diversum esse in compromisso facto in arbitratores, quibus eadem facultas eligendi tertium data fuit, si inter se dissentiant, *cap. cum nobis 13. & ibi, glos. fin. de arbit.* Roman. *singul. 163.* & alii, quos refert 6 Mantic. *ibi*, qui omnes intelligunt *text. in dict. §. si in duos, & in dict. §. principaliter* de arbitris, & non de arbitratoribus, & communem esse profitetur Decian. *cons. 42. num. 5. & 8. lib. 3.* Illi enim æstimatores, qui eliguntur ad declarandum communem rei æstimationem, non sunt arbitri, sed arbitratores, & ideò si dissentiant, à judice possunt, & debent compelli, ut in electione tertii conveniant, ut cum Bald. *in l. hac edictali, §. his illud, num. 2.* & Salycet. *num. 10. vers. sed tunc insurgit dubium, C. de secund. nupt.* & Felin. *in cap. suspicionis, in vers. sed poteris dicere, de offic. delegat.* tradit Mantic. *num. 6. ubi suprà.*

Contra hanc Rotæ decisionem stat doctrina Bald. 7 *in cap. 1. colum. fin. de investitur. in mare facta*, ubi dicit, istam electionem tertii, non procedere in arbitratoribus, & cum casus de facto evenisset, per quosdam sapientes sic fuisse responsum. Et eum sequitur, Abb. *in c. fin. de re judic. & in dict. cap. suspicionis*, & æquitatem hoc multum dictare inquit Gregor. Lopez. *in glos. 5. leg. 29. tit. 4. part. 3.* ubi Add. Sed ipse de jure communi cum Barbat. contra Bald. tenet, & de jure nostro Regio, sic observandum esse docet. Bald. doctrinam etiam impugnat Joann. Baptist. *in tract. de arbit. lib. 5. cap. 4.* ubi ejus doctrinam falsissimam appellat.

Aliter huic difficultati respondit Parlador. *l. 2. quotidianar. cap. fin. 1. part. §. 2. num. 16.* ubi ex magis recepta opinione docet inane esse compromissum in duos sic factum, ut si dissentiant tertium assumant, nisi tertius nominatim sit comprehensus, & ita procedere *dict. §. in duor, & cap. innotuit. de arbitris*, & validum esse, si in duos nulla facta de tertio assumendo mentione compromissum factum sit, & tunc judicem eos debere cogere, ut tertium eligant, Cur. magis in hoc casu, quàm in alio arbitri cogantur tertium eligere, Vide Lopez. *in glos. 9. l. 26. tit. 4. part. 3. & ibi*, Addita, ubi late de hujus quæstionis explicatione egimus: & de jure communi à Rotæ decisione non est recedendum.

De jure nostro compromissum in duos factum 8 valet, etsi mentio de tertio eligendo in eo facta fuerit, & ut res exitum habeat, si dissentiant, cogendi erunt arbitri, seu arbitratores tertium assumere, *ex dict. l. 26. & ibi*, noster Lopez, *in glos. 9. l. 29. d. tit. 4.* Villalob. *in arar. commun. opinion. verb. arbitri num. 238.* Parlador. *dict. §. 2. num. 16.* Olanus *in reduct. antim. littr. A. num. 139.* ubi idem esse de jure communi inquit per *text. in l. fin. C. de jud.* & Marant. *de ordin. judic. part. 6. vers. compromissum, num. 12.*

Usu forensi non est receptum, quòd arbitri ter- 9 tium eligant; sed moribus magis increbuit: ut judex hunc tertium eligat, ut testantur Azor. *de part. 2. part. cap. 4.* ubi de hac materia agit. Parlador. *diff. 43. §. num. 2.* de jure, tertii electio per ipsas partes fieri debet judice interveniente, tanquam compulsore, non tanquam electore. Bald. *in l. hac edictali. §. is illud, num. 2. versic. sed quid si isti arbitri, C. de secund. nupt.* & *ibi.* Salycet. Cagnol, *in l. 2. num. 159. C. de rei vendic.* Carroc. *in suis de cis. casu 50. num. 3.* ubi hanc veram, & communem opinionem dicit. Cæsar. Barz. *decis. 22. n. 9. & 10.* ubi cum Ludovico Geminiano, *in l. 2. §. 5. n. 145. C. de pact. inter emptor. & vendit.* Joann. Baptist. Plot. *cons. 13. num. 4.* & Carroc. *casu 50. num. 4.* tradit, quod judici nunquam competit hæc electio, nisi quando partes non conveniunt, vel quando vellet eligere quartum in discordia trium, quod est

in

in ipſius judicis poteſtate. Gratian. 2. *tom. cap.* 228. *num.* 6. ubi alios citat, & communem eſſe dicit, quòd judex non poteſt nominare tertium, niſi poſt moram partium. Unde optima praxis erit, quòd requirantur partes, ut nominent tertium, & ſi non nominaverint, vel diſſenſerint in nominatione, judex tertium nominet.

10 Arbitri autem, & arbitratores in quo differant? Vide *l.* 27. *titul.* 4. *part.* 3. ibique Addit. *& l.* 4. *titul.* 11. *lib.* 4. *recompil.* & *ibi*, Azeved. *num.* 30. *& 31. cum aliis.* Parlador, *diff.* 43. *num.* 8. ex quibus nota, quod arbiter dicitur, quando ad eum eo pacto item eſt, ut ſecundum juris definitionem audiat ſententiam. Arbitrator, quando latior ei datur poteſtas, ut tam de jure, quam de facto judicet, & ut quidam amicus interveniat, litemque tam ex jure, quam ex bono, & æquo ſuo arbitratu componat.

11 Quid ſi in pretio omnes diſſentiant, an ſummæ omnes coacervandæ ſint, & illis diviſis medium eligendum. Vide Addita. ad Gloſſ. 9. *l.* 16. *titul.* 8. *infrà hac part.* & in Addit. *gloſ.* 6. *l.* 56.

12 Sed quid ſi arbiter teneretur ſententiam ferre cum voto, & conſilio alterius, ſi ſine eo ſententiam ferat? Vide Gratian. 3. *tom. cap.* 524. *num.* 2. 3. *& 16.* ubi valere ſententiam, ſi tertium requirat, licet eum non ſequatur, docet; & ſecus eſſe, ſi in compromiſſo diceretur de voto, & conſilio, nam tunc tertii conſilium ſequi debet, & alia de nullitate laudi tradit.

13 Nota ſecundò non valere venditionem collatam in arbitrium incertæ perſonæ. Add. Gomez. *dict. cap.* 2. *num.* 9. *verſ. ſecundo facit.* & Add. *ſupr. num.* 1. & de aliis quæſtionibus in hac materia, Vide Noſtrum Lopet. *in gloſ.* 4. *leg.* 29. *tit.* 4. *par.* 3. *& ibi*, Addit. Azeved. *in dict. l.* 4. *titul.* 21. *lib.* 4. *recompil.* Parlad. *in dict. diff.* 43. *por totam.*

SUMMARIUM.

1 *Venditio facta pro pretio in tertij arbitrium collato valet, ſi tertius æſtimationem facit, alias non. Sed re tradita, & parte pretij ſoluta datur præſcript. verbis actio n.* 3.

2 *Item dos non dicitur æſtimata, niſi aliàs dotis conſtitutio non valeret.*

4 *Gabella an debeatur ei, qui erat tempore conventionis, aut qui erat tempore declarationis factæ ab arbitro.*

5 *Venditione facta pro pretio ab arbitris declarando, fructus, qui interim percipiuntur, ad quem pertineant.*

ADDIT. GLOS. IV.

NOta ad Gloſ. 4. venditionem celebratam pro pretio in arbitrium tertii collato valere, ſi tertius æſtimationem fecerit, & pretium declaraverit, aliàs non. Adde Additos. ad Gloſ. 2. *ſup. n.* 1. Valaſc. *quæſt.* 11. *num.* 11. Mantic. *lib.* 4. *titul.* 19. *à num.* 34. Barboſ. *in l. ſi æſtimatis.* 31. *num.* 2. *ff. ſolut. matrim.* † ubi ampliat ad res datas in dotem, ſi ab arbitris nominatis non æſtimentur, contra Socinum, & alios: & eum ſequitur Fontanell. *de pact. nuptial. lib.* 2. *clauſ.* 5. *gloſ.* 8. *part.* 13. *num.* 57. *cum ſequent.* quem vide, ubi cum Barboſa limitat, quando aliàs non valeret dotis conſtitutio, & maritus cogeretur habere uxorem, indotatam. † Limita ſi res fuit tradita, & pars pretii ſoluta, nam tunc licèt non actione ex vendito, actione verò præſcriptis verbis poterunt contrahentes agere ad implementum, & judex debet pretium arbitrari, ut multis comprobat Marta. *deciſ.* 152. *per totem.* Laſart. *de decim. vend. cap.* 3. *num.* 19. *&* 20. Gutierr. *de gabel. quæſt.* 18. *num.* 20. † Cui gabellario gabella debeatur, ſi tempore conventionis ſit unus, & declarationis pretii, ſeu æſtimationis alius, Vide Gutierr. *ubi proximè*, qui ad gabellarium ſecundum pertinere docet. Contrarium docuit Pichard. *in §. pretium* 1. *num.* 36. *Inſtit. de emption. & vendit.* ubi venditionem conditionalem eſſe probat, & retrotrahi ad tempus contractus, cum declaratio fit. Sed prima eſt verior, nam deficit ſubſtantia contractus, hoc eſt pretium, ſine quo venditio non poteſt dici unquam fuiſſe, & facit *text. hic, inſine*, & probat Marta. *deciſ.* 208. 2. *part. num.* 2. ubi tradit, non eſſe venditionem, etſi expreſsè pactum eſſet inter partes, quòd eſſet venditio pura, & non conditionalis; & ſequuta traditione, nihil aliud importare poſſe, quàm contractum innominatum. † 5 Et quid de fructibus ante declarationem pretii perceptis, an cedant lucro emptoris, & ejus hæredum? Vide Mantic. *de ambig. lib.* 4. *tit.* 19. *num.* 44. ubi tradit contra Joann. de Ann. ejus lucro non cedere, ſed ad venditorem ſpectare, *& lib.* 11. *tit.* 10. *à num.* 27. ubi de hac quæſtione agit. Intellige ſi res non fuerit emptori tradita, nam ſi tradatur, ad emptorem ſpectabit. Carroc. *dec.* 51. *n.* 20. *cum aliis*, quem vide *à num.* 1. Marta *num.* 3. *ubi ſupr.* Joſeph. Ludovic. *deciſ.* 53. Petr. da Benintendis, *deciſ.* 29. *num.* 5.

SUMMARIUM.

1 *Arbiter in declaratione pretij, ſi modum exceſſerit, recurrit ad boni viri arbitrium.*

2 *Renuntiatio, quod non poſſit recurri ad arbitrium boni viri, an valeat, & n.* 3.

4 *Etſi ſit facta cum pœna, & juramento non valet, ſi enormiſſima læſio adſit.*

5 *Pœna pro obſervatione contractus adpoſita non debetur de intellectu,* l. 3. titul. 26. recompil. lib. 8.

6 *Item ad arbitrium boni viri poteſt recurri, ſi adſit magna læſio, etſi pretium ad ejus arbitrium, & bene placitum remiſſum ſit.*

7 *Reductio ad arbitrium boni viri nulla cautela fugi poteſt, referuntur aliquæ cautelæ & reprobantur.*

8 *Judicis arbitrio relinquitur, quæ modica, vel magna læſio dicatur.*

9 L. 2. C. de reſc. vendit. *an habeat locum in laudo, ſeu ſententia promulgata per arbitratorem, remiſſivè.*

10 *Arbitratoribus licet in modico partes lædere, quoties res eſt dubia, ſecus quando eſt clara.*

11 *Pretii declaratio poteſt fieri ab arbitratoribus, abſque partium citatione.*

12 *Reductio ad arbitrium boni viri à quo ſit petenda. Et appellari an poſſit à ſententia arbitri, & ad quem; & intra quot dies interponenda ſit.*

13 *Pretium rei venditæ taxatum ab arbitro, ſi venditor recipere nolit, debet emptor judicis auctoritate pretium deponere, & ſi nolit venditionis conficere inſtrumentum, poteſt judicis officium implorare, ut compellat venditorem.*

ADDIT. GLOSS. V.

1 AD Glos. 5. Nota primò, si arbiter, cui commissa fuit declaratio pretii in declaratione modum excessit, reduci ad arbitrium boni viri, & Add. *leg. si libertus ita juraverit, ff. de operis lib.* Glos. *in l. pen. in verb. imperarem, in fin. ff. de arbit.* Bart. *in l. fin. num. 3. ff. de Prætor. stipul.* Covarr. *lib. 2. variar. c. 13. n. 1. col. 2. vers. ex quo hac in re.* Maresc. *lib. 2. variar. cap. 70. num. 6.* Fontanell. *de pact. nuptial. 2. part. claus. 5. gl. 5. 9. 1. part. num. 12.* Rubin. *decis. 118.* Ricc. *collect. 1274. 4. part.* Vivi. *decis. 429. n. 10. lib. 3.* Carroc. *de juram. decisor. 5. quæst. 9. quæst. princ. n. 23.* ubi latè prosequitur, & declarat, arbitrium boni viri qualiter accipiatur, & sit intelligendum, & alios allegat.

2 Amplia 1. procedere, etsi huic remedio esset à partibus renuntiatum, quia hujusmodi renuntiatio non valet. Jas. *in l. quidam cum filium, num. 22. & 23. ff. de verb. oblig.* Boër. *decis. 284. num. 18.* Rebuff. *tit. de arbitris, glos. 8. non. 1. & 10. cum aliis, artic. 1.* Vitalis de Cambanis, *in tractat. claus. c. an reductioni ad arbitrium boni viri renuntietur.* Dec. *cons. 39. n. 9.* Zasius *consil. 12. n. 35. volum. 2.* Cevall. *quæst. 89. n. 4.*

3 Contrariam opinionem, nempe valere hujusmodi renuntiationem, sequitur Joann. Baptist. *in tractat. de arbitris, lib. 7. cap. 15. col. 2. in princip. vers. sed certe,* & cum Corneo, *cons. 177. col. 4.* & Padill. *in l. 1. num. 38. de legat. 2.* idem tenet Azeved. *in l. 4. tit. 21. lib. 4. recompil. num. 43.* ubi per *text.* illum probari dicit, & eam tuetur Cæphal. *cons. 121.* ubi contrariis satisfacit, & etiam si enormis læsio interveniat, renuntiationem valere dicit *ibi, num. 7. & 8.*

Sed prima est verior, si æquè arbitratum non sit, & magna resultet læsio, ut cum Rebuff. & aliis agnoscit Azeved. *n. 44. 45. & 129. cum aliis, ubi sup.* Cevall. *in dict. num. 4.* Bapt. *in dict. 2. col. vers. dicamus ergo.*

4 Amplia 2. etsi juramento promissum esset non petere reductionem ad arbitrium boni viri, si enormissima læsio esset. Socin. *cons. 220. vol. 2. num. 6. l. 27. tit. 11. inf.* & *ibi.* Lopez, *glos. 8.* ubi vide Add. Cagnol. *in leg. siquis major. C. de transact. num. 37.* Seraph. *de privileg. jur. privil. 136.* & *ibi* ejus Additionator, ubi ex professo de hac quæstione agit, & pro utroque parte multa fundamenta, & autores refert. Cevall. *quæst. 92. num. 1.* ubi relicta alia communi opinione contraria, hanc sequitur. Morquech. *de bonor. divis. 1. part. cap. 11.* qui *à num. 13. usque ad 17.* pro contraria opinione multa tradit. Et *à num. 16. versic. sed contrarium, usque à num. 23.* hanc defendit, & ponit exemplum in calculatoribus, & partitoribus, quibus à partibus fuit data facultas, quòd possent ex jure unius dare alteri in magna quantitate, & ab eis fuit renunciata etiam enormissima læsio. Guttier. *de juram. confir. 1. part. c. 37. num. 17. & 18.* ubi alios laudat, & ampliat, etsi renuntiatio fiat cum pœna, & juramento. Gabriel. *lib. 2. commun. opin. de arbitris, conclus. 3. num. 35. cum sequent.* ubi duas opiniones contrarias refert, & plures laudat, & examinat, an in hoc casu sit necessaria absolutio à juramento. Azeved. *in dict. l. 4. num. 130. cum 8. seq.* ubi consulit, quòd relaxatio juramenti ad effectum agendi petatur.

5 Amplia 3. etsi pœna pro observatione compromissi esset posita, nam non debetur, quando æquè arbitratum non fuit, non obstante, *l. 3. tit. 26. lib. 8. recomp.* quæ solùm procedit, quando pœna fuit incursa. Azeved. *num. 69.* Guttier. *num. 34. ubi sup.* & vide Cevall. *de cognit. per viam viol. 1. part. glos. 6. n. 147. cum aliis,* ubi late disputat, quando incurratur, & possit exequi, & vide *inf. n. 4.*

Amplia 4. etsi fuerit remissum ad ejus arbitrium, & beneplacitum, quanti res valeant, adhuc, si magna sit læsio, adesse recursum ad boni viri arbitrium; quia verbum beneplacitum importat arbitrium boni viri. Menoch. *de arbitr. lib. 1. quæst. 8. num. 10.* Maresc. *dict. lib. 2. variar. cap. 70. num. 7. & 8. cap. 1. dec. 116. n. 4.* Fontanel. *2. tom. claus. 5. glos. 9. part. 1. num. 13.* 6

Pro quibus facit, nam reductio ad arbitrium boni viri nulla cautela effugi potest, ut scribunt omnes *in l. si societatem, §. arbitrorum. ff. pro socio.* Ferrarius *caut. 8.* ubi tres cautelas tradit, & alios laudat. Cæpol. *cautel. 109.* ubi alios excogitavit. Soccin. Sen. *cons. 24. col. 1. lib. 1.* Dec. *cons. 39. num. 6. & cons. 60. num. 2. & cons. 89. num. 47.* Gabriel. *lib. 2. tit. de arbit. conclus. 3. num. 42.* ubi ex multis comprobat, quòd non potest dari prædicta cautela. Et *à num. 18.* ampliationes tradit, & latissimè materiam explicat. Sarm. *lib. 1. select. cap. 11. num. 7.* ubi dicit, quòd si injustè petierit reductionem, ita ut sententia arbitri non emendetur, incidit in pœnam contentam in compromisso. Menoch. *lib. 2. casu. 273.* Gratian. *cap. 148. num. 13. & 16.* Padill. *in l. 1. ff. de legat. 1. num. 38.* Azeved. *in dict. l. 4. tit. 21. lib. 4. recomp. num. 131. & 132.* ubi alios laudat. Guttier. *dict. cap. 37. num. 23.* ubi latè de cautelis, ex quibus hæc reductio excusari potest, agit; & improbat duas, quæ efficaces videbantur, quas approbat Baptist. *ubi sup. lib. 7. cap. 17. col. 3. in fin. vers. septima,* quarum una est, quòd partes tribuant facultatem jus unius partis in totum, vel in partem alteri concedendi, & donationis titulo conferendi, & de quæstione, an valeat pactum, quòd arbitratores possint de una parte tollere, & alteri dare? de Serap. *de privil. jur. princ. 136. num. 19.* ubi pro affirmativa arguit, & concludit non valere, & eo non obstante, quòd possit peti reductio ad arbitrium boni viri. Altera cautela est, quòd detur eis potestas lædendi partes etiam in quantitate enormissima: & adhuc in hoc casu; si magna sit læsio, arbitrium non tenet, ut tradit Sylva *cap. 8. num. 38. per text. in l. si de meis, §. recepisse, ff. de arbit.* & ex aliorum authoritate, quos refert. Aliam tradit Ludovic. *decis. Lucens. 27. num. 24.* scilicet, quòd unaquæque pars titulo donationis inter vivos donet simpliciter omnia sua jura, & omnia bona, de quibus litigatur, arbitris communiter electis, qui posteà cognitis juribus partium vicem sententiandi, & laudandi retrò donent bona prædicta, seu jura, aut illud, de quo litigabatur, ipsis partibus, prout eis justitia dictet. 7

Nota 2. judicis arbitrio relinqui, quæ modica, vel magna læsio dicatur, ut ad arbitrium boni viri possit recurri. Adde Bald. Alexand. Decium, Paris. Gratian. & alios, quos referunt, & sequuntur Menoch. *de arbitr. lib. 2. cent. 1. casu. 73. num. 5.* Padill. *in l. 1. num. 41. ff. de legat. 1.* Guttier. *de juramen. confirmat. 1. part. cap. 37. num. 22.* Azeved. *in dict. l. 4. num. 139. num aliis.* Cevall. *quæst. 93. num. 1.* ubi pro hac opinione plures refert. Gratian. *c. 548. num. 18.* & vide Vivium, *decis. 429. à num. 2.* † ubi disputat an *l. 2. C. de rescind. vendit.* locum habeat in laudo, seu sententia promulgata per arbitratorem, *& à n. 11.* qualiter in hoc casu probetur læsio, quæ est difficilis probationis. De qua quæstione late nos *infra hoc tit.* 8

9

Nota

10 Nota 3. Arbitratoribus licere in modico partes lædere. Adde Covarr. *lib. 2. variar. cap. 12. num. 5. vers. tertio, illud est*, ubi pro modica læsione, vel ea, quæ vi compromissi tolerari potest, consuluit non esse revocandum arbitratoris judicium, vel judicis reductionem, ve sentiam super ea latam. Bart. *in §. arbitrorum, num. 25. in l. societatem, ff. pro socio*, (quem *hic* Glos. sequitur) docet si sextam totius rei partem excedat, magnam esse læsionem: & ei assentiunt Lanfranc. de injuria. & Raphaël. Cuman. quos refert, & sequitur Thom. Ferrar. *in tract. cautel. caut. 8. num. 2.* Menoch. *dict. casu 73. num. 2. & 3.* Curt. Jun. *cons. 126. num. 12.* ubi communem dicit. Cevall. *in dict. quæst. 93. in princip.* Gutierr. *in dict. num. 22.* ubi eam etiam dicit communem. Azeved. *in dict. l. num. 139. & 141.* ubi tradit, quoties res est dubia, licere arbitratoribus partes lædere; Secus verò si esset clara: quia bona fides, & conscientia non patitur, quòd de jure unius tollatur, & detur alteri. Gratian. *1. tom. cap. 148. num. 17. & 3. tom. cap. 524. num. 18. & 19.* ubi alios laudat. Valasc. *de partit. cap. 39. num. 10. & 11.*

Contrariam opinionem, imò quòd judicis arbitrio relinquatur, multis comprobat Menoch. *de arbitr. casu 37.* ubi plures opiniones refert, & hanc veriorem dicit, & vide Addita ad Glos. *9. l. 54. in-*
11 *frà, limit. 3.* † De quæstione, utrùm declaratio pretii absque partis citatione possit fieri per arbitratorem? vide Maresc. *lib. 2. variar. cap. 70. n. 2.* Cremens. *de arbitr. decis. 2.* Ricc. *collect. 1274. in princip. 4. part.* Fontanell. *clausul. 5. glos. 9. 1. part. num. 10. & 11.* ubi absque partium citatione valere declarationem (rejecta contraria opinione, quam refert Marescotus) defendunt, & sic decisum fuisse per Rot. Rom. & in Senatu Catholoniæ,
12 testantur. † Et à quo petenda sit reductio ad arbitrium boni viri? vide Covarr. *lib. 2. variar. cap. 12. num. 1. cum aliis, & lib. 1. cap. 18. num. 5. vers. adducitur his omissis.* Azeved. *in l. 4. titul. 21. lib. 4. recompil. num. 147.* Surd. *cons. 106. num. 1. & num. 17.* Gutierr. *cons. 51. num. 9.* Thesaur. *decis. 14.* ubi latissimè hanc quæstionem examinat, & ad quem à sententia arbitri sit appellandum, qui alios laudant, & communem esse opinionem, quòd reductio est petenda apud judicem rei, apud quem de causa illa agendum erat cessante compromisso, dicunt, & hanc opinionem verissimam appellat Cevall. *quæst. 89. num. 7. vers. quæ opinio.* Contrarium probat. *text. in l. 23. titul. 4. part. 3.* & ibi Noster Lopez. *in glos. 15.* ubi vide Addit. Avendan. *de exequen. mand. 1. part. cap. 1. num. 27.* Azeved. *in dict. l. 4. num. 148.* qui *ex dict. lege* probant, ad judicem loci, ubi latum est arbitrium, recurrendum esse, & nulla ratio legitima reddi potest, cur dicta lex, & ejus dispositio non servetur, ideò non obstante dicta communi opinione in praxi servanda erit, quam de jure communi Senatum Pedemontanum sequutum fuisse testatur Cacher. *decis. 150. num. 5.* Et veriorem apparere dixit Gutierr. *num. 24. ubi supr.* etsi de dicta. *l. 23.* non meminerit. & apud nos dictam legem observandam esse dixit Barbos. *in l. hæres absens, §. proinde, ff. de judiciis, num. 39.* Surd. *num. 9. cum aliis.*

Appellatio verò secundùm dictam communem opinionem doctorum ex Azeved. *num. 19. ubi supr.* Parlad. *lib. 2. quotid. cap. fin. 1. part. §. 3. num. 33. in fin.* ad superiorem ipsius arbitri deferenda est, in cujus confirmationem plura cumulat Surd. *ubi proximè*, & alios laudat. Et judices reductionis semper uti debent eadem æquitate, qua arbitrator usurus esset juxta formam compromissi, non se restringendo juris rigori, & ejus apicibus; sed judicabunt tanquam viri boni inspecta facultate arbitratoris Covar. *dict. cap. 12. num. 3. vers. 3.* Gratian. *discept. forens. 3. tom. cap. 524. num. 22.* ubi comprobat, & alios laudat.

Intra quos dies hujusmodi appellatio interponenda sit, vel reductio ad arbitrium boni viri petenda? vide *l. 23. & l. fin. tit. 4. p. 3. & ibi glos. fin.* & ubique Addit. Parlad. *dict. §. 3. num. 24.* Azeved. *in dict. l. 4. num. 143.* Cevall. *quæst. 89. num. 2. & 3.* qui intra decem dies petendam esse reductionem docent, licèt de jure communi intra triginta annos peti possit: & in appellatione idem observandum esse, non obstante *l. 1. tit. 18. lib. 4. recompil.* per quam quinque dies hodie appellationi præfiniuntur, licèt contrarium tenuerit Padill. *in l. in arbitrium num. 4. ff. de leg. 2.* & cum ea transierit Cevall. *ubi supr.* sed ad evitandas opiniones tutiùs erit intra quinque dies appellare, ut consuluit Azeved. *in dict. num. 143. in fin.* & ita tenet Parlad. *diff. 43. §. 1. num. 3.* ubi dicit, quòd reductio ad arbitrium boni viri intra tempus appellationi præscriptum petenda est, & apud judicem, qui aliàs de appellatione cognoscit, ex Covarr. *lib. 2. variar. cap. 12. num. 2.* & quòd hodie in usu est appellare tam à sententia arbitrorum, quàm arbitratorum, & apud judicem appellationis reductionem petere, & vide Azeved. *ubi supr. n. 145.* ubi tradit quomodo, & qualiter reductio hæc petenda sit.

Sed quid si sententia arbitrorum, seu laudum contineat excessum in una parte, an in totum debeat revocari. vide Gratian. *3. tom. cap. 524. num. 14. 15. 16. & 17.* ubi duas contrarias opiniones refert, & in totum laudum non esse annullandum docet. Ex quibus approbatio sententiæ arbitri inducatur, & renuntiatio reductionis ad arbitrium boni viri, & appellationis? vide Gratian. *ubi supr. num. 20. 27. & 28.* † Sed quid sit agendum, quando vendi- 13
tor recusat recipere pretium rei venditæ ab arbitratore à partibus nominato declaratum? vide Maresc. *lib. 2. variar. cap. 70. num. 9. 10. & 11.* & Ricc. *collect. 124. vers. quæritur etiam hic*, ubi decisiones Rotæ refert, quibus probatur, posse de jure emptorem implendo ex parte sua contractum, facere pretii depositum parte citata, & judice authore, & si venditor recuset conficere instrumentum de dicta venditione, judicem competentem ex officio posse mandare tale instrumentum confici; reliqua huc spectantia vide in Addit. *tit. 4. part. 3.*

SUMMARIUM.

1 *Venditio non valet, si arbiter, vel unus ex nominatis, in quorum arbitrio pretium committitur est, ante declarationem moriatur.*

2 *Arbitro electo non arbitrante, quia decessit, an arbitrium ejus in successorem transeat?*

3 *Venditio valet, etsi unus ex contrahentibus, antequam ab arbitratoribus declaretur pretium, decedat.*

4 *Arbitrator declarationem pretij potest facere, etsi debitor maleficium commiserit, propter quod bona sunt confiscata, & fiscus ex contractu tenebitur.*

5 *De arbitris, & arbitratoribus, & executione sententiæ eorum, remissivè.*

ADDIT.

ADDIT. GLOSS. VI.

1 AD Glos. 6. Nota 1. Mortuo arbitratore ante declarationem pretii, vel uno ex duobus, vel tribus nominatis, in quorum arbitrio pretium relictum fuit, venditionem non valere. Adde *l.* 28. *tit.* 3. *part.* 3. *in princ.* & *ibi* Addit. Mantic. *lib.* 4. *tit.* 19. *num.* 6. Valasc. *de jure emphyt. quæst.* 11. *num.* 11. Mozz. *de empt. & vendit. cap. de substantialib. empt. & vendit. n.* 25. Pichard. *in §. pretium*
2 *num.* 37. *instit. de empt. & vend.* † & de quæstione utrùm, arbitro electo non arbitrante, quia decessit, arbitrium ejus in successorem transeat? Vide Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 8. Blanc. *in tract. de compromiss. quæst.* 7. *num.* 17. *in* 3. *tom. tract.* DD. Dueñ. *regul.* 128. ubi ampliat, & limitat. Mantic. *num.* 43. *ubi supr.*

3 Nota 2. Venditionem valere, etsi unus ex contrahentibus antè declarationem pretii decedat: & vide Glos. *in dict. l.* 28. & Marc. Flanc. *in dict. quæst.* 7. *num.* 1. *cum aliis*, ubi agit de arbitris, & utrum morte unius ex compromittentibus expiret compromissum?

4 Nota 3. arbitratorem, cui fuit commissa declaratio pretii, posse declarationem facere, etsi venditor maleficium commiserit, propter quod bona sint confiscata, & fiscum ex contractu teneri, ex Bald. *hic à* Glos. citato *n.* 30. *cum aliis*, & Adde Mantic. *n.* 30. *in fine*, quem vide *à num.* 25. *ubi supr.* qui latè explicat hanc quæstionem, & interpretatur *l. quoties*, §. *fin. ff. de novat.* quæ videtur obstare.

5 Alia de arbitratoribus, & de arbitris, & executione sententiarum eorum, vide *leg.* 23. *cum sequentibus*, *titul.* 4. *part.* 3. & ibi Glossas, & ad eas Addita. *l.* 4. *tit.* 21. *lib.* 4. *recompil.* & ibi Azeved. & Parlad. *in* 1. *part. cap. fin.* §. 3. *lib.* 2. *quotidianar.* & alios supra citatos.

LEX X.

SUMMARIUM.

1 *Venditio pro pretio, quod emptor in arca, vel sacco habet, valet.*
2 *Declaratur valere, si fuerit celebrata per verbum* quantum. *Contrarium.*
3 *Incertum non dicitur, quod ex relativo ad aliud potest certificari.*
4 *Promissio de vendendo certo pretio non est venditio.*
5 *Actio ex nuda promissione de vendendo non oritur, & an ex oblatione de vendendo acceptata?*
6 *Promissio de vendendo, si sit jurata, observanda est.*
7 *Promissio de non vendendo aliis, nisi mihi, quid importet? & quid quando sit jurata.*
8 *Si cum dicta promissione de non vendendo concurrat obligatio specialis ipsius rei, venditio alteri facta potest revocari.*
9 *Promissio de vendendo certo pretio venditori tradito transfunditur in emptionem. Contrarium, ibi.*
10 *Promissio de vendendo jure regio actionem producit.*
11 *Promittens vendere, seu aliquid facere intra quod tempus promissionem implere teneatur.*
12 *Promittens vendere an liberetur vendendo si rem non tradat.*

ADDIT. GLOSS. I.

AD Glos. 1. Nota 1. *ex text.* valere venditionem rei pro pretio, quod emptor in arca, vel in sacco habet. Et Adde Accurs. & DD. *in l. hæc venditio, §. hujusmodi, ff. de contrab. empt.* Gomez. 2. *tom. variar. cap.* 2. *num.* 9. Pinel. 2. *part. rub. C. de resc. vendit. cap.* 18. *n.* 11. Pichard. *in §. pretium* 1. *Inst. de empt. & vendit.* 1

Intellige quando venditio fuit celebrata per verbum *quantum*, quia pretium in quantitate debet consistere; secùs verò si dicatur pro eo pretio, quod in arca habeo, ex Accurs. *in dict. §. hujusmodi*, *sup. verb. quantum*, quem sequuntur Bart. *in l. si servus* 111. §. *qui quinquid*, *ff. de legat.* 1. Jas. *in l. ult. num.* 12. *ff. de cond. caus. dat.* & alii, quos refert Fab. de Monte *de empt. & vend. in quæst.* 5. *princ. num.* 34. & hanc opinionem dicit communem, & fundamentum refert Fachin. *lib.* 2. *c.* 1. *vers. fundamentum est.* 2

Contrariam opinionem, scilicet quòd in uno & alio casu venditio valeat, amplexi sunt Alber. & Salyc. *in dict. §.* 1. Fabian. *num.* 35. Pinell. *n.* 2. & 3. & Fachin. *vers. sed contrariam*, *ubi supr.* Morl. *titul.* 9. *num.* 15. *vers. qua in re*, ubi ridiculam esse differentiam dicit. Pereir. *dict. cap.* 18. *num.* 11. Moz. *de empt. & vendit. cap. de subst. empt. & vendit. num.* 40. Illiger. *ad Donell. enucl. lib.* 13. *cap.* 1. *liter. N.* Mantic. *lib.* 11. *titul.* 10. *num.* 30.

Nota secundò incertum non dici, quod ex relatione ad aliud potest certificari. Adde *l. ubi autem*, *§. illud, ff. de verb. oblig.* Mantic. *ubi supr. num.* 29. *cum aliis*, ubi declarat. 3

Et quid in promissione vendendi certo pretio? Vide Roland. *cons.* 69. *num.* 25. *vers. tertiò respondetur, volum.* 3. Tiraquell. *de retract. convent.* §. *fin. à num.* 42. Avend. *respons.* 27. *num.* 4. Pinell. *in l.* 2. *C. de rescind. vendit.* 2. *part. cap.* 3. *num.* 21. Thesaur. *decis.* 233. Ejus filius *lib.* 4. *quæst. forens.* 48. *num.* 3. Vivi. *decis.* 329. Tusch. *verb. vendere*, *concluf.* 43. *& liter. A. conclus.* 310. *num.* 1. *cum aliis*, ubi multa exempla tradit: & Pereir. *cap.* 8. *num.* 5. *ubi supr.* alios adducit, qui omnes docent non esse venditionem, sed ab ea multum differre. Gamma. *decis.* 13. *num.* 4. qui per dictam promissionem nullum jus reale, nec dominium acquiri, sed actionem in personam, seu jus personale ab interesse, & *ibi* ejus Addit. non esse cum contractum promissionem vendendi, tradit. Acost. *lib.* 1. *select. cap.* 23. *num.* 3. etiamsi adiiciatur in promissione de vendendo certo pretio, non esse venditionem, & liberari promissorem soluto interesse, si nolii vendere, ait. Bero. *cons.* 155. *num.* 19. *vol.* 1. Castill. *quot. lib.* 4. *cap.* 67. *num.* 48. ubi latè comprobat, promissionem de vendendo non esse venditionem, & promissionem, seu obligationem de aliquo faciendo non haberi pro re ipsa facta; & promissionem à facto multum differre, quod comprobat ex traditis ab eo *l.* 2. *cap.* 3. *num.* 6. Fontan. *claus.* 4. *glos.* 9. *part.* 4. *ex n.* 20. & alios congerit. 4

Amplia ex ista promissione nuda conventione facta actionem non oriri. Bart. *in l. si pupillus, in princ. ff. ad l. Falc.* Jas. *in leg. bonæ fidei ff. de eo quod cert. loco.* Viv. *decis.* 329. *num.* 3. Surd. *cons.* 457. *num.* 13. *in fine.* Gratian. 3. *tom. cap.* 553. *n.* 9. & 10. Benechend. *in annot.* ad Seraphin. *privileg.* 23. *n.* 2. 5

Boër.

Boer. *decis.* 48. *num.* 23. ubi ait, si oblatio de vendendo rem justo pretio acceptetur, offerentem ad vendendum cogi non posse; quia oblatio videtur quædam declaratio voluntatis, seu protestatio potius, quàm promissio.

6 Limita 1. Si juramento confirmata esset promissio, nam tunc præcisè erit observanda, vide Seraphin. *in dict. privileg.* 23. ubi non esse emptionem tradit, & *ibi*, ejus Addition. latè quæstionem examinat, scilicet an promissio jurata ad aliquid faciendum obliget, & Roland. *in cons.* 69. *vol.* 3. *n.* 23. ubi ait, quòd ex promissione de vendendo facta cum juramento solum potest agi ad interesse, si interfit juramentum fuisse servatum, & contrariis satisfacit *in num. seq.* & idem alios referens tradit Cancer. *variar. part.* 2. *cap.* 8. *num.* 113. Et *in num.* 114. ait, quòd licèt juramentum præcisè obliget ad factum, procedere quoad evitandum perjurium, non tamen propter ipsum mutatur natura actus.

7 Si vero quis promittat nulli alii vendere nisi mihi, an mihi vendere teneatur. Cui quæstioni respondit Bart. *in l. eum qui*, §. *quæ injuriarum*, *ff. si quis caut.* ubi ait, quòd si semel exposuerit eam venalem, tenetur mihi eam vendere, nec posse variare: & idem tradit Jas. *ibi*, & Chass. *in consuet. Burg. Rubr.* 4. §. 16. *la femme ne peut, in verb. & en leur refus, num.* 4. Boer. *in decis.* 49. *per totam* ait, quòd si promissio fuerit facta non vendendi alii nisi mihi, si conditio non opponatur exceptivè, intelligitur, quòd non vendet nisi mihi; si verò promittat, nemini vendere nisi mihi; si illo tempore rem habebat venalem, importare promissionem, & necessitatem vendendi; si non habuerit, quòd intelligitur, si vendere velit, & tunc si alii vendat teneri ad interesse, non tamen posse cogi ad mihi vendendum; & in dictis casibus etsi promissio jurata sit, si antea alii vendat, tenere ad vendi-
8 tionem, † nisi pro observantia dicta promissionis adesset specialis hypotheca in ipsa re: & idem tenuit ante eum Guid. *in decis.* 569. *num.* 2. Jas. *in l. quoties, num.* 28. *C. de re vendit.* Alexand. *in l. si filiofamilias*, §. *si vir. num.* 4. *ff. sol. matr.* Roland. *consil.* 4. *n.* 11. *vol.* 1. Felician. *de cens. lib.* 1. *cap.* 10. *n.* 9. *vers. & ut omnis evitetur.* Hieron. Laur. *decis. Avenion.* 28. *cap.* 14. Cancer. *variar. part.* 2. *cap.* 8. *n.* 111. *usque ad* 118.

9 Limita 2. In promissione de vendendo pretio certo constituto, & soluto sequuta traditione; nam tunc in venditione transfunditur, & à tempore traditionis emptor facit fructus suos. Socin. *in leg. ante nuptias, ff. solut. matrim. & cons.* 170. *num.* 2. Galiaula. *in rub. ff. de verb. oblig. n.* 114. Silvan. *cons.* 49. *n.* 9. *&* 10. Bal. Raph. Curt. Junior. Dec. & alii, quos sequitur Tiraquel. *de retract. conven. in fin. n.* 27. & multis rationibus eam firmat Gozadin. *in l.* 2. *num.* 123. *C. de pact. inter emptor. & vendit.* & *ibi* Cagnol. *num.* 172. Ruin. *cons.* 47. *col.* 3. *vol.* 4. ubi dicit, secundum eam Senatum Pedemontanum judicasse. Cæphal. *cons.* 272. *num.* 116. Surd. *cons.* 101. *in fin.* ubi alios adducit, & eam sequitur. Pereir. *in dict. cap.* 8. *n.* 5. *in fine, & n.* 15. *cum* 4. *seq.* fundamenta hujus opinionis refert, & *in n.* 22. hanc Socini opinionem procul dubio veriorem, & i foro servandam esse profitetur. Tusch. *verb. venditio. concl.* 43. *n.* 3. *&* 4. ubi declarat procedere, sive perficiatur venditio, sive non, & sive facta sit traditio, sine non; quia æquitas ne gaudeat venditor re, & pretio subest, ex Natta *cons.* 384. *n.* 6. Tiraq. *ubi supr. ad finem, tit. n.* 70. de qua æquitate, vide *infrà* in Addit. Glos. 2. *l.* 18. *n.*...

Contrariæ opinionis fuerunt Alexand. *in addit. ad Bart. in l. Julianus*, §. *offerri, ff. de act. emp. & in consil.* 74. *vol.* 2. quod est repetitum *in cons.* 121. *lib.* 4. quem sequitur Jas. *in l. ante nuptias, ff. solut. matr.* & Barb. *cons.* 8. *vol.* 1. & alios refert Tiraq. *ubi supr. num.* 51. quorum fundamenta adducit Pereir. *sup. num.* 12. *&* 22. & quibus satisfacit *ibi.* Sed si ipsum, cui promissio fuit facta, & qui partem pretii solvit, velit pœnitere, an ei liceat, si non stetit per promissorem quominus vendat? vide Boer. *decis.* 48. *num.* 11. ubi ex aliis, quos refert, affirmativè respondit.

Limita 3. De jure nostro Regio ex 2. *tit.* 16. 10
lib. 5. *recomp.* quæ ex omnibus conventionibus tribuit actionem, vide Addit. *ad l. tit.* 11. *infrà hac part.*

Promittens vendere, vel aliquid facere, intra 11
quantum tempus suæ promissioni satisfacere tenetur? vide Seraphin. *privileg.* 23. *n.* 42. *&* 43. ubi tradit, quòd in actibus dependentibus à sola voluntate promittentis, debet quam primum possit adimplere suam promissionem; quia obligatus sine præfinitione temporis statim implere tenetur, *leg. in omnibus, ff. de reg. jur.* in actionib. verò dependentibus à voluntate non solum promittentis, sed etiam illius, cui promittitur, prout in promissione de vendendo, non erit obligatus, quousque per emere volentem fuerit requisitus: sed si non perpetuò esset obligatus, poterit se à tali obligatione liberare protestando illi, cui vendere promisit, quòd est paratus promissionem implere, & elapsis duobus mensibus manet liberatus, *l. qui Romæ*, §. *cohæredes, ff. de verb. oblig.* per quem *text.* ita consuluit Roman. *cons.* 27. *in fin.* Tiraq. *de retract. lig.* §. 1. *glos.* 10. *n.* 29. Gomez. 2. *tom. var. cap.* 2. *num.* 19. *vers. adde tamen.* & vide *l.* 45. *infr. in fine*, & Addit. *ibi* & ad Glos. 1. *l.* 48.

A promissione autem de vendendo promittens li- 12
berabitur vendendo, etiamsi non tradat, de quo vide Tiraq. *ad fin. titul. de retract. convent. n.* 56.

SUMMARIUM.

1 *Demonstratio falsa in substantialibus venditionis vitiat contractum.*

2 *Venditio pro pretio, quo alter rem antea emit, valet si de emptione apparet.*

ADDIT. GLOSS. II.

AD Glos. 2. Nota quòd demonstratio falsa in 1
substantialibus venditionis vitiat contractum; secùs in accidentalibus. vide Addit. ad Glos. 2. *l.* 9. *supr.*

Nota *ex text.* valere venditionem pro pretio 2
quanti ipse emit, si apparet de emptione, aliàs nullam esse. Adde Gomez. *dict. cap.* 2. *num.* 9. Surd. *decis.* 114. *num.* 21. ubi idem esse inquit, si incertitudo non est totius pretii, sed partis. Pereir. *de empt. & vend.* 18. *n.* 11.

LEX XI.

SUMMARIUM.

1 *Emptio sine re consistere non potest.*

2 *Omnes res, quæ possideri, haberi, & intentari possunt, item, & vendi, & emi.*

3 *Res, quæ ad oculum demonſtrari non poteſt, vendi poteſt, & an partis poſſeſſor impedire venditionem poſſit.*

4 *Venditio partis fundi ſi facta ſit ab hærede, & poſtea familiæ erciſcundæ judicio totus fundus adjudicetur venditori, an ſubſiſtat, & tota res ſit emptori adjudicanda, ſi juſtum pretium reſarciat?*

5 *Venditio omnium bonorum præſentium, & futurorum valet,*

6 *Fructus naſcituri, & partus ancillæ, & fœtus pecorum poſſunt vendi.*

7 *Contrarium, & refertur deciſio* text. in l. 17. tit. 11. lib. 5. recomp.

8 *Fructus immaturi ſi viliori pretio emantur, contractus eſt uſurarius, & illicitus.*

9 *Lex pœnalis non extenditur ultra caſum in quo loquitur, & correctio legis an inducenda ſit per identitatem rationis.*

10 *Ratione anticipatæ ſolutionis pretium minuere, eſt uſura.*

11 *Contractus eſt licitus, quando fructus certi venduntur per tempus incertum ſervata juſtitia pretii.*

12 *Emi an poſſit viliori pretio anticipata ſolutione? remiſſivè.*

ADDIT. GLOSS. I.

1 AD Gloſ. 1. Actum eſt *ſuprà* de duobus ſubſtantialibus venditionis, nempè de conſenſu, & pretio *hic*, & *in leg. ſequen.* agitur de re, quæ ſi deficiat, emptio eſſe non poteſt. *hic.* Cui Adde *leg. domum, l. in venditionibus, ff. de contrab. empt. l. mulieres*, §, 1. & *ibi.* Ac. *ff. de verb. ſig. l. 1. ff. de hæred. vel act. vend. ibi, nihil eſt actum: quia in rerum natura non ſit, quod venierit, l. neceſſario 8. ff. de per. & com. rei ven. l. 14. infrà*, ibi. *porque no ſe puede vender la coſa que nos es*, & *ibi.* Gloſ. 4. quæ autem res vendi poſſint deciditur. *hic*, & *in legibus ſequentibus*, pro quarum explicatione conſtitue regulam.

2 Res omnes, quæ poſſunt haberi, & poſſideri, & perfici, poſſunt emi, & vendi. *l. ſi in emptione 34. §. omnium rerum, ff. de contrab. empt.* & ultra ordinarios *ibi.* Gomez. 2. *tom. variar. c. 3. n. 5.* Mozz. *cap. de rebus quæ emi, & vendi poſſunt.*

3 Amplia 1. Etſi res non poſſit demonſtrari ad oculum, ſed ad intellectum tantùm, ut eſt pars rei, cujus dominium eſt pro indiviſo. Gloſ. *hic.* Cui Adde Gomez. *dict. cap. n. 3. verſ. item etiam.* Tuſch. *liter. V. concl. 46.* Molin. *diſput. 340. verſ. vendere etiam.* Pereir. *de empt. & vendit. cap. 9. num. 3. verſ. cui ſententiæ*, & alterius partis poſſeſſor non valet hujuſmodi venditionem impedire, etſi contradicat. Pereir. *num. 15.* & ampliat, etſi vendat ad æmulationem fratris, vel ſocii, *in num. 17.* † Sed quid, ſi 4 hæres ex quadrante vendidit partem ad ſe ſpectantem ante additionem, ſi poſtea in judicio familiæ herciſcundæ totus fundus, aut domus, cujus partem tantùm vendiderat, adjudicatus illi fuerit, an hujuſmodi venditio ſubſiſter? aut tota res erit emptori addicenda, dummodo juſtum pretium reſarciat? vide *text. in l. communi dividundo, §. ſi debitor. verſ. nam etſi partem; ff. comm. divid.* Pereir. *num. 13.* ubi de facto caſum habuiſſe teſtatur: & deciſionem *dict. text.* ampliat, etſi per clauſulam conſtituti, vel quovis alio modo dominium in emptorem eſſet translatum, & vide *ſup.* in Addit. Gloſ. *1. l. 3.* & Bertaz. *clauſ. 20. gloſ. 30.*

Amplia 2. Vendere quem poſſe, non ſolum rem 5 aliquam, ſeu partem ejus, ſed etiam omnia bona præſentia, & futura. Gom. *dict. c. 2. n. 4.* ubi contrariis ſatisfacit. Par. Mol. *diſp. 340.* Moz. *ubi ſupr. n. 1.*

Amplia 3. Ea, quæ nondum ſunt in rerum na- 6 tura, ſed eſſe ſperantur, vendi poſſe; ut ſunt fructus naſcituri, partus ancillæ, fœtus pecorum, & ſimilia, *ex text. hic.* & in *l. 20. tit. infr. hac par.* & *ibi*, Gl. 2. ibique, Addit. *l. neque emptio. 8. ff. de contrab. empt. l. & quæ nondum. 15. ff. de pignor. l. interdum, 73. ff. de verb. oblig. l. quod in rerum. 24. ff. de l. 1. l. etiam 17. ff. de leg. 3.* Fabian. *de empt. & vendit. 4. quæſt. princ. n. 46. verſ. 16.* Gomez. *cap. 2. num. 7.* Gabr. *conſ. 160. n. 68. vol. 1.* Mozz. *ubi proximè, n. 16.* Mantic. *l. 4. tit. 5. n. 2.* Gratian. *4. tom. cap. 756. n. 52.* Aretin. *de fide juſſ. 2. part. princ. ſectionis 4. cap. 15. n. 31. fol. mihi 280.* & vide Gloſſ. 3. *infr.* & *ibi* Add. Eſt enim licita fructuum venditio ante collectionem, ut cum Bald. & aliis tradit Aymon, Cravet. *conſ. 48. n. fin. & conſ. 45. n. 20.* Caval. *deciſ. 60. in 2. part.* ubi ſic fuiſſe deciſum inquit, Aret. *ubi ſupr.* Petr. Greg. *ſyntagm. jur. lib. 25. cap. 6* Joan. Copius *de fruct. tit. 2. c. 1.* qui habetur *tom. 8. tract.* Sot. *de juſt. & jur. lib. 6. quæſt. 4. art. 2. col. 2. concl. 2.* Guzm. *de evict. quæſt. 21. n. 16.*

Contrarium, imo quòd emptio fructuum ante collectionem non ſit licita, probat Rodrig. *in dict. num. 39. cum ſeq.* ex *text. in leg. 17. titul. 11. lib. 5. recomp.* qui prohibet anticipatam emptionem panis, niſi ematur ad pretium currens quindecim diebus ante, vel poſt feſtivitatem Nativitatis Beatæ Mariæ Virginis menſis Septembris: qui ejus deciſionem, etſi pœnalem, ad hunc caſum extendit.

Intellige hanc opinionem, quando fructus im- 8 maturi viliori pretio emuntur, quam valebant tempore, quo erant in eſſe, ſeu maturi habita etiam conſideratione ad expenſas, quas emptor, in eorum collectione eſt facturus, & ad periculum, quod in ſe aſſumit, nam tunc, licèt hujuſmodi contractus *ex dict. leg. regia* non ſit prohibitus, quia ejus prohibitio ad eum extendi non poteſt, † quia eſt 9 pœnalis, & ex ea inducereturcorrectio, *hujus legis, & ſimilium*, & per evidentiam, vel majoritatem rationis ad correctionem legis ſcriptæ non debet fieri extenſio, ex Bar. *in leg. non dubium, C. de leg. num. 8.* Bald. *in cap. inter cæteras, de reſcript.* Panorm. *in cap. translator. circ. fin. de conſt.* Everard. *in loc. leg. in loc. à rat. l. num. 17.* uſura committitur, ut ex aliis tradunt Thom. Gramm. *conſ. civil. 119. n. 4.* & cum eo tranſit Girond. *de gabel. 7. part. n. 8. in fin.* Gutierr. *canon. quæſt. lib. 1. c. 39. n. 70.* Roderic. *de ann. redit. quæſt. 12. n. 38. lib. 1.* Nav. *in manual. cap. 17. n. 227.* ubi ait, ita eſſe intelligendos, qui ſcribunt hujuſmodi emptiones licitas eſſe. Matien. *in leg. 17. tit. 11. gloſ. 2.* quando enim pretium non eſt exiguum, ſed honeſtum, fructus naſcituri emi poſſunt, nec fœnoris ſuſpitio oritur, etſi omne onus ad venditorem pertineat. Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 8. tit. 21. num. 1.* † nam quan- 10 do fructus empti ſunt incerti ob dictum periculum, non verò ratione anticipatæ ſolutionis, diminui poteſt pretium ob periculum, ut tenent Aretin. & relati DD. & nos latè in Addit. ad Gloſ. *l. 33. tit. 11.* Item ob incertitudinem fructuum, & temporis contractus eſt licitus, *l. ſi debitor, §. 1. ff. de contrab. empt.* & ex Cravet. Rodulf. & aliis reſolvit Mantic. *in num. 13. ubi ſupr.* quem ſequitur Guzm. *de evict. quæſt. 21. num. 39.* † Quando enim fructus empti ſunt certi, & ad incertum tempus, veluti donec

quis

quis vixerit, ut in censu vitalico contigit, si servetur justitia pretii considerata ætate, & qualitate temporis, ita quòd læsio non adsit, potest servari contractus, & est licitus communiter. DD. *in c. in civitate de usur.* Capic. *decis.* 159. *num.* 16. Gail. *pract. observat. lib.* 2. *obser.* 3. *& num.* 8. Covarr. *lib.* 3. *variar. cap.* 7. *num.* 3. Peret. *in proœm. tit.* 2. *lib.* 8. *ord.* Surd. *de alim. tit.* 9. *quæst.* 11. *num.* 2. Matienz, *in l.* 1 *tit.* 15 *lib.* 5. Roder. *de ann. redit. lib.* 1. *quæst.* 5. *num.* 5. Castrac. *in tract. de societ. offic. cap.* 4. *num.* 28. 51. *&* 52. Felician. *de cens. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 17. Avendann. *de cens. cap.* 20. *num.* 2. Bened. Bon. *eodem tract. art.* 1. Gutierr. *canonic. quæst. lib.* 1. *cap.* 39. *num.* 46. Ludovic. Cens. *de cens.* 1. *part. cap.* 1. *quæst.* 4. *art.* 2. *à num.* 18. D. Thom. *opuscul.* 76. *de usur. part.* 1. *cap.* 9. Conrad. *de contract. quæst.* 81. Molin. *disp.* 388. Navarr. *in comm. de usur. num.* 17. Sot. *lib.* 6. *de just. & jur. quæst.* 5. *art.* 2. *ad fin.* Grasis. *lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 17. *de censib.* Veg. *in epitom. verb. census, cas.* 9. *&* 10. Ludovic. Lopez, *instr. negot. cap.* 55. Silas, *de cens. dubitat.* 5. *num.* 2. Silvest. *verb. usur. quæst.* 12. Gregor. Valenc. *tom.* 3 *disputat.* 5. *quæst.* 22. *de censib.* Bonac. *de contract. tit.* 3. Azor. *inst. moral. part.* 3. *lib.* 10. *cap.* 17. *quæst.* 7. *vers. sed. commun.* Rebell. *de obligat. just. lib.* 10. *quæst.* 4. *num.* 1. *vers. fundamentum.* Medin. *de restitut. c. d. cens. tempor.* Les. *de just. & jur. cap.* 22. *debitat.* 6. Guzm. *de evict. quæst.* 21. *num.* 34. *&* 45. ubi alios congerit. Ad explicationem hujus quæstionis, & ad cognitionem, quando hujusmodi emptiones sint licitæ, optimè faciunt à nobis tradita *infrà, in tit.* 7. ubi an sit licitum emere, seu vendere viliori pretio anticipata solutione traditur.

SUMMARIUM.

1 *Ad validitatem emptionis fructuum futurorum sufficit, quòd fundus sit fructiferus.*
2 *Fructus rerum Ecclesiæ, seu Monasterii vendi possunt, item, & beneficiorum.*
3 *Fructus fendi possunt vendi.*
4 *Item fructus decimarum.*

ADDIT. GLOS. II.

1 AD Glos. 2. Nota ad validitatem emptionis fructuum futurorum sufficere, quòd sit res, ex qua fructus produci possint, alias ex defectu rei nulla erit emptio. Adde. Roderic. *de ann. redit. lib.* 2. *quæst.* 7. *n.* 13. *vers. quod si venditor.* & tradita in Glos. *antecedenti. & infra* in Glos. 6.

2 Nota ex Glos. à contrario sensu, quòd si res potest fructus producere, valida est venditio: atque ita nota primò fructus, qui possunt colligi ex rebus Ecclesiarum, vel Monasteriorum, vendi posse. *Clem. in fin. de reb. Eccles. non alien.* Bald. *cons.* 44. *num.* 1. *lib.* 3. Mantic. *de tacit. & ambig. cap.* 4. *tit.* 18. *num.* 2. & vide tradita *inf. ad l. tit.* 8. ubi de ipsorum, & fructuum beneficiorum dicitur ibi de locatione, idem est intelligendum in venditione, quia militat eadem ratio, *l.* 2. *ff. locat. l. illud, ff. ad leg. Aquil. l. Titio, de verb. obligat.*

3 Nota 2. fructus feudorum posse vendi. Afflict. *in cap. Imperialem in princ. num.* 30. *cum sequent. de prohibit. feud. alien.* Jacob. de S. Georg. *in vest. feud. in illis verbis, ita etiam quòd ipsi vasalli. num.* 15. *& in verbis, cum pacto de non alienando.* Jason, *in epitom. feud. part.* 10. *num.* 94. *vers. tertia conclusio.* Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 1. *glos.* 7. *n.* 47. Gratian. *cap.* 43. *num.* 14. Mantic. *num.* 8. *ubi supra* ubi non solum pro modico tempore; sed quandiù vixerit, posse locare ait, & pluribus authoritatibus comprobat.

Nota 3. fructus decimarum posse vendi, *cap. nostra, de locat. & cond. cap. ultim. ne Prælat. vic. suas.* Tiraquell. alias referens, *de retract. linag.* §. 1. *glos.* 7. *num.* 51. Mantic. *num.* 1. *ubi sup.* Mascard. *de probation. lib.* 1. *conclus.* 146. *num.* 13. Mieres, *de major.* 4. *part. quæst.* 14. *num.* 51. ubi fructus decimarum, & generaliter omnes fructus dici rem profanam, ait, & antea, *in num.* 48. *&* 49. posse locari, & pignorari tradit, de quo in suo loco dicemus. 4

SUMMARIUM.

1 *Venditio facta de fructibus futuris habet in se tacitam conditionem si fructus nascantur.*
2 *Quando venduntur tot amphoræ vini, seu tritici, non est emptio conditionalis, sed in diem.*
3 *Si quantitas fructuum nata non sit, an sit facienda diminutio pretii pro rata portionis? an verò obligatio insequentes annos debeat differri?*
4 *Quando dicatur dictum contractum esse fœneratitium.*
5 *Interpretatio* l. si venditor. §. verisimile, ff. de contr. empt. *& n.* 7.
6 *Verba* siquid, *&* siquod *denotant incertitudinem, & si adjiciantur contractui emptionis fructus, denotant esse spem emptam.*
7 *Relativum* qui, vel quod *est relativum substantiæ, & tunc fructibus non natis non est contracta venditio.*
8 *Fructus, seu fœtus venditi, an statim ut nascuntur præstari emptori possint?*
9 *Venditio fructuum valet, etsi sint parvi.*

ADDIT. GLOSS. III.

NOta ad Glos. 3. emptioni factæ de fructibus futuris inesse tacitam conditionem, si fructus nascantur, & deficiente conditione, emptionem nullam esse. Adde Addit. ad Glos. 1. *sup.* Castrens. *in l. ex conducto,* §. *si vis, ff. locat.* Nattam. *cons.* 86. *n.* 2. Rodr. *de ann. redit. lib.* 1. *quæst.* 12. *num.* 38. Surd. *cons.* 125. *num.* 10. Montanier. *in annot. ad Olivan. de action.* 2. *part. lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 21. *vers. verum.* Lingloif. *decis.* 15. *quæst.* 8. *num.* 2. Padill. *in l.* 2. *C. de resc. vend. num.* 15. *in fin.* Cevall. *quæst.* 536. *num.* 36. Gutierr. *canonic. lib.* 1. *cap.* 39. *num.* 66. *in fin. de gabell. quæst.* 8. *num.* 15. Lasart. *cap.* 5. *num.* 19. & vide Addit. ad Glos. 5. *l.* 13. & ad Glos. 4. *l.* 20. *tit.* 11. *inf. hac part.* 1

Limita 2. & 3. ut in Glos. 4. *&* 5. *seq.*

Limita 4. nisi in emptione fructuum futurorum adjiciatur pondus, numerus, vel mensura, ut si dicatur, emo tot amphoras vini, vel tot fanecas tritici ex fructibus talis fundi; nam tunc non sub conditione, sed in diem est obligatio; & emptio non est incertæ speciei, sed certæ quantitatis, & statim valet; & tunc præstari debent, quandocumque fructus nati fuerint, *l. inter stipulantem,* 83. §. *sacram. vers. pro quo. ff. de verb. obligation l. ex eo vino, ff. de tritic. vino & oleo. leg.* Bart. *num.* 6. *vers. respondeo quando promitto fructus.* Jas. *num.* 27. Zasius. *num.* 14. *in dict.* §. *sacram.* Copin. *de fructibus, tit.* 2. *cap.* 3. *num.* 1. *habetur, in vol.* 8. *tractat.* Mantic. *lib.* 4. *tit.* 18. *num.* 19. † ubi ait, quòd si minor quantitas ex fundo nascatur, deber fieri remissio pretii pro rata portionis, si emptio fit facta per plures annos: 3

annos: aut quòd remissio debet fieri, aut, exspectari, quòd sequenti anno nascantur. Guzm. *de evict. quæst.* 21. *num.* 43. ait obligationem deferri in sequentes annos, donec fructus nati fuerint; cum ut diximus, non conditionalis, sed in diem sit obligatio; & non certæ speciei; sed quantitatis certæ, quæ tunc præstari debet, cum nati fuerint fructus.

4 † & Mantic. *in n.* 14. ait, si non fuerit expressum prædium, & pretium in foro erat majus, quam fuisset conventum, contractum esse fœneratitium; quia ad solutionem quantitatis debitor casu liberari non potest, secùs verò quando exprimitur prædium, quia duplex est periculum emptoris, scilicet bonitatis, & quantitatis, cum, si non colliguntur, venditor teneatur præstare. † Cui resolutioni non obstat *text. in l. si debitor. §. verisimile, ff. de contrah. empt.* ubi Julianus inquit, *verisimile esse eum, qui fructum olivæ pendentis vendidisset, & stipulatus esset pro decem pondo olei, quod natum esset, pretium constituisse, ex eo quòd natum esset, usque ad decem pondo olei, idcircò solis quinque collectis, non amplius emptor petere potest, quam quinque pondo olei, quæ collecta essent*, quia verba illa, *quod natum erit*, taxationis loco inserta sunt, quæ contradictionem faciunt, & accipienda sunt, ac si expressè dictum esset, si quid ex eo fundo natum fuerit, quæ taxatio, & conditio in responsione Ulpiani non intervenit, Bart. Zasius *num.* 11. 12. *&* 13. & Jas. *num.* 27. *ubi supr.* ubi conditionalem esse dispositionem, quando sit cum relativo, tradit. † Mantic. *n.* 22. *ubi supr.* ait, quod natura *si quis, seu si quod natum fuerit*, est nota cujusdam incertitudinis, & tunc ipsum incertum intelligitur deductum in venditione, & spes censetur venditæ; si verò dictum sit, vendo fructus, qui nascentur, seu fructum olivæ pendentis pro decem pondo olei,

7 quod natum esset, † tunc cum dictum relativum *qui, vel quod* sit relativum substantiæ, fructibus non natis, non esse venditionem, & natis, tantùm extendi ad illos, qui nati fuerint: & ita in specie *dicti text.* pretium pro quinque pondo olei dandum esse decernitur, si plus est solutum per condictionem sine causa repetitur, ut notat Glos. *ibi verb. responsum est*, idemque videtur sensisse Perez. *in l.* 2. *tit.* 7. *lib.* 5. *ordin. colum.* 186. *vers. item si vendas triticum*, ubi dicit in hoc casu procedere prohibitionem, *l.* 7. *titul.* 11 *lib.* 5. *recompil.* de qua in additione Glos. 1. *supr.* Rodrig. *de ann. reddit. lib.* 1. *quæst.* 12. *num.* 43.

8 † Fructus, seu fœtus animalium, si venduntur, an statim, ut producti, vel nati sint, præstari, & emptori tradi possint. Vide Glos. 2. *l.* 20. *tit.* 11. *par.* 5. & ibi Addit.

9 Ad Glos. 4. Nota valere venditionem fructuum futurorum, si aliqui fructus nascantur, etsi sint parvi, & diminuti. Et Add. *l. ex conducto, §. sed, & si, ff. locati.* Hieronym. Cevall. *comm. contr. comm. quæst.* 536. *num.* 36. Joann. Gutierr. *canon. lib.* 1. *c.* 39. *num.* 66. *vers. secundo.*

SUMMARIUM.

1 *Venditio fructuum futurorum valet, etsi nulli nascantur.*

2 *Læsio ultrà dimidiam justi pretii an veniat in consideratione in dicta emptione?*

3 *Pretium justum ut cognoscatur, tempus initi contractus inspicitur.*

4 *Quando jus ususfructus emitur, emptio valet, & omne damnum, quod contigit in fructibus, pertinet emptori, & referuntur tres casus, in quibus jus ususfructus venditus censetur.*

5 *In casibus, in quibus jus ususfructus venditur, sterilitas peti potest.*

6 *Quando emuntur fructus alicujus fundi, si ante celebratam emptionem emptore ignorante devorentur, an valeat emptio? & quid si non ultra dimidiam, & quando emitur fundus, si aliquæ arbores vi ventorum sunt dejectæ?*

ADDIT. GLOS. V.

AD Glos. 5. Nota valere venditionem fructuum futurorum, etsi nulli nascantur, quandò emptor eos suo periculo emit. Adde. *l. nec emptio, ff. de contrahend. empt. l. ususfructus, ff. de jur. dot. l. necessario, ult. de pericul. & comm. rei vendit.* Joann. Copum. *in tr. fruct. futur.* Mantic. *de tacit, & ambig. convent. lib.* 4. *tit.* 18. *num.* 16. Ceval. *commun. contra Comm. quæst.* 536. *n.* 35. Guzm. *de eviction. q.* 21. *num.* 30. & ratio est, quia spem, & dubium eventum, quem quis habet in re, vendere potest, *l. spem. C. locat. l. nam hoc mod. ff. de hæred. vel act. vendit.* Capit. *decis.* 159. *num.* 16. Osasch. *dec.* 95. *num.* 3. Hieronym. Gabr. *cons.* 168. *num.* 81. *lib.* 1. † quod 2 quidem in tantùm procedit, quòd emptor, nec venditor subjiciuntur dispositioni *l.* 2. *C. de rescind. vend. vendit.* nam quandò casualiter contigit damnum, quem læsum fuisse non potest dici. *l. de fideicommisso. C. de transact.* Bald. *cons.* 404. *colum.* 1. *vers. secundus casus, & in l. eum archiomeram. num.* 3. *ff. ut in poss. legat.* Lopez, *in cap. naviganti, de usur.* Capit. *ubi sup. num.* 17. Tiraquel. *in l, si tanquam verb. largitus. num.* 110. *C. de revoc. donat.* Surd. *de aliment. tit.* 9. *quæst.* 11. *à num.* 7. *& cons.* 162. *num.* 35. *&* 36. *lib.* 2. *& decis.* 278. *num.* 29. Boër. *decis.* 147. *num.* 7. Carroc. *decis.* 130. *num.* 3. Fontanell. *de pact. nupt. claus.* 18. *par.* 3. *num.* 103. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 4. *tit.* 18. *num.* 26. *& in num.* 17. † ait 3 ad cognoscendam læsionem ultra dimidiam justi pretii, non deberi æstimari fructus, qui fuerint percepti, sed qui percipi consueverunt; nec deberi considerari augmentum, sed diminutionem, quæ ex eventu contigit *ex text. in l. si ea lege. C. de usur.* & rationem assignat, quia ad cognoscendum justum pretium tempus initi contractus inspicitur, ut latè *infra, in l.* 16. comprobavimus.

Amplia primò in casu, quo jus ususfructus cen- 4 setur venditus, ut quandò quis emit usumfructum, seu quandò quis per plures annos emit fructus alicujus fundi, dum fructus sint percipiendi ab ipso emptore; quia tunc ad eum transit cultura, in his enim casibus omne damnum, quod contigit in fructibus, pertinet emptori, nisi culpa venditoris non percipiantur, ut dicemus *infra, in l.* 12. *l. qui usumfructum, §. ultim. l. si quis ita, &* Glos. *ibi, l. cum ita, & l. quæsitum. ff. de usufructu.* Mantic. *ubi sup. num.* 15. *&* 19. *qui in num.* 21. ait, quòd quando fructus non sunt percipiendi ab ipso emptore, sed à venditore, non intelligitur venditum jus ususfructus, & comprobat *ex l. fundi Trebatiani, ff. de usufr. & l. Cajus, ff. de ann. legat.* ex notat. *in l. si quis ita, ff. de usufr.* Et *in num.* 24. alium casum assignat, quo jus ususfructus censetur venditus, veluti si simpliciter vendat fructus, dummodò quota non vendatur, sed omnes, *ex text. in d. l. cum ita.*

Sed tamen in casibus hujus ampliationis, si ste- 5 rilitas superveniat, potest peti quòd pro rata fiat remissio, cum eadem ratio militet, quæ militat in locatione: ut pluribus juribus, & auctoritatibus comprobat Mantic. *in dict. lib.* 4. *tit.* 18. *n.* 25. & nos *infra* in Addit. ad *leg. tit.* 8. *diximus.*

Notabile

9 Notabile Glossæ limita primò, quando emit fructus alicujus fundi, & ante celebratam emptionem eo ignorante à locustis, seu a vermibus ultra dimidiam erant devorati, quia tunc nulla est emptio. *l. domum.* 57. *& l. in arboribus.* 58. *de contrahen. emption.* & scribentes *ibi*, novissimè Ant. Faber. *in rat. decidend.* Mantic. *ubi sup. n.* 33. ubi pro ea refert Bald. Salycet. & Soc. Sen. Nec in contrarium obstat. *text. in l. si post inspectum prædium, ff. de pericul. & commod. rei vendit.* quia *text. ibi*, loquitur de emptione prædii, in qua nihil venit quod terra in se tenet, & prædium est præcipua emptionis materia; in specie autem *l. arboribus*, jurisconsultus de fundo oliveti, seu aliarum arborum, cujus contemplatione fundus comparabatur, loquitur, & utroque in casu erit locus distinctioni traditæ à Jurisconsulto *in l. domum*, an major, seu præcipua pars rei fuerit collapsa, ita ut verisimiliter quis non fuisset empturus, ut docet Mantic. *num.* 33. *ubi supra*, & vide Addit. ad Glos. 1. *l.* 14.

SUMMARIUM.

1 *Jactum retis emi potest, & assignatur ratio, quare in emptione fructuum insit tacita conditio, si nascantur: jactus vero venditio, etsi nihil capiatur, a principio valet.*
2 *Ut emptio jactus retis valeat, debet ejici, & spes piscandi sit probabilis.*
3 *In venditorem jactus retis non adimplentem emptor poterit agere.*
4 *In emptione fructuum lacus pro tempore venit usus navium, si venditor ad piscandum habeat.*
5 *Gabella jactus retis, vel fructuum futurorum an debeatur; & quibus gabellariis, & quid si futuri anni.*

ADDIT. GLOSS. VI.

1 AD Glos. 6. Nota *ex text.* jactum retis emi posse, & sic quæ nondum sunt emi, & vendi posse. Adde Gomez. 2. *tom. variar. cap.* 2. *num.* 7. *vers. in hoc tamen est*, ubi reddit rationem, quare, cùm emuntur fructus, insit tacita conditio, si nascantur; & cum emitur alea, vel captus piscium, licet nihil capiatur, à principio valeat venditio. Mantic. *lib.* 4. *tit.* 5. *n.* 3. *& tit.* 18. *n.* 16. ubi simpliciter assignat rationem, scilicet differentiam consistere in conceptione verborum, nam cum emitur corpus futurum illo non nato, nulla est emptio, & idem venire dicendum, si aves, seu pisces, qui capientur, empti fuerint. Cevall. *quæst.* 536. *num.* 34. *& 35.* Lasart. *de decim. vendit. cap.* 9. *num.* 4. Pirr. Maur. Aretin. *de fidejuss.* 2. *part. princip. section.* 4. *cap.* 51. *num.* 27. Morl. *in tit.* 9. *in præmiss. num.* 21. *&*
2 22. † Intellige in hoc casu valere venditionem, quando rete eo loco est jaciendum; quo spes aliqua sit probabilis piscandi; secus vero si non sit, ut si jactus retis in puteo, vel in alio loco, in qua certo scimus pisces nullos esse, ematur. Sarmient. *lib.* 7. *select. cap.* 1. *num.* 7. quem sequuntur. Solis *lib.* 2. *de censib. cap.* 7. *num.* 2. *vers. quarto.* Cevall. *dict. quæst.* 536. *num.* 36. & vide Glos. 2. & *ibi*, Addit. *supra* & addita ad Glos. 4. *l.* 46. *inf.*
3 Sed si venditor conventione inita nolit ex sua parte adimplere, & rete jactare, emptor poterit agere adversus eum ad æstimationem. *l. neque empt. ff. de contrahend. emption.* & æstimabitur incertus illius jactus, id est alea illa, quæ in venditione deducta fuit. Covarruv. *in regul. peccatum.* 2. *part.* §. 3. *num.* 12. *vers. quin, & præter*, sed obstat, *text. in l. quemadmodum*, §. *plane*, *ff. ad leg. aquil.* ubi jurisconsultus probat incertum piscium captum, aut ferarum venationem æstimari non posse, quia plura possunt contingere, ob quæ nec feræ, nec pisces caperentur, & ex eo notant Castrum Roman. & alii, quos refert Covarruv. *in princip. dict. num.* 12. ubi huic objectioni satisfacit. Et ex Mantic. *in lib.* 4. *tit.* 18. *num.* 31. quod emptori fructuum alicujus lacus, si venditor habeat pro- 4
prias naves ad piscandum, debetur navium usus, & refert Bald. & Bart. De quæstione, utrùm gabella ex hujusmodi venditionibus debeatur, vide 5
Lasart. *ubi supra cap.* 5. *num.* 19. *& cap.* 9. *num.* 49. ubi tradit ex venditione jactus retis non deberi, si nihil captum sit, nec ex fructibus; & natis fructibus retrotrahi venditionem ad tempus contractus, & gabellariis, qui tempore conventionis erant, deberi, & eum sequitur Guttier. *de gabell. quæst.* 8. *num.* 15. & magis ex professo *in quæst.* 106. *per totam.* Apud quos vide, quid si in uno anno vendantur fructus futuri anni sequentis, & de fœtibus animalium: & in quo loco sit solvenda gabella.

LEX XII.

SUMMARIUM.

1 *Æstimatio fructuum dolo adversarii non naturum peti potest.*
2 *Dicens rem, super qua imponitur census, fructiferam, cum non esset, ad interesse tenetur.*

ADDIT. GLOS. I.

NOta *ex text.* si dolo adversarii factum sit, ne fructus nascantur, ex empto ad æstimationem 1
fructuum, vel interesse agi posse. Joann. Copin. *in tract. de fructibus tit.* 2. *cap.* 1. *num.* 3. *in* 3. *tom. tract.* Franc. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib.* 4. *tit.* 5. *num.* 2. Pichard. *in* §. *ea quoque, inst. de legatis* Guzm. *do evictionib. quæst.* 21. *n.* 42.

Ex hoc infert Gasp. Rodrig. *de ann. reditib. lib.* 2. *quæst.* 7. *num.* 13. *vers. quod si venditor.* venditorem 2
ad interesse teneri, si tempore constitutionis census dixit rem, super qua censum constituit, esse fructiferam, & idoneam, cum non sit.

LEX XIII.

SUMMARIUM.

1 *Venditio hæreditatis certi hominis viventis nullius est momenti.*
2 *Pupillariter substitutus non potest vendere spem substitutionis, & si vendat, non tenet venditio.*
3 *Juramento prædictæ venditiones non confirmantur.*
4 *Contrarium.*
5 *Pactum futuræ successionis non valet.*
6 *Limitatur remissive.*
7 *Spes alterius succedendi vocatur spes.*
8 *Filius vivente patre ad ejus hæreditatem jus non habet.*

9 *Filius juſtam ſpem ad hæreditatem patris habet.*
10 *Filius pro ſua legitima eſt quaſi creditor.*
11 *Remiſſio juris, quod quis habet, vel ſperat, ſolum extenditur ad remiſſionem juris de futuro ex cauſa de præſenti, non verò ad id, quod non eſt fundatum de præſenti.*
12 *Quare in contractibus emptionum apponatur clauſula quod habet, vel habere ſperat, & qui de ea agunt.*
13 *Mandatum generale an extendatur ad futura.*
14 *Spes non dicitur, quæ eſt fundata de præſenti.*
15 *Jus ſpecialiter alter alteri tollere non poteſt.*

ADDIT. GLOSS. I.

1 AD Gloſ. 1. Nota primò *ex text.* venditionem hæreditatis certi hominis viventis nullius eſſe momenti. Adde *l.* 9. *ff. de hæred. vel act. vend.* & *ibi* Gloſ. & communiter DD. *leg. qui ſuperſtitis, ff. de acq. hæred.* Gomez. 2. *tom. variar. cap.* 2. *n.* 5. *verſic. item addc.* Mozz. *de contract. tract. de empt. & vend. c. de rebus, quæ emi, & vendi poſſunt, n.* 5. Seraph. *privil.* 20. *n.* 1. & *ibi*, Benech. *in add. n.* 1. ubi plures laudat. Molin. *de juſt. diſput.* 340. *col.* 522. *verſic. dictum eſt ſuprà*, & vide Addit. ad Gloſ. 2. *l.* 33. *tit.* 11. *hac part.*

2 Amplia 1. Etſi vendens ſit ſubſtitutus pupillariter, & vendat jus, vel ſpem ſuæ ſubſtitutionis pupillaris nondum delatæ, nam hujuſmodi venditio non valet, *ex text.* notabili, & expreſſo *in l.* 2. *§. illud, ff. de hær. vel act.* & *ibi* Gl. & DD. Gomez. & Pac. Molin. *ubi ſupr.* Alex. *conſ.* 188 *n.* 22. *lib.* 2. Tuſch. *lit. S. conſ.* 365. *n.* 2.

3 Amplia 2. Non valere hujuſmodi venditionem, etſi juramento confirmata ſit, ex communi DD. opinione. Tiraq. *in l. ſi unquam, C. de rev. donat. n.* 158. Fort. Garc. *de ultim. fin. jur. civil. & canon. illat.* 20. Covarr. *in cap. quamvis pactum.* 3. *par. in princ. n.* 1. Gomez. *in l.* 22. *Tauri n.* 31. Mench. *de ſucc. creat. lib.* 2. §. 18. *n.* 197. Felic. *de ſociet. c.* 12. *n.* 50. Gutierr. *in dict. c. quamvis pactum in princ. n.* 4. Fachin. *lib.* 3. *cap.* 72. *col.* 3. *lit. C. verſ.* 3. *igitur.* Seraph. *de privil. jur. priv.* 20. *n.* 17. ubi plures refert. Et *in n.* 29. cum hac opinione manet, & Benechend. *ibi in add. num.* 11.

4 Contrariam opinionem latè fundat Seraphin. *ubi proximè, à num.* 1. *uſque ad* 28. ubi ſubtiliter hanc quæſtionem examinat, & utramque partem fundat, & eorum fundamentis ſatisfacit.

5 Amplia 3. Pactum futuræ ſucceſſionis etiam non valere, vide Addit. ad Gloſ. 2. *l.* 33. *tit.* 11. *infr.*

6 † limita ut in Gl. 3. & 4.

7 Nota 2. ex Gloſ. quòd ſpes alteri ſuccedendi appellatur ſpes, vide Bart. *in l. fin. C. de pact. n.* 18. & ſpes, quæ eſt ex teſtamento, eſt à jure approbata, *leg. ſi poſt emancipationem, §.* 1. *ff. de lib. l.* & *ibi*, Bart. *l. is poteſt. ff. de acq. hæred.* Magon. *deciſ. Flor.* 61. *à num.* 24.

8 Nota 3. ex Gloſ. quòd filius in hæreditate patris eo vivente jus non habet. Adde *l.* 1. *§. ſi impuberi*, & *ibi* Bart. *ff. de collat. honor. l.* 2. *ff. ſi quis à parent. fuerit man.* Gl. *verb. ſed reſponde. in l.* 3. *C. de jur. & fact. ign.* Guid. Pap. *deciſ.* 482. *verſ. veritas tamen eſt*, Tiraquel. *de jure primog. privileg.* 40. *n.* 220. ubi, nullius momenti eſſe hujuſmodi ſpem, dicit, & *in gl.* 2. *ll. connub. n.* 27. nec filius excuſatur à ſatisdando ob bona patris, *l. in ſuis, ff. de lib. & poſthum.* & juribus, quæ obſtare videntur, reſpondit Guid. Pap. ejus Addit. *ubi ſupr.* & vide Addit. ad Gloſ. 1. *l.* 8. *tit. antec. n.* 20. ubi alia invenies, & ſuo loco dicemus.

Nota 4. ex Gloſ. filium juſtam ſpem hæreditatis parentum habere. Adde Tiraq. *in dict. privileg.* 40. *num.* 96. 97. *&* 98. ubi multis juribus, & auctoritatibus hanc doctrinam exornat, † & pro ſua legitima eſt filius quaſi creditor. Gl. *in d. l.* 3. *C. de jur. & fact. ign. l. ſi duo, ff. de acquir. hæred. l. & quia, ff. pro ſocio.* Rod. Suar. *in l. quoniam in prioribus, C. de inoff. teſtam.* & *ibi*, Valdes. *lit. N.* ubi multos laudat. Matienz. *l.* 10. *tit.* 8. *gloſ.* 3. *n.* 17. ubi ait eſſe conſiderabilem in vita patris, eſſeque probabilem ſpem tam jure naturali, quàm poſitivo. Gutierr. *in dict. cap. quamvis pactum, n.* 6. ubi ex Gloſ. *in dict. l.* 3. *dicit communem, & in repetitione, §. ſui, n.* 65. *inſtit. de hær. quali, & diff.* Gomez. *in dict. l.* 22. *Taur. n.* 1. *verſ. ſed advertendum, & n.* 2. ubi effectus hujus ſpei refert. 9

Nota 5. ex Gloſ. *in verſ. quod ſi quis*, remiſſionem juris, quod quis habet, vel habere ſperat, ſolùm extendi ad remiſſionem juris de futuro ex cauſa de præſenti, non verò ad illud, quod non erat fundatum de præſenti. Adde Bart. *in l. quod ſervus, in fin.* per illum *text. & ibi.* Caſtr. & Alexand. *ff. de condic. ob cauſ.* Bart. *in l. qui cum tutoribus, in princip. & ibi.* Angel. Caſtrenſ. & alios, & iterum, *in §. ultimo ejuſdem leg. ff. de tranſact. & in leg. qui Romæ, §. duo fratres, in* 1. *oppoſ. & in* 6. *quæſt. & ibi.* Angel. Aretin. *col. antepenult.* Alexan. & alios, *ff. de verb. oblig.* Afflict. *deciſ.* 350. *n.* 4. *& ibi.* Urſil. Tiraquel. qui plures alios laudat, *in gl.* 2. *ll. connub. n.* 36. Tuſch. *lit. I. concl.* 629. *n.* 1. ubi tradit, quod jus in ſpe poteſt vendi, cedi, vel remitti, quando eſt radicatum de præterito, vel de præſenti; ſecus ſi dependet ex alieno arbitrio. Bertazol. *clauſula* 27. *gloſſ.* 13. *n.* 6. *&* 7. ubi tradit actiones futuras, & competituras non venire in contractu, ſed tantum præſentes, & competentes de præſenti, & Gloſ. *per text. ibi, in l. hæredem, ff. mand.* † ubi Bart. inquit, quòd ideò ponitur hodie in contractibus emptionum, & venditionum, quòd venditor cedit omne jus, quod habet, & habere ſperat, vel poſſit habere. De qua clauſula vide eundem Bertazol. *ubi ſupr. in dict. num.* 6. 7. *&* 8. Paz. *in prax. in* 4. *annotat. num.* 24. † ubi ex hoc infert, quòd mandatum, licet generale ſit, ad omnes lites etiam futuras non ſperatas, ad quas nullum jus de præſenti habebat, qui mandavit, & Cevall. *in quæſt.* 135. *n.* 3. de facto defendiſſe inquit, quòd mandatum generale ad omnia debita recipienda, & exigenda non extenditur, nec comprehendit debita futura, quæ non habuerunt dependentiam de præterito, imò fuerunt contracta poſt diem contractus, vide Gratian. *cap.* 145. *à num.* 29. ubi tradit, quando mandatum generale futura comprehendat, & vide Addit. ad Gloſ. *leg. tit.* 3. *part.* 3. 10 11 12 13

Nota 6. ex Gloſ. quòd ſpes non dicitur, quæ non eſt fundata de præſenti, vel illa, quam jus non fovet. & Adde Bertaz. *dict. clauſ.* 27. *gloſ.* 13. *num.* 7. ubi tradit quid ſit ſpes, & alios plures laudat. Petr. Navar. *de fidejuſ.* 2. *part. ſection.* 4. *cap.* 51. *num.* 4. & *in ſequent.* multa de ſpe tradit. Et *in num.* 1. cum Joſeph. Ludovic. *deciſ. Lucenſ.* 25. *num.* 86. *&* 87. appellat eam falſiſſimam, & ſomnium vigilantium, & vide Tiraquel. *in gloſ.* 2. *ll. connub. à num.* 26. *uſque ad num.* 44. *incluſivè*, ubi multa notatu digna de ſpe, & ejus incertitudine recompilavit. Matienz. *in l.* 1. *tit.* 11. *lib.* 5. *recomp. gloſſ.* 8. *num.* 9. 14 15

Nota

15 Nota septimò ex Glos. *in fine*, quòd jus spei alter alteri tollere non potest. Adde *text. in l. si constante* 19. *vers. exceptis*, *C. de donat. ante nupt.* & *ibi* Bald. *l. in diem, §. non autem, ff. de aqua. publ. arc.* quam ad hoc allegat, & dicit notabilem. Bald. *cons.* 431. *ad evidentiam prætermittendum est*, *col.* 1. *lib.* 2. Tiraquell. *in dict. glos.* 2. *num.* 39. *& de retract. conven.* §. 1. *gl.* 7. *n.* 20. 22. *&* 21. qui in dictis locis multas authoritates pro hac doctrina affert. Et *in dict. num.* 39. *in fine*, jura, quæ faciunt in contrarium, quem vide.

SUMMARIUM.

1 *Venditio hæreditatis viventis nulla est, & qui vendidit ut indignus successione privatur.*
2 *Consensu ejus de cujus hæreditate agitur, hæreditas vendi potest.*
3 *Qui consensum venditioni hæreditatis viventis præstitit, illum ad libitum potest revocare.*
4 *Item etsi juramento venditionem firmaverit.*
5 *Venditio hæreditatis viventis, si fiat authoritate judicis, an valeat?*
6 *Venditio hæreditatis incerti, & indeterminati hominis valet.*

ADDIT. GLOSS. II. III &. IV.

1 AD Glos. 2. vide addit. ad Glossas anteced. & sequent. & Nota extra Glos. quòd si hac prohibitione non obstante, quis viventis hæreditatem vendat, nomen cujus est sine ejus consensu exprimendo, vel fraudulenter tacendo, non solum contractus est nullus; sed ille, qui vendit, si postea ad eum hæreditas perveniat, ut indignus successione privatur, *l.* 2. *vers. idem erit, ff. de his quib. ut indig.* quem ad hoc notabilem, & expressum dicit. Peregrin. *de jur. fisc. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 2. Gomez. 2. *tom. variar. cap.* 2. *num.* 5. *vers. item adde*, ubi alios laudat. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 13. *titul.* 33. *num.* 4. Gratian. *discept. cap.* 692. *num.* 69.

2 Ad Glos. 3. Nota 1. ex consensu ejus, de cujus hæreditate agitur, viventis hæreditatem vendi posse, (& hæc est prima limitatio ad regulam, de qua in Glos. 1. *supr. num.* 1.) Add. Alexand. *in leg. stipulatio hoc modo concepta, num.* 12. *ff. de verb. obligat.* Covarr. *in cap. quamvis pactum*, 3. *part. num.* 1. *de pact. in* 6. Gomez. *in l.* 22. *Taur. n.* 31. Roland. *cons.* 97. *num.* 17. ubi tradit sufficere, quòd consensus post contractum interveniat. Guttier. *in dict. cap. quamvis pactum*, *in princip. num.* 3. Molin. *de Hispanor. primogen. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 4.

3 Nota 2. *ex text.* qui consensum venditioni hæreditatis præstitit, posse liberè illum revocare, & revocato venditionem non valere. Adde *proximè, & infrà.* Add. Morl. *in empor. jur. titul.* 3. *q.* 6. *n.* 3. ubi agit de renuntiatione facta à filia favore fratris de consensu patris.

4 Amplia, etsi juramento promiserit consensum non revocare, & hanc veram, & magis communem opinionem appellat Menchac. *de succes. creat. lib.* 2. §. 18. *num.* 198. qui *à num.* 194. *usque ad num.* 200. quæstionem examinat. Thesaur. *dec.* 225. *num.* 6. qui per totam illam decisionem de hac quæstione agit. Benechendorph. *in addit. ad Seraph. de privil. jur. privil.* 20. *num.* 2. *&* 12. ubi alios plures laudat, & sic est tenendum, licet contrarium contra Decium voluerit Covarr. *num. ubi supr.* cui satisfacit Menchac. *ubi supr. & lib.* 3. *controvers. usufreq. cap.* 44. *num.* 15. ubi nec de jure canonico opinionem Covarruviæ, procedere tuetur.

Venditio hæreditatis viventis facta auctoritate 5
judicis an valeat? Vide Grat. *discept. forens. cap.* 692. *n.* 13. qui concludit affirmativè; sed vide Addit. ad Glos. *l.* 33. *tit.* 11. quia extra casum, de quo loquitur, crederem non posse extendi.

Ad Glos. 4. Nota 1. *ex text.* venditionem hæ- 6
reditatis incerti, & indeterminati hominis valere (& hæc est secunda limitatio.) Add. *l.* 3. §. *de illo, ff. pro socio.* quam ad hoc notat, & commendat *ibi*, Glos. *ord.* Bart. Bald. Salyc. & communiter DD. Gl. *penult. in l. fin. C. de pactis*, Gomez. *in leg.* 22. *Taur. num.* 31. *col.* 13. *vers. limita tamen*, ubi alios refert Felician. *in tract. de societ. cap.* 12. *num.* 50. Grat. *discept. forens. c.* 692. *num.* 45. & vide Addit. ad Glos. *l.* 33. *tit.* 11. *infr. hac part.*

SUMMARIUM.

1 *Venditio hæreditatis certi hominis viventis non tenet, ne detur occasio captandæ mortis, & num.* 2.
2 *Pactum hæreditatis viventis est contra bonos mores, & qui dicantur boni mores.* 3.
4 *Obligatio personalis de tradendis certis bonis hæreditatis viventis an valeat?*
5 *Spectativa ad officia secularia dari non potest, etsi generaliter detur non exprimendo officium certi hominis.*
6 *Exspectativa ad beneficia vacatura dari non potest.*
7 *Hæreditatis delatæ venditio licita est.*
8 *In venditione hæreditatis quid, & quale, & quantum comprehendatur.*
Hæres ex tertia parte vendens partem fundi, si per divisionem ipsi adjudicatus sit in totum, an teneatur stare venditioni?
9 *Portio accrescens ad emptorem hæreditatis an pertineat?*
10 *Creditores hæreditarii de jure communi emptorem non possunt convenire, nisi aliter inter partes esset conventum.*
De jure nostro regio contrarium observatur, quia alterum alteri licet stipulare.
11 *Venditio hæreditatis an valeat, si nulla bona in hæreditate reperiantur?*
12 *Spes fideicommissi vivente eo, qui restituere fuit gravatus, valet.*
13 *Jus succedendi in majoratu an per vitam possessorum vendi, aut donari possit?*
14 *Venditio, seu donatio sive renuntiatio futuræ successionis an sit licita propter agnationem conservandam?*
15 *Gabella ex venditione hæreditatis an debeatur?*

ADDIT. GLOSS. V.

AD Glos. 5. Nota 1. *ex text.* venditionem hæ- 1
reditatis certi hominis viventis non licere, ne detur occasio captandæ mortis. Et Adde *Sigis. in leg. fin. Cod. de pact.* Tiraquell. *de primog. quæst.* 6. *num.* 16. Covarr. *in repet. cap. quamvis pactum*, 3. *part. num.* 1. *& in* 2. *part. n.* 6. *de testamen.* & *in n.* 15. *vers. sed hæc opinio est*, ubi non ex hoc tantùm hanc venditionem prohiberi inquit? sed etiam ex eo quòd turpe est agere de rebus illius, cui succedendum forsan est eo vivente. Gratian. *discept.*

foren. cap. 692. *n.* 57. & Seraph. *de privil. juram. privileg.* 20. *num.* 9. † ubi multa contra rationem hic à lege traditam refert, & non esse præsumendum, quod quis mortem alterius captetur, dicit: & aliam relationem tradit, scilicet hujusmodi venditionem, & pactum hæreditatis viventis esse contra bonos mores. Et *in n.* 27. & Menoch. *cons.* 1. *num.* 167. & 168. † latè explicant, qui dicantur boni mores, contra quos pactum etiam juratum non valet: aliam rationem vide *in l.* 1. *ff. de hæred. vel action. vend.* & alios apud Fabr. *de error. pragm. decada.* 12. *error.* 4. *n.* 1. *cum aliis*, & Glos. 3. *l.* 33. *tit.* 11. *infra hac part.* & *ibi* Addita. † Sed dubitatur, an valeat obligatio, seu donatio, per quam non auferatur libera testandi facultas, nec agitur de obventione bonorum, ut illa capiat tanquam hæres, nec ex jure obligationis hæreditariæ; sed quòd hæres tradet bona per ipsum permissa, quatenus ad ipsum perveniant, cui quæstioni respondetur talem obligationem teneri, & vigore conventionis contra hæredem posse agi. Bart. *cons.* 212. *num.* 1. *lib.* 1. Aym. *cons.* 139. *n.* 1. *vers. sed præmissis.* Surd. *decis.* 14. *à n.* 1. *usque ad* 14. & eam latè comprobat. Grat. *discept. forens. cap.* 692. *num.* 2. *usque ad* 5. & per totum, & pro comprobatione refert Menoch. *in cons.* 1. *n.* 149. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 13. *tit.* 33. *n.* 11. qui bene probat Gail. *pract. observat. cap.* 123. *n.* 6. *lib.* 2. Boër. *decis.* 355. declara ut per Peregrin. *de jur. fisci*, *lib.* 2. *tit.* 10. *num.* 2.

5 Nota 2. ex Gl. Ex spectativam ad officia secularia dari non posse, & si generaliter detur non exprimendo de officio certi hominis. Adde Matienz, *in l.* 13. *tit.* 10. *lib.* 5. *recomp. glos.* 1. *per tot.* & Azeved. *ibi n.* 1. *cum aliis*, ubi alios laudant. Et *in l.* 3. *tit.* 33. *lib.* 7. *recomp. per tot.* ubi limitat cum de patre ad filium concedantur.

6 Nota 3. ex Gl. Ex spectativam ad beneficia vacatura non esse concedendam, vide Sacr. Conc. Trid. 25. *c.* 7. *de reform. & regul.* 27. *Cancell. incipit, item si quis supplicaverit.* Petr. Gregor. *super. jur. canon. de benefic. cap.* 3. *num.* 2. Spinum, *in specul. testam glos.* 4. *n.* 102. *usque ad* 108. Garc. *de benefic.* 4. *part. c.* 5. *à n.* 13. ubi latissimè agit de hujusmodi ex spectativis, & de coadjutoriis perpetuis cum futura successione, & Gonzal. *in regul.* 8. *Cancell. glos.* 5. §. 9. *n.* 15. *cum aliis*, & *n.* 43. *cum seq.* ubi tradit, quando concedi soleant, de quo nos latè ad Glos. *l.* 10. *tit.* 16. *part.* 1. ubi vide Addit.

7 In hæreditate jam delata cessant rationes supra traditæ, & sic ejus venditio valet, ut *in toto tit. ff. de hæredit. vel actio, & C. eodem.* Mor. *l. in empor. jur.* 1. *part. tit.* 5. *de empt. & vend. in præm. n.* 52. Cevall. *com. con tr. com quæst.* 536. *n.* 38. & de quæstione, quo modo hæreditas vendita dicatur, cum adita hæreditate proprium hæredis patrimonium dicatur, & hæreditas esse desinat? vide eum *ibi*, *à num.* 8 53. In hujusmodi venditione hæreditatis quid, quale, & quantum comprehendatur; vide per Mantic. *de tacit. & ambig. convenc. lib.* 4. *tit.* 10. *per tot.* ubi latè exemplificat. Sed dubitatur hæres ex tertia parte institutus, si ante divisionem vendat partem domus, seu fundi, si postea ei tota res adjudicata sit, an venditio subsistat? an vero tota res sit emptori addicenda? vide Pereir. *in tit. de empt. & vendit. cap.* 9. *n.* 13. & 14. cui respondit, si in emptorem fuit dominium translatum per clausulam constituti, divisionem ei non præjudicare, nec pretium totius rei dare compelli posse; si vero divisio facta est ante traditionem, adjudicationem emptori nocere, ut integram rem emere teneatur, ex *text. in leg. communi dividundo*, §. *debitor*, *ff. comm. divid.*

De quæstione, an portio accrescens ad emptorem hæreditatis pertineat, vel ad ipsum hæredem vendentem, vide Gutierr. *in repet. l. unicæ. C. quando non peten. part. à n.* 56. ubi duas contrarias communes opiniones refert, unam negantem ad hæredem pertinere *à n.* 56. *usque ad n.* 59. ubi argumentis, & authoritatibus eam comprobat, & aliam affirmantem ad eum, & non ad emptorem spectare *à n.* 60. *usque ad fin. repetit.* ubi argumentis, & authoritatibus eam exornat, & contrariis satisfacit. Fachin. *controvers. jur. lib.* 10. *c.* 69. cres opiniones contrarias refert, eas argumentis, & authoritatibus illustrans, & eorum opinionem sequitur, qui ad hæredem pertinere docent, & eam magis communem esse testatur. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 4. *tit.* 11. emptoris partem defendit. Item & Menoch. *controvers. usufrequent. lib.* 2. *cap.* 14. *n.* 7. Sed prima est verior, & in praxi servanda, nisi ex verbis venditionis constet, jus accrescendi in ea esse comprehensum, quam bene fundant Gutierr. & Fachin. *ubi sup.* 9

Creditores enim hæreditarii, de jure communi non possunt emptorem hæreditatis convenire, nisi in subsidium, etsi aliter inter partes esset conventum, *l.* 2. *C. de hæred. vel act. vend.* Gomez. 2. *tom. variar. cap.* 2. *num.* 5. *vers. item adde.* Mantic. *dict. lib.* 4. *tit.* 10. *à n.* 20. Parl. *lib.* 2. *rer. quotid.* 4. *par. cap. fin.* §. 2. *num.* 5. 10

Hodie de jure nostro Regio ex *l.* 2. *tit.* 16. *lib.* 5. *recompil.* contrarium respondendum est, quia alterum alteri licet stipulare. & ex contractu unius alteri acquiritur actio: & sic esse in electione creditorum hæredem, vel emptorem convenire, notat Azeved. *ibi num.* 39. ubi de facto sic judicatum vidisse testatur: & de jure communi, ut circuitus evidetur, idem observandum esse docuit Boër. *decis.* 204. *num.* 43.

Hæreditate autem vendita, si nulla bona in hæreditate reperiantur, an venditio sustineat, & valeat tanquam re deficiente, sine qua venditio non consistit? vide Mantic. *de tacit. & ambig. convent. dict. lib.* 4. *tit.* 10. *num.* 5. 6. & 7. ubi tradit, quòd venditor hæreditatis liberatur eo ipso, quod sit hæreditas, licet sit sine ullo corpore, quia etiam sine eo juris intellectum habet, ex *l. hæreditas*, *ff. de pet. hæred.* Castill. *lib.* 4. *quotid. c.* 42. *n.* 67. ubi alios refert. 11

Contrarium in hac quæstione respondit Cevall. *quæst.* 536. *num.* 37. *usque ad num.* 46. ubi latè hujusmodi venditionem nullam esse ex defectu unius ex substantialibus contractus, ait, & contrariis satisfatit. Cujus opinio vera est in casu ab ipso proposito, quando hæreditas in parva; vel magna quantitate fuit vendita; secus vero, si jus hæreditatis venderetur; quo in casu doctrina Manticæ procedit.

Spes verò succedendi infideicommisso etiam vivente eo qui post mortem fuit gravatus restituere vendi potest; quia est jam radicata, & non est de hæreditate viventis, sed mortui, & non succeditur gravato, sed gravanti, & sic cessant in hoc casu rationes, quæ militant in venditione hæreditatis viventis. Alex. *cons.* 187. *n.* 2. & 13. & *cons.* 188. *n.* 22. *l.* 5. Fulgos. *cons.* 101. *testatur in suo solemni testamento*, *n.* 2. Gratian. *discept. forens. cap.* 692. Gama. *decis.* 246. *num.* 1. ubi tradit, jus succedendi in majoratu in vita possessoris posse donari, vel vendi, & 12 13

sic

sic judicatum fuisse in Senatu, & alios laudat Flor. Diaz. de Men. *ibi*, Mieres *de majorat. 2. part. in initio, num. 511.* Pirrus Maur. *in tractat. de fidejussoribus, 2. part. sect. 5. cap. 51. n. 23. fol. mihi 289.*

Spes enim primogenituræ, quæ successori competit vivo possessore, est considerabilis, ita ut ei
14 non possit auferri. † Venditio, sive donatio, seu renuntiatio propter conservandam agnationem, & ut bona remaneant in familia, est licita. Imol. *in l. illeautem, in fin. ff. de hæredib. instituend.* Gratian. *ubi sup. cap. 692. num. 15.* Menoch. *cons. 1. n. 61.* sed hoc non videtur tutum, si de tota hæreditate agatur, secus de Marchionatu, castro, vel vel dignitate, Guid. Pap. *decis. 257.* Tusch. *pract. concl. litt. P. n. 80.* & vide Addit. ad Glos. *l. 33. tit. 11. infra hac part.* ubi latè de quæstionibus ad hanc materiam pertinentibus.

Item nota quòd obligationes factæ ad tempus successionis nullæ sunt, *l. 22. tit. 11. lib. 5. recomp.* Azeved. *ibi n. 7.* ubi ex Gutierr. ait, non firmari juramento contra Perez.

Gabella autem ex venditione hæreditatis an debeatur, & cui solvenda sit, vide Lasart. *de decim. vend. cap. 4. num. 39. & cap. 9. num. 38.* Girond. *de gabellis, 11. part. n. 9.* & Gutierr. *quæst. 112. num. fin.* qui docent in loco, ubi res sunt sitæ, deberi.

LEX XIV.

SUMMARIUM.

1 *Venditio ædificii, quod tempore venditionis est destructum, non valet respectu areæ.*
2 *Si res pignori data comburatur, in area pignus tenet.*
3 *Area an sit pars domus?*
4 *Deficiente domo deficit res, & cessat ususfructus in area.*
5 *Domo, super qua census est impositus, deficiente, an reditus respectu areæ debeantur?*
6 *Si majoria in domo instituta sit, & nesciente institutore domus combusta sit, an area res majoriæ censeatur;*
7 *In casu nostræ* Glos. & l. *an sit locus retractui.*

ADDIT. GLOSS. I.

1 AD Glos. 1. nota, venditionem domus, vel molendini, seu alterius ædificii, quod tempore venditionis, erat exustum, vel destructum, non valere, etiam respectu areæ, nulla facta distinctione scientiæ, vel ignorantiæ, quia sine re venditio esse non potest, ex *text.* hic ibi, *non vale la vendida, porque no se puede vender la cosa que no es, & glos. 4. infra*, ubi vide, *l. domum, & l. arboribus, ff. de contrahend. empt.* & Bart. Bald. & communiter scribentes *ibi*, & novissimè Faber. Surd. *decis. 32. sub num. 44. & 45.* Domus destructa amplius domus non est, *l. repetit. 5. §. rei mutatione, ff. quib. mod. usufr.* ubi si ædes, quarum ususfructus relictus est, corruerint, vel exustæ sint, extinguitur ususfructus, adeò ut neque areæ, nec quid cementorum debeatur, *l. qui tamen, §. non tantum, ff. eodem*, ubi Ulp. inquit, *non tantum si ædes ad aream reductæ sint, ususfructus extinguitur, sed etiamsi demolitis ædibus testator alias novas restituerit, l. quoties 34. §. fin.* ibi, *quod si ædes incensæ fuerint, ususfructus specialiter ædium legatarum peti non potest. ff. de usufruct. l. qui usumfructum. 36. in princip. ff. eodem. l. servitutes. 20. §. si sublatum*, ibi, *& idem sublato ædificio ususfructus interiit, quamvis area pars est ædificii, ff. de servit. urban prædior. §. ultimo, Instit. de usufruct. l. 25. tit. 31. part. 3.* ubi vide Addit. circa materiam harum legum. Bald. *in dict. l. domum vers. in addit. nota hic, ff. de contrahendne. emptio.* Brun. *in tractat. de minut. & deterior. n. 87. & 88. in 17. tom. tractat. & in tractat. de interitu, & peremptione, n. 55.* Molin. *de just. & jur. 2. tom. quæst. 340. col. 9. versic. quando res, quæ venditur.*

Aliud autem est in pignore, *l. domo 21. ff. de pignor. action.* ubi domo pignori data area ejus tene- 2
bitur, etsi domus ipsa comburatur, quia pars ejus est, *l. Paulus. §. domus, ff. de pignor.* nam quandiu domus est, area est ejus pars, aliàs verò minimè; quia domus non dicitur, quæ perfecta non est, *l. si is qui. 80. §. quædam legata*, ibi, *neque enim ullum* 3
balneum, aut ullum theatrum, aut studium fecisse intelligitur, qui ei propriam formam, quæ ex consummatione contingit, non dederit, ff. ad l. Falcid. unde deficiente domo, quæ non verificatur in area, deficit res, quæ est unum de tribus substantialibus venditionis, & eadem ratione cessat ususfructus etiam in area; quia mutatione rei perimitur, ut dictis juribus probatur, ex his, quæ diximus in Addit. ad Glos. 1. *dict. l. 25. tit. 31. part. 3.* quod secus est 4
in dominio, quod mutatione rei non extinguetur; quia quidquid ex re mea superest, meum est, *l. si servus, §. bove, ff. de condict. furt.* & in pignore, quòd etiam nunc extinguitur, etsi res pignorata transeat in aliam formam, si est reducibilis ad primam materiam, de quo vide Bart. *in leg. si convenerit. 18. §. siquis sic caverit, n. 3. 4. & 5. ff. de pignor.* quem sequitur Castill. *quotid. lib. 1. de usufruct. cap. 27. n. 21.* quem vide *à num. 19. usque ad fin. cap.* ubi rationem differentiæ, & alia in propositum tradit. Et Albert. Brunum. *in tractet. de refectione, num. 24, & 25.* ubi differentiam constituit inter jura realia, & personalia, *in 17. tom. tractat.* & vide Addit. ad Glos. *2. l. 15. tit. 13. inf.*

De quæstione utrum exusta domo, super qua census est impositus, reditus respectu areæ de- 5
beantur? Vide Addita ad Glos. *3. l. 28. tit. inf.* & ad Glos. *9. in fin.*

Et quid si fiat si majoria, & domus, ex qua instituta fuit, tempore dispositionis erat combusta igno- 6
rante ipso disponente, num area res majoriæ censeatur? Vide Alvarad. *de conjectura, mente, dict. lib. 2. cap. 4. n. 22.* ubi majoriæ esse docet, & hic non valere venditionem ratione doli, & deceptionis, inquit. Sed fallitur, quia ista non est ratio decisionis hujus legis, sed tradita *supra*, & majoria non finitur ex ausis, ex quibus ususfructus: nam non usufructuarius, sed dominus est vocatus ad eam, Glos. *leg. tit. 4. sup.* ubi vide Addit.

Quærit Tiraquel. *in tract. de retract. lignag. ad* 8
finem tit. n. 27. utrum in casu hujus legis possit consanguineus venditoris aream retrahere, & refert. Geral. Bag. & Nic. Boër. *in consuetud. Bituric. in tit. de retract. §. 4. in fine* tenentes retractui non esse locum, & ipse *ibi num. 74.* tenet contrarium, fretus inquit authoritate, *l. domo, ff. de pig.* sed ejus opinionem non probat, nam venditio respectu areæ non tenet, & cessante venditione retractus non procedit, & diversa ratio militat in pignore respectu areæ, quam militat in venditione, ut *suprà* diximus, ejus tamen opinio salvari poterit in casu Addit. Glos. 3. & 8.

SUMMARIUM.

1 *Venditio oliveti, vel vineæ non valet, si tempore venditionis exustæ, vel eradicatæ sint.*
2 *Venditio fructuum alicujus agri non valet, si emptore ignorante ultra dimidiam erant consumpti.*

ADDIT. GLOSS. II.

1 AD Glos. 2. Nota primo, venditionem arborum, oliveti, vel vineæ non valere, si tempore venditionis erant exustæ, vel eradicatæ, vide Addit. ad Glos. *antecedentem.* Et Adde Albertum Brun. *in tract. de diminutione, & deterioratione, num.* 28. & Glos. *fin. in l. si post.* 9. *ff. de periculo, & com. rei vendit.* quæ huic conclusioni videtur obstare. Dueñ. *reg.* 204. quem vide Mantic. *de tacit. & ambiguis. convent. lib.* 4. *tit.* 18. *num.* 33.

2 Nota secundò, non valere venditionem fructuum, qui tempore venditionis erant devastati in dimidiam partem, & vide Addit. ad dictam Glos. *antecedentem.* & Albert. Brun. *ubi sup.* qui Bald. doctrinam sequitur, & ponit exemplum in eo, qui emit piscationem alicujus lacus, cujus pisces anteà erant devastati emptore ignorante. Maut. *ubi sup.*

SUMMARIUM.

1 *Venditio domus, quæ pro parte combusta est, valet.*
2 *Interpretatio*, l. si duos. ff. de contrahen. empt.
3 *Emptio plurium rerum uno pretio an valeat quoad unam tantum.*
4 *Res non dicitur perempta, quando remanet potior pars ipsius.*
5 *Si major pars rei perierit an tota dicatur peremptа? et si postea reædificatur, an eadem res dicatur?*
6 *Pretium rei venditæ est minuendum pro rata partis in incendio consumptæ.*

ADDIT. GLOSS. III.

1 AD Glos. 3. Nota primò, valere venditionem domus, quæ pro parte est combusta tempore contractus inscius contrahentibus, si dimidia pars incombusta remaneat, Adde *text. in l. si post injectum prædium, ff. de per. comm. rei,* & Bald. *in d. l. domum.* 57. *ff. de cont. empt. per text. ibi.* Alb. Brun. *in dict. tract. de diminut. & deterior. n.* 76. 87. & 88. *sub* 17. *tom. tract.* Dueñ. *reg.* 204. *per tot.* ubi ponit regulam, & ampliat, & limitat. Mantic. *lib.* 4. *tit.* 18. *num.* 33. *vers. neque.*

2 Cui resolutioni non obstat *text. in leg. si duos,* 44. *ff. de contrab. empt.* ubi si quis duos servos emerit pariter uno pretio, quorum alter jam perierat tempore contractus, in superstite non constat emptio, licèt dimidia pars rei vendita sit; quia ut inquit Fulgos. *ibi,* quem sequitur Alb. Brun. *ubi sup. n.* 89. servus non est pars alterius, & sic non potest fieri distinctio, de qua *in dict. l. domum*, vel aliter, ut dicit Tiraquel. *in tract. de retract. lignag.* §. 23. *glos.* 1. *n.* 2. & 5. ex Glos. Alb. & aliis, *ibi*, quia fortè emptor eliàs non erat empturus, nisi utrumque simul † & emptio plurium rerum uno pretio facta,
3 an possit ratificari, vel valeat quoad unam tantum, & multa cumulat, *ibi*, & non in Glos. *l. infra hoc tit.* aliam rationem affert Morl. 2. *tom. de just. & jur. disp.* 340. *col.* 529. *vers. hæc eadem dicenda sunt*, ubi ideo procedere inquit, quia in casu, *dict. l. domum*, remanet area prædii, quæ præcipua pars est ædificii, & *in d. l. si duos* cum hoc non cernatur semper, ut valida sit venditio necesse est remanere partem majorem rei emptæ. Sed Fulgosii ratio, & Glos. magis placet.

Nota 2. *ex text.* quod si remanet potior pars rei, 4
non dicitur res perempta, & in ea durat actio, & obligatio, & valet contractus ejus respectu celebratus, *l. si grege, in fine ff. de leg.* 1. *domo, ff. de pign. action.* & est communis sententia ex Dyn. Bart. & Castrens. *in l. mortuo bove. ff. delegat.* 2. *& in leg. peculium*, §. 1. *ff. eodem.* Alber. Bruno *in tractat. de inter. & peremptor. n.* 27. *& 28. cum aliis in dict. n.* 17. unde si reficiatur, vel restauretur dicitur eadem res, ut latè comprobat ipse *ibi, n.* 47. *cum aliis, & n.* 16.

Si verò major pars uno contextu periret, & re- 5
ficiatur, non dicetur eadem res, quæ antea erat, sed diversa. Ut cum Petr. de Velap. Castrens. Alexand. & aliis, *in leg. quod si in rerum*, §. *fin. ff. de leg.* 1. tradit. Albert. Brun. *ubi sup. num.* 61. *& 62.* ubi latè explicat, & vide addita ad Glos. 1. *l.* 5. *tit.* 14. *infra hac partita.*

Nota 3. *ex text.* pretium rei venditæ esse mo- 6
vendum pro rata partis incendio consumptæ. Adde *l. licet certis, & leg. exceptio, C. locat. cap. propter sterilitatem de locato*, & Addita *ad l.* 22. *tit.* 8. *inf.* Tiraquel. *de retract. lignag. ad finem, tit. n.* 77. Dueñas, *dict. reg.* 204.

SUMMARIUM.

1 *Venditio sine re consistere non potest.*
2 *Vendens scienter rem combustam, tenetur ad interesse.*
3 *Juramento dicto casu interesse probabitur.*

ADDIT. GLOSS. IV. V. &c.

AD Glos. 4. Nota venditionem sine re non vale- 1
re, & vide Addit. ad Glos. 1. *sup. & ad l.* 11. *supra* Glos. 1. *num.* 1. Surd. *decis.* 326. *num.* 44. Cevall. *quæst.* 536. *num.* 40. Albert. Brun. *in dict. tr. de minut. & deterioratione, num.* 87. & 88. ubi tradit quod defectus corporis inducit defectum consensus.

Ad Glos. 5. Nota, venditorem, qui scienter ven- 2
dit rem combustam, vel destructam, teneri ad interesse emptori, qui ignoranter eam emit. Adde Alber. Brun. *in dic. tract. n.* 88. *vers. quod si plusquam dimidiam, ubi ex text. in dict. l. domum, vers. si autem. ff. de contrab. empt.* qui tradit in odium venditoris valere venditionem, si aliqua pars remansit, & venditorem teneri quanti interest emptori domum integram esse, & non destructam restituere; sed de jure nostro Regio *ex text. hic*, etiam si nota consumpta sit, & emptio non teneat, venditor tenetur emptori damna resarcire.

Ad Glos. 6. Nota interesse, ad quod venditor, 3
qui scienter rem pro parte combustam, & destructam vendidit, juramento in litem emptoris, præmissa judicis taxatione, probari. Et Adde Mascard. *de probat. conclus.* 535. *num.* 35. *& conclus.* 471. Seraphin. *de privileg. jurament. privil.* 31. *& ibi*, Benechen. Farinac. *in fragmentis*, 2. *par. verbo, juramentum, n.* 985. *& 986.* & Addit. ad Glos. 4. *l.* 7. *sup.*

unus, 5.

n. 5. & ad Glos. 7. *tit.* 3. *sup.* Ad Glos. 7. Vide Addit. ad Glos. 1. *n.* 1. ad Glos. 4. *sup.*

SUMMARIUM.

1 *Venditio rei pro parte combustæ sciente emptore valet, & tenetur ad pretii solutionem.*
2 *Item utroque sciente partis combustionem.*
3 *Paria delicta mutua compensatione tolluntur.*
4 *Declaratur procedere, quando dolus non fuit commissus circa diversa, & separata.*
5 *Qui certus est, amplius certiorari non debet.*
6 *Scienti non fit injuria, nec dolus.*

ADDIT. GLOSS. VIII.

1 AD Glos. 8. Nota 1. valere venditionem rei pro parte combustæ sciente emptore, & emptorem ad solutionem pretii teneri. Adde Albert. Brun. *in tractat. de diminut. & deterior. num.* 88. *vers. quod si emptor tantum,* 17. *tom. tractat.* Morl. *disput.* 304. *vers. quando res*; *ibi, quod si conscio emptore.* Pinell. *in l.* 2. *C. de rescind. vendit.* 1. *part. cap.* 2. *num.* 14. *vers. neque obstat.* Fachin. *lib.* 2. *controvers. juris, c.* 20. *col.* 4. *vers. ad legem domum litt. C.* Dueñ. *regul.* 204.

2 Amplia valere venditionem utroque sciente rei deteriorationem, & dolum cum dolo compensari. Adde Albert. Brun. Molin. *ubi sup.* Farin. *in* 1. *part. verb. delict. n.* 116.

3 Nota 2. quod paria delicta mutua compensatione tolluntur, & dolus cum dolo compensatur. Add. *cap. penul. de adulter. leg.* 2. *§. si publico, ff. ne quid in loco public. l. viro ut uxore, in fin. ff. solut. matrim.* Celsum Bargali. *in tractatu de dolo, lib.* 6. *regul.* 15. *num.* 1. *cum sequentib.* ubi jura, authoritates, & rationes plures affert in confirmationem hujus regulæ. Medicis. *in tract. de compens. at.* 1. *part. quæst.* 34. *cum sequentib.* Decian. *in tract. crimin. lib.* 2. *cap.* 33. *per tot.* Pacian. *de probat. lib.* 1. *cap.* 59. *per tot.* Farin. *ubi supra à n.* 110. Tusch. *lit. C. verb. compensatio, concl.* 489. *n.* 15. *cum aliis*, ubi tradit culpam cum culpa, moram cum mora, & pœnam cum pœna compensari, qui plures illationes, ampliationes, & limitationes ad hanc regulam tradunt.

4 Et intellige hanc regulam, quando uterque dolus non fuit commissus circa diversa, & separata, nisi tendant ad eundem finem. Et vide Farin. *ubi supra, num.* 129. qui alios laudat, & latè explicat.

5 Ad Glos. 9. Nota, qui certus est, non debere amplius certiorari, & vide Addit. ad Glos. 4. *l.* 32. *inf. num.* 1.

6 Nota secundò quod scienti non fit injuria, nec dolus, & vide Addit. ad Glos. 4. *l.* 56. *infra.* Et de quæstione, utrum venditor in casu hujus legis possit uti beneficio *l.* 1. *C. de rescinden. vendit.* vide Bald. *in l. domum in additione, ff. de contraben. empt.* ubi non habere locum dicit. Sed in contrarium est veritas, ut diximus.

LEX XV.

SUMMARIUM.

1 *Liber homo vendi non potest, etsi in futurum cum servus fuerit, fiat venditio.*
2 *Limitatur, si ignorans erit. Quæ differentia inter stipulationem, & venditionem liberi hominis sit remissive.*
3 *Pater an possit in extrema necessitate constitutus vendere filium?*
4 *Vendere se ipsum an quis possit? & an teneat venditio?*
5 *Æthiopum emptio, quæ sit frequenter, in substantia an sit licita?*
6 *Res sacra, religiosa, & sancta utrum vendi possit?*
7 *Res spiritualibus annexæ vendi non possunt.*
8 *Actio ad jus patronatus vendi non potest.*
9 *Sepulcrum vendi non potest.*
10 *Jus sepeliendi vendi potest.*
11 *Venditio rei sacræ effectæ profanæ valet.*
12 *Locus Ecclesiæ dirutæ, si spes reædificandi non adest, vendi potest.*
13 *Venditio rei sacræ pro redemptione captivorum, seu alendis pauperibus valet.*
14 *Rex pro defensione patriæ tempore necessitatis an possit aurum, & argentum Ecclesiæ tollere, tributa clericis imponere.*
15 *Vasa sacra atque conflatione aliis Ecclesiis possunt vendi.*
16 *Res immobiles Ecclesiæ, & quæ pro immobilibus habentur, licet non sint sacræ, nec religiosæ, non possunt.*
17 *Item res mobiles pretiosæ vendi possunt.*
18 *Mobilia pretiosa quæ dicantur?*
19 *Res Ecclesiæ permutari non possunt.*
20 *Venditio rerum sacrarum, seu Ecclesiæ, ut valeat, debet fieri cum solemnitatibus à jure requisitis.*
21 *In alienatione rerum Ecclesiæ duo copulative requiruntur, solemnitas, & causa.*
22 *Refertur opinio dicentium non requiri copulative, quòd adsint solemnitates, & causa.*
23 *Tenenda.*
24 *Etsi ex venditione resultet evidens utilitas Ecclesiæ, debet fieri cum solemnitatibus.*
25 *Contrahentes sine solemnitatibus excommunicationem incurrunt.*
26 *Emens rem Ecclesiæ sine solemnitatibus, est in mala fide, & ad restitutionem fructuum tenetur.*
27 *Quæ causæ justificent alienationem rerum Ecclesiæ, & quando dicatur adesse necessitas alienandi.*
28 *Pretium rei emptæ an emptori incumbat probare fuisse versum in debiti solutionem.*
29 *Venditio quando causa utilitatis licita dicatur.*
30 *Evidens utilitas quæ dicatur, & an simpliciter sufficiat utilitas? an vero evidens utilitas requiratur.*
31 *Venditio rei sterilis Ecclesiæ valet, & non attenditur, si post contractum fructuosa fuit facta.*
32 *Ecclesia non restituitur ex læsione superveniente.*
33 *Differentiæ, quæ versantur inter alienationem rei Ecclesiæ, quæ fit ex causa necessaria, seu utili.*
34 *Solemnitas requisita in alienatione rerum Ecclesiæ in causæ cognitione, & tractatu consistit.*
35 *Tractatus debet præcedere vocationi capituli.*
36 *Omnes capitulares generaliter debent citari.*
37 *Illi,*

37 *Illi, qui ſunt præſentes, tantum ſunt vocandi.*
38 *Caſus, in quibus ſunt vocandi abſentes.*
39 *Qui habitat extra urbem prope ipſam an reputetur abſens?*
40 *In dictis congregationibus debent adeſſe duæ partes ſaltem ex tribus capitularium.*
41 *Si vocati fuerunt omnes, vel ad minùs duæ partes, quia alii vocari non potuerunt, an valeat factum per eos, qui venerunt.*
42 *Qui vocati fuerunt, & noluerunt venire, ſed alienos à capitulo faciunt.*
43 *Quoad alienationem bonorum immobilium civitatis expectandæ ſunt duæ partes.*
44 *Notarius, cum de alienatione rerum civitatis agitur, debet dare fidem, quòd major pars capitularium, ſeu decurionum intervenerit.*
45 *Quando in actu intervenerunt perſonæ inhabiles, ſi nomina eorum exprimantur, actus vitiatur.*
46 *Major pars duarum partium ſufficit quòd conſentiat.*
47 *Nomina ſingulorum ſubſcribi debent, etſi non ſint ejuſdem voti.*
48 *In venditione rerum Eccleſiæ nomina ſingulorum de capitulo ſcribere non eſt neceſſe.*
49 *Tractatus non probatur per verba enuntiativa inſtrumenti; ſed requiritur alia probatio.*
50 *Et an unus tractatus ſufficiat, ſeu tres requirantur?*
51 *Actus ordinatus per capitulum, ſi conſtet de voluntate concilii, valet. etſi in vocatione, & propoſitione non ſit ſervatus modus, ſeu forma.*
52 *Conſenſus capit. ultra tractatum deſideratur.*
53 *Item authoritas, & conſenſus Epiſcopi. Sede vacante capitulum non poteſt alienare bona abſque aſſenſu Apoſtolico.*
54 *In alienatione rerum Eccleſiæ inferiorum tractatus non requiritur, ſed conſenſus rectoris, & licentia Epiſcopi, & juſta cauſa.*
55 *Patroni conſenſus an requiratur in alienatione rei patronatus?*
56 *Subhaſtatio an ſit neceſſaria in alienatione bonorum Eccleſiæ?*
57 *Res Eccleſiæ utrum danda ſit ei, qui juſtum pretium dat, vel cis, qui plus juſti offerunt.*
58 *Bona mobilia pretioſa abſque prædicta ſolemnitate alienari non poſſunt.*
59 *Item bona mobilia ſe moventia.*
60 *Item annui reditus alienari abſque ſolemnitate non poſſunt.*
61 *Item annui reditus ſuper re Eccleſiæ abſque ſolemnitate non poſſunt imponi.*
62 *In conceſſione capellæ eadem ſolemnitas, quæ in alienatione bonorum immobilium, requiritur.*
63 *Item in alienatione juris patronatus.*
64 *In conceſſione juris patronatus laicalis ſola Epiſcopi authoritas ſufficit.*
65 *Bona capellæ alienari non poſſunt, quando ſuperioris auctoritate eſt fundata.*
66 *Si abſque Epiſcopi auctoritate ſit fundata, ut in illa ſuccedant clerici de parentela, abſque ſolemnitatibus bona immobilia alienari poſſunt.*
67 *Item, etſi fundata eſſet ab Epiſcopo, ſi fundavit bonis propriis.*
68 *Pactum futuræ ſucceſſionis in dictis capellaniis non eſt ſimoniacus.*
69 *Dictæ capellaniæ poſſunt obtineri à laicis & à fœmina, niſi fundator aliud declaret.*
70 *Item ad ejus obtentionem non requiritur ætas, & ipſius ratione tenetur ad recitandum; nec ipſius prætextu poterit ordinari; nec Epiſcopus in tali capellania jus inſtituendi, nec viſitandi habet.*
71 *In tranſactione eadem ſolemnitas requiritur, ac in quavis ſpecie alienationis.*
72 *Item in inciſione arborum fructiferarum.*
73 *Ad inciſionem ſilvæ ceduæ non requiritur ſolemnitas.*
74 *Item quando arbores fructiferæ ſunt vetuſtæ.*
75 *Item quando ex inciſione fundus efficeretur fructuoſior.*
76 *Ad alienationem bonorum monaſterii, ſi ſubjaceat Epiſcopo, vel ſuæ religionis Abbati, quæ ſolemnitas requiratur?*
77 *Et an dicta ſolemnitas requiratur ad alienationem bonorum acquiſitorum monaſterio per ingreſſum alicujus monachi.*
78 *Relicta monaſterio incapaci abſque ſolemnitatibus alienari valent.*
79 *Ad alienationem bonorum monialium an ſufficiat auctoritas miniſtri Provincialis, vel Generalis?*
80 *Ad alienationem bonorum hoſpitalis eadem ſolemnitas requiritur, quæ ad alienationem bonorum Eccleſiæ.*
81 *Hoſpitale quando locus pius dicatur: Itidem & confraternitates; & quæ ſolemnitas ad alienationem bonorum requiratur, ſi auctoritate Epiſcopi ſint fundatæ.*
82 *Quando ſine conſenſu Epiſcopi ſunt erectæ, ad ipſarum bonorum alienationem eadem ſolemnitas requiritur, quæ in alienatione rerum profanarum univerſitatis.*
83 *Sub cujus protectione ſint, & à quo ſint vitandæ.*
84 *Quæ ſolemnitas requiratur ad alienationem bonorum univerſitatis, remiſſive.*
85 *Quando Summi Pontificis intervenit auctoritas, an alia ſolemnitas requiratur?*
86 *Cauſæ requiſitæ ad alienationem auctoritate Pontificis non ſupplentur.*
87 *An præſumantur interveniſſe ex longi temporis curſu.*
88 *Terrulæ modici valoris abſque ſolemnitate poſſunt alienari, & cujus valoris debeant eſſe.*
89 *Alienatio utilis Eccleſiæ reſpectu contrahentium cum ea valet.*
90 *Bona, quæ Eccleſia, vel monaſterium ex legis, vel ſtatuti diſpoſitione non poteſt obtinere, abſque ſolemnitate an poſſit alienari.*
91 *Res ſemel effecta alienabilis efficitur perpetuò alienabilis.*
92 *Res ſolitæ concedi in emphyteuſim, ſi iterum ad Eccleſiam recurrantur, poſſunt iterum emphyteuticari ſine ſolemnitate.*
93 *Iuramentum de non alienando ſine Papæ licentia non continet ſolita alienari.*
94 *Res ſemel diviſibilis in futurum dividi debet.*
95 *Extravagans* ambitioſæ, de rebus Eccleſiæ, non alienandis, *an corrigat ſupra tradita.*
96 *Extravagans prædicta an ſit in uſu recepta?*
97 *Epiſcopi an incurrant in periurium ex alienatione utili, & neceſſaria Eccleſiæ.*

98 *Referuntur*

98 *Referuntur plures casus, in quibus inconsulto Romano Pontifice tenet alienatio.*
Quando summa alienandi inest necessitas, alienatio inconsulto Pontifice facta tenet.
Permutatio inter Ecclesias de bonis Ecclesiæ. Et alii casus usque ad duodecim referuntur remissivè.

99 *Ecclesia Læsa in integrum restitutionem coram quo judice petit.*

100 *Alienatione revocata pretium restituendum est emptori: & emptor ad restitutionem fructuum an teneatur.*

101 *Assensus Pontificis an longi temporis cursu præsumatur?*

102 *Bona, in quorum titulo Clericus est ordinatus, consensu alienari.*

103 *Limitatur quando Clericus habet beneficium Ecclesiasticum.*

104 *Item in patrimonio Clerici in minoribus ordinibus constituti.*

105 *Quæ causæ sint, ut Episcopus det licentiam, ut bona patrimonii Clerici alienari possint.*

106 *De aliis quæstionibus, & de differentia inter alienationem bonorum minoris, & Ecclesiæ remissive.*

ADDIT. GLOSS. I.

1 AD Glos. 1. Nota 1. liberum hominem vendi non posse. Adde. *l. sed Celsus, 6. ff. de contrah. empt. l. si in emptione. 34. §. liberum hominem, ff. eodem.* Petr. Gregor. *syntagm. juris, lib. 25. cap. 7. n. 1.* Cardin. Franc. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib. 4. tit. 5. n. 6.* Nicol. Mozz. *de contractib. in tract. de empt. & vendit. capit. de reb. quæ vendi, & emi, n. 30.* Scac. *de commer. §. 1 quæst. 1. num. 556, vers. exemplifica secundò.* Ludovic. Cens. *de censibus, part. 1. cap. 3. quæs. 1. artic. 6. n. 15.* Molin. *de just. & jur. 2. tom. disput. 340. vers. homo lib. col. 530.* Azor. *inst. moral. part. 3. lib. 8. de empt. & vendit. cap. 6.* Medin. *in suis tract. tom. 2. tit. de reb. restit. quæst. 130. vers. secundo modo.* Ludovic. Lopez. *de contract. lib. 1. c. 4. vers. præterea in fin.*

Amplia non valere, etsi in futurum emptio fiat, cum servus erit, quia non est fas hujusmodi casus spectare, *d. §. liberum hominem.*

2 Limita 1. si ignoranter liberum hominem pro servo quis comparaverit. *dict. l. & liberi hominis 4. dict. l. sed Celsus, 34. §. liberum hominem, l. qui offisii 72. §. 1. ff. de contrahend. empt.* ubi ex empto actio datur adversus venditorem in id, quod interest emptori, & ad hunc effectum venditio dicitur valere, Mantic. & Molin. *ubi sup.* Pichar. *in §. idem juris. 1. n. 13. inst. de inutil. stipul. ubi in n. 9.* differentiam, quæ est inter venditionem, & stipulationem liberi hominis tradit.

3 Limita 2. in patre, cui de jure civili licet filios urgente necessitate vendere. Petr. Gregor. *dict. c. 7. n. 2.* ubi tradit hoc matri nunquam licuisse. Covar. *lib. 3. var. cap. 14. num. 4.* Molin. *disput. 33. vers. sciendum est etiam, col. 147.* Pat. Azor. *ubi sup.* sed hæc venditio in usu apud Christianos non est.

4 Limita 3. si quis major viginti quinque annis se ipsum vendi patiatur ad pretium participandum, sciens conditionem suam liberam, & ignorante emptore, *l. si ministerium. l. non ideo, l. si quas sciens, §. si cui autem. ff. de jure personar. l. cum pacto. ff. de lib. caus.* Pet. Gregor. *num. 1.* Scac. *vers. restringe secundò.* Molin. *vers. tertius titulus est, ubi sup.* qui multis authoritatibus sacræ scripturæ venditionem hujusmodi licitam fuisse comprobat. Navarr. *in man. cap. 23. n. 96.* Pat. Azor. *vers. quartò quæritur, ubi sup.* † Æthioporum, seu Indorum emptio an sit licita. Vide Navarr. *in man. cap. 17. n. 96.* Pat. Molin. *disput. 35. conclus. 4.* Rebell. *de obligat. just. part. 1. lib. 1. quæst. 10. sect. 2. per tot.* Azor. *vers. quintò quæritur, ubi sup.* Franc. Grat. *de contract. cap. 17. n. 2. conclus. 2.* Ludovic. Lopez. *vers. in superius, & cap. 5. vers. igitur.* 5

Nota 2. *ex text.* rem sanctam, religiosam, aut sacram vendi non posse. Adde, *l. sacra loca, §. fin. ff. de rerum divis. inter stipulantem, §. sacram, ff. de verb. obligat. l. 22. tit. 21. inf. hac part.* & *ibi* Addit. Greg. *cap. 7. num. 3.* Covarr. *lib. 2. variar. cap. 16. num. 8.* Ant. Gomez. *2. tom. variar. cap. 2. num. 50.* Mantic. *dict. tit. 5. num. 7. cum aliis.* Parlador. *lib. 2. rer. quotidianar. cap. fin. 5. part. §. 3. num. 26.* Moz. *de contractib. tit. de emp. & vendit. cap. de rebus, quæ vendi, & emi pos. num. 24.* Scac. *ubi sup. vers. exemplifica in tertio, cum sequent.* ubi in crimine læsæ religionis incidere ait, & venditorem non valere, etsi vendantur in tempus, quo tales non fuerint, *& in vers. res sua natura,* ubi res sacras invendibiles refert. Molin. *disp. 340. col. 530.* Amat. Rodrig. *de execut. sentent. cap. 5. num. 66.* Pat. Azor. *cap. 5. ubi sup.* 6

Est enim omni jure venditio rerum divinarum, & sacrarum prohibita, & qui emit Simoniacus, & qui vendit Giezita dicitur à duobus hujus sceleris authoribus Simon Magus, & Giezi, De hujus criminis detestatione, & pœna, Vide *tit. de simonia,* ubi doctores, *l. 1. cum aliis, tit. 12. part. 1.* ubi vide Add. & de ea agunt Theologi *in 4. distin. 25.*

Amplia 1. ut neque spiritualibus annexa vendi possint, ut jus patronatus, quod si vendatur, simonia committitur, *cap. quæsitum, de rer. permutat. cap. nulla, cap. nemini. 16. quæst. 7. cap. de jure jur. patronat. cap. quærelam, de simon.* Concil. Trident. *sess. 25. de reformat. cap. 9. vers. dictum jus, l. 8. tit. 15. p. 1.* & ibi Addit. ad Glos. 9. 7

Amplia 2. in actione ad jus patronatus. Ricc. *in prax. for. Eccles. decis. 214. n. 290.* ubi latè fundat, & contrariis satisfacit. 8

Amplia 3. sepulturam vendi non posse, ut is, cui datur, dominus ejus efficiatur, quia est locus sacer, & etiam auctoritate Episcopi fieri non potest ex traditis, *num.* Navar. *de sepulturis, cons. 1. n. 1.* Lambert. *de jur. patron. lib. 3. quæst. 5. artic. 4. n. 1. & quæst. 9. artic. 9. num. 1. cum sequent.* Parlador. *in sesquicen. differ. 66. §. 2. num. 7.* Gregor. Lopez. *in l. 1. tit. 13. part. 1.* ubi vide Addit. Molin. *de primogen. lib. 1. cap. 24. num. 39.* ubi merito reprehendunt Felin. *in cap. quanto, de jud. num. 4.* & Joann. Fabr. *in §. religiosum, Instit. de rer. divis.* tenentes posse sepulturam vendi pecunia numerata, sicut aliæ res venales. Quod absque labe simoniæ fieri non posse cum Gregor. Lopez. & Molin. tradit Spin *in specul. testament. glos. 2. prin. num. 35.* Garc. *de expensis, & melior. cap. 8. num. 51. versic. bodie tamen.* ubi hoc verissimum dicit. † Jus autem, & usus sepeliendi ratione situs, & loci dignioris capellæ, seu sepulturæ rectè vendi potest, & ratione hujus usus sepulturæ potest alios impedire, ne ibi sepeliantur. Archidiac. *in cap. præcipienti, 12. quæst. 2.* Lambert. *dict. quæst. 5. art. 4.* Spin. *numer. 32. in fin. ubi sup.* Gratian. *decis. 26.* ubi de hac materia agit, & cappellam de consuetudine vendi posse resolvit Ric. *in prax. decis. 40.* idem Riccius, *3. part. collect. 649.* Garc. *ubi sup. dict. num. 51. versic. unde laicus,* ubi 9 10

multis

multis authoritatibus comprobat: & limitat, si interveniſſet magna cauſa, ut puta peſtis, quo caſu nulla ratio ſepulcrorum habendæ eſt. Alia de ſepulturis vide apud Spinum, *in dict. glos.* 2.

11 Limita 1. ſi res ſacra profana fiat, nam quamvis fieri non debeat, *l. in tantum §. quod ſemel, ff. de rer. diviſ. §. ſacra. inſt. eod. cap. quæ ſemel.* 19. *quæſt.* 3. tamen aliquando contingere poteſt, ut ſi capiatur res ab hoſtibus, *l. cum loca.* 36. *ff. de relig. & ſumpt. fun. cap. paſtoralis.* 7. *quæſt.* 1. vel conflatione, vel confractione vaſorum ſacrorum *auth. præterea. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* & *ibi.* Glos. *fin.* Petr. Gregor. *dict. cap.* 7. *lib.* 25. *n.* 5. Albert. Brun. *in tract. de interit. & perempt. num.* 14. *&* 17. *in* 17. *tom. tract. DD.* ubi quid de Eccleſia deruta, & *cap. Eccleſiis, de conſecrat. diſtinct.* 1. & *ibi* Turrecremat. Innocen. *in rubric. de conſecrat. Eccleſ. vel altaris.* Ricc. *in prax.*

12 *fori Eccleſ. de alien. rer. Eccleſ. deciſ.* 78. *n.* 5. † ubi dicit, quòd locus Eccleſiæ dirutæ auctoritate Epiſcopi poteſt vendi, ſi non adeſt ſpes reædificandi; quia non gaudet immunitate Eccleſiæ, item locus Eccleſiæ profanatæ, *ibidem num.* 1. *cum aliis.* ubi alios laudat.

13 Limita 2. pro redemptione captivorum, & alendis pauperibus quando aliundè non poſſunt ali, tunc enim omnia bona Eccleſiæ poſſunt alienari, *cap. aurum Eccleſia habet.* 12. *quæſt.* 2. *l. ſancimus.* 17. *C. de ſacr. Eccleſ.* & *ibi* Glos. & Bart. Covar. *lib.* 2. *variar. cap.* 16. *num.* 8. Felician. *de cenſib. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 7. Mantic. *lib.* 4. *tit.* 5. *num.* 13. *dict. auth. præterea. C. de Sacr. Eccleſ. l.* 1. *tit.* 14. *p.* 1. & *ibi* Gregor. Lopez. Glos. 4. 5. *&* 6. *n.* 2. *&* 3. ubi vide. Addit. Gutierr. *lib.* 3. *quæſt.* 8. *n.* 2. *&* 3. Ceval. *quæſt.* 578.

14 *num.* 6. † ubi *à n.* 2. comprobat pro defenſione patriæ tempore neceſſitatis poſſe Regem aurum, & argentum Eccleſiarum tollere, & eis, & Eccleſiaſticis perſonis tributa imponere, cum non minus illi, quàm cæteri ab inimicorum incurſu defendantur, & vide Addita ad Glos. 11. *l.* 9. 9. *tit.* 4. *ſup. hac part. n.* 4. Molin. *diſput.* 468. *verſ. ſecunda concluſio.* ubi tradit, quando ad alienationem horum bonorum poſſit deveniri. † Si vaſa ſacra aliis Eccleſiis

15 vendantur, ſine conflatione vendi poſſunt; ſecus ſi aliis perſonis, *l.* 2. *tit.* 14. *part.* 1. & *ibi* Add. Limita tertiò ut in Glos. 4. *inf. hac. l.*

16 Res quoque immobiles Eccleſiarum, & quæ pro immobilibus habentur, licet non ſint ſacræ, nec religioſæ, regulariter diſtrahi, & vendi, & alienari nequeunt. *cap.* 1. *cap. ſine exceptione.* 12. *quæſt.* 2. *& per tot. cap.* 1. *cap. nulli. cap. ſi quis preſbiterorum, cap. Epiſcopi, & in tot. tit. de rebus Eccleſiæ non alienand. in decretal. & in lib.* 6. *& in Clem.* 1. *eodem tit. cap. tua nuper. de his quæ fiunt à prælat. ſine conſen. & in authent. de reb. Eccleſ. non alien. col. jubemus, auth. hoc jus porrectum. C. de ſacroſanct. Eccleſ. & inſtit.* 7. *Novell. Imperatoris Juſtin. in prin. l.* 1. *tit.* 14. *part... l.* 24. *tit.* 32. *part.* 3. & *ibi.* Addit. *l.* 7. *tit.* 2. *lib.* 2. *recomp.* & ultra antiquiores, quos laudant, & ſequuntur Caſtill. *lib.* 1. *quæſt.* 54. *n.* 4. Felic. *de cenſib. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 7. *verſ. res vero Eccleſiaſticæ.* Valenz. *conſ.* 3. *num.* 1. *cum aliis.* Borell. *deciſ. tom.* 1. *tit.* 15. *de reb. Eccleſ. non alien. num.* 1. ubi plures decidentes cumulat. Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſcop. allegat.* 95. ubi auctores de hac materia agentes congerit. Fillucius. *de ſtat. cleric. in tr.* 44. *de alien. rer. Eccleſ. cap.* 1. ubi late proſequitur hanc materiam.

17 Amplia hanc prohibitionem ad bona mobilia pretioſa, quia immobilibus æquiparantur *in extrav. ambitioſæ*, & pari paſſu ambulant in hac materia, *l. ſancimus, C. de ſacroſan. Eccleſ. l. lex quæ tutores, C. de adminiſt. tutor.* Abb. *in c. nulli de rebus Eccleſiæ non ali.* Filliuti, *cap.* 4. *num.* 22. Barboſ. *num.* 39. *ubi ſup.* † mobilia pretioſa dicuntur vaſa aurea, argen- 18
tea, pretioſæ veſtes, & alia, quæ commodè ſervari poſſunt. Molin. *diſput.* 465. *num.* 4. Rodoan. *de reb. Eccleſ. non alien. quæſt.* 8. Ricc. *in prax. fori Eccleſ. dec.* 61. ubi exemplificat quæ pretioſa dicantur. Barboſ. *num.* 39. *ubi ſup.*

Ea enim. quæ in ſe invariata, vel in ſtatu æquivalenti poſſunt adhibita cuſtodia ad longum tempus permanere, ut grex ovium, & armentum, quia ſervando ſervari poſſunt, inter immobilia computantur, & eorum alienationi prohibitæ Abbas, *in dict. cap. nulli. num.* 8. *de reb. Eccleſ. non alien.* Navarr. *in dict. cap. ſine exceptione.* 12. *quæſt.* 1. Rodoan. *dict. quæſt.* 8. Molin. *diſput.* 464. *num.* 4. Filliucius, *dict. cap.* 4. *num.* 24. ubi alios adducit, & ad fructus gregum hanc prohibitionem non extendi ex ſupra dictis tradit, & vide eum per totum illud capitulum, ubi quæ rerum Eccleſiarum nomine intelligatur latè diſcutit, addit. *ſup. ad* Glos. *l.* 4. *num.*

Amplia 2. ut nec permutari poſſit, quia eſt ſpe- 19
cies alienationis, ut latè comprobat Valenzuel. *d. conſ.* 3. *num.* 4. *cum aliis* & vide Addit. ad Glos. *l.* 4. *ſup. hoc tit. n.* ubi latè egimus ad quos contractus ſe ſe extendat prohibitio alienationis bonorum minoris.

Intellige caſus ſupra traditos, in quibus diximus, 20
res ſacras vendi non poſſe, niſi juſta cauſa, & ſolemnitas intervenerit, nam cauſa, & ſolemnitate interveniente venditio, & alienatio rerum Eccleſiæ permittitur, *cap. ſine exceptione,* 12. *quæſt.* 2. *cap. cum Apoſtolica. cap. tua nuper, de his quæ fiunt à prælato ſine conſen, capituli. cap.* 1. *&* 2. *de rebus Eccleſiæ non alienandis in* 6. *Clementin.* 1. *eodem tit. l.* 1. *&* 2. & *ibi* Greg. Lopez. *tot.* 14. *p.* 1. *tit.* 18. *part.* 3. ubi vide Adde Glos. *verb. alienare, in cap. nulli, de reb. Eccleſiæ non alien.* Surd. *conſ.* 115. *num.* 2. Rodoan. *de rebus Eccleſiæ non alien. quæſt.* 4. *de rer. mobil. alienatione. n.* 14. *& quæſt.* 12. *num.* 33. *&* 34. *&* 9. 36. *n.* 17. *& quæſt.* 51. *num.* 21. Covarr. *lib.* 1. *var. cap.* 17. *n.* 2. Sarmient. *de redit. Eccleſ.* 1. *part. cap.* 2. ubi fusè, & eruditè de materia agit, Cavalc. *dec.* 35. *n.* 91. *&* *deciſ.* 451. *n.* 33. *part.* 1. Magon. *deciſ. Flor.* 69. *n.* 4. *&* 8. Joſeph. Ludovic. *deciſ. Peruſ.* 93. *num.* 15. Faber. *in ſuo Cod. lib.* 4. *tit.* 38. *diff.* 6. Cornac. *deciſ.* 74. *&* *deciſ.* 67. *Rotæ. Lucen.* Valenzuela *n.* 4. Camill. Borrel. *ubi ſup.* Molin. *diſp.* 468. *verſ. ſecunda concluſio.* Filliuc. *tract.* 44. *de alien. rer. Eccleſ. cap.* 5. *n.* 5. Vaſquez. *de redit. in fin.* Azor. *lib.* 9. *cap.* 1. & vide Ricc. *in collectanea.* 46. ubi Aarias deciſiones in hac materia tradit, ex quibus hæc materia clarior redditur.

Et quòd copulativè hæc duo, nempe ſolemni- 21
tas, & cauſa, in alienatione rerum Eccleſiarum requirantur, receptiſſimum eſt penes DD. *in dict. c.* 1. *de reb. Eccl. non alien. in* 6. *& in d. Clem.* 1. Dec. *conſ.* 142 *num.* 4. Jaſon. *conſ.* 54. *lib.* 1. Rimin. *conſ.* 233. *vol.* 3. Menoch. *conſiſil.* 872. *lib.* 9. Guid. Pap. *dec.* 156. Marc. *deciſ.* 35. *p.* 1. Rota *diverſ. dec.* 278. *n.* 1. *part.* 2. Magon. *dec. Flor.* 69. *n.* 4. Covar. *lib.* 2. *var. cap.* 17. *n.* 2. ubi multos ex antiquioribus allegat, & latè explicat. Sarm. *lib.* 1. *de redit. Eccleſiaſt. ap.* 2. *n.* 1. *cum aliis.*

Licet non deſint, qui ſufficere cauſam neceſſa- 22
riam, vel evidentem utilitatem Eccleſiæ abſque ſolemnitatibus, vel ſolemnitates abſque cauſa, teneant, quos referunt Covarr. & Sarm. *ubi ſup.*

Natta

Natta. *consil.*441. *n.*29. Rota diverſ. *dec.*25. *p.*3. *n.*3. *&* 4.

Sed primam opinionem, ſcilicet quòd unum
23 ſine alio non ſufficiat, ſed utrumque ſimul requiratur, ultra *ſupra* citatos tenent Rota Rom. apud Ludovic. Cenſium *poſt tractatum de cenſibus, dec.* 8. *n.* 6. *&* 7. Barbat. *conſ.*40. *lib.*1. Roland. *conſ.*15. *lib.* 1. Rimin. Jun. *conſ.*55. *vol.*4. Honded. *conſ.*31. *n.*14. Simon. de Pret. *conſ.*38. *n.*13. *lib.*1. Granat. *deciſ.*79. Capit. *deciſ.*105. *&* *deciſ.*113. *n.*81. Franch. *dec.*35. *n.*1. *&* 8. Vivius. *deciſ.*145. *n.*1. Ricc. *prax. fori Eccleſ. dec.*12. *n.*2. Caſtill. *lib.*1. *c.*54. *n.*8. 11. *&* 12. ubi alios allegat. Fontan. *clauſ.*4. *gloſ.*13. 1. *p. n.*9. ubi multos refert. Mantic. *lib.*4. *tit.*7. *n.*55. ubi plures recenſet. Valenz. *dict. conſ.*3. *n.*17. ſolemnitatem de forma eſſe dicit, & vide Addit. ad Gloſ. 7. *l.*4. *ſup. hoc tit.*

Amplia 1. etiam ſi conſtaret de evidenti utilitate
24 Eccleſiæ, & ipſa Eccleſia vellet ſtare contractui. Franc. *dec.*55. Balbus *deciſ.*90. Theſaur. *fori Eccleſ.* 1. *p. c.*15. *n.*74. Ricc. *ubi ſup. verſ. amplia.* 1. *&* *n.*1. vide Addit. ad *dict.* Gloſ. 7.

Amplia 2. adeò non valere una deficiente, quòd
25 contrahentes ultra nullitatem actus in excommunicatione incurrant Papali, de qua *in extrav. ambitioſæ de reb. Eccleſ. non alien.* Put. *deciſ.*3. *n.*1. *p.* 2. Rota. *diverſ.*896. *p.*3. Balb. *deciſ.*22. Cacher. *deciſ.* 167. *n.*2. *&* 3. Ricc. *dict. deciſ.*12. *n.*5. *verſ. amp.*2. de quo vide *inf. n.*71. *&* 72. & *l.* 11. *tit.* 14. *p.*1. & *ibi* Add. ubi de aliis pœnis, in quibus contrahentes incurrunt, agitur.

Amplia 3. ut rem aliter alienatam retinens, uti
26 malæ fidei poſſeſſor eam cum fructibus reſtituere tenetur, *c. nulli liceat.*12. *q.*2. Franch. *deciſ. Neapol.* 35. *n.*1. 2. *&* 8. Borrell. *ubi ſup. n.*42. Mag. *dec. Flor.* 91. *n.*17. Jul. Oradin. *deciſ. noviſ. Rom.*14. *n.*5. *vol.*1. & vide Addit. ad Gloſ. 11. *l.*4. *ſup. hoc tit.* Cauſæ, ex
27 quibus licita eſt alienatio, ſunt neceſſitas, & utilitas, neceſſitas, ut debitum Eccleſiæ ſolvatur, *c. ſicut, c. hoc jus porrect.*12. *q.*2. *c.*1. *de reb. Eccleſ. non alien. Clemen.*1. *eod. tit. l.*63. *tit.*18. *p.*3. *& ibi,* Add. ad Gl. 1. Petr. Greg. *ſyntagm. lib.*25. *c.*8. *num.*4. Rebuff. *in comp. de alien. rer. Eccleſ. n.*9. *&* 71. *verſ. & melior.* Joſeph. Lud. *deciſ. Peruſ.*93. *n.*15. *cum aliis.* Mantic. *lib.*4. *tit.*7. *n.*22. vide *l.*1. *tit.*14. *p.*1. *& ibi,* Add. ubi ſex cauſæ referuntur, ex quibus licita eſt alienatio, de quibus Vide Gofred. de Tran. *in ſumm. de reb. Eccleſ. non alien. col.*1. *verſ. prohibetur.* Præpoſ. *in c. non licet Pap.*12. *q.*2. Rodoan. *de reb. Eccleſ. non alien. rub. de cauſ. propter quas fiunt alienationes, per tot. fol. mihi.*112. qui poſtea facit alias tres rubricas, *rub. de cauſa utilitatis, fol.*122. *rubric. de cauſa pietatis, fol.* 137. *rubrica de cauſa incommoditatis, fol.* 142. Menoc. *de arbitr. judic. lib.*2. *cent.* 2. *caſu.* 177. Navar. *conſ.*1. *tit. de reb. Eccleſ. non alien. vol.*1. Fabr. *in ſuo C. lib.*4. *tit.*38. *defini.*6. Magon. *deciſ. Flor.*69. *n.*4. *&* 8. Roder. Suar. *alleg.*21. *&* Catuill. Borrell. *ubi ſup. n.* 2. ubi quatuor cauſas aſſignat, neceſſitatis, pietatis, utilitatis, & vitandæ incommoditatis, & plures de eis agentes cumulat. Et vide Addita ad Gloſ. 2. *l.*3. *tit.*1. *ſup. hac p. à n.*14. Et de quæſtione,
28 utrum emptori incumbat onus probandi pretium rei emptæ non verſum fuiſſe in debiti ſolutione, Vide ibi, & Nolin. *diſp.*468. *verſ.*2. *concluſio.*

Utilitas, ut ſi Eccleſia habeat rem, quæ plus in-
29 commodi, quàm utilitatis afferat, nam licita eſt venditio, ſeu permutatio, *c. ſine except.* 12. *q.* 2. *c. ut ſuper in fin. de reb. Eccleſ. non alienan.* Per. Gregor. & Mantic. *n.*26. *cum aliis, ubi ſup.* & quando bona eſſent aquoſa, ſilvoſa, ſterilia, inundata, & infructuoſa, ut poſt multos concludit. Cavalcan. omnino videndus, *deciſ.*45. 1. *p. n.*34. Cap. *deciſ.*37. Aloyſ. Ric. *in prax. for. Eccleſiaſt. in prin. c. cauſæ.* Molin. *d. diſput.*468.

Et dicitur evidens utilitas in hac materia, quæ 30
ita clarè, & manifeſtè apparet, ut de ea dubitari non poſſit, ut cum Bellam. *in d. c. ſine exceptione.* Barbat. *conſ.*40. *col.*1. Roland. *conſ.*15. *vol.*1. tradit Ric. *ubi ſup.*2. *&* 3. ubi alios allegat, & ea, quæ omnibus pateat. Mand. *in praxi ſigna gratiæ, ſi in evidentem in prin.*2. *col. rub.*98. & Ric. *ubi proxime,* ubi etiam tradit, quòd non ſufficit utilitas, ſed evidens requiritur ex Præpoſito, & Bellam, *in c.*1. *de reb. Eccleſ. non alien. in* 6. Bal. *conſ.*156. *lib.*1. Rodoan. *de reb. Eccleſiæ non alien. rubric.* 19. *de cauſa utilitatis, num.*82. *cum ſequent.* alia Vide per Ric. *ubi ſup.* qui ſex ampliationes tradit.

Sufficit enim quòd tempore contractus res Ec- 31
cleſiæ ſit ſterilis, ſeu inſtructuoſa; & non habetur conſideratio, quòd poſtea fiat pretioſior; nam tempus alienationis inſpicitur ad inquirendum, an Eccleſiæ fuerit utilis. Plat. *in l.* 2. *ad finem, in* 5. *notab. C. de præd. & omni, reb. navic. lib.*10. & hanc veriorem, & magis communem dicunt Socin. *conſ* 48. *n.*3. *lib.*4. Corn. 15. *n.*9. *lib.*4. Cravet. 188. *n.*4. *&* 114. *n.*15. Seraph. *dec.*366. *n.*1. *p.*1. & Eccleſia non reſtituitur ex læſione ſuperveniente. Calder. *conſil.*5. 32
de rer. permut. Cravet. *dict. n.*4. *in princ.* Gratian. *diſcept.* 3. *tom. c.*320. *n.* 32.

Differentiæ, quæ ſunt inter alienationem re- 33
rum Eccleſiarum, quæ ſit ex cauſa neceſſaria, & quæ ſit ex cauſa utilitatis, aſſignatur per Rot. Roman. *in deciſ.* 65. *num.* 4. 2. *part. noviſ.* ſcilicet quòd in alienatione facta ex cauſa neceſſitatis ſufficit, quòd utiliter ſit cepta, etſi poſtea alium exitum habeat: & in ea, quæ ſit ex cauſa utilitatis, non ſufficit, quòd utiliter ſit cepta; ſed quòd Eccleſia efficiatur locupletior, & in comprobationem allegat *l. ſi pupilli in princ. ff. de negotiageſtis,* Ancharr. *in c. ſine exceptione prope fin. in gloſ. ſed nonne* 12. *q.*2. ubi ſic diſtinguit, & alios, qui hanc diſtinctionem ſequuntur, refert. Ric. *in prax. for. Eccl. deciſ.*1. *& in notabilib. poſt dec.*703. *verſ. alienatio rei Eccleſiæ,* ubi eandem doctrinam refert, & ſequitur. Alia deducitur ex eadem Rota, quæ habetur apud Lud. Cenſ. *poſt tract. de cenſib. dec.*8. *n.*10. *&* 11. ſcilicet quòd ſi alienatio ſit ex cauſa utilitatis, emptor non debet eſſe ſollicitus de verſione pretii in utilitatem Eccleſiæ; ſecus vero quando ex cauſa neceſſitatis pro ſolvendo ære alieno; nam tunc onus probandi, quòd ſit verſum in illam cauſam, ſpectat ad eundem, in quem facta alienatio, ex Innoc. *in c.*1. *depoſit. verſ. vel forte,* Bald. *in authent. hoc jus porrectum, n.* 2. *C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Et *in d. deciſ.* 8. in quamplurimis aliis cauſis, ita deciſum fuiſſe refertur *&* *in deciſ.*28. *n.*4. *&* *deciſ.*29. *n.*1. *&* *deciſ.*36. *n.*12. ubi dicitur, quòd doctrinam Innocentii *ubi ſup.* ſequuntur omnes, *ibi* & *in dec.* 287. *n.*4. *&* 5. ubi iterum hanc diſtinctionem adducit, & alios allegat. Covarr. *lib.* 2. *variar. c.*17. *n.*3. & vide Addit. ad Gloſ. 2. *l.* 3. *tit.* 1. *ſup. hac par.*

Solemnitas requiſita in alienatione rerum Eccle- 34
ſiarum in cauſæ cognitione, & tractatu conſiſtit; eſt enim tractatus conſultatio de facienda alienatione, & an expediat, & quæ res potiùs alienari debeant? Rebuff. *in compend. de alienat. rer. Eccleſ. n.*11. *&* 81. *cum aliis.* Avend. *de exequend. mand. c.*4. *n.*34. Petr. Greg. *in ſyntagm. jur. lib.*25. *c.*8. *n.*9. Rodoan. *de reb. Eccleſ. non alien. q.* 23. *per tot. &* *q.*25. *l.*63. *tit.*18. *p.*3. & *ibi* Greg. Lop. *& in gloſ.*2. *per text. ibi in l.*2. *tit.*14. *p.*1. ubi late agimus de his, qui res Eccleſiæ alienare poſſunt, & de ſolemnitatibus,

taũbus, quæ in earum alienatione intervenire debent, ubi vide Addit. Cacher. *deciſ.* 171. *n.* 8. *&* 9. Ludovic. *deciſ. Peruſ.* 93. *n.* 21. *cum ſeq.* Cavalcan. *deciſ.* 45. *n.* 28. *&* 29. *&* *deciſ.* 46. *à n.* 156. 1. *p.* Alex. Raudenſ. *de analog. & æquivoc. lib.* 1. *c.* 38. *ex n.* 54. Caſtill. *quotid. lib.* 1. *de uſufruct. c.* 54. *num.* 13. 15. *&* 17. & vide Addit. ad Gloſ. 6. *l.* 4. *ſup. hoc tit. n.* 2. *cum aliis.* ubi de his, quæ conſiderari debent in alienatione rerum immobilium minoris, egimus, quæ hic readducenda ſunt. Molin. *diſp.* 468. *verſ. ſecundo dictum eſt.* Filliuc. *in tract.* 44. *de rebus Eccleſ. non alienan. c.* 5. *§.* 2. *n.* 6. *cum aliis.*

35 Congregationi, ſeu vocationi clericorum, ſeu monachorum debet tractatus præcedere. Rebuff. *ubi ſup. num.* 84. *d. l.* 2. *tit.* 14. *part.* 1. ubi vide Addit.

36 ad Gloſ. 2. & omnes capitulares generaliter debent citari. Felin. *in c. cum omnes, n.* 21. *verſ. in eadem gloſ. cum ſeq. de conſtitut.* Marc. *deciſ.* 779. *n.* 8. 1. *p.* Azeved. *in addit. ad curiam. Piſan. lib.* 2. *c.* 2. *n.* 6. & debet de hoc præcisè conſtare, non illativè. Roland. *conſ.* 90. *n.* 37. *&* 38. *lib.* 1. Surd. 431. *n.* 69. Caſtill. *quotid. lib.* 4. *c.* 44. *n.* 30.

37 Intellige, quòd ſunt vocandi illi, qui ſunt præſentes, non vero abſentes, nec qui non ſerviunt, *authent. hoc jus porrectum, C. de ſacr. Eccleſ.* Rebuff. *n.* 76. *&* 77. *ubi ſup.* Mantic. *de tacit. convent. lib.* 4. *tit.* 7. *n.* 9. Alexand. Trentacinq. *lib.* 1. *variar. reſol. tit. quod cujuſque univerſ. nom. reſol.* 1. *n.* 2. *verſ. quam ob rem.* Roland. *à n.* 3. *ubi ſup.* ubi de congregatione latè agitur, & in Gloſ. 1. *d. l.* 2. *verſ. abſentes ta-*

38 *men.* ubi vide Addit. Avend. *in add. ad cur. Piſan. lib.* 2. *c.* 5. *gloſ.* 1. ubi alios adducit, & eſt Gloſ. *verſ. ipſorum, in c. præſentium de teſtib. in* 6. ubi traduntur caſus, in quibus abſentes ſunt vocandi, quam ſequitur totus mundus, & quotidie ad eam recurritur ſecundum Jaſon. *in l. placet. n.* 13. *C. de ſacroſanct. Eccleſ.* & vide Cevall. *q.* 476. ubi in hac quæſtione tres opiniones refert, & Trentacinq. *variar. reſol. lib.* 1. *tit. quod cujuſque univerſ. nom. reſol.* 1. *num.* 2. Azeved. *in l.* 2. *tit.* 1. *lib.* 2. *recomp. n.* 36. *regul.* 8. ubi caſus, in quibus abſentes vocandi ſunt, refert, *&*

39 *in dict. additione* caſus principaliores enumerat, *& in n.* 3. de facto dubitatum fuiſſe dicit, utrum qui habitat in ſuburbio, vel propè civitatem reputetur abſens, ita ut vocari non debeat, & pro parte affirmativa expendit aliqua fundamenta, & tandem concludit citandum eſſe, & abſentem non reputari. Alia de congregatione capituli Vide per Bobad. *in polit. prætor. lib.* 3. *c.* 7. *n.* 14. *cum aliis, & inſ. in* Gloſ. 2. *n. & ſup. in d.* Gloſ. 1.

40 Et in hujuſmodi congregationibus debent intervenire duæ partes ſaltem ex tribus capitularium, *text. in l. nulli,* ubi DD. *ff. quod cujuſque univer. nom. & ibi,* Gloſ. *verb. duæ partes, l. nominatorum, C. de curion. lib.* 10. Gl. & Bart. *in l. quod major. ff. de municipal. & in l.* 2. *ff. de decret. ab ordin. faciend.* Gloſ. & Bar. *in l. aliud. §. refertur. ff. de jure fiſci, & in l. fin. ff. de præd. curial. & in l. omnes populi, quæſt.* 2. *princ. col.* 6. *n.* 16. *ff. de jnſt. & jur.* Alex. *in l.* 1. *ff. de albo. ſcrib.* & hanc opinionem communem eſſe tam legiſtarum, quàm canoniſtarum dicit Abb. *in c. cum omnes, de conſtit. & ibi,* Dec. *col. pen. verſic. poſtremo inſtrum.* Jaſon. *conſ.* 54. *lib.* 1. *n.* 1. Alexand. Trentac. *ubi ſup. n.* 3. Roland. *conſ.* 90. *n.* 19. *lib.* 1. qui in terminis quando agitur de alienatione bonorum univerſitatis, quòd debeant intervenire duæ partes ex tribus, comprobat. Mantic. *de taſit. convent. lib.* 4. *tit.* 7. *n.* 10. Azeved. *in addit. ad Cur. Piſan. lib.* 1. *c.* 2. *addit. magn. litt. ff. n.* 5. *in prin.* Menoc. *conſ.* 726. *n.* 2. *lib.* 8. Surd. 28. *n.* 82.

41 Quando vocati ſunt omnes, vel ad minus duæ partes, quia alii vocari non potuerunt, vel venire contempſerunt, factum per eos, qui venerunt, etſi majorem non faciant numerum, vel partem totius, ſed longe minorem, valet. Innocent. & Cardin. *in cap.* 1. *de major. & obedient. quæſt.* 7. idem Innocent. *in c.* 2. *ejuſd. tit.* Abb. *c. in cauſ. n.* 9. *de elect.* Rebuff. *n.* 76. *&* 77. *in compend. de alienat. rer. Eccleſ.* Patr. Gregor. *ſyntagm. jur. lib.* 25. *c.* 8. *n.* 9. Trentac. *n.* 3. *verſ. & cum hæc opinio, ubi ſup.* qui enim vocati fue- 42
runt, & noluerunt venire ſe alienos à capitulo faciunt & non computantur in numero capitularium, *c. cum nobis, & ibi,* Abb. *in* 3. *not. ab. de elect.* Marcus *deciſ.* 1038. *&* *dec.* 783. ubi idem eſſe dicit de recedentibus à capitulo, *&* *dec.* 785. ubi idem reſolvit. Greg. Lop. *in gloſ.* 5. *l.* 19. *tit.* 5, *p.* 1. ubi hanc opinionem quoad abſentes, & quoad recedentes ſequitur, ubi vide Add. Trentac. *in fin. diverſ.* Azeved. *in d. addit. ad c.* 2. *n.* 6. ubi dicit quòd ita moris eſt, & practicatur, nam alias eſſet magna diſcordia, & confuſio Oroſ. *in l. ſuum. §. hodie ff. de pact. n.* 7. & communem dicit Socin. *conſ.* 45. *n.* 14. *vol.* 1. & facit. *l.* 3. *&* 7 *tit.* 11. *lib.* 2. *recomp.* ubi in Regio conſilio ſic obſervandum eſſe ſtatuitur.

Contrariam opinionem, imo quòd ſpectandum 43
ſit, ſaltem duas partes congregari, tenent Bart. *in l. omnes populi, n.* 16. & alii, DD. juris civilis *ff. de juſt. & jur.* teſte Oroſ. *ubi ſup.* Franc. Marc. *deciſ.* 1336. *n.* 2. & cum agitur de alienatione bonorum civitatis, hanc opinionem non ſolum tutiorem, ſed veriorem, & ſequendam eſſe exiſtimo, quia hic non de commodo decurionum, aut capitularium agitur, ſed de re ad utilitatem publicam ſpectante: & contumacia eorum, licet eis præjudicet, & amittant votum in electionibus, & in aliis actibus eis utilibus, in quo caſu loquuntur jura, & authoritates contrariæ opinionis, non debet reipublicæ eſſe damnoſa, nec ſolemnitas minor intervenire, quæ in
alienatione dictorum bonorum requiritur; & fidem 44
facere debet notarius, majorem partem capitularium ſeu decurionum interveniſſe, cum de alienatione civitatis agitur. Bart. *in l. fin. C. de præd. decur. lib.* 10. *n.* 4. ibi, *ſed requiritur quòd dicatur, in quo fuerunt omnes, vel major pars.* Socin. *conſ.* 95. *n.* 4. *&* 5. *verſ. nec obſtat. vol.* 3. Roland. *conſ.* 90. *n.* 34. *vol.* 1. Alex. 1. *n.* 3. *prope finem, & n.* 4. *lib.* 4. Corn. 148. *n.* 2. *vol.* 1. Avend. *de cenſib. c.* 68. *n.* 14. *verſ. item, & ea.*

Et quando in actu interveniunt perſonæ inhabi- 45
les, quæ non habent votum in capitulo, ſi nomina omnia exprimentur, actus vitiatur. Burr. *n.* 2. 11. *&* 12. *per text. ibi, in c. fin. de procur. & ibi,* Abb. *n.* 6. *&* 7. Socin. *conſ.* 37 *n.* 5. *vol.* 1. Cacialup. *in l. omnes populi, n.* 13. *&* 138. *ff. de juſt. & jur. vol.* 1. *repet. civil. fol.* 74.

Major pars illarum duarum partium ſufficit, quòd 46
conſentiat in alienatione, ut docet. Bart. *in* 2. *C. de decur. lib.* 10. Abd. *in c. cum omnes, & ibi,* Dec. *col. pen.* ubi communem dicit, *&* *conſ.* 151. *n.* 13. Ruin. 47
189. *in prin. col.* 3. *vol.* 1. Roland. 90. *n.* 9. *lib.* 1. & omnes ſe ſubſcribere debent, etſi non ſint ejuſdem voti, Bal. *in l.* 1. *ff. de albo ſcribend.* Cap. *dec.* 248. *n.* 6. Franch. *dec.* 2. *& ibi,* Almendola. Roland. *conſ.* 90. *n.* 12. *vol.* 1. Corneus, 148. *col.* 2. *vol.* 1. Alex. 1. *vol.* 4. *col.* 1. Bobadill. *in polit. prat. lib.* 3. *c.* 8. *n.* 181. Tepat. *recep. ſentent. tit.* 537. *de his, quæ fiunt à major. part.* Caſtill. *quotid. lib.* 1. *de uſufruct. c.* 54. *n.* 17. ubi alios allegat, qui loquuntur in alienatione bonorum Eccleſiæ. Mantic. *de tacit. & amb. lib.* 4. *tit.* 8. *n.* 16. ubi alios etiam citat. Alex. Trentac. *var. reſol. lib.* 1. *tit. quod cujuſque univerſ. nomin. reſol.* 1. *num.* 10. ubi 48
quando agitur de alienatione rerum civitatis quæ ſervando ſervari poſſunt, tradit ſcribenda eſſe

nomina

nomina singulorum; quia iste actus est ponderosus; & hoc intellige quando de alienatione rerum civitatis agitur, non vero quando alienatione rei
49 † Ecclesiæ. Corn. *cons.* 181. *n.* 44. *lib.* 2. Ant. Gabr. *concl.* 2. *n.* 5. *tit. de fide instr. lib.* 1. Cardin. Mantic. *tit.* 7. *n.* 11. *ubi supr.* Et non probatur tractatus per verba enunciativa in instrumento posita, sed requiritur alia probatio. Guid. Pap. *dec.* 151. Bald. *dec.* 20. Cavalc. *decis.* 17. Menoch. *cons.* 114. *lib.* 2. *n. fin.* ubi alios citat, quia hoc modo probare est pro forma. Pap. *lib.* 1. *tit.* 13. *arresto.* 3. Guid. Pap. *dec.* 149. Lud. *dec. Perus.* 93, Ric. *collect.* 996. *col. ult.* & hæc procedunt, etsi alienatio cedat in evidentem utilitatem Ecclesiæ. Franc. *decis.* 95. Magon. *decis. Florent.* 69.

50 Et unus tractatus sufficit, si diligenter, ac plene & solemniter adhibitus fuit, & tres non sunt necessarii, nisi consuetudine aliud receptum sit. Covar. *lib.* 2. *var. c.* 17. *n.* 1. Avend. *de exequend. mand. c.* 4. *n.* 34. Rebuff. *n.* 81. 82. *& 83. in d. comp. de alien. rer. Eccles.* Castill. *d. c.* 54. *num.* 14. Avend. *de cens. cap.* 76. *num.* 5.

51 Actum, vel ordinatum per universitatem valet, si constat de voluntate concilii, etsi in modo congregationis, vocationis, & propositionis non fuerit observata forma statuti. Rolan. *cons.* 90. *n.* 13. 14. *& 15. lib.* 1. ubi alios allegat.

Secundò ultra tractatum consensus capituli desideratur *d. c. fine exceptione.* 12. *q.* 2 *l.* 2. *tit.* 14. *p.* 1. ubi latiùs egimus. Rebuff. *n.* 61. *cum* 4. *seq.* & dicit quòd debet in communi dari, & præcedere alienationem. Ludovic. *n.* 26. *&* 36. Avend. *vers. secundo requiritur, ubi supr.* Mosiedan. *decis. à n.* 143. ubi ultra tractatum nominationem capitularium requiri dicit. Avend. *de censib. c.* 76. *n.* 5.

52 Tertiò requiritur auctoritas, & licentia Episcopi, *d. c. fine exceptione.* 12. *q.* 2. ubi communiter hoc notant, latè nos *in d. l.* 2. *tit.* 14. *p.* 1. Monach. *in c.* 1. *n.* 8. & *ibi* Probus *in addit. n.* 19. *de reb. Eccles. non alien.* Joseph. Ludovic. *n.* 29. Rebuff. *n.* 85. Avend. & Castill. *ubi sup.* Petr. Greg. *lib.* 25. *syntagm. jur. c.* 8. *n.* 17. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib.* 4. *tit.* 7. *n.* 16. *cum aliis,* ubi de personis, quæ alienationi consentire debent, agit.

53 Sede vacente capitulum non potest alienare bona ipsius Ecclesiæ vacantis absque assensu Apostolico, *text. in cap. si qua, de reb. Eccles. non alien. & in c. præterea.* 12. *q.* 2. poterit tamen consentire, & interponere auctoritatem in alienatione bonorum Ecclesiæ inferioris ex causa alienare volentis, ut cum Panor. & aliis tradit Ric. *in prax. for. Eccles. de alienat. rer. Eccles. decis.* 84. ubi limitat in rebus, quæ servando servari non possunt, & in receptione mutui pro instantibus necessitatibus, & alios allegat, & *decis.* 94 ubi tradit praxim, quæ est servanda in præstatione assensus Episcopi super rei Ecclesiasticæ alienatione. & vide Molin. *disp.* 468. *vers. tertio dictum est,* & de praxi, quæ servatur in præstando assensu Apostolico. Barbos. *de offic. potest. Episcop. allegat.* 95. *n.* 71. & Addit. ad *dict.* Gloss.

54 In alienatione rerum Ecclesiarum inferiorum, in quibus non est capitulum, nec congregatio, nec collegium clericorum, tractatus non requiritur, sed consensus rectoris, & licentia Episcopi, & justa causa, *§. hoc jus porrectum, c. cassellas.* 10. *q.* 2. Speculat. *in tit. de empt. & vend. § nunc dicendum restat. vers. cæterum.* Panor. *in c.* 1. *de his, quæ fiunt à Prælato,* Rebuff. *n.* 88. *&* 89. *ubi sup.* ubi si Ecclesia vacat, defensorem dari debere tradit. Avendann. *de censib. c.* 76. *n.* 5.

55 De quæstione, an consensus patroni requiratur

in alienatione terræ patronatus, vide Ricc. *in praxi fori Eccles. juris patron. decis.* 178. ubi non requiri resolvit, licet possit se opponi, fires Ecclesiæ dissipentur, & absque causa justa distrahantur.

Contrarium, imo quòd consensus, & adsistentia patroni intervenire debeat, tradit Speculat. *in tit. de empt. & vend. §. ult. n.* 8. Rebuff. *n.* 90. *ubi sup.* & hæc regulariter est verior, nisi necessitas, aut Ecclesiæ utilitas interveniat, quo casu prima opinio procedit ex traditis per Covarr. *pract. c.* 36. *n.* 9.

Subhastatio, an sit necessaria in alienatione bonorum Ecclesiæ, vide Addit. ad Glos. 6. *l.* 4. *sup. hoc tit.* 56

De quæstione, utrum res Ecclesiæ danda sit ei, qui justo plus offert? vide Ricc. *in prax. fori Eccles. de alienatione rer. Eccles. decis.* 60. ubi non ei, qui plus justo, sed ei, qui justum pretium præstat, dandam esse resolvit; & sic decisum fuisse testatur Carroc. *decis.* 99. & de jure procedere multis fundamentis comprobat Vivi. *decis.* 145. *n.* 5. *&* 6. Borell. *in jum. decis. lib.* 1. *tit. de reb. Eccles. n.* 56. Gutierr. *pract. qq. lib.* 4. 71. *n.* 7. *cum aliis.* ubi dicit, quòd Ecclesia potest gratificari ei, qui justum pretium dat, licet alius plus offerat, sed administratorem non benefacere, si illam non præstet plus offerenti. Et facit pro hac doctrina *text. in l. locatio, alias licitatio, in prin. ff. de public. & vectig.* ubi locatio, quæ calore licitantis ultra modum sollicitæ conductionis initavit, non facile admittitur, & *in l. ad officium, in fine cum ibi notatis. C. comm. divid.* ubi non admittitur animosior licitator ad impediendum justo pretio adjudicationem consorti faciendam. Tiraquel. *de retract. lig.* §. 2. *glos.* 18. *n.* 2. 57

Amplia 1. ea, quæ diximus *sup. n.* 24. *cum aliis,* de solemnitate, & causa, quæ requiritur in alienatione rerum Ecclesiarum ad alienationem bonorum mobilium pretiosorum; quia eadem prohibitionis ratio viget in alienandis bonis mobilibus pretiosis, quæ in immobilibus, ut diximus *sup. n.* 20. *&* 21. Ricc. *in prax. fori Eccles. dec.* 51. Molin. *disp.* 468. *vers.* 2. *concl.* & vide Addit. ad Glos. 3. *l.* 4. *sup. hoc tit. &* Glos. 2. *l.* 3. *tit.* 1. *sup. hac part.* 58

Amplia 2. ad bona se moventia, de quibus *sup. n.* 22.

Amplia 3. ad alienationem annuorum reditum Ecclesiæ, *auth. jubemus nulli, C. de sacrosanct. Eccles.* Abb. *in cap. nulli, de reb. Eccles. non alienan.* & *ibi,* Anchar. *n.* 7. *cum aliis.* Imola *n.* 5. Rebuff. *in compend. de rer. Eccles. alien. q.* 16. *&* 51. *& c.* 23. Minsinger. *centur.* 1. *observ.* 69. Minard. *decis.* 7. Menoch. *cons.* 25. *n.* 3. *cum seq. vol.* 1. *&* 334. *n.* 6. *vol.* 2. habentur enim loco immobilium, *Clemen. exivi de paradiso, §. cumque annui redditus. de verb. signif.* Bart. *in l. fin. in fine, ff. qui satisd. cogan.* Japhed. *de tis.* 9. Minsing. *ubi sup.* Ant. Thesaur. *decis.* 160. Boër. *dec.* 209. Thesaur. *qq. foren.* 1. *p. q.* 2. Faber. *C. tit. de pœnis. definit.* 49. Thoming. *decis.* 39. *p.* 1. Gaill. *lib. observ.* 10. Ricc. *in prax. for. Eccles. decis.* 44. *n.* 2. ubi alios refert, & vide Addit. ad Glos. 1. *l.* 4. *sup. hoc tit. n.* .. 59 60

Amplia 4. ad impositionem census super re Ecclesiæ, *c. nulli de reb. Eccles. non alien.* Guillelm Rodoan. *de reb. Eccles. non alien. q.* 17. *per tot.* Mascard. *conclus.* 75. *n.* 12. Covarr. *lib.* 1. *var. c.* 17. *n.* Nolin. 2. *tom. disp.* 466. Ricc. *ubi sup. dec.* 49. ubi tradit casus, in quibus solemnitate intervenienre census impositio super re Ecclesiæ valebit, & *decis.* 71. ubi tradit, quando requiratur assensus Apostolicus. Avend. *de exeq. mand. c.* 34. *n.* 34. Suar. *alleg.* 21. Avend. *de censib. c.* 76. *n.* 4. Felic. *de censib. lib.* 2. *c.* 3. *n.* 7. *vers. ex quo ut ad propositum.* Roman. apud Lud. Cens. *post tr. de censib. dec.* 8. *n.* 6. & 7. ubi decisum fuit, causam & solemnitatem requiri, sicuti in alienatione rei Ecclesiæ. 61

62 Amplia 5. ad conceſſionem capellæ, in qua eadem ſolemnitas, quæ in alienatione bonorum immobilium Eccleſiæ requiritur. Ricc. *ubi ſup.* ubi late explicat, quibus modis concedi ſolet, & jus funerandi in ea: quando eſt conceſſa laico, in ipſa executio non poteſt fieri. Parlad. *lib.2.rer. quotid.5. part.§.fin.§.3.n.28.* Marta. *deciſ.29.* Amat.Rodrig. *de execut. ſentent. c.5.n.66. verſ. quare.*

63 Amplia in juris patronatus Eccleſiæ donatione, ſeu alienatione. Seraph. *deciſ.* 1312. Ricc. *in prax. for.Eccleſ.dec.43. n.6.* ubi tradit, jus patronatus Eccleſiaſticum abſque ſolemnitatibus, quæ in rerum Eccleſiaſticarum alienatione requiruntur, transferri non poſſe.

64 Limita in jure patronatus laicali, in cujus conceſſione ſola Epiſcopi authoritas ſufficit, *c. illud. c. nobis, de jure patronat.cap. 1.eod.tit.in 6.* Verall.*dec.* 131.*part.2.* Achill. de Graſſ. *deciſ.10.de jure patron.* & Ricc. *ubi ſup.*

65 Amplia 6.alienationem bonorum capellaniæ,quando Epiſcopi,aut ſuperioris authoritate eſt fundata,de
66 quo late per Valenz.*conſil.3.n.4.* † ſi vero ſine Epiſcopi authoritate fundatio fiat, ut in illa ſuccedant clerici de parentela; bona immobilia abſque ſolemnitatibus in alienatione rerum Eccleſiarum requiſitis alienari valent, quia non eſt beneficium Eccleſiaſticum. Guid.Papa.*dec.*187. Dec.*conſ.*135.*n.1.&* 210.*n.4.* Felin.*n.2.* Dec.*n.2.in c.ex part.de reſcript.* Spino. *in ſpeculo teſtam. glos.4. princ. n.42.* Navarr. *conſ.5.de præben.& 7.* Valaſc.*conſult.60.n.12.* Pariſ. *conſ.54.n.9. vol.4.* Rodrig. *in ſumm. c.42.p.2.* Salced. *in addit. ad Bernar. Diaz .in prax. crimin. c.18. n.9.* Salaz. *de uſu.& conſuet. c.12. n.46.* Avend. *de exeq. mandat. c.14.n.13.*

67 Extende, etſi fundator eſſet Epiſcopus, ſi fundavit in forma communi de bonis propriis, tanquam laicus, non vero Epiſcopali authoritate. Navarr. *d. conſ.7.n.1.* Gonzalez. *in regul.8.cancell.glos.5.n.21.* Val.*conſ.87.n.44.& 45.* ubi dicit, quòd ſiquis poſſet uti duplici poteſtate, & unam in procedendo eli-
68 gat, non videtur aliam includere: † & pactum ratione ſucceſſionis in tali capellania, quia non eſt beneficium Eccleſiaſticum, non erit ſimoniacum. Rota Roman. *deciſ.65. p.2.* Verall. *deciſ.356.p.2.*
69 †Et poterit obtineri à laico, vel fœmina, niſi voluntas teſtatoris aliud declaret. *dict.conſil.60.n.18.* Rota *deciſ.264. & 265.n.1.& dec.182.n.2.part.2.*
70 & ad ejus obtentionem non requiritur ætas quatuordecim annorum requiſita ad obtinendum beneficium Eccleſiaſticum. Rota *deciſ.* 482. *in fin.1.p.* & ratione talis capellaniæ non tenetur quis ad recitationem divinorum officiorum. Tolet.*2.p.c.92.* Didac. de Spino. *in d. glos.4. n.42.* & ad titulum illius, tanquam ad titulum beneficii non poterit quis ad ſacros ordines promoveri. Salcedus, *n. 9.* & Spinus, *ubi ſup.verſ. nec ad tit.* Et Epiſcopus in tali capellania jus inſtituendi, nec viſitandi nec aliud jus diœceſanum habat, ut tradit Pariſ. *conſ.34. lib. 4.* Ricc.*in prax.for. Eccleſ. deciſ.72.*

71 Amplia 7. eandem ſolemnitatem requiri in tranſactione, quia tranſactio dicitur vera alienatio. Seſſe, *deciſ.* 121. *num.12.* Quaranta *in ſumm. Bullar. verb. alien.n.20.* Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſcop. allegat.95.n.63.* Borrell. *in ſumm.dec.part.1.tit.15. de alien.rer. Eccleſ.n.24.* & vide Addita ad Gloſſ. 1. *l.4. ſup. hoc tit. n.* . & intellige, ut ibi.

72 Amplia 8. in inciſione arborum fructiferarum, quæ ſunt in ſolo rei Eccleſiæ. Navarr.*conſ.6.de reb. Eccleſ.non alien.*Sayr. *deciſ.9.eodem tit.*Rubeus.*conſ.* 71. *n.3.& ſeq.vol.1.* Borgnin.30. *n.6.*Ricc. *in prax. for. Eccleſ. deciſ.* 53. *n.* 1.

Limita 1. in ſilua cædua, & nemore, arundine- 73
to, & aliis arboribus cæduis, quæ per inciſionem ſuam in fructu,renaſcuntur; quia per hujuſmodi inciſionem non deterioratur fundus, *l. divort.§.ſi fundum, cum ſequent ff. ſolut. matrim.* Bart.*in l.qui fundum, §.cum fundum, ff. de contrab. empt.l. ſilua cædua, ff. de verb. ſignif.*

Limita 2. ſi fructiferæ arbores vetuſtæ, aut corru- 74
ptæ exciderentur; vel non vetuſtæ,& in earum loco aliæ utiles ſubſtituerentur. Rodoan. *de reb. Eccleſ. non alien.c.7.q.79.* Tiraq.*de retract. lignag.§.3.glos. unic. à n.23. uſque ad 30.* Ricc. *ubi ſup.n.4.* & vide Add. ad Glos. 9. *l.6.tit.8. inf. hac part.*

Limita 3. ſi ex hujuſmodi inciſione fructuoſior 75
fundus fieret, quàm eſſet antea, in cædendo arbores opacas, ſive quæ umbram ſummam efficiunt, & quando nimia denſitas nocet arboribus, & fructui ab eis ferendo. Navarr.*d.conſ.6.* & Ricc.*ubi ſup.*Bobadil. *in politic. prator. lib.3.c.8.n.84. & lib.5.c.9. n.21. circa finem.* ubi tradit arbores vetuſtas amputari, & purgari poſſe.

Amplia 9. hæc omnia procedere in alienatione 76
bonorum monaſteriorum, vel religioſorum, & pro forma, & ſolemnitate tractatum, & cauſæ cognitionem, & conſenſum Abbatis, vel Prioris, & capituli, & authoritatem, & licentiam Epiſcopi, (ſi ſubjacent Epiſcopo,) vel eorum ſuperiorum, ſi ſunt exempti, requiri, ſicut in alienatione bonorum Eccleſiarum, aliàs alienationem non valere, *cap. Abbatibus. 12.q.2. Clerment.1. de reb. Eccleſ.non alien.* Joan. And. *in add. ad Speculat. in tit.de locato, §. ſequitur verb.videtur.*Rebuff. *in compend. de alienat. rer. Eccleſ. n.82.* ubi in monachis ſancti Benedicti tractatum duorum dierum ad minus requiri tradit.Avend. *de exeq. mandat.1. p.c.4. verſ.3. requiritur.* Caſtill. 77
quotidian.lib.1.c.53. n.23. Ricc. *in prax.for. Eccleſ. deciſ.51.& deciſ.101.* ubi hanc doctrinam extendit ad bona per ingreſſum alicujus monachi acquiſita, in quorum alienatione eandem ſolemnitatem requiri tradit, & alios laudat. Et vide eum, *in dec.67. num.4.* ubi regulares in alienatione bonorum plura privilegia habere, dicit.

Limita in monaſteriis incapacibus, quibus relicta 78
fuerunt bona, quæ ab ipſis poſſideri non poſſunt, quæ abſque ſolemnitatibus alienari valent, de quibus *Conc. Trid. ſeſſ.25.re regul. c.23.* Ricc. *dec. 67.* Rodoan. *n.42. verſ.neque ubi ſup.* Quarant. *ſumma Bullarii verb.alienatio rer. Eccleſ.n.41.* Socin. *regul. 110.n.3.* & Barboſ.*de offic.& poteſt.Epiſcop.allegat. 95.& in n.60.* ait regulares ipſorum bona alienare poſſe pluribus privilegiis ipſis conceſſis, quæ inſunt *in recollectione privileg. mendicant.& in conſtit. quæ incipit. Apoſtolicæ Sedis, ann.1576. die 18. Decemb.* Greg. 13. ubi permiſſum eſſe ait patribus ſocietatis Jeſu, ut bona alienare poſſint arbitrio Præpoſiti generalis,nulla ſuper alienatione petita licentia à Summo Pontifice; ſeu ab ordinario,& poſtea per Urban. 8. ann.1624. die 7.Septemb. dictam facultatem ablatam fuiſſe, & prohibitam eſſe alienationem rerum immobilium, & mobilium pretioſorum. Idem dicit in 79
alienatione bonorum monialium. Rebuff. *n.87. ubi ſup.* qui auctoritate miniſtri provincialis, vel generalis alienationem valere reſolvit. Avendann. *de exeq. mand.1. p.c.4.n.40. verſ. & cum dicta.*

Amplia 10. ea, quæ diximus in alienatione bo- 80
norum Eccleſiæ, procedere in alienatione bonorum hoſpitalium, confraternitatum, & aliorum piorum locorum, qui auctoritate Epiſcopi fundati, & erecti ſunt, ut cum Rodoano. Gabr. Menoch. Joſeph,

seph. Ludovic. Padilla, Mascardo, Cæphalo; & aliis tradit Castill. *ubi sup. num.* 24. Fabian de Mont. *in tract. de empt. & vend. 3. part. princ. n.* 35. Camil. Borrell. *in summ. decis. part.* 1. *tit.* 15. *de reb. Eccles.*

81 *non alien. num.* 41. Ricc. *in prax. for. Eccles. dec.* 40. ubi de alienatione bonorum hospitalium, & quando locus pius dicatur, multa tradit, & plures allegat, *& decis.* 48. ubi late explicat; quando confraternitates loca pia dicantur. Gutierr. *canonic. quæst. lib.* 1. *cap.* 35. *à num.* 2. *& num.* 20. *cum aliis*, Barz. *decis. Bonon.* 124. *num.* 1. ubi de confraternitatis bonis à laicis gubernari solitis, & de oratorio publico, ubi Missæ celebrantur, in quo non est campanile, seu Cymbalum. Joseph. Ludovic. *decis.* 93. Gratian. *discep. for.* 3. *tom. cap.* 517. *num.* 1. *cum aliis*, ubi in confraternitatum bonis authoritate Episcopi fundatarum, eandem solemnitatem ad alienationem requiri, quæ in bonis Ecclesiæ, dicit, & multos adducit. Valasc. *consul.* 105. *n.* 34. ubi vide quos refert.

82 Si vero auctoritate Episcopi non sint erectæ, in earum bonorum alienatione eadem solemnitas requiritur, quæ in alienatione rerum profanarum universitatum exigitur, ut tradit Castill. *dict. lib.* 1. *cap.* 54. *num.* 24. *ubi sup. vers. aut vero contracta*, Gutierr. *d. lib.* 4. *quæst.* 35. *num.* 16. Ludovic. *decision. Perus.* 93. *num.* 37. Grat. *num.* 7. Cevall. *comm. quæst.* 897. *num.* 982. ubi tradit, quòd sunt conveniendi coram judice seculari, & *num.* 1014. quòd si sunt

83 sub protectione Regis, non visitantur, & *in tract. cogn. per viam viol.* 2. *part. quæst.* 32. idem latius re-

84 petit. De solemnitatibus, quæ in alienatione requiruntur, vide Addit. ad Glos. *sequentem.*

85 Limita 1. ea, quæ diximus, quando auctoritas Sedis Apostolicæ intervenit in alienatione, nam tunc nulla alia solemnitas desideratur ad ejus validationem, *cap. ad audientiam*, cum Glos. *de Eccles. ædif.* Abb. *in cap.* 1. *de constitut. util. vel inutili.* Oldrald. *consil.* 131. *num.* 2. & comprobatur ex *text. in l.* 2. *C. quando decreto opus non.* ubi Bart. & Bald. Ancharr. *in cap. antepen.* 12. *quæst.* 2. Cæphal. *consil.* 9. *num.* 10. Gabr. 82. *num.* 2. *lib.* 2. Toland. 15. *num.* 4. *& 96. num.* 21. *& sequent. vol.* 1. Decius. 341. *num.* 12. Rebuff. *in compend. de alienat. rer. Eccl. num.* 15. *vers. fallit quando Papa, & num.* 95. *in fin.* Capit. *decis.* 16. *num.* 1. Franch. *decis.* 163. *num.* 3. Avendann. *de exequend. mand.* 1. *part. cap.* 4. *num.* 38. Rodoan. *de reb. Eccles. non alien. quæst.* 43. *per tot.* Alex. Raudens. *de Analog. & æquiv. lib.* 1. *cap.* 58. *num.* 161. Rota Roman. *decis.* 95. *part.* 2. *divers.* Ricc. *in prax. fori Eccles. decis.* 37. *num.* 1. *cum aliis.* ubi duas ampliationes, & alias duas limitationes tradit, & alios plures allegat, & *dec.* 51. *num.* 6. Mantic. *de tacit. conv. lib.* 4. *tit.* 7. *cum alis.* ubi ampliat, & declarat. Castill. *num.* 21. *ubi sup.* Fontan. *de pact. nupt. claus.* 4. *glos.* 13. *part.* 1. *num.* 18. Licentia generalis Summ. Pontificis præstita Capitulo, ut possit bona Ecclesiæ alienare, utrum suffi iat, vide Surd. *consil.* 245. ubi pro utraque parte fundamenta refert, & eruditè hanc quæstionem examinat, & an valeat consuetudo in contrarium, quòd sine aliqua ex solemnitatibus à jure requisitis alienatio valeat?

Intellige, quando Papæ auctoritas legitimè, & validè interponitur; secus si fuerit subreptitia, & consequenter nulla, quia nihil operatur. Dec. *consil.* 42. *num.* 5. *vers. non obstat.* Ruin. 157. *n.* 4. *& 11. lib.* 1. Rota *in d. decis.* 65. 2. *part. noviss.*

Causæ, quæ in alienatione bonorum Ecclesiæ intervenire debent ultra solemnitates, ex auctoritate Papæ non supplentur, sed earum defectus red-

dit alienationem nullam. Rodoan. *quæst.* 22. *num.* 71. *& 72. & quæst.* 30. *n.* 11. Alexand. Raudens. Fontan. *ubi sup.* & non præsumuntur interveniisse ex longi temporis cursu; quia ad justificationem, & substantiam tituli inutile foret præsumere. Natta. *consil.* 204. *n.* 24. Cacher. *dec.* 173. *n.* 4. Mascard. *de probat. concl.* 1322. Cavalcan. *dec.* 29. *n.* 11. *& 15. & decis.* 30. *num.* 82. *part.* 2. Casanat. *consil.* 43. *n.* 116. Fontanell. *n.* 20. licet solemnitates in contractu Ecclesiæ, & in rerum ejus alienatione ex temporis antiquitate interveniisse præsumantur. Butr. *in cap. ea noscitur, de his, quæ fiunt à Præl. sine.* Alex. *consil.* 79. *num.* 5. *lib.* 1. *& 54. num.* 9. *lib.* 3. Aretin. 36. *col.* 2. Decius 329. *n.* 5. *& 341. n.* 3. *& 409. n.* 8. *cum aliis*, Socin. Juni. 22. *n* 16. *lib.* 1. Gratus. 142. *n.* 19. *& 20. lib.* 2. Craver. *de antiq. temp.* 3. *part. n.* 8. *vers. sed ista opinio.* Rebuff. *n.* 37. *& sequent. ubi sup.* Cæphal. *consil.* 57. *n.* 11. *lib.* 1. Capit. *decis.* 16. *n.* 1. Ant. Gabr. *comm. opin. lib.* 3. *tit. de præscrip. concl.* 1. *n.* 3. Burg. de Paz. *consil.* 15. *n.* 8. Valenz. *consil.* 18. *n.* 15. 16. *&* 17. annorum tempus, ex Menoch. *de arbit. casu* 433. *n.* 24. & vide Filliuc. *de stat. Cler. tract.* 44. *de alien. rer. Eccles. c.* 5. *n.* 15.

Limita 2. in terrulis modici valoris, quæ absque 87
solemnitatibus possunt alienari, quia de modis non est curandum, *cap. terrulas.* 12. *q.* 2. Rebuff. *in comp. alien. rer. Eccles. num.* 122. *ubi sup.* Pereir. *in cap. si curatorem, verb. contract. n.* 11. *C. de in integr. rest.* Guid. Pap. *decis.* 156. *num.* 12. Decius *consil.* 142. *n.* 5. *col.* 4. *vers. non obstat.* Cavalc. *decis.* 45 *num.* 4. *& 55. & dec.* 46. *num.* 875. Rodoan. *de reb. Eccl. non alien. rub. de casib. in quib. fit alien.* Balb. *decis.* 29. Gutierr. *consil.* 15. *à n.* 7. Zerola *in prax. Episc. part.* 1. *verb. alien. pag.* 13. Borrell. *in summ. decis.* 1. *part. tit.* 15. *de reb. Eccles. non alien. num.* 16. Leo. *in Thesaur. for. Eccl. cap.* 15. *num.* 6. qui *in num.* 4. *&* 5. quæ in contrarium faciunt tradit. Gutierr. *de jurament. confirm.* 1. *part. cap.* 52. *num.* 3. ubi dicit non obstante juramento à Prælato de non alienandis bonis Ecclesiæ ista alienari posse. Ricci. *in prax. for. Eccles. decis.* 39. ubi plures decisiones Rotæ Romanæ refert Barbos. *de offic. & potest. Episcop. Allegat.* 95. *num.* 50. ubi tria requiri, ut alienatio valeat, ait; quòd res sit exigua, & non utilis Ecclesiæ, & necessitas alienandi.

Terrulæ prædictæ cujus valoris esse debeant, vi- 88
de Glos. *in d. c. terrulas*, quam sequitur Archid. *in c. siquis, eadem causa, & quæst.* Alciat. *consil.* 23. *num.* 6. *cum aliis.* ubi ponit exemplum in terrulis valoris viginti solidorum; sed verius est judicis arbitrio relinqui, ut cum Rodoano, & aliis tradit Aloys. Riccius, *num.* 8. & Barbos. *ubi sup.*

Limita 3. in alienatione utili Ecclesiæ, quæ re- 89
spectu contrahentium cum ea valet: de Addit. ad Glos. 7. *l.* 4. *sup. hoc tit. n.* 3. *cum aliis.*

Limita 4. in alienatione rerum, quas Eccle- 90
sia, vel monasterium ex legis, vel testatoris dispositione, vel contrahentium voluntate obtinere non potest; quia prohibitum fuit in Ecclesias alienari, & si ad eas perveniunt, quòd intra annum de eis disponere teneantur, ut in Lusitania per legem Regiam. *lib.* 2. *tit.* 18. *reçomp.* est depositum, de quo agit Pereir. *de empt. & vend. cap.* 8. *n.* 33. qui tunc Ecclesia alienando actum necessarium facit. Alberic. *in l. cum hæc. § cum transactionem, in fine, ff. de transactio.* Bald. *in auth. hoc jus porrect. vers. adde post. C. de sac. sanct. Eccl. & in c. cum causa, de re judic.* Marsil. *sing.* 132. Tiraq. *de leg. connub. glos.* 6. *verb. de son. mari. n.* 202. Paz. *in proœm. leg. Taur. n.* 306. Pereir. *vers. hæc autem translatio*, & faciunt quæ *sup.* diximus, *num.*

91 Limita 5. quando res semel effecta fuit alienabilis. Dec. *cons.* 88. *vol.* 1. Jul. Clar. *in §. feudum. quæst.* 13. Franc. Leo. *in thesaur. for. Eccles. cap.* 15. *num.* 3. Seraphin. *decis.* 1490. Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancellar. glos.* 6. *num.* 124. Cæsar. de Gras. *decis.* 3. *num.* 14. Ricc. *in prax. for. Eccl. decis.* 26. Barbos.
92 *allegat.* 95. *num.* 32. qui antea *in num.* 29. ait, quòd res in emphyteusim solitæ concedi cum beneplacito Pontificis, si ad Ecclesiam revertantur, possunt iterum emphyteuticari absque solemnitate requisita. Et *in num.* 30. ex Gutierr. *de jur. confirm.* 1. *part. cap.* 52. *num.* 4. & Navarr. *in tract. alien. rer. Eccles. num.* 11. Pereir. *de renun. emphyt. quæst.* 11. *num.* 30.
93 ait, quòd juramentum de non alienando sine Pontificis licentia non continet solita alienari. Et *in*
94 *num.* 31. quòd res solita venire in divisionem, etiam in futurum dividi debet, ex Molin. *de primog. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 26. & Mieres, *part.* 4. *quæst.* 20. *num fin.* & vide Addit ad Glos. 7. *l.* 4. *sup. hoc tit. à num.* 32.

De hac materia alienationis bonorum Ecclesiæ vide ultra *sup.* citatos Corn. *consil.* 181. *lib.* 1. Menoch. 115. *lib.* 2. & Filliuc. *in tract. de statu Cleric. tract.* 44. *de alienat. rer. Eccles.*

95 Sed hæc omnia correcta videntur per *extrav. ambitiosæ de reb. Eccles. non alien.* ubi omnes alienationes bonorum Ecclesiæ sine Pontificis auctoritate annullantur, & ultra nullitatem, Archiepiscopi, Episcopi, & alii jurisdictionem Ecclesiasticam habentes in perjurio incurrunt, quia in principio omnes jurant, & promittunt non alienare, & in aliis pœnis, de quo vide Leon. *à num.* 54. *ubi sup.* Avendann. *de exeq. mand.* 1. *part. cap.* 4. *num.* 37. *cum aliis*, ubi de interpretatione, *dict. extravag.* agit.

96 Est enim dubium utrum *hæc extravag.* sit in usu, & observantia, de quo vide Covarr. *lib.* 2. *variarum, cap.* 16. *num.* 6. Navarr. *in man. cap.* 27. *n.* 150. Sarmient. *de redit. Eccles.* 1. *cap.* 2. *num.* 20. Salzed. *in add. ad Bern. Diaz. in prax. crim. canon. cap.* 71. *num.* 5. Molin. *disput.* 466. *vers. Cajetanus.* Gama. *decis.* 156. *& decis. fin.* & *ibi* Flores de Mena, qui plures allegat. Carroc. *de locat. & conduc.* 3. *part. rub. de reb. Eccles. concl.* 9. *sub quæst.* 11. *n.* 39. *&* 40. ubi multos refert, qui in usu esse, & observari dicunt, & qui contrarium affirmant. Barbos. *de potest. Episc. allegat.* 95. *num.* 48. & 49. ubi in Diœcesi Neapolitan. esse in usu tradit. Ricc. *collect. decis. collect.* 1673. *& in prax. for. Eccles. decis.* 95. ubi dicit, quòd in dubio præsumitur usu recepta, & neganti receptam esse incumbere onus probandi; & plures pro hac opinione adducit, & contrariam tenentes. Marc. Anton. *variar. lib.* 1. *resol.* 21. *num.* 15. *& resol.* 38. *num.* 10. Quòd ab alleganti debeat ejus usus probari, late comprobat Borell. *in summ. decis. tit.* 15. *de reb. Eccles. non alienand. num.* 51.

Ex quibus verior resolutio est, quam tradit Navarrus, quem Salcedus, Molina, & alii sequuntur, scilicet non esse receptam *extravag.* quoad censuras, privationem beneficiorum, & aliàs pœnas; secus vero quoad annullationem alienationis, ultra triennium, & idem tenet Fach. *contr. jur. lib.* 10. *cap.* 98. Quaranta. *in summ. Bullarii, verb. alien. rer. Eccles. num.* 18 Sarmient. *de reddit. Ecclesiast. part.* 1. *cap.* 2, *num.* 20. Rebell. 2. *part. lib.* 14. *quæst.* 5. *n.* 8. Barbos. *dict. num.* 40. Tolet *in summ. cap.* 9. *vers. tertio de hæc Paulin.* Azor. *instit. moral. part.* 2. *lib.* 9. *cap.* 2. *quæst.* 1. Sayr. *in dict. regul. lib.* 3. *cap.* 4. *n.* 15. & hæc in Hispania, & Lusitania receptior opinio est. De juramento Episcopi, & aliorum, & quòd 97
ex alienationibus Ecclesiæ utilibus, & necessariis in perjurio non incurratur, Vide Gutierr. *de jur. confir.* 1. *part. cap.* 52. Molin. *dict. disp.* 466. *vers. ex dictis.*

Plures autem sunt casus, in quibus inconsulto 98
Romano Pontifice possunt res alienari. Primus casus est relatus *sup. in num.* 89. Secundus est rerum, quæ servando servari non possunt, ut sunt res, quæ usu consumuntur. Navarr. *de alien. rer. Eccles. n.* 4. Rebuff. *ubi sup. num.* 25. Surd. *de aliment. tit.* 8. *privil.* 45. *in fin.* & latè diximus *sup. num.* Addit. ad Glos. *l.* 4. *num.* Tertius est repudiatio legati, latè *in* Glos. *d. l.* Quartus est, quando summa alienandi necessitas instaret, & Summus Pontifex de facile adiri non posset. Rebuff. *num.* 35. Quarant. *n.* 42. Barbos. *num.* 58. *ubi sup.* Rodoan. *de reb. Eccles. non alien. in quæst.* 13. *num.* 13. Ugolin. *de potestat. Episc. cap.* 14. *§.* 7. *num.* 5. *vers. tertio.* Borrell. *num.* 54. *ubi sup.* ampliat, etsi juraverit non alienare. Quintus, & sextus sunt, de quibus, *sup. in num.* 76. *&* 91. Septimus casus est in permutatione inter rectores Ecclesiæ rerum Ecclesiarum, ut ex Ricc. & aliis comprobat Barbos. *num.* 55. *ubi sup.* Octavus casus est, de quo *sup. in num.* 92. & usque ad duodecim casus congerit Barbos. *ubi sup. per tot allegat.* Navar. *in manual. c.* 27. *n.* 150.

Si læsa sit Ecclesia in alienatione, vel alio con- 99
tractu cum laico celebrato, & illum impugnare desideret, coram suo judice Ecclesiastico in integrum restitutionem de jure quodam speciali petere posse, docet Innocent. *in cap. cum sit generale de foro compet.* ubi dicit, quando Ecclesia aliquo speciali beneficio juvatur, in ea causa etiam contra laicum Ecclesiasticum judicem adire posse, *text. in cap.* 1. *de in integr. restit.* Abbas, *num.* 1. *& in cap. constitutus, el.* 1. *eodem tit. & per text. ibi, in cap. pen. de reb. Eccles. non alien.* Marant. *de ord. judic.* 6. *part. vers. secundus actus, num.* 101. Bernard. Diaz, *in regul.* 219. *in* 2. *limitat. vers. secundo fallit.* Perez, *in l.* 1. *tit.* 4. *lib.* 3. *ordin. vers. item fallit.* Avend. *de exeq. mand.* 1. *part. cap.* 4. *num.* 2. ubi communem esse profitetur. Pereir. *in l. si curatorem, verb. imploran-dum. num.* 32. *C. de restit. in integr.* Surd. *cons.* 286. *num.* 3. *&* 4. ubi dicit, quòd, si laicus negat rem esse Ecclesiæ, debet ad suum judicem laicum remitti, & si actor vult probare contrarium, quòd ante judicem Ecclesiasticum est probatio facienda. Sed tutiùs esse contra habentem titulum etiam invalidum eorum judice seculari agere, quando reus est laicus, dixit Avendann. *ubi sup.* Et contrariam opinionem non esse veram, dicunt Covarr. & Pereir. *ubi sup.* & ita in Pinciano Senatu declaratum fuisse, & omnia acta per judicem Ecclesiasticum fuisse nulla. Et reum coram suo judice seculari conveniendum esse, testatur Gutierr. *ubi sup.* quibus non obstantibus à communi non esse recedendum tuetur, & eam aliis authoritatibus comprobat. Sed difficile erit secundum eam in praxi obtinere, cum hic non agatur de violentia illata Ecclesiæ, nec de sacrilegio. Et Ecclesiam forum rei sequi debere etiam in hoc casu probat Barbos. *in l. hæres absens, §. proinde, num.* 31. 42. *& 35. ff. sol. matrim.* ubi hanc veriorem esse dicit, *& num.* 36. *&* 37. contrarium procedere, quando per dolum, vel machinationem contrahentis Ecclesia esset læsa.

Alienatione autem revocatâ, quia non rite fuit 100
facta, emptori pretium est restituendum, *cap.* 1. *de in integr. restit.* Ricc. *in prax. for. Eccles. decis.* 103. *decis.* 71. *num.* 6. ubi cum Farinac. *dec.* 301.

tradit

tradit, Ecclesiam teneri ad restitutionem pretii, stante contractu consuali cum ea inito invalido. Et vide Addit. ad Glos. *l. 63. num. infra hoc tit.* ubi de hac quæstione egimus. Borrell. *à num. 67. ubi sup.* ubi tradit, quod debet recuperare pretium à prælato, seu ejus hæredibus, si prælatus promisit evictionem, & si non est solvendo, habere recursum ad Ecclesiam, quatenus esset facta locupletior, & plures cumulat. Azeved. *in l. 6. tit. 2. lib. 1. recomp. n. 15. & 16. & n. 18.* tradit à prælato, vel œconomo vendente pretium peti posse, si in utilitatem Ecclesiæ non sit conversum, quem vide, & Gutierr. *pract. qq. lib. 3. quæst. 8. num. 5.* ubi de intellectu dictæ legis, quæ pretium repeti prohibet, agit, & de quæstione, an tempore ad restitutionem fructus teneatur, Vide Addita ad Glos. *fin. l. 4. sup. hoc tit. num. cum aliis*, & vide ibi, alias quæstiones, quæ
101 hic deficiunt. Assensus Apostolicus an cursu temporis præsumatur, Vide *sup. relatos, n. 88.* & in Addit. Glos. *l 4. num. hoc tit.* & ultra eos, Vide Borrell. *in summ. decis. tit. 76. & 77.* Barbos. *de offic. & potest. Epis. allegat. 95. num. 72.* qui concludunt ex lapsu triginta, vel quadraginta annorum præsumi- Ricc. *in prax. for. Eccles. decis. 32.* & plures, quos cumulat Barbos. & Borrell.

102 Bona etiam, quorum titulo Clericus ad sacros ordines est promotus, alienari sine consensu Episcopi sunt prohibita. *Concili. Tridentin. session. 21. cap. 2. de reform.* Pet. Gregor. *syntagm. jur. lib. 2. n. 9. per tot.* Navarr. *in man. c. 22. num. 18. & cons. 14. num. 2. & 41. num. 3. de tempor. ordin.* Nicol. Garc. *de benef. 2. part. cap. 5. à n. 74. & in §. 1. n. 177.* ubi dicit alienationem ipso jure nullam esse. Avendañ. *respons. 17.* Matienz. *in l. 1. tit. 25. gl. 1. num. 4. lib. 5. recomp.* Spino, *in specul. test. glos. 18. in prin.* Menchac. *de succes. creat. §. 22. n. 43.* Cevall. *commun. quæst. 527. n. 2. cum aliis*, ubi rejecta contraria opinione hanc veriorem, & à sacro Concilio Tridentino approbatam dicit. Gutierr. *pract. qq. lib. 2. quæst. 65. n. 10.* Ricc. *in prax. for. Eccles. decis. 86.* Rodoan. *de reb. Eccles. non alien. quæst. 51. c. 13.* Gonzal. *in regul. 8. Cancell. glos. 5. §. 10. num. 13.* Gratian. *discept. cap. 159. num. 2.* Sayr. *decis. 15. de tempor. ordinan.* Valenz. *cons. 30. à n. 1.* apud quos alios plures laudatos invenies. Narbon. *in l. 35. tit. 3. lib. 1. recomp. glos. 2. num. 85. & 86.* ubi alienationem ipso jure nullam esse ruerunt. Et de quæstione, utrum hæc bona gaudeant privilegio bonorum Ecclesiæ, & an ex eis debeatur decima, & solvatur charitativum subsidium Episcopo, Vide apud supra citatos.

103 Limita 1. quando Clericos habet congruam sustentationem, vel beneficium Ecclesiasticum sufficiens ad ejus alimenta, ex eodem Concilio Trident. *in dict. cap. 2. ibi, ne cogatur mendicare, &* ibi. *donec. beneficium Ecclesiasticum.* Cevall. *n. 8.* Ricc. *n. 5. &* 6. Gutierr. *ubi sup.* idem Cevall. *in tr. de cognit. per viam viol. 2. part. quæst. 151. à num. 30. & comm. contr. comm. quæst. 561. n. 25. & 26.* Valenz. Narbon. *in d. 88. & 89. ubi sup.* & in hoc casu sine Episcopi licentia valet alienatio.

104 Limita 2. in patrimonio Clerici in minoribus ordinibus constituti, nam hujusmodi patrimonium non est prohibitum alienari, quia in eo militat ratio Concilii, ut tradunt Ceval. *in d. n. 26.* Gratian. *d. c. 159. n. 9. & 10.*

105 Causas, ex quibus Episcopus potest, & debet licentiam præstare, ut Clericus liberè possit hoc patrimonium alienare, refert Nicol. Garcia, Narbona, *num 87. ubi sup.* ubi causam esse justam dicit pro debitis ante titulum patrimonii contractis. Et generaliter ex omnibus causis, ex quibus fundus dotalis alienari valet, poterit etiam patrimonium alienari, ut communiter receptum esse dicit Petr. Gregor. *syntagm. jur. lib. 24. cap. 9. n.* ubi etiam dicit, quòd Episcopus non tenetur, si clericus non habet unde vivere, quando tempore receptionis ordinum sufficiens patrimonium habebat, etsi postea in diminutionem venerit. De aliis quæstionibus Vide additionem ad Glos. *l. tit. 1. p. 1. & ad glos. fin.* 106
l. 4. sup. hoc tit. ubi de alienatione bonorum minoris egimus, inter quam alienationem, & alienationem rerum Ecclesiarum nulla est differentia, ut diximus ibi, & tradit Joann. Gutierr. *cons. 15. n. 19.* & quæ differentiæ versentur inter Ecclesiam, & minorem, Vide Salzedum, ad Bernard. Diaz. *regul. 218. lit. E.*

SUMMARIUM.

1 *Bonorum ad civitatem pertinentium duo sunt genera.*

2 *Quæ sint bona communia, & destinata ad usum publicum.*

3 *Ea bona non possunt vendi, nec sunt in commercio. Item nec præscribi: nec in eis pro debitis civitatis executio fieri: Nec servitus constitui: Nec census imponi potest. 4. 5. 6. & 7.*

8 *Alienatio ipsorum etiam omnibus de populo consentientibus est prohibita; Secus ex Regis licentia, n. 9.*

10 *In terris dominorum an licentia regis requiratur ad alienationem, & n. 11.*

12 *Quid ubi domini sint in consuetudine præstandi terras terminorum ad culturam.*

13 *Solaria præstare generaliter pertinet ad dominos vassallorum.*

14 *Rectoribus civitatum in terris Regis permittitur concedere solaria ad domos ædificandas.*

15 *Statuta, & ordinationes factæ à dominis oppidorum non possunt executioni dari, nisi à Rege confirmentur.*

16 *Viæ, seu itinera, quæ publica, quæ privata, & quæ vicinaria dicantur: & an liceat populo seu universitati ea vendere.*

17 *Bona publica destinata ad usum publicum, an quoad dominium, & proprietatem sint civitatum, seu oppidorum.*

18 *Si occupetur ab aliquo particulari, competit universitati utilis rei vendicatio.*

19 *Bona publica ad particulares usus definita, quæ sint.*

20 *Hæc vendi, & distrahi de jure communi possunt:*

21 *Ad eorum alienationem requiritur solemnis convocatio concilii, & quòd interveniant omnes decuriones, vel ad minus major pars ex congregatis 22. & 23.*

24 *Quando agitur de alienatione rei, in qua omnes commodum habent, seu de reductione pascuorum ad culturam, debet omnium intervenire consensus, & n. 27.*

25 *Item major pars curialium, & honestiorum.*

26 *Prædicti curiales an hodie sint, qui vocantur consiliarij, seu Regidores.*

28 *Item requiritur, quod omnes jurent patriæ suæ utile fore; Quòd bona subhastentur; Decretum judicis, Et quòd nomina singulorum in instrumento scribantur. 29. 30. & 31.*

32 *Alienatio prædictorum bonorum absque principis licentia an possit fieri, & n.* 33.

34 *Licentia principis non debet subsequi contractui, sed post tractatum, & ante confectionem scripturæ debet intervenire.*

35 *De natura licentiæ est actum actum, vel in ipso actu præstari, ubi intervenire debet.*

36 *Nisi ex certa scientia princeps contractum approbaret.*

37 *Horrea publica, vulgo* las Alhondigas, *licet sint publica, & communia, tamen separantur à bonis propriis civitatum respectu suæ destinationis, & nullo modo possint vendi.*

38 *Eadem solemnitas requiritur ad alienationem bonorum oppidorum, & villarum, quæ ad bonorum civitatum; & universitatum, & confraternitatum laicorum,* n. 39.

40 *Pro debitis civitatis in dictis bonis executio fieri valet.*

41 *Et quid sit faciendum, si bona cum regis licentia non sunt obligata.*

42 *Bona communia, & exposita usui publico, & quæ ad particularem usum civitatis destinata sunt, obligari non possunt.*

43 *Civitates an possint facere statuta circa rerum suarum alienationem.*

44 *An circa damna animalium, & quæ intrant de una parte in aliam, & super pascuis.*

45 *Communitatem in pascuis civitas non potest facere absque omnium incolarum consensu.*

46 *Commoditas pascuorum est incolarum tam præsentium, quàm futurorum.*

47 *Vicinus quis verè dicatur, ut uti possit privilegiis vicinis concessis.*

48 *Civitas etiam per modicum tempus non potest pascua locare, nec permittere, quòd forenses utantur pascuis.*

49 *Communitas super pascuis etiam vicinis consentientibus fieri non potest.*

50 *Vicini defensas, seu* dehesas *non possunt dare, ita ut posteri defensas servare teneantur.*

51 *Ad tempus pascua non possunt locari, etsi major pars vicinorum consentiat, si minor contradicit, & refertur decisio quædam Senatus supremi.*

52 *Vicini etsi renuntiaverint juri suo, non possunt absque regis licentia defensas facere.*

53 *Dominus an possit prohibere, ne animalia aliorum in suo fundo pascantur, & 63.*

54 *Materia pascuorum favorabilis est.*

55 *Cives originarii, & adoptivi alibi habitando an possint frui pascuis suis animalibus.*

55 *Quid de doctore conducto ad legendum, & de advocato, & medico.*

57 *Clerici beneficium in oppido, & ibi habitantes possunt uti pascuis.*

58 *Habentes bona immobilia in loco extra tamen habitantes an possint uti pascuis.*

59 *Famuli mercenarii habitantes in civitate, seu oppido servitio an possint uti pascuis.*

60 *Habitantes in civitate animo obtinendi domicilium in alio loco, seu cum animo se transferendi, an possint uti pascuis.*

61 *Unicuique an liceat migrare de una civitate ad aliam. Et oppida an possint compelli admittere eos in cives.*

62 *Domini oppidorum, jurisdictionemque habentes an possint impedire ingressum in suo, oppido habitare volentibus, & de jure regio, concluditur negativè? & 63.*

64 *Limitatur in dominis non solum jurisdictionis, sed territorii, & in eis, qui habent aliquod jus speciale in pascuis.*

65 *Transiens cum equo an possit licitè pascere in locis per quæ transit.*

66 *Carrucarii transeuntes an possint boves in locis, per quæ transeunt, pascere.*

67 *Fratres vulgo de* Mesta *cum transeunt ad defensas, seu dehesas, pascua publica cum suis ovibus pascere possunt.*

68 *Ampliatur, etsi habeant iter destinatum, quod vulgo* gañada real, *vocamus.*

69 *Item possint ramos arborum, & ligna scindere ad ignem, & alios effectus.*

70 *Fratres mestæ non tenentur ad pœnas ordinationum, seu statutorum oppidi, per transeundo per loca, quæ inter se prohibent vicini, & solum tenentur ad damnum.*

71 *De aliis privilegiis fratrum Mestæ, remissivè.*

72 *Fratres Mestæ qui dicantur, & judices Mestæ de quibus cognoscant, in quibus locis possint ponere suas audientias; & de interpretatione* l. 5. & 6. tit. 14. lib. 3. recompil. & pragmaticæ anni 1615. c. 2. *& de divisione fratrum Mestæ, & qui ipsorum privilegio fruantur, de quorum injuriis Mestæ cognoscant, & qui comprehendantur in commissione judicum de quadrilla.*

73 *Comites, & domini oppidorum, seu villarum, si in eis non habitent, utrum suis gregibus pascuis uti possint n.* 80. *&* 81.
An in pascuis aliquod jus habeant, & 75.

74 *Regulariter pascua publica sunt universitatum, & non dominorum, & etsi simul nemora possideat dominus cum vicinis.*

76 *Domini oppidorum non possunt vicinos seu vassallos prohibere, ne in propriis fundis pascant suis animalibus.*

77 *Nec vassallis prohibere uti pascuis, nec ea alienare.*

78 *Si populus diruit ædificia depopularetur, & vicini in aliud oppidum commigraverint, tunc pascua ad habentem jurisdictionem spectat.*

79 *Limitatur, si alia villa haberet communitatem in pascuis.*

80 *Dominus potest uti pascuis communibus, si in oppido habitet, Domini quot animalia possint in suis oppidis ingredi.*

71 *Si non habitet in loco, an possit uti pascuis.*

82 *Domini etsi habeant æconomos in oppido, si extra habitent, non possunt uti pascuis.*
Etsi vicini illius oppidi sint, 83.

84 *Nisi esset de consuetudine, quòd domini pascuis fruerentur.*

85 *Item si oppidum, seu villa pascuis abundet, & montes spaciosos habeat.*
Aqua concessa uni potest alii concedi, si ex hujusmodi concessione jus alterius non laeditur.
Usus nemoris, vel lignandi concedi potest pluribus successivo tempore, si ligna omnibus possint sufficere.

86 *Si dominus concessit jus depascendi subditis suis, non prohibetur vendere pascua extraneis salvo usu necessario pro subditis.*

87 *Si aliquod damnum incolis efficeretur, dominus non potest pascuis uti, & sufficit quòd incommoditas sequatur, licèt non sequatur damnum.*

88 *Domini non solum jurisdictionis, sed proprietatis terminorum possunt locare pascua.*

89 *Vasalli dominorum utrum servis æquiparentur.*

90 *Religiosorum greges an possint uti pascuis publicis.*

91 *Si terræ incultæ à nemine possideantur, an domini loci, seu universitatis esse præsumantur.*

92 *Pascua communia, licet tempore immemoriali fuisse probentur, ad petitionem unius ex populis communitatem habentibus, dividi possunt.*

93 *Limitatur, quando intervenit Regis licentia, seu quando sententia est prolata de communitate perpetua.*

94 *Divisio qualiter sit facienda, quando non constat de parte, quam quilibet populus in communitate possedit.*

95 *An inter ejusdem civitatis incolas fieri debeat.*

96 *Vicini possunt uti montibus ad se calefaciendum, & ad ædificandum, non vero ad vendendum, & item pascuis possunt frui pro animalibus suis, non extera admittere.*

97 *Divisioni erit locus inter habentes defensas, id est,* dehesas communes, *etiam à tempore immemorial.*

98 *Quando pactus est communis inter plures universitates, utrum possit altera ex eis agros incultos colere.*

99 *Divisio pascuorum licet fieri possit, communitates communitatum non possunt se ipsas dividere sine licentia regia.*

100 *Servitus juris pascendi, & alia similis, quæ vicinis alterius civit.atis competit, an sit realis, vel personalis, & quo tempore præscribatur.*

101 *Jus pascendi, seu cædendi ligna in territorio alieno præscriptione quæsitum, sive quovis alio titulo cessat, cum pascua, vel arbores non sufficiunt.*

102 *Libellus ad probandam præscriptionem juris pascendi.*

103 *Plura de pascuis, remissive.*

ADDIT. GLOSS. II.

1 AD Glos. 2. pro faciliori materiæ hujus glossæ intelligentia præmitte, duo esse genera bonorum, quæ ad civitatem pertinent; alia sunt communia ac destinata, & exposita ad usum publicum, alia, quæ communia sunt civitatum, sed ad particulares eorum usus destinata.

2 Primi generis sunt plateæ, viæ publicæ, itinera publica, agri (quos *exidos* vocamus, qui frequenti usu solent esse juxta muros civitatum ad populi deambulationem, & pasturam animalium) flumina, fontes, areæ vacuæ in circuitu domorum, defensæ, prata, montes, termini & his similia, hujus etiam generis sunt Theatra, Amphitheatra, Studia, Palatia, seu domus ubi decuriones congregantur, licet non semper publico usui exposita sint, *l. in tantum, §. universitatis, ff. de rer. divis. §. universitatis, instit. eod. & ibi.* DD. *l. 9. tit. 28. part. 3.* ubi latiùs egimus. Avendañ. *de exequend. mand. 2. part. cap. 10. num. 1.* Avendañ. *de censib. cap. 68. num. 1. & 2.* Felician. *lib. 2. cap. 5. num. 3.* Azeved. *in l. 1. tit. 7. lib. 7. recomp. n. 8.* Cabed. *decis. Lusit. 18. n. 4. part. 2.* Molin. *disput. 340. col. 530.* Mantic. *de tacit. convent. lib. 4. tit. 8. n. 1.*

3 Et Nota 1. ex *text.* & Glos. *hic*, quòd hæc bona non possunt vendi, nec sunt in commercio, cui Adde *l. 13.* & ibi Gregor. Lopez. *in glos. 4. tit. 9. p. 6.* & *ibi.* Addit. §. *fin. vers. item publica. inst. de empt. & vendit. l. continuus* §. *cum quis ff. de verb. oblig.* & *ibi*, Glos. & DD. Avendañ. *dict. cap. 10. n. 1. vers. quædam vero.* Avilef. *in cap. prætor. cap. 30. n. 3. vers. vide quoque.* Gomez. *2. tom. variar. cap. 2. num. 50.* Azeved. *n. 8.* Felician. *num. 3. ubi sup.* Petr. Gregor. *syntagm. jur. lib. 25. cap. 7. num. 5.* Rodrig. *de ann. reditib. lib. 1. quæst. 14. n. 67.* Avendañ. *dict. c. 68. n. 1. vers. quod ex eo*, & de jure nostro noviori idem probat. *text. in l. 5. versic. declaramos, & in l. 1.* ibi, *pero defendemos que los dichos concexos no los puedan labrar, vender, ni enagenar & l. 11. tit. 7. lib. 7. recomp.* Mieres, *de majorat. 4. part. quæst. 2. num. 110.* ubi alios refert. Ludovic. Cens. *1. part. cap. 3. in prin. num. 2. & 3.* Nec possunt præscribi, *l. 1. tit. 29. part. 3.* & vide ibi Addit. *in glos. 3.* & de jure communi. *l. præscriptio, C. de operib. pub. l. viam, ff. de via publi. l. usucapionem, & l. fin. ff. de usucapio.* Azeved. *in l. 1. tit. 15. lib. 4. recomp. n. 74.* ubi contra Avendañ. Gregori Lopetii opinionem sequitur, qui tenet prædicta bona præscribi non posse, & *in l. 3. tit. 7. recop. n. 20. vers. ego tamen, & num. 21. & 22.* ubi eandem opinionem defendit, etiam in parte defensæ, exitus, vel plateæ, & declarat, in quibus præscriptio cadere possit. Roder. Suar. *allegat. 15.* & *ibi* Valdes. Valenz. *cons. 20. num. 5. & num. 37. & 38.* ubi etiam in parte impræscriptibilia esse dicit. 4

Nec in eis pro debitis civitatis potest executio fieri, Maranta, *de ordin. judic. tit. de execut. sentent. num. 52.* Dueñas, *regul. 275. num. 3.* & diximus ex Gregor. Lopez. in glos. 8. *l. 3. tit. 27. p. 3.* Avilef. *in dict. cap. 3. prætor. col. 2. vers. & an executio fiat in viis publicis.* Mexias *in l. Tolet. in l. fundam. 2. part. n. 36.* Parlador. *lib. 2. rer. quotidian. cap. fin. 5. part. §. 3. n. 3.* Avendañ. *de censib. cap. 68. n. 16.* Amat. Rodrig. *de execut. sentent. cap. 5. n. 67.* Nec servitus in eis potest constitui, ut diximus, *l. 13. tit. 31. part. 3. glos. ult.* Ubi vide Addit. 5 6

Nec census super eis imponi. Rodrig. *de ann. reddit. lib. 1. quæst. 14. num. 67.* ubi alios allegat, & comprobat ex *supra* traditis. Felician. *de censib. tom. 1. lib. 2. cap. 3. num. 1.* Avendañ. *c. 68. num. 1. & 2.* ubi de eadem quæstione agit. Bened. Bon. *art. 16. n. 40. & art. 17. num. 41. & art. 18. n. 42. & art. 19. num. 43.* 7

Amplia, etsi omnes de populo conveniant, & consentiant alienationi. Mexias, *in l. Tolet. in 9. fundam. 2. n. 45.* Azeved. *in d. l. 11. tit. 7. lib. 7. recomp. n. 3.* Castill. *quotid. controver. lib. 1. de usufruct. cap. 54. n. 30. cum aliis*, ubi latè hanc opinionem defendit contra Avendañ. *de exeq. mand. 1. part. cap. 12.* Cevall. *quæst. 749. num. 35.* ubi cum eo transit Gutierr. *pract. lib. 4. quæst. 60. num. 7.* & hanc veriorem dicit Ludovic. Cens. *de censib. part. 1. cap. 3. in princ. num. 2.* 8

Limita 1. ex Glos. *hic*, hæc bona posse alienari de licentia Regis, nam ea interveniente, licite vendi, & alienari poterunt. Cui Adde *l. 11. tit. 7. lib. 4. recopil.* & Add. ad Glos. *4. l. 26. tit. 31. part. 3. & ad l. 2. tit. 19. part. 2.* Avendañ. *de exequend. mand. cap. 12. num. 22. 1. part.* Avilef. *in cap. 30. prætor. verb. gratias, num. 3.* Azeved. *in l. 11. tit. 7. lib. 4. recomp.* Rodrig. *n. 67.* Castill. & Cevall. *ubi sup.* Avendañ. *in d. cap. 68. n. 3.* Mantic. *de tacit. convent. lib. 4. tit. 8. num. 3.* Mieres, *de majorat. 4 part. quæst. 2. num. 110.* 9

Limita 2. extra Glos. in terris dominorum, si de licentia eorum alienentur, nam hujusmodi alienationem valere tenent Ayendañ. *de exeq. mand. dict.* 10

dict. cap. 12. n. 24. Mexias, *in l. Tolet. 9. fundam. 2. part. numer. 48. & 49.* Castill. *dict. lib. 1. cap. 54. num. 56. & 57.* Avendañ. *de censib. dict. cap. 68. num. 12. versic. unde manifestè*, ibi, *aut dominorum licentia.*

Nam & statuta, & ordinationes in suis terris ab ipsis confirmatis valent, & non indigent Regia approbatione, Avend. *de exeq. mand. 1. part. cap. 8. num. fin.* Avilef. *cap. præt. 17. num. 18.* Gutierr. *de juram. confirm. 1. part. cap. 18. n. 2.* Girond. *de gabell. 2. part. §. 2. num. 19.* quem vide, *num. 17. & 18.* ubi multos laudat, qui de his ordinationibus, & earum confirmatione, & observantia agunt, de quo etiam vide Garc. Falcon. *regul.* 434. qui alios adducit.

11 Contrariam opinionem, scilicet in terris dominorum etiam cum eorum licentia alienationem non valere, contra Avend. *in dict. cap. 12. n. 24.* tenent Bobadill. *lib. 2. cap. 16. n. 153.* Gasp. Rodrig. *de ann. redit. lib. 1. quæst. 14. num. 67. vers. amplia etiam si reditus.* Cevall. *3. tom. quæst. 749. à n. 35.* ubi contra Castil. hanc opinionem defendit, & latè eam exornat Velasq. Avendañ. *de censib. dict. c. 68. n. 3.* Gutierr. *lib. 4. q. 60. n. 8.*

12 Limita hanc opinionem, ubi domini sunt in consuetudine præstandi terras terminorum ad culturam, ex quibus donatariis dominium acquiritur, & sic est jam decisum in Granatensi prætorio in lite, quæ super validitate harum gratiarum ibi fuit

13 agitata. † generaliter ad omnes dominos vasallorum pertinere prædicta solaria præstare docuit Avendañ. *dict. cap. 12. numer. 24.* Bobadill. & Gu-

14 tierr. *numer. 8. ubi sup.* † Et rectoribus civitatum in terris regiis, etiam permittitur hujusmodi solaria ad domos ædificandas, & ad alia ædificia facienda concedere; Ut cum Avend. *n. 22. ubi sup.* Bobadill. *lib. 3. c. 8. n. 91.* tradit Gutierr. *in d. c. 60. lib. 4. n. 2. & 3.* & sic practicari testatur, licet de jure communi aliud sit.

15 Nec verum est, quod de ordinationibus, & statutis à dominis confirmatis docuerunt Avend. & alii relati *sup. num.* nam contrarium, scilicet quòd hujusmodi statuta, & ordinationes absque Regia confirmatione non possint effectui dari in terris dominorum, etsi ab eis confirmata sint, probat *text. in l. 8. tit. 1. lib. 7. recopil.* Lopez. *in l. 12. tit. 1. part. 1. glos. 2. in medio. vers. idem alij inferiores, & versic. & forte*, & *ibi*, Humada, *in scholis ad glos.* & vide *ibi*, per nos latè tradita. Bobadill. *lib. 2. c. 16. n. 128.* ubi hanc opinionem veriorem dicit. Cevall. *dict. q. 749. n. 43. 44. & 45.* ubi à doctrina Avend. cavendum esse admonet.

16 De viis, & itineribus, quæ publica, quæ privata, & quæ vicinalia dicantur, an liceat populo, vel universitati eas vendere; & an possint occupari, vel mutari, & alia de hac materia? Vide per Surd. *decis. 22. per tot.* ubi alienari non posse resolvit, & plures allegat, & vide Add. ad Glos. 1. *l. 3. sup.*

17 Sed quæstio est, utrum hæc bona publica, quæ destinata sunt ad usum publicum, quoad dominium propria sint civitatum, vel oppidorum? Vide nostrum Lopez. *in tit. 28. part. 3. super. verb. son del comun.* & ibi, Addita, & pro nunc Avend. *de censib. cap. 68. num. 2.* & Rodrig. *de ann. redit. lib. 1. q. 14. num. 67.* ubi duas opiniones contrarias referunt, & verius esse defendunt ad civitates dominium non spectare, si verò occupata sint ab aliquo

18 particulari, vel universitate, omnes conveniunt quod competit universitati, ad cujus usum communem fuerunt destinata, utilis rei vendicatio Glos. & DD. *in l. rem actio, §. loca sacra. ff. rei vendic.*

Secundi generis bona, quæ publica sunt, sed ad 19
particulares usus destinata, sunt domus, agri, fundi, census, molendina, defensæ, & alia, ex quibus respublica pensiones, ac reditus percipit, quæ *proprios de concexo* appellamus, de quibus agitur *in titulis de administ. rer. ad civitat. pert. & de pascuis publicis, & de locat. præd. civitat.* & *in aliis tit. trium librorum posteriorum Codicis.*

Hæc enim bona de jure communi vendi, & di- 20
strahi possunt ex Glos. *hic*, cui Add. *l. sed Celsus, 6. ff. de contrab. empt. & C. de vend. reb. civit. lib. 11.* Alexand. *cons. 43. n. 4.* Mantic. *de tacit. conv. lib. 4. tit. 8. n. 14. & inf.* referendus.

Sed in hujusmodi bonorum alienatione plura re- 21
quiruntur ad ejus validationem. Primum debet concilium solemniter convocari ex mandato superioris in loco consueto ad sonum campanæ, vel præconis, vel per citationem specialem, prout de more habent, de quo vide, *l. 5. tit. 15. part. 2.* & *ibi*, Lopez. *sup. verb. à pregon. ferido. 9.* ubi notat usum antiquum convocandi concilium, & vide *ibi*, Add. Glos. *in l. si ex dolo*, §. 1. *ff. de dolo.* Bar. *in l. 2. verb. solemniter*, & *ibi*, Platea, *C. de decurion. l. 10.* Jas. *cons. 71. col. 1. lib. 3.* Curt. Jun. *cons. 174. n. 16. col. fin. & 189. n. 9.* Cravet. *134. cas. 3.* Ruin. *189. in princ. vol. 2.* Roland. *90. n. 3. & 17. lib. 1.* Menoch. *726. n. 9.* Mantic. *lib. 4. tit. 8. n. 15.* ubi dicit, quòd consuetudo cujusque loci servanda est.

2. Requiritur, quòd interveniant omnes de- 22
curiones, vel ad minus duæ partes ex tribus, *l. fin. C. de vend. reb. civit. lib. 11. ibi, in provinciis vero.* Socin. Sen. *cons. 95. num. 4. lib. 3.* Ruin. *189. n. 5. lib. 1.* Dec. *151. num. 13.* Curt. Jun. *174. num. 37.* Mantic. *dict. tit. 8. num. 16.* ubi communem dicit. Trentacinq. *variar. lib. 1. tit. quod cujusque univers. nom. resol. 1. num. 3.* & alii plures, quos adduximus *sup. in additione glossæ anteced. num. 42.* ubi vide quid faciendum sit, si istæ duæ partes non venerint ad concilium.

Ex congregatis vero, quòd major pars duarum 23
partium alienationi consentiat, sufficere tenent plures, quos retulimus, *sup. in anteced. additione, num. 46.* Mantic. *dict. tit. 8. num. 16. in fin.* ubi pro hac opinione laudat Abb. *in c. cum omnes, de constit.* ubi communem dicit, & *ibi*, Dec. & alii. Nec ob- 24
stat contraria opinio Calcanei, *cons. 45. n. 3.* quem sequitur Menoch. *cons. 80. n. 26.* & eos refert Gasp. Rodr. *de reditib. lib. 1. quæst. 14. num. 67. in fin.* nam procedit, quando agitur de alienatione rei, in qua omnes commodum habent, vel de reductione pascuorum ad culturam, in quo casu loquitur Menoc. quia tunc debet ab omnibus approbari, ex quo res deducitur ad usum non destinatum, & consuetum, & in hoc casu melior est conditio prohibentis.

3. Requiritur, quòd major pars curialium, & 25
eorum, qui honestiores sunt, & bonorum possessores etiam alienationi consentiant. *dict. l. ult. C. de vend. reb. civil.* ibi, *in provinciis vero præsentibus omnibus, seu plurima parte tam curialium, quàm honoratorum, & possessorum civitatis, & ibi*, Joann. de Platea. Ruin. *cons. 41. num. 7. & 41. & cons. 175. num. 1. lib. 1.* Roland. *90. lib. 1. num. 20.* Mantic. *tit. 8. num. 17.*

Istos autem esse ipsos consiliarios, quibus com- 26
missa est à populo civitatis administratio, ex Alex. *cons. 1. num. 3. lib. 4.* Cor. *14. num. 2. lib. 1.* Ruin. *175.*

num. 18.

27 *num.* 18. *lib.* 1. tradit Menoch. *cons.* 726. *à n.* 1. sed quòd totius populi consensus requirendus sit, & quòd omnes vocandi sint, tradit. Joann. Garcia *de nobilit. gloss.* 3. §. 2. *n.* 8. ubi alios citat, & limitat, *in num.* 9. per text. *expressum, in cap. fin. de procuratorib.* in populis nimis populosis: & praxim, quam Senatus Regius observat, refert. Contra quam praxim in hoc anno 1629. in Civitate Biatiensi, consensus omnium civium per Parrochias fuit requisitus ad extrahendum certam quantitatem pecuniarum ex horreo publico.

28 4. Requiritur, quòd omnes jurent se existimare patriæ suæ utilem fore eam alienationem, seu venditionem propositis sacrosanctis Scripturis, ex text. *in dict. l. fin.* & *ibi* Glos. & Joann. Plat. Ruin. *dict. cons.* 41. *n.* 7. & 175. *num.* 1. *lib.* 2. Cravet. 652. *n.* 1. Roland. 652. *num.* 1. *dict. cons.* 90. *n.* 20. Mantic. *d. tit.* 8. *num.* 18. *lib.* 4.

29 5. Requiritur, quòd bona subhastentur, *l. eos*, & *ibi*, Bart. *C. de diversi. præd. verb. urb. lib.* 11. *& in l. si tempora. n.* 2. *C. de fide instrum. & jur. hastæ fisc. lib.* 10. Menoch. *d. cons.* 726. *n.* 17. Felic. *de censib. lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 4. Surd. *cons.* 28. *n.* 82. *cum aliis*, & faciunt, quæ diximus *supr.* in Addit. ad Glos. *l.* 4. *sup.* ubi in alienatione bonorum minoris subhastationem requiri ex multis comprobavimus, & res publica, jure minoris utitur, ut latè tradit Everard. *in locis legal. loco de pupillo ad rem publicam.* 66. & sic est tenendum, licet in venditione rerum civitatis, quòd hoc non sit admittendum, dicat Mantic. *d. tit.* 8. *n.* 22. cum Ruin. *cons.* 189. *n.* 19. *lib.* 1.

30 6. Requiritur judicis decretum. *d. l. ultim. C. de vend. reb. civit. lib.* 11. & *ibi*, Bart. Socin. Jun. *consil.* 95. *num.* 6. *lib.* 3. Ruin. 41. *n.* 7. & 189. *n.* 10. & 11. Capic. *decis.* 93. *n.* 1. *vers. quòd*, Paul. de Monte Pico, *cons.* 44. *n.* 8. Roland. 90. *n.* 22. Natta 42. *n.* 12. *lib.* 1. Mantic. *d. tit.* 8. *lib.* 4. *n.* 10. Menoch. *cons.* 726. *num.* 19.

31 7. Requiritur, quòd in instrumento nomina singulorum consiliariorum describantur, *dict. l. ult.* Bart. *in l.* 1. *num.* 5. *de alb. scribend.* Bald. *l.* 1. *in prin. vers. consulto tamen*, *ff. de magist. convenien. & in l. civitas, in fine. ff. si cert. petat.* & hanc communem testatur, & sequitur Alexand. *cons.* 1. *n.* 5. *lib.* 4. Corn. 148. *n.* 5. *lib.* 1. & 181. *n.* 44. *vers. nec obstat, lib.* 2. Dec. *in cap. cum omnes*, *num.* 12. *de constit.* Roland. *consil.* 90. *lib.* 1. *num.* 2. & 55. Mantic. *ubi supr. n.* 29. Menoch. *cons.* 80. *n.* 29. *lib.* 1. & 726. *n.* 24. Garc. *de nobil. gloss.* 3. §. 2. *n.* 8. ubi multos adducit, & *in n.* 9. & 10. limitat in populis nimium populosis, ubi facilè universitas coiri non potest, & tunc decuriones sufficere dicit. Avend. *de cens. cap.* 68. *n.* 14. *in fine.* Et ultra allegatos de his solemnitatibus agunt Capic. *decis.* 93. Ludovic. *decis. Perus.* 93. *n.* 37. Surd. *cons.* 28. *à num.* 82. Felic. *de censib. lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 4. Rodrig. *de ann. redit. lib.* 1. *q.* 14. *n.* 67. *in fine.* Menoch. *consil.* 844. *vol.* 9. & alienatio facta sine solemnitatibus est nulla, & bona vendicantur cum fructibus, & venditor, non civitas tenetur de evictione. Glos. *in l. fin. C. de vend. reb. civit. lib.* 11. quia solemnitates indictæ per legem præsumuntur substantiales, secundum Bald. *in l. comparationes* 3. *opp. in fine, C. de fide instrum.* quibus non servatis corruit. Bald. *in l. humanum*, *col.* 2. *delegi.* Tiraquel. *de retract. lign. §.* 35. *gloss.* 2. *num.* 20. *& lib.* 2. *de retract. convent. §.* 4. *gloss.* 6. *n.* 31. & quando sunt plura de essentia, seu substantia alicujus actus, uno deficiente corruit ille actus, *l. leg. si unus, C. de testam.* Lambert. *de jure patron.* 2. *part. lib.* 2. *art.* 12. *quæst.* 6. *princ. num.* 7. *fol.* 145. & 1. *p. lib.* 2. *art.* 12. 3. *q. princ. n.* 9. *fol.* 19. Cacher. *dec.* 165. *n.* 3. text. *in l. tutor. qui repert. §. pecunia l.* 1. *vers. si evidenter doceatur, ff. de administr. tutor.*

Sed dubium est an in alienatione horum bono- 32
rum Principis licentia requiratur? & non requiri videtur tenere Glossa nostra *hic*, licèt cogitandum relinquat, & eam restringit ad bona legata, vel donata civitati: & absque dubio, quòd licentia non desideratur, tenet Glos. 5. *l.* 24. *tit.* 4. *p.* 3. *vers. item si civitas, & in fin.* ubi vide Addita, & Raph. Fulgos. Imol. Paul. Castrens. Cæpol. Rebuff. & Felin. quæ refert, & sequitur Felician. *de censib. lib.* 2. *dict. cap.* 3. *num.* 3. & 6. ubi censum super his bonis absque regia facultate impositum valere defendit. Fabian. de Monte. *de empt. & vendit.* 4. *part. princ. num.* 10. Avendan. *de exequend. mand.* 2. *part. c.* 10. *num.* 1. Avilef. *cap.* 30. *in gloss. verb. gratias, num.* 3. *vers. vide quoqu.*

Contrarium, imo quòd licentia Principis sit ne- 33
cessaria, & absque ea alienationem factam nullam esse, probat text. *in l.* 11. *tit.* 7. *lib.* 7. *recompil. & ibi*, Azeved. *num.* 4. Mexias *in l. Tolet.* 9. *fund.* 2. *part. num.* 45. *fol.* 86. ubi contra Avend. hanc veriorem dicit Bobad. *lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 82. Rodrig. *de ann. reditib. lib.* 1. *q.* 14. *à n.* 67. ubi Senatum Pincianum nullum fuisse censum super his bonis sine facultate Regia impositum declaravit, & idem contra Felin. defendit Castillus, *lib.* 1. *de usufruct. c.* 54. *num.* 49. *vers. ego vero cum* 6. *sequent.* qui à *n.* 46. est videndus, nam diffusè, & eruditè de hac materia agit. Ahumada *in scholis ad Greg. Lopez. in gloss.* 5. *& l.* 6. *l.* 5. *tit.* 26. *p.* 2. ibique nos latè Bobad. *lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 153. Gutierr. *lib.* 4. *quæst.* 60. *num.* 9. Cevall. 3. *tom. quæst.* 749. *dict. num.* 35. ubi hanc licentiam etiam in terris dominorum necessariam esse tuetur. Joann. Baptist. Valenz. *cons.* 20. *num.* 43. Garcia Toletan. *in lucern. rubric. Codicis, rubric. de prædiis decurion. lib.* 10. *num.* 8. & maximam utilitatem afferre hujusmodi facultatem inquit Felician. *dict. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 1. & hæc est communis, & in praxi recepta de jure nostro noviori, & contraria procedit de jure communi, & in alienationibus factis ante publicationem, *dict. l.* 11. *tit.* 7. *lib.* 7. *recomp.* in quibus sic practicari vidi in Regali Cancellaria Granatensi in duabus alienationibus antiquis, ut illius civitatis, & altera civitatis Hispalensis, quia antea non erat prohibita alienatio horum bonorum, sed permissa intervenientibus solemnitatibus, de quibus *supr.*

Et non sufficit, quod hujusmodi licentia subse- 34
quatur contractum, sed requiritur, quòd post tractatum de alienando, & ante confectionem scripturæ alienationis interveniat *d. l.* 11. *tit.* 7. *lib.* 7. *recompil.* ibi, *sin preceder licentia nuestra. & leg.* 3. *tit.* 7. *lib.* 5. quæ loquitur in majoratibus. Castillo, *dict. c.* 54. *n.* 26. ubi hoc latè comprobat, & plures adducit; & est ratio, quia de natura licentiæ, & facultatis est, quod ubi ea requiritur, debeat ante actum, vel in ipso actu præstari, nec actum confirmat, si ex post facto præstetur, *l. si quis mihi bona*, §. *justum, ff. de acquir. hæred. auth. licentia, C. de Episcop. & cler. cap. omnis utriusque de pœnit. & remiss.* Mier. *de majorat.* 4. *part. quæst.* 2. *n.* 5. & 6. ubi jura, & authoritates plures refert, & *à n.* 1. hanc examinat, & in terminis ibi, *num.* 110.

Limita, nisi in forma speciali, & ex certa scien- 35
tia Princeps contractum approbaret, nam tunc, quod in se nullum est, validum efficit, *c.* 1. & *cap. veniens, de transact.* & post multos recenset, ita resolvit Mieres *à d. n.* 6. & de forma confirmationis.

Vide

Vide *l.* 2. *tit.* 18. *part.* 3. & *ibi* Glos. & Addita.

36 Quid de bonis horrei publici, hoc est, *de las alhondigas*, dic quòd hæc, etsi sint publica, & communia, & ejus administratio ad civitatem spectet, habet tamen causam separatam respectu suæ destinationis à bonis propriis civitatum, & nullo modo possunt alienari, nec in alios usus converti, *l.* 1. *&* 2. *C. de frumen. verb. Constantinop. l.* 2. *&* 3. *C. de Canon. frum. urb. Rom. lib.* 11. *leg.* 9. *tit.* 5. *lib.* 7. *recomp. cap.* 9. & *ibi*, Azeved. cum aliis, ex

37 quibus sequitur, quòd si facultas Regia concedatur ad imponendum censum super propria bona civitatis, vel ad alienationem eorum, non potest super bona horrei publici imponi, nisi specialis licentia impetretur.

38 Amplia 1. hæc, quæ dicta sunt de bonis civitatum, ad bona villarum, castrorum, vel oppidorum, quæ reguntur per administratores, vel concilium, in quorum alienationem requiritur eadem solemnitas, & Principis licentia, quam in alienationem bonorum civitatis requiri diximus, quia æquiparatur civitati. Bart. *in l. res publica, C. ex quib. caus. major. in l.* 1. §. *quod si nemo*, & *ibi* Glos. *ff. quod cujusque univers. & in l. civitas, ff. si cert. pet.* Alex. Corn. Ruin. Cravet. Roland. relati, & sequuti per Mantic. *d. lib.* 4. *tit.* 8. *n.* 29. Paul. de Monte Pico. *cons.* 44. *n.* 3. quem sequitur, & ejus verba refert Cevall. *q.* 749. *n.* 46. Et auctores *supra* citati, *& d. l.* 7. *tit.* 11. *lib.* 7. *recomp.* in villis quoque loquuntur. Surd. *cons.* 65. *n.* 16. ubi contrarium tenentes reprobat, & *cons.* 28. *n.* 87. plures adducit.

39 Amplia 2. procedere in rebus universitatum, confraternitatum, & collegiorum laicorum, in quibus eadem solemnitas, in alienatione requiritur, quæ in alienatione rerum civitatum desideratur, dempta licentia Regia, quia opus non est, ex traditis in additio. Glossæ *anteced. num.*

Sed quid si post additionem bonorum civitatis factam in publica subhastatione accedat novus licitator, & plus offerat, vel velit addere quartum, utrum debeat admitti, vel restitui in hoc casu civitas possit; vide Addit. ad Glos. 2. *leg.* 42. *hoc tit.*

40 Pro debitis civitatis in his bonis executio fieri valet, ut docent Bald. *in l. etiam, n.* 12. *C. de execut. rei judic.* Avilef. *in cap. Prat.* 20. *gloss. verb. gratias. n.* 3. *verf. & an executio*, Parlad. *quot. lib.* 2. *c. fin.* 4. *p.* §. 3. *in fin.* Bobad. *lib.* 3. *c.* 8. *n.* 79. Amat. Rodrig. *de*

41 *exec. sent. c.* 4. *n.* 32. *verf. quare in hujus q.* Et si pro debito bona civitatis sunt generaliter obligata absque regia facultate, fiet missio in dictis bonis, & creditor pro jure suo possidebit, & utilitatem percipiet, donec ex fructibus satisfiat; si vero cum facultate Regia bona hypothecata fuerunt, absque nova licentia poterunt vendi usque ad quantitatem debiti. De quo vide Addit. ad Glos. 2. *l.* 4. *supr.*

42 Ex supra dictis nota hodie inter bona communia, & exposita ad usum publicum, & ea, quæ ad particulares usus civitatis destinata sunt, solum eam differentiam versari, quòd illa pro debitis civitatis non sunt obligata, nec in obligatione generali comprehenduntur, nec in eis executio fieri potest, ut diximus *sup. n.* 5. ista vero quoad fructus, & reditus obligata manent, & in eis executio potest fieri, ut dictum est.

43 De doctrina Bart. & Castrens. *hic* à Glos. relata, scilicet quòd civitates possunt facere statuta circa rerum suarum alienationem, quæ apud nos non procedit, vide Mantic. *lib.* 4. *tit.* 8. *n.* 7. *cum* 6. *seq. & n.* 23. *&* 24.

Nota ultimo ex Glos. quòd civitates possunt fa- 44
cere conventiones super animalibus, quæ ab una parte intrant in alia, & super pascuis, quia non sunt alienationes, sed bonæ societates, & factæ valent. Adde Avilef. *cap.* 30. *sup. verb. gratias, n.* 3. *verf. & tenet Lopez.* Bobadill. *lib.* 3. *c.* 8. *n.* 84. ubi hanc doctrinam sequitur, & respectu moderationis pœnarum cum ea transit sine difficultate. Respectu 45
communitatis in pascuis absque omnium incolarum, & habitantium consensu, & regia licentia conventionem super pascuis fieri non posse comprobatur. Primò quia ista communitas aut est servitus, aut permutatio, & utrumque est prohibitum illi, cui prohibita est alienatio, ut diximus *sup. n.* 7. & in Addit. Glos. 1. *l.* 4. *hoc tit.* & cum Bald. *in Margarita ad Innocent. in verf. auctoritas*, docet Avend. *de excq. mand.* 1. *p. c.* 4. *n.* 20. *verf. & in tali communione*, & hujusmodi communiones fieri non posse defendit, & facit quod tradit Appendix, *ad prax. Ferrarien. rubr.* 31. *num.* 11.

Secundò facit, nam territorium quoad pascua, 46
& ejus utilitatem est incolarum, & in eo habitantium non solum præsentium, sed & futurorum. *l. omnes, C. de operib. public. l. omne territorium, de censib. lib.* 11. *l.* 2. *in fin.* ubi Bart. & alii, *C. de pascuis publ. lib.* 11. Avend. *d. cap.* 4. *n.* 3. *verf. & hoc sequitur, & c.* 12. *n.* 1. Surd. *cons.* 65. *n.* 4. Selle *dec. Reg. Arag.* 74. *n.* 15. ubi dicit, utilitatem pascuorum, & terminorum in singulos de universitate præsentes, & futuros transire, & solis incolis, & vere habitantibus deberi. *Et in n.* 15. tot esse donationes inquit, quot sunt vicini præsentes, & futuri. Et terminorum usus ad habitatores tantum pertinet, *l.* 4. *tit.* 28. *p.* 1. ibi, *cada hombre que fuere su morador puede usar de todas estas cosas sobredichas*, & ibi, *mas los que fueren moradores en otro lugar no pueden usar de ellos contra la voluntad y defendimiento de los que morassen.* Hic enim morator accipitur pro habitatore, ut tradit Avend. *in d. c.* 4. *n.* 24. Paz. *in l.* 3. *Tauri, n.* 463. *cum* 4. *seq. & n.* 486. ubi hanc legem intelligendam esse de verè habitantibus, qui in ipsis locis edunt, & dormiunt & verè commorantur. Et vide Honded. *cons.* 3. *&* 4. *lib.* 2. quem refert & sequitur Castill *lib.* 5. *c.* 86. *à n.* 36. ubi latè explicant, quando quis propriè in aliquo loco, vel civitate habitare dicatur, & *habitandi* verbum qualiter accipiatur & intelligatur, & verbum *habitare* esse frequentativum, & de continua, & non de rata habitatione intelligendum esse, docent. Et ut privilegiis vicinis con- 47
cessis vicinus uti possit, requiritur vera habitatio intra limites oppidi. Natta. *cons.* 139. *n.* 14. *p.* 1. Flamin. *cons.* 6. *n.* 28. Menoch. *lib.* 6. *præsumpt.* 42. *n.* 7. Ludovic. *dec. Perus.* 3. *n.* 17. Boër. 272. *n.* 7. ubi dicit, quòd requiritur habitatio cum domo, & familia: & idem vult Grammat. *dec.* 103. *n.* 111. Gratian. *discept. forens.* 3. *tom. cap.* 592. *n.* 7. 8. *&* 9. ubi tradit, quis propriè habitator, & habitans dicatur, & quòd habitare accipitur pro ipso corporali actu. Si enim pascua sunt habitantium, ergo civitatis.

Tertiò facit, quod civitas etiam pro modico tem- 48
pore non potest pascua communia locare, nec permittere, quòd forenses potiantur pascuis, & commoditatibus termini communis, quia *ut sup. n.* 2. 3. *&* 46. diximus, non sunt propria universitatum, sed habitantium, nec propter morem jam usu receptum possint pascua ad tempus, vel perpetuò interdicere, vel partem aliquam certis claudere limitibus, & prohibere pascendi usum Mex. *in l. Tolet.* 9. *fundam.* 2. *p. n.* 74. ubi dicit, quòd concilium civitatis non potest herbas locare, *& n.* 65. cum aliis, quòd

quòd non potest, nec ad tempus interdicere pascua vicinis, ut ex locatione earum servitia, & tributa solvantur. Covarr. *lib. 1. variar. c. 17. n. 11. in fin. vers. si rector civitatis*, ubi hanc doctrinam probat. Et quod non possunt partem aliquam certis claudere limitibus, & in ea pascua prohibere, tradit Avendann. *c. pract. c. 4 n. 25.* ubi & dicit non valere locationem. Surd. *cons. 65. n. 11. 12. 13. & 14.* ubi late comprobat pascuorum jus non posse per concilium fieri decretus. Franch. *dec. 197. n. 6. & 7.* ubi ratione consuetudinis, & concordiæ fuit confirmata locatio herbarum facta per concilium, & comprobatur ex traditis *sup.* & tradendis *inf.*

49 Quartò facit, nam etiam vicinis consentientibus communitas super pascuis fieri non potest; quia præsentes in præjudicium futurorum, quibus jus competit, non possunt terminos, & pascua alienare, ut ex aliis comprobant Avendann. *in d. c. 4. n. 3. vers. & ex hoc sequitur.* Mexias, *in d. fund. 9. 2. p. n. 72.* & vide Fontanell. *claus. 4. glos. 10. p. 2. n. 54. cum aliis*, ubi agit de privilegio concesso præsentibus, & futuris vicinis alicujus oppidi; & utrum unus possit aliis præjudicare, & præsentes futuris: & distinguit inter concessionem factam pluribus, ut singulis, & ea, quæ præsentibus, & futuris fit, vide eum.

50 Nec defensas poterunt facere, etsi omnes consentiant, ita ut posteri, seu hæredes eorum, qui talem defensam probarunt, defensam hujusmodi servare teneantur. Mexias, *d. fund. 9. n. 71.* Sesse *dec. 74. n. 20. cum 6. seq.* ubi dicit dominum territorii non posse vicinis jus pascuorum auferre: nec dominum cum rectoribus populi, etsi interveniat consensus omnium; quia non possunt præjudicare vicinis futuris, quibus etiam fuit facta donatio. Et idem docet Paz. *in l. 3. Tauri, n. 479.* & contra Avendann. tradit Azeved. *in l. 1. tit. 14. lib. 3. recomp. vers. in c. 3. prohibetur hic.*

51 Nec ad tempus poterunt pascua locari, etsi major pars vicinorum consentiat, si minor pars contradicat. Capic. *decis. 152. n. 3.* etsi postea cogitandum relinquat. Mexias, *in d. 9. fundum, n. 66.* ubi dicit, homines plebejos, etsi sint plures, non posse defensas in pascuis facere ad tempus, nec herbas locare, ut ex locatione regia tributa solvantur. Sesse *ubi proxime.* Surd. *cons. 65. n. 17. & 18.* ubi tradit in hac materia pascuorum majorem partem non attendi, quia negotium spectat ad omnes ut singulos. Fran. Ripa. *respon. 93.* ubi dicit, majorem partem universitatis in præjudicium minoris non consentientis pascua restringere non posse, & est Glos. *verbo, ad obtinendum, vers. loca, in 2. expositione, l. 2. ff. nequid in loco public.* quam, *ibi*, comprobat Bart. & dicit, quòd semper præfertur, qui prohibet, quòd locis publicis quis utatur alio modo, quam ad quem est destinatus, & procedere in eis dispositionem, *l. Sabinus, ff. commun. divid. l. an unus, ff. si servit. vend.* etsi in meliorem statum commutaretur, *l. sed etsi quid. §. sed neque servitus, cum seq. l. locus, §. 1. ff. de usufruct. l. si usus fructus, §. rescripto, ff. de aqua pub. arcen. l. si eo loco, ff. si servit. vend.* & in specie tradit Surd. *d. cons. 65. n. 12.* & ex contradictione unius tantum vicini sic in Senatu supremo obtentum fuisse testatur. Cevall. *de cognit. per viam viol. 2. p. q. 11. n. 53.* ubi alia ad propositum refert, & sic observatur, etsi aliud sentiat Vincent de Franch. *d. decis. 197.* ubi vult, quòd major pars prævaleat; quia pascua competunt civibus ut universis, & non ut singulis.

52 Et hodie, etiam si voluerint omnes cives sigillatim renuntiando jus suum, non poterunt absque Regia licentia defensas facere, ut contra Avendann. & Mexiam tradit Azeved. *in l. 14. t. 7. lib. 7. recomp.*

n. 4. & ante eum Covarr. *pract. c. 37. num. 3. vers. quidquid sit*, ubi etiam disputat, an possit dominus 53
prohibere, ne in suo fundo animalia aliorum pascantur, Sesse *decis. 74. n. 29.* ubi dicit, hoc Regibus esse reservatum, & est text. *in l. 1. c. 3. & c. 8. tit. 14. lib. 3, novæ recomp.* ubi sic decisum extat. Hæc enim 54
materia pascuorum publicorum maximè favorabilis est, & sunt circa villas, & pagos pro eorum necessitate, & sufficientia, & si pascua villis auferantur, necesse est ipsas cito in perniciem venire, cum clarum sit, villas absque animalibus, & animalia absque pabulo nihil esse, ut considerat. Tiber. Dec. *cons. 54. n. 4. & cons. 49. à n. 22. lib. 5.*

Diximus supra *in num. 46. cum aliis*, quòd pascua, & utilitates terminorum sunt incolarum. & eorum habitantium, & quia plures quæstiones in hac materia quotidie se offerunt, aliquas ex frequentioribus breviter, & resolutivè *hic* adjungere decrevi.

Et primùm quæro, utrum cives originarii, & ado- 55
ptivi possint commodis, & pascuis territorii gaudere cum suis pecoribus, alibi habitando? vide Avend. *de exeq. mand. cap. 4. n. 4.* Paz. *in l. 3. Taur. n. 387. & 388.* Villar. Maldo. *in sylva, resp. 7. resp. 4. p. n. 3. & 4.* ubi quòd his comodis gaudere non possint, resolvunt, & sic est tenendum, licet de jure comuni cives originarii alibi habitando eis uti posse doceat Surd. *cons. 65. n. 7*

Quid de doctore conducto ad legendum, & de 56
medico conducto ad curandum, & de advocato? Vide Burg. à Paz. *in d. l. 3. Tauri, n. 410. & 425. cum aliis.* ubi cives reputari inquit, & pascuis uti posse pro tempore conductionis, & in advocato cogitandum relinquit, sed sine dubio ei omnibus terminis gaudere licet dum *ibi* habitat, & vivit.

Et idem dic de clericis electis in prælatiam Ecclesiæ, 57
seu rectoriam, vel habentibus beneficium in oppido, & ibi habitantibus, ex eodem Burg. à Paz. *ubi sup. n. 398. cum aliis, & in.* 403.

Quid de habentibus terras in territorio civitatis, 58
aliaque bona immobilia, ibidem tamen non habitantibus, utrum possint suis pecoribus de pascere montes, & pascua ipsius civitatis? Vide Paz. *in d. l. 3. Tauri, n. 391. & 392.* ubi cum jumentis, & aliis animalibus, quibus terras colit, posse pascuis frui defendit, non vero cum aliis. Cancer. *variar. resolut. lib. 3. cap. 4. de servitutib. n. 64.* & idem Paz. *l. 12. tit. 7. lib. 7. recomp.* quam pro contraria opinione ponderaverat in illis verbis, *salvo tan solamente con los dichos bueyes, y otros ganados con que labran en los tales lugares los herederos, y vezinos, y moradores en ellos, ò otros por ellos,* sacrisfacit, & sic singulis diebus judicari testatur, & pro hac opinione allegat. *l. 2. C. de pascuis public. lib. 11.* Lauren. Cavalcan. *cons. 31. col. penul. vers. quod si non apparet*, & expendit rationem *l. 21. tit. 31. part. 3.* ibi, *porque se engruesse la tierra del estiercol que sale de ellos, para dar mejor fruto.* Vide ibi Addit. & eum sequitur Azeved. *in d. l. 12. n. 2.* ubi copulativam illam *Y* resolvi in disjunctivam docet, & quòd possint pastibus publicis, & communibus, & defensis bovibus culturæ destinatis gaudere.

Quid de famulis mercenariis habitantibus in ci- 59
vitate cum aliquo cive; vide Paz. *n. 411. cum 6. seq.* ubi pro parte affirmativa, scilicet quòd hujusmodi famuli sint cives, & eorum privilegio gaudeant, & in statuto de habitatoribus civitatis comprehendantur, adducit text. *in c. rogationes, de consecrat. distinct. 3.* ibi, *plebs universa conveniat, & in plebe servi comprehendantur, l. plebem. ff. de verb. signif. l. 1. & 2. C. de Episcop. & Cler.* Grammat. *decis. 87. col. 2.* & Greg. Lop. *in l. 1. t. 1. p. 6. glos. 4. in medio, vers. sed an suffic. ubi* vide Add. & quòd sint vicini multis com-

probat Jo. Matienz. *in l. 1. t. 4. gl. 5. n. 8. lib. 5. recomp.*

Contrariam opinionem, imo quòd famuli non possint pascuis uti, nisi in eis concurrant ea, quæ aliàs de jure, & consuetudine necessaria sunt, ut loci ubi serviunt vicini sint, hoc est quòd recepti sint pro vicinis, & onera subeant, tenet Paz. *ibi n. 418.* & contra Matienz. non esse vicinos tuetur Flores de Mena, *l. 1. q. 1. n. 9.* & juribus pro contraria opinione adductis respondit, sed in hoc consuetudini est standum.

60 Et de habitantibus in civitate animo se transferendi in aliud oppidum, seu animo retinendi domicilium in alio populo, vide eundem Paz. *n. 396.* ubi sit pascuis uti non posse hujusmodi habitatores, etsi illic matrimonium contraxerint, & de istis non esse intelligendam *d. l. 9. tit. 25. p. 3.* vide *ibi* Addit. per text. *in l. si in patrem, C. de incolis,* & *ibi* DD. *lib. 10. & in l. ejus eodem tit. cum aliis,* de quibus meminit Jas. *conf. 77. vol. 2.* Socin. *conf. 35. col. 2. & 3. lib. 1.*

61 Sed an liceat omnibus transire cum suis de una civitate ad aliam, vel ad aliud oppidum, & oppida compelli possint aliquem in civem recipere, vide *l. 1. tit. 9. lib. 7. recop.* ubi libera facultas omnibus datur transeundi ex unis locis ad alios habitandos, & prohibentibus gravis pœna imponitur, & hanc veram, seu tenendam esse, & in praxi servandam docuerunt Paz. *in d. l. 3. Taur. n. 513.* multis rationibus eam exornat, Azeved. *in d. l. 1. n. 2.* ubi in regali Cancellaria Pinciana de hac materia ancipitem quæstionem fuisse, dicit.

62 In villis, seu oppidis dominorum jurisdictionem habentium utrum possint impedire ingressum sui territorii volentibus in eo habitare? & quòd eis liceat ingressum impedire probat text. *in l. Divus, ff. de servit. rust. præd.* ubi dominus fundi prohibere potest, ne alius ingrediatur fundum suum etiam ve-

63 nandi causa, & *ibi* DD. hoc notant, Covarr. *prax. c. 37. à n. 1.* Et hanc prohibitionem etiam ab habente jurisdictionem fieri posse, docet Ruin. *conf. 28. n. 15. vol. 1.* & eos referunt, & sequuntur Surd. *consil. 174. n. 4. 5. & 6.* Gratian. *discept. c. 139. n. 5. & 6.* ubi etiam docent, quòd habitare volentibus possunt dare formam ab eis servandam, hoc est licentiam ad tempus, & cum limitatione ut possint pascuis uti, & jam admissos, & receptos causa interveniente expellere, dicit idem Gratian. *n. 7. & 8.* sed obstat text. *in d. l. 1. tit. 9. lib. 7. recop.* cujus dispositio etiam in terris dominorum procedit, imo ipsi causam legi dederunt.

64 Quam limita in dominis non solum jurisdictionis; sed etiam territorii, de quibus dicemus *inf. in* Gl. *seq. à n.* & in eis, qui habent aliquod jus speciale in pascuis communibus, in quorum damnum eis invitis pecudes habentibus non licebit in suis territoriis habitare. Item in eis dominis, quibus de consuetudine, vel privilegio competit jus præstandi dictas vicinitates.

65 Quid de eo, qui equitat cum equo pro aliquo negotio peragendo, an possit licitè equum pascere in locis, per quos transit? vide Carroc. *de loc. & conduct. 7. p. concl. 20. fol. 269.* ubi hoc licitum esse dicit etiam extra necessitatem. Roman. *sing. 232. tu peregrinaris,* & an transiens cum pecoribus teneatur solvere domino pascua, quæ sumunt? vide Afflict. *decis. 290.* & *ibi* Ursil. ubi alia de pascuis tradit.

66 Quid de carrucariis, qui cum suis plaustris transeunt per territoria aliena, utrum in eis pascere liceat? vide *l. 1. 2. & 3. tit. 9. lib. 6. recop.* ubi eis pascere permittitur in locis, in quibus vicinis ejusdem territorii permissum est, aliàs si in defensis vetitis, in quibus vicinis pascere non licet, boves immittant, tenentur easdem pœnas solvere, ad quos & ipsi vicini tenerentur, & non fallaris ex nota marginali posita in privilegiis eorum, nam est in petitione, & non in decisione legis.

Quid de fratribus, quos *de Mesta* appellamus, 67
utrum possint cum transeunt ad defensas, quas conductas habent, pascua publica cum suis ovibus & animalibus pascere? dic ex privilegiis eis concessis per reges multoties confirmatis cum descendunt pecora, & armenta eorum tempore hyemis ad terras temperatas, hoc est *à los estremos,* & cum eis redeunt ad montes, hoc est *à las sierras,* pascuis, & aquis terminorum, per quos transeunt, uti posse, servando sata, vineas, prata, fœnum, hortos, & defensas jure factas: & si in his rebus prohibitis eorum pecora intrant, damnum in eis factum solvere tenentur; hoc privilegium est in quaterno Mestæ noviori, typis mandato anno 1609. *fol. 50. cap. 21. & in foliis seq.* sunt confirmationes, & *c. 66. & 67. fol. 55.*

Amplia 1. procedere, etsi per dictos terminos ha- 68
beant iter destinatum, per quod hæc pecora transire possint, quod *gamada real* appellatur, & licet hoc ita expressè decisum non inverterim in aliquo ex eorum privilegiis, colligitur manifestè ex generalitate *d. c. l. 21.* & ex provisione Caroli Quinti Imperatoris, quæ est in eodem quaterno, *fol. 63. expedita anno 1529. mensis Augusti die 21.* & ex alia 25. *die mensis Aprilis ann. 1526. quæ est fol. 66.* quam observari jussit noster Philippus, *anno 1563. die 18. mensis Martii d. fol. 66.* & ex aliis multis provisionibus, & facit *c. 8. dict. privilegii, fol. 49.* à tergo, ibi *esto se entienda de la gamada perdida fuere la quadrilla per los lugares de las vinnas, y de los panes,* & *l. 4. tit. 14. lib. 3. c. 2. in fine,* ubi eadem verba repetuntur, & ne iter impediatur, nonaginta ulnas liberas relinqui jubetur ad transitum pecorum: per alia verò loca liberè transire possunt secundum sua privilegia, & clarius colligitur ex alia provisione expedita, 19. *mensis Aprilis anno Domini. 1595. quæ est ultim. totius quaterni, fol. 178. à tergo in fin.* & facit *l. 6. tit. 14. lib. 3. recop. c. 4.* ubi disponitur, quòd judices non cognoscant de locis, quos inter se prohibent vicini, hoc est *de cotos,* nisi respectu pœnarum ab his fratribus exactarum in eis contra eorum privilegia, de quo vide *inf. n.*

Amplia 2. posse ramos arborum, & ligna scin- 69
dere ad ignem, & ad alios effectus, de quibus *in c. 2. fol. 49. & c. 26. fol. 50. à tergo in suis privilegiis.*

Amplia 3. hujusmodi fratres non teneri ad pœnas 70
ordinationum, seu statutorum civitatum, aut oppidorum, ubi herbas condudunt ad pabulum suorum pecudum, ex text. *in l. 7. t. 14. lib. 3. recomp. c. 8. in fin.* ubi lex inquit. *Conque quercemos que por este capitulo, no se entienda quedar sujetos los hermanos de mesta serranos a ninguna pena de las ordenanças de las ciudades, villas, y lugares, en cuya jurisdicion, y terminos hervaxaren, y pastaren.* & in nova pragmatica Regis Philip. tertii expedita in Belem Portugalliæ, 28. *mensis Junii, anni Domini, 1619. c. 13.* ibi, *con que por este capitulo, no se entienda quedar sujetos los hermanos de mesta, serranos, a ninguna pena de ordenança de los pueblos, en cuya jurisdicion hervaxaren, ni de otros algunos,* & facit, *l. 6. d. t. 14. in c. 4.* cujus hæc sunt verba. *Item, que los dichos Alcaldes mayores, entregadores, no prohiban, ni conozcan de cotos, y de vinnas, ni de entre panes, ni de otres qualesquiera cotos, ni dehesas, ni de plantas que hizieren, y quedaren los vezinos entre si mismos para su conservacion, sino fuere tan solamente en quanto a la prenda hecha en ellos, en contravencion de los privilegios*

legios de los hermanos de mesta : y esto y endo de passo, y no de otra manera. Ex qua constat, quòd fratres Mestæ cum transeunt per terminos alicujus oppidi, non tenentur servare loca, quæ inter se prohibent vicini, & sic nec eorum ordinationes, & licet hæc lex non loquatur de stantibus, non ex hoc dicendum est, quòd teneantur ad pœnas contra non servantes dicta loca statutas, sed ad damnum, ut in satis, & vineis diximus *sup.* Et ad tempus hanc prohibitionem fieri posse tradit Azeved. *in l. 1. tit. 14. lib. 3. recop. vers. in c. 8.*

71 Multa alia sunt concessa his fratribus Mestæ, prout ex eorum privilegiis, & eorum confirmationibus constat, quæ in prædicto quaterno habentur ex *fol. 49.*

72 Sed restat nunc investigare, qui fratres Mestæ sint, nam ex cognitione hujus dubii multa pendent. Primùm scire, quibus prædicta privilegia concessa sunt, & qui eis uti possunt : secundum agnoscere in quibus casibus, & territoriis judices Mestæ, hoc est *los alcaldes entregadores*, jurisdictionem & cognitionem habent, nam eorum commissio est restricta ad loca, per quæ hi fratres, & eorum pecora habent transitum, pabulum, aut aliquod commodum, ut constat ex *l. 4. tit. 14. lib. 4. recopil. c. 2.* ibi *ordenamos, y mandamos, que de aqui adelante conozcan de las cañadas publicas acordeladas para el passo del ganado de la mesta, y de exidos cerrados, y amoxonados por los concejos, y de passos authenticos, y conocidos, por donde el dicho ganado de la mesta acostumbra yr, y venir à las dehesas, y de mas adas publicas, y conocidas del dicho ganado de mesta, y de los abrevaderos del, assimismo publicos y conocidos, en el passo por donde el dicho ganado acostumbra yr, y venir, y estar de asiento*, ubi post quam sinistras interpretationes horum judicum impugnat, eorum jurisdictionem ad casus supra traditos restrinxit, & per *leg. 6. d. tit. 14. lib. 3. recop. c. 1.* statuitur, quòd isti judices suas audientias non possint ponere ultra quinque leucas separatas ab itinere gregum, hoc est *de las cañadas*, per quæ transeunt greges pecorum horum fratrum. Deveniendo ad quæstionem, videlicet, qui fratres Mestæ dicantur, sciendum est tres leges esse ex novioribus, quæ inter se pugnare videntur, scilicet *l. 5. in c. 6. tit. 14. lib. 3. recop.* cujus hæc sunt verba; *Mandamos que de aqui adelante no se pueda declarar, ni declare por hermano de mesta el que no embiare su ganado a estremo ò del a las sierras*, alia est. *l. 6. in d. tit. 14. c. 2.* ubi inquit, *Otrosi mandamos, y declaramos, que se entiendan ser hermanos de la mesta aquellos, de cuyos agravios han de conocer, que fueren dueños propios de los ganodes, que baxan de las sierras a los estremos, ò suben de los estremos a las sierras, y los que salen de sus suelos, territorios, y jurisditiones a otros suelos, terricorios, ò jurisdiciones*, & idem iterum statuitur. *in l. 7. ejusdem tit. c. 1.*

Altera est pragmatica anni 1615. *c. 2. de qua sup.* ubi statuitur, de voluntate dominorum gregum pendere esse, vel non esse fratres Mestæ, dicit enim lex. *Primeramente que su Magestad. declare, que se entienda ser hermanos de mesta aquellos, que fueren dueños proprios de los ganados que baxan de las sierras ales estremos, ò suben de los estremos las sierras, y el que quesiere serlo de su voluntad lo pueda ser, aunque non embie su ganado a estremo, ni del a las sierras, pero que ninguno pueda ser compelido a ser hermano de la mesta contra su voluntad.*

Ecce quàm diversæ inter se sunt hæ leges, quia *d. l. 5.* ut quis declarari valeat esse fratrem mestæ, necessario requirit, quòd ejus greges ascendant ad loca temperata, vel ascendant tempore æstatis ad montes, aliàs non posse declarari pro tali, & ponderanda sunt verba illa *no pueda*, quæ potentiam tollunt, de quo vide Addit. ad Gl. *l. . . tit. 9. infr. hac part.* Et *dict. l. 6.* sufficere inquit, quòd domini pecorum exeant cum eis ad alienam jurisdictionem : & dicta pragmatica quòd stetur eorum voluntati.

Cui difficultati responderi poterit *d. l. 5.* per alias posteriores corrigi, leges enim antiquiores, & priores per posteriores sæpè in jure corriguntur, *ex text. in l. non est novum, ff. de leg.*

Sed displicet, quia correctio legum est evitanda, *& d. l. 5. & 6.* eodem tempore fuerunt recopilatæ, & si una alteram corrigeret, correcta non compilaretur cum aliis, sed omitteretur, prout aliæ plures fuerunt omissæ, quia erant correctæ, aliàs compilator de nimia incuria notaretur, & consilium Regium, à quo prædicta compilatio fuit approbata, quòd non licet loqui.

Unde pro earum interpretatione dic, fratres Mestæ esse in triplici differentia. Quidam enim sunt, qui verè fratres mestæ appellantur, quibus prædicta privilegia concessa sunt per Reges, & de istis loquitur, *lex. 5.* Alii vero, ex quorum injuriis, & querelis judices Mestæ cognoscere possunt, & quoad hoc fratres Mestæ dicuntur, de quibus loquitur *d. l. 6. c. 2. & l. 7. c. 2.* Alii, qui comprehenduntur in commissione judicum de quadrilla, quos *Alcaldes de quadrilla*, appellamus, respectu quorum jurisdictionis omnes, qui voluerint, admittuntur in fratres Mestæ, de quibus loquitur *dicta pragmatica, an. 1619.*

Hæc autem distinctio comprobatur ex seqq. 1. *ex text. in c. 8. l. 7. tit. 14. lib. 3. recop. & in c. 13. pragmaticæ anni 1529.* de quibus, *sup. n. 70.* ubi statuetur, quòd fratres Mestæ non teneantur ad pœnas ordinationum, & statutorum oppidorum, in quibus conductas habent herbas ad suas greges, & quia hoc est privilegium, addit *los hermanos de mesta serranos*, denotans aliis fratribus Mestæ hoc privilegium non competere, & alios esse fratres Mestæ, quàm qui de montibus descendunt cum suis gregibus ovium, & armentorum ad terras temperatas, hoc est *a los estremos.*

Secundo probatur *ex d. l. 6. c. 2. & d. l. 7. c. 1. dict. tit. 14.* in illis verbis, *y declaramos se entiendan ser hermanos de la mesta, aquellos de cuyos agravios han de conocer*, cujus verba retulimus *sup. n. 91.* ponderanda enim sunt verba illa, *se entiendan*, hoc est habeantur pro fratribus Mestæ, quod verbum denotat improprietatem, ut notant DD. *in c. tanta, qui filii sint legitimi.* Mantic. *de conject. ult. volunt. lib. . . tit. . . n. . .* ubi latè prosequitur, & prædictæ leges non dicunt, quòd habeantur in omnibus pro fratribus Mestæ, sed quoad hoc, ut de eorum injuriis judices Mestæ cognoscere possint, aliàs indistinctè eos fratres Mestæ esse diceret, & corrigeret, aut ampliaret *d. l. 5.* proximè relatam.

Comprobatur ex dicta pragmatica de Belen. *in d. c. 2.* ibi *y que los Alcaldes de quadrilla de Mesta han de conocer, y conozcan entre los arriba dichos en los tres casos, en que conforme a su carta de alcayde tienen de jurisdicion*, ex quibus constat, quòd fratres Mestæ, de quibus lex *ibi* loquitur, sunt respectu illorum judicum, & eorum jurisdictionis, hi enim judices compellebant omnes habentes greges pecorum esse fratres Mestæ, etsi cum eis à suis terminis non exissent, & quòd eis subditi essent in omnibus casibus, ut constat ex *cap. 10. tit. 5. in quaterno mestæ.* Hic statuitur ut fratres Mestæ sint, qui voluerint, & quod ad id compelli non possint, alias enim si generaliter esset prædicta lex intelligenda, nulli essent, qui nollent fratres Mestæ esse, & suis privilegiis uti, ex hoc enim nullum onus, sed multa commoda eis

eis sequuntur, ut ex privilegiis prædictis fratribus concessis constat. Et ducto argumento à verosimili, & à communiter contingentibus juxta, *l. non est verisimile, ff. quod met. causa, & l. nam ad ea, ff. de ll. & l. certi conditio, §. si nummos, ff. si cert. pet.* nemo præsumitur, quòd velit respuere id, quod sibi utile esse potest, nam omnes homines sunt lucri cupidi, ut scribit, Plato. *in hyparcho*, & experientia docet, quæ est efficax rerum magistra. *c. quam sit de elect. in 6.*

Item comprobatur ex tribus divisionibus Senatus Granatensis tribus in causis *ibi* agitatis inter villas Stepæ, Marchenæ, & Ossunæ ex una parte, & Consilium Mestæ ex altera. Hæc enim villæ petierunt declarari, judices Mestæ in eorum territoriis non posse ingredi, nec de novis rupturis agrorum, nec de aliis causis in eis cognoscere. Quia per earum terminos fratres Mestæ transitum non habebant ad aliquas defensas, nec pabulum, nec aliam commoditatem, & dict. judicum commissio est restricta ad terminos, in quibus prædicti fratres aliquid ex supra dictis habent, ex text. *d. l. 4. tit. 14. lib. 3. recop.* Azeved. *in l. 1. §. 4. & ibi n. 7. & 8.* & quia termini dictarum villarum ab itinere gregum, hoc est *de la Cañada real*, seu leucas, & plus distabant, & judices ultra 5. leucas à d. itinere suas audientias statuere non possunt, nec in locis distantibus ultra dictas 5. leucas numerandas à d. itinere suam jurisdictionem exercere; aliàs enim non ad 5. sed ad 9. vel 10. leucas eorum jurisdictio extenderetur. Ex parte Concilii Mestæ excipiebatur, per prædictos terminos multos greges ovium, & aliorum pecorum vicinorum Bænæ Lucenæ, & aliorum oppidorum ad defensas in Archiepiscopatu Hispalensi, & ad montes, hoc est *sierras*, & ad pastus circa litus maris transire, & multis testibus comprobavit, & fratres Mestæ posse per dictos terminos ire, redire, & transvertere ex *l. 1. c. 3. d. tit. 14.* nec ex eo quòd non transierunt esse hoc jure privandos: insuper allegabatur, judicibus prædictis esse permissum intra quinque leucas à dicto itinere gregum suas audientias collocare, & posse eligere oppidum à prædicto itinere quatuor leucas distantem, & ab illo loco numerando 5. leucas sub eorum jurisdictione dictas villas comprehendi. Ex parte villarum fuit probatum, & replicatum, greges pecorum fratrum Mestæ montanorum, hoc est *de serranos* per dictos terminos nunquam transisse, nec in eis visas fuisse, nec licere his fratribus per quæcumque loca greges trahere, & cum illis transire, sed per loca consueta, & per quæ solent transitum facere, ut bene notat Azeved. *in d. l. 4. n. 2. 3. & 4.* Item quia montes, quos *sierras* appellamus, ad quos greges, quæ per eorum terminos ducebantur, non erant ex his montibus, ad quos cum suis gregibus fratres Mestæ ascendere dicuntur, ut constat ex *c. 11. tit. 5. in quaterno Mestæ, fol. 11.* ubi declaratur, hujusmodi montes, seu *sierras*, esse Archiepiscopatum Burgensem, & Episcopatum Osmæ, Salmanticæ, Abulæ, Segoviæ, & alios in Regnis Castellæ veteris, & novæ, ex quibus pro dictis villis diversis temporibus, & annis ter fuit judicatum in Regia Cancellaria, & ultima pro villa Osmæ in mense Septembris anni Domini 1628.

Unde colligitur, fratres Mestæ non dici, qui de suis territoriis ad alia territoria cum suis pecoribus exeunt, quoad hoc ut privilegiis Mestæ fratribus concessis uti possint: aliàs si omnes fratres Mestæ essent, judices Mestæ sine limitibus per totum Regnum vagari possent suam jurisdictionem exercendo, quod non est dicendum. Alia de jurisdictione horum judicum videnda sunt *in ll. sup. citatis*. Hæc materia est frequens in usu, & à nemine explicata, & judices isti nullum discrimen faciunt, & omnia eis videntur injusta, quæ pro defensione reorum allegantur, quantumcumque justissima sint, nullumque denuntiatum justum inveniunt, ut contra eos exclamans considerat Azeved. *in d. l. 1. tit. 14. n. 10. 11. & 12.*

Sed utrum Duces, Marchiones, & Comites, & Domini Villarum, & oppidorum, si in eis non habitent, suis gregibus pecorum pascuis uti possint, & si ibi habitent, quem numerum pecorum in eis immittere valeant, solet dubitari? 73

Antequam ad resolutionem hujus quæstionis accedamus, prius agendum est de alia, ex qua ejus resolutio pendet, scilicet utrum prædicti domini ratione jurisdictionis, in pascuis terminorum suæ jurisdictionis, aliquod jus habeant, & eis uti possint, & ut eis utantur exteris licentiam gratis, vel mercede accepta præstare? Hanc quæstionem discutit Petrus Antibolus, *tractat de munerib. 3. part. §. 4. qui est fin. n. 92. cum 3. seq. in 21. tom. tr.*... & pro parte affirmativa, scilicet quòd domini ratione jurisdictionis possint pascua exteris locare, & eis licentiam præstare, ut pascuis suæ jurisdictionis utantur, adducit. Primùm quòd dominus in territorio jurisdictionem habet terrendi, & submovendi exteros, ut non possint pecora & animalia sua in territorio sine consensu suo immittere, ergo cum consensu suo poterunt ea immittere, *l. pupillus, §. territorium, ff. de verb. sign.* Secundò facit, quòd dominum Castri jurà appellant eum dominum, *c. inquisitionis, 13. circa prin. & §. prohibemus, de hæretic. in 6.* & *in aliis loc.* ergo tanquam dominus poterit pascua locare. Tertio jurisdictio descendit à Principe ad eum, ergo & ipse dominus Castri, erit dominus prædiorum privatorum hominum; sicut & ipsum principem dominum esse probant *l. bene à Zeneno, C. de quadr. script. l. de præcatio. ff. ad leg. Rod. de act.* ergo poterit, ut dominus pascua locare, prout Princeps posset, si vellet, & de consuetudine sic servari testatur *ibi in fin. n. 95.*

Contrarium, imo quòd domini jurisdictionis nullum jus habeant in pascuis, tenet ipse Antibolus, *ubi sup.* qui argumentis ab eo traditis, quæ nihil obstant, respondit. Noster Lopez, *in l. 9. tit. 28. p. 3, gl. 3. aerfic. nec obstat.* dicit dominium respectu jurisdictionis, & vassallorum à proprietate pascuorum, & terminorum esse separatum, & nihil commune habere cum proprietate jurisdictionis, & uno translato reliqua non transferri. vide *ibi* Addit. & Covarr. *pract. c. 37. n. 1.* ubi habentem jurisdictionem etiam criminalem, in pascuis publicis territorii suæ jurisdictionis nullum jus habere docet, & comprobat Burg. de Paz, *in l. 3. Tauri, n. 177. & 178.* ubi dicit dominos pretio, vel prece exteris licentiam utendi pascuis concedere non posse, quia pascua non sunt in dominio domini universitatis *& in n. 486.* Boër. *cons. 1. col. 2. & 3. & cons. 37. lib. 1.* Tusch. *lit. P. concl. 212. n. 4.* ubi ait. quòd regulariter pascua publica sunt communitatum, non autem dominorum habentium jurisdictionem. Surd. *cons. 65. n. 5.* ubi dicit dominum ratione jurisdictionis pascuis uti non posse Avendañ. *de censib. cap. 68. n. 21. vers. fin. vero*, dicit jurisdictionem longe distare à proprietate terminorum. Pereir. *de empt. & vendit. c. 12. n. 9.* ubi latè comprobat hanc doctrinam, & de pascuis publicis non posse disponere, quia multo antea fuerunt communitatum, quàm eis donatio fieret. Flamineus de Rubeis, *cons. 10. n. 100. & cons. 49. n. 88.* Jacob. Cancer. *variar. lib. 3. cap. 4. de servitutibus, num. 63.* ubi in casu, in quo dominus jurisdictionis, & homines universitatis simul reperiuntur in possessione 74 75

alicujus

alicujus nemoris, aut prati, respondit præsumi universitatis, & alios allegat. Et vide Addita Glos. 2. *infra*, *num.* 24.

76 Amplia non posse etiam in propriis prædiis, & fundis prohibere vasallos, & oppidi vicinos, ne propria animalia in eis mittant ad pascendam herbam ibi naturaliter nascentem; sicut nec aliis concivibus, habitatoribus, qui proprios habent agros, & in eis dominium speciale distinctum à dominio publico, & universali, prohibere licet, ut latè probat Covarr. *d. c.* 37. *n.* 2. *&* 3. ubi pro contraria opinione octo fundamenta tradit, & tandem quidquid sit de jure communi apud nos hoc receptissimum esse dicit, & eum sequitur Ludovic. Mex. *in l. Tolet.* 2. *part.* 9. *fundament. num.* 68.

77 Amplia 2. non posse vasallis prohibere, ne utantur pascuis; nec ea alienare, quia sunt communia. Castr. *cons.* 376. *col. ult. vers. præterea licet, vol.* 1. *in fin. n.* 1. Cravet. *cons.* 154. Bertrand. *cons.* 37. *vol.* 1. Tiber. Decian. *respons.* 49. *n.* 29. Joseph. Sesse *decis.* 74. *n.* 20. ubi quod non potest vicinis usum pascuorum auferre, multis comprobat, *&* *n.* 21. quòd potest defensas facere.

78 Limita si populus dirutis ædificiis depopularetur, & vicini se alio in loco separatim transtulerunt; tunc enim pascua ad habentem jurisdictionem spectant, & sua esse præsumuntur. Noster Lopez. *in gl.* 4. *l.* 26. *tit.* 31. *p.* 3. *circa fin. vers. unde quando pascua publica*, ibique Addit. & cum Bart. Albenico, & Paul. de Castr. tradit Petr. Avend. *in c. præ-*

79 *tor.* 1. *p. c.* 4. *n.* 24. *vers. ex quo dicebam.* Bobadill. *lib.* 2. *c.* 16. *n.* 199. ubi procedere inquit, nisi in territorio alia civitas, aut villa haberet communicantem in pascuis. Pereir. *de empt. & vend. c.* 21. *n.* 11. ubi dicit hoc casu, quando populus, aut communitas à civitate, vel castro recedit, pascua, & alia multa ad dominium castri spectare, & populum illa alteri vendere, vel donare non posse, nisi à principio ea emerit à Principe, de quo vide Lopez. & Add. *ubi sup.* & quid, si unus tantum vicinus permaneat dicto casu, ut de re propria dominus de pascuis, & cæteris rebus disponere poterit, & ea locare, vel vendere. Destructa, seu extincta universitate termini ad dominum redeunt, ut latè comprobat Joseph. Sesse *decis.* 149. *n.* 70. cum aliis, ubi *per tot.* illam decisionem fundat, quòd redduntur liberi ad obligationibus & hypothecis medio tempore per vicinos impositis. Vide, *l.* 26. *tit.* 31. *p.* 3.

80 *&* *ibi* Greg. Lopez. & Addita. His suppositis, deveniendo ad quæstionem de qua *sup. n.* 111. scilicet utrum dominus possit sua animalia, & pecora in territorio suæ jurisdictionis mittere, & pascuis communibus uti? dic quòd si ibi habitet, licitum est ei suos greges pecorum in pascuis communibus mittere, & eis uti, eo tamen numero pecorum, qui sit arbitrio boni viri moderatus juxta territorii, & pascuorum qualitatem. Covarr. *d. cap.* 37. *n.* 1. *vers. denique.* Glos. 9. *l.* 9. *tit.* 28. *part.* 3. *in fin. vers. etsi dominus*, & ibi Addit. Avend. *de exequend. mand. dict.* 1. *part. cap.* 4. *num.* 24. *vers. imo si dominus.* ubi de forensi usu apud nos recepto testantur, posse dominum oppidi ratione jurisdictionis, quam illic habet, tot propria animalia in pascuis publicis mittere, quot duobus incolis, & habitatoribus lege, vel moribus mittere licet. Covarr. *ubi sup.* Cancer. *variar. lib.* 3. *cap.* 4. *de servitutib. num.* 68. ubi hoc de jure nostro testatur, de jure autem communi tantum, quantum unus ex singularibus. Tusch. *litt. P. concl.* 112. *n.* 8. Noster Lopez. *in fin. d. glos.* 9. hoc judicis arbitrio relinquit, & Burg. à Paz. *in l.* 3. *Tauri, n.* 495. *&* 462. *&* 488. & Ludovic. Mex. *in d.* 2. *part.* 9. *fundam. n.* 59. ubi de mente D. Covar. esse dicit, qui *in d. cap.* 37. *n.* 1. *vers. est denique*, eam improbat, dicens jure non probari, eam tamen sequuntur, Avilef. *in cap. prætor. cap.* 3. *glos. verb. jurisdictio. num.* 36. *ad fin. vers. & in contributione.* Bobadill. *lib.* 2. *c.* 16. *n.* 200. Pereir. *d. c.* 21. *num.* 9. ubi dicit tolerandum esse hujusmodi usum. Surd. *cons.* 65. *n.* 5. dicit dominos tanquam incolas posse eorum animalia ad pascua appellare Incolæ qui dicantur? vide apud Covarr. *ubi proximè*, *n.* 1. *in pr.* ut vicini reputentur, debent in loco habitare. Burg. de Paz. *d. n.* 462. *vers. hactenus*, *&* *n.* 496. Bobad. *ubi sup. n.* 198. si vero ibi non habitent, sed alibi domum habeant, tunc etsi sit dominus jurisdictionis, terminis, & territorio suis pecoribus uti ei non licet, quia usus eorum est proprius ibi habitantium, & non aliorum, ut diximus, *sup.* & in terminis do- 81
cent Noster Lopez. *in d. glos.* 9. *l.* 9. *tit.* 28. *p.* 3. *vers. si tamen dominus*, ubi vide Addit. Avendañ. *in d. c.* 4. *n.* 24. *vers. ex quo dicebam.* Paz. *in d. l.* 3. *Tauri, n.* 486. *vers. proinde*, ubi usque *ad n.* 511. hanc doctrinam tuetur, & contrariis ab ipso *ibi* traditis *à n.* 430. satisfacit Surd. *cons.* 65. *n.* 5. ubi dicit, quòd domini tanquam incolæ, & non tanquam domini possunt animalia sua appellere ad pascua publica. Jacob. Cancer. *n.* 64. *ubi supra*, ex Alvar. Valasc. *de jur. emphyt. q.* 8. *num.* 43. ait hanc opinionem ipsi non placere, cum ratione jurisdictionis habeat jus pascendi, etiam si illic non habitaret, sed à prima non discedendum.

Amplia 1. ex eodem Paz. *num.* 487. etsi ibi do- 82
minus œconomum, vel alium, qui fructus colligat, habeat, vel prætorem, seu alios officiales, & respondit ad tradita *d. n.* 430. *vers. secundo & n.* 431.

Amplia 2. ex eo *ibi*, *n.* 489. etsi civis illius loci 83
sit, & in eo domicilium habeat, quia non civibus, & domiciliariis, sed habitantibus pascua conceduntur, ut diximus, *supr. num.*

Limita 1. nisi esset in consuetudine, quòd do- 84
minus pascuis frueretur, etsi in villa, vel oppido non habitaret. Paz. *in d. l.* 3. *n.* 493. Bobadill. *d. lib.* 2. *c.* 16. *n.* 201. Pereir. *d. c.* 21. *num.* 10.

Limita 2. si pascua abundent, & montes spa- 85
tiosi sint, quia tunc dominis eis frui licebit sine læsione habitantium. Paz. *num.* 509. *in fin. cum seq.* Bobad. *n.* 201. *ubi proximè*, & pro hac limitatione facit *lex Lutio* 3. *& ibi* Glos. *verb. cedetur*, *ff. de aqua quotid. & æstiv. arcen.* ubi probatur, quòd aqua, etsi concessa sit uni, potest alteri concedi, si ex hac concessione jus primi non lædatur, ubi Ripa *n.* 52. infert, quod usus nemoris, vel lignandi concedi potest pluribus successivo tempore, si ligna omnibus possint sufficere. Cancer. *var. lib.* 3. *cap.* 5. *n.* 6. 86
Et si dominus concessit jus depascendi subditis suis, non prohibetur vendere pascua extraneis, salvo usu necessario pro subditis, ex Cæpol. *de servit. rustic. præd. cap. de montib. num.* 15. Surd. *cons.* 130. *n.* 15. ubi dicit, quòd non nocet præoccupatio ejus, quod est in communi usu, maximè quando usus unius non impedit aliis, & aliis rationibus corroborat; & facit *l. aquam*, & *ibi*, Glos. *verb. pervenit*, 87
C. de servit. Si vero aliquod damnum incolis sequeretur, sine eorum consensu non potest pascuis uti, *arg. l.* 2. §. *aquæ ductus*, *ff. de servit. rust. præd. l. in concedendo*, & *ibi*, Gl. *ff. de aqua pluvia.* Et non est opus, quòd damnum notabile spectetur, sed sufficit, quòd quælibet incommoditas sequatur, *l. ult. ff. de usu & habit.* & nihil facit, quòd pro nunc vicini non habeant tot pecora, ut sufficiant pro pascuis, nam

nam satis est,quòd possint habere,*l. penult. §. licet, ff. de usu,& habit.* & sic magno cum temperamento domini, cum casus eveniat, hoc jure uti debent.

88 Limita tertiò,quando essent domini non solum jurisdictionis, sed etiam proprietatis terminorum, nam tunc poterunt pascua locare , de quo vide

89 Addit. ad Glos. 3.*n.* 24. Vasalli dominorum utrum servis æquiparentur , vide Fontan. *de pact. nupt. claus.*4.*glos.*10.*part.*2.*n.*52.*&* 53. ubi contra Joannem Nevisanum servis non æquiparari multis probat.

90 Quid de communitate religiosorum , utrum possint sua animalia immittere,& tenere in pascuis publicis? dic,quod pascuis publicis uti possunt,ut late comprobant Bertrand. *cons.*92. *per tot. vol.*3. Oldrald.*cons.*74. Surd.65. *num.*6. quia sunt

91 membrum universitatis,ut late Bertrandus, sed dubitatur, si in oppido, seu loco sint terræ incultæ, quæ à nemine possidentur,an sint domini loci, aut universitatis?& tenendum est esse universitatis, si universitas sit in earum possessione, ut si consueverint ligna scindere, aut pecoribus depascere, si verò à nemine possideantur præsumi domini castri,ut ex Peregr. *de jur. Fisc. lib.*4.*tit.*3. *num.*29. & aliis tradit Cancer. *à n.* 57. *ubi sup.* ubi duas opiniones refert.

92 Pascua communia , etsi tempore immemoriali sic fuisse probetur, ad petitionem unius ex populis communitatem habentibus dividi possunt. Afflict. *decis.*260. Cæpol.*ubi sup.cap.*9.*num.*22.*cum aliis*, ubi *in num.*39. casus tradit, ex quibus ad divisionem deveniri potest.Avendann. *de exeq. mand.*1. *part.cap.*4.*num.* 20. *vers. in qua communione*, & *in num.* 21. *&* 23. Covarr. *lib.*1. *var. cap.*17.*num.*11. *vers. his vero.* Guttier. *de juram.confirm.*1.*part.cap.* 58. *num.* 5.Avendann. doctrinam sequitur. Franch. *decis.*301. *num.*6. Thesaur. *decis.*71. sic in Senatu Neapolitano decisum fuisse testatur. Escobar. *de ration.* 2. *part.comput.*7. *num.*1. Font. *de pact. nupt. claus.*4.*glos.*9.2. *part.n.*73. Gribel. *decis. Dolanens.* 66. *per tos.*Ricc. *collect.* 1072. qui multa tradunt de divisione pascuorum : & de eorum acquisitione,& præscriptione. Ricc.

93 Limita hanc doctrinam per Guttier. *ubi sup.* quando interveniisset regia licentia, vel si jam erat lata sententia de communione perpetua , & vide Addit. ad Glos.1. *l.*10. *tit.*10.

94 Divisio qualiter sit facienda, quando de parte, quam quilibet populus in communitate posuit, non constat;an pro modo possessionum, & vicinorum,& pecorum,an vero æquis portionibus : vide Gl. *l.*26.*tit.*31.*part.*3.ubi traditur,quòd omnes admittuntur pro virili portione, vide ibi Addit. Paz. *in l.*3. *Tauri, num.*504. *cum aliis*, doctrinam istam sequitur & late materiam explicat.Thesaur. *dec.*72. *&* ibi,ejus filius, *in addit.* pro hac opinione judicatum fuisse in senatu Pedemontano testatur. Menoch. *de arbit. casu.* 128. *num.* 3.*&* 245.*per totum*, ubi varias opiniones refert, & tandem judicis arbitrio relinquendum esse dicit.Escobar.*d.computat.* 7.*num.*6.*& per totum*,& Surd. *cons.*65.*num.*16.pro rata possessionum, & pecorum pascua dividenda fore docent, & eandem opinionem, quia destinata sunt pascua ad usum fundorum, quos animalia pascentia colunt , tenet Dec. *lib.* 5. *respon.* 49. *à num.* 22.

In hac varietate opinionum Nostri Lop.opinio, quam senatus Pedemontanus approbavit, ut ibi diximus,verior est,& in praxi servanda ; & comprobatur ex text.*in l. fin.*§. *Lucius, ff. de leg.* 2. ibi, *commune vobis sit,*junctis verbis,ibi, *dimidiam partem deberi* , ubi DD. communiter notant, illud, quod in commune debetur, æqualiter inter omnes esse dividendum,*l. Imperatores,ff. de servit.rust.præd.* & vide Cavalçan. *decis.*4. *part.* 2. quam solemnem appellat. Ric. *dict. collect.* 1072. & alias decisiones refert.

Inter ejusdem civitatis incolas etiam divisio 95
pascuorum fieri debet, quia unus alterius partem sibi vindicare non debet.Avendann.*in cap. præt.* 1. *part.cap.*4.*num.*24.*vers.& facit doctrina.*Bald.ubi dicit,quòd utens assiduè usu publico, ita quòd consumit usum aliorum,potest à judice cogi,ut utatur pro rata, & servetur moderata æqualitas inter vicinos illius loci,Cancer. *variar. lib.*8.*c.*4.*de servit. n.*66. ubi ait,quòd si in villa est unum pascuum commune omnibus, & unus,qui habet modicas possessiones,tenet magnam quantitatem bestiarum, ita quòd multi habentes magnas possessiones non possunt uti *illo* pascuo,*hi* possunt intentare judicium communi dividundo, ut alter utatur illo pascuo pro modo possessionum suarum: & pro comprobatione refert Alberic.Steph.Bertr.& Casan. Tusch. *litt. P. conclus.*112.*num.*2.ubi ait habentem pauca prædia,volentem plura animalia depascere, compelli posse per judicium divisorium,ut non excedat. Et quòd divisio fieri debet pro indigentia cujuscumque vicini,ita quòd usus communis sit pauperi ut pauperi,& diviti ut diviti probatur. *ex l.*4. *tit.* 28. *part.* 3. & *ibi* Add.*l.*1.C.*de apoch.publ.lib.*10. ibi,*ut & inopes , & locupletes fructu provisionis simili potiantur.*Paz. *in l.*3.*Tauri, n.*353. Mexias, *in l. Tolet.* 9. *fundam.*2.*part.n.*57.57.*&* 58. Menoch. & Surd. *ubi supr.*

Est etiam modus,intra quem incolæ silvis, pas- 96
cuis,ilicibus, seu querietis, pinetis, aliisque locis communibus communiter uti possunt, ut puta ad calefaciendum, ad ædificandum, ut vendant : & ut pascuis pro animalibus tantum suis utantur, non etiam ut exterorum admittant, nec prædicta loca in speciales usus,& privatos redigere, sibique vendicare possunt. De quo extat celebre Arestum. Joann.Paponii.*l.*13. *arestorum, tit.*2. *de juribus dominicalibus,*cujus verba sunt *supra tradita ;* & apud nos sunt leges prohibentes occupare res communes terminorum, populorum, & in eis plantare, vel ædificare,*in tit.*7.*lib.*7.*recopil.l.*1.2.6.7.8.9.*&* 11.*&* *in d.l.*7.datur forma in incisione arborum,& 97
inter habentes defensas communes , non obstante quòd à tempore immemoriali sint in communione, erit divisioni locus,si commodè fieri potest,& alter eorum velit ab ea discedere: de quo vide Guttier. *de jur. confirm.* 1. *part. cap.*58. *num.*6. ubi defensas divisas per executoriam Regalem vidisse testatur, & procedere inquit, nisi damnum, & incommodum cæteris consociis in suis pascuis sequatur.

Quando pastus est communis inter plures com- 98
munitates, utrum possit altera ex eis agros hactenùs incultos colere,& in eis nucifera, vineas, oliveta, & alias arbores plantare? Vide Covarr. *pract. cap.*37.*n.*6.*cum aliis.* Mexiam. *in l. Tolet.*2. *part.* 9. *fund.num.*89.D.Ludovic.Casanat.*cons.*44.*n.*10.ubi ei licere resolvunt,si jus pascendi communitati ex statuto, vel consuetudine competit ; si ex pacto Roder. Suar. *allegat.*15.*n.*10.& *ibi,*Valdes. Mexias, *ubi sup. num.*60.ubi tradit aliquando propter propriam necessitatem vicinorum licentiam,& facultatem dari arandi in terminis compascuis ad breve tempus

tempus ad servitia solvenda, & pro aliis necessitatibus. Sed absque regia licentia termini, & montes arari non debent, *ex l. 1. tit. 7. lib. 7.* ubi Azeved. *n.* 13. alios refert Surd. *cons.* 65. *n.* 13. ubi dicit in præjudicium habentium jus pascendi, quod forma non potest mutari.

99 Et quamvis divisio pascuorum de jure fieri possit, ut diximus, non tamen communitates communitatum possunt seipsas dividere in pluribus sine Regia licentia. Avend. *lib.* 1. *de exequend. mand. cap.* 4. *n.* 1. *cum sequen. l.* 2. *tit.* 1. *part.* 2. ibi, *El solo os otrosi poderoso para partir los terminos de las provincias, è de las villas.* Vide ibi Add. & Mieres, 100 *de major.* 1. *part. quæst.* 26. *n.* 59. *& 60. cum aliis,* ubi alios adducit. Servitus, seu quasi servitus pascendi pecoris in territorio, seu quasi alicujus civitatis, oppidi, vel villæ, vel piscandi, venandi, ligna cædendi, & alia similia competens vicinis alterius civitatis, vel consuetudo ea utendi, quando, & quomodo præscribatur, vide Covarr. *lib.* 1. *variar. cap.* 17. *n.* 11. *& cap.* 37. *& in regul. possessor.* 2. *part.* §. 3. *n.* 2. ubi & inter consuetudinem, & præscriptionem multum interesse dicit. Surd. *decis.* 236. alios laudat. Valdes. ad Suarez. *in d. allegat.* 15. *litt. C.* & quòd præscribatur tempore immemoriali traditum, & Minsing. *cent.* 4. *obser.* 35. Guid. Pap. *dec.* 573. Casanat. *consil.* 42. *n.* 12. Appendix. *ad prax. Papiens. rubr.* 30. *n.* 6. *& per tot. & in rubr.* 31. Castill. *de usufruct. lib.* 1. *cap.* 68. *n.* 18. Cancer. *var. cap.* 4. *de servit. à n.* 49. *usque ad* 52. *tom.* 3. 101 plures allegat, & contrarium tenentes: & tandem dicit quoad effectum esse servitutem realem, nec præscribi nisi tempore immemoriali, Morla. *in empor. tit.* 6. *ff. de servit. quæst.* 4. *n.* 28. Quorum plerique & docent competere pro eis confessoriam, & Casanat. & Appendix plures adducunt. Nota etiam jus pascendi, seu cædendi ligna præscriptione quæsitum cessare, cum pascua, vel arbores omnibus non sufficiunt, & illos, quorum in territorio sunt pascua, & arbores, præferri. Afflict. *decis.* 240. Avend. *de exeq. mand.* 1. *part.* 1. *cap.* 4. *n.* 21. *&* 27. Morla. *n.* 24. *ubi sup.* Covarr. *d. cap.* 37. *n.* 11. ubi inquit, id procedere, sive d. jus sit acquisitum præscriptione, pacto, sive quovis alio titulo. Surd. *n.* 21. & Cancer. *n.* 53. *ubi sup.* qui & refert Hieron. 102 Portol. Cassan. Gabr. Azeved. Marquill. & alios, De forma libelli ad probandam præscriptionem juris pascendi vide Appendicem *ad prax. Papin. dict. rub.* 30. Caneer. *à num.* 100. Alia de pascuis vi- 103 de apud *sup.* dictos, & Tepatum *variar. tit.* 570. *de pasc. finib. ac memorib.* Riccium *in collect.* 1072. & nos diximus suis in locis.

SUMMARIUM.

1 *Quæ sunt in territorio regis alicui civitati, aut villæ non applicata, regis sunt.*

2 *Reges Hispaniæ quoad proprietatem terminorum fundatam habent suam intentionem; quia habent, & possident terram tanquam captam in bello, & jure proprio.*

3 *Interpretatio* text. in l. 1. tit. 18. part. 2.

4 *Civitates non habent de jure territorium, nisi de ejus assignatione constet.*

5 *Probata assignatione terminorum civitas, seu villa habet fundatam intentionem quoad proprietatem, & possessionem eorum contra reges, seu dominos particulares.*

7 *Per assignationem terminorum dominium in universitatem transit.*

7 *Civitas habet fundatam suam intentionem ad omnes agros, & terras, quæ sunt intra terminos ei assignatos.*

8 *Civitas præsumitur possidere de jure communi, & Lusitano secus autem de jure regio.*

9 *Quæ sunt intra fines alicujus fundi, illius esse præsumuntur.*

10 *Villæ præsumuntur esse civitatis, sub cujus territorio sitæ sunt.*

11 *Prædia communia civitatis princeps malè agit applicando suæ Coronæ, & quando terræ inculta præsumantur civitatis, aut regis, aut domini oppidi.*

12 *Pinnæ civitatis an sint principis, seu civitatis, & cujus expensis sint restaurandæ.*

13 *Dux, seu comes, aut alii dominii, qui super proprietatem terminorum cum subditis, seu villis contendunt, si ante assignationem terminorum villæ, Rex villam, & terminos donavit, habent fundatam suam intentionem.*

14 *Si vero postquam rex terminos villæ donavit, & eos distinctos ei assignavit, duci, seu comiti vel alii viro civitatem, seu villam cum suis terminis donavit, aut ex alia causa concessit, tunc quoad terminos non habent fundatam suam intentionem, licet jurisdictio concessa videatur.*

15 *Domini solum habent fundamentum in his, quæ pertinent ad eum, à quo donationem habuerunt.*

16 *Rex eximendo aliquem à portoriis intelligitur in locis sibi subditis, non vero in locis dominorum inferiorum.*

17 *Rex post assignationem terminorum populo factam non potest terras alteri donare.*

18 *Ampliatur, etsi rex dicat in donatione villam cum terris, pratis, herbis, montibus, fluminibus, & fontibus ab arena fluminis usque ad solum arboris.*

19 *Contrarium declaratur quomodo sint intelligenda.*

20 *Limitatur si rex ex certa scientia donationem secundam fecerit derogando legibus, & privilegia.*

21 *Item quando rex volens facere donationem aliquarum terrarum, quæ sunt in territorio civitatis, & notificatur populo, & populus non contradicit.*

22 *Quando territorium est proprium dominorum, domini licitè possunt pascua locare, secùs vero quando est villæ, seu universitatis.*

23 *Pascua pertinent ad dominum territorii, vel fundi.*

24 *Pascua in casu dubio præsumuntur esse populorum, & non dominorum civitatis, & castri.*

25 *Reges Hispaniæ fundatam habent suam intentionem in jurisdictione civili, & criminali totius regni contra universitates, & dominos vasallorum.*

26 *Item contra Duces, & Comites, & Marchiones.*

ADDIT. GLOSS. III.

AD Glos. 3. Nota 1. ea, quæ sunt in territorio 1
Regni, quæ non sunt alicui civitati, vel villæ applicata, Regis esse, & Adde Gabr. *lib.* 1. *commun. opinion. tit. de præsump. præsum.* 9. *n.* 2. ubi antiquos refert. Mascard. *conclus.* 217. *n.* 1. *cum aliis,* Avendañ.

de exeq. mand. 1. *part. cap.* 1. *num.* 7. *& 8. & cap.* 4. *num.* 1. *& cap.* 12. *n.* 1. Valasc. *de jur. emphyt. q.* 8. *num.* 37. *vers.* 3. *concluf.* ubi multos refert. Matien. *in l.* 3. *tit.* 10. *lib.* 5. *recop. glos.* 7. *num.* 2. *& 4. & in*
2 *l.* 1. *glos.* 21. *n.* 2. ubi tradit, & latè comprobat, Reges Hiſpaniæ quoad proprietatem terminorum intentionem fundatam habere contra univerſitates, Duces, ſeu Comites. Azeved. *in l.* 1. *tit.* 15. *lib.* 4. *recop. n.* 57. *&* 58. tradit Regem habere fundatam ſuam intentionem circa terminos. Peregr. *de jur. fiſc. lib.* 7. ubi de poſſidente Caſtrum in limitibus Regni, quòd tenetur oſtendere titulum. Pereira *de empt. & vend. cap.* 21. *n.* 3. *verſ. ac proinde, num.* 4. *&* 25. ubi ait quòd præſumantur omnia Regis eſſe, quæ ſunt intra confinia, ex aliis tradit. vide relatos.

Eſt ratio dicti notabilis, quia Reges Hiſpaniæ à principio univerſam terram expugnarunt, & ex tunc eam acquiſiverunt, & poſſederunt tanquam rem captam in juſto bello, & jure proprio, ut ex aliis notant, Belluga. *in ſpecul. Princip. rub.* 14. *num.* 35. *cum aliis.* Avendañ. *dict. cap.* 1. *n.* 7. *& cap.* 4. *n.* 1. Menchac. *de ſucceſ. creat.* §. 3. *num.* 4. Matienz. *in l.* 3. *tit.* 10. *lib.* 5. *recop. glos.* 7. *n.* 2. 3. *&* 4. Azeved. *ubi ſup.* Seſſe *deciſ. Aragon.* 71. *num.* 1. 4. 5. *&* 6. ubi cum Covarr. *in regul. poſſe ſor.* 2. *part. cap.* 3. *n.* 3. *&* 4. *& pract. cap.* 1. *n.* 9. *verſ. primum ex his*, Palat. Rub. *in cap. per veſtras*, 2. *notabil.* §. 1. *n.* 43. *&* Suar. *alleg.* 6. tradit etiam in poſſeſſoriis judiciis Principem inferiores vincere, quòd & comprobat Avendañ. *ubi ſup. dict. cap.* 12. *n.* 2. Alter. Avend. *de cenſib. cap.* 68. *n.* 11. Mieres, *de majorat.* 4. *part. quæſt.* 23. *n.* 175. 176. *&* 177. multa tradit *in nov. impreſ.* vide Addit. ad Glos. 1. *l.* 1. *tit.* 18. *part.* 2.
3 Gl. 5. *l.* 7. *tit.* 20. *part.* 3. Nec obſtat. text. *in d. l.* 1. *verſ. mas como quierque mojtramos, & l.* 1. *tit.* 17. *ead. part.* 2. *verſ. y otras y ha que pertenecen a el Reyno*, ubi probatur civitates, villas, & caſtra Regni, & non Regis eſſe, quibus ſatisfacit Matienz. *in dict. glos.* 7. *n.* 6. dicens, Regem ut caput Regni, civitatum, villarum, & caſtrorum dominum eſſe, & ea alienare poſſe. Vide Addit. ad Glos. *d. l.*

4 Nota 2. civitates non habere de jure territorium, niſi de ejus aſſignatione conſtet per Regis privilegium, vel per probationem immemorialem. Et Adde Avendañ. *de exeq. mand.* 1. *part. cap.* 4. *num.* 4. *& cap.* 12. *num.* 3. Menchac. *num.* 4. *verſ. ad idem, & tertio.* Matienz, *num.* 5. *ubi ſup.* Ludovic. Mexiam. *in l. Tolet.* 9. *fundam.* 2. *part. num.* 2. ubi tradit quòd nullo modo titulus præſumitur. Seſſe *ubi ſup. num.* 8. dicit, quòd dicenti, ſe eſſe dominum termini, incumbit onus probandi, aliàs Rex vincet.

5 Nota 3. ex Glos. probata aſſignatione terminorum, civitatem fundatam habere intentionem quoad proprietatem eorum, & poſſeſſionem contra Reges ſeu dominos particulares, quoad effectum, ut contenta in territorio deſignato ſint ad commodum incolarum, & vicinorum in communi; ſed non ut de eis abſque licentia Regia poſſit liberè diſponere in præjudicium habitantium, ut ex Caſtr. Caſſan. & Socin. docuit Avend. *in dict. cap.* 4. *n.* 3. *&* 14. *verſ. conſtito igitur & cap.* 12. *num.* 2. 3. *&* 4. Matien. *d. n.* 2. Alter Avendañ. *de cenſib. cap.* 68. *n.* 10. *verſic. ſi vero.* Seſſe *d. deciſ.* 74. *n.* 14. 15. 16. 17. *&* 18. *&*
6 *deciſ.* 149. *num.* 83. *&* 84. ubi dicit, per aſſignationem terminorum factam per Regem, dominium univerſale tranſire in univerſitatem irrevocabiliter, *ex l. interdum*, §. *univerſitatis, ff. de rer. divif. l. omne territorium*, C. *de cenſib. lib.* 10. Paz. *in l.* 3. *Tauri*, *num.* 477. & paſcuorum utilitatem in ſingulos de univerſitate. Pereir. *de empt. cap.* 21. *num.* 6. ubi alios plures laudat, & latè fundat contra Eccleſiam Bracarenſem, in quam translata fuit juriſdictio illius civitatis à Rege, ad eam terminos non pertinere.

Nota 4. ex Glos. civitatem habere fundatam 7
intentionem ad omnes agros, & terras, quæ ſunt intra territorium ei aſſignatum, ut omnia illa præſumantur de termino dictæ civitatis, aut villæ tam in toto, quàm in parte ad utendum his in communem utilitatem vicinorum illius civitatis, cui adde Fabr. Caſſaneum, Oldral. & Com. quos refert, & ſequitur Avendañ. *dict. c.* 4. *n.* 4. *verſ. conſtito igitur, & verſ. & civitas*, ubi etiam tradit, quòd præſumitur civitas poſſidere. Maſc. *concl.* 217. Tuſch. *lit. C. concl.* 180. Cancer. *var. lib.* 3. *cap.* 4. *n.* 58. ubi ait, quod princeps non habet fundatam ſuam intentionem reſpectu dominii rerum ſitarum intra ſuum regnum. Valaſc. *de jur. emph. quæſt.* 8. *num.* 38. ubi tradit, hæc procedere quoad omnes terras, & loca deſerta, & inculta, quæ non reperiuntur ab alio 8
occupata, ſed loquuntur de jure communi, & Luſitano, ubi non urgent rationes, quæ in hoc regno, & non viget diſpoſitio legis Toleti, quæ eſt, *l. tit.* 7. *lib.* 7. *recopil.* Azeved. *in d. l.* 1. *tit.* 15. *lib.* 4. *recop. num.* 55. 56. 57. *&* 58. ubi hanc præſumptionem de jure noſtro procedere dicit, & tradit, quæ probare debeat civitas, ut poſſit in terris, quæ ſunt intra ſuum terminum, contra fiſcum obtinere. Avendañ. *de cenſib. cap.* 68. *num.* 10. *verſic. ſi tamen.* Pereir. *ubi ſup.* Bapt. Valenz. *conſ.* 20. *n.* 39. *&* 40.

Et facit, nam quidquid eſt intra fines alicujus 9
fundi, illius eſſe præſumitur, cujus ſunt fines, *l. æde ſacra.* §. *ultim. ff. de contrab. empt.* Maſc. *concl.* 296. Mieres, *de majorat.* 4. *part. quæſt.* 20. *n.* 20. Pereir. *de empt. cap.* 21. *n.* 3. ubi multis authoritatibus comprobat. Et cujus ſunt extrema, præſumuntur eſſe media, ut ex Florian. *in l. finalibus, ff. fin. regund.* tradit Noſter Lopez. *in l.* 10. *tit.* 15. *part.* 6. ubi vide Addit. Avendañ. *dict. cap.* 4. *n.* 13. *in fin. & in numer.* 19. Gamm. *deciſ.* 230. *num.* 1. Mieres, *ubi ſup. num.* 50. *&* 51. ubi dicit, quòd villæ præſu- 10
muntur eſſe civitatis, ſub cujus territorio ſunt ſitæ quoad juriſdictionem. Suar. *allegat.* 7. *per tot.* ubi de villa in alterius villæ territorio fundata agit. Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 100. *num.* 5. 6. 7. 8. *&* 9. dicit, 11
in dubio poſſeſſorem dominum præſumi: ex quo infert, malè agere Principes illos, qui prædia civitatis, & oppidorum, quæ communia appellantur, ſibi vindicant, & ſuæ Coronæ appropriant, quem vide *in num. ſequent.* ubi explicat, quando prædia adjacentia præſumantur Principis eſſe, vel domini caſtri, villæ, & oppidi. Mieres, *d. quæſt.* 20. *n.* 117. *in novis.* Peregrin. *de jur. fiſc. lib.* 7. *tit.* 3. *n.* 14. tradit quòd dominium præſumitur univerſitatis, vel privati poſſidentis etiam contra fiſcum, & vide tradita *in glos. anteced. num.* quid de pinnis civitatum, an ſint Principis, vel civitatis, & cujus expenſis reſtaurandæ ſunt. Vide Glos. *in l. per provincias. C. de ædificiis privatis*, ubi civitatis, & non Regis eſſe docet, & ſic deciſum fuiſſe refert. Annan. *conſ.* 72. & Capic. *dec.* 27. *n.* 43. & hanc eſſe communem opinionem dicit Ricc. *collect.* 2639. & quoad reparationem non cenſeri univerſitatis, & expenſis fiſci eſſe reparandas multoties fuiſſe deciſum teſtatur, cum poteſtate repetendi ob imporentiam univerſitatum. Regens de Ponte, *in tract. de poteſtate proregis, tit.* 3. §. 1. *num.* 37. Joan. Bapt. de Toro. *in compend. deciſ.*

verb.

verb. mania, & hujusmodi muri minimè possunt perforari à vicinis. Boër. *decis.* 232. *in fin.* Guido Papa, *decis.* 587. & vide text. *in l. immunis, ff. nequid in loco pubico*, & Riccium *ubi sup.* & Apend. *ad prax. Papin. rub.* 49. *ubi in n.* 15. tradit, muros in nullius bonis esse, *& in num.* 12. agit an dominus oppidi teneatur aliquid dare ad refectionem murorum, *& in n.* 12. agit, an Princeps teneatur reficere, *& in num.* 4. an incolæ civitatis, *& per tot. rub.* de hac quæstione agit.

13 Sed quid respectu Ducum, Comitum, & aliorum dominorum, qui super proprietate terminorum cum his civitatibus, seu villis contendunt, quis ex eis contra alterum fundatam habeat intentionem? Distingue, aut ante assignationem terminorum universitati factam Rex Duci, aut Comiti, villam, & terminos donavit, & tunc ex tali donatarius fundat intentionem suam contra universitates, quia ex quo terra in dominio Regis erat, per donationem translatum fuit in eum dominium, ut docent Avendañ. *de exeq. mand. cap.* 4. *num.* 5. *& 6. & cap.* 12. *n.* 19. Mexias, *in leg. Tolet.* 9. *fund.* 2. *part. n.* 52. *& 53.* Mieres, *de majorat. 4. p. quæst.* 20. *n.* 48. *cum aliis.* Gutierr. *pract. qq. lib.* 4. *q.* 60. *n.* 10. Bobadill. *lib.* 1. *cap.* 16. *n.* 52. Avendañ. *de censib. cap.* 68. *n.* 12. *in princ.* isti enim domini apud nos solariegos appellamus.

14 Si verò postquam Rex universitatibus terminos donavit, & eos distinctos eisdem assignavit, Duci, vel Comiti, vel alii viro nobili civitatem, aut villam cum suis terminis; & territorio donaverit, aut ex alia causa concesserit; tunc quamvis concessa universitate, vel territorio omnis ejus universa jurisdictio concessa videatur, & quoad eam donatarius fundet intentionem; non tamen quoad terminos, qui jam civitati, aut villæ donati erant, & in quibus habebant dominium, quod rex per donationem à se abdicaverat. Abb. *in cap. si diligenti, notab.* 1. *de præsumpt.* Bald. *in leg. à procuratore, C. mand.* Castrens. *consil.* 56. *vol.* 2. Oldrad. 72. *in fin.* Curt. Jun. 312. *n.* 38. *vol.* 3 Riminal. 19. *n.* 44. *& sequent. vol.* 1. quos, & alios refert. Gabr *tit. de præsumpt. lib.* 1. *comm. opin. præsumpt.* 9. *n.* 2. Afflict. *decis.* 334. *n.* 2. *& 3. & ibi* Visil. Avend. *dict. n.* 6. *& 8. vers. dixi, & vers. ex quo infertur. cum seq. & in cap.* 12. Gregor. Lopez. *in glos.* 5. *l.* 7. *tit.* 20. *part.* 2. quem vide, ubi disputat ad partes quæstionem, an, si uniatur aliquod castrum alicui civitati, retineat territorium, & terminos suos, & jura sibi ante unionem competentia; vel an omnia ista perdat, & transeant in civitatem, cui unitur, & defendit, non videri de mente regis esse, voluisse privare castrum, & ejus homines suo territorio, & contrariis satisfacit, *in glos.* 6. *l.* 9. *tit.* 28. ubi vide. Addit. Avendañ. *de censib. dict. cap.* 68. *num.* 12. ubi hos, & alios laudat. *in vers. fin. vero.* 1. *col.* Cald. *de*

15 *empt. cap.* 21. *num.* 6. *& 7.* ubi alios refert, & latè fundat, & facit, nam domini solum possunt se fundare in his, quæ pertinent ad regem, à quo donationem habuerunt. Paz. *cons.* 15. *num.* 23. *& cons.* 25. *num.* 1. Mexias, *num.* 48. Mieres, *num.* 42. *vers. ad quod domini, cum aliis ubi sup.* & in concessione facta à rege villæ, oppidi, vel castro cum suo territorio non veniunt antèa donata, & quæ aliis competunt jure privato, ut docent *ubi sup.* Lopez, Pal. Rub. *rub. de donat. inter* §. 69. *n.* 10. Covarr. *lib.* 2. *var. cap.* 7. *num.* 5. Tell. Ferd. *in l.* 17. *Tauri. num.* 117. & *ibi* Cisuentes, *n* 4. Azeved. *in l.* 2. *tit.* 14. *lib.* 4. *recomp. num.* 15. ubi ex text. *in l.* 11. *tit.* 18.

16 *part.* 3. tradit, quòd si rex eximat aliquem à portagiis, intelligitur eximisse à portagiis in locis sibi subditis, non vero in locis Dominorum inferiorum, *ubi* Greg. Lopez, *in glos.* 2. hoc menti tenendum dicit, vide *ibi* Addit. & faciunt tradita in Addit. Glos. 3. *& 9. tit.* 7. *inf.* & idem Azeved. *d. n.* 15. *& 16.* dicit, donationem à Rege factam semper intelligendam esse sine præjudicio tertii, quos & alios refert Valdes, *in addit. ad Roder. Suar. alleg.* 7. *litt. B.* Avend. *dict. cap.* 12. *n.* 19. *vers. post assignationem.* Mexias, *ubi sup. n.* 50. post assignationem terminorum populo factam, & ab eo acceptatam, non videri, Regem posse terras alteri donare. Valenz. *consil.* 18. *n.* 89. nam esset unum cooperire altero nudato, contra text. *in l. assistatis*, §. *exceptis*, & ibi, Bart. *in* 3. *notab. C. qui potior. in pignor. hab.* Jason. *in l. cætera*, §. *item, quæri potest, n.* 2. *ff. de leg.* 1. Azeved. *in l.* 3. *tit.* 7. *lib.* 7. *recop. num.* 1617. ubi dicit post traditionem terminorum absque consensu populi, & ex causa publica illud alteri Regem non posse donare. Vide Addita ad Glos. 6. *leg.* 53. *inf.* ubi latè egimus in donatione facta à Rege ejusdem rei, quæ antealteri donaverat. Mieres *ubi sup. quæst.* 24. *n.* 40. Pereir. *num.* 8. ubi alios tradit, & latè comprobat, & facit *regul.* 8. *cancellaria, de jure quæsito non tollendo*, & quæ ibi tradit, Ludovic. Gomez. *in comment. d. regul.* Bap. Valenz. *cons.* 20. *n.* 44. ubi tradit, Regem non posse donare bona civitatis, aut villæ, nec sua flumina, aut exita, & alios laudat.

17

18 Amplia procedere, etsi Rex dicat in donatione, quam facit in favorem alicujus particularis, quòd donat illi aliquam villam, vel aliquem locum cum terris, pratis, herbis, montibus, fluminibus, & fontibus, ab arena fluminis, usque ad folium arborum, nam adhuc non præsumitur facta donatio proprietatis terminorum, qui jam erant universitatis, nisi constaret, quòd proprietas ad donantem spectaret. Brunus, *cons.* 1. Bosi, *de Princip. n.* 253. *circa fin.* quos refert, & sequitur Roland. *cons.* 46. *n.* 65. 66. *& 67. & cons.* 2. *num.* 25. Mieres, *dict. quæst.* 20. *n.* 40. *&* 27. ubi alios laudat Avendañ. *n.* 6. *in dict. cap.* 4. Mexias, *ubi sup. num.* 67. 75. 76. *& 77.* ubi tradit, in tali concessione jurisdictionem tantum venire. Azeved. *in l.* 13. *tit.* 7. *lib.* 7. *recopil. num.* 1. *& 2.* ubi dicit in tali concessione non venire, quod antea villæ, seu vicinis erat donatum. Bobadill. *lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 153. ubi dicit in hac quæstione observari, quod de consuetudine est introductum, & eum sequitur Gutierr. *lib.* 4. *quæst.* 60. *num.* 10.

19 Contrariam opiniones, nempe quod domini temporales ex sola concessione territorii contra villam, seu oppidum habeant fundatam intentionem non solum quoad jurisdictionem, sed etiam quoad terminorum proprietatem quando villa, castrum, seu oppidum concessa fuerunt cum universa jurisdictione, & simul cum nemoribus, montibus, pascuis, defensis, fluminibus, & aliis terminorum commoditatibus, sequuntur plures, quos refert. Ant. Gabr. *lib.* 1. *tit. de præsumpt. titul.* 9. *n.* 8. *vers. contrarium in conclusione principali*, & cum Aretin. & Curt. Juniori tradit Avendañ. *de censib. dict. cap.* 68. *num.* 12. *vers. quamvis plures notabiles viri*, ubi eam intelligit, ut probet contra concedentem, & ejus successores, non verò contra villam, vel alios tertios, quibus tempore concessionis erat jus quæsitum: & sic est tenendum, licèt Suarez, *allegat.* 7. *num.* 11. 13. *&* 15. aliter sentiat, quem impugnat Mexias, *ubi sup.* nisi aliter de consuetudine immemorali esset factum, quam in hoc

observandum

obſervandam eſſe dixerunt Bobadill. & Gutierr. *ubi ſup.*

20 Limita, niſi Rex ex certa ſcientia derogando legibus, & ſprivilegiis donationem ſecundam faceret, non *tunc ei* eſt obtemperandum, ut cum Bald. tradit Mexias, *inl. Toleti. 9. fun. 2. part. n. 50. in fin.* de quo vide Addit ad Gloſ. *1. l. 54. hoc tit. num.* Mieref. *de major. 1. part. quæſt, 26. n. 57. cum aliis*, ubi multis comprobat, Principem revocare non poſſe donationem terminorum factam civitati, nec vendere, nec eas ab ejus juriſdictione ſeparare; ſed contrarium quotidie fieri vidi, & ſunt plures lites pendentes, in quibus nulla adhuc ineſt deciſio, & ita non licet hanc limitationem impugnare, cum conſilium regium pluries vendendo villas antea civitatibus donatas, & venditas approbaſſet.

21 Limita 2. ſi cum Rex vult facere donationem aliquarum terrarum, quæ ſunt in territorio civitatis, notificatur populo, & populus aſſentit, vel non contradicit, nam tunc valebit donatio ut ex Andr. Yſernia. *in tit. quæ ſint regalia, in princip.* tradit Mexias, *ubi prax. num. 51.* ubi notabile ver-

22 bum, & quotidianum dicit. Ex quibus ſequitur in caſu, de quo *ſup. num. 13.* quando dominorum proprium eſt territorium, poſſe licitè paſcua locare, & exteris licentiam præſtare, ut ſua pecora, & animalia in territorio mittant; ſecus verò quando dominium territorii ad univerſitatem, ſeu ad commune univerſitatis ſpectat, ut in caſu, de quo *ſup. num. 6. 7. & 8.* quia paſcua pertinent ad dominum territorii, vel fundi, ut latè fundat Pet. Antibol. *de munerib. §. fin. n. 192. cum aliis.* Covarr. *tract. cap. 37. n. 2.* Franch. *deciſ. 301. n. 1.* vide Tuſch. *concl. 113.* Cabed. *deciſ. 151. n. 4. part. 1.* Cancer. *var. lib. 3. cap. 4. à n. 70.* ubi agunt de quæſtione,

23 an habentes agros poſt amotas fruges poſſit prohibere concives, ne depaſcant herbas, & concludunt affirmativè, & limitant quando pacto, ſeu præſcriptione, aut conſuetudine permittitur, & tunc Cancer. aſſerit *in num. 75.* dominum fundi non poſſe immittere aratrum, aut aliquid facere, per quod jus paſcendi impediatur, & in hoc caſu

24 debet intelligi Covar. *pract. cap. 37. num. 2.* Et in caſu dubii paſcua præſumuntur eſſe populorum, & habere dominium illorum; non domini civitatis, caſtri, vel villæ ex *l. 9. tit. 28. part. 3.* ibi *è los montes, è dehesas*, ubi vide Addit. Avend. *de exeq. mand. c. 4. n. 4.* Covar. *dict. cap. 37.* Valaſc. *de jure emph. q. 8. n. 42.* Tuſch. *concl. 111.* Cancer. *var. n. 57. ubi ſup.* Mieres, *4. part. quæſt. 20. n. 114.* Surd. *conſ. 65. n. 5.* ubi alios laudat.

25 Nota 5. extra Gloſ. de jure communi, & Regio, Reges Hiſpaniæ fundatam habere intentionem ſuam in juriſdictione civili, & criminali totius Regni contra univerſitates, & contra dominos vaſſallorum, *ex l. 2. tit. 1. lib. 4. recopil.* Avend. *à n. 1. ubi ſup.* Covarr. *pract. cap. 1. n. 8.* Gloſ. *2. l. 7. tit. 18. part. 3.* Valaſc. *n. 20. & 21. ubi ſup.* Peger. *deciſ. crimin. 36. n. 2.* Avendañ. *de cenſib. cap. 68. n. 8.* ubi pro hac doctrina expendit text. *in l. 2. & in l. 12. tit. 1. part. 2. l. 7. tit. 18. l. 2. tit. 4. part. 3. l. 3. tit. 19. part. 7.* ubi vide Addit. *& in num. 9.* eam confirmat, ex eo quòd ſecundum juris receptas ſententias nulla civitas, villa, ſeu oppidum habet actiyam juriſdictionem, nec fundatam contra Regem, ſeu dominum. Sed juriſdictio cohæret territorio materialiter, & paſſive, & active, & formaliter in perſona magiſtratus, de quo vide eum, *ibi.*

26 Amplia, idem procedere in Ducibus, Comitibus, & Marchionibus: ex eo quòd in jus Principis ſuc-

ceſſerunt, & ejus jura, & privilegia obtinent, qui contra eorum villas, & oppida fundatam habent juriſdictionem; Ut multis comprobat Avendañ. *in d. cap. 68. num. verſ. quæ ſententia*, ubi limitat, niſi ex privilegio univerſitas juriſdictionem habeat.

SUMMARIUM.

1 *Jus patronatus, res quæ ſpiritualibus annexæ poſſunt vendi cum univerſitate bonorum.*

2 *Hæreditate vendita jus patronatus in emptorem tranſit. Contrarium. 3.*

4 *Declaratur, & tenenda refertur.*

5 *Jus patronatus tranſit cum parte hæreditatis venditа, ſi ei ſit annexum.*

6 *Jus patronatus in venditione omnium bonorum tranſit. Contrarium, & tenenda, num. 7. & 8.*

9 *Si in venditione dicatur, vendo villam, & jus patronatus, venditio non valet; ſecus ſi dicatur cum jure patronatus.*

10 *Jus patronatus non tranſit in emptorem rei, cui jus patronatus adhæret, niſi res contineat jura univerſitatis. Contrarium, & ſequenda, n. 11. & 13.*

12 *Fundans, vel dotans Eccleſiam an poſſit fundo, quod in villa habet, jus patronatus annectere, ita ut jus patronatus tranſeat in dominum fundi, quo ierit.*

ADDIT. GLOSS. IV.

AD Gloſ. 4. dictum eſt ſupra in additione Gloſ. 1 *1. num. 6. & 7.* res ſacras, ſanctas, & religioſas, & ſpiritualibus annexas alienari non poſſe: nunc nota primò, & limita dictam concluſionem ex text. *hic*, niſi cum univerſitates bonorum vendantur, nam tunc prædictæ res tranſeunt in emptorem. Adde *l. fin. ff. de fund. dot. l. quædam. ff. de acq. rer. domin. l. in modicis. & quæ ibi notantur, ff. de contrab. empt. l. operarum. ff. de oper. lib.* Fabian. de Mont. *de empt. quæſt. 4. princip. num. 44. quæſt. 15.* ubi cum univerſitate ea, quæ ſunt prohibita alienari, tranſire dicit: & alia tradit Cervant. *in l. 6. Tauri, num. 126.* Pichard. *in §. 1. inſt. de inutilib. ſtip. num. 16.*

Et in jure patronatus ſunt text. & DD. *in c. ex litteris, cap. cum ſeculum, de jure patron. l. 8. tit. 15. part. 1. & ibi* Gloſ. 8. ubi vide Addit. Roc. de Curt. *eod. tract. de jure patron. verb. ipſe, vel is, quæſt. 22.* Lambert. *dict. 2. part. lib. 1. quæſt. 5. per totam, cum ſequent.* Paul. de Citadi, *9. part. quæſt. 3.* Tiraq. *de primog. quæſt. 36.* Diaz. *regul 401. & ibi*, Salzed. Falcon. *regul. 341.* Nicol. Garc. *de benef. 4. part. cap. 9. n. 10.* Mieres *de majorat. 3. part. quæſt. 11. num. 3. ubi plures citat*, Cened. *collect. 4. ad Decret. num. 1.* ubi plures refert. Molin. *de Hiſpan. primogen. lib. 1. cap. 28. num. 8.* Azeved. *in l. 7. tit. 3. lib. 7. recop. n. 9.* Cervantes *l. 6. Tauri, num. 125.* Spino, *in ſpecul. teſtam. gloſ. 4. princ. num. 111.* Ricc. *in praxi fori Eccleſiaſtici, deciſ. 179. in princ.* Tuſch. *verb. jus patronatus, concluſ. 612. num. 1.* ex Bald. *num. 7. in l. 1. C. de bon. lib.* ad quem Gloſ. *hic ſe remittit*, cui Addit.

Amplia 1. hæreditate vendita jus patronatus in 2 emptorem tranſire, text. *in cap. ex litteris, & c. ſeculum, de jure patronat.* Hoſti. quem Abb. *num. 13.* & DD. communiter ſequuntur. *in dict. c. ex litteris*, Felin. *in cap. cauſam, quæ num. 8. de præſcrip. & in*

cap.

cap. cum Bertoldus, *in fin. de re judic.* Curt. *n.* 40. Paul. de Cita, *n.* 11. *ubi sup.* Covarr. *lib.* 2. *variar. cap.* 18. *n.* 8. Falcon. *n.* 5. & Spino, *ubi sup.* qui *à num.* 108. pro contraria opinione multa adduxit, *& à d. n.* 111. hanc defendit, & contrariis satisfacit, & Nicol. Garc. *n.* 11. *&* 12. pro hac opinione alios laudat, & Rotæ decisionem refert. Mantic. *lib.* 4. *tit.* 12. ubi *à n.* 1. *usque ad num.* 6. pro contraria opinione arguit, *& num.* 7. hanc tuetur, & contrariis respondit, Cevall. *q.* 717. *n.* 2. Maresc. *variar. lib.* 2. *cap.* 55. *n.* 7. 8. 9. *&* 10. ubi dicit, rationem esse, quia quando fit cessio, seu venditio universalis respectu rei, quæ sub se universitatem continet, talis universitas non resolvitur in singularitates, *ex l.* 1. *C. de evictionibus.* ideo nimirum si cum ea transeat jus patronatus, cum de per se non dicatur vendi, sed potiùs venire in quadam necessaria consequentia rei venditæ, cui adhæret. Ricc. *in praxi fori Eccles. decis.* 179. *n.* 139. ubi sic decisum fuisse per Rot. testatur.

3 Contrariam opinionem tenent Paul. de Eleazaro, Rosredus, & Barbat. quos refert, & sequitur Lambert. *de jure patr.* 2. *part. lib.* 1. *quæst.* 5. *art.* 15. Acosta, *in cap. si pater de testam. num.* 6. *verb. Trebellianicæ, n.* 7. Bonifac. de Vital. *in Clem. si plures, §. fin. de jure patron. num.* 12. quos refert, dicens veram opinionem esse. Nicol. Garc. *de benef.* 4. *part. dict. cap.* 9. *n.* 13. 14. *&* 15. qui primam

4 opinionem dicunt procedere, quando in hæreditate est aliqua villa, seu castrum, cui adhæret jus patronatus, & ei annexum esset, quo casu cum hæreditate transit; secus verò, quando jus patronatus personale, & per se distinctum esset, nam tunc in emptorem transire non potest, ex ratione ab eis tradita, & Gratian. *dict. num.* 15. Sed verius est, si ipsi hæreditati jus patronatus adhæret, cum hæreditate transire ad emptorem, ut latè comprobant *sup.* pro prima opinione citati, qui contrariis satisfaciunt.

5 Amplia 2. præcedere, etiam si pars tantum hæreditatis, cui jus patronatus adhæret, vendita fuerit; quia tunc jus patronatus in emptorem pro ea parte transit, ut ex Cardin. *consil.* 48. *incipit. quidam nobilis*, & Lambert. *d. quæst.* 5. *art.* 16. tradit Covarr. *d. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 8. *in fine.* Salzed. *in add. ad* Bern. Diaz. *in regul.* 401. *ampli* 1.

6 Amplia 3. ex Bald. *in dict. l.* 1. *C. de bon. libert.* & Dec. *cons.* 127. *num.* 2. 3. *&* 4. in venditione omnium bonorum jus patronatus in emptorem transire, ut si venditor dicat; vendo omnia bona mea, jura, & actiones: ad quos Glos. *hic* se remittit, Adde Abbat. *in cap. ex litteris, de jure patr. num.* 11. Curt. *de jure patr. verb. ipse, vel is, quæst.* 23. Ferret. *cons.* 179. *n.* 2. Card. Pute. *decis.* 351. *lib.* 2. ubi tradit, in donatione omnium bonorum venire. Seraph. *decis.* 725. ubi dicit, sic decisum fuisse per Rotam, quia ultra venditionem omnium bonorum processum fuit ad jura, & actiones universas, ex quo cessare dixerunt objectum, quod fit, in appellatione bonorum in contractibus non venire universitatem. Et contrariam opinionem Innocentii hodie non esse tutam inquit Ricc. *collect.* 1731. ubi pluries contra eam judicasse Rotam testatur, *in prax. fori Eccles. decis.* 164. refert ad literam Rotæ decisionem, quam Seraph. recollegit *ubi sup.* ubi Rota contrariis satisfacit, & iterum *decis.* 179. *num.* 141.

7 Contrariam sententiam, scilicet in hac venditione omnium bonorum non venire jus patronatus, tenent Innoc. *n.* 2. Joan. Andr. Card. *quæst.* 11. *in dict. cap. ex literis.* Felin. *in d. n.* 8. Cæsar. Lambert. *lib.* 1. *part.* 2. *q.* 5. *art.* 14. Dec. *in cap. sedes, de rest. spol.* parum sibi constans. Covarr. *lib.* 1. *var. c.* 13. *num.* 4. ubi eos refert, & sequitur, & dicit hanc orationem; *vendo omnia bona mea*; non esse universalem ratione rei, id est non significare universitatem, Salzed. *in add. ad* Diaz. *dict. reg.* 401. *limit.* 10. ubi alios laudat. Maresc. *lib.* 2. *var. cap.* 55. *n.* 11. bis pro hac opinione Rotam judicasse testatur, & eam magis communem dicit, & procedere, etsi venditio facta sit verbis generalibus omnium bonorum, jurium, & actionum, & hujus opinionis sunt *supra* citati, *num.* 5.

Sed prima est verior, & tenenda, & contrariis 8
satisfacit Rota apud Seraphinum, & Riccium, *ubi sup.* dicens Innocentii opinionem non esse receptam, & Dec. *in dict. cap. sedes* loqui in juribus ad certum locum restrictis, & DD. relati à Covarr. & opinionem Lambertini non esse veram: quia fundat se in restrictione illa (*mea*) quæ nihil facit, ut animadvertit Rebuff. *in l. bonorum, ff. de verb. sign.* & quia ulteriùs progressum fuit ad jura, & actiones universas.

Limita si dicatur in venditione vendo villam, 9
& jus patronatus: quia in hoc casu non valet venditio, secus si dicatur cum jure patronatus; nam primo casu disjunctivè venditur, & in secundo accessoriè. Everard. *in loco à natura copulæ.* 109. *n.* 5. Rebuff. *in l. conjunctionem*, 29. *ff. de verb. signif. vers. item si vendatur.* ubi cautelam tradit, ut simonia non committatur in hujusmodi venditionibus, quòd declarativè de eo mentio fiat, ut vendo talem villam, in qua habeo talc jus, & jus patronatus. Et in venditione generali omnium bonorum capellam non venire tradit ex aliis Ricc. *collect.* 649. ubi limitat.

Amplia 4. ex Glos. jus patronatus non transire 10
in emptorem rei, cui jus patronatus adhæret, nisi res, cui adhæret, sit talis, quòd sine aliqua expressione contineat jura universitatis; unde vendito fundo non transit jus patronatus, quod venditor habebat in Ecclesia intra ipsius fundi limites constituta, ex doctrina Innocentii, & Abbatis *hic* à Glossa laudatis, quibus Adde Hostiens. Joan. Andr. Ant. Anchar. *in d. c. ex literis, de jure patron.* Roch. de Curte, *de jure patron. verb. ipse, vel is, quæst.* 23. ubi dicit communem, & eam latè tuetur Lambert. *eod. tract. lib.* 1. 2. *p. quæst.* 5. *art.* 17. quos refert, & sequitur Covarr. *dict. cap.* 13. *n.* 3. *vers. contrariam sententiam*, ubi rationem reddit, & *in vers. tertio ut cumque sit.* Salzed. *ubi sup.* 3. *ampliat. vers. ipse tamen.* Tusch. *verb. jus patronatus, concl.* 612. *n.* 9. 18. *&* 23. ubi dicit requiri, quòd universitas sit respectu rei, & non transire cum universitate ratione signi universalis, ut si venditio fiat de omnibus possessionibus, quas habeo in tali loco. & *in num.* 12. tradit nomina universitatis esse continentia in se corporalia jura; scilicet hæreditas, bonorum possessio, patrimonium, peculium, territorium, & castrum, cui jurisdictio inest. Contrariam opinionem, scili- 11
cet jus patronatus transire in emptorem fundi, vel alterius rei, cui accessivè jus patronatus adhæret, tenent Accurs. *in glos. fin. l. immodicis* 24. *ff. de contrab. empt.* Bart. & Paul. *in l. si mercedem* 55. §. 1. *ff. de act. empt.* Roman. *sing.* 57. Abb. *disp.* 5. *col.* 8. *vers. secundo potest.* Sylvest. *verbo jus patronatus, q.* 5. Beroius, *in d. c. ex literis, n.* 66. ubi cum palatio, in quo est Ecclesia patronata, jus patronatus ad emptorem transire inquit. Boër. *decis.* 232. *num.* 14. ubi hanc veriorem opinionem dicit in palatio venditio,

dito, & eam ſequitur Nicol. Garc. *de benefi. 5. part. cap. 9. num. 33. & 34.* ubi veriorem appellat, & pro ea adducit Acoſt. *in repet. cap. ſi pater verbo Trebellianicæ, n. 7. in fine.* Molin. *diſp. 620. n. 6. ad fin.* quos ſic ſenſiſſe dicit, & hanc opinionem procedere, quando fundans Eccleſiam, vel capellam ſtatuit, jus patronatus ſpectare ad dominum talis fundi, vel palatii.

Sed nullus ex his, quos adducit pro ſuo opinione, eam probat, nam Accurſ. Bart. Paul. Roman. Abb. Boër. & Molin. loquuntur, quando Eccleſia patronata eſt fundata in fundo, vel Palatio: & ad eam non eſt aditus, niſi per fundum, vel Palatium: & contrariæ ſunt ſententiæ, quando ex publico ad eam eſt aditus, & Beroſus eam ſequitur ex eo, quòd Palatium, ſeu ædes dicuntur eſſe quid univerſale, ſeu univerſitatem quamdam facere, ex text. *in l. qui univerſas, ff. de acq. vel amit. poſſeſ. & in l. cum, qui ædes. ff. de uſucap.* & ſimiliter quia fundus dicitur quid univerſale, ſeu univerſitas quædam, ex text. *in l. fundus mihi eſt. 31. ff. famil. erciſcund.* Acoſta *in fine, dict. num. 7.* quatenus dicit, quòd jus patronatus, quod eſt annexum alicui villæ, vel fundo, tranſit in emptorem hæreditatis, eſt intelligendus de fundo, in quo Eccleſia eſt ædificata, ad quam non eſt aditus per alium locum; nam ipſe *in num. antec.* etiam vendita hæreditate in emptorem jus patronatus non tranſire docuerat, ex eo quòd jam non erat quid univerſum, ſed patrimonium hæredis, & quando non eſt aditus ad Eccleſiam per alium locum, niſi per Palatium, vel fundum eam opinionem tenet Mantic. *lib. 4. t. 15. n. 35. cum aliis*, ubi quæſtionem diſputat. Moz. *de contract. c. de na-*
12 *tur. empt. & vend. n. 41. verſ. quid dicendum.* Rurſus maximè dubitatur, quòd fundans, vel dotans Eccleſiam poſſit jus patronatus, quod in illa habet, alicui fundo, villæ, vel caſtro annexare, pro ut vult Nicol. Garcia, ita ut jus patronatus tranſeat in dominum fundi quocunque ierit. Ex privilegio enim patronis indultum eſt, ut tranſeat jus patronatus in hæredes etiam extraneos, & de licentia Epiſcopi poſſunt illud donare, & cum univerſitate bonorum illud transferre in emptorem, & item alii contractus ſunt eis prohibiti. Gloſ. *verb. piæ mentis, in c. piæ mentis, 16. q. 7. infine, c. præterea, c. ex literis de jure pat. & l. 4. tit. 15. p. 1.* ubi traditur, ex quibus cauſis in alium jus patronatus transferri poſſit, vide *ibi* Addit. Et jura, quæ dicunt jus patronatus, villa, ſeu caſtro vendito, tranſire in emptorem loquuntur, quando Eccleſia in ipſa villa eſt ædificata, & conſtructa, ut *in d. c. ex literis*, & text. noſter *hic*, & *in l. in modicis, ff. de contr. empt.* ibi, *ſed empt. majoris partis ceſſit.* Molin. *diſp. 340. verſ. item res ſacræ.* ibi. *vendi tamen poſſe conjunctim cum loco, cujus ſunt partes.* Et ex his dicitur jus patronatus rebus adhærere, & eis annexum eſſe, non ex eo quod fundator Eccleſiæ illud eis annexet, & adhæreat, ſed quia in eis Eccleſia, ſeu capella eſt conſtructa, aliàs occaſio daretur, ut poſſet jus patronatus liberè vendi, & alienari. Ex quibus conſtat primam opinionem veriorem eſſe, cui libenter me ſubſcribo cum limitatione tradita à Covarr. Salzed. *in locis ibi citatis*, quæ propriè limitatio non eſt, ſed unus ex caſibus dicta primæ opinionis, ſcilicet cum fundus univerſitatem ex domini depoſitione conſtituit.

SUMMARIUM.

1 *Pertinentiarum nomine quid veniat?*
2 *Jus patronatus ut tranſeat in emptorem, nihil refert, quòd dicatur, villa venditur cum pertinentiis.*
3 *Venditio nulla eſt, etſi ſit rei univerſalis, ſi in ea exprimatur jus patronatus.*
4 *Item ſi in univerſitate non ſit, niſi jus patronatus.*
5 *Confiſcatis bonis an jus patronatus in fiſcum tranſeat.*
6 *In adjudicatione facta ad petitionem creditoris, an veniat jus patronatus?*
7 *An poſſit jus patronatus teſtamento legari.*
8 *An tranſeat in fideicommiſſarium?*
9 *Si villa pignori detur, an tranſeat in creditorem?*
10 *Et an in uſufructuarium?*
11 *An in maritum cum dote, & cui pertineat præſentatio, marito, an uxori?*
12 *Poſſeſſio juris patronatus qualiter tranſeat cum univerſitate. Et de aliis quæſtionibus. n. 13.*

ADDIT. GLOSS. V.

AD Gloſ. 5. pertinentiarum nomine quid veniat? 1
vide Addit. ad Gloſ. *l. 8. tit. 4. ſup. n.* & ad Gl. 2. *l. 28. inf. num. 2.* & nota 1. non intereſſe, quòd 2
intentione exprimatur, quòd villa venditur cum pertinentiis, ut tranſeant res ſacræ, & jus patronatus in emptorem, & Adde Molin. *diſput. 340. col. 531. verſ. item res.*

Nota 2. nullam eſſe venditionem, ſi in vendi- 3
tione rei univerſalis jus patronatus exprimatur, & ſpecificetur, ut ſi dicat, vendo talem villam cum omnibus pertinentiis. Adde Gloſ. *8. l. 8. tit. 15. p. 3.* & *ibi* Addit. Spinum *in ſpec. teſtam. gloſ. 4. n. 116.* ubi alios refert, & contra Ananiam eam veriorem dicit, & contrariis ſatisfacit. Salzed. *in Add. ad* Bern. Diaz. *reg. 401. limit. 2.* Cervantes, *in l. 6. Tauri. n. 126.* & alios plures laudat Ricc. *in prax. for. Eccleſ. jur. patron. deciſ. 154.* ubi etiam tradit, quòd talis ſpecificatio eſt Simoniaca.

Amplia ex eadem ratione, nullam eſſe venditio- 4
nem, ſi in venditione univerſitatis non eſſet, niſi jus patronatus, ex Salzed. *in limit. 4. ubi ſup.* qui alios laudat, & Mant. *de tacit. conven. lib. 4. t. 12. n. 19.*

De quæſtione, an confiſcatis bonis univerſis, vel 5
hæreditate univerſa jus patronatus in fiſcum tranſeat? vide Acoſtam. *in c. pater. verb. Trebell. 2. p. n. 7. de teſtamentis in 6.* Spin. *in d. gloſ. 4. num. 115.* Bern. Diaz. *in prax. crimin. Canonic. c. 1. 32. n. 5.* & *ibi* Salzed. *in addit. litt. E.* Farin. *in prax. crim. 1. tom. q. 25. n. 155. 156. & 157.* & Nicol. Garc. *de benef. 5. p. c. 9. à n. 25.* Molin. *de Hiſpan. lib. 1. c. 24. à n. 26.* Mieres. *de major. 3. p. q. 11. n. 9. & 10. & p. 4. q. 23. num. 171.*

Ex quibus nota, verius eſſe in fiſcum tranſire, quando villa confiſcatur, in qua Eccleſia eſt fundata, vel cum in bonis eſt alia res univerſalis, cui jus patronatus adhæret.

Et quid de venditione, ſeu adjudicatione facta ad 6
petitionem creditoris? vide Parlad. *lib. 2. rer. quotid. 5. p. c. fin. §. 3. n. 54.*

Quid ſi habens jus patronatus in teſtamento il- 7
lud leget. vide Salzed. ad Ber. Diaz. *regul. 401. in 5. ampliat.* Cevall. *comm. q. 390.* ubi abſque conſenſu Epiſcopi non valere tradit.

Et de quæſtione, an tranſeat in fideicommiſſarium 8
univerſalem, vide Covarr. *lib. 2. var. c. 18. n. 8. verſ. quibus & alia ratio, & verſ. poſteriori autem, & in c. Rainutius, §. 9. n. 8.* Gomez. *1. tom. var. c. 5. n. 25.* Perez *in l. 1. tit. 6. lib. 1. ord. gloſ. 2.* Padill. *in rubr. C. de fideicomm. n. 25.* Molin. *d. c. 24. ex n. 5.* Mieres. *dict. quæſt. 11.*

*q.*11. *n.*23. ubi plures refert. Gutierr. *de tutel.* 3. *p.* *cap.*29.*num.*16. Cevall. *comm.q.*717. ubi duas opiniones contrarias refert. Nicol. Garc. *de benefic.* 5. *part.c.*9.*num.*17.18.19. *&* 20. Fachin. *controverſ.* *jur.lib.*10.*q.*94. *& lib.*13. *q.*90. Cened. *in collect.*5. *ad decretales, n.*4. apud quos alios plures laudatos invenies. In qua quæſtione verior eſt reſolutio, quòd non tranſeat, niſi in bonis reſtituendis ſit aliqua villa, vel caſtrum, in quo ſit Eccleſia inſtructa, vel alia res univerſalis, cui jus patronatus accedat; licet contrariam opinionem teneant Molina, & Joan. Gutier. *ubi ſup.* quorum fundamentis reſpondit Fachin. 9 Quid ſi villa, ſeu res univerſalis, in qua ineſt patronatus, pignori detur, utrum tranſeat in creditorem? Vide *l.*9.*tit.*15. *p.*1. & *ibi*, Addit ad Gloſ.2.Ceval.*q.*740.*n.*1. Salzed.*limit.*3.Parlador.*n.*55.*&* 56. Mieres,*n.*22. Spinum, *num.*118. 10 Acoſt. *n.*4. *ubi ſup.* Et an tranſeat in uſufructuarium? Vide Addit. ad Gloſ.8. *l.*8.*tit.*15.*p.*1.Molin. *d.cap.*14.*n.*4. Garc. *de benef.* 5. *p.c.*9. *n.*21. *&* 22. Gutierr. *de tutel.*3.*p.c.*29.*n.*6.

11 Et an tranſeat in maritum cum dote, ſi uxori jus patronatus competit. Vide Molinam, *num.*3. Gutier. *n.*3. *ubi ſup.* Spinum *in d.gloſ.*4.*n.*111.*verſ.* *quo fit.* Parlador. *in ſexquicent.diff.*120.*n.*21. *&* 22. & Perez. *in l.*1.*tit.*6.*lib.*1. *ordin.* & an præſentatio pertineat ad maritum, an verò ad uxorem, vide Sahagum *in cap.quamvis,de jud. à n.*13. Gutier. *ubi* *ſup.* Baëz. *de non meliorand.filiab.c.*23. *n.*18. Nicol. Garc. *ubi ſup.n.*5. *&* 163. *&* 185.

12 De poſſeſſione juriſpatronatus, & qualiter, & quomodo tranſeat cum univerſitate bonorum, & poſſeſſione illorum; Vide Mieres *d.q.*11. *per tot.*

13 De aliis quæſtionibus in hac materia ultra ordinarios, *in titulis de jure patronatus,* & Rocum de Curte, Paulum de Citadinis, & Cæſarem Lambertinum, qui integros tractatus de hac materia ſcripſerunt. Vide Addit. *ad tit.* 15. *p.*1. & Humad. Perez. *in l.*1. *&* 2. *tit.*6.*lib.*1. *ordin.* Spin. *in dict.* *gloſſ.* 3. *&* 4. Zerolam *in prax. Epiſcop. verbo jus* *patronatus.* Sylveſt. *in eodem verbo.* Riccium *in* *praxi fori Eccleſiaſt. in tit. de jure patronatus,* ubi pluſes quæſtiones examinat.

LEX XVI.

SUMMARIUM.

1 *Venditio rerum, quæ ædibus ſunt affixa, non valet,* *nec in alium contractum deduci poſſunt.*

2 *Civitas ruinis deformatur, ipſique intereſt ha-* *bere pulchra ædificia.*

3 *Ædificia urbana contra juris regulas multa* *habent privilegia.*

4 *Executio non poteſt fieri in tegulis, marmori-* *bus, columnis,nec in cæteris, quæ ædibus jun-* *cta ſunt, etiam pro debito publico.*

5 *Venditio dictarum rerum jure jurando firmari* *non poteſt.*

6 *Limitatur, quando domus minaretur ruinam, ſeu* *abſque ipſa poſſunt amoveri, item in affixis* *parvulæ domui.*

7 *Vendens rem affixam domui, tenetur reddere pre-* *tium emptori, & tantundem fiſco.*

8 *Venditio ſervi, qui eſt in fuga nulla eſt.*

9 *Procurator poteſt conſtitui ad vendendum ſer-* *vum fugitivum.*

10 *Limitatur quando perſona eſt inhabilis ad ſuſci-* *piendum mandatum.*

ADDIT. GLOSS. I. II. III. & IV.

AD Gloſ. 1. Nota 1. ea, quæ ædibus affixa ſunt, 1
vendi non poſſe, nec in alium contractum deduci. Adde *l.*13.*tit.*16. *part.*6. & *ibi* Addit. *&* *l.cætera* 43. *ibi*, Jaſ. *num.*5. *ff. de legat.*1. *l.Senatus,* *ff.de contrab. empt. l. fin.ff.de damno infecto, l. ſecun-* *da, C.de ædific. privat.* Mieres *de majoratib.* 1.*part.* *quæſt.*10. *n.*66. ubi multa cumulat. Bobad. *in poli-* *tic. lib.*3.*c.*5. *à num.*25. ubi plura refert, P. Molin. *diſp.* 340. *verſ. domus, aut quodvis aliud ædificium.* Ratio huius prohibitionis eſt, ne inducatur defor- 2
mitas ædium, & in conſequentiam civitas ruinis deformetur, nam domorum demolitio redundat in turpitudinem civitatis, & ſic non eſt permittenda, *dicta l.*2. *Cod. de ædif. privat. l. prætor. §. hoc inter-* *dictum, ff. de operis novi nunt. l.*2. *§.ſi quis nemine, ff. ne quid in loco public. l.*20. *&* 25.*tit.*32.*p.*3. ubi latè. Et reipublicæ intereſt habere pulcra ædificia, & egregia, *l.* 26. *tit.*2. *part.*3. *verſ. pero ſi vi-* *gas,* Magon. *deciſ. Lucenſ.*39. *num.*13. & facit. *l.* 1. *tit.*1. *lib.*7. *recomp.* ibi, *ennoblecen las ciudades, y* *villas en tener caſas, y bien hechas.* Barboſ. *in l.di-* *vortio.*8. *§.fin. num.*119. *ff. ſolut. matrim.* Mieres *à* *num.*66. *ubi ſupr.* & vide Addita ad Gloſ.1 *l.*3.*ſup.* *num.*13.

Et ædificia urbana multa habent privilegia con- 3
tra regulas juris, de quibus vide quæ refert Mieres, *à num.*66. uſque *ad num.*79. ubi multa cumulat, & plures laudat.

Amplia 1. ut nec capi in executione poſſint te- 4
gulæ, marmora, columnæ, atque cætera, quæ ædibus juncta ſunt, ex Bart. *in l. nutu,* §. *fin. ff. de* *legat.*3. Parlador. *lib.*2.*rerum quotidian.cap.fin.*5.*p.* §.3.*n.*25. Boër. *deciſ.*236. *l. cæter.* §. *hoc Senatus* 1. *&* 2. *ff.de leg.*1. ubi Bart. & alii tradunt,etiam pro debito publico prædictas res de domo auferri non poſſe, & eos ſequuntur Cæpol. *de ſervit. urban.* *prædior. cap.*42. *in fin.* Bertazol. *de clauſ.clauſul.* 19. *gloſ.*5. *num.*5, ubi ſubdit de conſuetudine in multis locis non ſervari, & alios laudat.

Amplia 2. non valere venditionem prædictarum 5
rerum, etſi jurejurando venditio firmata ſit,ex Bart. *in l. ſi quis pro eo, ff. de fidejuſſ.* licet de veritate hujus doctrinæ dubitet Covarr. *in repet. cap. quamvis* *pactum, de pact. in* 6. 2.*part.*§.1. *num.*3. ubi tradit, quòd fortaſſis hodie non admitteretur in praxi, quia jure veteri multa ſtatuta fuerunt, quæ vel per deſuetudinem, aut contrarium uſum ſublata ſunt; ſed non congrua ratio, cur olim magis, quàm hodie reipublicæ interfuerit non deformari, & habere pulcra ædificia, unde exiſtimo eſſe recedendum ab opinione Bartoli: & noviſſime eadem ratio conſiderata fuit *in l.* 1. *tit.*1.*lib.*7.*recomp.*

Limita 1. ex Gloſ. niſi domus nominaretur ruina. 6
Adde Molin. *diſput.* 340. *verſic. domus, aut* *quodvis aliud ædificium,* & intellige,niſi deformitas ex eo ſequatur, nam tunc domum ruinoſam, & dirutam dominus reficere cogitur, & ſi non habet unde reficiat, cogitur ad vendendum alteri. De quo vide Addita ad Gloſ. 1 *l.*3.*ſup.n.*15.

Limita 2. niſi res affixæ poſſent abſque deformi- 7
tate ædium amoveri, ex text. *in l. nutu. §. fin.ff.de* *legat.*1. quem ad hoc reputant ſingularem Imol. *in* §. *ſi paraverit.fin.l.cætera* 43.*ff.de legat.*1. & Jaſ. *in* *princ. d.l.cætera, num.*6.

Limita 3. in affixis parvæ domunculæ, *l. Senatus* 8
45. §. *Marcellus, ff. de legat.* 1. & Jaſ. *ubi ſup. n.*7.

Ad Gloſſ. 2. Nota ponam vendentium res do- 9
mibus affixas eſſe, ſcilicet venditorem teneri

reddere pretium empti, si jam esset ei solutum, & tantundem de suo solvere fisco. Adde Anton. Peregrin. *de jure fisci. lib. 4. tit. 7. num.* 21. Molin. *ubi sup.*

10 Ad Glos. 4. Nota non valere venditionem servi, qui est in fuga. Adde *l. quod sæpe. 35. §. 1. vers. si quis amico, ff. de contrahend. emptio,* & ibi Glos. *verb. 6. contra senatus consultum.* Bald. *in l. 1. C. de contrab. empt. num. 2.* & Joann. Guttier. *pract. quæst. lib. 7. de gabellis, quæst. 99. num.* 8. ubi tradit non valere venditionem, nisi postquam est apprehensus tacite, vel expressè venditio ratificata fuit, quo tempore debebitur gabella : & est ratio, quia servus est in quasi possessione libertatis.

11 Sed licet prædictus servus non possit vendi, tamen potest constitui procurator ad vendendum illum licito tempore, quia non inspicitur tempus mandati ; sed dies in quem confertur executio mandati. *ex text. in d. vers. si quis amico,* quem valde notabilem in materia dicit Bald. *ubi sup.* & faciunt tradita per Riccium, *in praxi fori Eccles. jur. patron decis. 182. num. 158. & 159.* ubi ex multis decisionibus Rotæ comprobat, valere mandatum ad præsentandum, cum beneficium vacabit.

12 Fallit quòad suscipiendum mandatum, nam si persona est inhabilis ab initio, licet ex post facto habiliretur, non tenet mandatum, *cap. post cessionem 5. de probatio.* & Additionator Bald. *in d. l. 1 litt. A.* Et vide Addit. ad Glos. *l. tit. 3. p. 3.*

LEX XVII.

SUMMARIUM.

1 *Venditio veneni, & aliarum rerum, quæ nullo modo per adjectionem, vel mixtionem alterius materiæ humanis usibus prodesse queunt, interdicta est.*

2 *Emens venenum ad alterum occidendum, licet non sortiatur effectum, punitur, ac si fuisset effectus sequutus.*

3 *In atrocissimis quando puniantur conatus.*

4 *Mixtum non comprehenditur sub prohibitione simplicium, quando non militat eadem ratio.*

5 *Vendentes venena in pœnam non incurrunt, si vendiderint probis, & honestis viris.*

ADDIT. GLOS. I.

1 AD Glos. 1. Nota 1. venena, & alia, quæ per adjectionem, vel mixtionem alterius rei usui humano non valent inservire, nec vendi, nec emi posse. Adde *l. quod sæpe. 35. §. veneni, ff. de contrab. empt.* Molin. *disput. 340. in fin.* ubi tradit venditionem esse nullam. Scac. *de commerc. §. 1. q. 1. n. 556. vers. exemplific. 40.* Azor. *instit. moral. part. 3. lib. 8. tit. de empt. & vendit. c. 5. vers. 5.* Moz. *de contractib. in tr. de empt. & vend. c. de rebus, quæ emi, & vendi possunt, num. 50.* Caballum, *in tit. de omni genere homicidii, n. 563.* quem vide *à n. 551.* ubi late de vendentibus, ementibus, & necantibus veneno.

2 Nota 2. ex Glos. ementem venenum, ut alteri daret, licet non dederit, puniri, ac si fuisset secutus effectus, Adde *l. 7. tit. 8. part. 7.* & *ibi,* Add. Glos. 3. Bernar. Diaz. *in prax. crimin. canon. c. 95. & ibi* Salzed. *in additio. sup. vers. ac si dedisset,* Plaza. *de delict. cap. 20. n. 1. & 2.* Gram. *cons. crim. 36. num. 1.* ubi alios refert, & alios laudat. Farinac. *in prax. crim. 4. tom. quæst. 122. num. 14. 17. 18. & 19.* qui hanc dicunt communem, *& in 3. part. dict. quæst. num. 39.* ubi *à num. 14.* per ampliationes, & limitationes materiam explicat, & nos *in d.* Glos. 3.

Intellige ex Covarr. *in Clement. si furiosus, in initio. 2. part. num. 11.* Gomez. *3. tom. var. cap. 3. num. 7. vers. imo quod magis.* Menoch. *de arbitr. casu. 360. num. 47.* & Joann. Vella. *de delict. cap. 26. vers. ex præmiss.* Salzed. & Farinac. *num. 25.* & *40. ubi sup.* ubi plures laudat, & latè declarat, quando emens venenum, illud præparavit, seu dedit, mors autem medicamentis adhibitis, vel ex alia causa secuta non fuit ; secus verò, quandò venenum tantùm emit, præparavit, vel alium actum remotum fecit, & sic intelligendam, observandam, & practicandam esse *d. l. 7. tit. 8. part. 7.* testatur Joan. Vella. *ubi sup.* & de jure communi idem vult Fab. *in suo C. tit. de pœnis, definit. 21.* Thesaur. *quæst. forens. lib. 2. quæst. 25. num. 7.*

Et etiam in hoc casu tantum pœna extraordinaria delinquentes puniendos esse, tenent Jul. Clar. *lib. 5. sent. §. homicidium, num. 14* Hypolit. *in l. 3. ff. de sicariis.* Grammat. *decis. 2. n. 7. & cons. 36. num. 12. in fine. & in num. 16. cum sequentib.* Farin. *num. 15. & 20.* ubi alios plures refert & *num. 31. ubi sup.* Vivius *decis. 487.*

Sed quidquid sit de jure communi, nos habemus *d. l. 7.* imponentem pœnam mortis ementibus venenum, ut alteri darent, & punientem conatum hujus delicti, quæ est servanda, ut tradit Cevall. *commun. quæst. 450. num. 14. & 15. cum aliis,* maximè si esset filius, uxor, consanguineus, vassallus, servus, aut famulus, qui patrem, maritum, consanguineum, aut dominum veneno occidere vellent ; vel si esset pecunia corruptus, ut venenum daret ; vel si esset persona illustris, judex, Prælatus, vel aliàs in dignitate constitutus, contra quam parabatur venenum. His circumstantiis, vel aliis similibus deficientibus, si non esset deventum ad actus proximos, opinio Covarr. & aliorum æque, & jure consona est, & judex poterit mitigare pœnam. Minsing. *centuria. 3. obser. 9.* Cevallus. *num. 18. cum aliis, ubi proxime,* vide Addit. ad dict. Glos. 3.

De vendente, conficiente, aut retinente venenum necandi homines causa, vide *sup.* laudatos, 3
Et *d. l. 7. tit. 8. p. 7.* & *ibi* ad Add. ad Glos. 2. & Adde Farin. *d. quæst. 22. à num. 32.* ubi plures laudat, & latè per ampliationes, & limitationem materiam explicat Gomez *in dict. cap. 3. num. 9.* De probatione hujus delicti, & quæ indicia, & præsumptiones sufficiant, & qualiter comprobabitur, quòd quis sit venenatus, vide Gomez. *cap. 3. num. 8.* & latissime Farin. *à num. 53. ubi sup.* ubi multa cumulat Bayard ad Jul. Clar. *quæst. 68. num. 127. & 128.* ubi alios laudat & Addit. ad *d.* Glos. 2.

De quæstione, quando in atrocissimis delictis puniatur conatus, & affectus non secuto effectu, & delicto, vide duas communes opiniones contrarias per Cevall. *commun. quæst. 504. per tot.* Thesaur. *quæst. forens. lib. 2. quæst. 25.* Farin. *in d. 4. part. prax. crim. q. 124. per tot.* ubi latissimè hanc materiam declarat, ampliat, & limitat, & nos *inf.* in Addit. ad Glos. *l. tit. p. 7.*

Add Glos. 2. Nota mixtum non comprehendi sub 4
prohibitione simplicium, quando non militat eadem ratio : & simplicis appellatione, quòd in pœnalibus mixtum non contineatur, probant text. *in vim passam. §. præscriptione. ff. de adulter.* & tradunt late scribentes, *in l. 2. ff. de verb. obligat.* Strach. *de mercatur. 4. part. n. 33.* Ant. de Amat. *in repet. l. si emancip.*

emancip. C. de collat. num. 44. Castill. *lib.* 5. *quot. cap.* 134. ubi *per tot. illud cap.* latè materiam explicat. Scacc. *de commert. §.* 1. *quæst.* 1. *n.* 556. *vers. exemplifica quarto.* ubi venenum non admixtum, ita ut nocendi naturam amiserit, posse vendi tradit.

Nota 2. si hujusmodi venenosa medicamenta essent vendita probis, & honestis viris, de quibus præsumi non potest, quòd ea in malum usum conversuri sunt, vendentes pœnam non incurrere, ut cum Marsil. *in l.* 3. *§. alio senatus consulto, post num.* 1. *ad legem Cornel. de sic.* de Foll. Gom. Plaza & aliis tradit. Farin. *in prax. crim.* 4. *tom. quæst.* 122. *n.* 50.

Similiter retinens venenum ad bonum finem, vel illud emens, ut puta ad occidendum mures, non tenetur aliqua pœna. Marsil. *vers. & potest poni exemplum, ubi sup.* Paris. *cons.* 167. *n.* 10. *lib.* 4. Farin. *n.* 51. *ubi sup.* & vide Addit. *ad d. l.* 7.

LEX XVIII.

SUMMARIUM.

1 *Rei propriæ emptio sive sciente, sive ignorante emptore non valet.*
2 *Inter ementem, & vendentem debet esse diversitas.*
3 *Et stipulatio rei propriæ non valet.*
4 *Respectu proprietatis, seu possessionis rei valet venditio.*
5 *Emens, seu conducens rem propriam tanquam rem alterius, perdit possessionem.*
6 *Venditio rei, quæ revocabiliter pertinet ad emptorem, valet.*
7 *Quando res venduntur à judice pro executione judicati, dominus potest evere, & an dicatur venditio.*
8 *Item quando emptio est conditionalis.*
9 *Item quando res esset communis, interpretatur. l.* quod si uno, ff. de in diem adject. & l. sed si de contr. empt.
Item si rei esset tantum usufructuarius.
Item si ei erat legata sub conditione.
10 *Venditio facta à tribus ex sociis, an prjudicet alteri ex sociis.*
11 *Vendens simpliciter rem, quæ pro parte est venditoris, & pro parte alterius, an videatur totam rem vendere? Census impositus super re, in qua venditor habet partem, solum censetur impositus super illa parte.*
12 *Paria sunt scire, vel scire debere.*
13 *Emptor præsumitur scire qualitatem rei, quam emit.*
14 *Contrarium. Vendentes rem pro parte alienam integram videntur vendidisse,*
15 *Emptio an sit partis, an totius rei, ex quantitate pretij colligi potest. n.* 16.
17 *Item si ex pretio non potest colligi, colligetur ex scientia, vel ignorantia emptoris, & non venditoris, n.* 18.
19 *In venditione veniunt ea omnia, quæ emptor venire credidit, dummodo ex significatione verborum concipi possint, & in dubio interpretatio fit contra vendentem.*
20 *Interpretatio* text. in L. qui tabernas, ff. de empt.
21 *Interpretatio* l. qui cum alio, ff. de regul. jur. *& à num.* 33.
22 *Venditor tenetur emptorem certiorem facere omnium rei qualitatum.*
23 *Quando ignorantia emptoris provenit ex dolo venditoris, tunc non potest objicere emptori, quòd debebat investigare rei qualitatem.*
24 *Venditor non exprimens, rem pro parte esse alienam, videtur esse in dolo, & tenetur ad interesse, & debet exprimere specialiter, & clarè qualitatem rei, & confusè declarare non sufficit, & ex ignorantia non potest excusari. n.* 25. *&* 33.
26 *Venditor asserens rem esse liberam, cum ignoret, est in culpa. Mendacium aliquando arguit verum dolum, & n.* 27.
28 *Quando ex mendacio commodum non resultat, non præsumitur dolus.*
29 *Prædictæ doli præsumptiones procedunt in mulieribus, licet aliàs à dolo præsumpto excusentur.*
30 L. cum alio, ff. de regul. jur. *in quibus casibus non procedit.*
31 *Contrahens cum agricola, milite, vel alia privilegiata persona, an teneatur ejus conditionem inquirere.*
31 *Habens officium privilegium habentem debet contrahentem certiorem facere. Interpretatio illorum* verb. conditionis ejus dict. l. si quis cum alio, *& n.* 34.

ADDIT. GLOS. I.

AD Glos. 1. Nota ex text. rei propriæ emptionem, sive à sciente, sive ignorante factam, non valere. Adde, *l. rei suæ* 16. *in emption.* 34. *§. suæ rei. ff. de contrah. empt. l. cum res, l. si mater. l. servum. C. eodem, & DD. in dictis locis, l. si aliqua.* 28. *ff. de acquir. poss.* Fabian de Mont. *de empt. & vend. q.* 4. *princip. n.* 49. Gomez. 2. *tom. var. c.* 2. *num.* 50. *vers.* 4. *prohibetur.* Rip. *in d. l. si aliquam, num.* 2. Zasius *in l. si alienam. ff. sol. matr. num.* 7. *&* 8. Bern. Diaz. *reg.* 226. Moz. *de empt. & vend. cap. de rebus, quæ vend. & emi poss. n.* 55. Tiraquell. *de retract. convent. §.* 2. *glos.* 1. *num.* 12. Perez. *post d.* 2. *tit.* 7. *lib.* 5. *ord. vers. utrum autem.* Mantic. *de tacit. conv. lib.* 4. *tit.* 5. *n.* 18. Mudeus, *in l. etsi consensus, §. si rem meam, n.* 1. *&* 2. *de contr. empt.* Tusch. *pract. litt. E. concl.* 119. *num.* 1. Petr. Gregor. *syntag. jur. lib.* 25. *cap.* 11. Vigel. *method. jur. part.* 5. *lib.* 18. *cap.* 3. *except.* 18. Morl. *in empor. jur.* 1. *p. tit.* 9. *de contrah. empt. in princ. n.* 82. Bertaz. *de clauss. clauss.* 19. *glos.* 2. *num.* 5. Scac. *de commert. §.* 6. *glos.* 1. *n.* 4. Fab. *in ration. l. sed communis de contr. emp.* unde colligitur, quòd si rem suam, quam ignorans emerit, jusserit alii tradit, non transire in eum dominium, quia eo proposito non fuit factum Mude & Mantic. *ubi sup.* 1

Nota 1. ex Glos. rationem hujus doctrinæ esse; quia debet esse diversitas inter ementem, & vendentem; quia in contractibus est quædam digressio personarum. Adde Perez Morl. *n.* 83. & Rip. qui alias duas rationes tradit. *ubi sup.* 2

Amplia procedere non solum in emptione, sed etiam in stipulatione, *l. si rem, ff. de verb. oblig.* Rip. *n.* 8. Peret. *vers. cum autem quis, ubi sup.* ubi distinguunt inter stipulationem rem sibi dari, aut restitui; & in primo casu stipulationem esse inutilem, etiam si res sua esse desierit ex *d. l. si rem, & ex §.* 1. *instit. de inutilib. stipul.* In secundo vero casu valere docent Morl. *in d. n.* 82. *&* 84. ubi ampliat ad alios contractus, & ad legata. Tiraq. *ubi supra.* 3

Limita 1. respectu proprietatis, seu possessionis existentis penes venditorem, quia tunc valebit emptio, *ut in d. §. suæ rei, & in i. si aliquam* Mant. *vers.* 4. Mudeus, *num.* 9. Moz. Vigel. Perez. Rip. *ubi supra.* Sed si dominus possit avocare possessionem 4

aliquo remedio possessorio, videtur quòd tunc non valebit venditio, ex text. *in dict. §. suæ rei*, sed veritas est in contrarium, quia text. *ibi* non loquitur de avocatione possessionis per remedia possessoria, sed de avocatione rei per rei vendicationem, de quo vide Ripam, *n. 3. & 4.* Petez, *vers. utrum autem*
5 Moz. *n. 55. & 56. ubi sup.* qui etiam tradunt, quod emens, vel conducens rem propriam ab alio tanquam rem illius, perdit possessionem, secus si tanquam propriam.

6 Limita 2. si res esset emptoris revocabiliter, nam tunc valeret emptio. Ripa, *n. 7.* & Perez, Tusch. *num 2.* Vigel. Mantic. *vers. tertio*, Mudeu. *ubi sup.* ubi etiam tradit, quòd quis potest se consulere emendo rem à filio, quæ à patre ei in præjudicium filij fuit donata, & hoc ampliatur ad omnes casus, in quibus res à possidente potest avocari, vel meliore jure ab alio possideatur. Vigel. Tiraquel. *ubi sup.*

7 Limita 3. si res vendatur à judice pro executione judicati, quia dominus licitando poterit rem suam emere, *l. 1. & 2. C. si in causam judic. pig. cap. sit. l. à Divo Pio §. si post, ff. de re judic.* Ripa. *ubi proximè.* Mudeu. *in num. 10.* hoc discutit, & non posse dici emptionem concludit, sed rei liberatio-
9 nem & crediti extinctionem & Vigel. & Mantic. *n. 18. vers. unde ubi sup.* Item limita in emptione conditionali, *l. existimo, ff. de contrahen. empt.* & ibi, DD. Pet. Gregor. Mantic. *vers. quarto.* Vigel. Tusch. *num 4.*

Limita 4. quando res esset communis, quia tunc valebit venditio, etiam pro parte emptoris, *l. quod si uno. 16. in fine, ff. de in diem adject.* ibi Ulpianus inquit, *emere enim cum tota re nostram partem possumus, l. qui negotia. 34. §. 1. mandati.* Mantic. *vers. sed advertendum.* Moz. Vigel. Mudeu. *num. 6.* Perez, *ubi sup.* Sed obstat text. *l. sed si communis, 18. ff. de contrah. empt.* Huic difficultati respondit Rip. *n. 6. in d. l. si aliquam rem, ff. de acquir. possess.* dicens istam legem procedere in ignorante esse communem, quòd videtur ostendere adversativa *sed*; Vetior resolutio est, nec scienter posse emi rem propriam. Petr. Gregor. *num 1.* Mantic. *num 1. in princ.* nisi plurium dominorum portiones uno contractu, & pretio venditæ sint, *ut in l. quod si uno*, & hoc fit ex necessitate, ut quis totam emere cogatur, ut tradit Faber. *in d. l. sed si communis. 14.*

10 Limita 5. nisi usufructuarius tantum esset, & emerit proprietatem, aut è contra. Mudeu. *num. 5.* Mantic. *versic. secundo.* Angel. & Petr. Gregor. *ubi sup.*

Limita 6. nisi pendente conditione, sub qua res legata est emptori, emptio fiat. Intellige, si dubius eventus conditionis ematur, vel si scienter sciendo rem esse sibi legatam, & ad se pertinere emat, quia videtur renunciare legatum. Vigel. & Tusch. *n. 5. ubi sup.*

Et de venditione facta à tribus ex sociis, an ex ea præjudicetur alter socius, ita ut factum aliorum tanquam factum à majori parte sequi debeat? Vide Grat. *decis. Marchiæ 269. per tot.*

11 Sed alia se offert difficilis quæstio, utrum vendens simpliciter rem, quæ pro parte est venditoris, & pro parte alterius, videatur totam rem vendere, vel solum partem quam in ea habeat? & solum pro parte, quæ propria est venditoris, venditionem factam censeri, probatur ex *l. qui tabernas, & in l. cum venditores. ff. de contrah. empt.* & faciunt *l. quod in rerum, §. 1. & leg. si domus, §. fin ff. de leg. 1. cap. pastoralis, de donat. & l. uxor patrui, C. de leg.* & eam tenent Alber. *in dict. l. qui tabernas*, & cum ea Covarr. *lib. 1. var. cap. 8. n. 7.* & novissime Alex. Ludovic. postea Papa Greg. 15. *decis. 225. cum aliis*, ubi tradit censum impositum censeri super medietate rei spectante ad imponentem, licet res designetur cum suis confinibus, & eam fundat, ex *d. l. qui tabernas.* Lud. Cens. *de cens. p. 1. c. 2. q. 2. art. 7. num. 7.* ait, indistincte tenendum esse, censum fuisse impositum super portione fundi, quæ erat imponentis, si fructus portionis sufficiebant pro solutione integri census, & *in n. 8.* quòd census impositus super re, cujus pars est libera, & altera obnoxia fidei commisso, censetur impositus super parte libera, quatenus est capax totius, & post *tract. de cens. decis. 49. n. 18. & decis. 64. 65. & 66.* Herc. Marescot. *var. resol. lib. 1. c. 72. n. 1. & 2.* facit etiam, nam in hoc casu non potest emptor probabilem ignorantiam allegare, nec prætendere: debuit enim investigare, an res esset venditoris, vel aliena, *l. qui cum alio, ff. de reg. jur. ubi* Glos. 1. dicit esse in culpa, qui hoc ignorat. Et faciunt tradita per Tiraquel. *de retract. consang. ad fin. tit. n. 42.* & per Menoch. *lib. 3. præsumpt. 88.* Monter à Cueva *decis. 13. n. 38.* Surd. *dec. 265. n. 45. cum aliis*, ubi tradit. *d. l. qui cum alio*, procedere non solum respectu personæ, cum qua contrahitur; seu etiam respectu rei, & alios tradit Castillus, *quotid. lib. 4. c. 42. n. 64.* & paria sunt sci- 12
re, vel scire debere, *l. quod te, & ibi*, Glos. *& alij ff. si cert. petat. l. si duo, ff. de acquir. hæred. l. si Titius, ff. de fide juss. l. pen. ff. ad Macedon.* Gomez. *in l. 76. Tauri. n. 4.* Baeza *de inope debitor. c. 16. n. 94.* Barbos. *in l. 1. ff. solut. matrim. 4. par. n. 47.* Tiraquel. *n. 43. ubi sup. & in §. 12. glos. 1. n. 9.* Fachin. *contr. jur. lib. 7. cap. 14.* Surd. *cons. 13. num. 5. & 150. à num. 23.* ubi in confirmationem multa tradit, quem refert, & sequitur Castill. *lib. 5. c. 65. in fin. & n. 95.* & quilibet emptor 13
præsumitur scire qualitatem rei, quam emit, an sit allodialis, emphitheuticaria, vel feudalis, ut docet Oddus *cons. 4. sub n. 27.* Rice. *decis. 105. sub num. 1. circa fin. 1. part. decis. curiæ Archiep.* & ex aliis firmat Rot. Roman. *decis. 281. num. 25. 2. p. noviss.* & stante scientia saltem præsumpta sibi debet emptor imputare, etsi sequeretur evictio, non est quidquam ei præstandum, *l. si fundum sciens, C. de evict. l. si à matre, C. de jure dot.*

Contrariam opinionem, imò quòd vendens rem 14
simpliciter pro parte alienam, integram rem videatur vendidisse, sequuntur. Bart & Bald. *in d. l. qui tabernas*, Gomez. *2. tom. var. cap. 2. num. 12.* Pinel. *in l. 1. C. de bon. mater. 3. p. n. 27.* Vasq. à Mench. *de succes. creat. §. 8. n. 18. vers. reddendo ad potestatem testator.* ubi contra Alber. & Covarr. hanc opinionem defendit, & pro ea decem, & septem fundamenta tradit. Peralta. *in l. Mevius, §. fundo legato, n. 9. ff. de leg. 2. pag. mihi. 530.* Purd. *d. cons. 13. n. 9. usque ad finem.* Morl. *in empor. juris 1. part. tit. 9. de contrab. empt. in præmiss. n. 85.* Seraph. *decis. Rota. 468.* ubi tradit in contractibus emptionis, & venditionis, & in aliis onerosis integram rem vendi præsumendum esse. Tusch. *pract. lit. V. concl. 52. n. 2. cum aliis.* ubi declarat, & extendit. Et comprobatur ex *l. si sterilis. 22. §. 1. l. in venditione, ff. act. empt.* Glos. *in l. ex his prædiis, de evict.* & ex aliis iuribus traditis per DD. *ubi sup.* Marescot. *lib. 2. var. c. 19. num 21. 26. & 27.* ubi tradit quòd requiritur scientia clara emptoris. Bertaz. *de claus. 26. glos. 8. num. 4. 5. & 6.* Pereir. *de empt. & vend. cap. 31. num. 40. vers. advertendum.* Cancer. *var. resolut. part. 1. cap. 8. 72.* Mantic. *de tacit. conv. lib. 6. tit. 9. num. 34. vers. sed hoc sane*, Cens. *in dict. art. 7. num. 12.* assignat

rationem

rationem differentiæ inter venditionem fundi communis simpliciter, in qua integrum prædium ait comprehendi; & impositionem reditus. Pro resolutione hujus quæstionis distinguendum est, quòd aut ex quantitate pretii constare potest quid
16 actum est, aut ex ea constare non potest. Primò casu, quando ex quantitate pretii apparere potest quid actum est, id sequendum, & judicandum erit, quod quantitati pretii magis respondet, & convenit; si vero pretium convenit, & respondet valori totius rei, tota res vendita censebitur: si enim respondet tantum valori portionis ad venditorem pertinentis, illa sola portio, aut illud tantum jus, quod venditor in re habet, venditum judicabitur, ut in specie docet Bald. *in l. 1. n. 5.* & *ibi* Castrens. *num. 5.* Jas. *num. 21. C. qui test. facere possunt.* Angel. *in l. si domus, §. si fundus, n. 2. in fin. & ibi,* Alexan. *n. 4. ff. de leg. 1.* ubi ita communiter teneri affirmat, & eos sequuntur Barbat. *cons. 36. n. 7. col. 4. vers. cum ergo, vol. 2.* Socin. 98. *n. 2. vers. conformantur*
17 *prædicta, vol. 5.* Hier. de Mont. *in tract. finium regund. c. 95. à n. 5. usque ad fin.* si vero ex quantitate pretii quid actum sit constare non potest, est etiam distinguendum; nam aut emptor rei qualitatem novit, aut partem alienam esse ignoravit: in primo casu dicendum est, venditorem partem dum-
18 taxat suam vendidisse censeri: in secundo casu, cum in dubio præsumatur, dicendum est, venditorem totam rem vendere voluisse, & in hoc casu, in casu evictionis ad interesse teneri, ne emptor deceptus cum damno remaneat. Bald. Paul. Angel. & Jas. *ubi sup.* Bald. *in d. l. si domus, §. si fundus, n. 1. in fin. & ibi,* Ang. *n. 2. in fin.* & Alex. *n. 5.* ubi dicit communem. Gomez. 2. *tom. var. c. 2. n. 12.* Mor. *n. 85.* & alii *sup.* citati, *n. 21. & 22.* & omnibus latiùs Surd. *d. cons. 13. n. 29. & 32. & decis. 295. n. 28.* Hier. Port. *de consor. n. 4. 5. 6. & 7.* ubi pulchrè hanc quæstionem tractat, & distinctionem supra traditam sequitur, Cancer. *var. resol. 1. p. c. 8. de donat. n. 71. 72. & 73.* ubi in titulis lucrativis, ut est donatio, & aliis, non procedere inquit, & in oneroſis, ut est venditio, hanc sequitur, & alios allegat. Barbos. *in l. divortio in princ. 2. p. ff. solut. mat. n. 82. col. 2. vers. sed pro ea resol.* ubi contra Jas. Peregr. *de jur. fisc. lib. 6. tit. 4. n. 22.* & Thesaur. *decis. 55. n. 3.* defendit ad cognoscendum quid veniat in venditione, non esse considerandam scientiam, vel ignorantiam venditoris, sed emptoris, *ex l. fin. C. de comm. rer. alien.* & ex aliis
19 quos allegat. Et comprobatur ex regula, quæ habet, quod in venditione comprehenduntur ea omnia, quæ emptor venire credidit, dummodo ex significatione verborum concipi possint; nam in dubio interpretatio fit contra venditorem, *l. hoc autem ff. de hared. vel act. vend. l. 1. in prin. ff. de act. empt. l. in leg. l. ea, quæ, §. ult. l. Labeo, ff. de contrab. empt.* Mantic. *lib. 4. tit. 9. n. 1. & 2.* & hanc veriorem opinionem esse dicit. Grat. *discept. c. 175. n. 37.*
20 Amat. *dec. Fer. 16. n. 39.* Qua opinione retenta non obstat. *l. qui tabernas,* nam procedit cum emptor sciebat, vel scire debeat, rem totam non esse venditoris, & locus erat publicus, & circa hoc non poterat justa ignorantia cadere, quo casu venditor solum censetur jus, quod in re habet, vendidisse, ut ex aliis docent Gomez. Mench. Mor. & Surd. *ubi sup.* Alex Lud. *dec. 90. n. 11.* ubi quòd emens scienter rem aliquo onere affectam, jus tantum venditoris emisse dicitur.

21 Nec etiam obstat, quòd dicitur culpæ emptoris esse adscribendum, si ignoravit rem pro parte non esse venditoris, ex quo debeat se informare, *per d. l. qui cum alio contrahit,* quia dicta lex procedit respectu conditionis personarum, cum quibus contrahitur, non vero respectu rerum, de quibus contractus celebratur, ex Surd. *d. cons. 13. n. 38. & cons. 150. n. 123.* ubi cum Cæph. hanc differentiam rerum, & personarum tradit, & ante eos eandem differentiam constituerunt Crot. *in l. filius familias, §. Divi, ff. deleg. 1.* & Curt. Jun. *cons. 59. col. ult.* quos refert, & sequitur. Mont. à Cuev. *decis. 13. n. 13.* Giurb. *dec. 7. 9. n. 28.* alios etiam refert, & hanc sequitur. Guz. *de evict. cap. 23. n. 41. 42. & 43.* & sic est tenendum, quamvis Surd. *in d. n. 123.* dicat ei non placere in casibus, de quibus ibi.

Si enim in emptore scientia præsumeretur, ex 22
quo debuit qualitates rei emptæ investigare, venditor de ejus qualitate non teneretur emptorem admonere, nec de ejus conditione, ut teneri docent Gomez. Monter. à Cuev. & Surd. *ubi sup.* qui alios referunt Alex. *cons. 63. lib. 6.* ubi hanc late comprobat, & declarat, idem Surd. *cons. 15. n. 15. & 16. & 145. n. 8.* Bertaz. *de clauf. 13. gloss. 1. n. 1.* Mont. à Cuev. *n. 16. & 38.* dicit quòd venditor debet specificè qualitatem rei venditæ declarare, *& n. 39.* declarat, si onus non est manifestum, quo casu nominatim de servitute, & onere rei debet eum certiorare; secus quando ex consuetudine patriæ onus rei ut plurimum rebus inhæret. De quo vide Add. ad Gl. 2. *l. 63. inf. hoc tit.* tunc non esset in culpa venditor, & nec teneretur ad interesse, *l. si tamen, §. & qui, ff. de ædilit. edict. l. 1. in fin. ff. de act. empt. l. ea, quæ, §. 1. de contr. empt. l. 1. in fin. de dot. præleg. l. siquis insundi,* ubi Jas. *deleg.* Alex. *d. cons. 63.* nam qui certus est, vel esse debet, amplius certiorari non debet, ut *in d. juribus.* Surd. *d. cons. 13. n. 39.* Sed hoc est falsum, nam nisi aliter non probetur emptoris scientia, venditor non certiorans emptorem de qualitate rei venditæ, tenetur ad interesse, *l. 1. §. 1. & l. jubemus, in princ. ff. de act. empt.* de quo vide *infra num.* & Add. ad Gl. 2. *l. seq.* & in emptore semper præsumitur ignorantia, *l. veritus. ff. de probat. l. fin. ff. pro socio. l. pen. C. de evict. l. fin. ff. pro socio.* Alex. *cons. 95. col. pen. in fin. vol. 5.* Ric. 141. *n. 7. vol. 1.* Bert. *cons. 6. vol. 7.* Ant. Gom. *d. c. 2. n. 12.* Sur. *n. 32. ubi sup.* Castill. *quot. lib. 4. c. 42. n. 94.* quæ maximè procedunt, quando qualitates rei venditæ sunt tales, quæ de facili non possunt devenire ad notitiam emptoris, quo casu plane procedit declaratio, *d. l. qui cum alio,* ut cum Dec. Ripa. Calcano. Tiraq. Gabr. & aliis firmat. Rota Rom. *in d. dec. 281. à n. 20. 2. p. novissim.* quam refert, & sequitur Castill. *n. 99. ubi sup.* quando quis scientiam habere dicatur vide Montalvum, *in l. 6. tit. 10. lib. 3. fori leg. gloss. 2. tit. 6.* Mascard. *de probat. concl. 1299. per tot.*

Vel secundo respondeo cum Surd. *in d. cons. 13.* 23
n. 40. dictam, *l. qui cum alio* non procedere, quando ignorantia emptoris provenit ex dolo venditoris; tunc enim non potest objici emptori, quòd debuit investigare: ex his, quæ tradunt DD. *in l. si Titius, ff. de fidejuss. & in l. 1. ff. si quis in jus vocat. non ierit,* & ita limitat dictam legem Alex. *in cons. 60. col. 1. vol. 5.* Cagnol. *in d. l. qui cum alio, num. 12.* Castill. *num. 102. & 103. ubi sup.* sed venditor, qui non 24
expressit, quòd res pro parte erat aliena, dicitur esse in dolo, & tenetur ad interesse, *l. plane, ff. de pericul. & commodo rei vend.* ubi Glos. Bald. Alberi. Fulgos. & Salycet. *l. quære. l. Julianus, §. qui pecus, & §. quod autem dicimus, in fine. ff. de actio. empt. l. qui libertatis, §. sed si quis, ff. de evict. l. quæritur, §. si venditor. ff. de ædilitio edicto. l. rectissime. 14. in fine,* & *ibi* Glos. *verb. decipit. ff. de*

liberali causa, ubi dicit quòd decipit qui non instruit. Pinel. *in l. 2. p. 3. cap. 2. num. 21. C. de rescind. vend.* Strach. *de mercatur. tit. de sponsionibus, part. 4. §. item quæro.* Menoch. *de arbitrar. casu. 185. n. 22.* Barz. *decis. 62. num. 7. 8. & 9.* Bald. Paul. Alex. Roman. & alii relati, & sequuti per Surd. *in d. cons. 13. n. 33. 34. & 35.* ubi dicit, quòd debet specialiter, & clarè emptorem certiorem facere, & non sufficere, quòd obscurè, & sub involucro verborum exprimat, ex *l. ea, quæ commendandi, §. fin. ff. de contrah. empt. l. tenet. §. fin. ff. de actio. empt.* Angel. & alii *in l. fiquis cum aliter. ff. de verb. oblig.* Gomez. *2. tom. var. c. 2. n. 4.* Gratian. *discept. c. 534. n. 21.* Monter. à Cueva *decis. 13. num. 16.* ubi idem comprobat, idem Surd. *d. num. 33. & 34.* ubi alios plures refert. Guzm. *de evict. c. 25. n. 45.* ubi ait non sufficere si verbis generalibus, & profusioribus significaret. Lud. Cens. *de cens. 1. p. c. 2. q. 1. art. 7. n. 12.* & quando taciturnitas sibi commodum, & alii damnum parit, tacens dicitur in dolo. Bald. *cons. 306. vol. 5.* Cravet. *83. n. 3. & in responso, pro genero, n. 201.* Surd. *128. n. 11.* Monter. à Cueva, *d. decis 13. n. 19.* ubi ex aliorum relatione dicit, quòd potest intentari actio de dolo adversus eum, qui cum jactura alterius locupletior factus evasisset, & eo ipso quòd scit, & tacet, animo circumveniendi emptorem præsumitur feciſe. Alex. *cons. 14. per tot. vol. 5. & 109. vol. 4. n. 10.* Dec. *110. n. 4. vers. etsi deductis, & in l. pactum, quod dotale, post. n. 8. C. de pact.* quos refert, & declarat. Cravet. *cons. 192. n. 14. & 83. num. 3. & cons. 72. n. 5.* Mascard. *de probat. conclus. 532. num. 32. & 33.* Carroc. *tract. de excuss. bonor. 1. p. q. 9. 10. quæst. princ. 1. part. num. 53.* Mont. à Cueva *d. decis. 13. num. 17.*

26 Cald. *de empt. & vend. c. 22. num. 7.* ubi dicit, venditorem scientem rei onus illud manifestare debere, aliàs quanti interest præstare debere, etsi ignorans asseruit rem esse liberam, quia est in culpa asserendo rem liberam, quam ignorabat. Caballi. *de evict. §. 3. n. 153. vers. imo etsi fuisset*, affirmare enim quod quis ignorat, est dolus; ideo jurisconsultus hoc non debere fieri censuit *in l. Julianus. 14. §. quod tamen. 2. ff. de act. emp.* & *ibi* Glos. *verb. indicationem*, & Paul. *num. 5. l. fiquis firmaverit. ff. de dolo* cum aliis adductis à Cravet. *cons. 249. n. 6. & 282. & n. 255.* Natt. *342.* Franc. Becc. *106. n. 13. cum aliis.* Rebuff. *in const. Gallic. 1. tom. tit. de fructibus, art. 5. glos. unica.* Surd. *cons. 13. n. 16. & 149. num. 6.* ubi tradit

27 quòd mendacium aliquando arguit verum dolum, & *in decis. 165. num. 12. 13. & 14.* ubi culpam, & dolum arguere dicit, qui asserit rem esse liberam, & *decis. 253. n. 12. & 17. & d. c. 288. n. 59.* ubi dicit non excusari, qui dixit mendacium, & *cons. 36. num. 10.* ubi in dolo esse dicit, qui sciens rem alienam esse, ut propriam vendidit, vel quando scit alii obligatam, & non declarat per text. *in l. vina, §. plane*, & *ibi*, Glos. Bald. Alber. Fulgo. & Salic. *de periculo, & comm. rei venditæ.* Barz. *d. decis. 62. num. 8. & 9.* & pro defensione sic affirmantis vide eum ibi *à n. 40.* ubi de excusatione mulieris, quæ rem liberam esse juravit, late agit. Ant. Portium. *inter consil.* Farinac. *consil. 176. lib. 2. consil. 1. cum aliis*, & nos in Add. ad Gl. *l. 10. tit. 13. inf. hac part.* Mas-

28 card. *d. num. 76. & 77.* ubi hanc doctrinam limitat. quando ex mendacio commodum non tenderet in favorem afferentis, ex Ulpiano. *in l. & eleganter, §. fin. ff. de dolo*, ubi Bart. & alii. Guzm. *de evict. q. 23. num. 56.*

29 Amplia, in mulieribus has præsumptiones doli procedere, licet aliàs à dolo præsumpto mulieres excusentur, ut ex aliis tradit Tiraquel. *in l. 9. connub. num. 51.* ubi de communi testatur. Monter. à Cueva, *d. decis. 13. n. 2. & 37.* quia hæc intelliguntur in his, quæ in fraudem legum fiunt; non verò in reliquis facto hominis contingentibus, præsertim ubi quid fomitis avaritiæ consectatur, nam tunc plus fraudis, dolive mulieribus inest, quàm masculis. Tiraquel. *ubi sup. à num. 43.* & Monter. à Cueva. *d. n. 37.*

Tertio respondè, *d. l. qui cum alio contrahit*, non 30 procedere in casibus, in quibus alter contrahentium tenetur ex natura contractus notificare adversario omnes qualitates rei, nam talis non poterit objicere ignorantiam, quam ipse causatus est. Surd. *d. cons. 150. n. 124.* Gratian. *discept. c. 361, à num. 14.* ubi late explicat. Giurb. *decis. 79. num. 28.* Guzm. *de evict. n. 43. ubi sup.*

De quæstione, an contrahens cum agricola, 31 milite, vel alia privilegiata persona respectu artis, vel officii teneatur eorum conditionem inquirere, vide Collantes, *in prag. Agric. lib. 3. c. 6. n. 4. ubi per l. qui cum alio, ff. de reg. juris, & l. pen. ff. ad Maced. l. si Titius, 48. juncta glos. verb. ætatis, ff. de fidejussor.* docet ad id contrahentes teneri.

Contrariam opinionem, scilicet quòd habens 32 officium, aut artem, cujus ratione privilegium habet, debeat de eo cum ipso contrahenti certiorem facere, tenent Cravet, *cons. 83. num. 3. & 142. num. 20. & 192. num. 14. vol. 1. 282. vol. 2.* Carroc. *decis. 1. num. 8. & num. 11.* ubi eum vide. Bapt. Cost. *de facti, & juris scient. & ignor. cent. 1. distinct. 35. n. 9.* Giurb. *ad consuet. Mecinens. c. 14. glos. 2. p. 1. n. 11.* ibi, *neque obstat text. in l. qui cum alio, ff. de regul. juris quia non procedit ubi contrahentis dolus intervenit, & facit c. quisquis 180. 11. q. 3.* & dolus præsumitur contra tacentem beneficium sibi competens. Portius *inter consilia* Farinacii *lib. 2. cons. 176. n. 1. in fine*, ubi cum Paul. & Abbat. ita docet.

Cui resolutioni non obstat text. *in d. l. qui cum* 33 *alio*, nam verba illa, *conditionis ejus* non sunt intelligenda de officio, seu arte, sed de statu personæ, ut si est uxoratus, aut maritata mulier, cum qua quis contrahit, liber, aut servus, major; aut minor. *leg. hæres. 32. ff. de acquir. hæred.* ibi *sed etsi de conditione testatoris incertus sit. l. sed etsi. 34. ff. eod.* Et *verbum status* è contra significat conditionem personarum, secundum quam alii ingenui sunt, alii libertini, alii servi, ut *ff. de statu hominum.* & Glos. *in d. l. qui cum alio* ponit exemplum in statu, & non in officiis, & in Granatensi Prætorio sic decisum fuit, contra Antonium Moreno vicinum ville de Concha, qui fidejussit pro Oeconomo Marchionis de Malagon, & postea allegavit se tempore fidejussionis fuisse agricolam, & quia non declaravit officium, & ejus qualitatem, fuit condemnatus anno. 1626. in tertia aula, quia in aliis duobus fuit lis remissa.

Et non poterit venditor juvari ratione ignoran- 34 tiæ aliquid contra veritatem asseruisse, vel non declarasse, quia præsumitur habere notitiam qualitatum rerum suarum, & quas habet res vendita. Corn. *cons. 81. n. 4. lib. 3.* Ant. Port. *n. 6. ubi sup.* & probatur ex text. *in l. quisquis, C. de rescind. vend.*

LEX XIX.

SUMMARIUM.

1 *Venditio rei alienæ etiam inter scientes valet, & num. 2.*

3 *Venditio*

3 *Venditio rei mobilis alienæ non valet.*
4 *Rei furtivæ nulla est venditio.*
5 *Quando solus venditor scit rem esse furtivam obligatio contrahitur. num. 5.*
6 *Venditio rei alienæ respectu domini nulla est.*
7 *Venditor rei alienæ tenetur ad ejus traditionem. Contrarium. num. 8.*
9 *Venditor rei alienæ furtum committit, quando eam tradit.*
10 *Vendens scienter, & tradens rem alienam, dupliciter peccat.*
11 *Vendens rem feudalem sine consensu domini, non tenetur eam tradere, & n. 24.*
12 *Interpretatio.* l. ex empto, ff. de contrahend. empt.
13 *Res mobilis sine vitio furti quando vendi potest.*
14 *Possessor, qui à principio fuit bonæ fidei, contrectando rem, non committit furtum.*
15 *Vendens rem, quam dicit Sempronii, nomine suo non videtur vendidisse.*
16 *Vendens rem alienam nullius nomen exprimendo, an nomine domini videatur vendere.*
17 *Venditio valet, si domino præsente, & non contradicente vendatur. Contrarium, & tenendum, n. 18. & 19.*
20 *Notarius, qui confecit instrumentum venditionis rei suæ, vel tertii, seu advocatus, seu quivis alius, qui in instrumento alienationis rei suæ se subscripsit, an videatur consensisse.*
21 *Consentiens alienationi rei suæ an tradere teneatur, seu an possit eam vendicare.*
22 *Patiens rem suam hypothecari, an videatur consentire donandi animo.*
23 *Dominus an possit alienationem rei suæ ab alio factam ratificare, & an possit pretium consequi seu videatur donare.*
24 *Vendens rem immobilem an furtum committat.*
25 *Si res aliena detur in censum reservativum, sive sciente, sive ignoranter, si res evincatur, census perit.*
26 *Retentio sortis principalis, & fructus datur etiam adversus tertium, si domus aliena, seu debitis hypothecata vendatur, & ex pretio census constituatur, si à domino, vel à creditoribus evincatur.*
27 *Evicta re, ex cujus pretio census fuit constitutus, respectu emptoris, & venditoris census, dicitur peremptus.*
28 *Emphyteuta, cui res fuit evicta, non tenetur ad onera.*
29 *Item etsi res non sit evicta, sed evictio pretii imineat, & an reditus interim, quòd res effectivè evincitur, solvi debeant. n. 30.*
31 *Si census consignetur super re omnino aliena, creditor tenetur ad restitutionem pretii, & redituum usque ad diem restitutionis, etsi sciens rem alienam debitor emerit.*
33 *Venditor compelli potest ad redimendum censum, quando dolo, vel fraude decepit emptorem, ut venderet censum.*
34 *Emens rem furtivam sciens, vel ignoranter non potest repetere pretium.*
35 *Item etsi emerit rem furtivam in nundinis.*
36 *Item si res amissa fuisset, seu res esset extincta.*
37 *Declaratur procedere, quando emptor est malæ fidei, vel quatenus bonæ fidei factus est locupletior.*
38 *Is, qui emit rem furtivam sciens, & protestatus est, eam emere nomine ejus, cujus est, an possit à vero domino vendicante repetere pretium.*
39 *Quando emptor feciſſet proclamam facere, non tenetur rem restituere, nisi ipsi reſarciatur pretium.*
40 *Transiens cum equo alieno an possit conveniri in loco, in quo fuit repertus, & de pœnis impositis ementibus res furtivas.*

ADDIT. GLOSS. I.

AD Glos. 1. Nota 1. valere venditionem rei alienæ, & Adde *l. ex empto, ff. de act. empt. l. nemo, C. de reb. alien. non alien.* & ultra antiquiores, quos laudant infra citandi. Fab. de Mont. *de empt. & vendit. q. 4. princ. num. 17.* Gomez. 2. *tom. cap. 2. num. 8.* Tiraquel. *de retr. act. lign. §. 1. glos. 2. num. 19.* ubi examinat, an in venditione hujus rei sit locus retractui. Grat. *discept. 4. tom. c. 730. num. 26.* Moz. *tract. de empt. & vendit. cap. de reb. quæ vend. & emi. poss. num. 10.* Scac. *de commerc. §. 1. q. 1. num. 556. vers. primus casus.* Afflict. *decis. 40. num. 3.* Decian. *cons. 30. num. 18. volum. 1.* Roland. *consil. 57. n. 20. vol. 3.* Bertazol. *clauſ. 19. glos. 2. n. 3.* Surd. *decis. 253. num. 4.* Avendann. *de cenſib. cap. 61. num. 1.* Tuſch. *verb. venditio, clauſ. 53.* ubi ampliat, & declarat. Morl. *in empor. tit. 9. in præmiſ. num. 11.* Cenſium *de cenſ. p. 2. c. 2. q. 1. art. 1. n. 11.* Pat. Azor. *p. 3. lib. 8. c. 5. vers. his præmiſſis.* 1

Amplia 1. valere venditionem rei alienæ etiam inter ſcientes, Adde Afflict. *decis. 369. num. 2.* Gratian. *dict. cap. 730. num. 27.* Surd. *conſil. 19. num. 39.* Contrarium probat Cald. *de empt. cap. 11. num. 4.* ubi tradit inter ſcientes rei alienæ venditionem non eſſe. 2

Limita 1. in venditione rei mobilis, in qua *hæc lex*, nec text. *in l. rem alienam, ff. de contrab. empt.* non procedit, ex Glos. *ibi*, quia traditione furtum committitur, & de re furtiva non tenet emptio, nec venditio, juxta diſtinctionem, *l. ſi in emptione, §. item ſi emptor. ff. de contrab. empt.* Scac. *ubi ſupr.* declarat, quando dicatur ſcienter vendi, ac emi res aliena. Seſſe *deciſ. Aragon. num. 21.* & ſicut furtum fit rem alienam ſubſtrahendo, ita negando alienam, & non reſtituendo, *l. Pomponius, in fin. ff. de acquir. rer. dom.* & facit, *l. hæreditatem, ff. ad l. falcid.* Peguer. *deciſ. 29. num. 5.* Seſſe *num. 22.* & Pereir. *num. 3. ubi ſup.* Et rei furtivæ nullam eſſe venditionem docet Gloſſ. *hic*; quia emens quoque eſt fur, & ex hac venditione nullum transfertur dominium in emptorem, nec uſucapiendi conditio, cui Addit. *l. alienum ſervum, C. de furt.* Fabian. *in d. q. 4. num. 3.* Trentacinq. *variar. lib. 3. tit. de empt. & vendit. reſol. 12.* Carroc. *deciſ. 10. à num. 1.* tradit in re mobili furtum committi, ſi de loco ad locum fiat motio, & venditionem rerum mobilium domino non præjudicare, *& in tract. de re furt. penes tert. repert. q. 32. n. 1.* Scac. *ubi ſupr.* 3

Sublimita 1. in caſibus, de quibus *infr.* in quibus rei alienæ venditio valet.

Sublimita 2. quando ſolus venditor ſcit rem eſſe furtivam, nam tunc obligatio contrahitur, *l. ſi in emptionem, §. item ſi emptor. ff. de contrab. empt.* ibi, Bald. & Carroc. *in dict. quæſt. 32.* 4 5

Limita 2. reſpectu veri domini rei venditæ nullam eſſe venditionem, ex text. *hic in l. rem alienam, & l. qui officii, §. qui neſciens*, ibi, *licet emptio non teneat, ff. de contrahend. emption.* nam venditio rei alienæ in effectu, & ſubſtantia eſt nulla, & ſolum valet in præjudicium venditoris quoad effectum, 6

ut teneatur ultra restitutionem pretii ad damnum, & interesse ementium. Scac. *ubi supr.* Carroc. *in* 5 *d. decis.*10.*num.*9.Avendann. *de censib. cap.*61.*n.* 1. *vers. quia licet Ulpianus.* Fabian. *num.*8. ubi multis fundamentis probat nullam esse venditionem.Rebuff. *in repet.d.unicæ, C. de sentent. quæ pro eo quod interest.sup.glos.verbo dupl. n.*35. ubi tradit,venditionem rei alienæ valere de facto, sed non de jure, & sic esse intelligendam *dict. l.rem alienam,* & hujusmodi venditionem illicitam esse contra Alciatum , quem impugnat , unde respectu domini nulla est venditio, & ab emptore res auferri poterit; quia talis venditio domino non præjudicat. Afflict. *decis.*369.*n.*3. Gratian. *d.c.*730.*n.*28. Surd. *cons.*284.*num.*8.*& cons.*19.*num.*32. *& in decis.*122. *n.*4. 5. *&* 6. ubi nullam esse venditionem latè comprobat.Pereir.*in l.*1.*tit.*7.*lib.*5.*ordin.fol.*192. *col.*37. *& vers. quid autem, col.* ibi, Cald. *cap.* 11. *num.* 1. ubi de facto valere dicit. Bertaz. *claus.* 19. *num.*3. Pat. Azor. *lib.*8.*p.*3. *tit. de empt. & vend. c.*5. *vers. secundo quæritur.*

7 Nota 2. ex Gloss. ibi , *& sic consequenter* venditorem rei alienæ teneri ad ejus traditionem. Addit Surd *cons.*13. *num.*11. *&* 12. ubi hoc venire ex natura contractus dicit : & *in cons.* 19. *num.* 1. Fabian. *num.* 7. *ubi supr.*

8 Contrarium probat text. *in leg. si quis alienam rem* 47. ubi Jurisconsultus inquit : *si quis alienam rem vendiderit , & in medio tempore hæres domini rei extiterit, cogetur implere venditionem,* ubi Gloss. *verbo implere,* interpretatur id est rem tradere, & ea facere, quæ in venditione desiderantur ; ergo si non est dominus rei, venditionem implere, & rem tradere non potest cogi.

9 Secundo facit, vendens rem alienam tunc furtum committit, cum eam tradit, nam ex solo titulo venditionis non committitur,ut diximus: sed furtum omni jure est prohibitum , ut est notum, ergo vendens non est cogendus ad delinquendum, aliàs si authore judice traderet,non malefaceret,argum. *l. Gracus,C. ad l. Jul. de adult.cap.qui peccat.* 23. *quæst.* 4.

10 Tertiò facit, nam vendens scienter, & tradens rem alienam peccat,tum quia contrectat rem alienam eam alteri tradendo,tum quia illudit emptorem non tradendo rem suam , ut tradit Conrad. *de contract. quæst.* 70. *conclus.* 8. ergo in foro conscientiæ non tenetur tradere, nec in foro exteriori ad tradendum potest cogi.

11 Quarto facit , nam vendens rem feudalem sine consensu domini, non tenetur ad tradendum , ut cum Bald. *in §. facta,num.* 2. *si de fundo fuerit controvers. inter. dom.* & tradit Glos. *hic* , & rationem reddit Bald. *ibi* , dicens ideo non compelli posse præcisè ad tradendum, quia non potest de jure, & ratione culpæ; sed major ratio militat in vendente rem alienam, quia gravius delinquit, ergo idem dicendum est de eo. Hanc opinionem tenet Rebuff. *ubi supr.* & contraAlciatum eam veriorem dicit, & faciunt tradita per Narbon. *in. l.* 29. *tit.* 7. 12 *lib.*1. *recopil. glos.*3.*num.*60.*in fin.* ubi dicit in venditione, quando pœna incurritur ex ea, ante traditionem pœnitentiæ locum esse ; & non obstat text. *in d.l. exempto* 11. *ff. de contrab. empt.* qui est fundamentum contrariæ opinionis , non solum probat,rem tradi esse ex natura venditionis, & dominium in emptorem transire, si venditor est dominus, & rem tradit ; aliàs si dominus non esse,victionis nomine venditorem obligari ; quia intelligendus est, si rem tradat , & non decidit casum, an cogi possit ad tradendum , & sic recurrendum est ad text.*in dict. l. si quis alienam.*Idem dicendum est in venditore rei immobilis , quia licet crimen furti non comittat,tenetur falsi, *ut infra, n.*30. & faciunt tradita à Guttier.*de juram.*1.*part.c.*1.*n.*104. ubi contra Paul. Castrens. dicit, maritum vendentem fundum dotalem non teneri ad tradendum. Cald. *d. cap.* 11. *n.* 10.

Nota 3. ex Glos. rem mobilem sine vitio furti 13 vendi posse, ex Bald. quem Glos. *hic* sequitur, ut si vendo rem alienam apud te constitutam , vel quam tu possides , & quando non intervenit vera, vel ficta traditio,sed solus titulus.Et Adde Glos.1. *in l. item si res,ff.de alienat.jud.mut.caus. fact.* ubi Bart. dicit mirabilem, Carroc. *decis.*10. *n.*3.4.*&* 5. Gomez.2.*tom.variar.c.*2.*n.*8. *vers. quod intellige,*ubi vide an sufficiat ficta traditio, ut furtum committatur? Perer. *in dict. vers. quid autem , col.* 2. ibi, *tum etiam.*

Et si ab initio possessor fuit bonæ fidei , postea 14 contrectando non committit furtum, licet ceperit habere scientiam rei alienæ, & possessionis malæ fidei ; & sic usucapere potest, ut ex *dict. glos.* & Bart. tradit Carroc.*n.*6.*ubi supr.* & est text.*in l. non solum,§. si cum liberum,ff. de liberali causa.*

De doctrina Bald. *in l. alienum,C. de furtis, n.*4. *hic* à Glos. relata. Vide eundem *in l. nullo, num.* 7. *ff. de rei vendicat.* & Cæpol. *de usucap. pro empt. verbo venditioni,num.*31. ubi alios de hac quæstione agentes refert.

Nota 4. vendentem rem , quam dicit esse Sem- 15 pronii, nomine suo non videri vendidisse, sed nomine Sempronii. Adde *l. mater tua* , & *ibi,* Bart. *num.*11. *C. de rei vendicat. l. ab uno,C.de negot.gest. l. in familiæ, C. familiæ ercisc.* Mantic. *lib.*4. *tit.* 23. *num.*26. *vers. nisi vendiderit.* Tiraq. *de retract. lign.* §.1. *glos.*2.*n.*2. *in vers.& interim scito,*alios laudat. Sed quid si simpliciter vendat'rem alienam nihil 16 exprimendo?Vide Dec. *cons.* 281. quem refert, & sequitur Mangred. *in addition. novissim. ad Bart. in l. rem alienam, ff. de contrab. empt.* ubi dicit,quòd vendens videtur nomine domini vendere.

Contrariam opinionem multis authoribus comprobat Tiraquell. *ubi supr. glos.*9. *num.* 147. Mantic. *d. num.*26. ubi pro hac opinione adducit text, *in l. magis, ff. de solution.* & comprobatur ex multis traditis per Surd. *cons.*19. *num.*5.*cum aliis* ; ubi vide,quando curator,qui habet mandatum à domino, videatur nomine proprio, aut domini contraxisse,vide Addit. ad Glos. 1. *l.* 54.

Quid si domino præsente, & non contradicente rem alienam vendam , an valeat venditio, & ei 17 præjudicet? Glos. *in l.cum proponas filios, C. de pact.* (cui est similis,*in cap.*1. §. *præterea, quib. mod. feud. amitt.*)vult hujusmodi venditionem valere,& idem docet Bart. *in l. quæ dotis.*34.*n.*14. *ff. solut. matrim.* & eum sequitur Barbos. *ibi, n.*140. *vers. est.* 2. *conclusio,* & alios refert Tiraquell. *in d. glos.*9. *n.* 115. *cum aliis.* Menoch. *lib.*2. *præsumpt.* 23.*num.*33. *& præsumpt.* 99. *lib.*6. *n.*20. *&* 40. ubi de domino,qui præsens est, & tacet emphyteutæ, vel vasallo emphyteusim,vel feudum vendentibus.

Contrariam opinionem sequitur Bald. *in leg.* 1. 18 *num.* 12. *C. de bonis matern.* ubi dicit illam Glos. communiter reprobari ; & communem esse contra Glos. dixit Jas. *in l. filiusfamilias. §. divin.in* 2.*lect. num.* 85. *ff. de leg.*1. Guil. Benedict. *in cap. Raynutius, vers. si absque liberis , l.* 2. *tit. de fideicommiss. substit. num.* 114. Tiraquell. *ubi supr.num.*114.*cum* 6. *seq.* pro hac opinione contra Glos.plures authoritates

ritates cumulat, quam non procedere inquit, nisi ultra taciturnitatem aliquem actum faciat, per quem assentire videatur, de quo vide Bar. *n.* 158. *vers. item secundo ubi sup.*

19 Has opiniones componit Cevall. *quæst.* 202. *n.* 8. 9. & 10. ubi dicit, quòd tunc video consentire illi actui, qui fit me præsente, & tacente, quando est ejus qualitatis, quòd me invito fieri non potest, & in hoc casu procedere primam opinionem; & contrariam, quando est actus, quem prohibere non possum, & plures laudat, de quo vide, *l.* 9. *tit.* 13. *inf.* & *ibi* Addit. Barbos. *ubi sup. à n.* 141. ubi late examinat, quando sciens, & tacens videatur consentire.

20 De quæstione, utrum notarius, qui confecit instrumentum alienationis rei suæ, seu testis, seu advocatus, vel qui in instrumento rei suæ se subscripsit, videatur alienationi consensisse, vide Tiraq. *d. glos.* 9. *n.* 141. & 142. Menoch. *præsumpt.* 57. *n.* 32. *præsump.* 66. *n.* 26. *lib.* 2. & *præsump.* 66. *lib.* 3. & vide Addit. ad Glos. 2. *l.* 60. *inf. per text. ibi.* Consentiens alienationi rei suæ cum protestatione salvo jure suo intelligitur quoad pretium. Mascard. *concluf.* 1423. *num.* 10.

21 De consentiente alienationi rei suæ, & an tradere teneatur? & utrum possit eam vendicare? vide Addit. ad Glos. 10. *l.* 24. *tit.* 13. *inf.* & an teneatur solvere gabellam, vide Gutier. *lib.* 7. *pract. quæst.* 48. *de gabell.* ubi respondit, deberi gabellam à consentiente venditioni rei suæ, nisi pretium nollet recipere, & donet venditori. Quid si patiar rem meam hy-

22 pothecari per alium, tanquam suam, utrum videar consentire donandi animo, vide Negusant. *de pignor. secund. membr. secund. p. princip. n.* 56. Barbos. *ind. l. quæ dotis.* 34. *n.* 140. *cum aliis*, ubi late explicat hanc quæstionem, & quando tacens consentire videatur, & tradit prædictum consensum facere valere hypothecam mero jure, tamen non inducere donandi animum, & me posse agere adversus eum, qui rem hypothecavit de meo consensu, ut pignus diluat, & illam liberam mihi restituat.

23 Et an dominus possit alienationem rei suæ ab alio factam ratificare, & rem, vel pretium consequi, vel an videatur donare? Vide *l.* 54. *inf. hoc tit.* & *ibi.* Addit. ad Glos. 4.

Nota 5. ex Glos. *in fin.* feudatarium sine consensu domini rem feudalem vendentem non teneri ad tradendum præcisè rem venditam, *sup. num.* alias quæstiones de feudatario, vel emphytheuta vendente res feudales, vel emphytheoticas, Vide Add. ad Glos, 2. *l. fin. tit.* 8. *inf. hac part.*

24 Sed quid de venditione rei alienæ immobilis, utrum vendens furtum committat? Vide Gomez. 2. *tom. variar. c.* 2. *num.* 8. ubi dicit, quòd non tenetur furti, sed tantùm de evictione. Sed licet furti non teneatur, falsi tamen tenetur. Scacc. *de commert. §.* 1. *quæst.* 1. *num.* 156. *vers. secundus casus est, l.* 1. *vers. Otrosi dezimos, tit.* 7. *part.* 7. & Glos. 5. *l.* 50. *inf. hoc tit.* & utrobique vide Addita.

25 Sed quid, si res aliena detur in censum reservativum, Vide Avendann. *de censib. cap.* 91 *num.* 1. ubi tradit, sive scienter, sive ignoranter venditio fiat, re evicta censum perire, & censuatarium liberum ab obligatione solvendi pensionem existere. Felician. 2. *tom. de censib. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 19. ubi tradit à principio valere, sed subjectam esse regulis ordinariis emptionis, & venditionis. De quibus vide, *supra, num.* 7. & *inf. Addit. l.* 32. & *Glos. 1. l.* 63. ubi egimus de censu impositio super re tributaria, vel obligata ad solutionem alterius census, vel fideicommisso subjecta.

Amplia procedere, & si domus, vel fundus 26
certo pretio vendatur, & ex pretio census consignativus in domo vendita, & aliis bonis constituatur; nam si deregatur, quòd res erat censuata, & ab aliis creditoribus evincatur, emptori datur retentio sortis principalis, & fructuum dicti census etiam adversus tertium possessorem census, aut cessionarium. Felician. *ubi proximè*, & faciunt tradita per Alexand. Ludovic. *decis.* 295. ubi dicit, fucturum esse emptori per retentionem pretii, quando apparet censum impositum fuisse super re empta, & per Fabr. *in suo C. lib.* 4. *tit.* 10. *quando fiscus, vel privatus, desinit.* 9. ubi dicit, Senatum pro emptore judicasse, non obstante acceptatione cessionis in favorem tertii, quia creditores anteriores instabant, & per Roder. *de am. redit. lib.* 2. *quæst.* 12. *n.* 5. ubi docet, creditorem teneri de evictione sortis, ut eam solidè, tutoque semel faciat accipientis, ita ut ab eo nunquam condici, nec repeti possit, *ex l. empto* 11. *ff. de action. empt. l. nam, & si fur. ff. cert. petat.* & Addit. ad Glos. 1. *l.* 32. *inf.* & quæ docent Covar. *lib.* 3. *var. cap.* 11. *num.* 5. Navarr. *consil.* 5. *tit. de censib.* Matienz *in l.* 7. *tit.* 11. *lib.* 5. *recopil. n.* 25. & 26. Felician. *de censib. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 15. *vers. constat. ergo, & lib.* 2. *c.* 1. *num.* 37. & *in* 2. *tom. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 10. ubi dicunt in hoc casu non esse censum, sed emptionem cum pacto, *legis curavit, C. de act. empt. & vendit.* & fructibus rei emptæ deficientibus, cessare æquitatem & rationem *dict. l.* & cum Socin. *in l.* 2. *C. de usur.* Corn. *cons.* 145. *lib.* 2. Cagnol. *in dict. l. curavit. num.* 28. ubi dicit communem. Joann. Baptist. *de usur. convent.* 1. *§.* 7. *num.* 142. tradit Roder. *lib.* 3. *quæst.* 7. *num.* 84. *ubi sup.* & alios refert. Rursus facit, nam evicta re, ex cujus pretio 27
census fuit constitutus, respectu emptoris, & debitoris census dicitur peremptus, ut dixit Avendann. *de censib. cap.* 61. *num.* 1. *in fine*, & perempta re, super qua census constituitur, etsi debitor in pecunia numerata sortem principalem acceperit, census extinguitur, & perimitur. Glos. 2. *lib.* 28. *tit.* 8. *hac part.* ubi vide Addit. ergo à fortiori evicta re, quæ est sors principalis census item, & super qua est constitutus. Avend. *de censib. cap.* 39. *num.* 5. *vers. quinto, præcedens*, & cum ad essentiam contractus, & ejus justificationem requiratur, quòd interveniat sors principalis, & penes debitorem permaneat, aut res vendita, quæ in ejus locum succedit; ea deficiente per recognitiones, & acceptationes cessionis, etsi mille sint, non corroborabitur, nec ad ejus solutionem debitor tenebitur; quia extincto & annullato principali corruunt omnes obligationes accessoriæ, & contra cessionarium omnes exceptiones reales, & quæ rei cohærent, possunt opponi. Ut diximus late in Addit. Glos. *l.* 15. *tit.* 14. *hac par.* & 28
emphyteuta non possidens, quia res emphyteutica fuit evicta, non tenetur ad onera. Bald. *in l. solemnibus* 25. *in fini vers. item quia ad hoc. C. de rei vendic.* Angel. *cons.* 311. *num.* 3. Alex. 124. *in fin. lib.* 5. Dec. 58. *col. ult.* Gratian. *c.* 223. *n.* 5. & *c.* 566. *num.* 2. & faciunt ab eo tradita, 2. *to. c.* 326. *n.* 1. & 2. & sic in praxi bis obtinui.

Amplia, etsi res non sit evicta, si evictio pretii, 29
pro quo census fuit promissus, imminear in limine contractus, nam emptor prædii potest ejus pretium retinere, & solutum repetere. De quo vide Addit. 50
ad Glos. 1. *l.* 32. *inf.* De redditibus, & utrum interim quòd res effective evincitur, solvi debeant? Vide Addita ad Glos. 2. *l.* 28.

Sed quid si census consignetur super re omnino aliena?

aliena? Vide Sarmient. *lib. 7. select. interpret. cap. 1. num. 3. vers. quinta concluſ.* ubi tradit venditorem cenſus teneri ad reſtitutionem pretii dati, & reditus uſque ad diem reſtitutionis, & idem ſentiunt Navarr. *in propr. mot. Pii V. de forma creandi cenſum, num. 118. & 119.* Medic. *de reſtit. cap. de cenſu redim. verſ. ſequitur*, Scac. *de commerciis*, §. 1. *q. 1.*

32 *à num. 179.* tradit cenſum eſſe nullum, & illicitum, & teneri ad reſtitutionem fructus, quos percepit, vel in ſortem imputare, qui ſcienter emit ſuper re aliena; aliàs, ſi ignoranter emit, poſſe agere ad reſtitutionem ſortis, & ad intereſſe tam damni emergentis, quàm lucri ceſſantis contra venditorem, & eam opinionem ſequitur Avendann. *in dict. c. 61. de cenſib. n. 3. & 4.* ubi alios laudat. Felician.

33 *lib. 1. cap. 4. num. 13. verſ. ipſe tamen.* ubi dicit hanc ſententiam locum habere, quando omnia bona cenſui obnoxia evincerentur à venditore, ſecus vero ſi alia remanerent bona, ex quibus reditus exigi poſſint; vel ſi alia bona æquè idonea cenſui ſupponeret. Fontan. *de pact. nupt. cap. 6. claus. 4. gloſſ. 18. part. 3. num. 92.* ubi venditorem compelli poſſe ad redimendum cenſum, quando ipſe dolo, vel fraude emptorem decepiſſet, vendendo cenſum poſt donationem omnium bonorum factam ſuis filiis, & ſic ſenatum declaraſſe dicit, quem vide, & faciunt tradita per Scacciam, *ubi ſupr. num. 183.* & per Alexand. Ludovic. *in d. deciſ. 295.* & per ejus Addit. *ibi*, & vide Rot. Rom. apud Ludovic. Cenſium, *poſt tract. de cenſib. deciſ. 46. num. 1. cum aliis*, ubi à principali, & fidejuſſoribus pretium repeti poſſe reſolvit; & alios allegat, *& deciſ. 313.* & Addit. ad Gloſſ. *l. 63. infra hoc tit.* ubi alias quæſtiones hujus materiæ retulimus.

34 Nota præterea extra Gloſ. quod emens rem furtivam tenetur illam reſtituere domino, etiam ſibi non reſtituto pretio, *l. in civilem, C. de furt.* Bald. Bellamer. Cyn. Odof. Bart. Fulgoſ. Caſtrenſ. Joann. Sicard. Salyc. & Angel. *ibi*, Rebuff. *ad l. divus, ſub num. 124. de ſicariis*, Boſ. *tit. de furt. num. 50.* Conrad. *in eadem rubr. n. 6.* Alciat. *regul. 3. præſumpt. 29. num. 2.* Menoch. *lib. 5. præſumpt. 29. num. 9.* Trentacinq. *variar. lib. 3. tit. de empt. & vendit. reſol. 12. num. 1.* Jul. Clar. *§. furtum, n. 27.* Cæpol. *cautel. 10.* Carroc. *de re furt. penes tert. repert. q. 12.* Farinac. *de furt. quæſt. 172. num. 29.* Ricc. *deciſ. 50. Cur. Archiepiſc. Neapol. part. 1.* Peger. *deciſ. 25.* Intellige etiamſi ignoranter emerit. Joann. Lup. *rub. de donat. §. 65. num. 29.* Carroc. *quæſt. 15.* & relati DD. Joan. Medic. *de contract. quæſt. 10.* Joan. Mayor. *in 4. ſentent. diſt. 15. quæſt. 26. ad fin.* Sylveſt. *verb. reſtitut. 3. q. 7.* Pat. Azor. *d. 3. lib. 7. de empt. & vendit. cap. 5. verſ. ſecundo quæritur.*

35 Amplia 1. etiam ſi quis emerit rem furtivam in nundinis. Hoſtienſ. *in ſuam. tit. de pœnitent. §. quid de furib. verſ. quid ſiquis emat.* Menoch. *num. 22.* Trentacinq. *num. 4.* Farin. *num. 31.* qui alios referunt. *ubi ſupr.*

36 Amplia 2. & ſi emptor rei furtivæ rem amiſiſſet, ſeu res ipſa eſſet extincta, aut mortua, vel alteri vendita; nam tunc tenetur æſtimationem reddere. Hoſtienſ. *in §. quid de prædam ementibus, ubi ſupr.* Joan. Lup. *rubric. de donat. §. 65. num. 53.* Covarr. *regul. peccatum. part. 3. §. 12. verſ. qui certo ſciens, de regul. jur. in 6.* Carroc. *ubi ſupr. quæſt. 17.* Trentacinq. *n. 2.*

37 Declara, hanc ampliationem eſſe intelligendam, quando emptor eſt malæ fidei, vel quatenus bonæ fidei factus eſt locupletior. Menoch. *n. 18. & 19. ubi ſupr.* Jul. Clar. *in §. furtum, num. 27. in fin.* Trentacinq. *num. 3.* Farinac. *num. 49.* ubi Covar & alios refert, & ait hanc eſſe approbatam à Theolog. & Canoniſt. ex Menoch. *ubi ſupr.* & Tuſch. *in lit. F. concluſ. 155. num. 17. 50. & 51.* ait, quòd ſi poſſeſſor bonæ fidei rem vendiderit, non tenetur reſtituere pretium domino rei furtivæ, niſi quatenus factus fuerit locupletior, & idem tradit Trentacinq. *n. 13.* niſi eſſet homo malæ opinionis ſeu aliqua præſumptio ſcientiæ adverſus ipſum eſſet; de quo *in gloſſ. ſequent.* & Peguer. *deciſ. 25.* ubi de receptatoribus rerum furatarum.

Amplia 3. etiam ſi proteſtatus eſſet, in emptione 38
rei furatæ, quòd eam emebat nomine ejus, cujus eſſet, & quòd eſt paratus illam reddere reſtituto ſibi pretio. Vide Farinac. *in n. 42.* ubi refert Cæpollam, *caut. 10.* & alios tenentes, emptorem pretium à domino rei recuperare poſſe, *& in num. 43.* plures tradit, qui docent, hanc proteſtationem non ſufficere. Ludovic. *deciſ. Peruſ. 42.* Menoch. *lib. 5. præſumpt. 29. num. 13. & ſeq.* Petr. Caball. *reſolut. crimin. caſu 292. à num. 1.* & ultra ab eo traditos idem tenent Carroc. *quæſt. 23*, Trentacinq. *num. 5. verſ. ſecundo*, *ubi ſupr.* & Flam. Cartar. *deciſ. Genuenſ. 70. in fine.*

Limita, ſi emptor feciſſet facere proclamam, 39
nam tunc non tenetur rem reſtituere, niſi prius pretio ſibi reſtituto. Ludovic. *num. 3.* Boſ. *num. 50.* Farinac. *n. 45.* Trentacinq. *n. 5. in fin.* Petr. Cavalc. *num. 13. ubi ſupr.*

De eo, qui tranſiens inventus fuit cum equo 40
alieno, an poſſit conveniri in loco, in quo fuit repertus. Vide Addita ad Gloſſ. *fin. l. 56. in fin.* & de pœnis impoſitis vendentibus, & ementibus res furtivas. Vide relatos Doctores, & Addit. ad Gloſſ. *l... tit....*

SUMMARIUM.

1 *Scientia, vel ignorantia diſtinguitur in emptore, & non in venditore, ad hoc ut poſſit agere ad intereſſe.*

2 *Scientia emptoris rei alienæ, ex quibus præſumatur.*

3 *Emptor an teneatur inveſtigare, an res ſit venditoris?*

4 *Emptor an dicatur malæ fidei, ſi à vero domino ei fuit denunciatum, ne rem emeret, quia ſua erat.*

ADDIT. GLOSS. II.

AD Gloſ. 2. Nota quòd in emptore diſtinguitur ſcientia, vel ignorantia, & non in venditore, ad hoc ut poſſit agere ad intereſſe, vel non, & non ad validandam, vel invalidandam venditionem, quia bona fides ementis non poteſt validare titulum ab initio nullum ex defectu dominii venditoris, ut diximus *ſupra, num....* & tradit Guttier. *canon. lib. 2. cap. 23. num. 25.* Scacc. *de commert. §. 1. quæſt. 1. num. 556. à verſ. primus caſus.* Pat. Azor. *part. 3, lib. 8. tit. de empt. & vendit. cap. 5. à verſ. his præmiſſis.* 1

Ex quibus autem ſcientia emptoris rei alienæ 2
præſumatur, & probetur. Vide apud Farinac. *in 6. tom. prax. crimin. q. 77. de furt. num. 22. cum aliis*, ut ſi emerit eam parvo pretio, vel ſi emerit clam, aut res emptæ non conveniebant emptori, & Carroc. *de re furt. penes tert. repert. q. 21.* ubi late explicat. Et in dubio præſumendum eſt, quòd quis ignoranter emerit rem alienam, ex traditis per Farin.

num. 22.

num. 22. *ubi supra.*

Et de quæstione, utrum emptor teneatur investi-
3 gare, an res sit venditoris, juxta, *l. qui cum alio, ff. de reg. jur.* vide Addita ad Glos. *l. antec.* & Angel. *in add. ad* Bart. *in l. quemadmodum C. de agricol. & censit. lib.* 11. ubi dicit, ad incurrendam pœnam requiritur scientia qualitatis infixæ rei, ob quam prohibetur emi, quando quis agit actum de genere permissorum; sed quando quis agit actum prohibitum, licet qualitatem suam ignoraverit, tenetur, quia debuit explorare eam, & non explorando fuit in culpa, & paria sunt scire, vel debere, ut diximus *in d. glos.* & an hæc præsumpta scientia sufficiat, quando venit imponenda pœna corporalis? vide Angel. *ubi sup.* Sed quid de eo, qui antequam fun-
4 dum emeret, fuit monitus à vero domino, ne illum emeret, quia suum esse dicebat, si denuntiatione non obstante emit, an sit malæ fidei emptor? communis opinio est, emptorem in hoc casu malam fidem habere, ut cum Bellaper. Burrig. Odofred. Fabr. *in l. si domum* per text. *ibi. C. de rei vendic.* & Glos. *ibi*, & *in l. penult. ff. pro emptore.* Bart. Alberic. Salicet. Fulgos. Castrens. Angel. Bald. & aliis multis tradit Vasqu. à Mench. *controver. illustr. lib.* 2. *cap.* 80. *n.* 1. ubi communem dicit, & *n.* 2. *cum aliis*, eam defendit ab impugnatione Pinel. *in auth. nisi triennale, à num.* 15. *C. de bonis mater.* ubi vehementi conatu tuetur per hujusmodi denuntiationem emptorem in mala fide non constitui, & fundamentis ab eo traditis respondit, & ampliat etiam si non statim jus suum ostenderet, & vide Addit. ad Glos. 1. *l.* 15. *tit.* 13. *inf. n.*

SUMMARIUM.

1 *Ementi, rem alienam scienter non est restituendum pretium, si res ab eo evincatur. Idem si rem alteri obligatam vel aliquo onere affectam vendiderit, & n.* 7.

2 *Emens scienter rem prohibitam alienari, si evincatur, non potest de evictione agere.*

3 *Venditori agenti ad pretium nondum ipsi traditum post rei evictionem, non obstat exceptio deceptionis.*

4 *Emptor in genere sciens rem ad venditorem non pertinere, non potest repetere pretium re evicta.*

5 *Emptor pretium recuperare potest, si versum sit in utilitatem veri domini.*

6 *Item quando emit rem à piratis, seu Turcis, seu quando dominus rem nullo modo recuperare posset, & an ipsi acquiratur dominium, si emit à Turcis, & si triennio possederit, an possit ab ipso vendicari per verum dominum?*

7 *Emens scienter rem subjectam restitutioni, potest recuperare pretium à venditore.*

Contrarium declaratur. n. 8. *&* 9.

10 *Assignatur interpretatio glos.* in l. fin. §. emptor. C. comm. de leg.

11 *Melioramenta facta ab emptore in bonis restitutioni subjectis an consequi possit?*

12 *Fiscus potest auferre pretium à venditore vendente scienti rem alienam ratione sceleris, & num.* 16.

13 *Emptor rei alienæ an videatur donare pretium venditori?*

14 *Rei venditionem prohibetur à lege.*

15 *Scienti non fit injuria, nec dolus.*

17 *Fisco applicatur omne, id quod ex scelere, seu contractu prohibito acquiritur.*

18 *Venditio rei alienæ in favorem ignorantis, si duo emptores emant, valet.*

19 *Pretium emptoris juris patronatus, seu rei spiritualis, seu eis annexæ applicatur Ecclesiæ. Item quòd recipitur ob promotionem ad prælaturam.*

20 *Si Ecclesia emat jus patronatus, cui applicetur pretium.*

ADDIT. GLOSS. III.

AD Glos. 3. Nota 1. ex text. quòd emptori rei alienæ scienter non est restituendum pretium, si res ab eo evincatur, & Adde, *l. si fundum sciens, C. de evict. l. si à matre, C. de jur. dotium, l. si fratres, C. si communia utriusque judic. l. C. de præscrip.* 30. *annor.* Tiraquel. *de retract. lignag. §.* 12. *glos.* 1. *n.* 7. 8. *&* 11. Palat. Rub. *in repet. rub. de donation. inter. §.* 64. *n.* 63. Fabian. de Mont. *de empt. & vendit. 4. quæst. princip. num.* 8. *&* 6. Covarr. *lib.* 3. *variar. cap.* 17. *num.* 2. *vers. ad eam quæstionem.* Ubi contrà Aretin. *in l. si aliquam rem, ff. de acquir. possess. n.* 5. qui contrariam opinionem communi omnium judicio receptam esse dixit, quem in *num.* 1. refert, hanc defendit, & pro ea allegat, *l.* 21. *tit.* 8. *inf. hac part.* Menchac. *controver. illustr. c.* 2. *n.* 16. Francisc. Becc. *cons.* 24. *n.* 39. Natta. *cons.* 181. *post. n.* 7. *tib.* 1. Feder. Scot. *cons.* 41. *n.* 25. *tom.* 2. *lib.* 3. Carroc. *decis.* 10. *n.* 10. *&* 11. *in repet. l. in civile, C. de furtis, & de re furtiva penes tertium reperta, quæst.* 20. Gomez. 2. *tom. variar. cap.* 2. *n.* 42. & ejus Additionatorem, *supra, n.* 8. *litt. A. & in l.* 53. *Tauri, num.* 62. *circa finem*, ubi communem dicit, licèt ipse contrarium teneat. Azeved. *in l.* 6. *tit.* 2. *lib.* 1. *recompil. n.* 17. Surd. *cons.* 19. *n.* 37. 38. *&* 39. ubi plures refert, & hanc communem esse affirmat, *&* *decis.* 243. *num.* 1. *&* 2. Flores Mena. *in addit. ad* Anton. de Gamm. *decis.* 20. Cabal. *de eviction. §.* 5. *num.* 31. Magon. *decis. Floren.* 48. *n.* 11. Carroc. *decis.* 10. *n.* 11. Barbos. *in l.* 1. *ff. solut. matrim.* 5. *par. num.* 36. ubi contra Gomez. *num.* 61. hanc veriorem dicit. Marium Mutam, *decis.* 83. *n.* 10. Flam. Cartar. *dec.* 70. *num.* 4. ubi hanc dicit communem. Menoch. *consil.* 418. *per tot. vol.* 5. ubi, quòd etiam pretium recuperare possit, & quòd qui vendit rem alicujus scienti eam esse alteri obligatam, vel habere aliquod onus; non tenetur neque de evictione. Barz. *decis.* 3. *num.* 46. ubi alios refert. Fachin. *controvers. jur. lib.* 2. *cap.* 40. ubi hanc communem opinionem esse dicit, & impugnat Cabal. *de evict. §.* 5. *num.* 32. qui dubitat an *d. l. si fundum* sit correcta *ex l. ultima, §. ult. C. commun. deleg.* de qua vide *in* Glos. 5. *inf.* Gutierr. *lib.* 3. *q.* 8. *num.* 18. Cevall. 3. *tom. quæst.* 798. *n.* 4. *&* 5. ubi sic tenendum esse in praxi dicit. Maresc. *lib.* 2. *variar. c.* 19. *n.* 13. ubi alios laudat. Pereir. *de empt. & vendit. cap.* 31. *num.* 105. & *cap.* 11. *num.* 3. *&* 6. Et vide Addit. ad Glos. 6. *l.* 32. *hoc tit. num.* 12.

Amplia 1. procedere etiam in emptore rei prohi- 1
bitæ alienari, quia tunc emptor, qui scienter emit, pretium repetere non potest, ex Glos. *hic, l. quemadmodum, C. de agricol. & censib. lib.* 11. *l.* 1. *C. de præd. decurion. lib.* 10. *l.* 2. *C. ne rei dominicæ, l. jubemus nulli, §.* 1. *de fac. Eccles. l.* 1. *C. de præscript.* 30. *vel* 40. *annor. l. ult. C. de litig.* Aflict. *decis.* 278. Gomez. *in l.* 53. *Tauri, num.* 61. *ad fin.* ubi dicit communem, licet ipse contrarium teneat. Castro. *de annon. notab.* 11. *num.* 16. ubi reddit rationem, & citat contrarium tenentes,

tenentes, quem vide *in n. seq.* & Flores de Mena, 3. *col. ubi sup.* & Addit. ad *d.* Glos. 6.

3 Amplia 2. etsi adhuc emptor non solverit pretium, quia illud non poterit retinere, nec venditori obstabit deceptio, ut cum Petr. de Belap. Cyn. & Alexand. tradit Gomez. *d. num.* 42. *vers. quod extende.* Carroc. *decis.* 10. *num.* 13. Contrarium probat Pereir. *de emp. & vendit. cap.* 31. *n.* 109. ubi dicit, potiorem esse possidentis conditionem, ubi par est turpitudo, pro ut *hic*, de quo vide eum.

4 Amplia 3. etsi emptor solum in genere sciret rem ad venditorem non pertinere, licet ignoret ad quem in particulari pertineat. Tiraquel. *de retract. lign.* §. 12. *glos.* 2. *num.* 9. Beroi. *cons.* 2. *num.* 17. *lib.* 2. Gomez. Maresc. *num.* 25. Carroc. *vers. ampliatur secundo, ubi sup.* Guzm. *de evict. quæst.* 46. *num.* 9.

5 Limita 1. nisi pretium esset versum in utilitatem veri domini, nam tunc pretium à domino restituendum est cum usuris compensatis cum fructibus, *l. emptor.* 65. *ff. de rei vendication.* & Glos. *fin. l.* 1. *C. de præscrip.* 30. *vel* 40. *annor.* Gutier. *lib.* 3. *pract. quæst.* 8. *num.* 20. ubi ampliat procedere, etsi res esset Ecclesiæ, quæ restituere pretium in ejus utilitatem versum tenetur, etsi emptor bonæ, vel malæ fidei fuerit. Gomez. *in d. cap.* 2. *num.* 42. *in fine*, ubi per errorem scriptum est in utilitatem venditoris; nam debet dicere domini rei per jura ab ipso allegata, & in eo, quod de venditore dicit, eam impugnat Caldas *ubi sup. n.* 110.

6 Limita 2. quando emptor emisset rem ab hostibus, seu latrunculis exteræ gentis, *l. mulier inops*, *ff. de cap. & postlim. reversi.* Menoch. *lib.* 5. *præsump.* 29. *n.* 26. Benintend. *decis. Bonon.* 34. *n.* 2. Trentac. *var. lib.* 3. *tit. de empt. & vend. resol.* 12. *num.* 10. qui *in num.* 6. idem tenent, quando dominus rem illam ullo modo, vel difficulter recuperare posset. Carroc. *in tract. de re furtiv. penes repert. quæst* 24. Farin. *de furt. quæst.* 177. *n.* 41. Caval. *resolut. crim. casu.* 292. *num.* 12. ubi loquitur quando cum difficultate recuperare posset, & *in n.* 22. tradit licitè posse emi res à piratis, seu hostibus Turcis, & talem rem posse usucapi per triennium, etsi scientiam rei alienæ habuerit, Et *in num.* 30. assignat rationem, quia dominium emptori de jure speciali quæritur, licet revocabile per triennium, intra quod domino concessa est licentia luendi rem, & *usque ad fin. casus* latè agit, & comprobat.

7 Limita 3. quando emptor non emit rem penitus alienam, sed subjectam restitutioni, nam tunc venditor tenetur ad pretii restitutionem, etsi nulla intervenerit stipulatio, ex text. *in l. fin. § fin. C. comm. de leg.* & Glos. *hic*, cui Adde Covarr. *lib.* 3. *var. c.* 17. *num.* 2. *vers. ad eam quæstionem.* Gomez. *d. c.* 2. *n.* 42. *vers. quod tamen singulariter limita.* Tiraquel. *de retract. lign. §.* 12. *gl.* 1. *n.* 13. ubi plures refert. Gutier. *dict. quæst.* 8. *n.* 18. Maresc. *lib.* 2. *var. cap.* 19. *num.* 13. & 46. Molin. *disput.* 380. *col. antep. vers. sextus.* Barbos. *in l.* 1. *ff. solut. matrim.* 5. *part. num.* 27. *vers. & confirmatur.* Cevallin. *de evict. §.* 5. *num.* 32. Surd. *decis.* 208. *n.* 1. *& seq. & dec.* 243. *n.* 2. Cartar. *Genuæ.* 70. *n.* 16. & 17. Cevall. *quæst.* 798. *num. fin.* Trentacinq. *var. lib.* 3. *tit. de empt. & vend. resol.* 3. *n.* 1. ubi tradit, quod recuperat pretium, non vero interesse, & meliorationes. Mantic. *decis.* 109. *num.* 15. ubi hoc procedere ait, nisi aliud specialiter convenerit. Carroc. *d. decis.* 10. *num.* 14. ubi communem dicit. Guzm. *de evict. quæst.* 46. *n.* 4. ubi ait, quòd emens rem subjectam restitutioni repetit pretium, quamvis cesset evictio.

Contrarium, scilicet quòd absque stipulatione pretium non debeatur, verius esse dicunt. Mena, *in decis.* 20. *col.* 1. & Fachin. *lib.* 2. *c.* 40. *in princ. & lib.* 7. *cap.* 4. *col.* 2. *vers. ex his.* Pereir. *ubi sup. t.* 11. *num.* 5. *& cap.* 31. *n.* 107. quorum opinio in puncto juris verior, sed praxi communis opinio sequenda est. 8

Et hoc speciale esse in venditione rei subjectæ restitutioni, docuit Glos. penult. *ibi*, quam communiter sequuntur DD. Covarr. Gomez. Gutierr. Barbos. Surd. Cevall. & Carroc. *ubi sup.* Franc. Esteph. *decis.* 87. *num.* 5. qui rationem hujus specialitatis esse dicunt, quia gravatur emptor in alio, quod etiam est speciale, nempe quòd non possit agere ad interesse, nec amplius quàm ad pretium, etsi promissio, & stipulatio evictionis intervenerit. Aretin. *in l. si aliquam rem, num.* 5. *ff. de acquir. posses. n.* 5. Covarr. *ubi sup.* Gama. *decis.* 20. qui loquitur in bonis majoratus. Trentac. *var. resolut. lib.* 3. *tit. de empt. & vend. resolut.* 13. *num.* 2. ubi tradit, hoc esse etiam speciale in emptore rei restitutioni subjectæ. Mieres. *de major.* 4. *part. quæst.* 36. *n.* 24. & notant duo esse specialia *in d.* §. *fin.* primum, quòd emens rem scienter fideicommisso gravatam possit agere ad pretium, secundum, quòd non possit emptor agere ad interesse, sed tantum ad pretium, etsi promissum sit. 9

Alium intellectum ad *d.* §. *fin.* tradit Gl. *ibi in fin.* quam sequitur Mena. *in add. ad* Gamm. *d. decis.* 20. *col.* 3. *vers. nec obstat.* ubi sic omnes respondere dicit, & Pereir. *d. cap.* 31. *n.* 107. scilicet quòd loquitur in casu fideicommissi conditionalis, ubi non simpliciter prohibetur alienatio, sed in eventu alicujus conditionis, quæ potest non evenire; unde cum res non sit omnino aliena, vel subjecta restitutioni, emptor non est in bona, nec mala fide: & sic Imperator servat mediam viam, ut venditor non in totum teneatur de evictione, etiam si promittat, nec emptor amittat pretium, etsi stipulatio non intervenerit: & licet hic intellectus in se subtilis, & acutus sit, & juri consonus, non potest congrua ratio reddi, cur in hoc casu Imperator has duas specialitates introduxerit, ut considerat Caldas, *ubi sup.* & in judicando, & consulendo non erit tutum à communi recedere; nam hic intellectus Glos. communiter reprobatur *ibi*, ut testantur Gomez. Maresc. *n.* 49. Carroc. & alii *ubi sup.* & communiter etiam damnari tenet Guzm. *de evict. q.* 46. *num.* 4. à communique discedit ea ratione, quia quando res subjecta restitutioni emitur, magis prohibetur evictionis actio, quàm quando res aliena venditur, nam ut dicemus in Glos. 5. quando emptor rei prorsus alienæ stipulatur de evictione, potest agere ad pretium, & ad interesse, emptor vero rei subjectæ restitutioni, licet stipuletur de evictione, solum ad pretium potest agere, unde coactus fuit concedere, quemlibet emptorem malæ fidei absque evictionis stipulatione posse consequi pretium, quod non debet concedi ex his, quæ *sup.* & in Add. ad Glos. *autec.* diximus, nec à communi recedi debet. Melioramenta facta in his bonis emptor à venditore non poterit consequi ex *d. §. fin.* poterit tamen à domino vendicante, quia hoc ei non negatur, ut docent Covarr. *d. cap.* 17. *n.* 1. *col.* 1. Trent. *num.* 13. ubi loquitur in necessariis. Gutierr. *n.* 19. *ubi sup.* Mier. *de major.* 4. *p. quæst.* 32. *num.* 4. quem videas *à num.* 2. ubi impugnat intellectum, quod Castill. *in l.* 27. *Tauri* tradit *ad §. fin.* ubi plures laudat, vide Addit. ad Glos. 7. *l.* 36. *n.* 7. & aliam limitationem vide in Glos. *seq.* 10 11

Nota

12 Nota 2. fiscum auferre posse pretium, quod vendens rem alienam habuit ab emptore, qui scienter eam emit, tanquam scelere quæsitum. Adde Addit. ad Glos. *sequent.* & ad Glos. *fin. l. fin. tit. 22. part. 3.* & Glos. *fin. l. 2. C. ne rei dominicæ, vel templor. vindic. temp. præscrip. submon.* & ibi Bald. & Salicet. Zasius. *de feudo. tit. de feudi. alienatione, num. 39* Perez. *in l. 1. tit. 7. lib. 5. ordin. vers. quid autem*, Gomez, *in l. 50. Tauri, num. 62. ad finem.* Valasc. *consult. 83. num. 13. in fine.* Castro *de annon. notab. 11. n. 18.* Farin. *in fragm. vers. fiscus, num. 70.* Peregrin. *de jure fisci. lib. 2. tit. 10. num. 12.* Barbos. *in l. 1. ff. solut. matr. 5. part. num. 37. vers. quod tamen intellig.* ubi alios laudat, & asserit Valasc. non satis hoc percepisse.

13 Sed in contrarium facit, quòd emptori non datur repetitio pretii, quia videtur donare pretium *ex l. cujus per errorem. 45. ff. de regul. jur.* & Add. ad Glos. *1. l. 30. tit. 14. infr.* Cald. *de empt. & vend. c. 11. num. 6. vers. maxime*, sed hæc donatio venditori, & non fisco fit, ergo ad eum debet spectare pretium.

14 Secundò facit, quòd rei alienæ venditio non prohibetur à lege, imo valet hujus venditio, ex text. *hic* de quo *sup. in addit.* Glos. 1. Alciat. *in tract. de eo quod interest. in 3. quæst. vers. verum supra admonui.* ubi dicit non male facere, qui rem alienam vendit, & Fachin. *lib. 7. contr. jur. cap. 14. col. 2. vers. sententia legis hæc est*; ergo cum hic deficiat scelus, fiscus non poterit sibi pretium rei venditæ vendicare.

15 Tertiò facit, nam scienti non fit injuria, nec dolus. Glos. 9. *l. 14. sup.* & Glos. 4. *l. 56. infra*; ergo si absque injuria pretium consequutus est venditor, non debet ei auferri.

16 Sed his non obstantibus prima opinio est tenenda, & non obstat primum, cui satisfacit Fachin. *in d. cap. 14. 2. col. vers. respondeo*, ubi dicit, quòd nullus præsumitur jactare suum, & emptorem in hoc casu non solvere pretium tanquam indebitum; sed tanquam debitum pro re empta, & sic non posse præsumi donationem & Covarr. *lib. 3. var. cap. 17. num. 2. vers. secunda causa* dicit, donationem non esse præsumendam, ubi alia tractatur causa Cald. *ubi sup. c. 31. n. 106.*

17 Nec obstat secundum, nam non est verum, venditionem rei alienæ licere, imo vendens eam scienter furtum committit. *§. furtivæ. Instit. de usucap.* quod est omni jure prohibitum, ut contra Alciat. docet Rebuff. *in loco citat. in add.* Glos. 1. *num. 12. & 13. sup.* & emens scienter, furtum etiam committit, ut *in dict. add. num. 36.* & si res immobilis sit, crimine falsi tenetur, ut *in dict. addit. num. 30.* diximus; unde cum pretium scelere quæsitum sit, ad fiscum pertinet. Nec obstat tertium ex proximè traditis. Et amplia doctrinam *sup.* traditam procedere in omni eo, quod scelere, vel contractu prohibito acquiritur ex Glos. *hic*, cui adde citatos.

18 Nota 3. ex Glos. *in verbo. & quid si duo in solidum emerunt rem alienam, & unus sciat, alter ignoret.* in favorem emptoris ignorantis valere venditionem, & scientiam alterius ei non nocere, *l. fin. ff. quibus ad libert. provoc. non licet*, & *ibi* Glos. *mic.* & Glos. *in l. lib. §. si quis sciens, ff. de liberal. causa. hic* à Glos. *laudata, vers. ignorans.* Et non obstat *l. non solum. 22. ff. eod.* cui respondit Glos. *ibi vers. proderit.*

19 Nota 4. *in fin.* pretium venditionis juris patronatus, vel cujuslibet rei spiritualis, seu ipsi annexæ, quæ contra juris prohibitionem venditur, Ecclesiæ applicari. Adde *authent. quomodo oport. Episcop. §. verum tamen & §, si quis autem, & seq.* ubi probatur, quòd dans, & recipiens pretium ob promotionem, seu ut ordinetur, privantur illo, & remanet Ecclesiæ, & *text. in c. de hoc in fin. de simon.* ubi probatur quòd accipiens pecunias, ut electioni, seu promotioni alicujus ad prælaturam consentiat, tenetur illud restituere Ecclesiæ, cui facta fuit injuria. Abb. *ibi in ult. notabil.* Vin. *in c. de jure, de jur. patron.* Bar. *in l. quemadmodum, C. de agricol. & censit. lib. 11.* & Gl. *ibi vers. & emptor.* Castrum. *de annonis notab. 11. num. 20.* Rocc. de Curt. *hic* à Glos. relat. *in verb. ipse vel iis, n. 55.* Lambert. *de jure patron. art. 5. q. 5. princip. part. 2. lib. 1. per totum.* ubi in præsenti tres opiniones refert, prima quòd pretium remaneat penes venditorem, secunda quòd restituatur emptori, & tertia quòd pretium remaneat penes Ecclesiam, cui facta est injuria, quam sequitur, & rationibus comprobat, & *in §. 6. ejusdem quæst.* Quid sit dicendum, si emat ipsamet Ecclesia, ubi refert distinctionem Joann. Andr. & aliorum, & demum concludit manere Ecclesiæ, quia ipsa vere delinquere non potest, sed contra eam delinquitur, nam si aliter esset dicendum, sequerentur Ecclesiæ duo mala, quod illata esset sibi injuria, secundum, quòd minuerentur ejus bona pretium amittendo; si vero prælatus pecuniis suis emerit, ipsas amittet, sed poterit à venditore recuperare, & convertere in emptionem stabilium, seu ornamentorum in utilitatem scilicet Ecclesiæ, ut *in n. 2.* comprobat. 20

SUMMARIUM.

1 *Emptor rei alienæ pretium recuperat à venditore, si de evictione sit stipulatus, & num. 7.*
2 *Emptor stipulans de evictione, etsi contractus sit à lege prohibitus, consequitur pretium. Contrarium, & concordia, n. 3. & 4.*
5 *Refertur alia concordia Ant. Gomez.*
6 *Sola simplex stipulatio de evictione non sufficit, ut emptor possit consequi pretium, secus in speciali, vel quando concipitur stipulatio verbis generalibus.*
7 *Fiscus præfertur emptori, qui scienter emit rem alienam.*

ADDIT. GLOSS. IV.

AD Glos. 4. Nota tertiam limitationem ad doctrinam, de qua in Glos. *anteced. num. 1.* scilicet emptorem rei alienæ pretium repetere posse à venditore, si de evictione stipulatus fuit, etsi sciens tam rei alienæ habuerit. Adde Bart. *num. 10. in l. quemadmodum, C. de agricol. & censit. lib. 11.* Corn. *cons. 2. num. 13. lib. 3.* Cravet. 64. *n. 4.* Roland. 67. *à n. 1. lib. 4.* ubi late explicat materiam, & in marito rem promisit, idem esse ait. Gomez. *2. tom. var. c. 2. n. 42.* Carroc. *decis. 10. n. 11.* Maref. *lib. 2. variar. c. 19. n. 28.* Flor. de Mena in Addit. ad Gamm. *dec. 20. vers. si promittat.* Magon. *decis. Floren. 49. n. 13.* Tiraquel. *de retract. lignag. glos. 1. n. 7. & 11.* Barbos. *in l. 1. ff. solut. matrim. 5. part. n. 20. & n. 37. vers. non obstat.* Valasc. *cons. 83. n. 5. & 10.* Surd. *dec. 208. n. 13. & cons. 15. n. 19.* ubi alios laudat. Giurb. *dec. 113. n. 16.* Fontan. *de pact. nupt. claus. 5. glos. 8. part. 14. num. 7.* 1

Amplia procedere, etiamsi contractus esset à lege prohibitus, nam tunc, si emptor stipuletur de evictione, debet sibi reddi pretium, ex Glos. *hic*, cui Adde Plateam *num. 11. inl. quemadmodum, hic* à Glos. allegata. Salyc. *in l. fin. n. 5. C. de litigios.* Alex. 2

conf. 109. *num.* 2. *lib.* 4. ubi hanc opinionem tanquam receptam probat, & vide Addita ad Glos. 6. *l.* 32. *infra hoc tit. n.* 12.

3 Contrariam opinionem, imo quòd ille, qui emit adversus legis prohibitionem, non possit agere de evictione etiam ad pretium, quantuncunque sibi caverit per stipulationem, tenet Glos. & Bald. *hic* à Gregorio Lopetio allegat. & idem sequuntur, alii plures relati, & sequuti per Tiraquel. *à num.* 12. Mares. *num.* 44. ubi pro ea alios refert. Barbos. *dict. num.* 21. *vers. contrariam tamen, ubi sup.* ubi ejus fundamenta expendit, *& num.* 27. eam fundat, & contrariis satisfacit, & hanc opinionem sequuntur Imola, & alii quos refert Gomez, *in l.* 53. *Taur. num.* 61. *circa fin. vers. licet contrarium.*

4 Has opiniones ad concordiam reducit Barbos. *num.* 22. *ubi sup.* & dicit primam opinionem procedere, quando alienatio fuit facta ab eo, in cujus favorem non fuit facta prohibitio alienationis; contrariam vero, quando alienatio fit ab eo, in cujus favorem prohibita fuit alienatio: & ponit exemplum in alienatione fundi dotalis, quia si facta fuit à muliere, in cujus favorem lex alienationem prohibuit, emptor non aget de evictione etiam ad pretium, quantuncunque sibi caverit per stipulationem; si vero maritus alienet, & emptor per stipulationem de evictione sibi caveret, de evictione adversus maritum, in cujus favorem non fuit facta prohibitio, poterit agere. Quam distinctionem de mente DD. esse dicit, & pro ea allegat Imol. Bald. Novellum, Alexand. Campegi. Bart. Cuman. Gutierr. & alios, & eam sequitur Flor. de Mena, in Addit. ad Gamm. *decis.* 20. *vers. si vero vendat rem,* & sic est tenendum, licet Barbos. contrarium sequatur, dicens etiam respectu mariti hujusmodi
5 alienationem non valere.

Aliter respondit Gomez, *in dict. num.* 61. *vers. nec obstat,* ubi dicit, tunc emptorem non posse pretium recuperare, quando simpliciter, & absolutè est de jure communi prohibita alienatio; secus vero si gratia, & favore alterius personæ particularis prohibitio facta fuisset: & in hoc casu procedere primam opinionem, & contrariam in alio. Quæ concordia vera est, & intelligenda cum distinctione tradita à Barbos. *à num.* 23. & vide Addit. ad Glos. 1. *l.* 32. *n.* . de prohibitione alienationis rerum dotalium, & aliarum, Vide *post fin.* Addit. Glos. *fin. l.* 22. *infra,* ubi de rebus prohibitis alienare ultra con-
6 tentas *in legibus hujus tituli* agemus.

Limita, si generaliter tantum emptor stipulatus sit de evictione, quia talis simplex, & generalis stipulatio de evictione non sufficit, ut docet Bart. *in l. si familiæ. C. familiæ ercis. ad fin. & ibi,* Bald. *num.* 8. & Ang. *in fin.* Alexand. *cons.* 20. *num.* 8. *vers. nec etiam obstat.* Ruin. 42. *num.* 12. *lib.* 1. *&* 146. *num.* 3. *eodem lib.* Tiraquel. *de retract. lign. §.* 1. *glos.* 9. *num.* 56. Rota *diversor. decis.* 211. *num.* 1. *&* 2. *part.* 2. Surd. *decis.* 243. *num.* 3. 4. ubi hanc opinionem fundat. Maresc. *dict. cap.* 19. *num.* 29. *&* 30. ubi tradit, quòd requiritur specialis, & specifica mentio casus, ut emens rem alienam possit de evictione agere, *& in num.* 33. declarat, nisi stipulatio sit concepta verbis universalibus, scilicet quandocumque sequatur evictio. Covarr. *lib.* 3. *var. cap.* 17. *num.* 7. Rot. *decis.* 152. *in* 5. *p. diverf.* Guzm. *de evict. quæst.* 46. *n.* 5. & vide Addit. ad Glos. 6, *l.* 32.

7 Nota secundò, quòd fiscus præfertur emptori, qui scienter emit rem alienam, cum repetit pretium à venditore. Et vide Addit. ad Glos. *antecedentem.*

Ad Glos. 5. Nota ex Glos. emptorem rei alienæ, 8
si sibi per stipulationem caverit de evictione, etiamsi scientiam rei alienæ habuerit, posse agere non solum ad pretium, sed etiam ad interesse contra venditorem. Adde additos ad Glos. 3. *supra* ubi hanc doctrinam limitant in emptore rei fideicommisso subjectæ, qui si stipuletur de evictione, non potest agere nisi tantum ad pretium, & non ad interesse, & Mieres *de majorat. 4. p. quæst.* 39. *num.* 24. Licet hæc de jure communi procedant ex text. *hic,* verius est emptorem, qui scientiam rei alienæ habuit, non posse agere ad interesse, sed tantum ad pretium, nisi venditor etiam ad interesse se obligaverit, ut de jure communi requiri sentit Carroc. *decis.* 10. *num.* 11. & vide Addit. ad Glos. 6. *l.* 32.

LEX XX.

SUMMARIUM.

1 *Venditio non valet, si emptor & venditor dissentiant in pretio, vel re.*
Nihil tam contrarium est consensui, quàm error.
2 *Si venditor dicat, venditionem factam esse in minori summa, emptor in majori, venditio valet.*
3 *Quando in majori, venditio valet.*

ADDIT. GLOS. I.

AD Glos. 1. Nota primò ex text. non valere 1
venditionem, si emptor, & venditor dissentiant in pretio, vel re, ut si venditor dicat esse majus pretium, & emptor minus, vel venditor unam rem fuisse venditam, & emptor aliam. Adde Molin. *disp.* 340. *vers. si emptor.* Mor. *in empor. jur.* 1. *par. tit.* 9. *de empt. in præmis. num.* 14. Gomez. 2. *tom. var. cap.* 9. *num.* 4. *in princ. vers. quod tamen intellige, & vers. tertia conclus.* Mantic. *de tracit. convent. lib.* 4. *tit.* 4. *num.* 5. Et *l.* 26. *&* 27. *tit.* 11. *inf. hac p.* ubi vide Addit.

Et est ratio, quia emptio consensu perficitur, ut *in l.* 1. *&* 9, & *ibi* Addit. & nihil tam contrarium consensui est, quàm error. *l. si per errorem. ff. de jurisdict. omn. judi. l.* 2. *in princ. ff. de judi.* & de materia, quando consensus impediatur per errorem, ultra, *l. in venditionibus,* & *ibi* Glos. *ff. de contrah. empt.* vide Glos. *verb. dominium,* & *ibi* Bart. *in l.* 1. *§.* 1. *ff. de offic. procurat. Cæsaris,* & Glos. *in l. in omnibus negotiis.* 56. *ff. de action. & obligat. per text.* ibi. Fabian. de Mon. *de empt. & vendit.* 5. *quæst. princ. num.* 57. 58. *&* 59. Moz. *de contract. tract. de empt. & vend. cap. de subsantialibus empt. & vend. à num.* 53. Gomez. *ubi sup.* magistraliter explicat, quando diversitas inter contrahentes vitiet contractum.

Nota 2. quando venditor dicit, rem venditam 2
fuisse in minori summa, & emptor in majori, venditionem valere, & Adde Gomez. & Molin. *ubi sup.* 3
& quando in majori summa non sit minor, vide Addita ad *l.* 26. *tit.* 11. *inf. hoc tit.* & dicta testium, seu æstimatorum de diversis summis deponentium, quomodo sint ad concordiam reducendi, vide Add. ad Glos. 8. *l.* 16. *tit.* 8. *inf.*

LEX XXI.

SUMMARIUM.

1 *Venditio æris pro auro non valet.*
2 *Venditio mensa argento cooperta, si pro solida vendatur non valet.*
3 *De pœnis impostorum.*
4 *Error vitiat venditionem, ut si quis existimans emere virum, mulierem emerit.*
5 *Venditio non valet cum pro vino acetum venditur.*
6 *Venditio an valeat, si mulier corrupta pro virgine venditur.*
7 *Matrimonium valet, etsi quis virginem esse credens contrahat cum vidua.*
8 *Error nominis non vitiat contractum.*
9 *Vendens res interpolatas pro novis ad quid teneatur.*

ADDIT. GLOSS. I.

1 AD Glos. 1. nota primò ex text. non valere venditionem æris pro auro, Adde *l. in venditionibus. 9. & l. quid tamen. 14. in fin. ff. de contr. empt.* Molin. *disp. 340. vers. idem est*, Mantic. *de tacit. conv. lib. 4. tit. 4. n. 7.*

2 Amplia primò, nullam esse venditionem, si mensam argento coopertam mihi ignoranti pro solida vendidisti, text. *in l. cum ab eo. 42. §. fin. ff. de contrah. empt.* Brun. *in tit. de diminut. & deteriorat. num. 84. & 85. in 17. tom. tract. doct.* Villad. *in l. 3. tit. 4. lib. 5. fori. Juzgo. num. 12.* Contrarium probat. text. *in d. l. quid tamen. 14.* ubi juris consultus docet, venditionem valere, quando inaurata pars venditur pro aurea. De conciliatione harum legum vide Mord. *in empor. juris, 1. part. tit. 9. in præmis. n. 19.*

3 De pœnis, quas incurrunt hi impostores, qui unum pro alio vendunt, ut torquem æream pro aurea, vide Menoch. *de arbitr. casu. 383.* qui pœna stellionatus puniendos esse ait. & Jul. Clar. *recept. sententi. §. fin. quæst. 83. num. 3.* Bajard. *in add. ad ipsum, num. 13.* ait acriùs esse puniendos, quàm fures, ex Joan. Baptist. de S. Severin. & Marsil. Jacob. Novell. de eo etiam agit, qui dolosè rem exornat, ut vendibiliorem faciat.

4 Nota secundo, non valere venditionem, cum erratur in sexu, ut si quis existimans emere virum, mulierem emat. Adde *l. alioquin. 11. ff. de contrah. empt.* Mantic. *ubi sup.* Azor. *instit. moral. part. 3. lib. 8. c. 25. vers. si erratum sit in sexu.*

5 Nota tertiò ex Glos. non valere venditionem cum pro vino acetum venditur, & vide Mantic. *num. 7.* ubi declarat procedere, quando ab initio acetum fuit, secùs si postea acuit. Molin. *vers. quando acetum pro vino.* ubi contra distinctionem traditam. à Jurisc. Ulpiano, *in d. l. in venditionibus* arguit Azor. *vers. sed quid si Cajus, ubi sup.*

6 Ad Glos. 2. Nota valere venditionem, si quis mulierem pro virgine vendat ei, qui virginem putabat. Adde Peret. *in l. 1. tit. 7. lib. 5. ordin. pag. 109. col. 2. vers. item si quis virginem.* Mantic. *n. 7.* Azor. *vers. si erratum sit in sexu. ubi sup.* Molin. *dict. disput. vers. quamvis infra de errore,* ubi in hoc casu actionem exempto dari ad rescindendam venditionem dicunt. Sed limita ex text. *hic* cum data opera, & dolosè mulierem corruptam vendiderit asserendo esse virginem.

Sed quid in matrimonio, si quis contrahat cum 7
corrupta, quam virginem esse credebat, vide *cap. 1. 29. quæst. 1. in fine.* Glos. *verb. actionem. ff. de ritu nupt.* Thom. Sanch. *de matrim. lib. 7. disp. 18. n. 20.* Thesaur. *quæst. forens. lib. 3. quæst. 97. num. 4. & 5.* ubi hunc errorem non vitiare matrimonium, nec ob ejus causam ab eo recedi posse docent, etsi mulier se virginem asseruisset contra veritatem, de quo late suo loco egimus.

Ad Glos. 4. Nota primò venditionem valere, 8
etsi in nomine dissentiamus, si de corpore constat, ut si cum duos servos, alterum Sticum, alterum Cajum haberes, & Sticus esset coca, alter vero stabularius, & ego emerem tibi Cajum cocam, valere venditionem Stici, cum in corpore non sit erratum, si vero in corpore dissentiam, nullam esse venditionem; ut si ego emere putarem Sticum, & tu Cajum vendere putares, Adde Mantic. *num. 6.* Azor. *vers. si error sit in substantia, & vers. emptor.* Molin. *ubi sup. vers. item quando de re.* Thusc. *verb. error. conclus. 324.* ubi tradit, quòd error nominis non vitiat dispositionem, si constat de intentione, ubi late quando error in nomine vitiet dispositionem. De quo etiam vide *sup.* laudatos *in l. anteced.*

Quid de vestimentis interpolatis venditis pro 9
novis, vide *l. Labeo, ff. de contrah. empt.* ubi ad interesse si venditor ignorans vendiderit, si sciens etiam ad damnum, & *l. Julianus, ff. de act. empti,* & Villadieg. *in l. 3. tit. 4. lib. 5. fori juzgo. n. 12. in fin.*

LEX XXII.

Quæ res Exportari non debent.

SUMMARIUM.

1 *Arma non possunt vendi, nec commodari hostibus fidei.*
2 *Ampliatur ad arma offensiva, & defensiva.*
3 *Item ad ferrum, & venena ferri. Item ad equos, frena, ephippia, & ad omnia equorum ornamenta.*
4 *Nec pro redemptione captivorum dari possunt.*
5 *Item nec extra Castellam ad alia Regna Castellæ Coronæ.*
6 *Arma intra regnum non possunt vendi, nisi à magistris armorum, nec permutari, nisi cum aliis armis.*
8 *Item non possunt consumi nisi sub pœna l. 2. tit. 2. lib. 6. recop. & alia de armis, & de usu armorum, ibi remissivè.*

ADDIT. GLOSS. I.

AD Glos. 1, Nota quod arma non debent ven- 1
di, nec commodari hostibus fidei, ut tormentum bellicum, sclopus, & illius generis similia, enses, arcus, sagittæ, gladii, & Adde *l. 4. tit. 21. p. 4. & ibi* Addit. ad Glos. 1. *& l. 31. tit. 26. p. 2. l. 10. tit. 2. lib. 8. l. 48. tit. 18. lib. 6. recop. cap. quando olim, de judicis, l. 2. C. quæ res exportari. l. cotem ferro. in princ. ff. de public. & vectigal.* Alexand. *cons. 130. num. 1. & 2.* Boër. *decis. 170. num. 10. & 17.* Perez. *in l. fin. tit. fin. lib. 1. ordin. pag. 188.* Strach. *de mercat. 4. part. num. 13.* Rod. Suar. *alleg. 18. num. 3.* Cabed. *decis. 105. num. 1,* Grammat. *decis. 64. num. 71.* Menoch. *de arbitr. casu. 95. num. 24. & casu. 585. num. 6.* Azeved. *in dict. l. 10. num. 4. & 5.* Bobadill. *in polit. prætor. lib. 4. cap. 5. num. 1.* & de jure canonico

est eadem prohibitio, de quo vide Addit. ad Glos. 2. *num.* 3.

2 Amplia 1. procedere non solum in armis offensivis cujuscumque generis, sed etiam in defensivis, ut scuta, loricæ, & similia, *l.* 2. *C. quæ res export. non deb.* Gl. *in extrav. quorundam, de judicis, l.* 7. *tit.* 6. *lib.* 6. *recop.* ubi probatur armorum appellatione venire defensibilia, & offensibilia, *l. armorum, ff. de vi, & vi arm.* Menoch. *casu* 95. *num.* 24. Trentacinq. *var. lib.* 3. *tit. de verb. obligat. resolut.* 3. *num.* 1. *vers. in prohibitis*, Azeved. *ind. l.* 10. *tit.* 2. *lib.* 8. *recop. n.* 11. Farin. *in prax. crimin. q.* 108. *a num.* 74. ubi latè de armis defensibilibus loquitur. Gutierr. *pract. lib.* 4. *cap.* 26.

3 Amplia 3. procedere *in* ferro, & vena ferri, ex qua ferrum conflatur, canabelino, & ligaminibus, *ex dictis juribus, & l.* 51. *tit.* 18. *lib.* 6. *recop.* ubi vide res, quæ prohibitæ sunt exportari. Trentacinq. *d. vers. prohibitas, & vers. hæc conclusio*, & etiam ampliat ad triremes, & naves.

Amplia 3. ad equos, frena, Ephippia, & alia ad ornatum equorum, Azeved. *ibi, num.* 14. *l.* 58. *tit.* 6. *lib.* 6. *recop.*

4 Amplia 4. etiam pro redemptione captivorum, *cap. significavit*, ubi Abb. *de judiciis.* Alex. *ubi sup.* Strach. *de merc.* 2. *p. num.* 14. Trentacinq. *d. num.* 1. *vers. tertio.*

5 Amplia 5. extra regna etiam ad alia regna coronæ Castellæ exportari non posse. *dict. l.* 58. *tit.* 6. *lib.* 6. *recop.*

6 Amplia 6. arma etiam intra regnum non posse vendi, nisi à magistris armorum, nec permutari nisi cum aliis armis, nec pignorari sub pœna amissionis armorum, & pretii, nec in eis executio fieri potest, etiam pro reditibus regiis, licet alia bona non existant, & domini in executione consentiant, *l.* 1. *tit.* 6. *lib.* 6. *recop. vers.* 6.

7 Amplia 7. non posse consumi, sub pœna, *l.* 2. *d. tit.* 6. & alia de armis, & de usu earum vide *ibi*, & Farinac. *in dict. quæst.* 108. & vide sequentes additiones, sed quid de vaginis ad enses, vide Menoch. *casu* 95. *num.* 23. ubi tradit armorum appellatione non venire: & ex venditione earum gabellam deberi tradunt Azeved. *in l.* 40. *tit.* 18. *lib.* 9. *recop. n.* 12. Girond. *de gabellis.* 7. *part. §.* 2. *n.* 12.

SUMMARIUM.

1 *Triticum, oleum, & alia victualia tempore belli non licet hostibus vendere, nec exportare. Et omne commercium cum eis est prohibitum, num.* 1.

2 *Qui arma, & merces deferunt hostibus infidelibus, sunt excommunicati, & in casibus, in quibus non. Et quid si donent liberalitatis gratia, & num.* 10. *&* 11.

4 *Et quid tempore treguæ.*

5 *Tempore pacis cum hostibus, & Sarracenis commercium haberi potest, nisi fiat in dispendium Christianorum.*

6 *Cum Indis, & remotis nationibus commercium exerceri potest, exceptis Sarracenis, Turcis, & qui cum Christianis pugnant actu, vel adest suspicio pugnæ.*

7 *Licentia ferendi frumentum ad infideles non extenditur ultra unicam vicem,*

8 *Dominus mercium, quæ extra regnum deferebantur, an admittatur ad ipsas defendendas.*

9 *Victualia licitum est vendere hostibus legationum seu litium causa.*

12 *Victualium appellatione quid contineatur.*

ADDIT. GLOSS. III.

AD Glos. 3. Nota triticum, hordeum, oleum, & alia victualia tempore belli hostibus vendere, vel exportare non licere, adde Addit. ad Gl. 1. *sup. & l.* 1. *C. quæ res exportar.* ubi nec gustus causa vinum, oleum, vel liquamen ad hostes deferri prohibetur. Menoch. *casu.* 585. *n.* 1. *in* 6. *centur.* 1

Amplia, omne commercium cum eis esse prohibitum. Roder. Suarez. *alleg.* 18. *num.* 3. Trentacinq. *var. resol. lib.* 3. *tit. de verb. obligat. resolut.* 3. *num.* 1. *vers. in prohibitis, & in vers. quarto.* Strach. *de mercat.* 2. *part. num.* 40. Azeved. *in l.* 10. *tit.* 2. *lib.* 8. *recop. num.* 15. Beroi *decis.* 178. *num.* 21. ubi tempore belli etiam inter Christianos Principes merces non posse deferri dicit, licèt non sint de prohibitis. 2

Amplia, eos, qui cum infidelibus negociantur, transportando ad illos merces, esse excommunicatos, & qui ad eos arma deferunt, *cap. ita quorundam, & ibi*, Navart. *num.* 1. & 4. ultra antiquiores, *cap. ad liberandam, cap. quod olim. de Judæis.* Bulla. *in cœna Domini nuncupata, vers. excommunicamus omnes illos.* Conrad. *de contract. quæst.* 51. *concluf.* 1. Soto *de just. & jur. lib.* 6. *quæst.* 2. *art.* 2. *col.* 4. Menoch. *casu.* 585. *num.* 7. 8. & 9. Scacc. *de commert. §.* 1. *quæst.* 7. *part.* 3. *limit.* 17. *num.* 24. Azeved. *in l.* 10. *tit.* 2. *lib.* 8. *recopil. num.* 20. Sousa, *de censuris, cap.* 8. *per tot. & in disput.* 46. ubi de mandantibus deferre prohibita, *disput.* 48. ubi deferentibus prohibita ex una terra infidelium ad aliam, *& disput.* 49. ubi deferentibus, & non vendentibus prohibita, *& disput.* 51. ubi tradit. 6. casus, in quibus deferentes prohibita ad infideles censuram excommunicationis non incurrent. 3

Amplia, etiam tempore treguæ non posse arma, triticum, & alia, de quibus *supra* in Glos. 1. ad hostes deferri, nec cum eis commercium haberi, ex Glos. *hic*, cui Adde, *cap. significavit. de Judæis.* Trentacinq. *vers. in secundo casu ibi sup.* & Azeved. *in l.* 10. *tit.* 2. *lib.* 8. *recop. num.* 2. Contrarium tenent, Alexand. & Boër. *inf.* citandi, quia sunt de rebus prohibitis exportare. 4

Limita 1. tempore pacis, nam tunc cum hostibus, & Sarracenis commercium haberi potest, nisi fiat in dispendium Christianorum, ex Glos. *hic*, cui Adde Alexand. *consil.* 103. *lib.* 7. *num.* 2. *vers. sed cessante.* Boër. *dec.* 178. *num.* 18. ubi hanc communem dicit. Jorg. Cabed. *decis.* 115. *num.* 1. 2. *part.* Capic. *decis.* 150. Roder. Suar. *allegat.* 18. *num.* 3. Trent. *ubi sup.* Azeved. *in l. d.* 10. *n.* 15. & pro hac opinione alia tradit. Stracha. *de mercat.* 2. *part. num.* 43. sed ipse ibi, *in vers. licet autem, & in num. sequent.* contrarium probat, & multis fundamentis corroborat, & contrariis satisfacit; sed à communi non esse recedendum profitetur. Et vide Roder. Suar. *dict. alleg.* 18. Gama. *decis.* 385. ubi de navibus captis cum mercibus, quas ad infideles deferri dicebatur, agunt, & multa utilia ad hanc materiam tradunt. Intellige de mercibus permissis extrahi de regno, non vero de prohibitis, de quibus late agitur, *in juribus traditis in addit.* Glos. *antec.* & apud nos, *in tit.* 18. *lib.* 6. *recop. per tot.* ubi Azeved. Bobadil. *in polit. lib.* 4. *cap.* 5. *per tot.* ubi, quæ istæ res sint, quæ extra Regnum etiam ad alia regna Christianorum exportari prohibentur, videbis, & de hac materia, & de quæstionibus, quæ 5

occurrere

occurrere solent circa eam ultra Azeved. *in l.* 25. *& 28. & in aliis, & d. tit.* 18. Bobad. vide Boer. *d. decis.* 178. Menoch. *dict. casu.* 585. *à num.* 10. Gutierr. *pract. quæst. lib.* 4. *quæst.* 37. *cum.* 9. *sequentibus*, ubi varias quæstiones hujus materiæ explicat. Sylva. *responsor. lib.* 1. *resp.* 5. Didac. Valdesi. *in additio. ad* Roder. Suar. *alleg.* 18. *litt. E.*

6 Limita 2. cum aliis infidelibus, exceptis Sarracenis, Turcis, & aliis inimicis Christianorum, qui eos impugnant actu, vel habitu, commertium licere, ut cum Indis, & aliis remotis nationibus, cum quibus nec bellum, nec pax, nec fœdus exstitit. Alexan. *d. cons.* 130. Stracha. *num.* 48. & 49. & Cabed. *num.* 2. *vers. verius tamen videtur, cum aliis.* Trentacinq. *in vers. in secunda conclusione principali, usque ad vers. nota etiam, ubi sup.* qui hanc sequitur, & Cabedus respondit contrariis.

7 De licentia data deferendi frumentum ad infideles, vide Capic. *dict. decis.* 150. *num.* 4. ubi quòd intelligi debet pro unica vice, cum sit odiosa.

8 Et dominus mercium, quæ fuerunt captæ, ex eo quòd deferebantur ad infideles, seu extrahebantur de regno, an debeat admitti ad defendendas suas merces pro suo interesse. Vide Cabedum. *dec.* 62. *p.* 2. ubi debere admitti resolvit. Et de prohibitione facta à Principe, ne alienigenæ, & exteri, maximè cum quibus bella geruntur, portent, vel advehant merces in sua dominia, & status & quando excusentur, qui cum eis contraxerunt, Vide Valenzuel. *consil.* 39. *per tot.*

9 Ad Glos. 4. Nota, victualia tantum permissum esse vendere hostibus causa legationis, vel litium venientibus in terram nostram. Adde Menoch. *de arb. casu.* 585. *n.* 6.

10 De quæstione, utrum Christiani in terris suis vendentes infidelibus ad se venientibus prohibita ad eos deferri, per Bullam in Cœna Domini incurrant in ejus excommunicationem, Vide Cajet. *in summ. verb. excommunicatio, cap.* 20. Navar. *in cap. ita quorundam, not.* 10. *num.* 14. Tolet. *in summ. lib.* 1. *cap.* 23. *dub.* 1. Sayr. *lib.* 3. *de censur. cap.* 11. *num.* 21. *&* 22. Sousam. *de censur. c.* 8. *disput.* 47. ubi docent, ratione venditionis censuram incurrere, quia Summus Pontifex cum deferentibus loquitur, & licet vendere non sit deferre, ex eo tamen quòd vendendo favorem præstant infidelibus contra Christianos, à prædicta censura non excusari, nisi parvitas materiæ eos excusset.

11 Et eadem ratione, & ex defectu intentionis Pontificis excusantur, qui donant gladium, equum, hastam, vel sclopum, Principi, aut Duci infidelium ex gratitudine, seu ex liberalitate, sive ad conciliandam eorum gratiam, sive amicitiam; ut cum Navarr. *in man. cap.* 27. *num.* 66. *§. sexta*, & aliis tradit Sousa. *ubi sup. num.* 4.

12 Victualium appellatione quid comprehendatur, Vide Azeved. *in l.* 28. *n.* 1. *tit.* 18. *lib.* 6. *recop.* ubi alios laudat.

SUMMARIUM.

1 *Proditio non est deferre arma, equos, & similia hostibus; sed tamen proditioni proximum.*
2 *Rerum dotalium alienatio prohibita est.*
3 *Nec in illis census constitui potest.*
4 *Consentiente uxore fundus dotalis bodie non potest alienari.*
5 *Nec etiam ab uxore viro consentiente.*
6 *Maritus constante matrimonio res per ipsum alienatas recuperare potest, etsi juraverit non contravenire alienationi, 7.*
8 *Interpretatio* regulæ; Nemo potest venire contra factum suum.
9 *Uxor res alienatas cum licentia mariti potest etiam vendicare.*
10 *Maritus non tenetur ad tradendum rem dotalem venditam, licet in ipsius præjudicium valeat alienatio.*
11 *Maritus, & ejus fidejussor ratione evictionis ad interesse tenentur.*
12 *Maritus super re dotali, non potest transigere.*
13 *Mulier soluto matrimonio non potest vendere, seu alienare fundos dotales.*
14 *Maritus res æstimatas ea æstimatione, quæ faciat emptionem, potest alienare, & quomodo intelligantur DD. qui dicunt etiam rem æstimatam virum posse alienare.*
15 *Res æstimatæ dicuntur dotalia, sed dos in pretio tantum consistit.*
16 *Maritus constante matrimonio an sit dominus dotis.*
17 *Mulieri non competit actio ad rem, sed ad pretium, quando res tradita est marito æstimata.*
18 *Bona dotalia æstimata in dotem data an desinant esse truncalia, ita ut ex foro non possint reddi ad truncum.*
19 *Periculum deteriorationis rei æstimatæ pertinet ad maritum.*
20 *Quando res dotales dicantur datæ æstimatæ ea æstimatione, quæ faciat emptionem.*
21 *Æstimatio rei datæ in dotem in dubio facit emptionem.*
22 *Casus speciales, in quibus traditio rei dotalis æstimatæ non faciat emptionem, remissivè.*
23 *Alienatio rei dotalis non valet, etsi res æstimatæ datæ sint, si mulier erat minor, & sine judicis, & tutoris auctoritate traditæ sint.*
24 *Item, quando paciscitur inter contrahentes, quòd res ipsa reddatur in casu restitutionis.*
25 *Alii casus, in quibus rei dotalis æstimatæ alienatio non teneat, & quid sit dicendum, quando adest pactum, quòd sit in electione mariti, seu uxoris res, vel æstimationem restituere, aut accipere, seu remissive.*
26 *Rerum dotalium æstimatio, quando dantur à tertio, & sunt uxoris, quando faciat emptionem.*
27 *Vir si dicat, recepi fundum in centum, & obligetur ad restitutionem æstimationis, an censeatur contracta emptio.*
28 *Rerum, quæ in suo genere recipiunt functionem, etsi non dentur æstimatæ, alienatio valet.*
29 *Item rerum, quæ servando servari non possunt.*
30 *Res mobiles in dotem datæ alienari marito possunt.*
31 *Rei dotalis alienatio valet, si mulier consentiat emptioni animo decipiendi emptorem.*
32 *Item si maritus est solvendo, & mulier habeat, unde dotem possit recuperare; secus vero si non sit solvendo, nam tunc tam mobiles, quàm*

quàm immobiles à tertiis possessoribus poterit revocare.

33 *Res immobiles non æstimatæ, etiamsi maritus sit solvendo, recuperare potest mulier à tertio possessore; secus vero mobiles.*

34 *Rei dotalis alienatio si fiat consensu utriusque conjugis, mulierique utilis sit, valet, si in alia subrogetur, seu pretium utiliter distribuatur.*

35 *Permutatio fundi dotalis non æstimati cum alio, si uxori utilis sit, valet.*

36 *Alienatio rei dotalis ex causa necessaria valet.*

37 *Et ob æs alienum uxoris.*

38 *Vel si vir, & uxor non habeant unde se alant.*

39 *Alienatio causa liberandi maritum à carceribus an valeat.*

40 *Mulier consentiens alienationi rei suæ, non potest illi contravenire, si sit juramento firmata.*

41 *Declaratur debere intelligi, si maritus tempore contractus, & tempore, quo mulier agit, est solvendo. Contrarium, n. 42.*

43 *Refertur concordia* Joann. Gutierr. *Tenenda, num. 44.*

45 *Si mulieri remaneant alia bona, ita ut non remaneat indotata, an adversus alienationem juratam possit venire.*

46 *Mulier si antea alienationi faciendæ per maritum juraverit non consentire, si postea sequatur alienatio juramento firmata, non valet.*

47 *Pretium rei dotalis à marito, & uxore venditæ, etsi in instrumento dicatur, ambobus solutum fuisse, solum ad maritum perveniſſe præsumitur, & an prædicta præsumptio solum habeat locum adversus maritum, & ipsius hæredes, an adversus tertium.*

48 *Quid si mulier juramento confiteatur recepisse pretium. Et quando pater, & filius in eodem instrumento confitentur pretium recepisse, ad quem pervenisse præsumatur.*

49 *Jurisdictio vendi non potest.*

50 *Officia publica jurisdictionem habentia invendibilia sunt.*

51 *Officia Decurionatus, & tabellionatus vendi possunt.*

52 *Bona litigiosa vendi non possunt remissivè.*

53 *Jus successionis ad majoratum vendi, nec alienari potest, nisi successori vocato.*

54 *Pœna imposita emptori ex contractu prohibito à lege, vel statuto, comprehendit venditorem.*

ADDIT. GLOSS. V.

1 AD Gloss. 5. Nota non esse proditionem, sed proditioni proximum, arma, equos, & alia prohibita deferre ad hostes. Adde *l. 10. tit. 2. lib. 8. recop.* & *ibi*, Azeved. *n. 18. & 29.* ubi etiam de pœnis, in quibus incurrunt delatores, agit, & vide Menoch. *casu 595.* & Trentacinq. *variar. lib. 3. tit. de verb. oblig. resol. 3. num. 1. in fin.*

In legibus antecedentibus actum est de rebus, quæ vendi non possunt, & ultra eas sunt aliæ, quarum alienatio, & venditio est prohibita, quas hic referre constitui, ut hæc materia plene habeatur.

2 In primis rerum dotalium alienatio prohibita est, *l. 1. l. & tale prædium, ff. de fund. dotal. l. 1. Cod. eod. auth. sive à me. C. ad Vellejan. l. unica, §. & cum lex, Cod. de rei uxor. action. §. instit. quibus alien. licet*, Seraphin. *privileg. 76. num. 1.* ubi ejus Addit. 6. authores refert. Gomez. *in l. 50. Tauri, num. 57.* Fontanel. *de pact. clausul. 7. glos. 3. part. 13. num. 14.*

Amplia primò, ut neque in illis possit census 3
constitui. argum. *l. unicæ, C. de req. alien. non alienan.* ubi sancitum est, alienatione prohibita, esse quoque prohibitam usufructus dationem, hypothecam, pignoris nexum, vel servitutis, alteriusve juris impositionem. Molin. *de Hispan. lib. 4. c. 1. n. 7. cum aliis*, & in terminis Felician. *de censib. lib. 2. c. 3. n. 3. vers. fin. vero.*

Amplia 2. etiam consentiente uxore fundum 4
dotalem hodie per maritum non posse alienari, *d. l. unica, §. & cum lex, C. de rei uxor. act. princ. Inst. quib. alien. licet*, Barbos. *in l. 1. ff. solut. matrim. 5. par. num. 2. 3. & 13.* ubi ampliat, & si mulier transacto biennio à die primæ alienationis iterum comprobaret, ex Alexand. *ibi, num. 34.* Camill. *num. 156.* Ripa. *num. 106.* ubi dicit receptum, Alciat. *num. fin.* Bald. Novel. *de dote 7. part. speciali. 1. num. 5 vers. fallit. 1.* Covarr. *in cap. quamvis pactum, de pact. in 6. 2. part. §. 1. num. 10.* Vide Barbos. *sup. & num. 14.* ubi hanc ampliationem latè fundat, & respondit ad text. in *authent. sive ame. C. ad Vellejan.* qui obstare videtur. Gutierr. *de juram. 1. part. cap. 1. num. 92.* Fontanel. *num. 18. ubi sup.* Pichard. *inst. quib. alien. licet, in princ. n. 9. & 12.*

Amplia 3. neque ipsam mulierem, viro consentiente, 5
fundum dotalem alienare posse, ut cum Salyc. *in l. si prædium. in fin. C. de jure dotium.* Bart. *in l. si æstimatis in fine. ff. solut. matrim.* Imol. *in cap. cum contingat. de jur. jurand.* Suarez. *tit. de las arras, num. 51.* Palat. Rub. *in repet. rub. de donat. inter. §. 17. num. 8. & aliis.* tradit Barbos. *ubi sup. num. 4.* contra Cinum. Albert. & alios, quos allegat, *in fin. n. antec.* Gutierr. *dict. cap. 1. num. 105.* ubi tradit nec ejus fidejussorem teneri, quia nec naturaliter obligatur. Et *in num. 110.* ampliat etiam soluto matrimonio, alienationem non valere, & alios allegat.

Amplia 4. adeò esse invalidam alienationem re- 6
rum dotalium, quòd possit maritus etiam constante matrimonio res per se alienatas ab emptore vendicare, seu recuperare, juxta regulam, *l. quemadmodum. C. de agricol. & censitis, ib. 11.* quem ita tenet Glos. *vers. alienare, in d. l. unica, §. & cum lex. C. de rei uxor. act.* Glos. *verb. interdicta, in princ. inst. quib. alien. licet.* ubi Angel. *col. 2.* asserit esse communiter receptum. Joan. de Campeg. *tr. de dot. quæst. 220. incipit an maritus vendens. 4. part.* Bart. Novell. *de dot. 7. part. privil. 1. limit. 12.* Baez. *de non melior. fil. rat. dotis, num. 4.* Gomez. *in l. 50. Taur. num. 63.* Pinel. *in l. 1. C. de bon. mater.* Gutierr. *de juram. 1. part. cap. 1. num. 94.* Barbos. *in d. l. 1. ff. solut. matrim. à num. 15.* & alios adducunt Benechen. *ubi sup. n. 1.* Sempr. Asci, *decis. 135. n. 7.*

Amplia, & si maritus juraverit non contraveni- 7
re alienationi à se factæ, quia non fundat in proprio commodo, sive præjudicio, alienando enim illi videtur renunciasse; sed in commodo, & præjudicio uxoris, & filiorum; ad quorum alimenta fructus rerum dotalium sunt deputati, & juramentum in præjudicium eorum non valet. Gutierr. *num. 96.* Barbos. *num. 17. ubi sup.* qui alios laudat. late Bald. Novel. *de privil. dotis, 7. privil. limit. 20.* Hypol. Riminal. *in princ. inst. quib. alienare licet, n. 44. & 543.* Benechen. *in addit. ad Seraph. privil. 76. in fin.* Guz. *de evict. q. 26. n. 69.*

Et

8 Et non obstat regula, quòd quis non potest venire contra factum proprium suum. *l. cum profiteris, C. de reb. donat.* & regula, quem de evictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio, de quibus vide Gutierr. *n.* 99. Barbos. *n.* 15. 16. *& n.* 20. & Sempr. Asci. *n.* 8. *cum sequent. ubi sup.* & vide *inf.* in Addit. Glos. *l.* Jas. *in l. frater à fratre. ff. de condit. indeb. n.* 44. *vers.* 3. *limit.* dictum Bartol. ubi tradit tunc licere factum proprium impugnare, quando est contra legem; non verò præter legem.

9 Amplia 5. uxorem cum licentia, & consensu mariti res alienatas posse etiam vendicare. Gutierr. *num.* 107. 108. *&* 109. ubi de facto casum habuisse testatur, & utriusque partis fundamenta refert, & consensum, & licentiam sufficere dicit; sed casum sine dubio esse, si maritus actionem in re propria uxori mandet, quia est casus. *l. qui absente, C. de probat.* Fontanel. 2. *part. claus.* 7. *glos.* 3. *part.* 13. *num.* 18.

10 Amplia 6. maritum non teneri ad tradendam emptori rem dotalem venditam, licèt talis alienatio in ejus præjudicium valeat, & ipse teneatur ad interesse, & de evictione ex hujusmodi venditione, si emptor rem esse dotalem ignorabat. Gutierr. *n.* 104. *in dict. cap.* 1. ubi contra Castr. hanc veriorem dicit, & faciunt tradita, *sup. in addit.* Glos. 1. *l.* 19. *num.* 10.

11 Et quòd maritus, & fidejussor teneantur de evictione ad interesse, testantur communem opinionem Joan. Bap. *in rar. comm. opin. litt. D. n.* 263. Gom. *in l.* 53. *Tauri. n.* 60. Gutierr *num.* 103. *ubi sup.* Fabian. de Mont. *de empt.* 4. *quæst. princ. n.* 15. Barbos. *in d. l.* 1. 5. *part. n.* 20. 21. *&* 22. & vide Addit. ad Glos. 3. *&* 4. *l.* 19. *sup.* & ad Glos. 1. *l.* 32. *inf. art.* 2. *n.*

12 Amplia 7. maritum super re dotali non posse transigere, nisi retinendo ad exemplum tutoris, & curatoris, & aliorum hujusmodi administratorum, *l. si pro fundo, C. de transact.* Faber. *definit. 6. in suo C. lib.* 5. *tit.* 25. *de fundo dotali*, ubi dicit, qualiter in aliquo casu possit valere transactio etiam in alienando, & eam sequitur Fontanel. *num.* 17. *ubi sup.*

13 Amplia 8. etiam soluto matrimonio mulierem non posse vendere, seu alienare fundos dotales vel approbare venditiones, vel alienationes factas à marito constante matrimonio, antequam apprehendat possessionem eorum. Gomez. *in d. l. n.* 59. ubi pro contraria opinione plura adducit, & eis satisfacit. Restituta vero dote alienatio valebit, ipse *ibi, vers. ex quo infertur.*

14 Limita primò, in rebus, æstimatis in dotem ea æstimatione, quæ faciat emptionem, nam tunc maritus tam res mobiles, quàm immobiles poterit alienare, & ejus alienatio valebit, quia talis æstimatio facit desinere rem omnino esse dotalem, & haberi, ac si empta fuisset à viro, *l. quod si fundus, ff. de fundo dotali, l.* 7. *&* 16. *&* 18. *cum seq. tit.* 11. *p.* 4. & ibi Addit. ad Glos. 4. *l. quoties, l. cum dotem, C. de jure dot. l. plerumque ff. eodem, l. æstimatæ. ff. soluto. matrim. l. unica,* §. *cum res, C. de rei uxor. act.* Campeg. *de dot.* 1. *part. quæst.* 40. *num.* 2. Covarr. *pract. cap.* 28. *n.* 1. Gomez. *in l.* 50. *Tauri. n.* 42. Matienz. *in l.* 7. *tit.* 11. *glos.* 7. *n.* 16. 17. 18. *&* 19. ubi plures refert. Et in hoc casu retractum jure sanguinis in rebus immobilibus æstimatis datis in dotem locum habere tradit Gutierr. *de juram. confir.* 1. *part. c.* 1. *n.* 8. *&* 9. *& conf.* 17. *à n.* 19. Felician. *de censib. lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 13. Natta *conf.* 650. *num.* 2. *lib.* 4. Vivi. *comman. opin.* 40. *alienari non potest. post princ. n.* 1. & latè *decis.* 261. *num.* 1. *& lib.* 2. ubi dicit, ita declaratum fuisse in audientia Barensi. Surdus *in d. cons.* 225. *num.* 2. *&* 3. ubi procedere etiam dicit, etsi maritus alternativè promiserit rem, vel pretium restituere, de quo ex text. *in l. plerumque*, 11. §. *fin. de jur. dot.* Fontan. *de pact. nup.* 2. *part. claus.* 5. *glos.* 8. *p.* 13. *n.* 16. *&* 17. *&* 18. ubi animadvertit, quod si invenias aliquos DD. dicentes, dotis etiam æstimatæ prohibitam esse alienationem, prout Bart. Castill. & Anchar. & Mascard. volunt debere intelligi non de dote æstimata, quæ faciat emptionem, sed de ea, quæ fit, ne deterior dos fiat, deteriorque reddatur. Castill. *quotid. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 7. ubi plures adducit. Pichar. *in princ. Instit. quibus alien. licet, n.* 13. & multos cumulat. Benechend. *in annotat. ad Seraph. de privil. juram. privil.* 65. *n.* 5. Nec bona, quæ æstimata viro traduntur, dicuntur dotalia, sed dos in pretio tantum consistit. Bald. *in d. l. quoties in fin. C. de jur. dot.* Cremensis *sing.* 19. Alexand. *cons.* 79. *col.* 2. *lib.* 2. Fontanel. *num.* 9. nam dominium ex tali æstimatione in virum transfertur, *d. l. quoties*, ubi Bald. *l. plerumque* 11. *ff. de jure doti* Fontanell. *n.* 19. ubi plures affert, & Cast. *n.* 7. *ubi sup.* ubi resolvunt illam difficilem quæstionem, utrum maritus constante matrimonio sit dominus rerum dotalium. Et in restitutione pretium tantum, & non bona restituenda esse, probatur ex *d. l. quoties, & ibi*, DD. Covarr. *dict. cap.* 28. *n.* 1. Menoch. *lib.* 3. *præsump.* 74. *n.* 3. *&* 4. ubi plures laudat. Gutierr. *cons.* 17. *n.* 20. *cum aliis.* Castill. *num.* 10. *ubi sup.* Honded. *cons.* 14. *à n.* 44. *vol.* 1. ubi alios plures adducit pro hac doctrina. Roland. 92. *num.* 9. *vol.* 1. Surd. *decis.* 99. *num.* 9. ubi dicit, quòd illo casu bona censentur marito vendita ab uxore, & fingitur statim uxorem pecuniam receptam marito numeralle in causam dotis, hoc modo duos faciendo contractus, unum occultum, & alium manifestum: quod antea dixit Bald. *in l. si inter. C. de jure dot.* Surd. *dec.* 287. *n.* 21. *&* 23. Afflict. *decis.* 270. Mastrill. *decis.* 149. *à n.* 1. Castill. *decis.* 21. *& decis.* 74. Trentacinq. *var. resol. lib.* 3. *tit. de jure dot. resol.* 1. *per tot.* Cornaz. *decis. Lucen. cap.* 199. ubi decisum fuit, quòd ex eo quòd maritus efficitur dominus rei æstimatæ in dotem datæ, & solum pecunia est in obligatione, mulieri non competit actio ad rem illam, sed ad pecuniam in casu restitutionis dotis. Barbos. *in l. si æstimatis*, 51. *n.* 1. *ff. solut. matrim.* Joseph. Ludovic. *decis. Perus.* 89. *n.* 8. Fontanell. *d. glos.* 8. *part.* 13. *a num.* 10. qui *in num.* 14. duas decis. Senatus Catal. refert. Et amittunt qualitatem bonorum dotalium, & efficiuntur bona diversæ conditionis; unde in locis, ubi ex foro bona redeunt ad truncum, & radicem consanguinei materni in his bonis, licet à materna radice obvenerint, non succedunt. Mieres, *de major.* 4. *p.* 13. *num.* 14. *in antiq.* Avend. *in l.* 6. *Taur. glos.* 11. *num.* 27. Gutierr. *lib.* 3. *quæst.* 77. *per tot.* & sic pluries obtinui in praxi. Limita in casu, de quo in Add. Glos. 3. *tit. anteced. n.* 3.

Et sicut in vera venditione periculum deteriorationis, & peremptionis spectat ad emptorem, de quo, *inf. in l. sequen.* sic in dote æstimata periculum ad maritum tanquam illius tacitum emptorem pertinet, *l. cum dot.* 10. *C. de jure dot. l. unic.* §. *cumque, in fine, C. de rei uxor. act. l. æstimatæ, ff. sol. matrim.* ibi *æstimata res etiam usu mulieris periculo mariti deteriores efficiuntur.* Bart. *in l. si ut certo,* §. *nunc videndum, ff. commod. l.* 18. *&* 29. *tit.* 11. *part.* 4. *ubi latius.* Ludovic. *decis. Perus.* 10. *num.* 2. *&* 8. Quesada, *quæst. jur.* 114. *in fin.* Barbos. *n.* 5. Honded. *n.* 45.

Gomez. *in l. 50. Tauri. n.* 44. Azora. *de partit. part. 1. cap. 7. n. 6.* Fontanell. *n.* 13. Castill. *n.* 9. & alii, quos Benechend. *ubi sup.* refert.

20 Res autem dotales tunc dicuntur datæ æstimatæ ea æstimatione, quæ facit emptionem, quando expressè partes in certa earum æstimatione conveniunt, & pro illo pretio æstimato traduntur. *l. 16. & ibi.* Add. & ad. *l. 1. tit. 11. p. 4. l. quoties. 5. & l. cum dotem, C. de jure dot.* Castill. *de usufr. c. 4. à n. 7.* Pinel. *l. 1. C. de bon. mater. 3. part. num.* 15. Garcia. *de benef. 5. part. cap. 9. n. 162.* Gomez. *in l. 50. Tauri. n.* 44. Gutierr. *cons.* 17. *à n.* 20.

21 Et regulariter quæcumque æstimatio in dubio, alio non apparente, præsumitur facta eo modo, & ad illum effectum, ut operetur emptionem, & venditionem, Glos. *verb. æstimatæ in l. si inter.* 21. *C. de jure dotis.* quem omnes sequuntur, & præter ordinarios *ibi.* Gregor. Lopez. *in glos. 2. l. 18. tit. 11. part. 4.* ubi vide Addit. Hypolit. Riminal. *in princ. Inst. quib. alien. licet à num.* 72. Covarr. *pract. q. dict. cap. 28. num.* 1. Jos. Ludovic. *decis. Perus. 89. n. 1. & concl. 10. ampliat. 5.* Bern. Diaz. *reg. 228.* & *ibi* Salzed. Gratian. Falcon. *reg.* 164. Castill. *decis. Sicil. 21. n. 2.* Barbos. *in l. si æstimatis. 51. n. 1. & 5. ff. solut. matrim.* Trentacinq. *var. lib. 3. tit. de jure dotium resol. 1. n. 1. & 9.* ubi hanc omnium DD. communem esse sententiam dicit. Gomez. *vers. quod intellige.* Garc. Cast. *d. cap. 14. n. 12. ubi sup.* Ques. *quæst. juris. cap.* 14. *num. ult.* Guttier. *pract. lib. 3. q. 77. n. 2. & 7. & cons. 17. à n.* 21. Hond. *cons. 14. à n.* 40. *vol. 1.* ubi declarat. Ayora. *de partit. 1. part. cap. 7. à n.* 4. Surd. *cons 225. n. 2.* Fontanel. *de pact. nup. claus. 5. gl. 8. part. 13. n. 25.* Seraphin. *decis. 1207. num. 1.* ubi fuit resolutum suprà dicta procedere, etiamsi non constet de æstimatione, sufficit enim constare in certa quantitate dotem fuisse constitutam, & postea bona esse viro tradita; quia tunc æstimatio à lege facta censetur pro pretio, quod tunc bona valebunt, & vide quos *ibi* allegat, & Alex. Ludovic. *decis. 573. num.* 4. ubi Olivet. & Beltraminus, *n.* 16. latè declarat, & alios adducit.

22 Casus speciales, in quibus æstimatio, & traditio bonorum dotalium facit emptionem, vide per Covarr. *in d. cap. 28.* Mench. *lib. 3. præsump. 74. à n. 5,* ubi septem extensiones tradit ad hanc doctrinam. Bernar. Diaz. Gutierr. Gratian. Falc. Barbos. Fontan. Trentac. & aliis, *ubi sup.* & vide Add. ad *l. 7. 16. 18. & 19. tit. 11. part. 4.* ubi latè de hac materia egimus. Jos. Ludovic. *dec. 89. per tot.* & Oliver. Beltram. *ubi proximè.*

23 Sublimita 1. hanc limitationem, si mulier erat minor viginti, & quinque annis, & dos sine authoritate curatoris, & decreto judicis fuit marito tradita, nam tunc alienatio, licet res sint datæ æstimatæ, nulla erit. Trent. *var. lib. 3. de jur. dotium. resol. 1. n. 23.* Covarr. *dict. cap. 28. n.* 19. Menoch. *dict. præsump. 74. n. 12. & 13.* & Addit. ad Glos. 4. *n. l. 4. sup.* ex quibus constat, æstimationem tunc non facere emptionem.

24 Sublimita 2. quando pactum sit, & convenitur inter contrahentes, quòd res ipsa reddatur in casu restitutionis dotis, & non dicitur quòd pretium, etsi ulterius adjiceretur, restituetur in eadem æstimatione, *l. si inter.* & *ibi* DD. *C. de jure dot.* Surd. *cons.* 330. *n.* 25. Puteus *decis. 376. part. 3.* Gutierr. *de gabellis q. 12. n. 22.* ubi tradit quòd sonat ipsa emptio, si nuptiæ non sequuntur, ex *l. in rebus dotalibus. C. de jure doti.* Menoch. *n.* 19. Covarr. *n. 3. & 4.* Barbos. *num. 29. ubi sup.* Trentac. *num. 20.* tradit, si res tempore restitutionis est deteriorata per maritum, devenitur ad æstimationem factam. Mastrill. *decis. 149. num. 9.* Castill. *decis. 21. num. 3.* Fontan. *à n. 31. dict. glos. 8.* ubi alios refert. Oliver. Belt. *ubi sup.*

Sublimita 3. si nuptiæ secutæ fuerint, aliàs si secutæ non sint, aut nulliter ex alia quavis ratione, æstimatio emptionem non facit. Puteus *decis. 376. part. 3.* Gutierr. *de gabell. quæst. 22. num. 22.* ubi tradit, quòd expirat emptio, si nuptiæ non sequantur, seu annullentur ex *l. in rebus, C. de jur. dot.*

Alias sublimitationes, & casus, in quibus æsti- 25
matio non facit emptionem, & maritus non potest alienare bona dotalia, sed tenetur illa in specie soluto matrimonio uxori restituere, vide apud Covar. *dict. cap. 28.* ubi undecim casus annotat. Menoch. *dict. præsump. 74. à num. 15.* ubi duodecim adducit. Fontan. *in d. glos. 18. p 13. à n. 31.* ubi septem casus examinat, qui sunt principales hujus materiæ. Trent. tredecim, & vide Gutierr. *cons. 22.* ubi tradit unum casum, & Addit. ad *dict.* Glos. ubi de omnibus mentio fit. Bernard. Diaz. Falcon. Barbos. *à num. 21.* & alios *ubi* & Addit. ad *dict. l. 7. 16. 18. 19. & 20. ubi sup.* ubi vide quando dictum fuit, quòd esset in electione mariti rem ipsam restituere, vel ejus æstimationem, vel in electione mulieris fuit relictum: de quo etiam vide Surd. *cons. 215. n. 1.* ubi tradit, quòd quando res data in dotem æstimata maritus promittit dotem restituere in denariis, vel in tot bonis, seu ut meliùs placuerit mulieri, adhuc æstimatio facit emptionem, quia promissio de restitutione bonorum non est in obligatione, sed in electione solutionis ut sit quantitas, aut bona, vide eum *per tot. illud cons.* ubi multa notanda tradit. & Fontan. *à n. 64. ubi sup.* Joseph. Ludovic. *decis. Perus. 89.*

Et quid, si tertius dedit in dotem bona legitimæ 26
ipsius mulieris, & non ipsa, vide Gutier. *cons. 17. n. 36. 37. & 38.* ubi æstimationem hoc casu etiam emptionem facere docet.

Sed quid, si in instrumento dotali vir dicat, re- 27
cepisse nomine dotis fundum, vel domum æstimatam in centum, & obligetur ad restitutionem æstimationis soluto matrimonio, si non præcessit promissio dotis, nec ex instrumento constat, mulierem, vel alium ejus nomine æstimationi assensisse: dic æstimationem emptionem non facere, nisi utriusque consensus concurrat; vel nisi ex eo constet, mulierem præsentem fuisse, argum. *l. 8. & l. 23. hujus tit.* & *ibi.* Addit. ad Glos. *l. l. 19.* ubi diximus, quando præsens venditioni rei suæ præjudicet, vide Ayora. *de partit. 1. part. c. 3. n. 21.* ubi dicit, quòd æstimatio facta inter patrem uxoris, & generum non præjudicat filiæ, quæ non consensit actibus eorum, quia sunt pacta inter alios facta, quæ aliis non prosunt, nec præjudicant, *l. si unus, §. ante omnia ff. de pactis,* & soluto matrimonio ea petere poterit, quod intelligit, quando pater certam speciem promisit in dotem, quam postea maritus æstimatam accepit, vide eum. Si enim in instrumento dotis maritus dicit; A meis soceris, vel ab uxore, quæ futura est, recepi alia bona æstimata, & tabellio fidem facit traditionis, & receptionis, licet in instrumento maritus solus loquatur, æstimatio facit emptionem; quia de eo, qui rem tradidit, & à quo maritus eam accepit fuisse præsentem, & de eo mentionem non fuisse factam de stilo tabellionum, constare debet.

Limita 2. nisi res datæ in dotem non æstimatæ 28
sint

sint ex his, quæ in genere suo functionem recipiunt, id est quæ in pondere, numero, vel mensura consistunt, nam tunc ipsarum alienatio valet. 9
Fab. de Mont. 4. *quæst. princ. num.* 13. Covarr. *pract. cap.* 28. *num.* 6. Spino. *in specul. test. glos.* 11. *princ. num.* 92. Menoch. *dict. præsumpt.* 74. *num.* 10. Gomez. *in l.* 50. *Tauri. n.* 43. Gutier. *de juram. 1. part. c.* 1. *num.* 7. Barbos. *in l.* 1. *ff. solut. matr.* 2. *part. n.* 76. 77. 78. & 79. ubi explicat, an competat mulieri rei vendicatio pro eis. Castill. *lib.* 1. *de usufr. num.* 14. Fontan. *d. claus.* 5. *glos.* 8. *part.* 13. *num.* 4. *cum aliis.* ubi alios adducit. Hujusmodi enim res tacitè à lege absque aliquo pacto æstimatæ dicuntur, & mariti periculo sunt, *l. res in dotem, ff. de jure dot.* ubi Jurisconsultus inquit, quòd res in dotem datæ, quæ in pondere, mensurave consistunt, mariti periculo sunt, quia ad hoc dantur, ut maritus eas ad arbitrium suum distrahat, & quandocumque soluto matrimonio ejusdem generis, & qualitatis alias restituat, vel ipse, vel hæres ejus.

Limita 3. in rebus, quæ servando servari non possunt, quia hæc per maritum bene poterunt alienari. Fab. de Mont. *dict. num.* 13. Gutierr. *d. c.* 1. *num.* 6. 29

Limita 4. in omnibus rebus mobilibus in dotem datis, quæ libere alienari possunt per maritum, cum nulla inveniatur prohibitio de illis non alienandis. Azon. *in summ. tit. de fund. dotal. in fin.* Glos. 1. *in princ. tit. quibus alienare licet.* Bart. *in l.* 1. *n.* 181. *ff. solut. mat.* ubi de jure antiquo agnoscit hoc verum esse, & *ibi*, Alciat. *num.* 123. Bald. Nov. *de dot.* 7. *part. specie.* 1. *num.* 4. & facit. *text. in l. si ex lapidicinis.* 33. *ff. de jure dotium*, & *ibi* notat Fulgos. *l. dotalem.* 62. *ff. solut. matrim. l. fin. C. de servis pignor. datis*, ubi probatur, maritum posse manumittere servum dotalem, sine consensu uxoris, quæ manumissio aliàs ipso jure non valeret, juxta notata *in l. ea leg. C. de condict. ob caus.* & hanc contra Ripam, *num.* 102. Jas. *num.* 33. *in dict. l.* 1. defendit Barbos. *ibi, in* 5. *part. num.* 74. & 75. *cum aliis*, & juribus in contrarium faventibus respondit, maximè, *l. in rebus, C. de jure dot.* ex qua deducunt DD. inductam fuisse alienationis prohibitionem, & eos sequitur Fontanell. 2. *part. claus.* 7. *glos.* 3. *num. fin.* & sic est in praxi observandum, licèt contrariam opinionem sequantur. Bar. *in d. l.* 1. *n.* 18. de jure novi ori & *ibi*, Jason. *n.* 33. & Rip. *n.* 102. & Gutierr. *de juram.* 1. *p. c.* 1. *n.* 5. & vide *inf.* 30

Limita 5. si mulier consentiat alienationi animo decipiendi emptorem, ut quia tempore alienationis asseruit rem non esse dotalem, cum tamen re vera dotalis esset, nam tunc in præjudicium mulieris decipientis alienatio habebitur pro valida, ut in simili probatur *in l. si fine, C. ad Vellejan. l.* 2. *C. de minor. si major. dixer.* & in terminis tradunt, Imola, *in l. cum vir, num.* 12. *ff. de usucapion. & in c. cum contingat, num.* 24. *de jurejurando.* Tiraquell. *post l. connubial. glos.* 8. *num.* 135. ubi multis similibus confirmat. Baeza. *de non melior. filiab. cap.* 30. *n.* 12. *& de inope debitor. cap.* 16. *num.* 94. *in fine.* Barbos. *in d. l.* 2. *ff. sol. mat.* 5. *p. num.* 43. ubi alios adducit. 31

Sublimita has limitationes, & intellige alienationem rerum dotalium æstimatarum in prædictis casibus valere, & res venditas per mulierem ratione dotis vendicari non posse, si maritus est solvendo, & mulier aliunde habeat, unde possit dotem recuperare; secus vero si solvendo non sit; nam in subsidium facta prius excussione in bonis mariti res dotales tam immobiles, quam mobiles à tertiis 32

possessoribus poterit revendicare, text. *in l. in rebus* 30. & *ibi* Glos. *verb. æstimatæ in fine, C. de jure dotium, ibique* Salycet. Bald. Novel. *de dote.* 8. *part. privil.* 7. Covarr. *dict. cap.* 28. *n.* 8. *vers. etenim.* Bal. Salycet. & Pinel. *in l.* 1. *C. de bon. mater.* 3. *part. n.* 15. Mascard. *de probat.* 2. *part. concl.* 619. *n.* 6. Honded. *cons.* 41. *n.* 21. *& sequen. vol.* 1. Menoch. *cons.* 44. *n.* 14. & 15. Bap. Costa. *de remed. subsidiar.* 63. *n.* 1. Joann. Bapt. Laderch. Imol. *cons.* 63. *n.* 2. Barbos. *in l. æstimatis.* 51. *n.* 26. Joseph. Lud. *decis. Perus.* 89. *à num.* 14. ubi Covarr. opinionem defendit. Faber. *in suo C. lib.* 5. *tit.* 7. *de jure dot. definit.* 43. ubi ita resolutum in facti contingentia fuisse dicit. Mar. Giur. *in novissim. commentar. ad consuetud. senat. Messanen. cap.* 15. *glos.* 1. *part.* 1. *ex num.* 21. Fontanel. 2. *part. claus.* 5. *glos.* 8. *part.* 13. *num.* 73. *& claus.* 37. *glos.* 3. *part.* 15. *num.* 50. ubi de excussione, *& in num.* 2. *&* 3. & vide addit. ad Glos. 3. *l.* 14. *tit.* 13. *infra.*

Et de bonis mobilibus non æstimatis à viro alienatis, quæ extant penes tertium possessorem, si vir non sit solvendo, quòd possint ab uxore vendicari. Vide Barbos. *in d. l.* 1. *p.* 5. *n.* 78. 79. 84. & 85. ubi differentiam assignat inter bona immobilia, & mobilia non æstimata in dotem data, scilicet quòd immobilia, etiam si maritus solvendo sit, reperi possint, mobilia vero non. 33

Limita 6. si alienatio fiat de consensu utriusque conjugis, & uxori utilis sit, *l. fin. ff. de jure dotium*, & Glos. *fin.* & Bart. *ibi*, Baptist. *de privil. dotal. centur.* 4. *n.* 44. Bald. Novel. *de dot.* 7. *part. special.* 1. *num.* 6. Socin. Jun. *in l.* 1. *ff. solut. matrim. num.* 234. *ad fin. & cons.* 28. *n.* 9. *lib.* 2. Trentacinq. *var. lib.* 3. *tit. de jur. dot. resol.* 1. *n.* 28. & 29. ubi ait, quòd licet concedatur viro facultas alienandi, intelligitur uxore consentiente. Tiraquel. *post l. connubi. glos.* 3. *num.* 74. Rimin. *in princ. Inst. quib. alien. licet, à num.* 182. Bart. *in l. si constante, num.* 96. *ff. solut.* ubi dicit regulam esse generalem de consensu utriusque conjugis posse alienari fundum dotalem, si per hoc mulieris conditio fiat melior, & maritus non remaneat pauperior. Barbos. *in dict. l. num.* 6. 7. 8. & 9. ubi latè declarat, & dicit tunc valere alienationem, quando fundus dotalis utiliter alienatur, & pretium utiliter distribuitur, vel si ejus loco alius subrogatur, non vero si retineatur pretium, quòd consumptioni subest. 34

Limita 7. si fundus dotalis etiam non æstimatus cum alio permutetur, nam talis permutatio, si uxori utilis est, valet, *l. ita constante*, 27. *ff. de jure dotium.* de quo vide Add. ad Glos. 2. *l.* 4. *sup. num.* 12. *cum aliis.* 35

Limita 8. si alienatio fiat ex causa necessaria, nam tunc alienatio non est prohibita, sed permissa, *l.* 1. *ff. de fundo dotal. l. alienationes, ff. famil. ercis.* & in terminis tradunt Faber. *in suo C. lib.* 5. *tit.* 15. *de fund. dot. defin.* 1. Surd. *decis.* 86. *num.* 8. Barbos. *ubi supra numer.* 10. Fontanel. *claus.* 7. *glos.* 3. *num.* 39. 36

Sunt autem causæ necessariæ, æs alienum uxoris, pro cujus solutione marito consentiente alienatio permittitur, *l. fin. ff. de jure dot. l. quamvis, ff. solut. matr.* & alia plura tradit Barbos. *in d. num.* 10. Sed quid si non consentiat. Vide Addit. ad Glos. 8. *l.* 7. *tit.* 15. *inf.* 37

Item si vir, & uxor non habent unde se alant. Faber. *in d. definit.* Tiraquel. *de retr. ligna.* §. 26. *glos.* 1. *num.* 23. ubi multa permissa ratione famis tradit, alia tradit Franch. *decis.* 170. *num.* 4. dicens justas causas alienandi fundum dotalem esse, ut mulier 38

vivat,

vivat, ut ſana vivat, ut libera vivat, & nupta vivat.

39 Et de quæſtione, an ſit juſta cauſa, quando mulier vendit, ut liberet maritum à carceribus, Vide Surd. *dict. dec.* 86. Rimin. *ubi ſup.* & Addit. ad Gloſ. 1. *l.* 3. *tit.* 12. *inf.* Gomez. *deciſ.* 328. & *ibi*, Flor. de Mena, ubi multos adducit.

40 Limita 9. ſi mulier conſentiret alienationi rei ſuæ dotis, & juramento eam confirmaverit, nam tunc ei non poterit contravenire, *cap. cum contingat. de jure jurand.* & *ibi*, DD. *cap. licet*, *tit. in* 6. Gloſ. *ſi prædium. de jure dot.* Riminal. *n.* 201. & DD. communiter. *in princ. inſtit. quibus alien. non licet.* Bald. Novell. *de privil. dotis*, *part.* 7. *privil. fin.* Rub. *rub. de donat. in text.* §. 17. *num.* 17. Camp. *de dote.* 4. *part. quæſt.* 11. ubi dicit, ab hac opinione non eſſe recedendum *in* judicando, & conſulendo. Vivi. *deciſ.* 133. *num.* 2. Mareſc. *deciſ.* 327. *num.* 2. *part.* 1. Roland. *conſ.* 82. *n.* 2. *lib.* 2. Joan. Bap. Coſt. *de fact. ign. & ſcient. inſp.* 14. Pariſ. *conſ.* 76. *n.* 2. & 3. *cum aliis*, *vol.* 3. ubi plures refert. Farinac. *prax crimin.* 1. *part. quæſt.* 8. *num.* 141. Seraph. *privil.* 76. *n.* 1. & *ibi*, Benechen. Covarr. *in cap. quamvis pactum*, *part.* 2. §. 1. *num.* 5. ubi dicit, communem, & ab ea nec in judicando, nec in conſulendo eſſe diſcedendum. Gomez, *in l.* 50. *Tauri num.* 57. Gutierr. *de de jur.* 1. *part. cap.* 1. *num.* 14. Barboſ. *in dict. l.* 1. *ff. ſolut. matr.* 5. *part. num.* 73. & 74. ubi contra hanc doctrinam arguit, & rationem ejus tradit, & ſic eſt tenendum, nulla facta diſtinctione rerum, quæ æſtimatæ dantur in dotem, & quæ non fuerunt æſtimatæ.

41 Sublimita primò, dummodo ſuperſint bona mariti, ex quibus poſſit conſuli indemnitati mulieris conſentientis cum juramento alienationi rei dotalis, non ſolum tempore contractus, ſed tempore quo agit mulier, *auth. ſive à me. C. ad Vellejan.* aliàs ſi maritus ſolvendo non ſit; rem dotalem ab emptore, ſeu tertio poſſeſſore poterit vendicare. Gloſ. & Doct. *in auth. ſiqua mulier. C. eod.* Rub. *ubi ſup. n.* 16. *verſ. intellige.* Afflict. *deciſ.* 311. *n.* 5. & 6. Urſill. *num.* 4. Pariſ. *conſ.* 75. *à num.* 17. *vol.* 3. ubi erudite hanc doctrinam defendit, & filium ejus hæredem, etſi ea vivente non contradixerit, poſſe venditionem reſcindere, tradit *in num.* 21. & 22. Paz. *quæſt. civil.* 7. *n.* 58. Rodrig. *lib.* 2. *quæſt.* 5. *n.* 16. Avendañ. *de cenſib. cap.* 94. *n.* 15. & pro hac opinione alios tradit Rolan. *conſ.* 70. *à n.* 1. Seraphin. *privil.* 76. *num.* 12.

42 Contrariam opinionem, imò quòd alienatio rei dotalis juramento confirmata adeò valeat, ut contra eam mulier venire non poſſit, quamvis ex ea maxime lædatur, quia remanet indotata, tenet Cardoſ. *in cap. cum contingat. de jure juran.* & *ibi* Henric. & Immol. Campeg. *tract. de dote. quæſt.* 11. Abb. *conſ.* 8. *vol.* 2. quos refert Ant. Gabr. *lib.* 3. *comm. opin. tit. de jure dotium. conſ.* 1. *num.* 7. Rolan. *ubi ſup. num.* 20. dicit *dict.* Gloſ. *in auth. ſiqua mulier.* communiter reprobari. Caſtren. *conſil.* 8. *vol.* 2. Alexand. 83. *num.* 8. *vol.* 6. ubi dicunt, quòd mulier tenetur ſervare juramentum, etſi alia bona non ſuperſint, & enormiter lædatur. Jaſ. *in l. licet. num.* 5. *C. de pact. & in auth. ſacramenta puberum. num.* 16. & 24. Caſtren. *num.* 7. Salic. *n.* 8. *C. ſi adverſ. vendit.* Benechend. *in add. ad Seraph. privil.* 76. *num.* 3. ubi

43 contra Seraphinum hanc veriorem docet, alios allegat Joann. Angel. Piſanellus. *in add. ad Afflict. dict. deciſ.* 311. Gutierr. *ubi ſup. n.* 19. & 20. ubi hanc ſequitur, quando maritus tempore contractus, & alienationis erat ſolvendo, licèt poſtea tempore exactionis dotis bona non ſint, ex quibus mulieri ſolvi poſſit, & eum ſequitur Cevall. *quæſt.* 3. *num.* 19. qui etiam docent, mulieri & non emptoribus incumbere onus probandi, quòd tempore venditionis maritus non erat ſolvendo. Et quando maritus non erat ſolvendo & quando maritus tempore alienationis habebat alia bona, ſine dubio hanc opinionem procedere dixit Morquech. *de diviſ. bonor. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 41. In hac varietate opinionum 44 eſt verius, interveniente læſione enormiſſima in alienatione rei dotalis mulierem agere poſſe contra fundi dotalis emptores, quia metus reverentialis interveniente læſione enormiſſima eſt ſufficiens ad annullationem contractus. Morquech. *n.* 42. Benech. *num.* 22. *ubi ſup.* & plures refert, vide Add. ad Gloſ. 2. *l.* 56. *infra.* Et dolus re ipſa eſt probatus, vide Add. ad Gloſ. *d. l.* 56. *& ad gloſ.* 1. *l.* 57. *hoc tit.* & ad Gloſ. 1. *l.* 34. *tit.* 14. *hoc part.*

Et de quæſtione, utrum, ſi remaneant mulieri alia bona, ita ut non maneat indotata, poſſit venire contra 45 alienationem factam alicujus rei dotalis cum juramento ex eo ſolùm, quòd in illa tantum re remanet indotata, quia conſtat nullum commodum illi eveniſſe ex alienatione, vide Fontanel. *claus.* 7. *gloſ.* 3. *part.* 13. *num.* 23. *cum aliis*, ubi dicit, quòd ſi non eſt læſio reſpectu totius dotis, vel patrimonii mulieris, propter quam in totum, vel in majorem partem remaneat indotata, non eſt audienda in prætenſa reſciſſione, & contrariis ſatisfacit, *& in* 13. cogitandum relinquit, ſed vide Addita ad Gloſ. 11. *l.* 56. *infra*, ubi diximus qualiter læſio conſideranda ſit, & Addita ad Gloſ. 1. *num.* & ad Gloſ. 6. *l.* 3. *tit.* 12. & Decian. *conſ.* 179. *num.* 3. & 4. & *conſ.* 180. ubi multa tradit, quæ hic adaptari poſſunt.

Sublimita ſecundò, *ſi mulier priùs juraverit non* 46 alienare bona dotalia, nec alienationi conſentire per ejus maritum faciendæ, nam alienario poſtea ſequuta juramento confirmata non valebit, nec juramentum ſecundum contra primum ligabit, nec alienationem confirmabit, maxime ſi ex eo alicui tertio eſſet jus quæſitum. Gloſ. Hoſtienſ. Joann. Andr. & Anchar. *in cap. mulieri*, *de jure jurand.* Speculat. *tit. de empt. & vendit.* §. *tertio loco*, *verſ. & nota generale.* Seraphin. *privil.* 75. *n.* 40.

In his enim alienationibus ab utroque conjuge 47 ſimul factis totum pretium ad maritum pervenire præſumitur, etſi in inſtrumento venditionis ambobus factam fuiſſe ſolutionem dicatur, & ſoluto matrimonio in integrum pretium mulieri, vel ejus hæredibus reſtituere tenetur, *lib.* 61. *Tauri.* & *ibi*, Gomez. *num.* 3. Cacher. *deciſ.* 140. Afflict. *deciſ.* 209. & *ibi.* Urſil. ubi late materiam proſequitur, quando maritus & uxor ſimul vendunt bona propria mariti, vel uxoris. Trentacin. *variar. lib.* 3. *tit. de jur. dotium*, *reſol.* 4. *num.* 1. ubi contraria refutata ab hac opinione non eſſe recedendum, tradit. Capic. *deciſ.* 78. *num.* 8. Boër. *deciſ.* 23. *n.* 6. & *ſeq.* Gamma. 227. & *ibi* Flor. Gutierr. *dict. cap.* 1. *num.* 14. *verſic. ſi vero maritus.* Rodrig. *lib.* 2. *quæſt.* 5. *n.* 16. 17. 18. & 19. Avendañ. *de cenſib. cap.* 94. *num.* 14. Hond. *conſ.* 45. *num.* 26. *cum aliis* ubi multos laudat, & quæſtionem in terminis diſputat, & quatuor caſus diſtinguit. Seraphin. *privil.* 65. *num.* 1. & *ibi*, Benechend. *in annot. num.* 2. ubi multos alios refert. Fontanel. *num.* 33. & 34. *cum aliis*, qui *in num.* 37. dicit hanc præſumptionem non eſſe reſpectu emptoris, & ad ipſius damnum; ſed quoad ipſum virum, & uxorem, & intereſſe tantum ex Valaſc. *conſul.* 83. *n.* 8. Urſil. ad Afflict. *deciſ.* 209. *num.* 7. Hond. *conſ.* 32.

in

in fine, Boër. *decis.* 23. *num.* 7. Costa. *de portione, & rata, quæst.* 24. *num.* 8. qui *in num.* 38. hanc doctrinam limitat, quando non remanent viro bona, contra quæ mulier possit habere regressum, & propterea deberet remanere indotata.

48 Amplia, & si mulier confiteatur recepisse pretium, & cum juramento firmaverit, nam non obstante dicto juramento, ad maritum, & non ad uxorem pretium pervenisse præsumitur. Angel. *in §. item si quis in judicio. num.* 10. *vers. quid si cum juramento instit. de except.* Ursil. *ubi sup. num.* 2. Roland. *consil.* 64. *num.* 11. *lib.* 1. Benechend. *num.* 4. *ubi sup.* & contra Seraphin. *ubi sup. num.* 7. hanc veriorem esse dicit. Honded. *n.* 31. & 32. *ubi sup.* Quando non agitur respectu emptoris, sed respectu mariti, cujus respectu non obstante juramento pretium præsumitur ad eum pervenisse, & vide multa per Tiraquel. *de retract. ligna.* §. 31. *glos. unic. num.* 4. 5. 6. & 7. ubi quando pater, & filius in eodem instrumento simul confitentur pretium recepisse, an uterque teneatur, & Trentacinq. *ubi sup. n.* 3. ubi comprobat ampliationem & declarat, & *in numer. seq.* & *in num.* 7. agit de quæstione, quando pater, & filius in eodem instrumento confitentur recepisse pretium.

Secundò nota rerum, quarum alienatio prohi-
49 betur, esse jurisdictionem, quæ vendi non potest, ut ex Bald. *in cap.* 1. *in fin. de pace juram. firmam. in usib. feudor.* & *in c.* 1. *quæ sint regalia*, tradit Fabian. *de empt.* 4. *quæst. princ. n.* 11. & 12. ubi pro hac opinione multas rationes refert, licèt de consuetudine contrarium usurpatum esse affirmet, prout quotidie jurisdictiones vendi omnibus notum est, de quo vide Addita ad Gloss. 2. *l.* 2. *tit.* 13. *infra.*

59 Tertiò officia publica jurisdictiones habentia. De quo vide Felician. *de censib. lib.* 2. *c.* 3. *num.* 24. & alios adducit. *authent. ut judices sine quo suffragio, §. hæc autem. collat.* 2. Avendañ. *resp.* 9. *num.* 1.

51 Alia verò officia, quæ non habent jurisdictionem, sed nudum ministerium, vendi possunt (ut decurionatus, scriptoriæ, & alia similia) per Principem non recognoscendum superiorem absque ullo vitio, & peccato. Divus Thom. *in opusc.* 21. Bald. *in l.* Barb. 1. *elect. col.* 2. *ff. de offic. præt. versic. veniamus.* Cajet. *in summ. verb. venialitas.* Soto. *de just. lib.* 3. *quæst.* 6. *tit.* 4. Tellus, *in l.* 26. & 29. *Tauri. n.* 10. Navarr. *in manual. cap.* 25. *num.* 7. Azeved. *in l.* 4. *tit.* 25. *lib.* 4. *recop.* Felician. *n.* 5. *ubi sup.* qui plures allegat, & *in n.* 26. *vers. tertio animadvertendum est*, dicit hæc officia publica à privata persona privatè vendi posse, ex Bald. Castrens. & omnib. *in l. omnimodo*, §. *imputari*, *C. de inoffic. testam.* Ripa. *in l. quartam*, *num.* 163. *ff. ad legem falc.* Covarr. *lib.* 3. *cap.* 19. Roland. *cons.* 21. *num.* 10. *vol.* 2. Avend. *resp.* 9. Gomez. *in l.* 29. *n.* 21. Mench. *contr. illustr. lib.* 1. *cap.* 42. & 43. *per totum*, ubi ad partes quæstionem disputat, & vendi posse concludit. Matienz. *in l.* 5. *tit.* 9. *lib.* 5. *recop. glos.* 3. *num.* 3. & *in l.* 3. *tit.* 9. *lib.* 5. *recop. glos.* 5. *num.* 2. ubi testatur de communi opinione, & de praxi usu forensi recepta adversus Tellum Fernan. *in d. l.* 29. cujus argumentis satisfacit. Matien. *in dict. cap.* 11. & 12. & *in fin. dict. num.* 26. ipse Felic. cum Tello Fernandez exclamat contra hujusmodi venditiones. Quartò res fideicommisso subjectæ, & prohibitæ alienari. De quo vide Addita ad *l.* 43. *infra.*

52 Quintò bona litigiosa, de qua materia vide *l.* 3. *tit.* 7. *part.* 3. *cum aliis*, & Addita ad Glos. 8. *l.* 14. *tit.* 13. *infra hac part.* ubi vide, quæ dicantur res litigiosæ, & Lancellot. *de attent.* 2. *part. c.* 4. *in præfat. num.* 520. Tepat. *variar. tit.* 145. Cacher. *dec.* 144. Covarr. *pract. quæst.* 55. *num.* 7. Ricc. *collect.* 814. Trentacinq. *lib.* 2. *variar. tit. de judic. resolut.* 17. *quæst.* 11. *num.* 43. & Farinac. 2. *part. fragm. litt. L. verb. litigiosa res à num.* 234. *usque ad* 427. plenissimè hanc materiam explicat. Guzm. *de eviction. quæst.* 11. *n.* 43.

Sextò jus primogenituræ, & majoratus, nec 53
vendi, nec renuntiari potest nisi successori vocato ad successionem. Tiraq. *de primog. quæst.* 27. *in princ.* Gomez. *in l.* 40. *Tauri. num.* 70. Gamm. *decis.* 338. *num.* 8. & 274. *n.* 1. ubi resolvit hoc jus vendi, & cedi posse. Molin. *de Hispan. primog. lib.* 1. *cap.* 6. *n.* 45. Mieres, *de majorat.* 3. *part. quæst.* 18. *per tot.* ubi novissimè hos, & alios refert, & quæstionem explicat & resolvit.

Amplia non solum jus, sed nec quamvis rem majoratus non posse vendi, alienari, seu obligari. Vide ad Glos. 4. *l.* 6. *tit.* 11. *part.* 6. ubi latè comprobavimus, & cum facultate Regia posse vendi, ut pretium in aliam utiliorem subrogetur: & de quæstione, an si res subrogata evincatur, possit possessor majoratus habere regressum contra emptorem majoratus, vel debeat utraque carere; Vide Addit. ad *dict.* Glos. & *glos.* 1. *l.* 4. *tit.* 6. *infra hac part.*

Pœna autem imposita emptori ex aliquo contra- 54
ctu prohibito à lege, vel statuto, intelligitur pariter indicta venditori. Bart. *in l.* 1. *C. de cupressis ex lucro damnensi per* text. *ibi.* Bald. *in l.* 1. *C. de communi servo manum.* Fabian. *de emp.* 2. *quæst. princ. n.* 33. Boër. *decis.* 48. *num.* 21. prohibitum enim in uno intelligitur pariter prohibitum in alio, ut voluit eleganter Bald. *in l. nemo martyres, ad fin. C. de sacros. Eccles.* sunt enim correlativa, ut latè comprobat. Fabian. *ubi sup. n.* 32.

LEX XXIII.

SUMMARIUM.

1 *Emptio dicitur perfecta, quando in re, & pretio conventus fuit, ut periculum rei ad emptorem pertineat. Periculum rei venditæ regulariter emptori pertinet. n.* 2.

3 *Periculum est emptoris, etsi in venditione sit data arra.*

4 *Lite pendente super retractu si res perit, emptori perit, & non consanguineo.*

5 *Emptori nominis pertinet periculum decoctionis debitoris.*

6 *Venditor nominis promittens emptorem defendere, non tenetur ad periculum decoctionis.*

7 *Emptor nominis habet actionem contra venditorem, si debitor tueatur se aliqua exceptione.*

8 *Venditor nominis debet præstare quod asseruit, & ostendere esse debitum.*

9 *Venditor tenetur ad restitutionem pretij, si venditio seu cessio nominis ex causa aliqua infructuosa sit.*

10 *Emptionis tempore, si debitor non erat solvendo, venditor nominis tenetur restituere pretium, nisi sciens emerit emptor, aut talis erat conditio debitoris, quòd nullam possit probabilem causam ignorantiæ allegare.*

11 *Venditor*

11 *Venditor census jam constitutus tenetur de evictione hypothecarum, si bona fuerunt distracta ab anterioribus creditoribus.*

12 *Venditor census jam constituti tenetur de evictione, si hypotheca non erat bene constituta.*

13 *Item si venditor nominis ignoraverit debitorem non esse solvendo.*

14 *Conventioni partium standum est.*

15 *Venditor census, si promisit hypothecas fore idoneas tenetur.*

16 *Venditor, si promisit facere bonum nomen debitoris, vel idoneum, si debitor non sit solvendo, tenetur.*

17 *Venditor dicens, bona esse certa, & secura non tenetur, nisi expressè dixerit, esse sufficientia ad reditum solutionem.*

18 *Venditor tenetur, quando debitorem locupletem esse dicit, nisi negligentia emptoris fiat non solvendo.*

19 *Venditor dolo promittens hæreditatem locupletem esse, seu nomen debitoris, tenetur restituere pretium emptori, & de dolo.*

20 *Ampliatur etsi ignoranter esse debitorem idoneum affirmaverit.*

21 *Venditor nominis non tenetur de evictione, nisi antequam emptor, seu cessionarius agat & ab ipso fuerit requisitus, quòd exhibeat instrumentum, & jura sua contra debitorem cessum. Quibus expensis debeat fieri executio, ibid.*

22 *Venditione nominis, seu cessione actio utilis in emptorem transit.*

23 *Venditione prædii, ad quod venditori competit actio, in emptorem non transfertur utilis actio, nec emptor agere potest, nisi quòd cedatur actio.*

24 *Venditio nominis litigiosi potentiori non potest fieri.*

25 *Debitum personale an emi possit minori pretio, quam sit ipsum.*

26 *Census secure collocatus an emi possit minori justo pretio, & cum emitur minus justo pretio, utrum id, quod deficit ad pretium legitimum, pertineat ad emptorem, & venditorem, vel debitorem ipsius census.*

27 *Alia de cessione actionis remissive.*

28 *Periculum rei emptæ etiam in emptione tacita pertinet ad emptorem, ut quando res æstimatæ in dotem dantur.*

29 *Si fundus venditus publicatus sit, periculum pertinet venditori.*

30 *Interpretat.* l. Lucius. Titius. ff. de evict.

31 *Interpretatio.* l. si fundus, ff. locat. & conduct.

32 *Periculum rei pertinet ad emptorem, si emptio sit celebrata in scriptis, & ante confessionem instrumenti res pereat.*

33 *Item quando res venduntur ad pondus, seu ad mensuram, antequam mensurentur.*

34 *Item in venditione conditionali.*

35 *Item si venditor sit in mora tradendi rem.*

36 *Item quando ex vitio præterito damnum in re datum sit. Equus mortuus intra triduum an censeatur mortuus ex morbo, quem habebat tempore venditionis.*

37 *Venditor sciens vinum non duraturum ultra diem, quo tradendum erat, emptor si eum non admonuit, tenebitur ei quanti ejus interest.*

38 *Item si dolo venditoris effecta sit.*

39 *Si culpa, vel negligentia venditoris intervenlat, periculo ejus res periit.*

40 *Periculum rei in contractibus innominatis ante traditionem pertinet alienanti.*

AD TIT. DE PERIC. & commodo rei venditæ.

ADDIT. GLOSS. III. & IV.

AD Glos. 1. 2. 3. Nota, venditionem esse perfectam ad hoc, ut periculum sit emptoris quando inter emptorem, & venditorem de re, & pretio conventum est; dicitur enim perfecta venditio uno de tribus modis. Primo quando conventum est inter partes de re, & pretio, ut uni partium non liceat à contractu discedere, Glos. *6. l. sequentis, & l. 62. infra.* Secundo ut periculum sit emptoris, ut *hic*, & in Glos. 8. tertio modo, quando res tradita est, *ut in l. 23. infra*, ut docet Glos. 1. *in l. 1. ff. de pericul. & comm. rei vend. & in §. 1. instit. de empt. & vend.* Bald. & Salyc. *in l. 1. C. quando liceat ab empt. disced.* Afflict. *decis. 280. n. 4.* Dec. *cons. 178. n. 3.* Paris. *59. n. 5. & 64. n. 7. lib. 1.* Menoch. *de recup. possess. remed. 19. num. 127.* Matienz. *in l. 7. tit. 11. glos. 6. n. 14.* ubi quadrupliciter contractum emptionis perfectum esse dicit, & eos explicat Gutierr. *de gabell. lib. 7. pract. q. 7. n. 18.* Surd. *cons. 38. n. 11. & 21.* 1

Nota ex text. & Glos. 4. *hic* periculum rei venditæ regulariter ad emptorem, & non ad venditorem pertinere. Adde *l. in quod post emptionem. 7. l. necesse. 8. ff. de pericul. & comm. rei vend. l. 1. l. cum speciem. 5. C. eodem. l. scivit. 12. C. de act. empt. l. si soluturus. 36. inf. ff. de solut. l. quod sæpè. 35. §. in his, ff. de contrah. empt. l. cum empta. 5. ff. de rescind. vend. l. Lutius. 11. ff. de evict. l. fin. tit. 10. lib. 3. fori.* Duenñ. *regula 203.* ubi antiquiores citat, & An. Gomez. *2. tom. var. cap. 2. num. 32. vers. si vero talis res & vers. si vero res.* Perez. *in l. 1. tit. 7. lib. 5. ordin. vers. dubium est, siquis vendat rem.* Pichar. *in §. cum autem. 3. instit. de empt. & vend.* Morlam. *in empor. juris. 1. p. tit. 9. de contrah. emp. in princ. num. 103.* Scacc. *de comert. §. 1. part. 1. n. 478.* Moz. *de empt. & vend. cap. de accid. emp. n. 14.* Ceval. *decis. 7. de contract. part. 2.* Molin. *disp. 366. versic. 3. loco*, & commenda memoriæ regulam ex Azone. *hic* à Glos. traditam, quæ totam istam materiam comprehendit, scilicet omne periculum spectare ad emptorem, cum venditio fit pure sine scriptis certæ speciei, quæ degustationem, mensurationem, vel ponderationem non exigit, & vide Glos. magis. *in l. necessario. vers. periculum, ff. de peric. & comm. rei vend.* quæ istam materiam explicat. 2

Amplia 1. procedere, etsi in venditione sit inter contrahentes data arra, & emptor jus habeat ea amissa ab emptione discedendi ex *l. 7. sup. & ibi* additis, nam adhuc ejus periculo res empta periit, quia contractus perfectus est, & validus interim quòd contrahentes non recesserunt dissensu expresso à contractu, nec constat de pœnitentia: nam ea, quæ comperunt alicui de jure speciali, non sunt in consideratione, nec nocent actui valido de jure antequam sint proposita, *l. 4. §. si iis qui ff. de fideic. lib. l. exceptiones quæ personæ, §. fin. ff. de except. l. nam posteaquam. §. si minor. ff. de jure jurand.* ibi *nec enim utique quòd minor est.* Bart. *in l. fin. n. 1. col. 2. vers. venio ad quartam particulam: C. de sentent. pas. & restit.* ex quibus hanc ampliationem defendit Perez, 3

in

in l. 1. titul. 7. lib. 5. ord. col. 30. vers. quod autem erit pag. 189.

4 Amplia 2. & si lite pendente super retractu res empta perierit, periculo emptoris perire, & non consanguinei eam petentis. Tiraquell. *de retract. lign. ad fin. tit. num.* 31. Scac. *de commer.* §. 8. *q.* 1. *n.* 478. *vers. imò periit emptori.*

5 Amplia 3. in emptore nominis, hoc est actionis quam venditor habet contra debitorem, ut puta census, vel alius debiti; nam si efficiatur non solvendo, periculum est emptoris. *ex leg. si nomen,* 4. *ff. de hæredit. vel act. vend.* hic citata à Glos. cui Adde *l. pupilli. §. soror, ff. de solut. l. periculum,* 30. *ff. de pig.* Castr. *cons.* 170. *n.* 2. *lib.* 2. Barz. *decis.* 380. *n.* 1. Alex. *cons.* 242. *n.* 3. *vol.* 6. Paris. *consil.* 88. *n.* 13. *vol.* 1. Magon. *decis. Florent.* 39. *n.* 2. Mant. *lib.* 4. *tit.* 13. *num.* 10. Benuen Strac. *p.* 5. *de decoct. num.* 4. Bertazol. *claus.* 27. *glos.* 13. *num.* 2. Rodrig. *libr.* 2. *q.* 21. *num.* 7. 8. & 9. & 18. Surd. *cons.* 22. *num.* 33. & *decis.* 326. *num.* 41. & 42. Feli ian. *de censib.* 2. *tom. lib.* 2. *c.* 1. *num.* 13. Amatis, *decis.* 6. *n.* 9. Avendann. *de censib. c.* 34. *num.* 35. Scacc. *de commerc. §.* 2. *glos.* 5. *n.* 283. Lingloif. *decis. Imperial.* 15. *q.* 5. *n.* 3. ubi declarat, ampliat, & limitat. Guzm. *q.* 35. *n.* 59. & 60. *el. secundo.*

6 Subamplia primò, proximam ampliationem, etsi venditor promiserit ementem, seu recipientem nomen venditum defendere, & indemnem servare. Castr. *cons.* 170. *n.* 2. *vers. tertio præmittendum, vol.* 2. Barzius. *decis. Bonon.* 110. *n.* 2. Felic. *d. num.* 13. *vers. quam in specie.* Rodrig. *lib.* 2. *q.* 21. *n.* 14. ubi rationem reddit. Guz. *de evict. q.* 35. *n.* 62.

7 Limita 1. *d.* ampliationem, si emptor nominis aliqua exceptione ex persona venditoris excluditur, nam tunc adversus venditorem emptori actio datur. Bart. *per text. in l. qui duos in fin. princ. ff. de leg.* 2. Dec. *cons.* 102. *num.* 1. *vers. hinc est.* Bertazol. *claus. ful.* 27. *glos.* 12. *num.* 2. Mantic. *lib.* 4. *tit.* 13.

8 *num.* 6. nam venditor nominis tenetur præstare se creditorem esse, & nomen verum, quod vendit, & absque exceptione, *d. l. si nomen, l. si pupillus, §. ult. ff. de evict.* Castrens. *cons.* 170. *num.* 2. *volum.* 2. Dec. 102. Menoch. 778. Gratian. *decis.* 13. *numer.* 30. & *in additio. ad decis.* 215. *num.* 7. Rodrig. *de ann. redit. lib.* 2 *q.* 21. *num.* 13. Felician. *tom.* 2. *lib.* 2. *c.* 2. *num.* 15. Mantic. *num.* 5. & 10. *ubi sup.* Amatis, *decis. Ferrarien.* 6. *n.* 9. Franch. *decis.* 427. *num.* 4. & 108. *n.* 1. Bertazol. *d. num.* 2. Viui. *decis.* 24. *num.* 4. Surd. *decis.* 326. *num.* 41. & *cons.* 452. *n.* 15. & 22. *n.* 33. Caballin. *de evict. §.* 5. *n.* 36. Marius Giur. *decis.* 87. *n.* 9. ubi alios plures cumulat, & *num.* 27. dicit quod si cessionarius ex facto cedentis exceptione aliqua excluditur, regressum habet contra eum. Lingloif. *decis.* 5. *q.* 5. *n.* 3. Guzm. *de evict. q.* 35. *n.* 8. & 9. & nihil interest ipso jure quis actionem non habeat, an per exceptionem repellatur, *l. nihil interest, ff. de reg. jur.* & Glos. *in d. §. ult.*

9 Limita 2. si ex causa aliqua venditio, seu cessio prorsus inutilis, & infructuosa sit, nam tunc venditor tenebitur ad restitutionem pretii, quia incipit pretium penes eum esse sine causa. *l. cum hæreditatem,* 7. *in fin. ff. de hæred. vel act. vend.* Faber. *in suo C. lib.* 4. *cod. tit. definit.* 15. *n.* 3. & 4. ubi dicit quòd non tenebitur ad interesse, si non expresè de eo convenerint, aut nisi ipsius dolo aliquid datum sit: Exemplifica, si vendiderit actiones personales, & debitor census haberet salvum conductum à Rege, vel esset sub moratoria Principis. Rot. *Genuens. decis.* 156. *n.* 10. & 11.

Limita 3. si tempore venditionis debitor, contra quem actio venditur, non erat solvendo, nam quòd dicitur periculum nominis venditi ad emptorem pertinere, intelligendum est de periculo casus supervenientis, si forte post cessionem fiat non solvendo. Faber. *d. definit.* 15. Thesaur. *lib.* 3. *q.* 73. *n.* 5. Et contrarium solum obtinere in eo, qui scienter emit nomen non exigibile, docuerunt Bart. *in l. si cum dotem, §. si mulier, & ibi,* late Alex. *n.* 4. *ff. solut. matr.* Bar. *in l. qui debitorem ff. de fidejus.* Bald. & Ang. *in l... ff. si quis in jus vocatus non erit,* Franc. *decis.* 108. *num.* 2. Barbos. *in l. æstimatis,* 51. *num.* 11. *ff. solut. matrim.* Felician. *d. libr.* 2. *c.* 1. *num.* 13. *vers. quod sane procedere,* ubi contra Castrens. & Imol. hanc sequitur, & eandem opinionem amplectitur Rodrig. *de redit. d. q.* 21. *lib.* 3. *n.* 22. *per text. in l. promittendo, §. si a debitore, ff. de jure dotium, vers. periculum nisi est, & contrario sensu,* Joan. Bap. Toro. *in compen. decis. vers. evictio an sibi locum vendicet, col.* 2. *vers. & si forte,* ubi pulchram decisionem, appellat Alexand. *ubi supr.* 10

Et est ratio, quia cum debitor non est solvendo perinde est, ac si nihil venditori deberet, *arg. l. nam is, ff. de dolo,* & si velit retinere pretium, agit de lucro captando, & emptor, qui pro nomine inani dedit pecuniam, videtur agere de damno evitando, unde ei potiùs succurrendum est, ex Barbos. & Felician. *ubi supr.* & intellige si emptor justam, & probabilem ignorantiæ causam allegaverit ex Barbos. Felician. & Rodrig. *ubi proximè,* & rationem reddit. Barbos. *in dict. num.* 11. *vers. neque obstat,* quia ille, qui allegat ignoranter accepisse nomen inopis debitoris, allegat culposam ignorantiam, & ideo non auditur, *ex titul. in l. qui cum alio, ff. de regul. jur.* & ideo obstat regula, *l. quod quis dam. num. eodem,* & faciunt tradita, *sup. in additio.* Glos. 1. *l.* 18.

Sed in contrarium faciunt ea, quæ ibi diximus, *à num.* 17. *usque in finem,* Unde nisi qualitas nominis venditi esset talis, quòd difficile posset in notitiam emptoris venire, & ipse probabilem ignorantiæ causam non allegaret, si tempore venditionis debitor nominis venditi non erat solvendo periculum erit venditoris, Guzm. *de evic. c.* 35. *num.* 21.

Et non obstant tradita per Rodrig. *in d. q.* 21. 11
n. 13. ex Surd. Marc. Anton. Eugen. & Franch. *ubi supr.* dicit venditorem nominis, reditus, seu census non teneri de evictione hypothecarum, nec ex eo quòd debitor census solvendo non sit, quia bona fuerunt distracta pro debitis anterioribus: quia ejus doctrina est intelligenda, quando empror sciens emit nomen debitoris inopis, secus vero si de scientia non constat. Ut diximus *supr.*

Et contrarium, scilicet quòd venditor teneatur 12
de evictione, quando hypotheca non erat bene constituta, vel fuit à creditore anteriori evicta, docuit Thesaur. *d. q.* 13. *num.* 3. quia evictionis promissio in ampla forma non potest comprehendere alium casum, quam istum, ne verba sint superflua, nam evictio non potest competere in eo casu, quo fuit promissum verum debitum, sed in casu, quo non esset exigibile; vel ab alio vinceretur, cum evinci dicatur id, quod per alium, sive creditorem, sive dominum universalem eripitur, *l. 1. l. habere licere, ff. de evict.* & hæc opinio habet summam æquitatem, & *hic* applicari possunt scripta, *in d.* Addit. Glos. 1. *l.* 18. *sup. n.* 13. *cum aliis.*

13 Amplia hanc limitationem, etsi venditor nominis ignoraret debitorem non esse solvendo. Barbos. *ubi supr. vers. ex quibus.*

14 Limita 4. nisi fuerit aliter inter partes conventum, nam contractus ex partium conventione legem accipiunt. *l. contractus, vers. sed hæc ita, & ibi,* Hieron. Cag. *ff. de reg. jur.* Magon. *decis. Florens. 62. num. 7. & 65. num. 4.* ubi alios adducit, & probatur *in d. l. si nomen, & sequen. ff. de hæred. vel act. vend.* Rodrig. *d. q. 21. n. 2.* Cancer. *var. lib. 2. c. 6. num. 176.*

15 Limita 5. si venditor nominis, seu census promittit hypothecas fore idoneas, nam tunc ex pacto tenebitur, si bona debitoris solvendo non sint. *d. l. si nomen,* & Rodrig. *ubi prox.*

16 Limita 6. si venditor promisit facere nomen verum, & bonum, vel idoneum, seu illæsum, quia si debitor non sit solvendo, venditor tenetur; nomen enim bonum non præstat, & idem est promittere nomen esse bonum, ac esse exigibile *ex text. in l. 1. in fin. prin. ff. ad Maced.* Dec. *cons.* 102. *num.* 1. Barz. *decis. Bononien.* 110. *à num.* 3. ubi de hac clausula latè agit, Mant. *lib. 4. tit. 13. num.* 11. Rodrig. *d. q.* 21. *num.* 21. ubi pro hac limitatione adducit Rotam Genuens. *decis.* 156. *num.* 2. & 3. Neviz. *cons.* 11. *num.* 10. & 66. *n.* 18. Marc. Anton. Lugen. *cons.* 73. *n.* 1. Cancer. *var. 2. tom. c. 6. num.* 176. Felician. *2. tom. de censib. lib. 2. c. 1. num.* 13. *vers. sed quæ-*

17 *liter:* ubi dicit non sufficere, quòd venditor dicat bona esse certa, & secura, sed oportere quòd in specie promittat esse sufficientia ad redituum solutionem, & hoc procedere, etsi adjecta sit clausula generalis, *de defensione, & conservatione indemnitatis,* & *in num.* 15. tradit venditorem teneri de evictione, quando debitorem locupletem esse dixit, & promisit, si debitor à principio non erat solvendo; & secus esse, si postea effectus sit non solvendo. Guzm. *de evict. q.* 35. *num.* 11. ubi hanc doctrinam

18 sequitur, & pro ea refert Becc. *in num.* 14. quod intellige, nisi negligentia emptoris fiat non solvendo, quia in potestate cessionarii non est differre exactionem in præjudicium cedentis. Cancer. Guzm. *num.* 37. *ubi supr.*

19 Limita 7. si venditor nominis, vel hæreditatis sciens actionem, vel hæreditatem inanem, tanquam bonam, & locupletem vendiderit, vel affirmaverit, & emptorem deceperit, quia tenetur ad pretii restitutionem, & de dolo Rodrig. *lib. 2. q. 7. num. 6.* Surd. *decis. 326. num. 27.* Guzm. *de evict. q. 35. n. 20. & 21.*

20 Amplia procedere, etsi ignoranter venditor hoc affirmaverit, quia est in dolo affirmando id, quod ignorat. vide *sup.* in Addit. Gloss. *1. l. 18. n. 27.*

21 Emptor enim ut posset obtinere contra venditorem in casibus, in quibus tenetur de evictione nominis, ante quam agat, tenetur interpellare, & requirere venditorem, ut tradat sibi jura sua, & quòd veniat ad eum tuendum contra debitorem. Rodr. *d. q. 21. num. 22. vers. sed quæro.* Cancer. *var. lib. 2. c. 6. de solut. & liberat. n. 178.* Guzm. *de evict. q. 35. n.* 38. Bertaz. *claus. 29. glos. 4. n. 2. ante fin.* ubi refert duas opiniones, unam eorum, qui tenent non habere regressum contra venditorem, quando agit nulla requisitione facta jurium competentium, quia non paratus ad judicium accessit, Alteram asserentium ei actionem dari, quando venditor bene instructus erat, & habebat instrumenta contra debitorem, sed propter exceptiones, quas habebat debitor, succubuit. Sed optimum consilium est venditorem requirere, & vide apud Bertaz. *ubi num. 2.* utrum suis expensis, vel auctoris nomine exigere debeat, & emptorem suis expensis; & cessionarium expensis cedentis exactionem facere debere, dicit.

Vendito nomine sine cessione actionis utilis 22
actio in emptorem transit. Ferrar. *in prax. Papin. in form. libell. in caus. vendit. verb. cessit, & mandavit. num.* 4. ubi ponit regulam in contrarium, scilicet quòd actio utilis sine cessione non transit in contractibus nominatis, quam in hoc casu limitare dicit. Trentacin. *variar.* de eadem regula agens limitat etiam in emptore. *lib. 2. tit. de solut. resol. 13. n. 8. vers. 1. declaratur.* Cancer. *lib. 7. var. c. 1. n. 32.* ubi ait quòd transit in emptorem actio directa nomine cedentis, & utilis ex ipso contractu, etiam
contra fidejussores. Rodr. *ubi supr. n. 6.* Mantic. *lib. 4.* 23
tit. 13. num. 3. Parlad. *in sesq. differ. 37. §. 1. n. 3. & 4.* Surd. *decis. 265. n. 34.* Barbos. *in l. æstimatis, 51. n. 8. ff. solut. matr.* aliud enim est, si fundus, aut prædium, quod est penes tertium possessorem, ad quod competit actio, vendatur, aut donetur; quia eo casu non transfertur utilis actio, nec emptor agere potest, nisi sibi cedatur actio, ut cum Bal. Alex. & aliis tradit. Parl. *n. fin.* Ferrarien. *ubi sup.*

Et notandum est, quòd si cessio actionis fiat ex 24
titulo venditionis, potentiori fieri non potest, si in judicium sit deducta, quia res est litigiosa, & adest fraudis præsumptio. *l. ult. C. de litigios.* Glos. *in c. Ecclesia, ut lite pendente,* & vide Cuiac. *lib. 8. observat. c. 31.* Cancer. *var. lib. 1. c. 13. num. 38.* Menoch. *præs. 129.* & Addit. ad Glos. *8. l. 14. tit. 13.* & Gl. 7. *in fin. l. 15. tit. 14. iusr.* ubi latè legimus, quando cessio præsumatur esse simulata. Sed si actio in judicio non sit deducta, venditio valet. *l. nominis venditor, C. de hæred. vendit. l. pen. C. mandat.* Mantic. *n. 15. ubi supr.*

Et de quæstione, an debitum personale minore 25
pretio, quàm sit ipsum debitum, emi possit? vide Peret. *in l. 2. tit. 23. lib. 2. ordin. vers. illud.* ubi ex aliis tradit, propter periculum, ad quod emptor se exponit, actionem jam ortam tempore contractus minori pretio emi posse. Soto. *de just. lib. 6. q. 12. art. 2. col. 4. vers. facti enim.* idem docuit, & eum sequuntur Fran. Gart. *de contract. c. 19. circa initium, sub num.* 1. Azor. *3. p. lib. 8. de empt. c. 10. q. 3. vers. cæterum.* Lopet. *de contract. lib. 1. c. 3. vers. igitur concluf.* Scacc. *de comer. §. 1. q. 1. à n. 131. & 430.* ubi alios adducit, & *in q. 7. §. 1. p. 2. ampliat. 10. à num. 75. vers. nomen autem,* tradit quod dicatur bonum nomen, & malum nomen debitoris, & quis dicatur idoneus, vel non idoneus debitor. Gutier. *canon. qq. lib. 1. c. 39. num* 33. *& civil. lib. 2. q. 173. num. 3.* Molin. *disp. 361.* Les. *lib. 2. c. 21. dub. 8. n. 65.* & quando est difficilis, & ambigua solutio propter periculum, & expensas, omnes conveniunt minori pretio debitum emi posse, & his cessantibus non licere. De censu securè collocato an possit emi 26
minori pretio Cancer. *var. libr. 2. c. 1. num. 153. vers. dubitatur etiam.* ubi pro minori pretio censum vendi posse resolvit. Felician, *lib. 2. c. 1. n. 43. & 2. tom. lib. 2. c. 9. num. 9.* Rodr. *de ann. redit. lib. 1. q. 8. per tot.* Avend. *c. 34.* Gutierr. *dict. lib. 2. q. 173.* qui omnes in censu securè collocato hujusmodi emptionem illicitam esse docent; in aliis verò, de quorum securitate dubium est, & qui sunt litigiosi, contrarium sentiunt, & in hoc casu emptionem non esse nullam, contra Covarr. & Mercad. cum Sarmiento, & Olano, & Salazar. docet Avend. *c. 36. n.* 22. & ad legitimam pretii quantitatem reducendam esse tradit, & vide adductos *in n. anteced.*

Et cum emitur minùs justo pretio, utrum id, quod deficit usque ad pretium legitimum, pertineat ad emptorem, vel venditorem, vel debitorem ipsius census, vide Addit. ad Glos. 7. *l.* 15. *tit.* 14. *hac p.*

Census eodem tempore creatus an possit vendi, variè sentiunt DD. Prima opinio est, esse illicitam venditionem. Sot. *de just. lib.* 6. *q.* 5. *art.* 1. Castren. *cons.* 290. *n.* 4. *vers. quinto fortius, post med. lib.* 1. Alciat. *cons.* 3. *n.* 9. & 18. *lib.* 1. Contrariam defendunt Natt. *cons.* 341. *n.* 1. Cagnol. *in repet. l.* 2. *n.* 50. *C. de pact. inter emp. & vend.* Menoch. *lib.* 4. *præsum.* 107. *n.* 1. Boccac. *de cens. p.* 2. *n.* 85. Eoller. *in prax. censual. vers. hujusmod. n.* 65. Afflict. *decis.* 80. *n.* 2. Cacher. *decis. Pedem.* 95. *n.* 3. Lud. Cens. *de cens. lib. p.* 2. *c.* 1. *q.* 1. *art.* 2. *n.* 18. Conrad. *de contract. q.* 79. *in* 8. *concl.* Lud. Lopet. *de contract. lib.* 1. *c.* 57. *vers. his præmiss.* Azor. *p.* 3. *lib.* 10. *c.* 4. *in fin.* ubi pro ea refert Gabr. Major. Sot. Medin. Astens. Angel Rosell. S. Anton. Silvest. & Rebell. *de oblig. just. lib.* 10. *q.* 2. *n.* 2. Les. *lib.* 2. *c.* 22. *dubit.* 3. Greg. Valen. *tom.* 3. *disp.* 5. *q.* 22. *de cens. punct.* 1.

27 Alia de cessione actionis, & ex quibus titulis valeat, vide in dicta Addit. Glos. 7. *per tot.* ubi multa hic conducibilia tradidimus.

28 Amplia 4. doctrinam hujus Glos. procedere etiam in venditione tacita, quæ fit quando res æstimatæ in dotem marito ab uxore dantur; nam tunc periculum interitus, & deteriorationis post factam æstimationem ad maritum pertinent, *l. cum dotem, C. de jure dotium, l. unica, §. cumque, in fin. C. de rei uxor. act.* Barbos. *in l. æstimatis,* 51. *num.* 5. *ff. solut. matrim.* & vide Addit. ad Gl. *fin. l. antec.* ubi de bonis dotalibus æstimatis, & quando empta videantur, late egimus, & de nominibus in dotem datis vide Bar. & alios, *ubi supr.* Alias ampliationes vide per Albertum Brun. *de diminut. & deterior. concluss.* 20. *à num.* 128. *usque ad num.* 163. ubi quindecim modis ampliat, & duobus, & viginti limitat, ad quem se remittit Duenn *ubi sup.*

29 Limita 1. si fundus venditus ante traditionem publicatus sit, nam tunc periculum ad venditorem spectat, *l. si fundus,* 33. *ff. locat. ibi, & si vendideris mihi fundum, isque priusquam vacuus traderetur publicatus fuerit, teneris ex empto.* Sed obstat *tex.*

30 *in l. Lucius Titius, ff. de evictio.* ubi publicatis bonis propter bellum periculum est emptoris. Huic difficultati respondit Pichard. *in §. si fugerit.* 4. *n.* 8. 9. & 10. *Inst. de empt.* dicens *text. in d. l. si fundus,* procedere, quando fundus fuit publicatus ex delicto venditoris, & tunc etiam post perfectam venditionem periculum ad venditorem spectare, & *tex. in d. l. Lucius,* quando publicatio non fit propter delictum, sed propter bellum.

31 Aliter respondit Fabr. *lib.* 2. *conjectur. juris, c.* 4. ubi dicit *text. in d. l. si fundus,* procedere, quando res non est omnino perempta, & in rerum natura esse desiit, sed quando ex causa aliqua extrinseca, ut quia fundus publicatus, vel servus furto subtractus non potest tradi, nec venditor actiones cedere, quia res, quæ furto subtracta est, aliena erat, aut fundus publicatus, quo casu venditori res periit.

32 Limita 2. in venditione in scriptis celebrata, si res pereat antequam instrumentum conficiatur, de quo vide *l.* 6. *supr. hoc tit.* & ibi Addita.

33 Limita 3. in venditione rerum quæ ponderantur, vel mensurantur, vel degustantur, nam ante gustationem, ponderationem, aut mensurationem, ad venditorem spectat. Vide *l.* 24. & 25. *infr.* & ibi Addita.

Limita 4. in venditione conditionali. Vide *l.* 26. 34

Limita 5. si venditor fuit in mora rei tradendæ, vide *l.* 26. 35

Limita 6. nisi ex vitio præterito damnum in re vendita datum sit. *l. ult. C. de pericul. & commod. rei vend.* Trigon. *singul.* 110. Boer. *decis.* 323. *num.* 12. Joseph. Lud. *decis. Perus.* 118. *q. fin. part.* 2. qui tenent, quòd si equus esset mortuus intra triduum, quòd pereat venditori, quia præsumitur mortuus ex morbo, quem tempore venditionis habebat, sed hoc sustineri poterit, si aliqua signa morbi præcedentis appareant. Trigon. *ubi supr.* Joann. Andr. *tit. de empt. in addit. ad Specul. num.* 44. *vers. de illo, qui vendidit.* Cancer. *var. libr.* 2. *c.* 1. *num.* 177. 36

Limita 7. nisi venditor sciens vinum non duraturum usque ad diem, quo tolli ab emptore debebat, eum non admonuit, nam tunc tenebitur ei, quanti ejus interesset admonitum fuisse, *l. si vina* 15. *de pericul. & comm. rei vend.* Alber. Brun. *de diminut. & deterior. concl.* 6. *numer.* 161. *in vol.* 17. DD. 37

Limita 8. nisi dolo venditoris damnum contigerit, & res vendita deterior fiat. *l. dolum. C. de tit.* §. *cum autem* ibi. *quidquid enim sine dolo, & §. quod si fugerit. 4. Instit. de empt. & vend. l. si per emptorem* 9. *ubi nisi quod dolo malo venditoris interemptum est. ff. de pericul. & comm. rei vend. d. l. si vina.* Pichard. *in d. §. si fugerit. n.* 1. & DD. *in d. locis.* 38

Limita 9. si culpa, vel negligentia venditoris intervenerit. *d.* §. *cum autem, & l. venditor. ff. eod. d. l. si vina, in fine l. eum qui in prin. ff. de furtis.* Pichard. *ubi sup.* Morl. *in empor.* 1. *p. tit.* 9. *in præmiss. n.* 107. & vide Add. ad Glos. 7. *infra.* Peret. *in l.* 1. *tit.* 7. *lib.* 5. *ord. pag.* 188. *col.* 2. *vers. quando tamen culpa, & negligentia venditoris,* Gomez. 2. *tom. var. c.* 2. *n.* 33. *in prin.* 39

Limita 10. in contractibus innominatis, in quibus si ante traditionem res pereat, periculo venditis periit. *l. dedi tibi pecuniam fin. ff. de condit. causa data.* vide Jos. Lud. *c.* 15. *Miscellan. circa fin. vers.* 1. *casu aut res nulla est secuta.* Mendoz. *libr.* 3. *de pactis, c.* 2. *n.* 12. Fab. *lib.* 6. *conject. jur. c.* 10. *col.* 2. ubi latè explicat. Morl. *d. tit.* 9. *numer.* 104. alia vide apud Glos. *verb. statim, in §. cum autem, instit. de empt.* & DD. *ibi,* & Albertum Brun. *ubi supr. num.* 144. 40

SUMMARIUM.

1 *Periculum peremptionis, seu deteriorationis rei pertinet ad emptorem, si absque culpa venditoris interveniat.*

2 *Venditor non tenetur de incendio, nisi sua culpa, aut negligentia fuerit incensum.*

3 *Venditor de dolo, lata, & levi culpa tenetur, si custodiam promiserit de levissima* 4.

5 *Commodum rei venditæ ad emptorem pertinet post perfectam emptionem.*

ADDIT. GLOSS. V. VI. VII.

AD Gl. 5. Nota quòd mortua, vel deteriorata re vendita absque culpa venditoris emptor tenetur ad pretium, licèt rem venditor ei non tradat. *text. & Gl. tit. fi. C. de peric. & comm. rei vend.* ibique communiter DD. *text. in l. si emptione. §. si emptio,* 1

ff. de contrab. empt. l. Latius, ff. de evict. §. cum autem Instit. de emp. Gomez. 2. *tom. var. c. 2. num.* 32. *vers. si vero.* Peret. *in l.* 1. *titul.* 7. *lib.* 5. *ordin. pag.* 188. *vers. nam quando,* & est ratio, quia venditor est debitor speciei, & perempta specie debitor liberatur. Gomez. *ubi supr.* Morl. *tit. 9. in præm. n.* 103. & vide Addit. ad Glos. *6. l. 9. tit. 2. supr. hac part.* & ad Glos. 1. *l.* 18. *tit.* 11. *infra.*

a Ad Glos. 6. Nota quòd licet incendium non possit contingere sine culpa. *ex l.* 3. *§. plerumque ff. de offic. præf. vigil.* & culpa inhabitantium evenire præsumatur, de quo in Addit. ad Glos. 3. *l.* 3. *tit.* 2. & ad Gl. 4. *l.* 8. *titul.* 8. *infra.* non tamen ex hoc sequitur, venditorem in culpa fuisse, nisi probetur. Adde *l. si vendita insula.* 11. ibi *respondit, quia sine patris familias culpa fieri potest, nec servorum negligentia factum esset, continuò Dominus in culpa erit, ff. de peric. & comm. rei vend.* Pichard. *in* §. *quod si fugerit.* 4. *n.* 13. *Instit. de emptior. & vend.*

3 Venditor enim de dolo lata culpa, & levi tenetur, non de levissima, *l. Julianus, §. his, l. si servus* 94. *vers. quod si ff. de act. & emp.* Pichard. *ubi prox. n.* 12.

4 Limita quandò venditor custodiam promisit, nam tunc de levissima tenetur, *ex text. in l. custodiam, ff. de pericul. & comm. rei vend. l. quod sæpe: §. si res vendita, ff. de contrab. empt.* ubi Jurisconsultus inquit, venditorem de levi culpa teneri, nisi de custodia rei inter eos conventum sit, *d. §. quod si fugerit.* ubi Pichard. *in c.* 2. hæc procedere inquit quando venditor custodiam in se suscepit rerum, quæ in pondere, numero, vel mensura constant.

5 Ad Glos. 7. Nota commodum rei venditæ ad emptorem spectare post perfectam venditionem. Vide Add. ad Glos. 1. & 2. *supr.* & Adde, *l. secundum naturam est, ff. de reg. juris, & c. qui sentit onus. de reg. jur. in* 6. *l.* 1. *ff. de institutor. l. insulam, §. usuras, ff. solut. matrim. l. quoties, ff. mandat.* Hypolit. *in l. Paulum, ff. ad leg. Falcid. l. quoties, ff. ad Trebel.* Glos. *in c. si Episc.* 6. *in verb. debebit. litt. I. de offic. ordinar.* nam commodi debet æqualis esse determinatio, & absurdum non modicum esset, quòd unus commoda, alius onera sustineret. *l. is, qui in potestate. §. fin. ff. de leg. præstan.* & ibi lucrum collocari debet, ubi periculum est, *l. fin. §. pen. C. de furt. l. si is qui, §.* 1. *ff. commod.* & congruit rationi, quòd in onere succedat, qui fuit in honore substituturus, *cap. rationi de reg. juris, in* 6. & plura similia tradunt Joan. Andr. & Dyn. *in d. cap. qui sentit.* Dec. & Cagnol. *in d. l. secundum naturam.* Marsil. *singul.* 264. Surd. *cons.* 150. *n.* 11. & 12. Menoch. *consil.* 34. *n.* 7. *lib.* 1. Amatis *decis. Ferrar.* 22. *num.* 1. & 1. Sylva, *respons. in* 3. *p.* 7. *resp. libr.* 1. *n.* 3. & 12. ubi declarat hanc regulam procedere, quando est circa eandem rem; secùs verò circa diversas, & diversis respectibus, ut *in c. cum capella, juncta* Gl. *ibi, de privileg.* ubi Innoc. & Abb. & cæteri scribentes. Molin. *disp.* 366. *col.* 70. *vers. sicut autem periculum.*

SUMMARIUM.

1 *Traditio rei non requiritur ad perficiendam emptionem, & quoad commodum, & periculum rei venditæ.*
2 *Gabella debetur ante rei traditionem.*
3 *Retractui jure sanguinis est locus ante rei traditionem.*
4 *Dominium rei ex contractu venditionis ut transferatur, traditio requiritur.*
5 *Volens probare dominium ex causa emptionis, titulum emptionis cum pretii numeratione, & vacuæ possessionis traditione probare debet.*
6 *Casus, in quibus dominium absque traditione transferatur, remissivè.*
7 *Re tradita verè, vel fictè periculum rei ad emptorem pertinet.*
8 *Per appositionem signi, vel sigillationem dominium in emptorem transfertur.*
9 *Declaratur, si signum apponatur ab emptore præsente venditore, & tacente.*
10 *Item jam emptione perfecta, secus si ante ejus perfectionem.*
11 *Traditio dolii vini per signi appositionem facta non censetur.*
12 *Alii actus ficti, ex quibus dominium transfertur, remissivè.*

ADDIT. GLOSS. VIII.

AD Glos. 8. Nota 1. quòd non requiritur traditio rei ad perfectionem emptionis quoad commodum, vel periculum rei venditæ. Adde *l. seq. & Addit.* ad Gl. 3. *supr.* Gomez. 2. *tom. var. c. 2. n.* 32. *vers. si vero res.* Lasart. *de decim. vend. c.* 3. *num.* 6. Matienz. *in l.* 7. *tit.* 11. *recomp. glos.* 6. *n.* 10. ubi tradit, quòd quadrupliciter dicitur emptionem esse perfectam: Primò ratione existentiæ: Secundò quoad actionem, & obligationem producendam. Tertiò ratione substantiæ. Quartò ratione effectus, & executionis, & per traditionem ultimam perfectionem recipit. Gutierr. *de gabell. q.* 7. *à n.* 16. 1

Amplia 1. etiam quoad gabellam venditionem esse perfectam ante rei traditionem, ut latè comprobant Lasart. & Gutierr. *ubi supr.* unde gabellarii poterunt eam exigere, statim ut de pretio, & re inter se contrahentes conveniunt non expectata traditione. 2

Amplia 2. etiam quoad retractum sanguinis à die conventionis novem dies currere, & non à die traditionis. Matienz. *à d. n.* 10. Gutierr. *n.* 23. *ubi supr. & lib.* 2. *q.* 152. *per. tot.* Molin. *disput.* 337. *col.* 503. *vers. ex eadem definit.* 3

Nota 2. quoad translationem dominii ex contractu venditionis traditionem requiri, & Adde *l. si ager. ff. de rei vendic.* ubi est tex. expressus, *l. quoties C. de rei vendicat. §. per traditionem. Instit. de rerum divis. §. quod si fugerit, vers. utique tamen Instit. de empt. & vend.* Covarr. *lib.* 2. *c.* 19. *n.* 1. Gomez. 2. *tom. var. c.* 2. *n.* 20. & Addit. ad Gl. 3. *l.* 7. *tit.* 4. *sup. hac par. in* 2. *notab.* Sotum. *de just. lib.* 7. *q.* 2. *art.* 5. *vers. contra hanc autem scribens.* Felician. *de censib. 1. tom. c.* 2. *n.* 13. *& c.* 6. *n.* 8. ubi contra Mendoz. *de pact. lib.* 3. *c.* 2. *n.* 12. *vers. novam igitur.* qui dominium in contractibus nominatis absque traditione transire docuerat hanc, doctrinam multis auctoritatibus, & rationibus exornat. Pichard. *in §. usque tamen.* 5. *num.* 6. *Instit. de empt. & vend.* ubi Mendoz. etiam impugnat. 4

Unde qui vult probare dominium ex causa emptionis, titulum emptionis cum pretii numeratione probare debet, & vacuæ possessionis traditionem. Menchac. *contr. usuf. lib.* 3. *cap.* 50. *num.* 1. Mascar. *concl.* 538. quem vide, & ultra titulum emptionis, & probationem traditionis, jus, & dominium venditoris probare tenetur, quando est quæstio inter emptorem, & tertium; secus verò si cum venditore, vel ejus hærede agat. *l. quæ nondum. §. quod dicitur. ff. de pignoribus l. cum res C. quæ res pig. oblig. pos.* Castrens. *cons.* 406. *satisfaciendo* 5

col. 2. *libr.* 1. & 130. *libellus, ad medium, col.* 2. *vol.* 2. Alexand. *conf.* 92. *perſpectis, in prin. lib.* 11. & *ibi* Addition. Tuſch. *verb. dominium, concl.* 611. *n.* 21. & 26. Cravet. *conſ.* 57. *n.* 4. & 124. *n.* 12. Pereir. *de empt. & vend. c.* 21. *num.* 24. *verſ. & proinde*, titulus enim ſolus non probat dominium, ſed producit jus aliquid accipiendi, aut conſequendi, ut cum Corn. *Conſ.* 333. *verſ. quia non reperio. lib.* 1. & 16. *verſ. ſolus autem titul. vol.* 2. Cravet. *n.* 3. tradit Pereir. *ubi ſup.*

6 Caſus verò, in quibus hæc doctrina fallit, & dominium abſque traditione transfertur, & quid ſit dominium, vide in *d.* Addit. Glos. 3. *l.* 7. *tit.* 4. *ſup.*

7 Nota 3. tradita re verè, vel fictè periculum rei venditæ ad emptorem ſpectare. Et Adde Gomez. 2. *tom. var. c.* 2. *n.* 22. *verſ. ſi vero talis res.* Peret. *in l.* 1. *tit.* 7. *lib.* 5. *ordin. pag.* 188. *col.* 2. *verſ. item etiam.* Scacca. *de comerc. §.* 1. *q.* 1. *n.* 490. *circa fin.* ubi docuit periculum rei traditæ ſpectare ad eum, qui rem recepit pro pecunia, quam dat; nam ſi vult pretium petere, debet rem reſtituere, Molin. *diſp.* 366. *in prin.* & faciunt tradita per Gomez. *in d. c.* 2. *num.* 20. *verſ.* 4. *principaliter extende.* Mantic. *lib.* 4. *tit.* 17. *num.* 6.

8 Nota 4. appoſitionem ſigni in re vendita factam per emptorem in trabibus, vel pecoribus, vel aliis rebus habere vim traditionis. Adde Boer. *deciſ.* 105. *n.* 8. Afflict. 23. *n.* 3. & 4. Gomez. *l.* 35. *Taur. n.* 76. Peret. *in d. l.* 1. *verſ. & cenſetur res tradita per ſigni appoſitionem.* Maſcard. *concl.* 91. *n.* 3. & 160. *num.* 2. & 3. Gratian. *diſcept.* 3. *tom. c.* 500. *n.* 5. ubi alios plures laudat. Moz. *de contract. tit. de empt. & vend. c. de natur. empt. n.* 34. *verſ. ſimiliter.* Brun. à Sole. *in loc. comm. verb. dominium, num.* 8.

9 Declara 1. procedere, ſi ſignum apponatur ab emptore coram venditore ipſo præſente, & tacente, ac non contradicente, aliàs non debet operari translationem dominii, quaſi potius ſit appoſitum, ut res cognoſcatur. Bal. & Salyc. *in l. fin. C. de peric. & eorum, rei vend.* Strach. *de mercatur.* 2. *p. num.* 90. Maſcard. *concl.* 152. *num.* 14. Peret. & Grat. *num.* 20. & 38. *ubi ſupr.*

10 Declara 2. ſi ſignum apponatur emptioni contractu jam perfecto, ſecùs verò ſi ante ejus perfectionem. Bal. *in rub. C. de peric. rei vend.* Salyc. *in l. fin. C. eod.* Jaſ. *in l. quoties, num.* 18. *verſ. ſextò principaliter limita* Boer. *num.* 10. *verſ. ſecus vero. ubi ſup.*

11 Limita in dolio vini, quia traditio facta non videtur, licet ſignatum fuerit, ex Glos. *hic*, cui Adde *l.* 1. *§. ſi dolium. ff. de peric. & comm. rei vend.* ubi juriſconſultus reddit rationem. Roman. *ſing.* 285. *n.* 1. Boer. *d. deciſ.* 105. *num.* 50. Peret. *d. pag.* 188. *verſ. intellige tamen.* ubi rationem differentiæ inter appoſitionem ſigni in trabe, & in dolio tradit, Maſcard. *concl.* 160. *n.* 4. Gratian. *d. c.* 500. *n.* 11. ubi alios plures adducit, & *c.* 549. *n.* 18. & 19.

Alios actus fictos, quibus dominium, & poſſeſſio transfertur, vide apud Covarr. *lib.* 3. *var. c.* 16. *à n.* 7. Gomez. *in l.* 45. *Taur. à n.* 45. ubi latiùs, & melius quàm alii de hac materia agit, & Addita ad Glos. 1. *l.* 3. *tit.* 4. *ſupr. hac part.*

SUMMARIUM.

1 *Ea, quæ per alluvionem fundo accedunt, perfecta emptione ad emptorem pertinent.*
2 *Si poſt perfectam emptionem res vendita per alluvionem perierit, perit periculo emptoris.*
3 *Si venditio fiat cum pacto retrovendendi, ſi quid per alluvionem fundo acceſſerit, utrum augmentum cum ipſa re reſtituenda ſit retrahenti?*
4 *Qui agunt de materia alluvionis, remiſſivè.*
5 *Mutatio, quæ contigit in re poſt perfectam emptionem, an cedat lucro emptoris, & de interpretatione.* l. Rutilia Pola. ff. de contrahend. empt.
6 *Augmentum pretii, quod poſt perfectam emptionem evenit, ad emptorem ſpectat.*

ADDIT. GLOSS. IX.

AD Glos. 9. Nota 1. ea, quæ per alluvionem fundo accedunt, poſt perfectam venditionem ad emptorem ſpectare. Adde *l. ex mille. de evict. §. ſed. ſi poſt inſt. de empt. & vendit. l. Julianus, §. ſi Titius, ff. de act. empt. & vend.* ubi quod alluvione ante traditionem venditore ignorante ad rem acceſſit, ad quantitatem venditam implendam prodeſt; ſecus ſi ſcienter, de cujus textus interpretatione vide Covarr. *pract. c.* 3. *n.* 9. & ultra DD. *in d. locis*, Adde Fabian. à Monte, *de empt. q.* 6. *princip. n.* 18. *in fin.* 1

Et, ſi alluvione res vendita poſt perfectam emptionem perierit, periculo emptoris periit, ut contra Barboſ. probat Covarr. *ubi ſupr. verſ. decimoquinto*, ſed quid, ſi venditio fiat cum pacto redimendi, & interim per alluvionem rei venditæ aliquid acceſſerit, utrum incrementum cum ipſa re ſit venditori reſtituendum, vel cedat lucro emptoris? Vide Addit. ad Glos. 7. *in fin. legis*, 42. *infra hoc tit.* 2 3

De iſta materia alluvionis Vide Bart. & Tiberaidis Benincaſium, *in tract. de alluvionib.* Baptiſt. & Aymon. *eodem. tract.* Cæpol. *de ſervit. ruſtic. præd. cap.* 35. *de alluvion.* Maſcard. *de probat. concl.* 321. Garcia. *de expenſ. & melior. c.* 22. *à n.* 36. & *l.* 26. *cum ſeq. tit.* 28. *p.* 3. & ibi vide Addit. Tuſch. *lit. A. concl.* 321. Mutatio verò, quæ contingit in contractu emptionis, & venditionis poſt jus quæſitum, non cedit lucro emptoris, de quo eſt caſus ſingularis *in l. Rutilia Pola, ff. de contrab. empt.* Alexand. *conſ.* 25. *an.* 3. *lib.* 7. Tuſch. *num.* 21. *ubi ſup.* Mieres, *de major.* 1. *p. q.* 10. *n.* 39. *in novis*, ubi explicat, & alios adducit. 4 5

Nota 2. augmentum pretii, quod poſt venditionem perfectam evenit, ad emptorem ſpectare. Et Adde *l. ſequent. in fin.* & *ibi* Glos. Garcia. *de expenſ. & melior. c.* 22. *n.* 20. 6

LEX XXIV.

SUMMARIUM.

1 *Periculum earum rerum, quæ in numero, pondere, vel menſura conſiſtunt, ante deguſtationem, ponderationem, & menſurationem ad venditorem ſpectat.*
2 *Declaratur procedere, quando venditio fit in genere ſubalterno, nam ſi in generaliſſimo nulla cadere poſſet dubitatio.*
3 *Periculum fundi venditi antequam menſuretur, pertinet ad venditorem.*
4 *Periculum rei, ſi ante menſurationem, ſeu ponderationem tradatur, ad emptorem pertinet.*
5 *Limitatur in traditione ficta.*

ADDIT. GLOS. I.

1 AD Glos. 1. Nota ex text. limitationem ad regulam, de qua in Glos. *l. anteced.* scilicet periculum earum rerum, quæ in numero, pondere, & mensura consistunt, ante degustationem, numerationem, ponderationem, & mensurationem ad venditorem, & non ad emptorem spectare Adde, *l. quod sæpe, 25. §. in illis, ff. de contrab. emption.* Gomez. *2. tom. variar. cap. 2. num. 3. vers. prædicta tamen intellige.* Afflict. *decis. 280. num. 2.* & *ibi* Ursil. *num. 1. & 2.* ubi contra Alexand. *cons. 90. vol. 5.* defendit hanc venditionem perfectam esse, nisi quoad periculum, & in *decis. 399. num. 3. & 4.* & ibi, Ursil. *n. 1.* Marc. *dec. 58. p. 2.* Covar. *pract. qq. c. 3. n. 6.* Surd. *consil. 38. n. 12.* Gratian. *disc. c. 549. n. 14.* Mozz. *de contract. tit. de empt. & vend. c. de accident. empt. & vend. n. 24.* Barbos. *in l. si mora. 10. n. 13. in 2. part. ff. sol. matr.* Molin. *disp. 366. vers. dicendum deinde, col. 695.* Morl. *in empor. tit. 9. de contrab. empt. in præm. num. 106. in fin.* Ricc. *collect. decis. collect. 1068. in fin.* Et est ratio, quia contractus dicitur imperfectus, donec facta sit mensura, ut diximus *in dict. glos. num. 2.* Capic. *decis. 14. num. 6. & 7.* Boër. *decis. 180. num. 8.* Surd. *decis. 64 num. 13.* & est conditionalis, si fiat mensura, *dict. §. in bis.* Bart. *in l. Julianus, §. si Titius, ff. de act. empt.* Socin. *cons. 26. col. fin. vers. postremo, vol. 3.* Afflict. *decis. 99. num. 4.* Covarr. *dict. num. 6.* Menoch. *cons. 26. num. 29. lib. 1.* Surd. *366. num. 20.* Rota Rom. *decis. 132. num. 2. part. 1. novissim.* Molin. *ubi sup. vers. cujus rei,* Gutierr. *de gabell. quæst. 17. in fin.* Mantic. *de tacit. convent. lib. 4. tit. 17. num. 2.* Tusch. *litt. V. concl. 49. num. 1.* Stanl. Pacific. *in tit. de Salviano, interdic. inspect. 3. cap. 3. num. 50.*

2 Intellige ex Glos. *hic, nostrum* text. & prædictam limitationem, cùm venditio fit in genere subalterno, ut puta si vendantur tot amphoræ vini ex aliquo loco destinato, vel ex eo, quod collectum fuit tali anno. Adde Gomez. *dict. tom. 2. num. 32. vers. præterea.* Moz. *ubi sup.* Molin. *dict. disp. 366. vers. ante traditionem,* non vero de genere generalissimo, quia de ipso text. *hic.* non loquitur, cum genus perire non possit, unde in his promissionibus non cadit quæstio de periculo rei venditæ Glos. *hic,* Gomez. Mozz. Molin. *in vers. hoc ita constituto, in fin. ubi sup.* & Addita ad Glos. *2. l. 18. tit. 11. hac part.*

3 Amplia nempè ea, quæ dicta sunt de venditione facta ad pondus, numerum, vel mensuram, procedere in rebus immobilibus, quandò ad mensuram venduntur; nam, si antequam fundus venditus mensuretur, alluvione pereat, periculo, venditoris periit, *l. si in venditione 10. §. 1. ff. de pericul. & comm. rei vend. l. Julianus, §. Titius,* & *ibi* Alexan, *in addit. ad* Bartol *ff. de act. emp.* Boër. *decis. 183. n. 8.* Covarr. *dict. cap. 3. num. 6.* Capic. *decis. 14. num. 7.* ubi alios adducunt. Lasarte, *de decim. vendit. cap. 5. 28.* Mantic. *de tacit. convent. lib. 4. tit. 17. n. 2.*

4 Limita 1. nisi antè ponderationem, mensurationem, vel numerationem res tradatur, nam postquam res est tradita, periculum est emptoris, *l. 2. C. de peric. & comm. rei vend.* & *ibi* Angel. & Castr. Deci. *cons. 178.* Covarr. *pract. dict. cap. 3. num. 6. vers. quæ quidem.* ubi hanc opinionem utilem, & insignem, & menti multum commendandam dicit, etsi Curtius Junior, quem ipse *ibi* refert, contrarium teneat, & pro sua opinione subtiliter *d. l. 2.* inducit. Paris. *cons. 59. n. 20. lib. 1.* Felician. *de censib. 2. tom. lib. 2. c. 1. n. 16.* Gutierr. *pract. lib. 3. quæst. 94. n. 16.* Gratian. *discep. forens. 2. tom. 6. 368. n. 27. & 280.* Mantic. *de tacit. convent. lib. 4. tit. 17. num. 6.* quia ex hujusmodi traditione dominium transfertur in emptorem, ut docent Dec. *ubi sup.* Cæphal. *cons. 943. n. 7. vol. 5.* Pacif. *in d. tract. de Salvi. interdic. inspect. 3. cap. 3 num. 51.* Lasart. *cap. 5. n. 4. ubi sup.* etsi aliud teneant Azeved. *in l. 1. tit. 17. lib. 9. recomp. n. 140.* Roland. *consil. 7. num. 14. vol. 3.* & Socin. *26. col. fin. glos. 1.* quorum opinio intelligenda est de dominio pleno irrevocabili.

Sublimita hanc limitationem in traditione ficta, 5
quia ex ea non transfertur dominium in emptorem, nec periculum. Covarr. Paris. *num. 22.* ubi de communi testatur, Gutierr. *n. 17.* Gratian. *n. 28.* Mantic. *num. 3. & 4. ubi sup.* Capi. *decis. 14. n. 8.* Tusch. *litt. V. conclus. 49. n. 30.* Ursil. *ad Afflict. decis. 380. n. 3.* quem vide & Addit. ad Glos. *seq. n. 5.*

SUMMARIUM.

1 *Periculum rei venditæ post degustationem ad emptorem pertinere.*

2 *Si venditio fiat ad mensuram, & degustationem, an sufficiat, quòd degustetur, seu mensuretur, ut periculum in emptorem transeat.*

3 *Si ante contractum res esset jam degustata, ante mensurationem periculum est venditoris.*

4 *Si venditio fiat ad corpus, statim periculum est emptoris.*

5 *Cognoscere, an venditio sit facta ad mensuram, seu ad pondus, multum interest.*

6 *Traditione facta per constitutum, si ad corpus venditio fiat, periculum est emptoris, secus si fiat ad mensuram.*

7 *Si res fuit vendita ad corpus, & per constitutum tradita emptori, si postea secundo sit vendita, ipsi præfertur; secus si ad mensuram.*

8 *Gabella debetur gabellario, qui erat tempore contractus, non vero tempore mensurationis.*

9 *Contra emptorem ingredientem in possessionem ante mensurationem competit venditori remedium reintegrandæ, quia ingressus est illicitus, secus autem si venditio fiat ad corpus.*

10 *Venditio quando fit ad corpus, tota terra sita intra confines, etiam si quantitas jugerorum major sit, censetur vendita; si vero venditio fiat ad mensuram, non plus habebit emptor, quàm mensuræ quantitatem.*

11 *Emptor non tenetur pretium augere pro quantitate majori, quæ in venditione ad corpus, quàm fuerit dictum, reperitur, & quid quando adsit læsio?*

12 *Pretium debet augeri, quando distributum est in singula jugera, etsi venditio sit facta ad corpus.*

13 *Idem procedit in permutatione.*

14 *Si minor quantitas jugerorum reperiatur in venditione ad corpus, non debet pretium diminui emptori.*

15 *Contrarium sequitur, tam respectu suplementi pretii, quando in fundo major quantitas jugerorum reperitur, quàm respectu diminutionis pretii, quando minor quantitas reperitur, & num. 15.*

16 *In venditione duorum prædiorum ad corpus si in uno supersit mensura, quæ in alio deficit, fit compensatio.*

17 *Quando de partium voluntate constat, quando voluerint vendere ad corpus, seu ad mensuram, cessant omnes conjecturæ.*

18 *Venditio dicitur facta ad mensuram, quando contrahentes*

contrahentes incipiunt à mensura, & idem procedit in ultimis voluntatibus.

19 *Item, quando in singulis jugeris pretium constituitur.*

20 *Item, quando totus fundus non est venditus; sed aliqua ejus jugera.*

21 *Mensura à quo latere debeat fieri, an emptoris, seu venditoris sit electio?*

22 *Venditio ad corpus celebratur, si venditur fundus unico pretio limitibus suis declaratis.*

23 *Quando venditio incipit à corpore, & illico mensuræ modus subjicitur, censetur venditio facta ad mensuram, & non ad corpus. Contrarium, num. 24.*

25 *Venditio fundi Tusculani decem jugerorum, an dicatur facta ad corpus.*

27 *Venditio vini, quod est in tali vegete ad rationem decem solidorum pro qualibet salma, dicitur facta ad corpus. Contrarium, n. 28.*

29 *Venditio omnium vinorum, & quæ continentur in fundo ad rationem unius aurei pro quolibet jugero, an venditio censeatur facta ad corpus? an vero ad mensuram?*

30 *Ex pretii quantitate colligitur etiam, an venditio sit facta ad corpus, an vero ad mensuram, & quid, & quantum in venditione sit comprehensum.*

31 *Dictio,* quantacumque, *apposita in venditione denotat omnia esse comprehensa in venditione, & esse factam ad corpus.*

Idem dicitur in dictione, quibuscumque.

32 *Dictio,* in circa, *quantum importet.*

33 *Venditio fundi de tali arbore usque ad talem, an videatur vendita arbor, seu locus, & quando dictio,* usque, *sumatur inclusivè, seu exclusivè, & dictiones, seu propositiones* in, ad, à, & ab, *quando sumantur inclusivè, aut exclusivè.*

34 *Venditio semper interpretanda est contra emptorem, nisi pactum ab emptore apponatur.*

35 *Dictio* juxta, *assignat confines.*

Dictio, intra, *an comprehendat extrema.*

36 *Venditor an teneatur de evictione, si vendat fundum certis finibus destinatum centum jugerorum, si aliquid evincatur ex comprehensis intra confines, licet retineant centum jugera.*

37 *Consideratio modici defectus non habetur in venditione ad corpus, secus si fiat ad mensuram.*

38 *Modica læsio in quantitate. & qualitate non toleratur, licet aliud sit in pretio.*

39 *Alia venditione facta ad corpus.*

40 *Venditio cum sit ad mensuram seu pondus, non est facienda mensura secundum mensuram loci contractus, sed secundam mensuram loci, ubi res sita est.*

Contrarium, & concordia, 41. *&* 42.

43 *Statera, & mensuræ totius Regni Hispaniæ sunt ejusdem æqualitatis: mensura vero terrarum solet esse diversa.*

44 *Mensura, quæ venit ex dispositione legis, seu ex conventione hominis, qualiter fiat, an per terram recto tramite, an per vias frequentatas, an per aërem recto tramite, & exemplificatur.*

45 *Distantia loci, quando cognoscitur ex vulgi opinione, non est locus mensurationi, nisi de alia vulgi opiniore contraria crescet.*

46 *Mensuram, quis ex contrahentibus debeat habere an venditor, seu emptor.*

47 *Expensas mensurationis, quis teneatur solvere.*

48 *Ripæ fluminis privatis an sint mensurandæ, & quæ dicantur ripæ?*

49 *Fossæ an debeant mensurari?*

50 *Via privata an sit mensuranda, & quid de via publica?*

51 *Mensura intra quod tempus fieri debeat.*

52 *Mensurationis recisio intra quod tempus peti possit.*

53 *Agrimensorum declaratio an transeat in rem judicatam?*

64 *Mensor dicitur arbiter, & potest recipere salarium.*

55 *Ad cognoscendum an termini, seu confinia sint mutata quid sit considerandum? & an præsumatur mutatio terminorum seu confiniorum antiquorum? quid debeat animadvertere judex ad cognoscendos confines? & quo modo probentur confinia? & alia ad terminorum, seu confiniorum probationem pertinentia? remissivè.*

56 *De falsis mensuris, & de aliis quæstionibus circa materiam mensurandam, remissivè.*

57 *Mensura an sit facienda à muris civitatis, vel à continentibus ædificiis.*

ADDIT. GLOSS. II.

AD Gloss. 2. Nota 1. periculum rei venditæ, quæ potest, & solet degustari post degustationem, ad emptorem pertinere, quando venditio fuit ad corpus celebrata, sed sub illa conditione si gustum placeret. Adde Gomez. *2.tom.var.c.2. n.32. col.2.vers.unde etiam,* Moz. *de empt. & vend.cap.de accident. empt.n.27.* Afflict. *decis.359. n.10.* Molin. *disput.366. vers.inter res.* † Si vero venditio fiat ad mensuram sub eadem degustationis conditione, ex dispositione hujus legis satis est, quòd sub distinctione, vel gustetur, vel mensuretur, vel ponderetur. Gloss. *hic* Gomez. & Molin. *ubi sup.* 1 2

Limita, nisi in contractu, vel ante contractum res esset antea degustata, nec tunc ante mensurationem periculum est venditoris ex *sup.* allegatis. 3

Nota 2. ex Gloss. magni effectus esse cognoscere, quando venditio dicatur facta in specie, seu ad corpus, vel ad mensuram, & plures effectus resultare ex eo, quòd uno modo, aut alio fiat. † Primo enim si fiat ad corpus statim periculum est emptoris, ut *in l. anteced.* & *ibi* Addit. ad Gloss. 4. *& in l. seq.* sed si ad mensuram, donec mensuretur est venditoris, ut *hic.* † Secundo ut traditione facta etiam per constitutum periculum sit emptoris, si ad corpus venditio fiat, ut in Addit. Gloss. 8. *in 3. notab. l. anteced.* si vero venditio fiat ad mensuram periculum ad venditorem spectat, ut in Addit. ad Gloss. 1. *sup.* † Tertio efficit quòd primus emptor, cui res vendita fuit, & per constitutum tradita præferatur secundo, & ab eo exigi possit: quando vero venditio facta fuit ad mensuram usque ad mensurationem, seu ponderationem, non debetur nec potest exigi à secundo emptore. Parlad. *lib.1.rer.quotidian.cap.3.§.3. num.26.* Azeved. *in l.1.tit.17.lib.9.recomp.num.140* Gutier. *de gabell. quæst.18.num.11.12.& 13.* Molin. *disput.366.vers. quia ergo, ad fin. col.696.* † Mensuratione vero facta, ad Gabellarium qui erat tempore contractus, & non ad eum, qui est tempore mensurationis, gabella pertinet, ut tradunt *sup.* citati. 4 5 6 7 8

Item ingressus licitus in possessionem non datur 9

ante mensurationem, & contra talem ingredientem possessionem etiam stante scientia, & patientia debitoris competit remedium reintegrandæ; quod secus est in venditione facta ad corpus, quia tunc præsumitur habuisse possessionem ex titulo valido. Gratian. *discept. cap.* 318. *à n.* 1, ubi *per tot.* hanc quæstionem examinat. Alex. *consil.* 86. *lib.* 6. *n.* 3. *& seq.* Tusch. *lit. V. concl.* 49. *n.* 40. 41. *&* 42. ubi de hac quæstione agunt.

10 Item, quando venditio fuit facta ad corpus, tota terra sita intra confines fundi, etiamsi quantitas major sit, manet vendita, & mensura expressa, tunc non censetur limitativè, sed demonstrativè adjecta; si autem venditio fuerit ad mensuram, non plus habebit emptor, quàm mensuræ quantitatem, ut cum Bald. *in rubr. Cod. de contrab. empt. num.* 22. Afflict. *decis.* 68. Paris. *cons.* 64. *lib.* 1. Oldrad. Castrens. Socin. & aliis tradit Covarr. *practic. cap.* 3. *num.* 7. *vers.* 11. Capic. *decis.* 14. *n.* 3. Pinel. *in l.* 2. *C. de rescind. vend.* 3. *p. c.* 2. *n.* 7. ubi hanc receptissimam opinionem dicunt. Mantic. *de tacit. conv. lib.* 4. *tit.* 17. *n.* 18. Surd. *decis.* 64. *n.* 7. *&* 257. *n.* 2. ubi alios refert, *& cons.* 366. *n.* 2. Gratian. *discept. c.* 566. *num.* 8.

11 Et emptor non tenetur pretium augere pro quantitate majori, quæ in venditione ad corpus, quàm fuerit dictum, reperitur, quia quidquid est intra fides, ejus commodo cedit, ubi pretium fundi venditi unicum fuit. *l. si venditor hominis, in pr. ff. de act. empt. l. qui fundum, ff. de evict.* Covarr. *n.* 8. Mantic. *num.* 18. Afflict. *num.* 3. *ubi supr.* Surd. *d. decis.* 64. *n.* 14. ubi latè de hac quæstione agit, & alios adducit, & hanc receptissimam opinionem esse, alios plures laudans dixit Trentacinq. *var. lib.* 3. *tit. de empt. & vendit. resol.* 5. *n.* 6. *vers. hac conclusio*, Pinel. *ubi sup. vers. in quo addunt plurimi*, & sic est tenendum (licet ipse, ibi, *n.* 9. *vers. si mihi vero*, contrarium teneat, dicens tutius esse, quòd emptor suppleat pretium, si res notabiliter ma-
12 jor appareat) nisi læsio ultra dimidiam ex hoc resultaret, nam tunc ad rem, vel ad pretii supplementum pertinet, venditor agere poterit, ex *l.* 56. Si verò pretium fundi venditi ad corpus non sit unicum, sed distributum in singula jugera, ut in casu de quo *infr.* tunc totum corpus venit in venditione, etiamsi excedat mensuram enuntiatam, emptor tamen cogetur supplere pretium, *l. qui fundum, §. qui agrum, ff. de contrab. empt.* Castrens. Salycet. Socin. Junior. Fab. de Mont. Anton. Burgens. Carol. Ruin. quos refert, & sequitur Covarr. *ubi supr.* Gomez. 2. *tom. var. cap.* 2. *n.* 16. *vers. si vero*, Surd. *decis.* 257. *n.* 5. *&* *decis.* 64. *n.* 12.

13 Et idem est in permutatione, si prædia æstimata ad mensuram sint data, nam illud quod excedit non potest peti, sed æstimatio, ut latè tradit, Surd. *d. decis.* 257.

14 Si minor rei quantitas appareat in venditione ad corpus, non debet emptori pretium minui, nec rei supplementum fieri, secùs vero in venditione ad mensuram. Socin. Jun. *cons.* 42. *n.* 19. *lib.* 2. ubi dicit, esse ad mensuram omnium DD. Fab. de Monte, *de empt. & vendit. q.* 6. *princip. num.* 19. Corn. *cons.* 59. *lib.* 4. *num.* 2. Cagnol. *in l.* 2. *C. de rescind. vend. n.* 179. 180. *&* 181. Boër. *decis.* 50. *n.* 6. Paris. *cons.* 64. *num.* 32. *lib.* 1. Gregor. Lopez. *in l.* 56. *tit.* 18. *part.* 3. ubi vide Addit. ad Glos. 3. quos, & alios adducunt Pinel, *in d. cap.* 2. *num.* 8. Gomez. 2. *tom. var. cap.* 2. *n.* 16.

15 Contrarium, scilicet quòd venditor supplere debeat pretium emptori, quando venditio fuit facta ad corpus, vel *in re simili*, vel in diminutione pretii, si minor rei quantitas reperiatur, docent Covarr. *d. cap.* 3. *num.* 7. *vers. undecimo*, ibi, *si vero minor*, ex text. *in l. si servum, §. si modus, ff. de act. empt. & in l. Julianus, §. si Titius, ff. eod.* quem elegantem, & insignem ad hujus dubii declarationem appellat, *l. si duorum, ff. de act. empt.* Capic. *decis.* 14. *num.* 3. Surd. *decis.* 64. *num.* 15. *cum* 3. *sequent.* ubi pro hac opinione quatuor rationes affert, & contrariis satisfacit. Fachin. *controv. jur. lib.* 2. *cap.* 27. ubi duas opiniones contrarias refert, & hanc sequitur, Pereir. *de empt. & vend. cap.* 21. *num.* 1. Pet. de Beninten. *decis.* 30. Gerard. Maynard. *decis.* 28. *part.* 4. Mantic. *num.* 19. *in princ. & vers. prior autem sentent. ubi supr. & n.* 20. *cum* 6. *& sequen.* ubi pro hac doctrina plures textus expendit, & contrariis respondit, à qua non est recedendum, licet Pinel. *num.* 9. *&* 14. aliud velit, & ratio est, quia emptor fuit inductus ad emendum, quia esse tot jugera putavit, alias non emeret; & venditor si plura jugera sint, de se conqueratur; quia eo pretio totum fundum vendidit.

Si duo prædia vendantur in uno contractu ad corpus, & in uno superfit mensura, quæ in alio 16
deficit, ad invicem fit compensatio, ut *in dict. l. si duorum, ff. de act. empt.* quem casum non esse alibi dixit Bald. *in l. sicut propè fin. C. eodem*, Bart. & DD. *in dict. l. si duorum.* Surd. *consil.* 101. *num.* 34. ubi secus esse dicit, quando sunt plures venditiones.

Si constat de voluntate partium, ex ipsis instrumentis, vel aliunde, quod voluerunt vendere 17
ad corpus, vel ad mensuram, ut inquit text. tunc eorum voluntas observanda est, & cessant omnes conjecturæ; nam ab eorum voluntate pendet, an totum veniat, vel pars tantum, vel an sit ad corpus, vel ad mensuram, ut inquit text. *in l. Imperatoris*, ibi, *quibus mensuris, quibus vel pretiis in partium facultate est, ff. de contrab. empt.* & multis similibus comprobat. Surd. *consil.* 366. *à num.* 4. *& decis.* 64. *n.* 28. Amatis *decis. Ferrar.* 40. *n.* 2. Farin. *decis.* 73. *n.* 1. *p.* 2. *in noviss.*

Cum sumus in casu dubii in cognitione, an & 18
quando venditio dicatur ad corpus, seu in specie, vel ad mensuram, magna versatur difficultas; quia DD. sunt multi varii, & discordes, ut dolendo de tanta varietate dixit Pinellus *in l.* 2. *Cod. de rescinden. vend.* 3. *part. cap.* 2. *n.* 4. *&* 9. & Mantic. *dict. lib.* 4. *tit.* 17. *num.* 1. & est materia, quæ dependet à conjecturis, & à verisimili mente contrahentium Alexand. *consil.* 8. *num.* 8. *lib.* 4. Jas. 79. *col.* 1. *vers. sed respondeo, & dico, lib.* 1. Alexand. Ludovic. *decis.* 104. *num.* 4. *&* *decis.* 128. *num.* 1. Quia in re stricta, & vulgaris, & communis distinctio apud DD. à qua nemo unquam deviavit est, scilicet quòd tunc venditio ad mensuram dicitur facta, quando contrahentes incipiunt à mensura explicare mentis conceptum, ut si vendantur centum jugera terræ in certo agro: & ad corpus, quando à corpore ceperunt; veluti si venditio, vel concessio incipit à nomine designante certam rem cum confinibus, licet enumerativè adjiciatur certa rei quantitas, ut originaliter tradit Oldrad. *cons.* 197. & eum sequuntur innumeri relati, & sequuti a Covarr. *d. cap.* 3. *n.* 2. *&* 3. Cagnol. *in l.* 2. *C. de rescind. vend. n.* 178. Faber. de Monte, *de empt. & vend. in* 6. *q. princip. vers. insuper attendas, num.* ... Gomez. 2. *tom. ver. cap.* 2. *num.* 16. Burg. de Paz. *consil.* 25. *num.* 22. *& in l.* 3. *Taur. à num.* 268. Afflict. *decis.* 68. *num.* 3. & *ibi* Ursil. Decian. *respons.* 44. *per tot.*

tet. ubi declarat, & exornat, Pinel. *num.* 3. *ubi sup.* Strach. *de mercatur. tit. de navibus*, 3. *p. num.* 6. Seraph. *decis.* 17. *n.* 5. Surd. *decis.* 64. *n.* 1. *& cons.* 366. *n.* 1. Amat. *d. n.* 1. *&* 2. Alex. Ludov. *decis.* 104. *n.* 2. Pereir. *de empt. & vend. c.* 22. Azeved. *in l.* 3. *tit.* 7. *lib.* 7. *recomp. n.* 46. *&* 47. ubi hanc doctrinam singularem dicit, & alios allegat, & hæc distinctio habet locum non solum in contractibus: sed etiam in ultimis voluntatibus, & aliis dispositionibus, ut ex aliis docent Covarr. *num.* 1. *ubi supr.* Surd. *dict. decis.* 64. *n.* 1. pro cujus doctrinæ faciliori intelligentia, & ad praxim aliquos afferam casus ex his, qui à DD. traduntur.

19 Primus, si vendatur fundus, & singulis mensuris certum pretium constituatur, tunc sine ulla dubitatione intelligitur venditio facta ad mensuram, *l. quod sæpè*, §. *in his*, *l. qui fundum*, §. *qui agrum*, *ff. de contraben. empt.* Salycet. Castrens. Alexand. Corn. Ruinus, Socin. Paris. & Natta, relati, & secuti à Mantic. *dict. lib.* 4. *tit.* 17. *num.* 13. Covarr. *dict. cap.* 3. *num.* 5. *vers. sed si venditio.* Gregor. Lopez. *l.* 56. *tit.* 18. *part.* 3. & *ibi* nos in Glos. 3. Pereir. *d. cap.* 22. *n.* 1. Surd. *cons.* 38. *n.* 1. *&* 2. Trentacinq *var. resol. lib.* 3. *tit. de empt. resol.* 5. *n.* 7. *vers. hæc concluf.*

20 Secundus, quando totus fundus non est venditus, sed solum aliqua ejus jugera, veluti centum, tunc etiam ad mensuram venditio est, etsi unicum pretium pro omnibus constituatur. Covarr. *num.* 3. Mantic. *n.* 14. Pinel. *n.* 5. Trentac. *vers. tertius*, Greg.
21 Lop. Cald. *n.* 3. *ubi sup.* † Et à quo latere, scilicet an orientis, seu occidentis debeat fieri mensura, venditoris est electio, si non fuerit expressum. Neviz. *cons.* 26. Cald. Pereir. *d. c.* 22. *num.* 5.

22 Tertius si vendatur certus fundus suis limitibus declaratus, & alienatio erit ad corpus. Pinel. *dict. num.* 5. Afflict. *decis.* 68. Covar. *n.* 2. Mantic. *n.* 15. *&* 34. *ubi sup.* Alexand. Ludovic. *d. decis.* 104. *n.* 3. Trentacinq. *num.* 7. *vers. secundus*, ubi Paul. Felin. Corn. Dec. Fabian. de Mont. refert. Greg. Lopez. *in d. glos.* 3.

23 Quartus casus est, quando venditio incipit à corpore, & illico mensuræ modus subjicitur, nec pretium in singulas mensuras distribuitur, sed unum tantum pro toto corpore est constitutum; & fines, quibus fundus est circumscriptus, post factam mentionem mensuræ designantur, prout vendo fundum Tusculanum triginta jugerum, qui habet tales limites, vel talia confinia; & in hoc casu venditionem esse ad mensuram respondit Curt. Jun. *cons.* 131. Dec. 500. Cagn. *in l.* 2. *c. de resc. vend. n.* 182. Capic. *dec.* 14. *n.* 2. ubi dicit, ita fuisse à multis explicatum. Boër. *decis.* 50. *n.* 5. *&* 6. Pinel. *num.* 5. *ad fin. in d. c.* 2. Decian. *cons.* 113. *n.* 7. *ver. quoad secundum*, *lib.* 3. ubi hunc casum difficilem dicit, & hanc sequitur, & alios authores pro hac opinione, & fundamenta in quibus nititur tradit. Surd. *decis.* 164. *n.* 2. 3. *&* 4. Alex. Ludovic. *d. decis.* 104. *n.* 2. & *ibi* Oliver. Beltram. Seraph. *decis.* 264. *n.* 6.

24 Contrarium, scilicet venditionem esse ad corpus, & non ad mensuram, defendunt Paris. *cons.* 64. *n.* 1. Socin. Jun. 42. *lib.* 2. Ruin. 83. *lib.* 1. Covar. *cap.* 3. *n.* 3. *vers. quarta species*, ubi utriusque partis fundamenta refert, & contrariis satisfactis, hanc sequitur. Mantic. *dict. lib.* 4. *tit.* 17. *num.* 16. *&* 17. ubi multa pro utraque opinione tradit, & veriorem dicit. Surd. *dict. decis.* 64. *n.* 5. *cum* 6. *seq.* ubi pro hac opinione multa expendit. & rationibus, & authoritatibus pro contraria opinione ponderatis respondit Gratian. *disceptat.* 3. *tom. cap.* 566. *num.*..., Trentacinq. *vers. secunda cum seq. ubi supr.* Et ita cum pretium distributum est per singulas mensuras in casu proposito totus fundus est venditus & emptor cogitur supplere pretium, quatenus excedit mensuram à partibus enumeratam, ut diximus *sup.* & comprobat Trentacinq.

Quintus casus est, si in eadem oratione apponatur mensuræ numerus, videlicet; vendo fundum Tusculanum decem jugerum, & hoc casu venditionem ad corpus esse respondit Covarr. *dict. cap.* 3. *vers. quintus casus*, † ubi impugnat opinionem eorum, qui constituunt differentiam eo quòd mensura apponatur in eadem oratione, ut in exemplo proposito, vel in diversa; ut si dicatur; vendo fundum Tusculanum, qui est decem jugerum: & in utroque casu ad corpus esse venditionem defendit: & eandem opinionem sequitur Pinel. *in dict. l.* 2. *Cod. de rescind. vendit.* 3. *par. cap.* 2. *num.* 6. & Mantic. *in d. tit.* 17. *n.* 17. qui alios plures adducunt, qui hanc opinionem tenent, & contrariis satisfaciunt. 25 26

Sextum casum ex Bald. proponit Gregor. Lopez. *hic* nempe, si vendatur vinum quod est in tali vegete ad rationem decem solidorum pro qualiber salma, vel qualibet corve, seu amphora, venditionem esse ad corpus, & non ad mensuram Bald. *in l. sicut, Cod. de action. empt.* & cum eo transit Paul. *ibi*, Afflict. *decis.* 599. *per tot.* ubi pro hac opinione Senatum Neapolitanum judicasse dicit, & *ibi* Ursil. ubi constituit differentiam inter venditionem de toto vino, quod est in tali vegete ad rationem tanti pro salma, & venditionem de decem salmis, vel amphoris ex tali dolio. Tusch. *pract. concluf. verb. venditio, concluf.* 15. ubi pro hac opinione alios allegat. Mantic. *dict. tit.* 17. *num.* 7. *circa fin.* & fundamenta, & rationes hujus opinionis latè expendit Lasart. *de decima vend. c.* 5. *num.* 22. *&* 23. 27

Contrariam opinionem, nempe in specie proposita venditionem esse ad mensuram, & non ad corpus contra Bald. sequitur Salycet. *in d. l. sicut*, *num.* 4. & eam veriorem agnoscit licet cogitando relinquat. Greg. Lopez. *hic in glos.* 2. *l. sequent.* per text. *ibi* cui Adde Covarr. *pract. cap.* 3. *num.* 7. Caravita, *in Additio. ad dict. decis.* 399. Afflict. Lasart. *ubi supr. à num.* 24. ubi latè hanc opinionem fundat contra Bald. Mol. *disp.* 366. *vers. utrum autem.* 28

† Et vide Covar. *in d. n.* 7. de venditione facta in hunc modum; vendo omnia jugera, omnes vineas, omnia prata, quæ continentur in fundo Semproniano ad rationem unius aurei pro quolibet jugeru, ubi esse ad mensuram dicit. † Ex pretii etiam quantitate colligitur, & intelligitur, utrum venditio sit facta ad corpus, vel mensuram, & quot, & quantum in venditione sit comprehensum, *l.* 1. §. 1. *ibi* Glos. *ff. de superfici.* Afflict. *decis.* 68. *n.* 2. & *ibi* Ursil. Covar. *d. c.* 3. *n.* 3. *vers. hæc vero.* Dec. *cons.* 347. *num.* 2. Pinel. *in l.* 2. *C. de rescind. vend.* 3. *p. c.* 2. *n.* 9. Surd. *decis.* 257. *n.* 6. *cons.* 13. *n.* 37. Menoch. *l.* 3. *præsumpt.* 73. *à n.* 1. Alex. Lud. *decis.* 126. *num.* 9. Pereir. *de empt. & vend. cap.* 18. *n.* 4. *&* 5. ubi alios multos adducit, & ex pretii quantitate infert ad alios contractus. Mantic. *de tacit. conv. lib.* 4. *tit.* 9. *à n.* 8. *& tit.* 17. *n.* 27. apud quem *in numeris seq.* vide alias conjecturas, ex quibus, in casu dubio hæc quæstio potest terminari. 29 30

De dictione *quantumcumque* apposita in instrumento vide Alex. Lud. *decis.* 104. *n.* 5. *& decis.* 268. *n.* 1. Marta *de claus. claus.* 108. ubi omnia in venditione venire docent, & ad corpus esse venditionem. 31

Et

32 Et de dictione *in circa*, vide Alex. Lud. *dec.* 128. *num.* 4. *cum aliis*, & *ibi* Beltramin. *in addit.* ubi alios plures laudant, & ait referri ad modicum, & quantum importet remitti judicis arbitrio. Gratian. *discept.* 512. *n.* 9. *&* 10. ubi limitat, quan-
33 do est vis in quantitate præcisa. † Et quid si dictum est, vendo de tali arbore usque ad talem, an videatur vendidisse arborem, vel locum inclusivè, vel exclusivè, vide tradita *sup. num.* 11. Felin. *in cap. qui à judicante, num.* 8. *de præscript.* Bald. *in l. fin. ff. de Senator.* ubi tenet includi, si est pars fundi, si vero sit aliena non includi: & latè de hac quæstione agit. Ferrar. *in sua prax. Pap. tit.* 8. *form. cap. quando testes, gloss.* 10. *incipit usque per tot.* ubi examinat quando dictio *usque* inclusivè, seu exclusivè sumatur, & *in n.* 1. ait, quòd aliquando profertur à lege, aliquando ab homine, & primo casu regulariter poni inclusivè *ex auth. hoc jus, vers. cæteris, C. de Sacrosanct. Eccles.* & ex aliis juribus ab ipso relatis. Et *in num.* 2. limitat quando capta inclusivè esset alteri legi contraria ex text. *in l. pen. ff. de flu. & aliis jurib.* & quando profertur ab homine ait, quandoque poni ad determinationem loci, quandoque temporis, & quandoque numeri. Et quando jungitur cum propositione, *in*, ut quando testis dicit, possedit tale fundum usque in talem, tunc ponitur inclusivè, & vide Gratian. *discept. c.* 460. *à n.* 60. Quando jungitur cum dictione, *ad* Petr. Ferrar. *in num.* 3. ait, si dicatur loco, vel vendo talem fundum usque ad talem, & terminus ad quem refertur potest comprehendi, vel idem esse cum termino à quo, poni inclusivè, & hoc colligi posse ex generalitate sermonis, *in l. patronus, §.* 1. *ff. de legat.* 3. vel ex qualitate rei, ut si esset arbor, vel lapis, vel fovea terminus ad quem, *l. arbor, ff. commun. divid. & l. pro regione, ff. de acquir. rer. dom.* vel si inclusio contineat causam piam, ex *l. quidam. in testamento, ff. de leg.* 1. *&* in *n.* 4. limitet quando apparet de contraria voluntate vendentis, quæ colligi posse ait, ex qualitate rei, ut sic res alienari non possit, vel fuisset aliena; vel ex qualitate pretii, si sequeretur enormis læsio. Seraph. *decis.* 223. Gratian. *discept. c.* 566. *n.* 5. ubi ait, quòd continetur intra confines, continetur in venditione, ex text. *in l. si fines.* 10. *C. de evict. & l. æde Sacra.* 73. *§. fin. ff. de contrab. empt.* & ex Paris. Cagnol. Menoch. & ratio est, quia terminus includens, & positus in venditione censetur positus demonstrativè, & restrictivè, quando ad ipsum non potest dari relaxatio: terminus vero inclusus in fundo censetur positus demonstrativè, & non restrictivè, cum ad ipsum potest dari relatio: alia de dictione *usque*; vide Mant. *cons.* 172. *num.* 3. Tiraquel. *de retract. lignag. §.* 1. *gloss.* 11. *n.* 66.

Et de præpositione, *à*, vel *ab*, quando ponatur inclusivè in dispositione legis, vel hominis, vide Tiraq. *n.* 51. *&* 52. *ubi supr.* Bapt. Asin. *in sua prax. §.* 17. Gabr. *tit. de arbit. concl.* 2. *n.* 5. Pet. Ferrar. *ubi supr.* ubi idem de ipsis dicendum esse quod de dictione *usque*: & omnium latissimè Cened. *in cen-*
34 *tur. sing. jur. singul.* 1. *num.* 22. † ubi dicit, in dubio contra eum esse assumendam interpretationem, qui potuit apertiùs legem dicere, & sic contra proferentem. Seraphin. *decis.* 123. *num.* 2. ubi ait, quòd in venditione bonorum interpretatio debet fieri contra venditorem, nisi pactum sit ab emptore appositum, ex *l. cum in l. & l. labeo scribit, & l. ea*
35 *quæ, §. fin. de contraben. empt. & aliis jur.* † Dictio vero *juxta*, designat confines, Alexand. *consil.* 520. *num.* 6. Oldrad. *cons.* 49. *n.* 14. Alex. Lud. *decis.* 151. *n.* 1. & de eo qui vendit quicquid habet intra terminos, vel intra talem arborem vide Mantic. *de tacit. d. lib.* 4. *tit.* 9. *n.* 9. ubi tradit, dictionem *intra* propriè includere extrema, de qua vide Cenedum *ubi sup. sing.* 54. *n.* 3. † Gratian. *discep.* 36 *c.* 566. *n.* 6. ubi tradit, si vendatur fundus centum jugerum certis finibus designatus, si quid fuerit evictum ex comprehensis intra fines, licet superfint centum jugera, venditorem de evictione teneri; si vero venditio non fuerit facta ad corpus, sed ad mensuram, non teneri de evictione.

Et quando est defectus modicus, non est de eo 37 curandum. Covarr. *d. c.* 3. *num.* 7. *vers. undecimo.* Pereir. *num.* 3. *in d. c.* 22. & Alex. Lud. *dict. decis.* 104. *n.* 3. quod intellige *in* venditione ad corpus, non vero in venditione facta ad mensuram. Covarr. *n.* 8. *vers.* 13. *ubi sup.* Boër. *decis.* 50. *n.* 4. *&* 5. 38 † quia modica læsio in qualitate, & quantitate non tolleratur, licet aliud sit in pretio, ut latè *infra.* in Addit. Ad Gloss. *l.*

Alia de venditione facta ad corpus vide per Tusschum. *litt. V. concl.* 48. ubi multa cumulat. † Sed 39
pro complemento istius materiæ quæro, quando res 40
venditur ad pondus, vel ad mensuram, utrum ponderatio, seu mensuratio sit facienda secundùm mensuram loci contractus, an secundùm mensuram loci ubi res vendita sita est? & secundum mensuram ubi res sita est faciendam esse docent. Alberic. *in l. in arbitrio, §. de eo. in fi. ff. de dol.* Hostiens. *in summa. tit. de empt. & vend. §. quibus in fin.* Alciat. *in l. vinum. num.* 37. *ff. si certum petat.* Riminal. *consil.* 366. *num.* 26. & communem dicit Alciat. *cons.* 607. *in prin.* & ita fuisse judicatum refert. Cach. *decis.* 114. *num.* 1. *& fin.* ubi Senatorum majorem partem eam amplexam esse dicit Grat. *discep. c.* 565. *n.* 12. Mozz. *d. tit. de empt. & vend. c. de natur. empt. n.* 53. & pro hac opinione faciunt. *l. ratio, §. fin. ff. de actio. emp. l. contraxisse. ff. eod.* & alia tradita per Roland. *cons.* 100. *vol.* 3. *n.* 1.

Contrariam opinionem, scilicet quòd mensura 41
fieri debet secundùm mensuram loci contractus, tenet Bart. *in l. semper in stipulationibus ff. de regul. jur.* Angel. *in authent. de collator. in fine. princ. in vers. ibi in loco.* ubi *illum text.* dicit notandum pro venditoribus frumenti ad mensuram, quæ semper intelligitur de mensura usitata in loco contractus, Ferrar. *in form. libell. vendit. vers. perticarum centum in fine.* ubi dicit, quod si vendita est res immobilis ad mensuram, vel mobilis ad pondus, & sit contentio inter emptorem, & venditorem, ad quam mensuram, seu ad quod pondus mensurari, vel ponderari debeat res vendita, servari, & attendi debet illa, quæ consuevit observari in loco contractus. Afflict. *decis.* 363. *num.* 5. Paris. *cons.* 64. *n.* 71. *vol.* 1. & hanc esse receptam sententiam DD. & communiter appobatam inquit Cagnol. *in d. l. semper in stipulationibus.* Suar. *comm. opin. verb. vendita* Comm. opin. 2. *tom. lib.* 11. *vers. mensuræ. pag.* 102. *col.* 2. *circa fin. & lib.* 19. *vers. venditare, pag.* 345. Purg. *in l. vinum, num.* 93. *cum seq. ff. si certum petat.* Cach. *d. decis.* 114. ubi refert duas communes opiniones contrarias & *num.* 3. 4. *&* 5. de jure hanc veriorem esse dicit, licet contrariam opinionem Senatorum major pars æquitate quadam moti sequuti fuerint, & hanc in praxi servandam esse dicit Greg. Lop. *in d. gloss.* 3. *in fine l.* 56. *tit.* 18. *p.* 3. Roland. *d. cons.* 100. *à num.* 7. ubi hujus opinionis fundamenta tradit, & contrariis satisfacit. Bertaz. *clausu.* 20. *gloss.* 19. *num.* 8. ubi hanc magis veriorem ex aliis, quos allegat, & appellat, & *in gloss sequent. n.* 1.

Cancer.

Cancer. *var. lib. 2. c. 6. de solutionibus, num.* 148. ubi Pet. Ferrar. *in sua prax. Papiensi* sequitur, etiam si destinata esset solutio in alio loc[illegible] pro ex allegat. *l. si fundus* cum Gl. *ff. de evict.* Ceval. *comm. q. 733. à n. 9.* ubi eam jam semel in praxi habuisse dicit. Cened. *in pract. q. 33. n. 29.* ubi etiam de facto de hac quæstione actum fuisse in civitate Cæsar. Augusti. dicit, & opinionem veriorem dicit, & pro hac opinione sunt. *d. l. semper in stipulationibus l. si fundus, ff. de evictionibus, & l. si filius familias, 78. ff. de verbor. oblig.* & in judicando, & consulendo ab hac opinione recedendum non est,
42 quia melioribus nititur fundamentis. † Quam intellige, quando agitur de mensuratione rerum mobilium ex Joan. Regnard. *de mensuris, n. 13. qui habetur inter tract.* DD. 17. *tom.* cujus doctrinam refert, & sequitur, Matienz. *in l. 1. tit. 13. li. 5 gl. 2. n. 3.* & contrariam, de mensuratione rerum immobilium, & cum eis transit. Ceval. *ubi sup.* Cened.
43 *d. q. 33. n. 29.* † Hodie *in d. l. 1. tit. 13.* dispositum est apud nos, quòd mensuræ, & pondera totius regni sint ejusdem ponderis, & mensuræ, & sic rarò hæc quæstio eveniet in praxi, nisi in mensura terrarum, quæ in territorio ejusdem civitatis solent esse diversæ, & cum casus occurrerit vide Glos. & DD. *in l. arbitrio, 16. §. de eo ff. de dolo* & Regnard. *ubi sup. n.* 10.

44 Secundò quæro mensura, quod venit ex dispositione legis, seu ex conventione hominis qualiter fiat, an per terram recto tramite? an per vias frequentatas? an per aërem recto tramite. Vide Bart. Angel. & Alexand. Jas. & alios, *in l. 1. ff. si quis caut. non obtem.* Felin. *in c. olim. 4. 5. & 6. de exception.* ubi multa tradunt de mensuratione dietarum, & de itineribus, & viis. Alexand. *cons. 22. n. 1. vol. 4.* Cardin. Tusch. *verb. mensur. col.* 203. ubi docent, ex diversitate materiæ, & intentionis mensuram fieri diversis modis: nam si agitur de dietis ad comparendum, mensura fit per vias frequentatas, planas, & consuetas, & de quo Felin. & Jas. *ubi supr.* Parlad. *lib. 2. rer. quotid. c. 19. per tot.* latè agit, & leucam jure nostro tribus millibus passibus constare dicit, de quo nos latè, *in l. 25. tit. 26. part. 2.* & jugeri mensura. *in n.* 15. quanta sit. Franc. de Cordub. *dida scol. c. 44.* Menoch. *de arbitr. casu. 2.* Cabed. *p. 1. decis. 13. n. 4.* Covarr. *lib. 2. c. 20. n. 5.* si agitur de distantia per terram de loco ad locum, fit per terram recto tramite; & non per vias consuetas, & sic de statuto prohibente ædificare molendinum circa aliud molendinum per certam distantiam, tunc mensuratio fit tortosa per littora fluminis; & si de statuto qui loquitur de loco vicino per tot milliaria, tunc attenditur de distantia per eam rem recto tramite. Vide eos, & quos adduximus in additione Glos. *3. l. 13. tit. 11. infra hac, n. 7. cum aliis,* & Seraphin. *decis. 1370. per*
45 *tot.* ubi, *in n. 5. & 6.* ait mensurationem non esse concedendam, quando ex vulgi opinione distantia loci cognoscitur, ubi pro comprobatione refert Paul. *n. 4.* Fulgos. *n. 2.* Alexand. *n. 6. in d. l. 1.* & Innocent. & Abb. *in c. nulli de rescript.* nam credendum est à certa mensuratione antiquorum accepisse exordium: & dictum Bar. *in tract. de testibus, n. 55.* dum dicit standum esse vulgi opinioni, nisi contrarium probetur, declarat debere intelligi, per aliam vulgi opinionem, non per mensurationem: & ex Abbate ait, quòd quando non constat quomodo vulgus accipit dietas, tunc in defectum vulgarium recurrendum esse ad legales, nec esse morem gerendum, ei, qui suis expensis quòd fiat mensura, quando vult constat de vulgi opinione.

Tertiò quæro, quis contrahentium debeat habere mensuras, an emptor, vel venditor? Vide *d. l. arbitro, §. de eo,* & Joan. Regnard. *n. 8. & 9.* ubi dicit, quòd venditor tenetur tradere rem venditam, *ut in l. ex empto. ff. de act. empt.* & consequenter debet habere omnia, quæ sunt necessaria ad mensuran- 46
[illegible] & vendendum.

Quartò quæro, quis teneatur solvere expensas 47
mensurationis; dic emptorem, & venditorem æquis partibus ad id teneri. *l. 4. §. 1. vers. sed si mensor.* ubi Flor. *ff. finium regund.* Renaud. *num 9. ubi supr.* Salyc. *in l. 3. n. 3.* Surd. *de alimen. §. 2. q. 86. n. 1. 2. 3. & 4.* Gratian. *discept. c. 549. n. 31.* ubi Bart. Jas. & alios laudat. Pet. Greg. *syntagm. jur. lic. 5. cap. 5. n. 8.*

Quintò quæro, utrum [illegible] fluminis privati sint 48
mensurandæ? Vide Fabian. de Monte, *de empt. & vendit. q. 6. prin. à n. 15.* Felin. *in c. quia judicante, à n. 7. de præscript.* Jas. *in repetit. l. quo minus. ff. de flumin. col. 13.* Alex. *cons. 120. vol. 2.* Comm. opin. *1. tom. lib. 5. verb. emp. vers. quid de ripa fluminis, pag. 246. vol. 2. propè fin.* ubi tradunt non esse mensurandas, nisi in ripa essent multæ arbores, vel terra posset arari. Vivium, *lib. 2. comm. opinion. verb. venditio. versic. vendito prædio.* ubi duas contrarias opiniones refert, & negativam sequitur, & in hac quæstione consuluit Surd. *cons. 376.* ubi pro parte affirmativa multa tradit, *& à n. 10.* latè comprobat ripam non esse mensurandam, quia riparum usus est publicus, quem vide, & Pereir. *de empt. & vendit. c. 22. n. 3.* Alexan. Ludovic. alias Pap. Gregor. *dec. 268. in fin.* & ibi, Olivet. Bertam. ubi tradunt, ripas esse illorum quoad proprietatem, qui vicina habent prædia, etsi inter ripam, & prædium privatum sit via publica, ex Surd. *ubi sup. n. 2.* & an sit ripa necne ex planta fundi deprehendi potest? Ripæ autem dicuntur illi limites, quibus naturalis cursus fluminis continetur: & licet aliquando fundus inundetur pro parte, & forsan totum alluvione inundetur, non ob id potest dici ripa.

Sextò quæro, quid de fossis, utrum debeant mensurari? Vide Bart. *in l. littora. ff. de contrab. empt.* 49
Fabian. de Mont. Alexan. & Commun. opin. *1. tom. lib. 5. in vers. quid si vendam ager.* ubi docent, quòd debent mensurari, licet contrarium velit Cald. *de emp. & vendit. cap. 22. num. 5.*

Septimò quæro, utrum via privata sit mensuranda in emptione, & venditione, & in locatione? 50
Vide Fabian. de Monte, *de empt. & vendit. q. 6. sub n. 15.* Alexand. Ludovic. *decis.*: 55. *a. 5.* tradit, quòd licet non sit ita fructifera, quòd debet mensurari, *& in num. 6.* quòd debet mensurari terrenum malum sicut bonum. Surd. *decis. 42. per tot.* ubi multa cumulat. Secus vero est in via publica, quæ fundum venditum transcindit, vel intersecat, Pereir. *d. c. 22. n. 5.* Felin. *in c. quia judicante, de præscript. num. 7.*

Octavò quæro, intra quod tempus mensura fieri 51
debet? Vide *text. in l. quod si nolit. §. sed quid ita, ff. de ædilit. edicto.* Imol. *in cap. per tuas. de decimis,* Socin. *cons. ult. vol. 3.* Paris. 64. *n. 3. vol. 1.* Cæphal. *36. n. 7.* Surd. *366. n. 18.* Moz. *de emp. & vend. c. de natural. empt. n. 52.* Thesaur. *decis. 185.* ubi tradit, quòd res est mensuranda intra sexaginta dies, quando nullo expresso tempore actum est de re mensuranda, aliàs si nihil fit dictum, quòd potest peti mensuratio usque ad triginta annos, & si non probatur præcessisse, si emptor possideat, præsumitur ex transcursu longi temporis, quia antiquitas facit præsumi intervenisse solemnitatem extrinsecam

formalem,

formalem, non autem subſtantialem, aut materialem. Gratian. *diſceptat. 2. tom. 318. à num. 31.* ubi
52 latè comprobat. † Facta enim menſuratione reciſio menſurationis peti poteſt intra annum à die prioris menſuræ, & poſt annum non auditur, ut probat, *l. qui gravatos, Cod. de cenſib. & cenſ. lib. 11.* & docent Bald. Socin. Cæphal. Felin. & alii quos refert ſequitur Surd. *d. conſ. 366. num. 21.*

53 Agrimenſorum declaratio non tranſit in rem judicatam, & poteſt retractari per alios meliores, & non poſſunt puniri de falſo, ut notat Azeved. *in l. 1. tit. 17. lib. 9. recompil. num. 144. 145. & 146.* & vide Jaſ. *in §. quædam, in fin. Inſtit. de act.* ubi tradit, quòd poteſt peti ſæpius quod res menſuretur.

54 Menſor dicitur arbitrator, & poteſt recipere ſalaria. Gratian. *diſcept. 618. num. 24.* & datur ad

55 definiendos, & menſurandos terminos agrorum, † & ad diſcernendum an ex prædio à fini aliquid ſit uſurpatum, & ſemper ad hoc cognoſcendum verera monumenta vulgo *mojon* ſequenda ſunt, niſi eſſe mutata ſucceſſorum varietate, aut arbitrio poſſeſſorum probetur, & ſi in venditione demonſtrati ſint aliqui fines, illi ſequendi ſint inter ementes, & vendentes, *l. 1. & l. eos, 12. C. finium, regund.* & quando locus confuſus eſt, judex ſuis debet curare inſpicere oculis, *l. 3. C. de finium regund.* & debet conſiderare, & interrogare quantum ex prædio confini dicat actor ſibi eſſe uſurpatum. Item quod jugera in fundo habere debeat, & faciat tunc metiri, ut cognoſcat quando minus habeat actor. Et cum confinium probatio difficilis ſit. Guid. Pap. *quæſt.* 193. Maſcard. *de probat. concluſ. 395. num. 2.* tradit ad probationem terminorum antiquorum recipi probationem minus perfectam, & latè per totam *dictam concluſionem* agit de terminorum, & confinium probatione, *& in num. 8.* tradit in dubio non cenſeri mutata confinia, ſed ſemper præſumi eſſe eadem confinia, & terminos, *& in num. 12.* quòd non ſufficiunt conjecturales probationes, quando conſtat de juſtitia poſſidentis. Et *uſque ad concluſ. 403.* quomodo probentur confinia, & termini vide ipſum, & Burſat. *in conſ. 80. num. 2. & in 235. n. 1.* Natta 235. Menoch. 147. Hienonym. de Mont. *de finium regund. c. 17. 50. & 52.* Pureus *tract. de finib. feud. c. 25. & 26.* Peregr. *conſ. 114. lib. 3.* Vivi. *lib. 2. commun. opinion. 144.* Campeg. *tract. de teſtib. regul. 356.* Guid. Pap. *ubi ſup.* Azeved. *in l. 16. tit. 5. l. 3. recomp.* & vide Addit. ad Glos. *6. cum ſeq. tit. 15. p. 6.* & Glos. *l. 8. tit. 7. part. 7.*

56 De falſis menſuris, & de aliis in hac materia menſurarum vide Addit. ad Glos. *4. l. 1. tit. 7. infra, hac part.* ubi etiam de læſo in menſura cum dolo, & ſine dolo, & qualiter agat ad ſupplementum conſequen-

57 dum. † Et vide Boër. *dec. 500. n. 22. cum aliis*, ubi agit à quo loco ſit menſuratio facienda, & an à muro civitatis, vel continentibus ædificiis.

SUMMARIUM.

1 *Periculum rerum, quæ in pondere, & menſura conſiſtunt, poſt menſurationem ad emptorem ſpectat, niſi adfuerit culpa venditoris.*

2 *Ante menſurationem ad venditorem pertinet, niſi fleterit per emptorem.*

3 *Item, quando poſſeſſio rei venditæ fuit emptori tradita: & quid ſi per actum fictum, & quota fundi, ſeu locus ſit incertus.*

4 *Item, ſi emptor interpellatus ad menſurandum ſit in mora.*

5 *Venditio facta ad numerum, ſeu menſuram, licet ſit conditionalis, ante menſurationem, quoad periculum non eſt locus pœnitentiæ.*

6 *Quæ debeant præcedere antequam vinum venditum eſſe intelligatur.*

7 *Venditio facta ad pondus, ſeu menſuram eſt perfecta quoad augmentum, ſeu diminutionem, non vero quoad periculum.*

ADDIT. GLOSS. III. IV. &c.

AD Glos. 3. Nota 1. periculum rerum, quæ in 1
pondere; numero, & menſura conſiſtunt poſt menſurationem, vel ponderationem ad emptorem ſpectare, niſi culpa venditori poſſit imputari. Adde *l. 39.* & tradita in Glos. 2. *infr.* Perez. *in l. 1. tit. 7. lib. 5. ordin. verſ. quando tamen culpa*, ubi ampliat, etſi culpa conſiſtat in omittendo. Gomez. 2. *tom. var. c. 2. n. 32. verſ. 2. limita.* Molin. *diſp. 366. verſ. in ſeq.* Barboſ. *in l. ſi mora, 2. p. n. 13. ff. ſolut. matrim.*

Ex Glos. 4. & 10. Nota 1. ante menſurationem 2
periculum rei venditæ ſi ſteterit per emptorem quin menſuretur, ad eum ſpectare. Gomez. *verſ. quod tamen limit.* Perez. *verſ. item etiam.* Molin. *verſic. obſerva inter empt. ubi ſupr.*

Amplia 1. quando poſſeſſio rei venditæ fuit 3
emptori tradita, *l. traditionibus, ff. de pact.* Angel. Paul. *in l. 2. de peric. & commod. rei vendit.* & ex Corn. Dec. Parl. Anchar. tradit Trentacinq. *var. reſolut. lib. 3. tit. de empt. reſolut. 5. num. 4. & in n. 5. & 6.* dubitat an idem ſit, quando per fictam traditionem poſſeſſionis dominium transfertur; & reſpondit affirmativè, & exemplificat quando venditor conſtituit ſe poſſidere emptoris nomine; & hoc declarat procedere, quando venditur totus fundus, ſeu quota pars fundi, & adſit certitudo reſpectu quotæ fundi, ſi hoc ſine quota deſignetur per nomina numeralia contra Paul. Alex. & Aret. (qui per nomina numeralia non poſſe deſignari tradunt, *in l. 3. §. incertum, ff. de acquir. poſſeſſ.*) ſive per nomina quotitativa, ſcilicet dimidiam, ſeu tertiam partem fundi; & idem tradit, quando eſt certitudo ratione loci, licet non ſit ratione quotæ: & contrarium quando nec ratione loci, nec ratione quotæ eſt certitudo, quia conſtitutum nihil hoc caſu operatur, & dicta, ex Bart. Paul. Alexand. Jaſ. Socin. Aret. Dec. Abb. Parlad. comprobat.

Ex Glos. 5. Amplia 2. periculum eſſe emptoris, 4
ſi ad menſurationem non ſit terminus aſſignatus, ſi interpellatus à venditore eſt in mora. Adde *l. 27. infra, & l. 2. Cod. de peric. & commod. rei vendit.* Gomez. Perez. & Molin. *ubi ſupr.* & intellige dum in interpellatione extrajudiciali aſſignetur certus terminus, ut ad menſurandum veniat, Alexand. *conſil. 33. à num. 7. lib. 6.* Tuſch. *lit. V. concluſ. 49. num. 10.*

Nota ex Glos. 6. & 9. venditionem factam ad 5
menſuram, pondus, ſive ad numerum, licet ſit conditionalis; & imperfecta quantum ad periculum antequam fiat menſuratio, eſſe firmam quoad ipſius validitatem, nec ante menſurationem per pœnitentiam poſſe reſolvi. Adde DD. relatos in Glos. 3. *l. 23. ſupr.* & Glos. *in d. l. 2. & in l. neceſſario, §. quod ſi pendente, verſic. ſi ita res, eodem tit.* Afflict. *deciſ. 280.* & ibi Urſil. Pariſ. *conſ. 59. & 64. vol. 4.* Gutierr. *lib. 3. pract. q. 94. num. 14. & 15.* Laſart. *de decim. vendit. cap. 5. n. 29.* Parlador. *lib. 1. c. 3. §. 3. n. 26.* Trentacinq. *num. 1. 2. & 3. ubi ſup.* ubi alios refert.

Nota

Nota ex text. ex Gloss. 7. & 8. quòd antequam vinum venditum effundatur, debet primò denuntiari emptori coram testibus, quod veniat ad deguſtandum, ſeu menſurandum, etſi dies ſtatuta ſit ad menſurationem. Item quod vendat antequam effundatur. Item quòd locet vaſa, ſi reperiat ſumptu emptoris, & ad hoc non neceſſitatur venditor, ſed debet fieri de commoditate. Item tenetur effundere ad menſuram, ſeu ad pondus.

Ex Gloſ. 11. Nota augmentum, & diminutionem pretii ad emptorem ſpectare: & dictum contractum, quoad hoc eſſe perfectum; ſecus quoad periculum. Adde Gutier. *d. n. 14. verſ. augmentum autem.* Molin. *diſp. 366. verſ. obſervantem.* Garc. *de expenſ. & melior. c. 22. n. 20.* & tenementi *iſtam legem*, quia de jure communi, hoc non eſt ita deciſum.

LEX XXV.

SUMMARIUM.

1 *In venditione per averſionem hoc eſt à ojo periculum eſt emptoris ante menſurationem ſeu deguſtationem.*

2 *Vendens frumentum in ſegete non incurrit in pœnas ſtatutas per leges.*

ADDIT. GLOS. I.

1 AD Gloſ. 1. Nota in venditione per averſionem facta, id eſt à ojo ſtatim periculum eſſe venditoris. Adde *l. ſi quis una. 4. §. fin. ff. de peric. & & comm. rei venditæ, l. qui officii, §. res in averſione empta, ff. de contrab. empt.* Parlad. *in ſeſq. different. 77. n. 3. per tot.* qui modus contrahendi etiam in locationibus obſervatur *l. & hæc diſtinctio, §. fin. l. opus averſione, ff. locati, l. fin. §. fin. ff. ad legem Rhodiam. de jactu. l. 1. §. executorum, ff. de executoria actione*, eſtque idem quòd emere in ſpecie, ſeu ad corpus, de quo vide Add. ad gloſ. 2. *l. antecedent. n. 4. cum aliis*, ubi ſeptem differentias aſſignamus inter venditionem per averſionem, ſeu ad corpus, & eam quæ
2 fit per menſuram. † Et ex eodem Parlad. *ubi ſupr. num. 1. & 8.* nota vendentem frumentum in ſegete, ſeu meſſe per averſionem, non incurrere pœnas ſtatutas per legem Regiam contra vendentes frumentum ultra taxam, etſi meſſis, aut ſeges pluris veneat, quàm valeret in frumento; quia multum intereſt, an frumentum vendatur ad menſuram an averſione ex *ſup.* traditis.

LEX XXVI.

SUMMARIUM.

1 *Periculum deteriorationis rei venditæ ſub conditione, ſi exiſtat conditio, eſt emptoris.*

2 *Venditio conditionalis eſt perfecta, antequam conditio exiſtat, & pœnitentiæ non eſt locus.*

3 *Si in totum res pereat, periculum eſt venditoris.*

4 *Spes venditionis conditionalis tranſit ad hæredes, ſi pendente conditione contrahentes decedant.*

5 *Jus conditionis implendæ an tranſeat ad hæredes?*

6 *Gabella ex venditione conditionali, cui gabellario debeatur.*

ADDIT. GLOSS. I. & II.

AD Gloſ. 1. Nota re vendita ſub conditione 1
pendente conditione, periculum, & commodum deteriorationis, ſi conditio exiſtat, eſſe emptoris. Adde Morl. *in empor. juris, 1. p. tit. 9. de contrab. empt. in præmiſ. num. 105. & 106.* ubi reſpondit ad text. *in l. hæc venditio, ff. de contrab. empt.* Molin. *diſputat. 366. verſ. pen.* † & eſt ratio, quia venditio
2 conditionalis ſtatim eſt perfecta, antequam conditio exiſtat, text. *in d. l. neceſſario, §. ſi ita res, ff. de peric. & commod. rei vend.* & altero contrahentium invito, alteri, ab ea diſcedere non licèt, ex Gloſſ. *ibi, verb. perfectam, & in l. 1. in princ. C. eod* Hoſtienſ. *in ſummm. eod. tit. §. 2. in fin.* & DD. *in d. locis.* Tiraquel. *de retract. lignag. §. 1. gloſ. 2. n. 27.* Quod & in cæteris contractibus reciprocis eſt receptum. Alexand. *conſ. 40. n. 5. vol. 5.* Cæpol. 118. *n. 28*, Pariſ. 59. *n. 5. lib. 1.* Paul. *in l. 2. C. quando liceat, ab emp. diſceder.* Tiraq. *n. 26. ubi ſup.* Roland. *conſ. 63. n. 7. & ſeq. & in num. 50. vol. 4.* ubi loquitur in contractu venditionis, Covarr. *l. 1. cap. 14. n. 16.* ubi de donatione, & reliquis contractibus, *& pact. cap. 3. n. 6. verſ. tametſi etiam.* Gabr. *conſ. 18. num. 6. & 21. vol. 1.* Molin. *diſp. 285. verſ. quarta concluſio, & diſp. 337. in verſ. quando autem venditio.* Thomas Sanch. *de matrim. 1 tom. lib. 5. diſp. 6. num. 8.* Gratian. *diſcept. 3. p. cap. 514. num. 1.* Caſtill. *quotid. lib. 5. c. 109. n. 16. & 17.* ſtbi hanc doctrinam latè fundat, & Surd. *conſ. 268. n. 50. lib. 2.* ubi de donatione agit. Mantic. *de tacit. convent. lib. 14. tit. 42. num. 10. verſ. unde contractus*, ubi de contractibus conditionalibus loquitur, & aſſerit, quòd ſi pendente conditione unus ex contrahentibus deceſſerit, ſpes ad hæredes tranſmittitur.

Sed videtur obſtare, *l. 24. ſup.* ubi eſt deciſum, quòd periculum rei venditæ ad menſuram, interim quòd menſuratio fit, eſt venditoris, quæ quidem venditio eſt conditionalis. Huic difficultati reſpondit Gloſ. *in l. quod ſæpe. 35. §. in his, ſup. verb. ad numeraveris, ff. de contrab. empt.* quam ſequitur Molin. *ubi ſup.* & vide Addit. ad Gloſ. 11. *l. 24.*

Si veto in totum res pereat, periculum eſt ven- 3
ditoris, quia licèt contractus valeat ex tunc, non reperitur res, quæ fuit vendita, & ſi dicamus quòd retrotrahatur non reperitur extremum habile, à quo [ſcilicet res] ut fictio inducatur: & ultra *ſup.* additos adde Gomez. 2. *tom. cap. 2. num. 32. in fin. & cap. 11. num. 30. verſ. tertio, & principaliter*, Covarr. *pract. c. 3. num. 6.* Afflict. *deciſ. 280. n. 5.* Gratian. *n. 18. ubi ſup.* & vide Addit. ad Gloſ. 5. *l. 12. tit. 11. infra hac part.*

Ad Gloſ. 2. Nota venditionem conditionalem, 4
ſi pendente conditione contrahentes decedant, ad hæredes tranſire, quaſi jam contracta emptione in præteritum adde §. *ex conditionali Inſtit. de verb. obligat.* Tiraquell. *de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 2. num. 27.* Mantic. *de tacit. convent. lib. 14. cap. 41. num. 10. infr.* Gomez. *in 2 tom. cap. 11 num. 36.* ubi latè examinat, quando contractus conditionalis, tam activè, quàm paſſivè tranſeat ad hæredes Covarr. *pract. cap. 39. n. 3.* Matien. *in l. 2. tit. 11. gloſ. 6. num. 39. lib. 5 recomp.* & Addit. ad Gloſ. 4. *l. 12. tit. 11 infra.* & ad Gloſ. *1. l. 4.* † Et de quæſtione, an jus 5
conditionis implendæ tranſeat ad hæredem & quando cum hærede conditio impleri poſſit? Vide Covar. *in d. c. 39. per tot.* Mantic. & Gomez. *ubi ſup.* & Addita ad Gloſ. 3. *l. 42. infra.*

Gabella ex hac venditioue conditionali an 6
debeatur? & cui gabellario ſolvi debeat, utrum

utrum illi, qui erat tempore contractus, vel qui erat tempore impletæ conditionis? Vide Gomez. *in d. cap.* 11. *n.* 30. *vers. tertius effectus.* Lasart. *de decim. vend. cap.* 5. *num.* 10. Parlador. *lib.* 1. *rer. quotid. c.* 3. §. 3. *n.* 26. Gutier. *de gabell. q.* 8. Molin. *disp.* 337. *vers. quando autem venditio est conditionalis*, qui omnes tenent gabellam non deberi, nisi conditione impleta, etsi traditio rei venditæ ante implementum conditionis sit facta; & impleta conditione gabellario, qui tempore contractus erat, deberi, quia venditio retrotrahitur, & habetur ac si purè ab initio celebrata fuisset, & vide Addita ad Glos. 1. *l.* 32. *infr. hac part.*

LEX XXXVII.

SUMMARIUM.

1 *Periculum rei venditæ ad venditorem spectat, si est in mora rei tradendæ.*
2 *Item, etsi res vendita æquè peritura esset apud emptorem.*
3 *Periculum rei ante oblationem pretii est emptoris, & venditor antea tradere non tenetur. nec est in mora, & num.* 6.
4 *Emptori competit actio ex empto, nisi venditor opponat exceptionem pretii soluti. Contrarium, num.* 5.
6 *In contractibus reciprocis, qui vult adversarium constituere in mora, debet ex parte sua adimplere.*
7 *Actio ex contractu emptionis an ante solutionem pretii competat.*
8 *In contractibus innominatis actio non oritur, nisi implemento subsequuto.*
9 *Interpellatione sola venditor constituitur in mora, si fides sit habita de pretio.*
10 *Verbum offerre, spontaneam exhibitionem significat.*
11 *Gerundia conditionem inducunt. & alia de gerundiis remissivè.*

ADDIT. GLOSS. L.

1 AD Glos. 1. Nota 1. ex text. & Glos. 3. *hic* periculum rei venditæ ad venditorem spectare, si est in mora tradendi rem venditam emptori. Adde, *l. illud*, 17. *ff. de peric. & commod. rei vend. §. cum autem, Instit. de empt. & vend.* & *ibi*, Morl. *in emp. jur.* 1. *part. tit.* 9. *de contrah. empt. n.* 107. & est ratio, quia mora cuilibet debet esse nociva, *cap. mora. de regul. jur. in* 6. Minsinger. *observat.* 36. *part.* 6. *decis. Cameræ Imperialis.*

2 Amplia etsi res vendita æquè peritura esset apud emptorem, ex Glos. *verb. statim. in d. §. cum autem.* Morl. *ubi supr.* de quo vide Addita ad Gl. 6. *l.* 9. *tit. sup.* ubi de comodatario moroso apud quem res periit egimus (quem à pari cum venditore procedere inquit Jurisconsult. *in l. custodiam* 3. *ff. de peric. & commod. rei vend.*) *& l.* 18. *tit.* 11. *infr.* & *ibi*, Addita.

3 Limita, ex text. & Glos. *hic*, si emptor pretium priùs venditori obtulerit, nam ante oblationem pretii venditor ad rei venditæ traditionem non tenetur, & periculum erit emptoris. Adde Gratian. 2. *tom. cap.* 323. *à n.* 1. ubi rationem reddit, & Surd. *cons.* 101 *num.* 1. *cum aliis*, latè comprobat, emptorem non posse agere ad rem, nisi prius ex sua parte contractum impleat. Vide Addit. Glos. *seq. n.* 1, 2, *&* 3.

Sublimita 1. hanc limitationem, si venditor opponat de pretio non soluto, nam si non opponat, bene competit actio ex empto, ex Glos. *hic in vers. quod intellige*, cui Adde Bart. Jas. Paul. Roman. Alex. Felin. & alios quos refert, & sequitur Tiraquell. *de retract. lign. §.* 1. *glos.* 17. *num.* 4. *&* 5. Boër. *decis.* 124. *num.* 30. ubi alios plures adducit, Osasch. *decis.* 160. *num.* 17. ubi hanc receptiorem opinionem dicit, Afflict. *decis.* 220. *num.* 4. *&* 5. Morlam, *n.* 34. *&* 35. *ubi sup.* ubi fundamenta hujus opinionis refert, & contrariis satisfacit. 4

Contrariam opinionem, scilicet emptorem non posse ex empto agere, nisi prius oblato pretio, licet non petatur, ultra Fulgos. & Dec. *hic* à Glos. traditos sequuntur alii plures, quos adducunt Tiraquel. *num.* 3. Boër. Alexand. Gratian. *n.* 1. 13. *&* 14. *cum aliis*, Surd. cum Fulgos. *ubi sup.* Pereir. *de empt. & vend. cap.* 22. *num.* 28. Pichard. *in princip. de empt. n.* 23. apud quos hujus opinionis fundamenta invenies. 5

Et ad effectum constituendi debitorem in mora, ut periculum rei venditæ ad eum spectet, hæc est verior, & tenenda ex Glos. *hic*, pro qua facit, quòd in contractibus reciprocis, qui vult alium in mora constituere, debet ex parte sua prius adimplere. Mascard. *de probat. conclus.* 1393. *à num.* 7. ubi multa cumulat, & latè explicat materiam, *l. Julianus, §. offerri. ff. de contrah. empt.* Surd. *decis.* 179. *num.* 26. *& dict. cons.* 101. *num.* 1. Escobar. *de ratioc. cap.* 17. *num.* 35. & vide Addita ad Glos. *l.* 8. *tit.* 14. *infra. num.* 6

Et licet verum sit, actionem ex contractu emptionis ante solutionem pretii nasci, ut tradunt primæ emptionis auctores, contrariam Fulgosii in praxi servari testatur Morl. *dict. num.* 35. *vers. sed licet utrum*, pro quo allegat text. *in l. si pater*, 3. *Cod. de act. empt.* Bald. Paul. Alexand. & alios, & faciunt tradita in Addit. Glos. 2. *l.* 32. *sup. num.* ubi vide; an judex ex officio possit emptorem condemnare ad solutionem pretii, si constat illud non solvisse, etsi à parte non fit petitum, & quando exceptio rei non traditæ, vel pretii non soluti opponi valeat? † & in contractibus innominatis, in quibus actio non oritur, nisi impedimento sequuto, hæc opinio absque dubio vera est, *leg. ex placito, Cod. de rerum permutatione.* Morl. *num.* 34. Gratian. *num.* 14. *in fine, ubi suprà*, qui alia jura, & auctoritates adducunt, vide Addit. ad Glos. *tit.* 6. 7 8

Sublimita 2. nisi fides esset habita de pretio, dando terminum ad solutionem, nam tunc ex sola interpellatione venditor constituitur in mora, ex Glos. *hic, versic. secundò intellige*, Adde addita ad Glos. 1. *l. sequentis, num.* 10. 9

Nota 2. ex Glos. (*in vers. qui moventur ponderantes verbum offerre*) verbum offerre spontaneam exhibitionem significare. Adde Tiraquell. *de retract. lignag. §.* 1. *glos.* 17. *n.* 5. *&* 6. ubi latissimè naturam hujus verbi explicat. Gratian. *disceptat. cap.* 325. *num.* 18. Morl. *in empor. jur.* 1. *p. tit.* 9. *de contrahend. empt. in præmis. num.* 35. Pereir. *de empt. & vendit. cap.* 22. *num.* 28. *col.* 2. *vers.* 1. *illud verbum offerre.* 10

Nota 3. gerundia conditionem inducere. Adde *l. à testatore, ff. de condit. & demonstrat.* Bartol. *in leg.* 1. *num.* 36. *ff. eod.* Corneus *cons.* 90. *col.* 2. *in fine, &* 143. *vers. illud enim, volum.* 4. Jas. *in rub. Instit. de act. num.* 33. Dec. *cons.* 433. *num.* 6. *&* 607. *n.* 6. 11

Ruin,

Ruin. 170. n. 2. vol. 3. Paris. 19. n. 4. lib. 2. Socin. Jun. 122. num. 12. vol. 2. Casan. 33. num. 19. & 39. n. 68. & 41. n. 17. Bertrand. 99. n. 4. vol. 7. Surd. cons. 38. n. 23. & 72. num. 1. & 110. n. 7. Escob. de ratiocin. c. 31. n. 14. Pereir. d. tit. c. 25. n. 32. vers. adverte tamen, quod procedere docent, quando respicit verbum futuri temporis, vel quando jungitur verbo præsentis temporis, quòd tamen non habet effectum, nisi in futurum, ut cum Ruin. cons. 17. n. 6. vol. 3. tradit Surd. d. cons. 110. n. 8. Castill. quot. jur. lib. 4. c. 58. num. 26. ubi latè materiam prosequitur. De gerundiis, quid importent, & de eorum natura, vide Tusch. verb. gerundium, concl. 4.

SUMMARIUM.

1 *Emptor non tenetur pretium tradere antequam sibi tradatur. Contrarium, n. 2.*

3 *Provocans ad implementum prius tenetur ex sua parte adimplere, sive sit emptor, sive venditor, idem in quacunque obligatione dandi, & accipiendi.*

4 *Exceptio non adimpleviſti ex parte tua, nunquam censetur sublata.*

5 *Si emptor, & venditor de se non confidunt, res sequestratur pretio numerato.*

ADDIT. GLOS. II.

1 AD Glos. 2. Nota emptorem pretium rei emptæ venditori prius solvere non teneri, antequam rei venditor rem tradit, & adde Lingl. decis. Imperat. 15. quæst. 12. n. 5.

2 Contrarium, imo quòd secundum naturam emptionis, & venditionis emptor prius pretium, quàm venditor rem offerre debeat, probat l. fistul. §. qui fundum, & ibi Bald. ff. de contrab. empt. l. Julianus, §. offerri, ff. de act. empt. Fab. de Monte de empt. & vend. q. 5. princ. n. 35. Bald. in cap. ad hæc, post n. 4. vers. de natura, de sequestr. pos. & fruct. ubi inquit de natura contractus esse, quòd prius pretium numeretur, sicuti emptor prius nominatur, quàm venditor, & est text. expressus, argumento litteræ in §. pretium persolvatur, & res tradatur. Instit. de empt. & vend. Vazq. à Mench. controv. usufr. lib. 3. cap. 50. n. 50. ubi dicit, emptorem non posse agere contra venditorem rem vendentem, donec solvat pretium, & venditori retentionem competere, & alia tradit Monter. à Cueb. decis. 20. à num. 10. quæ

3 optimè pro hac parte faciunt. † Sed verius est provocantem ad implementum contractus, & agentem ex eo, quisquis ille fuerit, teneri prius adimplere; quia ex contractu ultro citròque obligatorio quis non potest agere pro parte sua, nisi prius constet adimpleviſse illud ad quod est obligatus. Roland. cons. 6. num. 18. lib. 1. Bursat. 101. n. 15. vol. 1. ubi dicit, quòd in quacunque obligatione dandi, & accipiendi, ille qui vult sibi impleri, debet ipse prius pro sua parte adimplere. Aretin. 7. num. 2. Aymon Cravet. 151. num. 10. & 192. num. 15. quos refert, & sequitur Cevall. comm. q. 756. n. 80. & 81. Illigerus in annot. ad Donel. enucleat. cap. 4. lib. 3. litt. B. Jos. Lud. comm. conclus. 14. per tot. Carroc. de remediis contra sententias præjudiciales, except. 30. Monter à Cueb. ubi supr. à n. 66. ubi latè comprobat & explicat Fontan. de pact. nupt. claus. 4. gl. 10. p. 1. n. 39. & 40. & 2. tom. claus. 7. glos. 3. part. n. 33. Maresc. lib. 1. var. c. 89. & 90.

Intellige si à parte opponatur, quod agens ex parte sua non implet contractum, secundum ea, quæ vi additionis Glos. antecedentis diximus à n. 3. quia illa exceptio non adimpleviſti ex parte tua, nunquam censetur sublata, de quo vide Addit. ad Glos. 2. l. 32. n. infra.

Nota 2. quod res sequestratur pretio numerato, 5
vel oblato, quando venditor, & emptor de se non confidunt, & unus non vult priusquam alter adimplere, Adde Paul. & Gabr. Mude. num. 4. in l. Julianus, §. offerri. ff. de act. empt. Parlador. lib. 2. rer. quotid. §. p. cap. fin. §. 11. n. 29. qui per legem qui solurus 39. §. fin. ff. solut. idem resolvit. Illiger. & Fontanell. num. 34. ubi supr.

LEX XXVIII.

SUMMARIUM.

1 *Emptor, ut rei dominium consequatur pretium solvere tenetur: & idem procedit in omnibus contractibus.*

2 *Item nummos venditoris facere. Venditor vero solùm rem tradere, & num. 3.*

4 *Venditor deficiente uno nummo potest rem emptam detinere.*

5 *Solutio pretii debet fieri in pecunia usuali, si species monetæ non sit expressa.*

6 *Interpretatio, leg. 1. §. fin. ff. d. reb. eorum.*

7 *Dominium rei emptæ consequitur emptor, si satisfecerit emptioni, aut si ei sit habita fides de pretio.*

8 *Emptor satisfacere dicitur, quando desiderium venditoris implet, sive pignoribus, sive fidejussionibus.*

9 *Venditor quando habere fidem de pretio dicatur, & ex eo quod tradat rem, n. 10. & 11.*

12 *Referuntur plures casus, in quibus venditor, non videtur habuisse fidem de pretio, & n. 13. 14. & 15.*

16 *Procurator fisci fidem de pretio non potest habere, nec minor, nec ejus tutor, nec prælatus Ecclesiæ, n. 17.*

18 *Procurator generalis ad vendendum, seu cum libera potestate, an possit habere fidem de pretio? & 19.*

20 *Procurator cum libera an possit confiteri, pecuniam recepisse.*

21 *Factores mercatorum in præjudicium dominorum non possunt habere fidem de pretio.*

22 *Executor testamenti simpliciter datus non potest vendere habita fide de pretio, & quid si sit datus in diem, an usque ad illum possit, & an de minimo, seu si sit datus cum libera? n. 23. & 24.*

25 *Executores non possunt venire ad venditionem bonorum, nec exequi, nisi requisito prius hærede.*

26 *Emptori, si non præcedat requisitio hæredis, possessio non acquiritur.*

27 *Executores non possunt exercere actiones contra hæredes, vel debitores testatoris.*

28 *Item non possunt conveniri, nec agere.*

29 *Executor favore alimentorum, & piæ causæ potest hæredem convenire ad solvendum legatum, & exercere actiones contra eum, & debitores.*

30 *Executor pro legato piæ causæ, & alimentis an possit conveniri?*

31 *Alia de natura, & potestate executorum testamenti, & an valeant impedire quin hæredes in possessionem bonorum testatoris mittantur? an teneantur satisdare? n. 32.*

33 *In casibus in quibus non potest haberi fides de*

pretio, si habeatur, dominium in emptorem non transit.

34 *Subhastatio est nulla, si habita sit fides de pretio.*

35 *Fides de pretio censetur habita, si terminus intra quod debeat solvere, assignetur.*

36 *Item, quando venditor tradit rem, credens quod intra decem dies emptor solvet pretium.*

37 *Item, quando permisit emptori rem portare, & cum ea non misit nuntium.*

38 *Fides non videtur habita de pretio, nisi mens & circumstantiæ contractus aliud suadeant.*

39 *Ut dominium habita fide de pretio in emptorem non transferatur, & creditoribus anterioribus præferatur, est optima cautela, quòd precariò res empta sit penes emptorem, donec satisfaciat pretium.*

40 *Item appositio pacti, quòd in emptorem non transeat dominium, donec pretium solvatur, & an sit licitum, si de aliquo annuo reditu solvendo fuerit conventum, & n. 42.*

43 *Item est cautela, quòd fiat promissio vendendi, ita ut soluto pretio conficiatur instrumentum venditionis, & interim locetur, & cujus sit periculum in dictis casibus, n. 23.*

44 *Pactum cum reservatione dominii operatur, & an sit locus retractui sanguinis?*

45 *Remissionem pretii an petere possit emptor, si interim quòd pretium solverit rem locaverit?*

46 *Colonus si pensionem non solvat, an sit dominus fructuum?*

47 *Pretio non soluto, quæ remedia competant venditori re tradita, vel non: vel habita fide de pretio, vel non, vel habita cum pacto quòd precariò esset penes emptorem, vel cum reservatione dominii. Et an deficiente causa finali possit contractum rescindere, & agere ad interesse. Et de interpretatione l. Lucius. Titius, de act. empt. Et an eadem in emptore procedant pretio soluto, vel non, n. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 59. & 62.*

55 *Si frumentum quod emptor emerat fuerit consumptum à venditore, sive emptio esset facta in genere, sive in specie, potest agere ad rescissionem contractus.*

56 *Si emptor venditori pretium offerat, non potest rem traditam vendicare.*

57 *Emptor potest offerre pretium in qualibet parte judicii.*

58 *Quando adest pactum de non contraveniendo, non potest ob defectum adimplementi agi ad rescissionem contractus.*

60 *Castellanus an possit deserere custodiam castri, remissivè.*

61 *Venditor tenetur rem venditam tradere emptori.*

63 *Si venditor constituit se nomine emptoris possidere rei vendicatione, aut uti possidetis, seu Publiciana, ad tradendum compelli potest. Contrarium, num. 64.*

65 *Item si precario nomine constituit se possidere. Contrarium, num. 66.*

67 *Venditoris patientia habet vim traditionis.*

68 *Emptor propria auctoritate an ingredi, possit possessionem rei venditæ?*

69 *Habens rem locatam, si eam emat, non indiget alia traditione.*

71 *Venditor impunè potest negligere rei culturam, nisi ex eo res redderetur deterior, n. 70.*

72 *Venditor tenetur, si esset in culpa, circa recipiendos fructus, vel si semina sterilia seminaverit, licet leves culpæ sint, & quam custodiam teneatur præstare, n. 75.*

73 *Item si se obligavit ad culturam fundi, si non coluerit, & post moram an tenetur? & an colere fundum? n. 74.*

ADDIT. GLOSS. I.

AD Glos. 1. Nota 1. ex text. quòd emptor rei emptæ pretium venditori solvere tenetur, ut ejus dominium consequatur. Adde, *l. 46. tit. 28. p. 3.* & *ibi* Addit. Glos. 2. *l. quod si vendidi. 19. l. ut res. 53. ff. de contrah. empt. §. venditæ. Instit. de rer. divis. l. exempto. 11. in princ. ff. de act. empt. l. procuratoris. §. plane. ff. de tributor. act* Bald. *in rubr. C. de contrah. empt. n. 13.* Abb. *cons. 69. col. penult. vol. 2.* Flamin. Cartar. *decis. 96. n. 8.* Fabian. de Mont. *de empt. 5. q. princ. n. 33.* Mench. *controvers. usufr. lib. 3. c. 50. n. 1.* Cancer. *var. resol. 1. p. c. 13. num. 2.* Mozz. *de empt. cap. de substant. empt. & vendit. num. 32.* Vivium *decis. 155. n. 1.* Surd. *cons. 101. n. 12.* Gratian. *discept. 3. tom. c. 523. n. 1.* Mascard. *de probat. concl. 538. n. 8. & concl. 614. à num. 3.* ubi tradit, quòd non præsumitur possidere voluntate domini, quando non solvit pretium. Pichard. *in d. §. venditæ, num. 1.* Barbos. *in l. si cum litem, §. fin. num. 32. vers. nam ead. ratione.* Felic. *de censib. lib. 3. c. 5. n. 22.* Bertaz. *claus. 38. glos. 1. n. 1.* Grivel. *decis. Dolan. 56. num. 10.* Gail. *observ. 15. n. 4.* & idem esse in aliis contractibus, tam nominatis, quàm innominatis docuit Accurs. *in l. cum proponas, vers. remansit, C. de dolo malo,* & eum sequuntur Cyn. *in l. cum precibus, n. 4. C. de rer. permut.* Bart. *in l. si servus, §. locavit. ff. de furt. n. 1. in fin. cum aliis.* Roman. *cons. 86. n. 3.* Contrarium tenet idem Accur. *in l. 2. C. de rer. permut. in vers. obtinere, in fin.* quem sequitur, *ibi,* Bald. *n. 1.* & Salyc. *in fin.* & idem Salyc. *in d. l. cum precibus. n. 2.* ubi rationem diversitatis reddit; eos sequitur Gail. *ubi supra, n. 5.* & Valasc. *de jur. emphyt. q. 20. n. 15.* & vide Addit. *infr. n. 37.* & non solum tenetur emptor pretium numerare, ut consequatur dominium rei emptæ, verum etiam nummos venditoris facere, & quòd perpetuo apud eum remaneant, *d. l. exempto in princ.* & *ibi* Glos. *vers. facere.* Fab. de Monte, Mench. *n. 3.* & Mozz. *n. 8. ubi sup.* Roder. *de am. reddit. lib. 2. q. 3. n. 5.* & ex Greg. Lopez. *in d. glos. 2. l. 46.* diximus Pereir. *de empt. & vend. c. 22. n. 25.* Morl. *in empor. utriusque jur. 1. par. tit. 10. de locato, & conduct. q. 3. n. 8. vers. non obstat.* Gratian. *discept. 2. tom. c. 326. n. 1. & 2.* ubi agit de creditore, qui fassus est habuisse pretium rei subhastatæ, quod perpetuo apud ipsum non remansit. 1

Quare emptor teneatur dominium pretii in venditorem transferre, venditor vero teneatur tantum rem tradere. Vide Addit. *ad d.* Glos. Pereir. *d. n. 25.* Mencha. *n. 3. ubi supr.* quam Glos. omnes sequuntur, & pretium integrum debet, aliàs si pars solvatur, nec pro parte rei venditæ dominium transfertur. *l. si rem, ff. solut. l. fin. §. fin. ff. de fund. dotal.* Bart. *in l. fistulas, 78. §. qui fundum, ff. de contrab.* per text. *ibi,* Alexand. *cons. 121. n. 1. & 17. in fine, lib. 4.* Ruin. *66. n. 7. lib. 4.* Tiraquel. *de retract. convent. ad fin. tit. 72. in princ.* Surd. *cons. 101. & decis. 220. num. 12. & 13.* Garc. *d. c. 523. n. 2.* Bertaz. *ubi supr. num. 3.* 3

Ampla, & si tantum unus nummus deficiat. Narb. *in l. 30. tit. 7. lib. 1. recomp. gl. unic. n. fin.* & vide *inf.* & uno nummo deficiente potest venditor rem venditam retinere. Carroc. *decis. 100, per totam,* 4

qui

qui *à n.* 2. hanc defendit, & solutio fieri debet in pecunia numerata, de quo vide Addita ad Glos. 1. *l.* 1. *& ad glos.* 1. *l.* 10. *supr. hoc tit.*

5 Et quando contrahentes non expresserunt, in qua moneta solutio est facienda, fieri debet in pecunia usuali, & in loco frequentato. *l. Imperator. ff. de contrah. emp. l. si servus plurium, ff. de leg.* 1. Fab. de Monte. *n.* 14. Moz. *n.* 12. Pereir. *num.* 36. *ubi sup.* ubi late explicat. Menoch. *lib.* 3. *præsum.* 76. *num.* 1. ubi multos laudat, & vide Addit. ad Glos. 2. *l.* 3. *tit.* 14. *infr. hac p.* ubi late agimus de debitore quantitatis, in qua moneta solvere debet, & de eo, qui in moneta argentea, vel aurea solvere promisit, & de mutatione monetæ.

6 Sed obstat. *l.* 1. *§. fin. ff. de reb. eorum.* ubi dominium fuit minori quæsitum, antequam pretium solveret, contra *d.* juris principia hanc difficultatem movet, Pereir. *in repet. l. si curatorem habens, C. de in integr. restitut. sup. verb. contractum fecisti, n.* 10. *vers. unum.* ubi respondit *ibi* habitam fuisse fidem de pretio juxta tradita *in n. sequent.* nec obstare pignoris constitutionem *ibi* fuisse nullam, quia habere fidem de pretio ex sola voluntate pender, ut *infra* notatur & propterea non obstat pignoris nullitas, *ex l. fin. ff. de reb. eor.* ubi ex nullo actu datur perfectè voluntas, & vide eum *ibi*, quare venditor non potuit rem venditam jure pignoris retinere pro consequutione pretii non soluti.

7 Poterit etiam dominium rei venditæ emptor consequi, si venditori satisfecerit, vel si ipse venditor fidem de pretio habuerit, nam hæc tria, solutio pretii, satisfactio, & habitio fidei de pretio, æqualem vim habent respectu acquisitionis dominii, si res ei tradita sit ex *d. §. venditæ, & d. l. quod si vendidi cum aliis traditis sup. num.* 1. & notat Fab. de Mont, *in d. q.* 3. *num.* 63. Gomez. *in l.* 70. *Taur. n.* 22. Viv. *decis.* 34. *n.* 13. Avend. *respons.* 29. *in prin.* Surd. *decis.* 220. Casanate. *cons.* 9. *n.* 45. Moz. *d. n.* 32. *& 77.* Carroc. *de locat. tit. de locatione ex fide, q.* 8. *col.* 38. *& tit. de remiss. mercedis q.* 8. *n.* 34. *fol.* 184. Girond. *de gabell.* 4. *p.* §. 2. *num.* 4. Lasarte, *de decim. vend. c.* 6. *num.* 23. Bap. Valenz. *consil.* 56. *num.* 32.

8 Emptor venditorem satisfacere dicitur, quoties ejus desiderium implet, sive pignoribus, prout ipse venditor sibi caveri voluerit: & generaliter quoties à solutione, vel obligatione recedere voluit, licet in hoc deceptus sit acceptis pignoribus, vel fidejussoribus, vel habendo fidem de pretio, *d. l. quod si vendidi*, 19. *l. ut res* 53. *ff. de contrah. empt. l. si rem, §. omnis*, 1. *ff. de pignor. act.* Pereir. *de empt. & vend. c.* 23. *à num.* 1. usque *ad* 10. ubi latè explicat quando venditor, seu creditor satisfactus dicatur.

9 Dubium autem est, quando venditor dicatur fidem de pretio habuisse? & venditorem rem tradentem pretium non statim accepturum fidem de pretio habuisse probat Glos. *in dict. l. quod vendidi, ff. de contrah. empt. & in l. procuratoris, §. plane, ff. de tributor.* Bart. *in l.* 3. *ff. de pignor. act.* Paul. *in d. §. plane, & in l. in civile, C. de rei vend. & in d. §. venditæ, vers. fidem. Instit. de rer. divis.* Bald. Angel. Aretin. Cyn. & alii plures quos sequitur Tiraq. *de retract. convent. ad fin. tit. n.* 78. Gregor. Lopet. *in glos.* 4. *l.* 46 *tit.* 23. *p.* 3. Menoch. *lib.* 3. *præsump.* 79. *n.* 4. Roman. *singul.* 320. Bertazol. *clauss.* 28. *glos.* 1. *numer.* 5. ubi dicit communem etiam si sit dictum quòd venditor confidit de emptore, usque ad decem dies tantum, Cancer. *var.* 1. *p. c.* 13. *de empt. & vend. n.* 3. & faciunt *l. non idcirco, C. de contrah. emp.* ibi, *recte possidet, pretium tamen peti potest, l. in civile, C. de rei vendic.* ibi *sane de pretio, si non ante probatum fuerit te recepisse, conveni adversarium tuum, l. si donationis, C. eodem*, & hanc magis receptiorem dixit Barbos. *in l. si cum dotem* 23. §. *fin. n.* 35. *vers. est tamen ff. solut. matrim.* Fontanel. *de pact. nup.* 2. *p. claus.* 7. *glos.* 2. *p.* 9. *num.* 35. Casanat. *cons.* 9. *num.* 46.

Contrariam opinionem, scilicet in dubio tradentem rem venditam non videri in creditum ire, & habere fidem de pretio, defendit Fulgos. *in d. l. quod si vendidi.* Aretin. *in l. quoties, C. de rei vendic.* Fab. *in d. §. venditæ, n.* 2. *Instit. de rer. divis.* Fab. de Monte. *de empt. & vend. q.* 5. *à n.* 37. & ejus fundamenta repetit, & transit cum eo. Peret. *in l.* 2. *tit.* 7. *lib.* 5. *ordin. glos. unic. col.* 18. *vers. quæri potest.* & eam probabiliorem dicit Pereir. *de emphyt. extinct. libr.* 3. *c.* 7. *num.* 12. 13. 14. *&* 15. ubi in ejus confirmationem plura tradit Grivel. *decis. Dolan.* 56. *num.* 9. 10
Marta, *decis.* 43. *num.* 5. † ubi dicit, quòd non videtur habita fides de pretio, nisi verbis expressis fuerit sic actum. Pichar. *in d. §. venditæ, n.* 6. Alexand. Ludovic. *decis.* Et huic opinioni maximè favent, *d. l. quod si vendidi.* 19. *ff. de contrah. empt. & d. §. venditæ, & d. l.* 46. *tit.* 28. *par.* 3. in quibus non sufficit venditio, & traditio ad transferendum dominium? sed requiritur solutio pretii, vel quod sit habita fides de pretio: quod frustra requireretur, si ex traditione præsumeretur fidem de pretio fuisse habitam. Et tempore traditionis, si ibi aliud fuisse actum dicatur, non esset lex de casu dubitabilis. 11

In hac enim quæstione sunt multi casus, in quibus venditorem non habuisse fidem de pretio, & alii, in quibus fidem emptoris sequutum fuisse omnes conveniunt: casus enim, in quibus non præsumitur habita fuisse fides de pretio, sunt. 12

Primus, quando res venduntur, pro quibus statim pretium solvi consuevit, vel quando ex conjecturata mente partium idem dicendum esset, ut quia res venditur, & traditur ut equus, & alia venalia iis, qui protinus sunt discessuri, & personis ignotis, quibus non est verisimile venditorem voluisse credere, & dare dilationem ad solvendum, ut per Bald. *in l. si non donationis, C. de contrah. emp.* Paul. *in d. §. venditæ.* Fab. de Mont. *d. p.* 5. *n.* 40. Bertaz. *dict. claus.* 28. *glos.* 1. *n.* 7. Mantic. *de tacit. conven. lib.* 4. *tit.* 21. *n. fin.* Fontan. *in d. gl.* 2. *n.* 37. Strach. *de decoctor. p.* 3. *num.* 31. Barbos. *in d. l. si cum dotem.* 23. *numer.* 38. *ff. solut. matr.* Gizzarell. *decis. Neapl.* 40. ubi casum de facto decisum per Senatum refert. 13

Secundus, quando venditor rem emptori tradidit, qui dicebat se habere pecuniam ad manus, cum tamen non haberet, tunc enim, etsi venditor confiteretur se recepisse pretium, si non recepit, non videtur fidem de pretio habere, *l. si quasi. ff. de pignor. act.* Glos. *vers. satisfactione, in d. l. quod vendidi*, 19. ubi per illum *text.* hanc quæstionem decidit Paul. *in d. l. si quis*, ubi dicit illum *text.* allegari ad hoc, quod venditor non censeatur habere fidem de pretio, quando tradit rem non percepto pretio, si sperabat statim se percepturum, ideoque non transire dominium. Glos. ibi *vers. quonimus* Bal. *cons.* 298. *lib.* 2. ubi dicit quòd licet fuisset vera venditio, tamen quia numeratio pretii coloratè intercessit, & immediate marsupium emptoris tradirum fuit, dominium non decessit à venditore, & hoc dictum late fundat, cujus verba refert, & sequitur Vasq. Mench. *contr. usufr. lib.* 3. *c.* 50. *numer.* 2. 3. Gregor. Lopet. *in glos.* 4. 14

l.46.tit.28.part.3. Bertazol. *ubi ſup. n.6.* ubi contra Salyc. & alios tradit, eorum doctrinam non procedere, quando agitur inter contrahentes, quòd ſtatim pretium ſolvererur, vel creditur res per duos, vel per tres dies, ſi promiſſio emptoris communiter habebatur pro pecunia numerata, & faciunt tradita per Gratian. *diſceptat.c.326: n.1.& 2.* Gizarell. *d.deciſ.40.n.2.& 3.*

Tertiò quando emptor, cum jam conſilium fugiendi iniiſſet, merces emeret habita fide de pretio, & ſtatim poſt traditionem ſolum vertit, de qua vide Addita ad Gloſ. 1. *l.28. tit. 13.*

Quartò in omnibus caſibus, in quibus non poteſt haberi fides de pretio per vendentes, Bald. *in l. in civile, n.4.C.de rei vend.* Bertazol. *d.clauſ. 28. gloſ.1. n.16.* Mantic. *ubi ſup. n.7.* Sunt enim qui fi-
16 dem de pretio habere non poſſunt † ut procurator fiſci, niſi aliter in mandatis habuerit, *l. ſi procurator,ff. de jure fiſci, l. 1.& l.etſi inſtrumenta, C. de fide inſtrument. lib.10.l.1. C.ne fiſc.* & Gloſ. & DD. *ibi,* Menchac. *controverſ. uſufreq. lib.1.c.9.num.12.* Peregr. *de jure fiſc.lib.6. tit.4.n.9.* Bertazol. *de clauſul.clauſ. 38.gloſ.1.n.10.& 11.* Mantic. *de tacit.conven.lib.4.tit.21.n.4.* Greg.Lop. *in d.gl.4.l.46.* ibique Addit. Gratian. *diſcept.3.tom.cap.329. n.32.& 33.* Alfar. *de offic. fiſcal. gloſ.34. de empt. & vend. n.41.* ubi tradit, quòd hodie omninò non ſervatur, præcipuè in Indiarum partibus, quia vix emptores inveniuntur, niſi aliqua partis pretii dilata ſolutione.

17 Item minor ſi vendidit, vel ejus tutor, vel curator, vel adminiſtrator, ſeu Prælatus Eccleſiæ. Gloſ. *in d.l. ſi procurator.* Bertazol. *num. 12. & 13.* Peregr. Mantic. & Gratian *ubi ſup.* Alex. Ludovic. *deciſ.103. per totam.*

18 De procuratore generali, & ſpeciali ad vendendum, & an poſſit habere fidem de pretio, vide Bertazol. *à n.14.& 15.* Mantic. *n. 2.& 3.* Gratian. *n.43. ubi ſup.* Valaſc. *conſult. 21.* Alex.Ludovic. *deciſ.23. n.4.* ubi de procuratore ad vendendum præſente pecunia, & Addita ad Gloſ. 4. *l.7.tit.14. infr.* quorum recepta ſententia eſt, quòd poteſt habere fidem de pretio, ſi dolus abſit in venditionibus, niſi mandatum eſſet ad vendendum tali pretio, vel præſente pecunia, vel ad aliquem effe-
19 ctum, ut ad ſolutionem alicujus debiti. † Et de procuratore cum libera, vide Pichard. *in d.§.venditæ, n.7.& 8.* & Glo. *verſ. libera,* & *ibi* addita *in*
20 *d. §. venditæ.* † Et an poſſint confiteri ſolutionem recepiſſe; vide Addita ad Gloſ. *in l.tit.14.inf.hac p.*
21 † Factores mercatorum in præjudicium dominorum non poſſunt habere fidem de pretio, quando vendunt merces domini alicui receſſuro, vel ſuſpecto de fuga, vel cui diligens paterfamil. non traderet niſi præſente pecunia, Bald. *in l. in civile, C. de rei vend.* quem refert, & ſequitur, Gizarel. *deciſ. 40. num. 5.*

22 Executor teſtamenti, ſeu ultimæ voluntatis, ſi ſit datus ſimpliciter, non poteſt habere fidem de pretio. Bart. & omnes, *in l.à Divo Pio,§.ſed ſi emptor,ff.de re judic.* Fab. à Monte *de empt.3.q.princ. n.15.* Matienz. *in l.14.tit.4.lib.5. recop.gloſ.1.n.35.* Bertazol. *d. clauſ.38.gloſ.1.num.22.& 23.* Mantic. *d.lib.4. tit.21. n.5.* ubi procedere inquit in executore ad pias cauſas, & ad ſolvendum legata pura; nam ſi eſſent in diem, uſque ad illum diem habere fidem de pretio eis licet. Gratian. *diſc.2.tom.c.329.*
23 *à n.34.* ubi ampliat, etſi de minimo haberet fidem, & reliquum recepiſſet. Pereir. *de empt. & vendit. c.17.n.3.* ubi cum Greg.Lopez.& aliis tradit, quòd non valet confeſſio de pretio recepto ab eo facta. Narbon. *in l.3.tit.7.lib.1 recomp. gloſ. unic.num.fin.* ubi dominium in emptorem non tranſire, ſi totum pretium ſolvatur, excepto uno nummo, tradit.

Si vero datus eſſet cum poteſtate generali, & 24
libera, poſſet habere fidem de pretio, ſicut & poſſunt cæteri procuratores generales, exceptis caſibus, ibi traditis, Gratian. *dict. cap.329.num.40. cum aliis.*

Prædicti enim executores non poſſunt exequi, 25
nec ad venditionem bonorum teſtatoris venire, niſi requiſito prius hærede, cum hoc bonæ fidei conveniat, *l.prohibetur,§.clam,ff. quod vi,aut clam, l.creditor, ff.de diſtract. pign.* & faciunt Addit. ad Gloſ. 2. *l.41.tit. 13. infra,* & in ſpecie concludit Angel. *de teſtam. gloſ.97. in verſ.executores, num.6. tom.8.tractat.part.1.* poſt Bart. *in l.alio, col. 5. n.4. ff.de alim. & cibar. legat.* Ancharr. *in cap.tua nos, de teſtam.* Fab. à Monte, *ubi ſupr.n.14.* qui *à n. 12.* de facultate horum executorum circa venditionem rerum teſtatoris agit. Ruin. *conſ.84. in fin. num. 14. lib.2.* Tellus Fernand. *in l.32.Taur.num.6.* Matienz. *d. gloſ. 1. à num. 22.* ubi latiſſimè explicat, & plures laudat. Pereir. *ubi ſupr. dict. cap. 17.* ubi latè agit, quando executores poſſunt ad venditionem rerum teſtatoris venire. Gratian. *à n.27.* ubi hoc dicit notandum pro venditionibus, quas faciunt executores potiùs de una re, quam alia. Pereir. *ubi ſuprà.* Valenz. *conſ.25. n.13.& 14.*

Amplia, ut non præmiſſa dicta requiſitione hæ- 26
redis, emptoris aliqua poſſeſſio non acquiratur. Aldobrand. *conſ.69: num.22.& 23.* Matienz. *dict. gloſ.1.n.29.* Gratian. *d n.28.& 29.* † ubi dicit, invito hærede emptorem non poſſe acquirere dominium, & poſſeſſionem, etſi executor habeat poteſtatem ad vendendum à teſtatore; quia teſtator non poteſt facere, quòd dominium ex contractu tranſeat ſine poſſeſſione; nec ſufficere quòd emptor mittatur in poſſeſſionem, ſed requiri quòd emptor agat ex contractu contra hæredem, & mediante judice acquirat dominium, & poſſeſſionem, & citat Bart. *in l.id quod pauperibus.24.num.31. q.18. C. de Epiſcop. & Cler.* Alexand. *conſ.62. n.5. lib.2.* & Cald. Pereir. *in d.c. 17.num.4. cum ſeq.* ubi hoc limitat, quando teſtator executori plenam, & liram poteſtatem dedit, & contrariis ſatisfacit, & alios laudat.

Nec poſſunt exercere actionem contra hære- 27
dem, vel debitores teſtatoris, quia executores teſtamentarii ſunt nudi miniſtri, *l. Lucius, §. Mævia, ff. ad Trebell. l.ſi quis Titio, ff. de leg. 1.* Matienz. *n.18.* Gratian. *n.1. ubi ſup.* † Nec potuerunt con- 28
veniri, quia ſunt meri executores, & non habentur loco hæredis. Gloſ. *verb.ab hæredibus,verſ.& ſecundum, in l.firmio.16.§.cum ab hærede, ff. quando dies legat.vel fideicom. ced.* Bart. *in l. alio hærede, n.26. in fin. verſ. ultimo quæro, ff. de alim. & cib.leg.* Gratian. *ubi ſup. n.1.& 3.* & vide latè apud Matienz. *in d.l.14.tit.4.lib.5.recomp.gloſ.1.n.30.31.& 32.*

Limita favore alimentorum, & piæ cauſæ, nam 29
tunc executor teſtamentarius poteſt hæredem convenire ad ſolvendum legatum, & exercere actiones contra eum, & debitorem, *l. nulli, C. de Epiſc. & Cler.* quæ loquitur in legato pio, *& l.alio hærede,* quæ loquitur de alimentis, Gloſ. *in l. ſi quis Titio, ff. de leg. 2. in verb. miniſtrum,* ubi dicit quòd ubi alicui relinquitur ut miniſtro, illi non datur actio, niſi favore piæ cauſæ, vel alimentorum, vel niſi aliquid commodi ſibi remanſurum ſit, Surdus *de aliment.*

aliment. tit. 8. privil. 32. num. 1. & 2. Gratian. *n. 2.*
30 *ubi sup.* ubi alios allegat. † Et pro eis sicut potest agere, sic poterit etiam conveniri, *d. l. nulli*, & ibi, Gl. Bart. *in d. l. firmio. num. 2.* Gratian. *n. 4. in d. c. 329.* Matienz. *n. 18. & 32.* ubi latissimè.

31 Alia de natura, potestate, & auctoritate hujusmodi executorum vide late apud Speculat. *de instrum. edit. §. nunc vero aliqua, per tot.* Matienz. *in glos. 1. per tot.* Gratian. & Surd. *ubi supr. tit. 8. de aliment.* & Capr. *de execut. ultimar. volunt.* & Baptif. Valen.
32 *cons. 35. num. 4.* † ubi tradit, quòd non valet impedire, quin hæres in possessione bonorum testatoris mittatur, nisi testator additionem hæreditatis prohibuerit, & sic intelligenda esse, quæ dicunt Boer. *decis. 156. n. 15.* & Parlad. *lib. 2. rer. quotid. c. fin. 1. p. §. 9. n. 7.* de aliis notabilibus hujus materiæ vide Boer. *in cons. 60, n. 1. usque ad n. 13.* & Addit. ad Gl. *l. tit. par.* & de quæstione an hujusmodi executores teneantur satisdare? vide Quesad. *diverf. quæst. jur. c. 11. à n. 14.* ubi latè explicat, & disputat, & vide Addit. ad Glos. *l. tit. p.*

33 In prædictis casibus, si fides habita sit de pretio ab his, quibus hoc non licet, dominium non transfertur in emptorem, nisi integro pretio soluto, valet tamen contractus quoad obligationem emptoris. Glos. Bald. & Salyc. *in l. cum vendente, C. ubi cauf. fiscal.* Alex. *in l. à Divo Pio, §. sed si emptor n. 8. ff. de re judica.* Fab. Mont. *in d. tit. emp. & vend. q. 3. prin. n. 32.* Peregr. *de jure fisci. lib. 6. tit. 4. n. 9.* Bertaz. *de clauf. 38. glos. 1. num. 16.* Mantic. *de tacit. conven. lib. 4. tit. 21. n. 7. & 8.*

34 Subhastatio etiam est nulla, si facta fuerit habita fide de pretio. *l. à Divo Pio, §. sed si emptor.* ibi *oportet res captas pignori. & & distractas, præsenti pecunia distrahi. ff. de re judic.* de quo vide Addit. ad Glos. *l. 41. tit. 13. infra hac par.*

35 Casus vero, in quibus manifestum est venditorem fidem de pretio habuisse sunt. Primus si venditor terminum, intra quem solvat, emptori assignet. *l. in Civile C. de rei vendicat. l. non idcirco. in fine. §. C. de contrab. empt. l. 1. C. de action. emp. l. 1. in fine. C. quando liceat ab emp.* Glos. *verb. fidem, ad fin. in §. venditæ. Instit. de rer. divis.* & *ibi* Angel. *num. 2.* Alex. *cons. 92. num. 3. lib. 1.* Afflict. *decis. 208.* Barbos. *in l. si cum dotem 25. §. fin. num. 36. ff. solut. matr.* ubi in hoc casu, etsi emptor non solvat non resolvi emptionem, nec venditorem præferri aliis creditoribus, dicit.

36 Secundò, quando venditor tradit rem credens, quòd intra decem dies emptor sibi solveret pretium, nam tunc statim transfertur dominium, et si emptor non solvat, non revocatur. Gl. *penul. d. l. in civile.* & *ibi.* Bald. Angel. & Barbos. *ubi sup.* Greg. Lop. *in glos. 3. l. 46. tit. 28. par. 3.* licet aliud velit Bertaz.

37 Tertiò, quando venditor, qui tradidit rem, permisit emptori illam asportare, nec nuntium suum misit cum re; nam tunc fidem habuisse de pretio creditur. Salycet. *in l. in civile. C. de rei vend.* quem sequuntur Aretin. & Scrib. *in §. vendita. Inst. de rer. divis.* quos refert, & sequitur Gizar. *decis. Neap. 40. n. 6.*

38 In aliis vero casibus, si mens, vel circumstantiæ contractus aliud non suadeant, verius est, quòd non videtur habita fides de pretio, nisi verbis expressis sic fuerit actum, nec quando venditor rem venditam adhuc non tradidisset. Honded. *cons. 52. 38. lib. 1.* Menoch. *226. n. 120.*

39 Ut omnis scrupulus tollatur, & dominium in emptorem non transeat, & venditor aliis anteriori-
bus creditoribus præferatur, erit cautela, quòd precariò res vendita penes emptorem sit, donec integrum pretium solvatur, quæ est tantæ efficaciæ, ut ex ea dominium, & possessio penes venditorem remaneat: & emptore non solvente, poterit venditor revocato precario per rei vendicationem, vel per interdicta possessoria rem venditam recuperare, *l. ea, quæ distracta, si. de prec. l. 3. C. de pact. inter empt. & vend.* ubi Imperator, & Jurisconsultus hanc cautionem tradunt. Parlador. *lib. 1. rer. quotid. c. 8. à n. 3.* Fontanel. *de pact. nup. 2. par. clauf. 7. glos. 2. p. 9. n. 21. & 22.* Grat. *discept. c. 325. n. 11.*

Aliam cautelam tradit Gregor. Lopez. *hic*, scili- 40
cet, quòd venditor emptori rem tradat hoc pacto, quòd non transeat dominium donec pretium integrè solvatur, quod pactum valere dicit, & impediri dominii translationem, & Adde, *l. procuratores, §. planè, ff. de tributor. act. l. cum manusata. ff. de contrab. empt.* Tiraquel. *de retract. lign. §. 1. glos. 2. à num. 36.* qui *in num. 39.* Plures adducit. Gomez. *2. tom. var. c. 2. num. 10. ve. f. item etiam.* Parlad. *n. 1. & 7. ubi sup.* ubi alios tradit, & hoc pactum contineri *sup.* traditum, & de jure communi esse dispositum docuit Abb. *cons. 69. in fin. lib. 2.* Surd. *decis. 220. num. 13.* Gratian. *discep. 3. tom. c. 523. n. 1. 2. & 3.* qui tradunt ejus expressionem nihil operari, quia solutio pretii est de natura emptionis. Cald. *de empt. & vend. c. 22. num. 31. in fin.* ubi cum Corneo. *in cons. 297. num. 3. vol. 3.* inquit, non esse contra naturam venditionis: & sic fuisse pluries decisum testatur Afflict. *decis. 238.* & ibi Ursil. Franc. *decis. 506. ex num. 5.* Magon. *decis. Lucens. 31. & decis. Florent. 91. num. 8. & 9.* Marta. *decis. 43. à num. 2.* Sesse, *decis. 42. à num. 13.* Surd. *decis. 344. à num. 11.* ubi hoc pactum juri consonum esse latè comprobat. Mantic. *lib. 4. tit. 27. num. 4. & 5.* ubi dicit, non valere pactum, quòd dominium non transeat 41
in emptorem indistinctè, sed valere, quòd non transeat donec pretium solvatur. Bap. Valenz. *cons. 59. num. 35.* Francis. *decis. 155. num. 2. 3.* & vide Addita ad Glos. *1. l. 28. tit. 12. infra hac par.* ubi latissimè de viribus hujus pacti egimus, & de prælatione venditoris in re vendita, † & ultra *ibi*, tra- 42
dita operatur hoc pactum, quòd licitum sit contractum de solvendo aliquid annuum, donec pretium solvatur, & locatio rei venditæ, de quo vide Carroc. *de locat. & cond. rubr. de usur. q. 1. à n. 3.* Cagnol. *in l. curavit. num. 26. C. de action. empt.* Rodrig. *de ann. redd. lib. 2. q. 3. num. 62. cum aliis*, Avendañ. *de censib. c. 9. num. fin.* Gratian. *ubi supr. num. 14. & c. 206. num. 9.* Honded. *cons. 30. num. 29. 1. p.* † Claudian ad Bertazol. *cons. crimin. 540. lib. 2.* 43
ubi tradit aliam cautelam, ut fiat promissio vendendi, ita ut soluto pretio conficiatur instrumentum venditionis, & interim locetur, & eum refert, & sequitur, Gratian. *decis. 13. num. 4.* & valere pactum de solvenda aliqua pensione, dum pretium non solvitur, docet Scaccia, *de commer. §. 1. q. 7. p. 2. amplia 8. num. 164. & 165.* ubi alios adducit, & consulit venditoribus, quòd hoc pacto utantur. Mantic. *lib. 4. tit. 24. à n. 19.* & vide Addit. ad Glos. *sequent. n. 44. & 46.* Alexand. *cons. 121. lib. 5.* ubi hoc pactum valere dicit.

Sed quid, si res hoc pacto vendita, antequam 44
pretium solvatur, incendio, alluvione, vel casu aliter pereat, periculumne erit emptoris? vel venditoris? dic quod emptoris periculo periit, *ex l. sicut emptio, §. interdum, ff. locati.* Surd. *dec. 198. n. 28.* Gratian. *discept. 2. tom. cap. 354. à n. 48. & c. 523. num. 17.* Mantic. *n. 28. ubi supr.* & alios adducunt

supr. citati, & vide Gratian. *in dict. c.* 523. ubi tradit, quid operetur pactum cum reservatione dominii. Stante hoc pacto, an sit locus retractui sanguinis? Vide Afflict. *decis.* 333. & ibi, Ursil. *vers. qui locum habere.* Quid si mercedem promisit, & rem locavit interim dum pretium solvit an re perempta remissionem petere possit? Vide Gratian. *d. c.* 354. *n.* 52. *cum aliis*, & Addita ad Gloss. 1. *l.* 23. *tit.* 8. *infra.*

46 Quid de colono, si pensionem non solvat, an erit dominus fructuum? vide Pereir. *de empt. & vendit. c.* 23. *num.* 13. Carroc. *de locat. & conduc. tit. de locat. ex fide.* Lasar. *de decim. vend. c.* 19. *n.* 72. Collant. *in pragm. agricol. lib.* 3. *c.* 1. *num.* 5. qui dominium in eum ante solutionem pensionis non transire docent auctoritatibus, & rationibus, de quibus *ibi* per eos. Contrariam opinionem, scilicet dominium fructuum in Colonum ante solutionem pensionis transire, si habita fuit fides de pensione, sequuntur. Valasc. *de jure emphit. q.* 20. *p num.* 15. Molin. *disput.* 497. *num.* 1. *vers. quod vero ad* 2. *attiner.* ubi eam latè defendit. Parlad. *in sexq. differ.* 79. *c.* 3. *num.* 8. Narbon. *ad l.* 25. *tit.* 21. *lib.* 9. *recompil. glos.* 16. *num.* 36. *cum* 9. *seq.* ubi contrariis satisfacit, & primam opinionem procedere ait, quando conductor incontinenti pensionem locationis promisit, vel cum aliter constat de pensione fidem habitam non fuisse, & vide *supr. num.* 2. & Parlad. *num.* 6. & 7. *ubi supr.* ubi dicit, dominium fructuum, non transire in colonum, quando pi-
47 gnori dati sunt domino. † Pretio non soluto quibus remediis venditori contra emptorem uti licebit, distingue. Aut rem adhuc retinet ipse vendi-
48 tor, aut eam tradidit emptori: † Primo casu eam alteri licitè, & citra pœnam falsi vendere poterit, si tempore statuto emptor cessavit in solutione pretii. Odofr. *per l. venditor ex hæreditate, ff. de hæred. vel act. vend.* & *ibi* Bald. & *l. quoties numer.* 2. *in fine. C. de rei vendic.* Bald. *in c.* 1. §. *si facta. num.* 2. *si de feud. fuerit controver. inter domin. & agnat.* Salyc. *in d. l. quoties*, & *ibi* Jas. *num.* 48. & *in l. à divo Pio §. si emptor. num.* 5. *ff. de re judic.* Marsil. *in l. qui duobus, num.* 8. *ff. de falsis* Surd. *decis.* 220. *num.* 16. & *decis.* 344. *num.* 16. & 17. ubi respondit contrariis. Gratian. *decis.* 13. *in add. numer.* 2. & 3. & *d. c.* 523. *num.* 5. ubi alios adducit: & in isto casu quis istorum præferatur in re empta vide Addit. ad Gloss. 50. *infra à num.* 49.

49 Et etiam per viam exceptionis datur ei rescissio contractus; nam quando pactum, seu conventio non servatur contractus nominatus resolvitur. Alex. *consil.* 105. *num.* 17. *vol.* 3. qui loquitur in conventione. Rolan. 53. *vol.* 1. *num.* 22. & 23. ubi etiam ex defectu unius denarii à venditione recedi posse tradit. Corn. *cons.* 121. *in fine vol.* 1. Cravet. 192. *num.* 22. Bezi. 45. *num.* 38. Surd. *n.* 18. & *d. decis.* 220. & *d. num.* 12. *cum aliis*, & *decis.* 344. *num.* 171. & *cons.* 13. *num.* 32. & 32. & 52. *à num.* 36. & 563. *num.* 3. & 5. ubi latè comprobat. Menoch. 1178. *num.* 11. Gratian. *discep. c.* 255. *num.* 3. & 16. & 23. Giurb. *decis.* 100. *n.* 23. *ubi plures refert.* Fachin. *controv. jur. lib.* 2. *c.* 4. *in fin.* idem Surd.
50 *cons.* 563. Carroc. *decis.* 76. *num.* 11. ubi ex Cumano. *in l. si ita quis §. Seia cavit. ff. de verbor. oblig.* tradit, quòd si in venditione per me facta promisisti solvere pretium intra certum tempus, si non solvisti, nec obtulisti intra illud tempus, contractus resolvitur, quod dictum singulare dixit Jas. ibi *n.* 9. & vide Addit. ad *l.* 58. *n.*

Secundo casu, aut rem tradit non habita fide de pretio, vel cum pacto, quòd res esset precario pe- 51
nes emptorem, donec pretium solverit, vel cum pacto reservationis dominii, aut habita fide de pretio. Primo casu non soluto pretio, poterit venditor rem vendicare. Glos. *vers. dato, in §. venditæ. Instit. de rer. divis. l. procuratoris §. planè, ff. de tribut.* ibi. *quia res meæ non aliter desinunt esse meæ, nisi ære soluto.* Menoch. *libr.* 3. *controver. usufreq. c.* 50. *in princ.* Cald. *de empt. & vend. c.* 23. *n.* 18. Barbos. *in l. si cum dotem §. fin. n.* 32. *in fine. &* 36. *ff. solut. matr.* Secundo casu si habita fuisset fides 52
de pretio ex pacto reservationis dominii, non posset contractus resolvi maximè in viam actionis, de quo vide plenè per Gratian. *discep. c.* 523. *à num.* 13. & 23. Farin. *decis.* 28. *in* 7. *centuria, num.* 4. *vers. nec refragatur.* 8. *tom.* ubi in pacto reservationis dominii ob pretium non solutum non esse locum pœnitentiæ tradit, & sic fuisse per Rotam decisum.

Tertiò casu quando res tradita fuit habita fide 53
de pretio, nullo ex dictis pactis interveniente, datur venditori actio ad rescindendum traditionem, quasi in debitè factam, si id deficiat, quod principaliter movit ad contrahendum: nam etiam nominatus contractus corruit ob defectum finalis causæ *l.* 58. *infr. hoc tit.* ubi vide Addit. *l. Lucius Titius ff. de actio. empt.* & *ibi* Paul. *n.* 22. *l. cum te fundum C. de pact. inter emp.* Abb. *in cap. verum vers. unde concl. de condit. appos.* Gratian. *discep. cap.* 307. & 326. *num.* 2. & *decis. Marc.* 13. *numer.* 3. & *decis.* 26. *num.* 22. Cravet. *cons.* 192. *num.* 22. Boër. 45. *numer.* 29. Roland. 69. *à numer.* 37. *lib.* 4. Surd. *decis.* 230. *num.* 18. & 19. Cald. *d. c.* 23. *num.* 22. Pet.
† Barbos. *l. de divisione* 5. *num.* 50. *vers. ex qua ff.* 54
solut. matr. ubi agit de interpretatione *d. l. Lucius Titius*, & improbat opinionem eorum, qui tenent *ibi* pretium, & ejus usuras peti posse à venditore, dicens emptorem solum agere posse ad rem emptam, & fructus, vel ad usuras, si res empta est in fructifera, & non ad rescissionem contractus. Sed ejus impugnatione non obstante vera est resolutio tradita, quando ob aliquam causam finalem fuit contractus celebratus, ut si emi ligna pro ædificatione, seu repatatione domus, & venditor fuit in mora, & emptor jam domum reparavit, nam tunc cessante causa finali poterit agere ad pretium, & usuras, seu interesse, & in aliis similibus casibus, & vide Scacc. *de commer. §.* 7. *glos.* 2. *exemplo* 1. *sub num.* 83. & 94. Sousa, *in repet. §. actionum. Instit. de action. numer.* 33. ubi raro ad rescissionem contractus agi posse dicit, & Surd. *cons.* 52. *num.* 38. & 39. tradit, quòd potest agi actione ob turpem causam. Giurb. *decis.* 115. *num.* 10. ubi per viam actionis ad rescissionem contractus agere posse venditorem, quando deficit illud, quod prin-
cipaliter movit cum Cravet. & Gratian. docet, † 55
& *à num.* 6. comprobat emptorem posse agere ad pretium venditori solutum, & ad rescisionem contractus, quando non potest impleri ex parte venditoris, quia frumentum quod vendiderat in specie, vel in genere, jam erat consumptum, & vide *l.* 58. *infra hac p.*

Intellige primò ea, quæ diximus de venditore, 56
qui potest rem traditam vendicare ab emptore, procedere, nisi emptor venditori rem repetenti pretium offerat. Gl. *vers. dato, in §. venditæ. Inst. de rer. divis.* Gl. *vers. vendicare, in l. procuratoris, §. planè, ff. de tributor. actio.* à DD. recepta, ut testatur Cald. *d. c.* 23, *num.* 18. *vers. sed si emptor.* &

vide

57 vide Addit. ad Glos. 1. *l.* 32. † etsi à principio pretium non offerat, potest purgare moram in qualibet parte judicii, si jus partis remanet illæsum. Farin. *ubi sup. n. fin.* & vide Addit. ad Glos. *l.* 8. *tit.* 13. *infr.* & tunc venditor conventus ad rem tradendam non oblato pretio absolvi debet, si simul non soluti pretii exceptionem opponat, absolvique petat; secus si solum exceptionem pretii non soluti opponat; & absolvi non petat, quia tunc condemnari debet cum clausula si pretium solverit. Cartari. *decis.* 98. *num.* 11. ubi ex Paul. *in l. Julianus, vers. offerri. ff. de action. emp.* quem sequitur Socin. *cons.* 208. *col. fin. lib.* 2. hanc distinctionem tradit.

Intellige secundò, nisi pars pretii sit soluta, quia tunc ita perficitur venditio, ut ab ea recedi non liceat. *l.* 1. *C. quando liceat ab empt. disced.* Surd. *consil.* 104. *num.* 10. *&* 38. *num.* 11. *&* 321. *n.* 57. *&* 98. *n.* 5. *&* 343. *n.* 27. Decian. 64. *num.* 32. *vol.* 3. Giurb. *decis.* 113. *num.* 5. ubi alios
58 adducit. † Intellige tertiò quando esset pactum de non contraveniendo, quo casu etiam in hoc contractu correspectivo, etsi altera pars ex sua parte non adimpleat, non licet ab eo discedere; nec frangenti fidem potest fides frangi, & prædicta clausula existente, non potest modo aliquo evitare adimplementum sub prætextu non adimplementi. Esse, *decis.* 24. *num.* 2. ubi sic decisum dicit. Fontanel. *de pact. nup. claus.* 4. *glos.* 28. *num.* 3. *&* 4. quem vide, & de materia hujus pacti, ibi, ubi alios refert, & Alexand. Raud. *de analog. & æquivoc. lib.* 1. *c.* 23.

59 Si vero aliqua causa finalis non sit, quæ partes ad tradendum induxit, licet intra terminum pretium non solvatur, non rescinditur venditio, sed lapso termino venditor aget ad pretium. *l. in civile, C. de rei vendicat, l. non idcirco, in fine, C. de contrab. emp. l.* 1. *C. de action. empt. l.* 1. *in fin. C. quand. liceat ab emp.* Gl. *vers. fidem, in §. vendita, inst. de rer. divis.* Ferrar. *in prax. in form. libell. in causa venditionis, §.* 1. *num.* 3. *in fin.* Pinel. *de rescind. vend.* 2. *part. tract. c.* 2. *num.* 27. ubi explicat, quem vide *à num.* 14. Fachin. *controver. jur. lib.* 2. *c.* 4. *in fin.* Surd. *decis.* 220. *num.* 17. Barbos. *in l. si dotem, §. fin. num.* 32. *ff. solut. matrim.* Farin. 2. *p.* 1. *tom. novissim. decis.* 77. *num.* 2. Surd. *cons.* 38. *num.* 26. Casanat. *cons.* 9. *num.* 48. Marescot. *lib.* 1. *variar. c.* 89. *&* 90. ubi latè agit, quando ex causa non implementi possit discedi à contractu nominato, & vide Addita ad Glos. 1. *in fin. l.* 32.

60 Agere etiam potest ad usuras pretii non soluti, de quo vide Addita ad Gl. *sequentem.* Et de Castellano an possit deserere custodiam castri? vide Addita ad Glos. 1. *l.* 20. *tit.* 8. *infra, n.*

61 Nota 2. *ex text.* venditorem rem venditam emptori tradere teneri, quia ex natura contractus venit, ut res tradatur. *l. si ita in fin. ff. de contrab. empt. l.* 1. *in fine, & in l. venditione. ff. de act. empt.* Hostiens. *in summ. de empt. & vendit. §. & ad quid.* Aretin. *§. actionum, col.* 3. *vers. quæro ad quid. Instit. de act. ubi* Jas. *num.* 134. DD. *in l. certi conditio in princip.* ubi Socin. *num.* 22. & Decius, *n.* 11. *ff. si cert. petat.* Surd. *cons.* 13. *num.* 12. & vide Addita ad Glos. 8. *l.* 23. *sup. num.* 4. † & si habet facultatem rei tradendæ præcisè tradere debet, de quo vide Addita
62 ad Glos. 4. *l.* 7. *supr.* & si pretium solvit poterit emptor uti eisdem remediis, & actionibus, quibus venditor, & ad fructus rei venditæ datur ei actio, de quo vide Addita ad Glos. *sequent.*

63 Sed quid si venditor in instrumento venditionis constituit se pro emptore possidere, utrum actione ex empto compelli possit ad tradendum? ex empto conveniri non posse, ut realiter venditam rem emptori tradat, sed rei vendicatione, veluti possidetis, vel Publiciana, tenuerunt Glos. *verb. constituatur, in l. ab emptione,* 59. *ff. de pact.* & ibi Bart. Angel. Salyc. Fulgos. & Jas. Alex. *in l. Pomponius, §. si is, qui precariò, col.* 3. *ff. de acquir. possess.* Aretin. *in §.* 1. *Instit. de empt. & vend. ad fin.* Bologn. *cons.* 72. *col.* 2. Matthesil. *sing.* 67. *& sing.* 170. & alios refert Tiraq. *de jure constitut. in princ. num.* 7. & alios citat Cacher. *decis.* 36. *à n.* 1. Mich. Graf. *sub* 1. *tom. comm. opinion. lib.* 5. *vers. emp. q.* 9. *pag.* 444. *col.* 2. *& in vers. quid si in instrumento.*

Contrariæ opinionis, scilicet ex empto posse 64
agere emptorem, fuerunt Glos. *vers. precariæ, in l. Julianus, §. ex vendito. de act. empt.* quam sequuntur Bald. Angel. & Paul. *in d. l. ab emptione.* Cyn. & Bald. *in l.* 1. *C. quando liceat ab emp. disced* quos refert Andora, *sub d. lib.* 5. *comm. opin. pag.* 246. *vers. contrarium tenet in terminis,* & eam tenet Guid. Papa. Alexand. Corn. Dec. & Ruin. relati, & sequuti à Roland. *cons.* 53. *à num.* 5. ubi eam magis communem dicit. Boërius. *consil.* 158. *num.* 44. Cacher. *decis.* 36. *num.* 5. 6. *&* 7. ubi latè fundat, & contrariis satisfacit, & pro ea Senatum judicasse testatur. Tiraq. *ubi sup. num.* 10. Gomez. *in l.* 45. *Taur. n.* 118. *in fin.* ubi contrariam falsam esse dicit. Mateinz. *in l.* 8. *tit.* 7. *glos.* 2. *num.* 5. Fachin. *contr. jur. lib.* 1. *c.* 31. ubi fundamenta utriusque opinionis refert, & huic se subscribit. Surd. *cons.* 13. *num.* 13. *&* 14. & sic est tenendum, nam licet venditor per constitutum à traditione juris, id est ab illa, per quam dominium transfertur, liberetur, non tamen ab traditione facti, quæ adhuc supereest, maximè si in instrumento promisit venditor tradere vacuam, & expeditam possessionem, ut considerat Roland. *num.* 8. & tradit alios laudans Tiraquel. *n.* 11. *ubi supr.* Fachin. *d. c.* 31. Bertazol. *de claus. clas.* 41. *glos.* 3. *num.* 2. *in fin.* ubi Cagnol. Ruin. & Plot. refert.

Sed quid, si venditor nomine emptoris precariò 65
possidere constituatur? & in hoc casu emptorem agere non posse; docuerunt Alexand. *cons.* 27. *n.* 2. *lib.* 1. ubi tradit venditorem liberari à traditione, quando ipse constituit se precario nomine emptoris possidere, & sic procedere Glos. *in l. ab emptione,* non vero quando tradidit rem emptori, & emptor nomine venditoris constituit se possidere, quia res non habetur pro perfectè tradita emptori, cum venditor possit revocare precarium, & rem avocare, & sic procedere Glos. *in d. l. Julianus, §. ex vendito,* & eandem opinionem sequuntur Corn. *cons.* 53. *lib.* 2. *&* *cons.* 40. *lib.* 4. Vitalis de Camban. *de claus. clausul. constituit. se precario nomine possidere.* Gratian. *discept.* 2. *tom. c.* 325. *num* 11.

Contrarium sequuntur plures quos refert, & se- 66
quitur Tiraq. *n.* 4. *ubi sup.* & Fachin. *in d. c.* 31. *in fine,* ubi pro hac opinione refert Cujac. *lib.* 9. *observat.* 32.

Patientia, & scientia venditoris, videntis em- 97
ptorem rem venditam possidere, habet vim traditionis, quando venditor tenebatur tradere, & præcessit titulus. Menoch. *de recuper. possess. rem.* 19. *num.* 19. Seraph. *decis.* 264. *numer.* 12. Gratian. *discept.* 2. *tom. c.* 318. *à num.* 15. latè examinat. Pereir. *de emp. & vendit. c.* 25. *num.* 22. † ubi tradit, 68
venditorem eo ipso quòd pretium recepit, licentiam videri dedisse ingrediendi possessionem, & vide eum *à n.* 15. *ubi per tot. illud,* agit an emptor propria auctoritate ingredi possit possessionem rei venditæ?

vendiræ? † Qui verò rem locatam habet, & titulo locationis poſſidet, ſi rem emit, non indiget alia traditione, ſed ſolum emptionis titulo. *l. qua ratione, 9. §. interdum, de acquiren. rer. dom. §. interdum. inſt. de rer. diviſ. l. ſed & ſi res. 7. §. l. ſive autem, 9. ff. de public. in rem action. l. certi condictio. §. ultimo, ff. de reb. cred.* Faber. *de error. pragm. 3. tom. decad. 75. error. 5.* ubi agit de calibus, in quibus ſine naturali traditione poſſeſſio acquiritur, Magon. *dec. Lucenſi, 31. n. 13. & 14.* ubi alios laudat, & vide Addita ad Gloſ. *l. 50. infr. n. 18.*

70 Nota 3. ex Gloſ. *in verſ. ſed an venditor*, venditorem, qui tenetur fundum tradere, impunè poſſe negligere illius culturam. Adde Alexand. *conſ. 39. n. 1. lib. 2.* Cornetus 49. *n. 3.* Gomez. *in regul. de triennal. poſſeſſ. ad fin. in tractat. in quibus cauſis non noceat negligent. ceſſu. 1. fol. mihi* 389. Barboſ. *in l. de diviſione. 5. numer. 61. ff. ſolut. matrim.* ubi hanc conſtituit regulam, & alios pro hac doctrina adducit. Tiraquel. *de jure conſtitut. 1. part. cap. 70. in fine.*

71 Limita 1. niſi ex negligentia culturæ reſultaret ſubſtantiam fundi reddi deteriorem; nam venditor ſemper eam culpam præſtare tenetur, propter quam res vendita periit in totum, ex Gl. *hic verſ. reſpondit*, cui Adde *l. quod ſi nolit. 31. §. ſi mancipium l. ſi ſervum 91. in prin.* cum Gloſ. *verb. in non faciendo ff. verb. obligat. l. ei qui. 57. §. fin. D. de petit. hæred.* Gloſ. *in d. l. venditor ex hæreditate. 21. verſ. arguatur. D. de hæred. vel action. vend.* ubi ponit exemplum, quod probat Alex. *in l. ſi mora. num. 17. D. ſolut. matrim.* Jaſ. *in l. ſi ſervum in prin. num. 7. ad fin.* & *ibi* Alciat. *n. 5. D. de verbor. obligat.* vel deterioraretur. §. *cum autem. Inſtit. de emp. & vend.* Barboſ. *ubi ſupr.*

72 Limita 2. ſi venditor non omiſit culturam fundi, ut poterat, ſed coluit fundum, at non fuit uſus ea diligentia, quam præſtare debebat, & culpa ejus arguatur circa percipiendos fructus, ut ſi operarios imperitos conduxerit ad colendum fundum, vel ſemina ſterilia ſeminaverit, nam de iſtis culpis licet leves ſint, quia faciendo contrahuntur, obligatur venditor. *l. venditor ex hæreditate. verſ. quemadmodum. l. 2. in fine. ff. de nego. geſtis.* Gloſ. *verb. ne fact. l. ſi mora. 10. D. ſolut. matr.* & Zaſius. ibi *n. 19. &* 20. Barboſ. *n. 63. ubi ſupr.*

73 Limita 3. ſi venditor obligavit ſe ad culturam fundi, nam ſi id non faciat, negligentia culturæ inducit culpam punibilem, quia promiſſioni non ſtetit. *l. 1. §. ſi conveniat, D. de poſit.* Barboſ. *ſup. num. 61.*

74 Ad opinionem Bald. quam *hic.* Gloſ. refert, ſcilicet venditorem poſſidentem nomine emptoris, ſi non obtulit rem emptori, teneri de fructuum conſumptione, niſi per emptorem ſteterit, & tunc non teneri ad culturam fundi, nec ad fructus, ſi fuerint corrupti, niſi de culpa commiſſa circa ipſam rem. Adde Tiraquel. *de jure conſtit. 1. p. num. 73.* qui *in n. 74.* aliam Salycet. interpretationem ad *d. l. venditor ex hæreditate. verſ. quemadmodum, & de retract. convent. §. 5. gloſ. 4. n. 29.* alios adducit, & alias opiniones, & interpretationes *ad d. verſ.* Vide Barboſ. *in d. l. de diviſione, 5. à n. 58. uſque ad 63. & in l. ſi mora, 10. n. 100.*

75 De cuſtodia, quam venditor rei venditæ præſtare debet, Vide Pichard. *in §. quid ſi fugit. 4. Inſtit. de empt. & vendit. &c.*

SUMMARIUM.

1 *Vendita re, cenſentur vendita omnia rei cohærentia, ſive pertinentia, & quæ dicantur pertinentia, ſeu cohærentia. n. 2.*

3 *Venditor tenetur emptori tradere fructus, quos à die perfectionis contractus percepit, & non ratione moræ: & qua actione poteſt conſequi: & quid non ſoluto pretio: & de interpretat.* text. in l. fructus C. de act. emp. *& teneatur ſolvere uſuras pretii. num. 5, 11. 13. 14. 15. 16. & 18.*

4 *Fructus ſeparati à ſolo non veniunt in venditione.*

6 *Fructus pendentes ſunt pars rei, & faciunt eam pretioſiorem, & veniunt in petitione fundi, n. 7. 8. & 10.*

9 *Fructus pendentes rei truncalis pertinent illis, qui ſunt de trunco.*

11 *Venditor per viam exceptionis an poſſit petere, quòd ratione æqualitatis, ſibi uſuræ pretii reſtituantur? & n. 25.*

19 *Emptor vero non tenetur ad uſuras pretii, niſi conſtituatur in mora à venditore ſaltem irregulari, & n. 21.*

20 *Æquitas,* l. curavit. *non fundatur in mora, ſed ſolum in æquitate juſtitiæ commutativæ.*

22 *Venditor ad fructus rei tenetur, etſi rem obtulerit emptori, & ipſe accipere recuſaverit, & quid ſi ad tradendum conceſſa ſit dilatio, n. 23. 24. 26. & 38.*

27 *Uſuræ compenſativæ omni jure permiſſæ ſunt. Et eas tenatur præſtare emptor venditori, & an tanquam intereſſe damni emergentis, vel non, & quid ſi res ſterilis, n. 31. 32. 33. 34. 35. 36. & 37.*

29 *Emptor, ſi ſit conſtitutus in mora regulari à venditore offerente ex ſua parte adimplere, tenebitur ad uſuras pretii, venditor vero computabit fructus, quos interim perceperit, vel percipere culpa omiſit.*

30 *Emptor conſtituens venditorem in vera mora poteſt petere integros fructus, & non debent diminui ob interuſurium pecuniæ.*

38 *Emptor ſecluſa mora, ſi ob calamitatem temporum fructus non percepiſſet, non tenetur ad uſuras pretii,*

39 *Et quando emptor non percepit fructus, quia noluit, & de interpretatione.* text. in l. Julianus, §, ex vendito, ff. de act. emp.

40 *Differentia inter moram regularem, & irregularem, remiſſivè.*

41 *Emptor, qui pro parte ſolvit pretium, & pro parte non, pro parte pretii non ſoluti uſuras debet, etſi appoſitum ſit pactum impediens translationem dominii, donec ſolvatur pretium. Idem in venditore, n. 43.*

44 *Venditor poteſt agere ad intereſſe, antequam ex parte ſua adimpleat, emptor vero non poteſt agere ad fructus, ſeu intereſſe partis pretii non ſoluti.*

45 *Pactum data dilatione ad ſolvendum, & quod interim venditor ſolvat intereſſe, quando valeat, & an ſi non ſit appoſitum pactum, debeatur intereſſe, & quid in dilatione incerta: Et an poſt lapſum termini, n. 46. 47. & 48.*

49 *Emptor ad uſuras pretii non tenetur, ſi tempore pretii ſolvendi emineat evictio. Contrarium, & an teneatur deponere? & quid ſi ſententia*

lata

lata sit pro evincente. num. 50. 51. *&* 52.

53 *Declaratur dicta procedere non solum in alienatione rerum immobilium, sed mobilium fructiferarum.*

54 *Æquitas* l. curavit. *habet locum in omnibus contractibus, & quanto tempore possint se excusare à solutione dicti interesse.*

55 *De aliis quæstionibus circa materiam* l. curavit. *remissivè.*

56 *Cessionarius venditoris an possit consequi pretium ab emptore simul cum interesse, & quod currit favore venditoris antecessoris.*

57 *Si venditionis tempore fundus locatus sit, an pensiones debeantur emptori, an vero lucro emptoris cedant.*

58 *Si ex fundo vendito naturales fructus colliguntur, & tempore venditionis erant jam collecti, pensio ad venditorem spectat; si vero erant pendentes pensio debetur emptori.*

59 *Quando emptor non tenetur stare colono, non debetur pensio, sed fructus pendentes.*

60 *Venditor tenetur pensiones anticipatas exactas restituere emptori, &* 61.

62 *Res vendita si naturaliter non sit fructifera, sed ex ipsa civiles percipiantur fructus, pensiones pro rata dividuntur inter emptorem, & venditorem.*

63 *De interpretatione* text. in l. Julianus, §. si fructus, vers. si in locatis, ff. de act. empt.

64 *Refertur opinio tenentium pensiones ad venditorem spectare.*

65 *Æquitas* l. curavit, C. de act. empt. *habet locum in dictis casibus.*

66 *Emptori pertinent omnes fructus, si fundus est locatus colono partiario, & partiario datur actio contra locantem pro sua parte, & quid si ignoratus esse partiarum vendidisset, & quid si emptor scivisset locatum colono partiario?* 67. *&* 68. *&* 69.

70 *Fructus venditionis conditionalis an pertineant ad emptorem.*

71 *Fructus pecorum an debeatur.*

72 *Partus partuum an debeantur, & fructus fructuum, & qualiter sit condemnatio facienda, & de probatione fructuum perceptorum, n.* 73. *&* 74.

75 *Fructus in contractu emptionis, & venditionis an jure actionis, vel officio judicis debeantur, & quid intersit quòd debeantur jure actionis, vel officio judicis?*

76 *Fructus pendentes tempore venditionis an actione ex empto veniant.*

77 *Fructus sati, nati, & percepti post perfectum contractum veniunt officio judicis. Contrarium.* 78.

79 *Cessante mora in actione ex empto veniunt fructus.*

80 *In contractibus bonæ fidei fructus veniunt jure actionis, in stricti juris officio judicis, n.* 81.

82 *Judicia bonæ fidei, & actiones bonæ fidei idem sunt.*

83 *Usuræ, quæ bodie reducuntur ad interesse, si officio judicis debeantur, eo finito amplius peti non possunt; secus si jure actionis, n.* 85.

84 *Usuræ, quæ debentur ex æquitate.* l. curavit, C. de act. empt. *licet debeantur officio judicis possunt peti.*

86 *Condemnatio fructuum non potest sequi, si in judicio non sint petiti.*

87 *Fructus ante litem contestatam percepti ad hoc ut possint cadere in condemnatione, nominatim debent peti.*

88 *Condemnatio potest sequi super fructibus perceptis post litem contestatam.*

88 *In interdictis possessoriis potest fieri fructuum condemnatio, etsi non sint petiti. Item quando petuntur generaliter, seu in libello adsit clausula jus, & justitiam administrare, seu quando agitur petitione universali, vel per verbum restitui n.* 90. 91. 92. 93.

94 *Item, favore publicæ utilitatis, & miserabilium personarum.*

95 *Si judex in condemnatione rem restitui jussisset, in hac condemnatione veniunt fructus. Contrarium,* 96. *&* 98.

97 *In fructibus petitis, si judex non condemnet reum, videtur eum absolvisse, & amplius peti non possunt, & n.* 99.

100 *Si à sententia fuerit appellatum, judex appellationis potest super fructibus à primo omissis judicare.*

101 *Judex si dicat, condemno te juxta petita, censetur facta condemnatio in fructibus, si sint petiti.*

102 *Restitutio debet fieri cum fructibus, & quoties titulus, quo quis possidebat, est reductus ad non titulum.*

104 *Fructus, qui percipi potuerunt, ad hoc ut debeantur, eos per sententiam actori adjudicari necesse est.*

105 *In condemnatione fructuum non veniunt fructus percepti post rem judicatam, & quid si judex de fructibus futuris, & postea colligendis judicaret?*

ADDIT. GLOSS. II.

AD Glos. 2. Nota 1. ex *text.* vendita re in venditione venire omnia ei pertinentia, seu spectantia, seu cohærentia, nam vendens simpliciter, & concedens rem videtur concedere, & vendere cum cohærentiis, & pertinentiis suis, *l. via constituti, §. penult. & fin. ff. de servitut. rust. prædi. l.* 2. *&* 3. *ff. si servitus vendic. & in provinciali; C. de servit. & aqua. l. ædes sacræ. §.* 1. *ff. de contrah. empt.* ea enim dicuntur pertinentia, seu accessoria, quæ ex statuto, lege, vel consuetudine destinata sunt, ut accedant. Innocen. *in c. cum ad sedem, de restitut. spoliat.* Bald. *in rubr. de judic. n.* 11. *vers. quæro.* Socin. Sen. *cons.* 47. *n.* 4. *lib.* 1. Decius, 516. *num.* 23. Craveta 234. *n.* 2. Gabriel. *lib.* 3. *comm. opin. tit. de verbor. signif. concluf.* 10. Cald. *de empt. & vendit. c.* 22. *n.* 14. Mantic. *de tacit. convent. lib.* 4. *tit.* 14. *n.* 32. Bertazol. *claus.* 26. *glos.* 13. *n.* 1. *&* 2. Tusch. *litt. P. concluf.* 323. Greg. Lopez. *in l.* 56. *glos.* 6. *& in l.* 68. *glos.* 13. *tit.* 18. *par.* 3. vide ibi Addit. quid pertinentiarum appellatione veniat, & ad Glos. *l.* 8. *tit.* 4. *supr. hac par.* 1

Nota 2. ex Glos. quod venditor tenetur emptori tradere fructus, quos à die perfecti contractus percepit ex re vendita, nam perfecto contractu emptionis fructus ad emptorem spectant. Adde, *l. venditor ex hæreditate, vers. quemadmodum, ff. de hæredit. vel. act. vend. l. Julianus,* 14. *§. si fructus in fin. ff. de emp. l. si stipulatus,* 4. *in fin. ff. de usur. l.* 1. *C. de peric. & comm. rei vend. l. qui fundum, §. cum fundum, l. cum manu fata. ff. de contrah. empt. l. fin. ff. quæ in fraud. creditor.* Neviz. *cons.* 74. *n.* 7. & in dubitatam esse opinionem dicit Gabr. *cons.* 64. *n.* 13. Tiraquel. *de retract. lignag. §.* 1. *glos.* 7. *n.* 42. Molin. *de Hispa-* 2

nor. lib. 3. c. 11. n. 8. Gutier. *pract. lib. 2. q. 148. n. 7.* Sed pro ejus perfecta declaratione diſtingue ut per Bald. & Paul. td quos Gloſ. *hic.* ſe remittit, & dic quòd aut fructus rei venditæ tempore contractus erant jam collecti, & ſeparati à ſolo, & non veniunt in venditione, ſed ſine dubio ad venditorem ſpectant *l. ſi ſtipulatus, & ibi,* Gloſ. *ff. de uſur. l. de functa ff. de uſufruct. l. fundi, §. ſed & vinum, ff. de act. empt.* Trentac. *var. reſol. lib. 3. tit. de empt. & vend. reſol. 6. n. 6.* Gutierr. *Canonic. lib. 1. c. 32. n. 23.* ubi ampliat, etſi penſionis ſolvendæ dies nondum venerit, Cancer. *var. reſolut. 1. par. c. 13. de empt. & vend. num. 52. in princ.* Bertaz. *clauſ. 26. gl. 13. n. 10. & 11.* ubi nec arbores inciſas, vel dejectas, nec glans, quæ ceciderat. Idem tenet Mantic. *de tacit.*

6 *convent. lib. 4. tit 16. num. 48.* † Aut erant pendentes in re vendita, ſive maturi, ſive immaturi tempore venditionis, & pertinent ad emptorem. *l. Julianus, §. ſi fructlib. ff. de action. empt. l. fin. §. fructus, ff. quæ in fraud. creditor. l. 11. tit. 15. infr. hac par.* ubi vide Addita ad Gloſ. 1, Trentac. *num. 1. ubi ſupr.*

7 † & eſt ratio, quia fructus pendentes ſunt pars rei. *l. fructus pendentes, ff. de rei vend.* & ideo meritò pertinent ad eum, ad quem res ipſa tranſit, & comprehenduntur in venditione, & pretio pro ipſa re promiſſo, cum propter fructus pendentes plus videatur valere. Fabian. de Mont. *de empt. & vend. q. 6. num. 22.* Tiraq. *de retract. lign. §. 1. gl. 7. à num. 37.*

8 ubi multa cumulat. Raven. *ſingul. 11.* † ubi tradit, rem facere pretioſiorem, niſi in partu exiſtente in utero, ex Bart. *in l. in lege Falcidia, ff. ad Falcid.* Gomez. *2. tom. var. c. 2. num. 11. & l. 40. Taur. n. 74. verſ. ſed his non obſtantib.* Franch. *deciſ. 390. n. 112.* Theſaur. *deciſ. 55. num. 2.* ubi ſic deciſum eſſe dicit. Covar. *lib. 1. variar. c. 15. n. 1. & 2.* ubi de hac

9 quæſtione agit, *& c. 3. num. 2.* † tradit, fundo petito cenſeri etiam fructus pendentes petitos eſſe abſque aliqua ſpeciali petitione, cum hic non fructus, ſed pars fundi judicentur. Theſaur. *deciſ. 55. num. 1. & 2.* Joſ. Lud. *deciſ. 83. num. 6.* ubi multos allegat. Franch. *deciſ. 390. n. 1. & 2.* Gratian. *diſcep. c. 16,*

10 *n. 2.* Avend. *reſponſ. 5. n. 5.* ubi de fructibus pendentibus in bonis truncalibus loquitur, & ait debere reſtitui illis, qui ſunt de trunco. Cervan. *in l. 6. Taur. num. 154.* ubi de eadem quæſtione agit, Baez. *de decim. tutor. c. 28. ex n. 2.* Mor. *in empor. jur. 1. p. tit. 10. q. 31 num. 8.* Paz. *in prax. 3. tom. c. 6. §. 2. n. 6. & 7.* Cald. *de empt. & vendi. c. 12. n. 18.* Pereg. *de jur. fiſc. lib. 6. tit. 4. num. 31.* Cancer. *1. par. var. c. 13. de empt. & vend. num. 52. verſ. ſi vero non erant percepti.* Faber. *de error. pragm. decad. 11. error. 3. num. 6. verſ. nihil autem.* Donel. *lib. 13. c. 4. in princ.* & ibi Iliger. Tuſch. *verb. fructus, concluſ. 495.* Caſtill. *quotid. jur lib. 1. cap. 42. n. 7. 8. & 9.* Molin. *diſp. 368.* Moz. *de empt. & vend. c. de natural. emption. n. 43.* Bertaz. *clauſ. 26. gloſ. 13. num. 7.* Avend. *de cenſib. c. 56. n. 1. 2. 3. & 4.* ubi declarat quando fructus pars fundi dicantur, Eſcobar. *de ratiocin. comp. 26. num. 3. & comput. 19. num. 13.* Valenz. *conſ. 55. n. 93. & conſ. 59, num. 11. & 12.* Mantic. *tit. 16. num. 42.* & hæc eſt vera, & communis opinio, etſi in fructibus jam maturis aliud velit Theſaur. *deciſ. 56. num. 5.*

11 Et actione ex empto hujuſmodi fructus conſequetur emptor, etſi uſuras pretii non ſoluti non ſolvat, ut explicant. Salyc. *in l. fructus, n. 2. C. de act. empt.* Paul. *in d. l. Julianus, §. ex vendito, n. 4. ad fin.* Barboſ. *in l. de diviſione, 5. num. 23. & in l. divortio. 8. in princ. 2. p. à num. 79. ff. ſolut. matrim.* ubi latè explicat, *d. §. ſi fructus,* & in contrarium arguit, & argumentis ſatisfacit, Mantic. *ubi ſupr.*

Eſt etiam dubium, vel contentio de fructibus poſt 12
perfectam venditionem ſatis, natis, & perceptis à venditore ex re vendita ante rei traditionem, & antequam emptor pretium ſolvat, vel offerat, & eum in mora conſtituat, utrum ad ipſum venditorem, vel emptorem ſpectent? & eſſe emptoris, & ei comperere probatur *ex text. in l. venditor, 21. verſ. quemadmodum,* & *ibi,* Gl. *ff. de hæred. vel act. vend.* docent Bald. *num. 7. in fin.* Salic. *in l. fructus, de act. emp. & vend.* DD. *d. l. Julianus, §. ſi fructibus, ff. eodem.* Fabian. de Mont. *d. q. 6. n. 22. & 23.* Alex. *conſ. 121. num. 6. lib. 4.* Covarr. *lib. 3. variar. c. 4. n. 7.* ubi Bart. Alvar. Valaſc. *de partitionibus, c. 28. num. 8.* Scacc. *de commerc. §. 1. q. 7. p. 2. ampl. 8. n. 17.* Spino *in ſpecul. teſtamen. gl. 13. num. 84.* Cald. *de empt. & vend. c. 23. num. 12.* ubi hanc ſententiam veriorem dicit. Cancer. *var. reſolut. 1. p. c. 13. de emp. & vendit. num. 52. verſ. & in ſumma.* Moz. *in d. c. de natur. num. 43.* & alia in confirmationem hujus doctrinæ tradit Souſa. *in repet. §. actionum. Inſt. de action. p. 3. n. 25. & 26.*

Nec obſtat, *d. l. fructus,* nam ex mente commu- 13
ni docent Covarr. *ubi proximè, verſic. ex quibus.* Bap. Lup. *in l. cum ait, n. 162.* & *ibi* Cagnol. *n. 36. C. eod.* intelligendum eſſe perfecta venditione fructus pertinere ad emptorem, ſi ei res vendita tradatur habita fide de pretio, vel ſi venditor ſit conſtitutus in mora regulari, vel irregulari.

Sed hanc reſponſionem minus violare, *d. l. fructus,* & ejus rationem, & *alias ſupra tradita,* inquit Barboſ. *in d. l. de diviſione, num. 20. verſ. quæ tamen reſponſ.* & diſplicet Souſæ, *n. 27. ubi ſupr.* & aliter Barboſ. *in d. num. 20.* cum Aretin. *conſ. 159. n. 14.* reſpondit ad *d. l.* † ſcilicet perfecta venditione, 14
fructus ſtatim pertinere ad emptorem, ſed irrevocabiliter eos retinere non poſſe, niſi uſuras pretii offerat pro quantitate fructuum, ex æquitate, *l. curabit, C. de act. empt.* nam ad æqualitatem ſervandam inter emptorem & venditorem hæc declaratio admittenda eſt, & Gloſ. *penult. in d. l. fructus,* & *ibi.* Jacob. Butrig. Gl. *verb. poſt diem, verſ. vel melius,* communiter approbata *in l. Julianus, §. ex venditio, ff. de act. empt. gloſ. 1. in d. l. curavit,* & *ibi,* Paul. *n. 3.* & Cagnol. *n. 50.* & eſſe receptam declarationem ad prædicta jura aſſerit Corn. *conſ. 59. n. 5. libr. 3.* Ant. Gabr. *com. opin. tit. de emp. & vend. ampliat. 11. n. 15. lib. 3.* ubi dicit communem, & alios allegat, & eam ſequitur Gregor. Lopez. *hic,* qui ad Caſtrenſ. ſe remittit, & vide Barboſ. *in l. ſi mora 10. n. 100. ff. ſolut. matr.* ubi tradit, venditorem teneri reſtituere fructus emptori, ſi emptor ei præſtat uſuras pretii non ſoluti. Cancer. *var. 1. p. c. 13. num. 52. in fin.* & vide Giurb. *deciſ. 100. num. 16.* ubi tradit, quòd emptor pro rata ſoluti pretii fructus conſequitur, *ex d. l. curabit,* ubi pro hac doctrina allegat. *l. fin. §. ult. ff. de fundo dotal.* & de materia, *d. l. curabit,* & de hac doctrina agentes refert pluſquam. 26. auctores, *& in num. 17.* ampliat ex eadem æquitate ad eum, qui vendere promiſit, & pretium recepit, & teneri ad uſuras pro ratione fructuum ex re ipſa perceptorum à die ſoluti pretii multis auctoritatibus comprobat, & vide Alexan. *conſ. 121. lib. 4. n. 2. 8. & 9. & 10.* ubi de fructibus pro rata pretii ſoluti agit.

Alium etiam intellectum, *ad d. l. fructus* affert 15
Souſa *in d. repet. §. actionum, n. 28.* dicens, fructus pertinere ad emptorem à tempore contractus, non ratione moræ regularis, vel irregularis, ſed ex eo quòd ſimiliter ex eo tempore ad ipſum pertinent

gravamina,

gravamina, & pericula, ut diximus, *supr.* in Addit. *l.23.l.sicut periculum.* & *ibi*, Paul. *& d.l. fructus, C. act. empt.* ubi hæc ratio assignatur, Dec. *cons.* 179. Alb.Brun. *de augmen. vel dimin. cons.* 16. & sic videntur sentire Gl.sup. citatæ, & tradit, Barbos. *in d. l. de divisione. n.* 18. *vers. infero.4. & n.66. vers. sed his non obstantibus, & in l. si mora* 10. *n.* 104.

16 Et argumentis in contrarium adductis satisfacit Sousa, *ubi sup. à n.*29. *& in n.* 34. infert emptorem agere posse ad fructus contra venditorem etiam nulla venditoris mora data, & eos petere à tempore contractus, etsi non fuisset pretium ab eo solutum, *ex d. glos. vers. post diem,* & vide infra.

Sed dubium est; utrum venditor per viam exceptionis, vel aliàs petere possit, ut ratione æqualitatis sibi usuræ pretii restituantur. In qua quæstione partem negativam tenent Glos. *in d. l. curabit, C. de act. empt. & in d. §. ex vendito, l. Julianus, ff. eod.* & *ibi* Fulgos. *n.*1. & Budeus, *in §. si fructibus, n.*8. & pro ea tria argumenta expendit Sousa, *n.* 36.

17 Contrariam opinionem, imo quod venditor possit petere excipiendo usuras adversus emptorem agentem ad fructus, tenent Gl. & DD. *citati, num.* 14. & hanc sententiam æquiorem, & receptiorem dicit Sousa, *n.*37. *cum aliis,* ubi fundat, & contrariis satisfacit, Mantic. *lib.4. tit.*16. *n.*42. venditorem posse petere usuras inquit, si ab eo fructus exigantur, & DD. qui dicunt, fructus non deberi emptori nisi post moram regularem, vel irregularem, esse intelligendos cum effectu, nam venditor poterit excludere emptorem opponendo compensationem, si petat fructus consumptos, si exstantes usuras pretii non soluti, & sic cum effectu nullos fructus restituet. Felic. *lib.*2. *c.*1. *n.* 38. Cui resolutioni non obstant tradita per Covarr. *lib.* 3. *var. c.*4. *num.*7. *vers. subinfertur* quem sequitur, Bap. Lup. *in d.l. curavit. num.*162. & Cald. *de empt. & vend.c.*23. *num.* 12. *in prin.* Rodrig. *de am. reditibus lib.* 3. *q.*7. *num.* 102. ubi improbat doctrinam Paul. *in d. §. ex vendito, num.*4. qui dixit emptorem ipsam rem venditam cum fructibus perceptis à die contractus posse sibi tradi petere nulla data mora ex parte venditoris, si usuras pretii non soluti simul cum pretio offerat: nam Pauli opinio est verissima, & communi resolutioni supra traditæ non repugnat, sed ei consona est, & in hoc cavendum esse à Covarr. consulunt Barbos. *in d. l. de divis.* §. *n.* 21. *vers. infertur etiam,* & Sousa, *in d. repet. q.* 3. *num.* 31.

18 Usuræ enim debent esse correspectivæ ad fructus, quamvis usurarum metas excedant, prout eas præstare teneretur emptor, cum res, & pretium penes se habet, ut dicemus *infr.* Rodrig. *ubi sup. num.* 95. & item à Covarr. in eo quod æquiparat venditorem, & emptorem, & vult etiam in potestate venditoris esse petere usuras pretii non soluti ab emptore, oblatis fructibus, ad monet Barbos. *in d. n.* 21. *vers. ex quo infertur ab eo cavendum esse,* quia inter venditorem, & emptorem in
19 hac materia est recepta differentia. † Nam perfecta venditione pertinent fructus rei ad emptorem etiam cessante mora venditoris, ex eo quòd statim perfecto contractu periculum ad eum spectat (ut *suprà* diximus,) & emptor non tenetur ad usuras pretii nisi constituatur in mora saltem irregulari à venditore: quia periculum pretii non pertinet ad venditorem, nec etiam commodum debet pertinere, nisi mora emptoris interveniat, quam differentiam constituere videtur *d. l. fructus,* & *ibi* declarat Fulgos. Com. *cons.* 59. *num.*7. *ad fin. lib.*3. Joan. Lup. *de fructibus, lib.*3. *tit.* 1. *c.* 1. Neviz. *cons.* 74. *num.* 7. Ruin. *in l. si mora, à num.* 18. *ff. solut. matrim.* Barbos. *num.*19. *in d.l. de divis.* Sousa, *num.*17. *ubi supr.* Surd. *cons.*101. *num.*27. ubi late prosequitur differentias, quæ sunt inter emptorem, & venditorem in hac materia. † Et *d.l. curabit, C. de act.* 20
empt. non fundatur in mora, nec in punitione moræ; sed solum in æquitate justitiæ, quæ est, quòd quatenus unus contrahentium implet, debeat alter ei vicissim implere, aut lucrum implementi recepti reddere, vel compensare; ne sequatur inæqualitas, quæ est contraria justitiæ commutativæ, quæ in æqualitate consistit, & hanc rationem decidendi *ad d.l.* tradunt Covarr. *d.lib.* 3. *var.c.*4. *num.*1. *&* 2. Lupus, *in comment.* 1. *§.* 7. *num.*136. *&* 160. *de usuris,* Barbos. *in d.l. de divisione, n.*13. *vers. cæterum.* Felician. *de censibus, lib.*1. *c.*3. *n.*13. *vers. hinc fluit, & lib.*2. *c.*1. *num.*38. Rodrig. *de am. redit. lib.*3. *q.*7. *num.*107. *& q.*8. *post n.*14. *& q.*10. *per tot.* Pereir. *de empt. & vend. c.* 23. *num.* 26. *vers. sed nihilominus,* Scacc. *de commer. §.* 1. *q.* 7. 2. *par. ampl.*8. *n.*155. Honded. *cons.*44. *num.*29. *& cons.*30. *n.*18. *lib.*1. Cancer. *var.*3. *p.c.*7. *de pact. n.*21. 22. 23. *&* 28. ubi dispositionem *d.l. curabit.* cum eis resolvit, non solum in contractu emptionis & venditionis; sed etiam in omnibus contractibus correspectivis, ex quibus hinc inde resultat commoditas procedendi. Qui alios adducunt. Unde emptor 21
non tenetur ad usuras pretii, nisi venditor adimplendo ex parte sua tradendo rem venditam eum constituat in mora, quam irregularem DD. appellant. de qua in Addit. ad Glos. 1. *d.*8. *tit.*14. *infra.*

Amplia 1. venditorem ad fructus rei venditæ 22
teneri, etsi emptori rem venditam obtulerit, & ipse illam recipere noluerit; quia prout perfecta venditione periculum rei ad emptorem pertinet, ita & fructus debent ad eum spectare, ut diximus, † & ea, quæ veniunt secundum naturam contrac- 23
tus, mora creditoris non mutat. *l. videamus,* 38. *§. item si vi. ff. de usur.* & vide *infra.* & in specie contra Alex. *in loco infra citando* tradit Ruin. *in l. si mora, num.* 19. *ff. solut. matrim.* quem refert, & sequitur Barbos. *in d. l. de divisione,* 5. *num.*99. *vers. sed his non obstantibus,* ubi *à num.* 63. satisfacit Glos. *fin. ibi in secunda solutione,* quam sequuntur Bart. ibi *num.*4. Paul. *num.*11. & Claud. *ad finem* ubi dixit receptam esse & Alex. *in d.l. mora. in fine,* alii, quos refert, contrarium verius esse dicunt, sed vide, *infra.*

Amplia, 2. etsi ab emptore dilatio ad rem ven- 24
diram tradendam venditori data sit, quia etiam cessante mora venditoris fructus percepti post venditionem ad emptorem pertinent. *d. l. fructus, C. de action. empt. & tradita sup. num.*15. Barbos. *ubi sup. n.*68. *vers. contrarium tamen,* ubi latè.

Ex eadem etiam æqualitate justitiæ commutati- 25
væ servanda inter emptorem, & venditorem, de qua *in d. l. curabit.* provenit, emptorem, qui fructus rei emptæ pretio nondum soluto percepit, ad solutionem usurarum venditori usque ad fructuum quantitatem teneri, *l.* 2. *C. de usur.* ibi *æquitatis ratione præstare emptor usuras pretii non soluti cogitur. l. Julianus, §. ex vendito. ff. de act. empt.* ubi Jurisconsultus inquit, *nam cum re emptor fruatur. æquissimum est eum usuras pretii pendere, l. ult. §. uls. ff. eod.* Covarr. *lib.*3. *var. c.*4. Gutierr. *canon. libr.*1. *c.*39. *num.*2. Surd. *cons.*101. *n.*19. *&* 20. Felician. *de censibus, lib.*2. *c.*1. *n.* 38. Honded. *cons.*30. *n.*15. 16. *&* 30. *& cons.*45. *n.*7. *&* 8. *vol.* 1. Mantic.

d. lib. 4. tit. 24. n. 7. & 8. Alex. Ludov. *decis. 347. d num. 2.* Hieron. Leo. *decis. Regn. Valent. n. 3.* Pereir. *de empt. c. 23. à n. 19.* Narbon. *in l. 15. tit. 18. lib. 5. recop. glos. 4. num. 32.* ubi multos laudat, & alii *supr.*

26 citati vide *in n. 29.* † Et amplia, etsi totum pretium venditionis, quia esset commissum in arbitrium alterius, non esset liquidum. Jos. Lud. *decis. Perus. 53.* & Honded. *d. cons. 30.*

27 Et hæ usuræ recompensativæ omni jure permissæ sunt, quia dantur in compensationem ejus, quod justè competebat, & debitum erat eas recipienti, ut cum Bald. Paul. & Salyc. *in d. l. 2. C. de usur.* Cagnol. *in d. l. curabit. 2. col.* tradit Covarr. *d. c. 4. n. 2.* Barbos. *in d. l. de divisione, n. 14. vers. cæterum.* Covarr. *n. 14.* Honded. *d. cons. 30. n. 16. vers. quæ conclusio*, ubi plures refert Cancer. *lib. 3. var. c. 7. de pactis, n. 21. cum aliis.*

28 Sed quid si venditor non tradidit rem venditam, sed obtulit, & emptor est in mora solvendi, an emptor teneatur ad usuras pretii? dic quod non, quia jura dicentia, emptorem morosum teneri ad usuras, loquuntur post rem traditam, & nominatim post diem traditionis, *d. l. Julianus, §. offerri d. l. 2. & l. curavit, C. de act. empt. l. evictis, §. 1. ff. de evi-*

29 *ction. l. libertatis, §. 1. ff. de usuris,* † unde quamdiù venditor de facto non tradidit rem; sed ea fruitur, non habet intentionem fundatam ad usuras pretii, sed fruitionem & fructus, quos interim lucratur, debet sibi pro accepto ferre: si vero emptor fuit in mora regulari, & venditor eum interpellavit congruo loco, & tempore, & ex sua parte implere obtulit, tenebitur ad usuras ex regula generali *l. mora, ff. de usur.* quæ hodie de jure canonico sunt interesse verum, & vere probatum ratione damni emergentis, & lucri cessantis. In quo interesse venditor tenetur imputare fructus, quos interim percepit, vel culpa lata, aut levi, (de qua in Glos. *anteced. num. 58.*) percipere omisit, & si quid superfit ratione interesse, petere, ut cum Socin. *cons. 109. col. 1. lib. 1.* Cagnol. *in d. l. curabit. num. 52.* Covarr. *d. c. 4. num. 7. in prin.* Joan. Bapt. Lup. *de usuris, comment. 1. §. 7. num. 161.* tradit Rodrig. *de ann. redit: lib. 3. q. 7. num. 94. & 101.*

30 † aliud enim est in emptore, qui si obtulit pretium, & venditorem in mora constituit, petit integros fructus ex die veræ moræ, & nihil in eis imputat, nec deducit de interusurio pecuniæ, quam interim retinuit, quia interim est sibi sterilis, ut tradit Rodrig. *ubi sup.*

31 Usuræ autem ab emptore venditori præstandæ in specie, *d. l. curabit.* debent esse recompensativæ lucri quod emptor consequitur ex fructibus, & non veniunt immediatè, nec debentur ex traditione fundi facta per venditorem, sed potius ex eo quòd emptor retinens pretium, etiam fructus rei traditæ percepit, & non est æquum, quòd emptor fruatur re, & pretio, & ideo tenetur præstare usuras pro ratione fructuum perceptorum. Bald. *in l. si traditio, num. 11. C. de act. emp.* Salyc. *in d. l. curabit. num. 2.* & Cagn. *ibi, n. 33.* Afflict. *decis. 20. n. 4.* Socin. *cons. 170. col. pen. ad med. lib. 2.* Paris. *60. à n. 23. lib. 1.* Tiraq. *de retract. convent. in fin. n. 70.* Aret. *cons. 149. n. 10.* Surd. *101. n. 19. & 20.* ubi in-

32 quit † quòd peruntur usuræ tanquam interesse damni emergentis pro quantitate fructuum, quos percepit emptor, & percepisset venditor, si rem non tradidisset. Narbon. *in l. 35. tit. 18. lib. 5. recop. glos. 4. num. 31.* Barbos. *in d. l. de divis. n. 14. & 15. vers. item colliges*, ubi tradit, quòd non debet haberi respectus ad fructus, quos venditor moram passus percepisset, sed tantum ad quantitatem fructuum, quos emptor morosus percepit.

Sed quid, si venditor *majus* patiatur damnum, 33 quàm sit quantitas fructuum, quos percepit emptor, nonne poterit obtinere illud sibi resarciri per emptorem? affirmativam partem sequuntur Menchac. *lib. 3. qq. usufreq. c. 50. n. 7. & c. 60. n. 22.* Gutierr. *de juram. confir. 1. p. c. 2. n. 4.* Gabr. *lib. 3. comm. opin. tit. de empt. & vend. conclus. 4. num. 3.* Honded. *cons. 30. n. 24. lib. 1.* ubi alios refert.

Negativa pars probatur ex traditis *numero antecedenti*, & expressè eam tenent Lup. *in d. l. curabit, n. 162.* & Barbos. *in d. n. 14. & 15.* ubi multo minus posse petere lucrum, quod amisit, contra Gabr. *ubi supr. num. 2.* & Ludovic. *decis. Perus. 53. num. 3.* defendit, & hæc est verior, & contraria procedit, quando mora regularis intervenit contracta mediante interpellatione, ut diximus, *supra, num.* de qua mora vide Addit. ad Glos. *1. l. 8. tit. 14. infr. hac p.* & Barbos. *ubi supr. num. 25. 26. & 28.*

Sed quid, si ex dilatione solutionis nullum dam- 34 num venditori est sequutum, nec nullum lucrum amisit ex eo, quòd incontinenti pretium non fuit solutum,? & dic etiam in hoc casu emptorem ad usuras pretii non soluti respectu fructuum, quos ex re vendita percepit, teneri, ut ex mente omnium fere DD. tradit Covarr. *d. lib. 3. var. t. 4. n. 2. vers. primo.* Mantic. *d. lib. 4. tit. 24. num. 12. & 13.* ubi damnum in hoc casu respectu venditoris considerari posse inquit. Pereir. *de empt. & vend. c. 23. num. 19.* Narbon. *in l. 15. tit. 18. lib. 5. recop. glos. 4. num. 34.* † Quid si rem non possidet emptor, nec 35 dolo desiit possidere, quia fuit ab eo evictus per judicem, vide Farin. *decis. 564. in 2. tom. 2. partis.*

Quid si res vendita erat sterilis, an emptor te- 36 neatur ad usuras, si rem possidet pretio nondum soluto? usuras deberi affirmant multi, quos refert Fabr. *lib. 3. comm. opin. tit. de empt. & vend. concl. 4. n. 10.* Socin. *in d. l. de divisione, 5. ff. solut. matr. n. 14.* Corn. *cons. 50. n. 6. in fin. lib. 3.*

Contrarium, imo quòd usuræ non debeantur, 37 quia solum veniunt compensativæ, quas mora irregularis non inducit, nisi interveniat fructuum perceptio, probatur *in d. l. curavit*, & sequuntur Aretin. *cons. 149. num. 10.* Benintendis, *decis. Bonon. 29. n. 6.* ubi notabiliter loquitur. Barb. *in d. l. divisione, num. 54.* ubi tradit, non deberi usuras, si non colliguntur fructus, quantumque alia utilitas interveniat, nisi interpellatio interveniat, & venditor in mora regulari constituatur. Fachin. *controver. jur. lib. 2. c. 32. in prin.* ubi hanc sequitur, & contrariis respondit. Scacc. *de commer. §. 1. q. 7. p. 2. ampl. 8. n. 170.* Grivel. *decis. Dolan. 98. n. 3.* Ricc. *decis. 186. n. 3. in 3. p. decis. curiæ Archiepisc.* Surd. *cons. 101. n. 22.* Mantic. *d. lib. 4. tit. 24. n. 14.* ubi multos laudat, & quæstionem explicat. Beltram. *in annot. ad* 38 *decis. 297. n. 11.* Alexand. Ludov. Rodrig. *de ann. redit. libr. 3. q. 7. n. 84.* ubi ampliat ad casum, quando ob calamitatem temporis emptor non percepisset fructus, ex re empta, & Barbos. *num. 61. in fin. & num. 62. ubi supr.* ubi ampliat ad casum, quando emptor non percepit fructus, quia noluit, & si voluisset eos percipere posset, & respondit ad *text. in §. ex vendito, l. Julianus, ff. de act. empt.* qui vi- 39 detur obstare, & est ratio, quia mora irregularis sola non est sufficiens, ut debeatur moram passo interesse lucri cessantis, aut damni emergentis, nec etiam usura odiosa, *gl. in l. sed si §. 1. ff. de usur.* nec interesse quanti plurimi, sed tantum operatur,

quòd

quòd morosus non locupletetur cum jactura aliena, & ita teneatur ad usuras lucri ab eo percepti compensatorias, de quo vide Addita ad Glos. l.
40 *l.8.tit.14.infr.hac p. à n.10.* † ubi differentias inter moram regularem, & irregularem tradidimus. Contrariam multis auctoritatibus probat Surd. *d. cons.101.n.21.* & eum sequitur Baltram. *in d.l. 11.* ubi sic per Rotam fuisse declaratum testatur.

41 Ex quo infertur, emptorem, qui pro parte solvit pretium, pro alia tantum parte pretii non soluti usuras deberi, *arg.l.fin.§. fin. ff.de fund. dotal.* Covarr. *lib.3.var.c.4.num.6.* Pereir. *de empt. & vend. c.23. num.26.* Surd. *consil.101.num.13. 14.* Alex. Ludovic. *decis.347.n.8.& 18.* ubi Beltramin. alios allegat.

42 Amplia, etsi non haberet dominium, quia appositum fuit pactum, de quo in additione Glos. *anteced. n.34.* quia fructus dantur emptori non ratione domin.i, sed ex quandam æquitate, ne venditor lucretur cum jactura emptoris. Alex. *cons.121. lib.4.* Ruin.166.*num.7.lib.4.* Tiraquel.*de retract.convent. ad fin. tit num.72.* Surd. *cons.52.n.65.& cons.101. num.1.* ubi tradit, quòd non consequitur eos, donec integrè solverit, & *num.26.* Gratian. *discept. c.523.n.13.* Statil. Pacif. *de salvi.interdic. inspect.3. c.3.n.4.* Pereir.*ubi sup.vers.nam pro ea parte.* Barbos. *in d.l. de divisione. 5.n.73.* ubi respondit contrariis. Rodrig.*dict.q.7.n.77.105.& 106.* ubi late de hac quæstione, & de interpretatione, *d.l. fin. §. fin. de fundo dotal.* agit.

43 Amplia in venditore, qui pro parte rem tradidit, cui respectu fructuum partis traditæ debetur interesse. Surd. *d. cons.101. à n.23.* Statil. Pacific.*de salut.interd.inspectio.5.c.unico.n.171.& 172.*

Differunt tamen in eo, quòd venditor potest
44 agere ad interesse, antequam integrè ex parte sua impleat contractum, quod emptori non licet. Surd. ibi *à n.26.* Honded. *cons.44. vol. num.23. & 24. & 25.* ubi emptorem non posse agere ad fructus, seu interesse partis pretii soluti, donec residuum solvat, tradit.

45 Quòd si data dilatione emptori ad solvendum pretium, inter emptorem, & venditorem actum sit, quòd interim emptor solvat interesse, an hujusmodi pactum valeat? vide Covarr. *lib. 3. var. c. 4. n.6.* Barbos. *d.l.de divisione, n. 71.& 72.* Rodrig. *d. q.7. n.78.* Felicien.*lib.2.c.1 n.38. & 2. tom. de censibus lib.1.c.10.à n.12.& 13.* Scacc. *de commerc. §.1.q.7. p.2.ampliat.8.num.152. usque ad 170. & num. 32. & 35.* qui alios plures allegant. Fachin. *cont. jur. lib. 2. c.32. col. 2. vers. tertio convertitur.* Mozz.
46 *de empt.& vend.c. de substant. empt. & vend. n. 39.* Cancer. *var. lib. 3.c.7. de pactis, num. 59.* quorum communis, & vera resolutio est, valere hujusmodi pactum, si res tradita erat de sui natura fructifera, & interesse fructuum quantitatem non excedit. Rota. *decis. 71. à num. 1. 2. tom. novissim.* & nisi venditor carius vendidisset ob dilatam pretii solutionem ex Rodrig. & latè comprobat Scacc. *n.155.*
47 & Honded. *num.37. ubi sup.* Mantic. *d. lib.4.tit.24. num.15. & 16.* ubi agit, etiam de quæstione quando interesse usque ad certum pretium fuit taxatum, & septem casus distinguit, & Cancer. *ubi sup.à n.55.* valere pactum ait.

48 Limita 1. quando venditor habuit fidem de pretio, & dedit terminum emptori ad solvendum, & à principio non fuit actum de interesse, nam tunc quamvis res esset fructifera de sui natura, tamen venditor dilatione pendente non poterit interesse pretii non soluti petere. Covarr. *d. c.4. num.5.* Barbos. *in d.l.de divisione, num.68.& 70. decis.* Genuens. 91. *num.3.* Valasc. *consult.8. num.8.* Honded. *cons.30. n.5.lib.1.* Jos. Lud.*decis. Perus. 53.num.5.* ubi tradit non esse locum interesse, *d. l. curavit,* quando habita fuit fides de pretio, donec fundus fuerit repertus, super quo pecunia imponatur, & secus esse, si simpliciter dictum fuerit., quòd pecunia collocaretur in aliqua re. Gratian. *discep. foren.3.tom.c.588.* ubi limitationem sequitur, cum dilatio continet tempus certum, secus vero in dilatione indeterminata, & in ea, quæ de sui natura venit quam primum adimplenda. Beltram.*in annot. ad decis.297.n.11.* Alex. Lud. ubi alios laudat.

Post lapsum vero terminum emptor ad interesse tenetur, & in pactum à principio deduci potest. Covarr. *d.n.5.vers.sic tandem,* ubi ex Paul. Dec. & aliis hoc tradit. Scacc. *ubi sup. d. n.153.* Afflict. *decis.20.n.4.* & *ibi.* Ursil. *num.4.* Ricc. *decis.186.n.4. in 3.p. decis. Curiæ. Archiep.* ubi ratione fructuum, & non ratione pretii interesse deberi contra Ursil. tradit.

Limita 2. si tempore pretii solvendi imminebat 49
evictio, & venditor non det fidejussorem, de quo in Add. Glos. 1. *l.32.* quia tunc cum culpa venditoris, & non emptoris differatur solutio, illi erit adscribendum, quod sua culpa sentit. Bald. *in l.1. n.1. vers. modo quæro, C. de bonis mater.* cui se subscripsit Afflict. *in d.decis. 20. num. fin.* Minsing. *centur.4.observat.56.* Corn.*cons.59. col. ult. lib.3.* Soc. *cons.88.n.17. & cons.103.n.24. lib.4.* Cagnol. *in d. l. curabit, C. de act. empt. n. 32.* & hanc opinionem fundat Thesaur. *dict. quæst. 88. n.1.& 2.* ubi idem esse ait, quando venditor teneretur cavere, & non cavit, vel aliud aliquid facere.

Contrarium tenet idem Bald. *in l. 2. n. 4. C. de* 50
usur. ubi tradit, quòd si venditor tradit rem emptori, & emptor ei non solvit pretium, quia venditor non dabat ei fidejussionem nomine evictionis, sicuti fuerat conventum, quamvis tunc emptor non videatur esse in mora, vel culpa solvendi pretium *l. fin. in fine ff. de rescind. vendit.* tamen cum pretium habeat, & re fruatur, inducitur æquitas *d. l. curabit,* & probatur *in l. Julianus, §. ex vend.in fin. ff. de act. empt.* & eum sequuntur Anan. *c. conquæstus, col.2.de usur.* Alex. 174.*num.3. lib.5.* Paris. 60.*n.26. lib.1.* & hoc receptum esse asserit. Cagn.*in d.l.curabit, num.33.* & Joann.Bapt.Luper. *num.142.* Boër.*c.1.num.126.de usur.* Covarr. *lib.3. var.c.4.num.6.* Gratian. *discep. c. 588. num.22.* ubi late fundat *usque ad fin.* Scacca.*de commer.§.1.q.7.2. p. ampliat 8. à num. 160.* ubi contrariis respondit, Giurb. *decis.10. num.15.* ubi plures laudat. Mastril. *decis.160.* Alex.Ludovic. *decis.197. num. 2.* & *ibi* Bertram. *num.11.& decis.347. num.10.& 11.* Barbos. *in d.l.de divis.5. n.69.* ubi respondit contrariis dicens justam causam liberare emptorem à damno, sed non afferre ei lucrum. Honded. *consil.44.vol.1. & 30. num. 34. & à num.7.* eam defendit, Fachin. *lib.2.contr. jur.c.32.vers. altera est, ubi ponderat d. §. ex vendita.* Thesaur. *in d. q.88.à num. 3.* ubi in facti contingentia Senatum Pedemontanum distinxisse tradit: aut emptor facta prius oblatione, & venditore recusante cavere, fecit depositum juxta *l. 2. C. de usuris,* & tunc non teneri ad interesse; aut vero non deposuit, nec obtulit prius, & tunc teneri ad interesse, etsi pecunias haberet paratas, ex Honded.*num.36. ubi supr. & ex d.l.2.* ubi Bart. Salyc. & Paul. aut vero facta fuit sola oblatio sine depositio retinendo pecuniam; & imminebat evictio taliter, quòd non teneretur emptor

pecuniam tradere, licet cautio per adversarium offeratur, ut si lis erat jam mota, quòd est necessarium, ut considerant Afflict. & Honded. *n.* 30. &
51 vide Addita ad Glos. *l. 32. infr. n.* † Aliàs enim sola oblatio absque reali depositio non sufficeret. Gratian. *ubi supr. num.* 15. *& 36.* Caval. *decis. 4. p. 1.* Unde prima opinio procedit quando nulla facta oblatione emptor pretium retinuit; vel quando emptor illud solvere deberet, & præstita cautione non deposuit.

52 Amplia, etsi lata esset sententia pro vincente, & penderet appellatio, nam adhuc tenetur venditor ad usuras compensativas fructuum, si non deposuerit, & obtentum sit in causa. Mastrill. *ubi supr. num.* 17. Caval. *decis.* 25. *num.* 17. *p.* 1. † Hæc, quæ dicta sunt, non solum in rerum immobilium alienatione procedunt, sed etiam cum res mobiles fructiferæ venduntur, nam æquitas *d. l. curabit*, ad eas se extendit. Rota diversi. *decis.* 189. *cum aliis, n.* 3. quam refert Scacc. *n.* 173. *ubi supr.* Rodr. *de ann. red. lib.* 3. *q.* 7. *n.* 89. ubi agit de equo tradito, qui locari consueverat.

54 Procedit etiam in omnibus contractibus correspectivis, ex quibus hinc inde resultat commoditas, & in quibus eadem æquitas viget. Soci. Sen. *cons.* 170. *à num.* 13. *&* 14. quos refert, & sequitur Honded. *cons.* 30. *vol.* 1. Scacc. *ubi sup.* & in specie *in d. l. curabit. comm.* 1. *§.* 7. *num.* 160. quem sequitur Cancer. *var. resol. lib.* 3. *cap.* 7. *de pactis, num.* 21. 22. 23. *&* 28. & de earum solutione non possunt debitores se excusare minori tempore quàm 30. annorum, licèt fructus aliàs triennio usucapiantur, de quo vide Honded. ibi *à n.* 68.
55 & Addit. ad Glos. *l.* 15. *tit.* 13. *infr. hac p.* alia circa materiam *d. l. curavit*, vide apud DD. relatos.

56 Quid de cessionario venditoris, utrum virtute cessionis omnium jurium sibi factæ possit exigere ab emptore pretium rei venditæ simul cum interesse, item quod cucurrit tempore venditoris ante cessionem, & post cessionem. Jacob. Cancer. *n.* 45. *&* 46. *ubi sup.* respondit partem affirmativam esse claram, cum cessio facta fuit ex causa onerosa, & ultra alios allegat Jos. Lud. *decis. Lucen.* 21. Valasc. *consult.* 8. *num.* 6. *p.* 1. Vivi. *decis.* 4. 14. *n.* 15. Montan. *in addit. Oliva. de action. p.* 2. *lib.* 1. *c.* 4. *num.* 21. ubi alios allegat. Rodrig. *de ann. reddit. lib.* 3. *q.* 7. *n.* 59. ubi idem esse tenet, si cessio facta esset ex causa voluntaria, & etiam agit de cessionario mercatoris.

57 Sed quid si tempore venditionis fundus locatus fuerit, an pensiones debeantur emptori, aut lucro
58 venditoris cedant? in hac quæstione distingue. † Quædam sunt prædia, ex quibus naturales fructus colliguntur, & quædam, ex quibus non naturales, sed civiles percipiuntur. Primo casu, si fundus est locatus, inspiciendum est tempus collectionis fructuum, ut si tempore venditionis fructus jam collecti erant, ad venditorem pertineat pensio, pro ut de fructibus jam collectis diximus, si vero erant pendentes, pensio debeatur emptori, ut de fructibus diximus, quia pensio loco fructuum subrogatur *l. navis, ff. de rei vendic. l. ult. §. ult. ff. de jur. fisc.*
59 & hoc intelligit Salyc. *in l. fructus, n.* 3. *C. de action. empt.* si teneatur stare colono, (de qua quæstione vide Addit. ad *l.* 19. *tit.* 8. *hac p.*) nam si non teneatur stare colono, de pensione non est agendum, quia ei non pensio, sed fructus pendentes debentur, & eum sequitur Mantic. *de tacit. convent. lib.* 4. *tit.* 24. *num.* 44. & nihil interest, quòd dies solutionis nondum venerit, vel quòd anticipata solutione locatio fuerit facta, quia in hac divisione fructuum non attenditur tempus, in quo cedit dies solutionis, sed collectionis fructus; † & venditor tenebitur 60
ad restitutionem pensionis anticipatè exactæ, quia causa reducitur ad non causam, ut ex aliis tradit Mantic. *in fine, d. n.* 44. & Pereg. *de jure fisc. lib.* 6. *tit.* 4. *n.* 35. ubi late explicat. Covarr. *var.* 1. *par. c.* 13. *de emp. & vend. num.* 53. ubi tradit in distributione pensionum sperandum esse tempus, quo fructus percipiuntur, quorum ratione pensio solvitur, & latè declarat, & quæstionem exemplificat, & *in fine* 61
teneri venditorem restituere emptori integrè pensionem exactam, & actionem cedere pro non exactis.

Secundo casu, quando fructus civiles ex re per- 62
cipiuntur, ut sunt quæsita ex operis servorum, vecturis navium, vel jumentorum, & pensiones domorum, pro rata dividuntur inter emptorem, & venditorem, ita ut tempus, quod præcessit, cedat in utilitatem venditoris; quod vero currit post factam venditionem, cedat in utilitatem emptoris, nulla facta distinctione quòd dies solutionis venerit, vel non venerit. *l. Julianus, §. si fructibus, ff. de act. emp. & ibi, gl. verb. cedent,* & DD. *l. si stipuletur, 4. §. fin. ff. de usuris.* Covarr. *lib.* 1. *var. c.* 5. *à num.* 3. Gomez. 2. *tom. var. c.* 2. *n.* 11. Peregrin. *n.* 54. Cancer. *d. c.* 13. *n.* 54. *ubi sup.* Valasc. *de partit. c.* 28. *ex n.* 10. Franch. *decis.* 19. *n.* 1. Bertazol. *clausul.* 26. *glos.* 13. *n.* 8. *&* 9. Mantic. *d. lib.* 4. *tit.* 16. *n.* 44. Barbos. *in l. divortio,* 8. 2. *p. in prin. n.* 83. 93. 94. *&* 95. *ff. solut. matr.* ubi contrariam opinionem proponit, & hanc sequitur respectu divisionis fructuum: & actiones, si res erat locata, ad venditorem pertinere, & non transire in emptorem absque cessione; sed venditorem teneri illam cedere emptori, etsi propter pactum non posset expellere colonum, & ante fructus collectos esset pensio soluta, † & sic interpre- 63
tatur *text. in l. Julianus, §. si fructibus, verf. si in locatis,* de cujus interpretatione agunt *ibi* DD.

Contrariam opinionem, imo quòd pensiones ad 64
venditorem, & non ad emptorem pertineant ex *d. verf. si in locatis,* tenent Molin. *de Hispanor. lib.* 3. *c.* 11. *n.* 8. Thesaur. *decis.* 56. *n.* 6. ubi ex *d. verf.* hanc rem claram videri dicit, sed prima est verior, † & 65
in his casibus habet etiam locum æquitas *l. curabit. C. de act. emp.* Pul. *in d. §. si fructibus, in prin. & n.* 4. & Barbos. *n.* 49. *supr.*

Sed quid de colono partiario, qui in fructibus, 66
qui erant pendentes tempore venditionis habebat partem, utrum hæc pars pertineat etiam ad emptorem? Et lucro emptoris cedere docent Roman. *cons.* 309. Jas. *in l. cum filio. n.* 180. & *ibi* Socin. Jun. *n.* 74. *ff. de leg.* 1. Ludovic. *decis. Perus.* 83. *n.* 6. Grivel. *decis. Dolan.* 51. *n.* 20. *&* 21. ubi tradit quòd partiario solum datur actio contra locantem. Trentacinq. *n.* 2. *lib.* 3. *tit. de empt. resol.* 6. Mantic. *d. tit.* 16. *n.* 45. Barbos. *in d. l. divortio,* 8. 2. *p. ff. solut. matrim. n.* 82. *& in l. si filio familias,* 26. *§. fin. n.* 30. *&* 31. & vide Addit. ad Glos. 5. *l.* 19. *tit.* 8.

Limita hanc doctrinam ex Jas. *ubi supr. in fine,* 67
quando venditor ignorabat in fundo esse colonum partiarium; nam tunc partem colonicam non consequitur.

Hanc limitationem impugnat Socin. Jun. *ubi* 68
sup. n. 75. Barbos. *in d. n.* 82. ubi dicit scientiam, vel ignorantiam venditoris non esse attendendam, sed emptoris, etsi sciat rem venditam in totum non esse venditoris, jus, quod venditor in illa habet, videtur emisse, & venditor vendidisse; de quo vide Addit. ad Glos. 1. *l.* 18. & dictam limitationem non esse vetam dicit Jos. Ludovic. *numer.* 10. *&* 11.

&

& corruptam esse litteram apud Jasonem, *in dict. loco* dixit Franch. *decis.* 334. *num.* 1. quia prædicta limitatio non potuit procedere à tanto viro, & eum sequitur Surd. *decis.* 265. *n.* 52. sed d. limitatio procedit, quando venditor non sua manu locasset fundum, nam tunc in dubio ignorantia præsumitur, & jus suum vendidisset, seu sua manu fundum coluisset, vel si emptor sciret adesse colonum, ut declarat Mant. Trentacin. *n.* 5. Barbos. *ubi supr.* Franc. *d. n.* 1. *in fin.* Thesaur. *decis.* 55. *n.* 5. ubi late eam defendit, Ric. 1. *p. collect.* 159. *vers. item quæro*, ubi hanc veriorem dicit contra Joseph. Lud. Peregr. *de jur. fisc. lib.* 6. *tit.* 4. *num.* 42. Surd. *ubi supr. num.* 28. *& 52. & decis.* 172. *n.* 5. Gratian. *decis.* 176. *in addit. à num.* 1. Alex. Lud. postea Papa Greg. 15. *decis.* 90. *num.* 8. & hanc decisionem Rotæ repetit Farin. *decis.* 78. 1. *tom.* 2. *p. decis.* & vide Addita ad Glos. 5. *l.* 19. *tit.* 8. *infra.*

69 Amplia hanc limitationem procedere, etsi emptor ignoraverit, rem esse locatam colono partiario, ex Ant. Peret. & Gratian. *ubi proxime*, ubi hanc limitationem late comprobant; De veritate hujus ampliationis dubito ex dictis *in d. add. glos.* 1. *l.* 18. *sup.*

70 Quid de fructibus venditionis conditionalis, vide Barbos. *in l. si mora*, 10. *ff. solut. matrim. num.* 202. ubi declarat. Carroc. *decis.* 51. *per tot.* & Addit. ad Glos. 4. *l.* 9. *supr.* ubi egimus de fructibus perceptis ante declarationem pretii, quando venditio celebrata fuit pro pretio ab arbitro declarando, & Jos. Lud. *decis.* 53. ubi agit de fructibus perceptis ab emptore è re vendita æstimatis pro parte pretii

71 soluta: † Quid de fœtu pecorum. Vide *l. pen. C. de act. empt.*

72 Sed an partus partuum debeantur, hoc est *los partos, y posspartos*, & qualiter sit condemnatio facienda. Vide Escobar, *de ratiocin. c.* 18. *per tot.* & Addit. ad Glos. 3. *& 4. l.* 11. *tit.* 15. *infra.* Gratian. 3. *tom. discep. c.* 524. *n.* 12. *&* 13. Honded. *cons.* 30. *n.* 20. 21. *&* 22. Fab. *in suo C. lib.* 7. *tit.* 18. *defin.* 20. Et quid de fructibus fructuum & Addit. ad Glos. *ult. l. ult. tit.* 1. *supr.*

73 De fructuum perceptorum probatione, & de expensis, quæ ex eis deduci debent, vide Addit. ad Glos. 3. *&* 4. *l.* 11. *tit.* 15. *sup.* ubi de hoc late egimus.

74 Et de liquidatione fructuum ad taxationem in hac materia legis *curavit.* Vide Honded. Fabr. & Gratian. *ubi supr. & 4. tom. c.* 716. *à n.* 1. qui, *n.* 9. subdit non posse perficii judicis taxationem.

75 Non inutilis, nec levis, sed difficilis, quæstio est sæpe in tribunalibus agitata, utrum in hoc contractu emptionis, & venditionis fructus, & usuræ jure actionis, vel officio judicis debeantur? cujus cognitio multum interest, nam si jure actionis debentur, etiam finito judicio super negotio principali poterunt iterum peti, & exceptio rei judicatæ non obstabit, *l. centum Capuæ, ff. de eo quod certo loco*, Glos. *fin. in l. non solum* 13. *ff. de rei vendicat. & in addit.* Glos. *fin. in l.* 4. *C. de posit.* Sarayn. *in addit. ad* Mathesil. *sing.* 80. *n.* 6. ubi alios laudat. Muden. *in l.* 3. *§. si emptor. ff. de action. emp.* Surd. *cons.* 243. *à num.* 23. Faber. *in suo C. lib.* 7. *tit.* 18. *de fructibus, & lit. expens. definit.* 67. Giurb. *decis.* 65. *num.* 17. 18. *&* 19. ubi in alio judicio fructus peti posse dicit, etsi expressim petiti fuerint, si judex eorum condemnationem omisit, & multos laudat. Scacc. *de appellat. q.* 17. *limit.* 21. *n.* 45. & vide *infra à n.* 93. & Addit. ad Glos. 6. *l.* 13. *tit.* 11. *infr. hac p.* Si vero officio judicis, & peracto judicio de fructibus, damnis, & interesse judex non pronuntiavit, modo petiti sint, modo non, amplius de illis judicare non potest, cum semel officio suo fructus sit, *l. ult. §. Lucius, Titius, ff. de condict. indeb. l. index.* 15. *ff. de re judic. l. terminato, ff. de fructibus, & lit. expens. l.* 4. *C. depos. t. l. in bona fidei* 13. *l. eos* 26. *C. de usur.* Surd. *decis.* 69. *n.* 2. *& per tot.* Castill. *quotid. lib.* 5. *c.* 135. *num.* 10. quam plures allegat. Glos. & DD. *supr. citati*, Apostil. *margin. litt. E. ad glos.* 1. *§. actionum. inst. de actionibus*, Boer. *decis.* 18. *n.* 1. Gamm. *decis.* 191. ubi sic decisum fuisse dicit, & ibi, Flor. de Mena. qui alios adducit. Giurb. *decis.* 5. *num.* 9. ubi alios allegat. Pichard. *in d. §. actionum.* 28. *q.* 8. *num.* 10. Mori. *in empor. jur.* 1. *par. tit.* 10. *de locat. & conduc. in præm. num.* 15. *infin.* Linglo. *decis.* 3. *q.* 5. *numer.* 12. Surd. *cons.* 293. *numer.* 5. 17. 24. *&* 27. 28. Honded. *cons.* 30. *num.* 125. *&* 13. *lib.* 1. De fructi- 76
bus vero tempore venditionis pendentibus absque dubitatione eos in actione venire dicendum est, quia & ipsi venditi censentur, ut diximus, *supr. n.* 6. 7. 8. *&* 9.

De fructibus post perfectum contractum satis, 77
natis, & perceptis, quæstio versatur, & officio judicis, & non jure actionis deberi probatur. In omnibus actionibus bonæ fidei fructus, usuræ, & interesse veniunt ex mora, *l. mora*, 32. *§. in bonæ fidei contract. ff. de usuris*, ubi Marian. *inquit in bonæ fidei contractibus ex mora usuras deberi*, sed fructus, qui debentur ex mora, judicis officio peti debent, quia mora transcendit naturam actionis, & non potest ad eos actio competere, ergo officio judicis debentur, & hanc opinionem tenet Bald. *in l.* 1. *in fin. C. de usur. & fruct.* ubi hanc rationem tradit, & eam sequitur Angel. & Alexan. *in l. si marito, §. fin. ff. solut. matrim.* Jas. *in l. judicio capto. n.* 9. *&* 10. *C. de judici*, ubi respondit contrariis, *& in §. actionum, n.* 45. Bap. Castel. in addition. ad Mathesil. *sing.* 90. ubi officio judicis deberi, verius esse dicit; & ibi, etiam Sarayn. ubi tradit differentiam inter officium, quod ex contractu bonæ fidei datur, & quod datur in stricti juris arbitriis, scilicet quòd primo casu imploraro judicis officio judex omnino necesse habet illud impartiri, in alio vero non, sed potest illud denegare. Linglo. *decis.* 3. *q.* 5. *num.* 10. ubi in omnibus contractibus bonæ fidei eam veriorem dicit in fructibus ante litem contestatam perceptis. Avend. *respons.* 6. *n.* 3. *vers.* 5. *concluf.* ubi hanc tenet exceptis actionibus, & judiciis universalibus.

Contrariam opinionem, scilicet quando in con- 78
tractu emptionis, & venditionis fructus actione ex empto debentur, probat *text. in l. videamus* 38. *§. causa. ff. de usur.* ubi Paul. Jurisconsult. *in prin.* inquit *videamus generatim quando in actione, quæ est in personam, etiam fructus veniant*, & post alios casus, in quibus actio ad fructus datur, prosequitur, *ex causa etiam emptionis fructus restituendi sunt*, & in casibus, *in d. l.* expressis jure actionis fructus deberi tradit. Barbos. *in l. si mora*, 10. *num.* 105. *vers. similiter, ff. solut. matrim.* Secundo probatur, *ex l. si stipulatus*, 4. *§. fin. ff. de usur. ubi si vero post contractam emptionem* inquit Papinian. *ante interpositam stipulationem partus editus, vel aliquid per servum venditori acquisitum, & quod ex stipulatu consequi non potuerit, judicio empti consequitur.* Ex quo constat, actionem ad fructus post contractum perceptos dari, & hanc sententiam tenent Acurs. *in glos. vers. bonæ fidei, circa fin. Instit. de act.* quam dicunt singularem Bald. *in c. cum venerabilis, in* 7. *col. de exceptio.* & Mathesil. *sing.* 90.

& Glos. *non relata*, eam sequitur idem Bal. *in l. si marito. §. fin. per illum text. ff. solut. matrim.* Zasius, *in d. §. actionum n.* 47. ubi eam veram dicit, & Glos. *vers. cum fructibus, in §. & si in rem. Inst. de judiciis.* Mude. *in l. 3. §. etsi emptor n. 4. ff. de act. empt.* ubi nimiam restitutionem esse inquit, & divinatione non carentem, si quod dicitur, ex empto superesse actionem ad fructuum præstationem, ad eos solos fructus tempore venditionis crescentes retulerimus, & Barbos. *in l. si mora* 10. *num.* 104. *& num.* 105. *& in* 106. ubi latè hanc opinionem comprobat.

79 Cui non obstat ratio contrariæ opinionis, quòd fructus in omnibus contractibus bonæ fidei veniunt ex mora, nam hoc non procedit in fructibus, sed in usuris, ut notant Glos. Mathesil. & Zasius, *ubi sup. vers. & mora, in l. mora fieri, §. in bonæ fidei contractibus. ff. de usur.* ubi fructus sine mora deberi dicit, secundò quia licet regulariter in actionibus bonæ fidei veniant fructus officio judicis post moram, at in actione ex vendito veniunt fructus etiam cessante mora, ut colligitur *ex l. fructus, C. de action. empt. l. venditor ex hæreditate, §. quemadmodum, ff. de hæred. vel action. vend. l. 3. §. 1. in fin. ff. de act. empt.* & sentiunt Glos. & Salyc. *in l. 2. C. de act. empt.* Barbos. *num.* 107. *ubi supr.* & diximus, quidquid in contrarium pro constanti habeant Bald. *in d. l. fructus ad fin.* & *ibi*, Salyc. *n.* 2. & comprobatur, nam si ex mora debeantur fructus, mora emptoris liberaret venditorem ab his fructibus, ut à fortiori probat. *l. mulier* 22. *§. si hæres, ff. ad Trebel.* & quia propter moram cessat æquitas, quam judicis officium semper præsupponit, *l. quod si Ephesi, ff. de eo quod cert. loc.* & colligitur ex ratione Baldi per argumentum à contrario *in l. 1. num. fin. C. de usur. & fructib. legat.* Et mora emptoris in hoc casu nihil nocet, quominus fructus debeantur, quia debentur ei jure actionis, *l. videamus* 38. *§. item si vi, ff. de usur.* & late prosequitur Barbos. *ubi supr. n.* 105.

80 In aliis vero contractibus bonæ fidei idem videtur dicendum ex Glos. Bald. Mathes. & Zasio. *ubi sup.* qui generaliter loquuntur in fructibus venientibus ex his contractibus, quos jure actionis, & non officio judicis deberi docent. & eorum opinio confirmatur *in §. in cæteris quoque contractibus, d. l. videamus*, sed in eis majus dubium versatur, de qui-

81 bus in suis locis agemus. De contractibus stricti juris ultra *supra* laudatos vide Morl. *in empor. jur. tit. 10. de locat. & conduc. in præmis. n.* 14. *&* 15. ubi officio judicis venire tradit, & vide Addit. ad Glos. *6. l. 13. tit. 11. infr. hac p.* & cave ab eo quatenus dicit d. Glos. *verb. bonæ fidei. in §. actionum, prope fin. docuisse in bonæ fidei judiciis*, fructus venire à tempore moræ jure actionis, nam Glos. *hoc non dicit.* sed quod fructus in his contractibus jure actionis veniunt, & usuræ à tempore moræ officio judicis, *in vers. sed in bonæ fidei*, & in hoc eam singularem

82 dicunt *sup.* citati. † Judicia enim bonæ fidei, & actiones bonæ fidei, idem sunt, de quo vide Par-

83 lad. *in sex q. diff. 42. num.* 4. † usuræ enim, quæ hodie reducuntur ad interesse, quæ judicis officio debentur, finito judicio amplius peti non valent *ex sup. tradit. & infra*, in Addit. ad *d. glos. 6.*

84 Limita 1 *in* usuris recompensativis, quæ debentur ex æquitate, *l. cavavit, C. de act. emp.* de quibus supra egimus, nam istæ, licèt officio judicis petantur, ut tradit Honded. *n. 7. in cons. infra citando* ex æquitate peri possunt, ne quis sine causa cum jactura aliena locupletetur, & pro consequenda re sua, vel sibi debita datur officium judicis, *in l. si me, & Titium, ff. si cert. petat.* Marta. *cons.* 384. *n.* 8. Honded. 30. *n.* 53. 54. *&* 55. *vol.* 1. ubi latè comprobat. Faber. *in suo, C. lib. 4. tit.* 24. *de usuris, definit. n.* 11.

Limita 2. quando interesse jure actionis principaliter, & ex conventione deberetur, nam tunc finito judicio peti potest. DD. *in l. 4. C. depos.* Bart. & Jas. *C. de eo quod certo loco, & in l. 1. num. 3. vers. hinc. C. de judiciis*, ubi docet posse agere, etsi nulla reservatio fuisset facta à judice in sententia, & alios refert, & sequitur Honded. *d. cons. 30. num.* 52. Morl. *in empor. juris, n.* 15. *ubi supr.* Lingloif. *decis. 3. q. 5. num.* 13. & vide Addit. ad Glos. *fin. tit. 1 supr. hac p. n.* 63. & ad Glos. *6. l. 13. tit. 11. infr. hac p.* 85

Sed quid si fructus, & interesse non fuerint per emptorem petiti? Dic quòd non potest eorum condemnatio sequi, nisi expressè petantur in libello *l. 4. §. hoc autem judicium, l. de pupillo, §. qui opus ff. de nov. oper. nuntiat. l. partium ff. de usur.* Bart. *in l. si post moram. num. 3. &* 4. Bald. *num. 2.* Salyc. *n.* 10. Alex. *in l. marito, § fin. ff. solut. matr.* Ripa. *in l.* 4. *§. hoc autem judicium, n.* 63. *ff. de dam. infecto* Covarr. *lib. 1. var. c. 3. n. 1. in fine.* Thesaur. *decis.* 135. *num. 2.* Cabed. *decis.* 68. *n. 1. p. 1.* Vincen. Carroc. *in tract. de remediis, contra præjudic. sent. except.* 32. *n. 1. &* 55. ubi de fructibus. Surd. *cons.* 293. *num. 2.* ubi alios adducit. Giurb. *decis.* 86 *n.* 10. Guzm. *de evict. q.* 13. *n.* 84. & probatur ex traditis *sup.* † fructus enim ante litem contestatam percepti, seu interesse, ad hoc ut possint cadere in condemnatione, nominatim debent esse petiti. Bal. *cons.* 119. *statuto cavetur. vers. quoad primum, lib. 2.* Guid. Pap. *decis.* 405. *n. 1.* & *ibi* Ranchin. *in annot.* Boer. *decis. 18. n. 3.* Covar. *ubi supr.* Avend. *respons. 6. n. 3. vers. 4. concl...* Sesse. *decis. Arag.* 136. *n.* 18. *&* 22. Tusch. *concl.* 502. *litt. F. n. 1.* Lingloif. *decis. 3. quæst. 5. num.* 12. Castill. *quotid. c.* 135. *lib. 5. n.* 8. ubi alios cumulat, & pro hac doctrina est *text. in l. ædiles*, §. *item sciendum, ff. de adil. edict.* 86 87

Limita 1. hanc doctrinam in fructibus perceptis post litem contestatam, super quibus, etsi non sint petiti, potest sequi condemnatio. *text. in d. §. sciendum, c. significante. de appellat.* Andre. *in c. gravis, de restitut. spoli.* Afflict. *decis.* 59. *n.* 2. *&* 3. Gamma. *decis.* 320. *n.* 3. Surd. *cons.* 293. *n.* 15. Aufrer. *ad Cappel. Tolos. decis.* 195. *n.* 1. Farin. *decis.* 794. *n.* 2. Guid. Pap. & ejus Addit. *ubi supr.* ubi pro hac opinione refert Buttium, & pro ea contra Innoc. & Hostitn. senatum judicasse testatur. Boer. *n.* 3. *ubi supr.* qui etiam affirmat secundum eam judicatum fuisse per Senatum, & de Senatu Parisiensi idem dixit Rebuf. 3. *tom. constit. in tract. de fructib. art.* 2. *glos. unica, n.* 32. Avend. & Covarr. *ubi sup. in fin. princ.* ubi hanc receptissimam sententiam DD. appellat, & inhærendo doctrinæ Covarr. idem probat Sesse. *d. decis.* 136. *n.* 15. Lingloif. *n.* 10. Faber. *in suo, C. lib. 7. tit.* 18. *de fructib. & lit. expens. definit.* 67. *vers. nam officium.* Carroc. *n.* 55. Giurb. *decis.* 65. *n.* 9. *& decis.* 89. *n.* 32. Castill. *ubi sup.* 88

Limita 2. in interdictis possessoriis, si venditor in instrumento venditionis constituit se nomine emptoris possidere, & emptor agat interdicto, uti possidetis, de quo diximus in Addit. Glos. *anteced.* in hoc enim casu, & in aliis interdictis possessoriis veniunt in condemnatione fructus etiam non petiti. *l. in interdictis, ff. de interdict. l. videamus*, 38. *§. in interdictis, ff. de usur.* Boer. *d. decis. 18. n. 2.* Aven. *d. respons. 6. n. 4.* Rebuf. *n. 35. ubi sup.* Surd. *cons.* 299. *n.* 16. ubi alios tradit. Cancer. *lib. 3. var. resol. c. 16. n.* 95. Franch. *decis.* 31. Decian. *cons.* 46. *n. 2. vol.* 1. Peregr. *de fideicomm. art.* 44. *num.* 150. Peguer. *decis.* 160. 89

cis. 160. n. 2. Thesaur. *decis.* 29. *n.* 6. Covar. *lib.* 1. *var. c.* 3. *n.* 1. Menoch. *de retin. possess. remed.* 3. *n.* 289. *& de recuper. possess. remed.* 1. *n.* 413. Gratian. *discept. forens.* 2. *tom. c.* 206. *n.* 4. *& decis.* 208. *n.* 14. Mexias *in l. Tolet.* 2. *p. fund.* 21. *n.* 15. *cum duob. seq.* Ranch. *in annot. ad Guid. Pap. d. decis.* 405. Carroc. *ubi sup.* Lingloif. *d. decis.* 3. *q.* 5. *n.* 14. *vers. quartus est*, Fab. *in suo Cod. lib.* 7. *tit.* 18. *de fructib. & expensis, definit.* 68. Giurb. *decis.* 65. *n.* 2. ubi alios refert Castill. *quotid. lib.* 5. *cap.* 135. *n.* 18.

90 Limita 3. si petiti fuerint generaliter sine specificatione quantitatis. Ferrar. *in sua prax. in form. libell. in action. real. in glos. super fructibus*, *num.* 2. ibi Mascar. *in addit. litt. C.* ubi dicit, hanc esse communem practicam. Alex. *cons.* 95. *col. fin. versic. quomodo autem, vol.* 2. Carroc. *n.* 56. *ubi sup.* Surd. *consil.* 291. *n.* 21. qui à *n.* 18. posse petitionem fructuum cum petitione rei cumulari defendit, & contrarium tenentes impugnat. Castil. *lib.* 3. *c.* 135. ubi Surd. doctrinam refert, & duas opiniones contrarias, & eo resolvit, quod res jure actionis, & fructus officio judicis mercenarii simul in eodem libello peti possunt.

91 Limita 4. si in libello adest clausula, *jus, & justitiam ministrare*, quando via actionis fructus debentur. Tusch. *litt. F. conclus.* 502. *n.* 6. Lingloif. *d. decis.* 3. *quæst.* 5. *num.* 12. Surd. *d. decis.* 293. *n.* 17. Giurb. *decis.* 89. *num.* 32. ubi tradunt sufficere, quòd actor petat rem condemnari. Cabed. *decis.* 168. *num.* 6. *art.* 1. Guzm. *de evict. quæst.* 13. *n.* 85. & 89. tradit posse fieri condemnationem ad fructus, quoties fructus possunt comprehendi sub petitione proposita.

92 Limita 5. quando agitur actione universali, *leg. item veniunt, §. fructus, ff. de pet. hæred. non est. C. familiæ ercisc.* Glos. *in l. solemus. ff. de judic.* & *ibi* Angel. & Albert. Surd. *consil.* 293. *num.* 2. *lib.* 2. Avend. *respons.* 6. *num.* 3. *vers. quinta.* Boër. *decis.* 18. Barbos. 3. *p. rubr. n.* 61. *ff. solut. matr.* Menoch. *de recup. remed.* 15. Matienz. *in l.* 1. *glos.* 5. *n.* 6. *tit.* 21. Peregr. *de fideicom. art.* 49. *n.* 150. *in fin.* Cabed. *decis.* 68. *n.* 4. *quot. lib.* 5. *c.* 135. *n.* 17. ubi plures cumulat. Guzm. *ubi sup. n.* 86.

93 Limita 6. si actor in libello postulavit rem sibi restitui. Surd. *ubi sup. num.* 16. *& decis.* 212. *num.* 11. Gutierr. *lib.* 3. *pract. quæst.* 38. *n.* 30. Giurb. *decis.* 585. *num.* 7. Barbos. *num.* 73. Cabed. *num.* 5. Castill. *n.* 20. *ubi sup.* Cacher. *decis.* 160. *num.* 4. Boër. *dec.* 52. *n.* 1. Gomez. 3. *tom. var. cap.* 13. *num.* 38. Guzm. *n.* 86. *ubi sup.*

94 Limita 7. favore publicæ utilitatis, miserabilium personarum, vel piæ causæ secundum Bartol. *in l. dies, §. hoc autem, n.* 2. *& 3. ff. de damn. infect.* Lingl. *n.* 11. *ubi sup.*

95 Sed quid si judex expressè de fructibus non judicavit; sed jussit rem restituere, utrum in hac condemnatione veniant fructus; & pro affirmativa est, *l. videamus*, 38. *§. in l. Fabia. ff. de usur. l. in condemnatione*, §. 1. *ff. de reg. jur.* Bald. *in rubr. Cod. de fruct. & lit. expens.* Joan. Corras. *miscellan. lib.* 1. *c.* 9. *n.* 1. Covar. *lib.* 1. *var. c.* 3. *n.* 1. Boër. *decis.* 18. *num.* 4. Ossasc. *decis.* 159. *n.* 11. Sesse *decis.* 136. *n.* 13. *cum alii.* Surd. *cons.* 293. *n.* 16. Hieron. Marilian. *decis.* 32. Cæsar. Barz. *decis.* 94. *n.* 1. Gratian. *discept.* 4. *tom. cap.* 770. *num.* 4. 5. *&* 6. Tusch. *pract. conclus. litt. S. conclus.* 360. & pro hac opinione multa tradit Mar. Giurb. *decis.* 65. *à num.* 1. *cum* 6. *seq. & in decis.* 89. *n.* 32. Menoch. *cons.* 1173. *n.* 13. & 14. ubi tradunt, satis esse judicem declarare, actorem esse dominum: sed in praxi posse obtinere dubitat. Covar. *ubi sup.* & contrariam opinionem novissimè defendit Parlard. *in seq. different.* 42. *num.* 10. & pro ea plures auctoritates, & rationes adducit Castill. *quotid. d. c.* 135. *n.* 30.

Contrariam opinionem, scilicet condemnatum 96
ad restitutionem rei non censeri condemnatum ad restitutionem fructuum, docent Thesaur. *decis.* 135. *num.* 2. Cancer. *ubi sup.* Alexand. Raudens. *dec.* 23. Cornaz. *decis.* 170. Ricc. *collect. decis. collect.* 1999. & ratio est, nam si petiti sunt fructus, & judex in sententia de eis non fecerit mentionem, videtur reum à fructibus absolvisse, *l. terminatio*, *Cod. de fruct. & lit. expens.* Guid. Pap. *decis.* 405. *n.* 2. ubi amplius peti non posse ait. Thesaur. *decis.* 135. Cancer. *var. resolut. part.* 4. *n.* 16. 88. & 89. Cornaz. *decis.* 110. *n.* 9. & 170. *n.* 14. Boër. *decis.* 18. Mascel. *decis.* 220. *n.* 4. Giurb. *decis.* 65. *n.* 8. & *decis.* 89. *n.* 12. Castill. *quotid. c.* 135. *n.* 16. de qua quæstione latè diximus in Addit. ad Glos. 6. *l.* 13. *tit.* 11. ubi hoc notabile declaratur.

In præsenti quæstione tenendum est, quando ex 97
natura actionis veniunt fructus, procedere primam opinionem, ut in judiciis universalibus, in quibus ex natura actionis veniunt fructus, item in interdictis restitutoriis, Marilian. & Ricc. *in fin. collect. ubi supr.* in judiciis particularibus idem tenendum est, quandocumque de jure fructus debeant restitui, ut in rei vendicatione, & aliis. Castill. *n.* 25. *vers. ergo sunt, ubi supr.*

Unde colligitur, quod si fructus fuissent petiti in 98
causa, & de natura rei non veniant, & judex in sententia non fecisset mentionem, etsi loquutus fuerit per verbum *restituere*, censetur reum absolvisse, & amplius peti non possunt, si accessoriè, & solo officio judicis deberentur. Surd. *decis.* 69. & relati pro secunda opinione: & ratio est, quia quando id, quod omittitur, fuit peritum, judex omittendo censetur absolvere, licet regulariter omittendo judex non videatur absolvere. Bart. *in l.* 4. *C. depositi.*

† si vero principaliter, & jure actionis deberen- 99
tur, principaliter adhuc agi poterit. Cancer. *n.* 96. Surd. *in dict. decis.* 69. *num.* 2. Giurb. *in decis.* 65. *n.* 14. Peger. *decis.* 180. *n.* 1. Castil. *n.* 26. *ubi sup.*

† idemque venit dicendum, si à sententia fuerit ap- 100
pellatum, nam judex appellationis poterit super eis pronuntiare. Surd. *cons.* 293. *n.* 27. Cancer. *n.* 92. Castill. *ubi sup.* qui alios referunt, & vide Addit. Glos. 6. *l.* 13. *tit.* 11. *infr.*

Si verò judex in sententia dicat, condemno te 101
juxta petita, tunc reus censetur condemnatus ad fructus in libello petitos. Marilian. *num.* 1. & 2. Giurb. *n.* 11. *ubi sup.*

Et pro complemento nota, quòd si quis, in pos- 102
sessionem fuerit missus, si postea sententia, seu decretum fuerit revocatum, & ad irritum deductum, restiturio rei debet fieri cum fructibus. Bezius *cons.* 95. Nata. *cons.* 535. Roman. 457. Ossasc. *decis.* 160. *n.* 12. Cancer. *n.* 100. *ubi sup.* Sforz. Odd. *de in integr. restit.* 1. *p. q.* 45. *n.* 16. qui generaliter loquuntur, quando titulus, quo rem possidebat, est redactus ad non titulum, & ea, quæ dicta sunt, intelligo de fructibus perceptis, quia illi qui percipi potuerunt ante judicium, non possunt actori concedi, cum in specie isti sunt per sententiam adjudicandi, & in condemnatione à judice ponendi. Surd. *cons.* 193. *n.* 15. Innocent. *in cap. gravis. de rest. spoliat.* Sforc. Odd. *de in integr. restit. q.* 45. *n.* 25. *lib.* 1. Menoch. *cons.* 110. *per tot.* præcipuè *à num.* 13. Marilian. *n.* 4. Giurb. *n.* 12. *&* 13. *ubi supr.*

Sed quid de fructibus, qui collecti sunt post 103

rem judicatam reo moram faciente in restituenda re? Dic quòd in condemnatione fructuum non veniunt, nec in eis judex condemnare potest, quia tractus futuri temporis non spectant ad judicem, *l. 1 ff. de usur.* Surd. *d. cons.* 293. *num.* 3. ubi Angel. & Berojum pro hac doctrina refert, *& cons.* 340. *num.* 10. & novissimè eum sequuntur Castil. *quot. lib. 5. c.* 135. *num.* 4. & vide Parlad. *num.* 11. *ubi sup.* ubi tradit venire executionis judicio, *§. sed. si rem,* & *ibi* omnes, *Instit. de offic. judic.* Bald. *in l. ab executione. C. quor. appell. non recip.* ubi dicit in executionis causa neminem à fructuum restitutione excusari, etsi magis justam habuerit litigandi causam, si judex in sententia de fructibus futuris, & postea colligendis judicaret, ejus judicium sustineretur, ut ex Aretin. refert Surd. *d. cons.* 340. *n.* 10. & vide Addit. *ad tit. fin. infra hac part.*

SUMMARIUM.

1 *In venditione domus puteus venit.*

2 *Puteus est communis, si stat inter duas domos, & an possit dividi, & quo judicio.*

3 *An quis possit in sua domo, vel fundo aperire puteum, & quid si noceat vicino, aut publico fonti.*

4 *In venditione domus veniunt canales, & rota, per quam aqua trahitur, etsi non sint intra domum, si ad ejus usum sint parata.*

5 *Ea, quæ detracta sunt à domo, ut reponerentur, veniunt in venditione domus, non vero quod domus causa paratum est.*

6 *Bona, quæ possessor majoratus paravit ad reficiendam domum, sunt libera.*

ADDIT. GLOSS. III. IV. V.

1 NOta 1. ex text. & Glos. 3. in venditione domus puteum venire. Adde *l. Julianus* 14. *§. fin. cum l. sequent. ff. de act. empt.* Cæpol. *de servit. urban. præd. cap.* 47. *num.* 6. *vers. adde prædictis,* & non solum in venditione venit puteus, sed putealia, id est quibus puteus cooperitur, ut funes, quibus aqua hauritur, & labra scilicet, vasa, seu crateres lapidei ad recipiendam aquam apti, & fistulæ, seu aquæ ductus, *ex dict. §. fin.* & rota ad hauriendum aquam, *l. qui fundum, §. fin. ff. de contrahend. empt.* Bertazol. *clauf.* 19. *gloss.* 11. *num.* 1. ubi alios allegat, & hoc intelligit; quando puteus est in domo, vel intra confines domus, ut *infr.* in Glos. 5. & Bertazol. ibi, *glos.* 13. *num.* 18. Pereir. *de empt. & vend. cap.* 22. *num.* 15. & idem dic de cisterna ex *suprà* traditis.

2 Nota tertiò ex Glos. quòd puteus est communis, si stat inter domos, & an possit dividi, & quo judicio. Vide *l.* 4. *§.* 1. *ff. commun. divid.* Cæpol. *n.* 1. *ubi supr.* & si indiget refectione, communi expensa refici debet. Catellia, Corta, *in memorab. verb. puteus,* Cæpol. *num.* 3. *ubi sup.* qui *in num.* 4. subjicit, quòd si unus ex vicinis velit renuntiando usum, & commodum putei, vel alterius rei expensam recusare, non potest, si puteus indiget reparatione pro tempore præterito; nec pro tempore futuro, si vult stare in vicinia.

3 De quæstione, an quis possit in sua domo, vel fundo aperire puteum, si nocet fonti publico, vel vicini puteo, vide *l.* 10. *tit.* 32. *part.* 3. & *ibi* Add. *& l. fluminum, §. fin. ff. de damno infecto, l.* 1. *§. denique, ff. de aqua pub. arcen. l. Proculus, ff. de damno infect.* & Pereir. de Castro *decis.* 35. ubi refert quæstionem de facto examinatam; & alia de quæstionibus circa diversionem aquarum, vide apud Thesaur. *decis.* 205. Gaill. *lib.* 2. *observat.* 66. Arisminn. Tepat. *variar. sententiar. tit.* 574. *de flumine, & aqua.*

AD Glos. 4. Nota 1. in venditione domus venire canales & Adde Bertaz. *clauf.* 6. *glos.* 13. *num.* 18. *col.* 2. *vers. canales,* & etiam veniunt fistulæ ex eodem, *ibi, versic. & de fistulis quod veniant,* Mozz. *de empt. & vendit. cap. de naturalib. empt. num.* 51. Cæpol. *de servitut. urb. præd. cap.* 49. *n.* 5. qui *à num.* 1. de his fistulis agit, & de ejus significatione. 4

Nota 2. venire in venditione domus rotam, per quam aqua trahitur, & Adde Bertazol. *clauſ.* 19. *gloſ.* 11. *num.* 1.

AD Glos. 5. Nota puteum, canales, & rotam venire in venditione, & si non sint intra domum, sed extra, intellige, quando paratæ fuerunt ad usum domus, vel quando ad eas per domum est aditus. Adde Bertazol. *in clauſ.* 19. *gloſ.* 10. *num.* 4. *& 5.* ubi alios refert, & faciunt tradita per Castil. *quotidian. lib.* 5. *cap.* 62. *à num.* 13. ubi de destinatione latè agit, & de ejus effectu, & quando habeatur pro re perfecta.

Nota ex text. venire in venditione domus, ea, quæ detracta sunt, ut reponantur, non vero id, quod domus causa paratum est. Add. *l. fundi, §. quæ picta, vers. item quod insula, ff. de act. empt. & l. granaria, §. tegula, ff. eod.* Bertazol. *clauſ.* 26. *gloſ.* 13. *num.* 45. ubi in hoc casu non operari destinationem, ut comprehendantur ex Alciato tradit. Mieres *de majoratib.* 4. *part. quæst.* 33. *num.* 38. ubi † tradit bona libera esse, quæ possessor majoratus paravit pro refectione domus majoratus, si ædibus non sint affixa, & posita, & alios laudat, & vide Gratian. *discept. tom.* 4. *cap.* 657. *num.* 18. *&* 37. ubi latè tradit, quæ domus appellatione veniant, & *num.* 24. *&* 25. Castil. *ubi supr.* 5 6

LEX XXIX.

SUMMARIUM.

1 *Horrea, si sint fundata in re vendita, vel affixa, vel defossa, veniunt in venditione.*

2 *Fovea grani existens sub via publica ante domum, si dominus cum domo ea utatur, seu per domum ad eam sit aditus, venit in venditione. Item, quæ est in domo ex tabulis confecta, si sit affixa: & ea, quæ sunt in domo, ut perpetuò essent, num.* 6.

3 *Vasa vinaria, seu dolia, si sint defossa, vel sepulta, veniunt in venditione domus, seu fundi, & an in legato comprehendantur.*

Cratera, & craterræ, & alia similia an veniant in venditione domus, n. 4. 5. *&* 6.

7 *Hortus quando veniat in venditione domus, & an Apotheca, & quando veniat domus in legato apothecæ, & conjuncta domui an veniant in venditione domus, n.* 8.

9 *Curtis venit in venditione domus.*

10 *Stabulum quando veniat in domus venditione.*

11 *Porticus quid sit, Si est in medio duarum domorum, & una venditur, debet dividi.*

12 *Claves veniunt in venditione domus.*

13 *Arma*

13 *Armarium inhærens parietibus venit in domus venditione.*

14 *Specularia an veniant in venditione domus? Item vetriatæ, & Cancelli, ibi.*

15 *Pecunia abſcondita in domo non venit in ejus venditione.*

ADDIT. GLOSS. I.

1 AD Gloſ. 1. Nota, horrea ſi ſunt fundata in re, vel affixa, vel defoſſa venire in venditione domus; ſecus verò ſi ſunt compoſita ex tabulis non defixis in re, & Add. Mantic. *de tacit. convent. lib. 4. tit. 15. n. 30.* & Bertazol. *clauſ. 19. gloſ. 6. n. 4. & clauſ. 26. gl. 3. n. 39.*

2 Fovea etiam grani exiſtens ſub via publica ante domum, ſi dominus ea cum domo utebatur, maximè ſi per domum ad eam habeatur aditus, venit in venditione domus, ut cum Jaſone, & Bertrand. tradit Bertazol. *d. gloſ. 6. num. 5.* Alia de foveis, & an poſſit quis in ſuo fundo facere juxta fundum vicini? Vide Cæpol. *de ſervitut. urban. præd. cap. 80.*

3 Ex Gloſ. 2. Nota, vaſa vinaria, ſeu dolia, ſi ſunt defoſſa, ſeu plantata, vel ſepulta, in venditione domus, vel fundi venire; ſecus verò ſi defoſſa non ſint. Adde, *l. dolia 26. l. cum fundus, 21. ff. de fund. inſtruct. & inſtrum. leg.* ubi etiam in legatis venire Juriſconſulti docent. Bertazol. *clauſ. 26. gloſ. 13. n. 12.* Mantic. *n. 5. & 45. ubi ſupr.* Pereir. *de empt. & vend. c. 22. n. 17.*

4 Contrariam opinionem videtur probare Ulpianus *l. fundi 18. in princ. ff. de act. emp.* ubi ſcripſit vaſa vinaria fundi, & villæ non eſſe, quamvis in
5 ea defoſſa ſint: & eadem vaſa in legato non contineri ſcripſit etiam Scævola *in l. Lucius, 91. §. collegio, ff. de leg. 3.* ubi Accurſ. Din. & Alber. docent, defoſſum eſſe quod minimè fixum eſt; ſed eorum explicatio non placet, nam verius eſt defoſſum eſſe, quod in terra facta foſſa poſitum eſt, quaſi ſepultum. Ad evitandas has contrarietates Juriſconſultorum multa tradunt DD. & noviſſimè de hac quæſtione agit Theſaur. *lib. 1. q. forenſ. q. 84. num. 2. cum 7. ſequent.* ubi inquit, non eſſe ſimpliciter attendendum, an res ita ſint affixæ, ut difficilè moveri poſſint pro ſua magnitudine, ut dicit *text. in l. 3. §. 1. ff. de vino trit. & oleo legat.* ſed inſpiciendum eſſe, an illa uſus perpetui cauſa fuerint in ædibus deſtinata, ita ut quæ uſus perpetui cauſa non ſunt poſita, licet defixa, & defoſſa ſint, non veniant in venditione; ſi vero ad perpetui uſus cauſa parata ſunt, & defixa, venire, quæ declaratio non eſt aliena à mente *noſtræ legis* ſi venditor probaverit dolia ad tempus ibi appoſita fuiſſe, utrumque enim, ſcilicet quod ſint ad perpetuum uſum parata, & defixa, ſimul non requiritur, *ut in n. ſeq.* dicemus.

6 Nota ex *text.* granaria, ſeu horrea ex tabulis confecta, quæ moveri non poſſunt in venditione domus venire: ex quo deducitur non ſolum venire ea, quæ parietibus affixa ſunt, ſed etiam quæ ſunt ibi, ut perrpetuò eſſent, licet non ſint affixa, *l. fundo, §. Labeo, ff. de act. emp. l. cætera, §. hoc Senatus conſultum, l. 2. & ibi.* Dyn. Aretin. Alberic. Alexand. *in fin.* Jaſ. *n. 12. & §. ſed ſi ſeparavit, ff. de leg. 1. l. Julianus, §. ult. cum duobus ſequentibus, ff. de act. empt.* Tiraquel. *de retract. lign. §. 1. gloſ. 7. num. 115. & in q. 48. num. 6. in tract. primogen.* Jaſ. *in l. beneficium, n. 11. ff. de conſtit. pecun.* Mantic. *d. tit. 15. n. 5.* Bertazol. *clauſ. 26. gloſ. 13. n. 35. & ult.* & contra Cæphalum *conſ. 92. n. 26.* hanc opinionem veram dicit Surd. *deciſ. 134. n. 3. & 13. cum aliis,* & Caſtill. *quotid. lib. 5. c. 62. n. 15.* & Surdi doctrinam ſequitur, & de crateribus, & aliis, vide in Addit. *gl. 3. l. anteced.* † Sed quid de horto, an veniat in venditione domus? dic in venditione venire, quando eſt 7
conjunctus domui, vel habetur aditio ad eùm per eam, vel ſi fuit emptus uno pretio cum domo, & fuit paratus ad uſum domus, vel ſi comprehenditur inter fines domus venditæ. De quo vide Bertazol. *clauſ. 10. gloſ. 10. n. 5. 6. 7. & 8.* ubi latè explicat, *clauſ. 10. gloſ. 15.* Mieres, *de major. 3. p. q. 33. n. 25. 26. 26. & 28.* Tiraquel. *de primog. privileg. 73. n. 1. cum aliis,* qui *in n. 4.* ſubdit hortum deſtinatum ad domus uſum domui cedere, & cum ea tranſire; etiamſi non ſit intra ſepta, ſeu clauſtra domus, & quamvis inter domum, & hortum eſſet via publica. Gutierr. *pract. lib. 3. q. 70. n. 16. & q. 90. n. 1. ubi ſupr.* ubi tunc venire inquit, quando ad eum per domum eſt aditus. Gratian. *diſcep. cap. 126. num. 19.* Surd. *conſ. 195. n. 3.* ubi venire dicunt, quando eſt conjunctus domui, & alios laudant. Mantic. *n. 3.* Caſtill. *n. 22. 31. & 32. ubi ſup.* ubi de deſtinatione, & quando habeatur pro re perfecta, & de horto, quando veniat in venditione domus agit & Gratian. ſequitur. Apotheca, ſi eſt intra domum, vel 8
ſub domo, & per eam habetur aditus ad domum, vel ſi continetur ſub eiſdem finibus, ſub quibus domus continetur, & venditor utebatur apotheca una cum domo, & ſi erat juncta domui, & uno pretio fuerat empta, venit etiam in venditione domus. Caſtren. *conſ. 43. alias 21. vol. 1.* Socin. *inl. plerique, num. 59. ff. de in jus vocan.* Bertazol. *d. clauſ. 29. n. 3.* Mantic. *n. 26. 27. 28. & 29. ubi ſupr.* ubi latè explicat, & declarat, & latius vide per Gratian. *deciſ. March. 67. per tot. & c. 126. diſcept. n. 1. cum aliis,* ubi late examinat, quando in legato apothecæ veniat domus ad uſum apothecæ, *& n 9.* de domo empta, & deſtinata ad uſum palatii, ne perveniendo ad manus alterius altius tollatur in ejus præjudicium, & non venire reſolvit, & de deſtinatione alia tradit, & quando res conjuncta domui veniat in ejus conceſſione, & alia vide per Surd. *conſil. 195. & conſ. 297. n. 6. & per tot.* Caſtill. *d. c. 62. n. 18. cum aliis,* ubi Gratian. & Surd. tradit rem domui conjunctam, tunc in conceſſione domus venire, quando ultra deſtinationem ad uſum illius habet aditum ad domum, & conſuevit cum illa locari.

Curtis venit in venditione. Alex. *conſ. 21. 4. vol.* 9
Felin. *in c. Rudolphus, n. 22. verſic. hortus, de reſcrip.* Bertazol. *clauſ. 19. gloſ. 8. n. 4.* ubi tradit clarius procedere, ſi clauditur ſub eadem clauſura, quæ ultimo claudit domum, & de ſignificatione curtis, & de aliis quæſtionibus, vide Cæpol. *de ſervitut. urban. præd. c. 46. per tot.*

Stabulum, ſi eſt junctum domui, venit in ven- 10
ditione domus, & ejus appellatione continetur, *l. eo jure, §. ſtabula ff. in quibus cauſis pign. vel hypoth.* & idem ſi habetur ad illud aditus per domum, & ſi fuit emptum cum domo. Bertaz. *d. clauſ. 19. gloſ. 9. n. 1. & 2.*

Porticus quid ſit vide per Bertazol. *in d. gloſ. 9.* 11
n. 3. cum aliis, ubi tradit non venire appellatione domus, tamen ſi eſt conjuncta domui, & ei affixa, comprehenditur in venditione domus, ſi enim eſt in medio duarum domorum, & una earum vendatur, debet inter eas dividi, Bertazol. *d. gl. 9. n. 7.* Mantic. *d. lib. 4. tit. 15. num. 25.* & Gratian. *diſcept. 4. tom. c. 678.* Coſta. *de quota, & rata, q. 50. d num. 11.* ubi declarat.

Claves

Claves veniunt in venditione. Bertaz. *clauſ.* 26. *gloſ.* 13. *num.* 19. Mantic. *dict. tit.* 15. *n.* 16. Surd. *deciſ.* 134. *num.* 15. ubi tradit, in venditione claves, clauſuras, feneſtras, oſtia, licet non ſint affixa, venire.

Armarium parietibus inhærens venit in venditione, *l. cætera. §. hoc Senatusconſult. 2, ff. de leg.* 1. cum Gloſ. *in l. librorum, §. cartis, ff. de leg.* 3. Bertaz. *ubi proximè, num.* 26. ſi verò non ſit affixum, & moveri poſſit, non venit. Cæphal. *conſ.* 92. *n.* 21. & 22. vide eum *ibi*, ubi agit de corniſotis, hoc eſt *de los canceles* apud nos, & non venire defendit, ſi non ſunt affixi. Vide eum, & Surdum *infra* citandum.

Specularia in venditione domus etiam veniunt, *l. quæſitum, §. ſi domum, ff. de fundo inſtructo.* Bertaz. *d. gloſ.* 13. *n.* 28. & 29. Surd. *deciſ.* 134. *per tot.* ubi vitratas domus in ejus venditione venire latè comprobat contra Cæphal. *conſ.* 92. *num.* 26. Caſtill. *d. cap.* 62. *num.* 25. & Cæpol. *de ſervitut. urban. præd. c.* 63. interpretatur ſpecularia eſſe *celuxias*, aliter explicat Bertaz. *ſupr.*

Pecunia abſcondita in domo non venit in ejus venditione, de quo vide Bertaz. *d. gloſ.* 13. *n.* 46. Mantic. *dict. tit.* 15. *num.* 43. & 44. & intellige ſi non eſſet theſaurus, cujus memoria non haberetur.

LEX XXX.

SUMMARIUM.

1 *Piſces in fonte, vel lacu rei venditæ non veniunt in venditione.*
2 *Item nec gallinæ, pulli, columbæ, & cuniculi.*
3 *Vendito ſtagno veniunt piſces, ſi ſunt ibi ut multiplicentur.*
4 *Cenſus conſignativus an poſſit creari ſuper lacu piſcium.*
5 *Vendito apiario an veniant alvi, qui ibi exiſtunt, & alvi an ſint bona mobilia.*
6 *In venditione rei veniunt ea, quæ ſunt de natura rei.*
7 *Vendita aſina, bove, equa, vel ove, quando veniat vitulus.*
8 *In venditione equi quando veniat ſella, ſeu frænum.*
9 *Ex venditione equi cum fræno non debetur gabella.*

ADDIT. GLOSS. I.

1 AD Gloſ. 1, Nota 1. ex text. & Gloſ. piſces inventos in fonte, vel lacu rei venditæ non venire in venditione, & ad venditorem, & non ad emptorem pertinere, Et Adde, *l. funes* 16. *ff. de act. empt.* Gloſ. ita allegavit, alias ſecundum litteram Florentinam *lines*. Roland. *conſ.* 54. *num.* 33. *vol.* 3. Joſ. Ludovic. *concl.* 48. *col. pen. in verſ. piſces etiam.* Mont. à Cueba. *deciſ. Regni Aragoni.* 26. *n.* 1. 2. & 32. & multos refert. Tiraquell. *de retract. lignag. §.* 1. *gloſ.* 7. *n.* 117. Bertazol. *clauſ.* 20. *gloſ.* 17. *num.* 3. Mantic. *lib.* 4. *tit.* 15. *n.* 10. Cæpol. *de ſervitut. ruſtic. præd. c.* 42. *de piſcatione, n.* 7.

2 Amplia idem eſſe de pullis, columbis, cuniculis, & aliis animalibus, quæ in domo, vel fundo vendito fuerint inventa, *ex ſupr.* citatis, & Monter. à Cueba, *num.* 3.

Limita, quando venditum fuit ſtagnum, in quo 3
erant piſces non cauſa cuſtodiæ, ſed ut multiplicentur, & creſcant; quia tunc piſces veniunt in venditione, nam ſtagna fiunt propter piſces, cum ſint cauſa finalis ipſius ſtagni, conſtat quòd ſint in ſtagno propter ejus utilitatem perpetuam, & dicuntur de natura rei venditæ, ut tradit Alexand. in Addit. ad Bertaz. *in l. Julianus* 14. *§. fin. ff. de act. empt.* Guid. Pap. *deciſ.* 91. *n.* 5. & *ibi*, Addition. Caſan. *in conſtitut. Burg.* 1. *rubr.* 4. *§.* 2. *in verſ. tous meubles, n.* 22. Zaſius, *de fend. pag.* 4. *n.* 3. Moli. *de Hiſpan. prim. lib.* 1. *cap.* 22. *n.* 10. Gutierr. *de tutel.* 3. *par.* 27. *num.* 26. Bertazol. *clauſ.* 26. *gloſ.* 13. *num.* 15. Tiraquell. *ubi ſupra*, Gratian. *diſceptat.* 3. *tom. cap.* 564. *num.* 41. ubi alios laudat. Azeved. *in l.* 10. *tit.* 8. *lib.* 7. *recomp. n.* 4. Avend. *de cenſib. cap.* 52. *num.* 15. † 4 ubi tradit, ſuper piſcibus, & jure piſcandi, quando piſces ſunt in lacu, ut multiplicentur, & creſcant, & ad perpetuam ipſorum piſcium procreationem, cenſum conſignativum creari poſſe, & alios laudat, & ſuper columbariis factis ad perpetuam perceptionem fructus ex eis, & idem repetit *in cap.* 56. *n.* 23. Decian. *reſponſ.* 58. *n.* 7. *vol.* 1. Monter. à Cueba, *n.* 4. *ubi ſup.* Mantic. *lib.* 4. *tit.* 6. *n.* 5. & 6. Moz. *de emp. cap. de natur. empt. & vend. n.* 56.

Et vendito apiario, in quo alvi exiſtunt, an ve- 5
niant alvi? hoc eſt. *Si vendido el colmenar, ſe entiendan vendidas las colmenas*, idem dic in hoc caſu, quod in ſuperiori, quia apiarium ſine alveis, ſine ullo fructu eſt, & pro alveis factum fuit, & de his alveis, & an bona mobilia ſint, & apprehenſo apiario alvei in eo extantes apprehenſi videantur, vide latè, & quæ allegantur per Cueba, *in deciſ.* 26. ubi ad partes eam diſputat. Parlador. *lib.* 2. *quotid. cap. fin.* 5. *p. §.* 3. *n.* 12.

Nota 2. ex Gloſ. in venditione venire ea, quæ 6
ſunt de natura rei venditæ ſine aliqua expreſſione. Et Adde Bald. *in l. ſi aquæ ductus, cum ſeq. ff. de contrahend. empt.* Moz. *d. cap. de natura l. empt. & vend. n.* 51. & vide latiſſimè per Mantic. *lib.* 4. *tit.* 9. *cum aliis*, ubi explicat, quæ veniunt in venditione de natura rei, & contractus.

Quid ſi quis ſimpliciter vendit aſinam, vaicam, 7
equam, vel ovem, an videatur vendidiſſe vitulum, pullum, vel agnum, & veniant in venditione de natura rei venditæ? vide Gomez. 2. *tom. var. cap.* 2. *num.* 14. Bertazol. *conſ.* 27. *gloſ.* 13. *num.* 53. Rebuff. *in l. partum, verſ.* 9. *de verb. ſignif.* Marſil. *rubr. de fide juſſ. n.* 190. Moz. *ubi ſupr. n.* 44. Mantic. *d. lib.* 4. *tit.* 9. *n.* 17. Narbon. *in l.* 9. *tit.* 10. *lib.* 6. *recomp. gloſ.* 7. *num.* ... ex quibus vera, & communis reſolutio eſt, quòd ſi partus non poteſt ſeparari abſque periculo interitus, quia adhuc lactatur à matre, talis partus venit in venditione, quia cum ipſa matre videtur venditus, & judicatur una, & eadem, & acceſſorie adhæret matri: ſi verò partus non lactatur à matre, ſed paſcit herbam, & alitur ſe, vel poteſt ſine periculo interitus ab ea ſeparari, tunc non venit in venditione, nec cenſetur venditus cum matre, ſed remanet penes venditorem, & alios laudant, & pro hac doctrina Gomez. adducit text. quem dicit ſingularem, *in l. ſed adeſt*, 21. *§. ſi quis mulieres. ff. locati*, & facit text. *in l. ſi ut certo*, 5. *§. uſque adeo, ff. commod.* ubi Bart. & Bald. & vide Addit. ad Gloſ. 2. *l.* 29. *tit.* 11. *infr.*

Et in venditione equi, vel muli an veniat ſella, 8
vel frænum, vel alia ornamenta, vide Gomez. *n.* 15. Bertaz. *num.* 52. Mozz. *num.* 48. *ubi ſupr.* Surd. *deciſ.* 134. *num.* 6. & 7. Mantic. *dict. tit.* 9. *num.* 18. ex quibus dic Sellam, frænum, & alia ornamenta,

quæ

quæ habebat tempore venditionis ad emptorem ſpectare, & venditorem ad ejus traditionem teneri, per text. *in l. ædiles aiunt, in princ.* & *ibi* Bald. & alii, *ff. de ædilit. edicto*, quòd teneatur venditor tradere ea ornamenta, quæ erant in equo per duos dies ante venditionem cauſa vendendi, docuerunt Aretin. *in §. in duplum, inſtit. de action. num. 7. in fin.* & Jaſ. *in repet. l. de quibus, col. antep. n. 87. ff. de legib.* Bertazol. & Surd. *ubi ſupr.* ex text. *in dict. §. ædiles, §. vendendi cauſa.* Vide eos.

9 Et ex venditione equi cum fræno, & ſella non debetur gabella, etſi dicatur, quòd ipſe ſolus, & non ſella, & frænum venditur. Azeved. *in l. 34. tit. 18. lib. 9. recomp. n. 17. & 18.*

LEX XXXI.

SUMMARIUM.

1 *Vendita vinea, ſeu oliveto, torcularia, ſeu dolia vini non veniunt in venditione, niſi perpetui uſus cauſa parata ſint.*

2 *Appellatione vineæ, quando veniat arundinetum.*

3 *Si in fundo ſit caſtrum ædificatum, an veniat in ditione.*

ADDIT. GLOS. I. II. &c.

1 AD Gloſ. 1. Nota, ex text. vinea ſeu olivero vendito non venire in venditione torcularia, & dolia vini, niſi illa perpetui uſus cauſa parata ſint, vel ſolo affixæ reperiantur, & Adde Gloſ. *in leg. 3. §. ſi vinum. verb. voluerunt, ff. de trit. vin. & oleo leg.* & Addita Gloſ. 2. *leg. 29. ſupra.* vel niſi natura rei, vel fundi venditi poſtularet, ut illo vendito talia venirent vaſa, prout eſſe poteſt, quando quæſtus fundi pro majori parte in vini redditibus conſiſteret: ut per *l. in fundo, ff. l. in inſtrumento, ff. de fundo inſtr. vel inſtrum. leg.* Senatum Pedemontanum judicaſſe teſtatur Theſaur. *lib. 1. qq. for. q. 84. num. 7. & 8.* declarando, quòd vaſa vinaria, quæ in Abbatia quædam repoſita erant, cujus redditus pro majori parte in vino conſiſtebant, ad Abbatem ſucceſſorem pertinebant, & non ad hæredes, vel illius creditores. Gizarell. *deciſ. Neapolit. 32. num. 3.* ubi dolia, quæ fundi cauſa ibi ſunt, etiam ſi per ſervum, qui fundum coluerat, eſſent emiſſa, in venditione venere, dicit,

2 *& in num. ſequent.* latè declarat. † Et appellatione vineæ quando veniat arundinetum, vide Gratian. *diſcept. c. 126. à num. 15.* & pratum quando comprehendatur ſub nomine fundi. Vide eum ibi, *num. 19.*

3 Quid ſi in terra vendita ſit caſtrum ædificatum, an veniat in venditione? Vide Bald. *in l. 1. in 8. q. num. 7. ff. de rer. diviſ.* ubi in venditione terræ caſtrum venire dicit, quia eſt acceſſio concreta, *l. 1. C. de jure emphyt.* Gizarell. *d. deciſ. 32. num. 1. 2. & 7.* ubi in conceſſione terræ caſtrum venire dicit, & etiam munitiones, quæ ſunt ad defenſionem caſtri ibi poſitæ perpetua deſtinatione domini, quamvis non ſint affixæ, ut trabuchi, manguellæ, baliſtia & ſimilia ex eodem Bald. *in cap. 1. §. ſi quis demanſo, num. 4. Cod. de controverſ. inveſt.* & aliis, quos allegat, & *in num. ſequentib.* latè materiam proſequitur.

SUMMARIUM.

1 *Emptio, & venditio ex partium conventione legem accipit, & mutat ſuam naturam.*

2 *Res paratæ ad ſervitium rei veniunt in venditione, ſi jam rei ſerviebant.*

3 *Vendito molendino, utrum molæ nondum affixæ, paratæ pro tollendis veteribus, veniant in venditione.*

4 *Inſtrumenta, quæ habet venditor, ex quibus conſtat ab aliis rem emiſſe, an veniant in venditione, & ea tradere teneatur emptori.*

5 *In rebus incorporalibus patientia loco traditionis habetur.*

ADDIT. GLOSS. II.

AD Gloſ. 2. Nota emptionem, & venditionem à conventione partium legem accipere, & in ea id comprehendi, quod inter partes actum eſt, *l. 1. §. ſi conveniat, ff. depoſit. l. contractus, ff. de regul. jur. l. legem*, & *ibi* DD. & præſertim Deci. *Cod. de legib.* Afflict. *deciſ. 293. n. 3.* Rot. Gen. *deciſ. 14. n. 8. & 9. & deciſ. 97. n. 2.* Magon. *deciſ. Flor. 62. n. 7. & deciſ. 67. n. 4.* Amatis *deciſ. 1. num. 2.* Ricc. *deciſ. 155. num. 2.* Roman. *conſil. 475. num. 8.* Roland. *92. n. 14. vol. 2.* Menoch. *477. num. 7.* Eugenius *37. num. 1.* Surdus *383. n. 6. & 389. n. 26. & 368. num. 25. & deciſ. 260. num. 31.* Seraphin. *privileg. 84. num. 7.* Morl. *in emp. jur. 1. part. tit. 9. quæſt. 20. n. 4.* Giurb. *deciſ. 113. num. 17. & 111. art. 14.* ubi alios laudat, & eſſe fortiora legibus, & ſtatutis, quæ ea derogant, dicit: & non ſolum à conventione partium legem accipiunt, ſed & mutant naturam, *l. in emptionibus, C. de pactis*, Afflict. *deciſ. 91. num. 14.* Surd. *d. deciſ. 260. num. 13.* Petr. Santand. *de aſſecurat. part. 3. num. 44.* Medicis *de compenſat. q. 16. n. 2.* Covar. *lib. 2. var. c. 17.* Phanuc. *de inventar. q. 244. n. 207. in novis*, & Giurb. *ubi ſup.* Valenz. *9. num. 29. & 6. num. 2.* 1

Ad Gloſ. 3. vide Addit. ad Gloſ. 1.

Nota ex Gloſ. 4. venire in venditione, quæ ſunt cauſa rei venditæ parata, ſi jam ſerviebant ejus uſui, ut ſunt pali pro levandis vitibus, vel ſi mente exempti ſunt, ut iterum collocentur. Mantic. *lib. 4. tit. 16. num. 8.* & vide Addit. ad Gloſ. 5. *n. 2. l. 28. ſupra.* 2

Sed quid de molendino vendito, utrum molæ nondum affixæ paratæ pro renovandis veteribus, & alia lignamina pro eodem uſu deſtinata venditioni cedant: & non venire probatur, quia molæ licet eſſent paratæ, non erant affixæ, & dicuntur inſtrumenta molendini & non pars ejus, *l. quæſitum, §. & molles, §. cellarium, ff. de fundo inſtruct.* & ſic ſenſiſſe Senatum Pedemontanum, cum hæc quæſtio ex facto ageretur, teſtatur Theſaur. *lib. 1, quæſt. 84. n. 10. & 11.* ubi in legato venire propter præſumptam teſtatoris voluntatem declaravit. 3

Quid de inſtrumentis, quæ habet venditor, ex quibus conſtat rem venditam ab aliis emiſſe, utrum hujuſmodi inſtrumenta emptionalia veniant in venditione, & ea emptori tradere teneatur? dic non teneri ad ejus traditionem, ſed tantum ad eorum oſtenſionem, *l. Titius hæres*, ubi Bart. Gabr. Mudeus, *num. 8. & 9.* & alii, *ff. de act. empt.* textus cum gloſ. *in l. inſtrumenta. C. de fideicom.* Bald. *conſil. 52. obligat. in fin. vol. 3.* Roman. *163. conſtitutio, col. fin.* Boër. *d. conſ. 52.* Bertaz. *clauſ. 27. gloſ. 2. n. 5. & gloſ. 13. num. 57.* & vide Guzm. *de evict. quæſt. 4. num. 75. & 76.* & Addit. ad Gloſ. *5. l. 33. infra*, fin 4

verò

verò de limitibus dubitetur, instrumenta emptori ea habere, & ei copiam dare tenetur, ex *sup. citatis*, & vide *d.* Addit. ad Glos. 5. *n.* 5.

In rebus incorporalibus patientia loco traditionis habetur, *l.* 1. *ff. de servit. urb. prædior.* Bar. *in l. quoties, ff. de servitut.* de quo vide plenissimè per Castill. *l.* 1. *c.* 12. *à n.* 17. ubi magistraliter, & eruditè explicat, & docet quomodo rerum incorporalium traditio fieri debeat.

LEX XXXII.

AD TITUL. FF. ET C. de Evictionibus.

SUMMARIUM.

1 *Venditor tenetur rem venditam, si nihil conventum est, liberam tradere, & quando liberè tradita dicatur, n.* 2. 3. 4. 5. 6.

4 *De interpretatione, quæ ex natura actus sumi debet, remissivè.*

7 *Si venditor rem liberam, & vacuam non tradat; emptori actio de evictione datur, etsi non sit promissa, &* 56.

10 *Dividitur materia evictionis in quatuordecim articulis.*

11 *Evictio quid sit, n.* 12.

13 *Emptor adversus venditorem de evictione potest agere, etsi emisset à judice, n.* 18.

15 *Emptor secundus, seu singularis successor ex titulo lucrativo, si à primo sint cessæ actiones, potest adversus primum venditorem agere de evictione, n.* 16. *&* 17.

19 *Si duo fratres rem communem vendant, quilibet pro sua parte tenetur.*

20 *Si res communis vendatur pro indiviso, & in solidum, socii insolidum tenentur, & quid si unus vendiderit, & cæteri partem pretii receperint: & quid respectu hæredum, n.* 21.

22 *Creditor consentiens venditioni rei sibi hypothecatæ, & recipiens pretium, vel ejus partem, tenetur ad ejus restitutionem re evicta: secus si virtute pacti, & licentia ipsi à debitore concessa alienet, nisi de evictione obligetur,* 24. 25.

23 *Debitores tenentur de evictione, si jussu judicis pignus captum, & distractum evincatur, non vero creditor.*

26 *Hæredes venditoris de evictione tenentur, & si defunctus de suo facto tantum promiserit, etsi sint plures, omnes in solidum possunt conveniri, & parte soluta quilibet liberatur.*

27 *Item pro venditionibus factis ab executoribus testamenti; ipsi vero executores conveniri non possunt, n.* 43.

28 *Executores, seu commissarii testamentarii ad pias causas tenentur de evictione, si hæredem generalem testator non instituit, declaratur nisi bona defuncti sint jam distributa in pauperibus, n.* 29. *&* 30.

31 *Pupillus de evictione tenetur quatenus ad eum pervenit, si tutor solvendo non sit in totum, sed agendum est cum tutore. Item quando nomine proprio se obligavit, n.* 32. 33. *&* 34. *& quid finita tutela. n.* 45. 46.

35 *Item si rem immobilem sine solemnitatem vendiderit.*

36 *Fiscus de evictione tenetur re evicta, sed non ultra simplum: si rem sui debitoris vendant nec in simplum: si succedat privato, qui rem vendiderat, ultra simplum tenetur, & ad sumptus litis, n.* 37. *&* 38.

39 *Rector Ecclesiæ, qui rem Ecclesiæ alienavit, tenetur de evictione.*

40 *Maritus, qui rem dotalem vendidit, & promisit de evictione, etiam soluto matrimonio de evictione tenetur, & quid si promiserit facturum, quòd mulier consentiat alienationi, &* 41.

42 *Judex, si executor vendens rem jure magistratus de evictione non tenetur.*

44 *Hæres cum beneficio inventarii, si expressè vendidit, ut solveret creditoribus, & legatariis, & declaravit emptori, de evictione non tenetur.*

47 *Procurator, qui nomine domini rem vendidit, de evictione non tenetur. Item quando res solum ad dominum pertinebat; seu emptor scivit mandatum, & an debeat inferere mandatum: & quid si dicat habere mandatum, si non probet; & quid si se obligavit, n.* 49. 50. 51. 52.

53 *Procuratores generales non rectè conveniuntur, & quid de Syndico, n.* 54.

55 *Alienationi consentiens non tenetur de evictione.*

57 *Si nomen debitoris, seu census vendatur, seu cedatur, & nomen, seu hypotheca evincatur, an debeatur evictio.*

58 *Ex contractu permutationis, si res evincatur, evictio datur. Item ex contractibus innominatis, num.* 59.

60 *Item ex datione in solutum, etsi fiat auctoritate judicis. Etsi esset pactum in contractu appositum, quòd in casu evictionis liceat cessionario redire ad primæva jura, & quando ad ipsa possit redire, n.* 61. 62. 64.

63 *Debitor pauper, si ejus bona creditores accipere compelluntur, an teneatur cavere de evictione.*

65 *Donans de evictione tenetur, si contractus incepit à promissione, & quid si res non sit penitus aliena? seu promiserit tradere? seu sit facta inter patrem, & filium? seu sequatur ratione hypothecæ? n.* 66. 67. 68. 69. *&* 70.

71 *Si donatio incipiat à traditione, etsi ficta, donator de evictione non tenetur. Et qui si sit remuneratoria seu ob causam? seu si promiserit de evictione, seu rem donatarii facere? seu indemnem servare? seu si dolo, aut culpa donatoris interveniat evictio, & an teneatur donatarius denuntiare, 72. usque ad* 82.

80 *Si culpa donatarii interveniat evictio in casibus, in quibus debetur, donans non tenetur, restringitur tribus modis,* 81.

82 *Marito evictio datur, si res dotalis evincatur. Si incepit à promissione, secus si à traditione, nisi res data fuit marito æstimata, & quando à promissione, seu à traditione dicatur incipere, n.* 84. 95.

85 *Donans rem alienam scienter tenetur de dolo & de interesse, nisi uxor dederit,* 86. 93.

87 *Si mulier cum dotaretur specialiter de evictione cavit, donans tenetur de evictione.*

88 *Evictio promissa pro re aliqua non extenditur ad aliam ejus loco subrogatam.*

89 *Donator, qui dotem tradit ea conditione, quòd soluto*

soluto matrimonio ei restituatur, tenetur de evictione.

90 *Pater dotans filiam, etsi à traditione dos inceperit, tenetur de evictione, n.91. & 92.*

94 *Mulier rem in dotem suo marito dans, licet evicta re maritus de evictione non possit agere, ipsa poterit agere adversus illum à quo emit, actione de duplo.*

96 *Emptori rei dotalis contra maritum, qui vendidit contra ejus fidejussores datur evictionis actio: & quid si sciens rem dotalem emerit, & an fructus suos faciat, num. 97. & 98.*

99 *Contra mulierem, quæ rem dotalem in casibus à jure permissis condidit, de evictione agi potest.*

100 *In dotatione Ecclesiæ an debeatur evictio, & quid si à fundante, seu prætendente jus patronatus fiat? seu si scienter res aliena sit dotata? num. 101. 102. & 192.*

103 *Deterioratio Ecclesiæ ad quem pertineat, num. 193.*

104 *Ex divisione inter hæredes socios, seu fratres an debeantur evictio ultra pretium? & quid quòd an actum est, quod non teneantur de evictione? seu si à testatore sit facta divisio? & quid si voluit quod servaretur æqualitas? & quid si rem evictam tempore divisionis non possideret? quid si evicta re filio minueretur legitima? & quid si in vita in legitimam fuit ipsi donata, seu si ipsi fuit prælegata, n. 105. 106. 107. 108. 110. 111. 112. 113. & 116.*

109 *Hæres, cui res evicta est, an possit se defendere retinendo res alterius, quando à testatore divisio facta est.*

114 *Si res, seu fundus malè affectus æqualiter dividitur inter fratres: si unius pars evincatur non erit locus evictionis.*

115 *Evictio si sequatur, ex natura rei in divisione non habetur evictio.*

117 *Evictionis actio competit legatario, cui res in genere legata est, si res ei ab hæredibus data evicta sit. Item quando res aliena scienter personæ conjunctæ, & in casibus, in quibus in legatis evictioni non est locus, & de differentia inter legatarium, & emptorem, num. 118. 119. 120. 121. & 122.*

123 *Conductori adversus locatorem de evictione actio datur, & an liberetur præstando interesse ante rei traditionem, & an denuntiatione sit opus, & an pro rata temporis debeatur evictio, num. 124. 125. & 126.*

127 *Evictio an debeatur in emphyteusi; & quid quando datur pro modica pensione, & an detur ad duplum, num. 128. & 129.*

130 *Evicto feudo an contra dominum feudatario evictio detur, & quid si per modum gratiæ concedatur, seu si propter servitia, num. 131. 132. & 133.*

133 *Evictio an debeatur, si feudatarius inscio domino rem feudalem alienet, & quid si emptor rem esse feudalem sciat.*

134 *Dominus feudi, cum de evictione tenetur, rem æqualis valoris præstare debet.*

135 *Evictio in pignorum cessione, & in transactione an debeatur, num. 136. & 137.*

138 *De evictione agitur re evicta.*

139 *Item si evincitur, quia erat Ecclesiæ, minoris, vel subjecta restitutioni.*

140 *Et quid si pro parte evincatur, & an ex empto, & ex stipulatu agi possit, num. 141. & 142.*

143 *Evictio pro tota re emptori competit parte rei, evicta. Contrarium n. 150.*

144 *Venditor plurium rerum an liberetur solvendo interesse, si unam non possit tradere, seu liceat emptori discedere ab emptione, & de interpret. l. cum plures action. de evict. n. 145. 146. 147. 165. & 167.*

148 *Evictio pro usufructu evicto competit.*

149 *Redhibitoria an detur propter vitium unius rei, si plures unico pretio sint emptæ, & quid si venditor omnes servos sanos promiserit, n. 157. 158.*

151 *Evictio pro tota re competit, seu à toto contractu potest recedi, si evincatur pars in se toto plus valet.* interpret. l. fin. C. de comm. rer. alien. & l. domus, & l. sed si communis de contr. empt. l. mille, §. cæterum de evict. *Emptio, & venditio est individua respectu traditionis, & solutionis pretii, n. 158. usque ad n. 167.*

152 *Emptor ab emptione prædii communis pupilli, & curatoris potest recedere.*

153 *Evictio pro omnibus rebus competit, si una ex rebus in solutum datis evincatur, & an obligatio integra maneat, & emptor sit liberatus, n. 183. & 184.*

156 *Vendens quid quid intra duos fines signatos habet, si aliquam partem non possideret, tenetur quasi deceperit.*

168 *Si emptor pro parte non erat empturus, nec venditor venditurus, pro tota re datur evictio, seu redhibitoria. Et allegans se non empturum, an debeat probare, n. 169. & 170.*

171 *Item, quando unares non potest esse sine alia, seu dura separatio induceretur, seu emptor cogeretur incidere in communionem. Et de interpretat. l. 1. vers. sed empturus, ff. de evict. Et an emptor pro parte possit de evictione agere? Et quomodo sit æstimatio pro individuo facienda, num. 172. 173. 174. 175. 177. & 182.*

176 *Evictio datur, quando res principalis evincatur, & accessoria non. Et quid si accessoria, & non res principalis? Dictio & in contractibus principaliter conjungit, cum accessorie, & n. 188.*

178 *Evictio pro tota re datur, si venditor sciens pro parte esse alienam vendiderit; seu si pars fertilis seu res, qua motus fuit ad alias emendas, evincatur. Et* interpretat. l. 1. vers. quid enim, de evict. *n. 179. 180. 181.*

185 *Evicta parte, seu una re, aliæ evinci non possint, quando uno contractu plures res venditæ fuerunt, si in singulis rebus à principio, seu postea pretium sit distributum, n. 186. 187.*

190 *Evictio datur, si servitus evincatur, si nullam adesse servitutem venditor declaraverit. Et quid si sciens supprimat vitium, n. 191.*

194 *Evicta possessione an emptor agere possit de evictione. Et quid si solum hypothecaria possessio avocetur.*

195 *Evictio nisi re effectu evicta non datur. Et an sufficiat esse latam sententiam? & quid si auferatur per interlocutoriam? seu sententiam arbitri? seu in judicio executivo? à n. 196. usque ad n. 201. & 325.*

202 *In juribus incorporalibus lata sententia reus admittit possessionem.*

203 *Emptor potest restituere rem evincenti nullo suscepto judicio, & agere de evictione probando*

ad vendicantem pertinuiſſe. Et quomodo agere debeat, ſi guarentigium inſtrumentum habeat, num. 204.

205 *Emptor in initio litis poteſt in judicium vocare ſuum auctorem, & ut eadem ſententia veniat condemnandus ad reſartionem damnorum. Item auctor ſuum auctorem.*

206 *Emptor rei propriè poteſt mutare poſſeſſionis cauſam, & agere adverſus vendentem tanquam re ab ipſo evicta. Item quando jure fideicommiſſi vel alio futuro eventu ad ipſum pertineat, ſi conditio impleatur, n.* 208.

207 *Item ſi eſſet res aliena, & poſtea emat, ſeu ipſi donetur à vero domino.*

209 *Re nondum evicta, ſi ita pactum eſt, venditor de evictione tenetur, niſi ſolum dixit, quod poſſet agere mota lite. Et quid ſi promiſit litem in ſe ſuſcipere, an poſſit ad id cogi, n.* 210. & 212.

211 *Emptor ante ſequutam evictionem poteſt petere pignora, ſi in caſu evictionis ſint hypothecata.*

213 *Evictione non ſequuta de evictione agi poteſt, ſi venditor ſciens rem alienam vendiderit, ſeu ſi promiſit rem eſſe liberam, & an poſſit agere criminaliter contra venditorem, num.* 214. *uſque ad* 337.

217 *Emptor, ſi res eſt hypothecata, ſeu cenſui, aut alii oneri, ſeu majoratui ſubjecta, ante litem poteſt agere, ut res libera tradatur. Et an executivè agere poſſit? & an venditor liberetur cavendo in indemnitate? & quid ſi non habeat bona immobilia, in quibus per hypothecam poſſit cavere? ſeu res eſſet obligata pro incerta ſumma, ſeu ſub conditione? Et quid ſi ſciens, ſeu ignorans rem eſſe obligatam vendiderit, & emptor an poſſit agere quanto minoris erat empturus, n.* 218. & 220. *uſque ad* 228

219 *Venditor, ſi ante venditionem rem locaſſet cum hypotheca, ad quid teneatur?*

229 *In permutatione imminente evictione ſtatim poteſt agi.*

230 *Emptor ſi in limine contractus immineat evictio, an poſſit pretium retinere? Et quid ſi pro rei parte, ſeu ſervitute, ſeu ob hypothecam? & quid ſi creditor ſit conditionalis? ſeu ob reditus cenſus ſuper re impoſitos? & quid ſi extrajudicialiter immineat, & an ſi pretium ſequeſtretur? Et quando in limine contractus dicatur imminere, & an ſi pretium in totum, ſeu pro parte ſit ſolutum, ſeu in aliud debitum verſum, n.* 231. *uſque* 239. & 242. *uſque ad* 244. & 266.

240 *Emptor, ſi ex pretio fundi cenſus reſervativus fuit contractus, ſi immineat evictio, à ſolutione reditus poteſt ceſſare.*

245 *Emptor, ſi immineat evictio, poteſt retinere pretium, etſi res vendita ſit in publica ſubhaſtatione, etiam ſi iumineat re jam ſubhaſtata, & pretio ut anterioribus creditoribus ſolveretur depoſito, num.* 246.

247 *Item adverſus ceſſionarium venditoris, ſeu conductoris retentio pretii datur, n.* 248.

240 *Item, etſi emptor litem renunciavit, ſeu adſit pactum, quòd venditor non teneatur de evictione, n.* 250.

251 *Emptor non poteſt retinere pretium, quando imminebat evictio, & datus fuit fidejuſſor, ſeu ſi de lite mota fuit cogitatum; ſeu quando ab onere ſatisdandi relevavit venditorem: ſeu ſi venditor eſſet fiſcus: ſeu ab emptore lis fuiſſet procurata. Et an ſit bona cautela ad dilatandam pretii ſolutionem litis procuratio: & quomodo venditori caveatur? Cautione data non poteſt retineri pretium. Et an pro illa lite ſolum, an pro omnibus danda ſit? & quid ſi adſit pactum, quòd emptor niſi de facto ſuo non teneatur? & an pro tota re, ſi ſuper parte lis moveatur, & n.* 252. *uſque ad* 265.

266 *Emptor pretium mius rei retinens ob motionem litis ſuper alia non auditur.*

267 *Venditor an teneatur præſtare cautionem cum fidejuſſione, & promiſſione de duplo. Et quid ſi eſſent dati fidejuſſores, ſeu pignora, ſeu ſi eſſet ditiſſimus, & eſſet notificatus ab emptore ut litem ſuſcipiat, & ſuſceperit, & n.* 268. *uſque ad* 272.

273 *Arbitrio judicis relinquitur, an debeat dare fidejuſſores. Et an hominem probatæ vitæ, & divitem præſtare teneatur, n.* 274.

275 *Emptor prætextu cautionis non poteſt compelli ſolvere pretium, ſi de jure evincentis notoriè conſtat, ſeu eſſe rem fideicommiſſo ſubjectam, n.* 276.

277 *Pretium an debeat ſequeſtrari, ſi immineat evictio ad venditoris utilitatem, & an in ipſomet emptore apud ſe ſequeſtrari petente præſtando annuos reditus. Et an juratoria cautio venditoris, ſeu debitoris non invenientis fidejuſſores admittatur, n.* 278. 287. & 288.

279 *Fidejuſſor pro parte tenetur, ſi res duobus ſit vendita, ſi unus agat.*

280 *Fidejuſſores quibus exceptionibus ſe tueri poſſint? Et an poſſint petere quòd à fidejuſſione eximantur.*

281 *Si evictio in limine contractus non immineat, emptor non poteſt retinere pretium, nec jam ſolutum repetere, ſed ſi res eſt hypothecata agere ad liberationem. Venditor ſolum tenetur tradere rem, n.* 282. & 283.

284 *Venditor non poteſt compelli præcisè ad dandam cautionem; niſi velit pretium conſequi: vel niſi pater vendat rem filii tanquam propriam: & in datione in ſolutum, n.* 285. & 286.

289 *Emptor, ut poſſit de evictione agere, litem motam tenetur denuntiare, & res debet eſſe evicta per ſententiam, etiam in gradu appellationis? Et an teneatur producere ſententiam in prima, & ſecunda inſtantia, ſeu totum proceſſum? Et quid ſi venditore ignorante lata fuit? Et quid ſi renuntiaverit in contractu allegare de nullitate ſententia, ſeu ſi in ſententia mentio fiat de proceſſu, ſeu ſi eſſet venditor præſens ſententiæ? Et an dictis caſibus venditor poſſit proceſſum deducere, & ſententiam impugnare? & n.* 290. *uſque ad* 296.

296 *Sententia quando per viam actionis adducitur probat. Item probat titulum, & transfert dominium. Item quando pro adminiculo ad probandum adducitur. Item elapſo biennio abſque actis executioni datur, n.* 297. & 298.

299 *Sententia lata contra emptorem an præjudicet principali? & an contra venditorem poſſit executioni dari, n.* 300.

301 *Emptor re evicta poteſt agere contra venditorem ad pretium, & ad duplum, ſi ſit promiſſum, & ad ſumptus, & expenſas. Et coram ſuo judice venditorem poteſt convenire, ſi coram ipſo ſuſceperit judicium? Et quid ſi ſit Clericus, ſeu reclamet, ſeu quando liti non aſſiſtit, n.* 302. 303. 305. *uſque ad* 308.

Venditor

304 *Venditor suscipere debet judicium coram judice, coram quo lis pendet.*

309 *Advena statim recessurus non sortitur forum loci contractus, nisi in limite contractus immineat evictio, seu pro his, quæ ex natura contractus statim erant expendenda, num.* 310. *&* 311.

312 *Fidejussor in casu evictionis coram quo judice debeat conveniri.*

313 *Emptor executivè potest agere contra venditorem, quando in instrumento, in evictionis casu, certa summa pro damnis, & interesse, seu ratione duplæ promissa sit, n.* 314.

315 *Item si pactum sit, quòd ad taxationem damnorum stetur dicto emptoris: & an facultas jurandi transeat ad hæredes.*

356 *Item ex instrumento emptionis, quo venditor ad damna, & interesse se obligavit.*

Et quæ praxis servetur in liquidatione, ut non præjudicetur viæ executivæ, & quid quando emptor solum prætendit pretium reservato sibi jure ad interesse, num. 317.

318 *Emptori duplex actio competit ex empto, & stipulatu. Item duplæ si promissa sit, n.* 330.

319 *Instrumentum paratam habet executionem etiam quoad exceptionem reo, vel debitori competentem.*

320 *Damnum, & interesse quomodo probetur.*

321 *Si emptor litem denunciavit venditori, & contra ipsum feratur sententia, executivè agitur contra venditorem officio judicis ex notoria justitia emptoris, & contra monasterium, si sit efficlus monachus.*

322 *Sententia lata contra principalem, quando executioni mandari possit contra defensorem, seu fidejussorem.*

323 *Emptor executivè potest agere, ut res libera sibi tradatur.*

324 *Si agnoverit bonam fidem vendicantis, & rem tradit non expectata sententia, non potest executivè agere.*

326 *Præscriptio non currit contra emptorem nisi à die evictionis.*

Item nec juris executivi, num. 327.

328 *In quibus casibus non sit locus evictioni, & de exceptionibus competentibus venditori, n.* 329.

331 *Emptori actio ex empto competit, ut res libera tradatur, seu ad recuperandum pretium: item actio quando minoris, & quando res est pro parte aliena, potest à contractu discedi. Item si tributo, seu oneri perpetuo sit subjecta, n.* 332. 333. *&* 334.

338 *Differentia, quæ inter actionem, ex empto, & ex stipulatu datur; & inter actionem primævam ex empto, & evictionis, n.* 339.

340 *Exceptio rei non traditæ competit emptori, si in limite contractus immineat evictio; & admittitur contra instrumentum, etsi statuto caveatur, quòd nulla admittatur exceptio, & defensio opponi non possit, seu adsit pactum de non opponendo: & in quacumque parte judicii, & si pars non opponat, judex potest actorem condemnare, ut ex sua parte adimpleat, etsi plures sint venditæ, & unius traditio deficiat, seu in modico non sit adimpletum, seu res libera non tradatur, & n.* 341. *usque ad* 348.

349 *Contractus nominatus, non sequuto implemento per viam exceptionis, potest resolvi, & emptor per viam actionis pretium solutum potest repetere, & quid comprehendatur in libello rem tradi, aut interesse præstari, n.* 350. *&* 351.

352 *Venditor si lite pendente ex parte sua adimpleat, sustinetur contractus.*

Item quando exceptio non adimplementi resultat ex diverso contractu, seu si ex eodem, dum agatur ex diversis capitulis, seu si ob non adimplementum damnum non sequatur emptori, & n. 353. 354. *&* 355.

ADDIT. GLOSS. I.

AD Glos. 1. Nota ex text. & Glos. *hic*, venditorem non solum teneri rem venditam cum suis pertinentiis, & accessoriis emptori tradere (*ut tribus leg. antecedent.* dictum est) sed etiam liberam, & vacuam, & à nemine avocatoriam, & omni onere solutam. Add. *l.* 1. *§.* 1. *& l. si in emptione*, 2. *§. vacua possessio, cum l. seq. in princ. & in §.* 1. *& l. in venditione, ff. de action. empt. l. ex iis prædiis*, ubi DD. *C. de evictionib.* Hier. Leo. *decis. Valent.* 47. *n.* 8. Est enim de natura venditionis, ut res libera tradatur. Bald. *in l.* 2. *C. de remis. pignor. & in rubr. C. de contrab. empt. q.* 6. Natta *cons.* 330. *n.* 1. *&* 474. *n.* 1. Marc. *concl.* 619. *n.* 4. *&* 1178. *n.* 16. & Casanat. *cons.* 29. *n.* 44. *&* 53. † ubi ex natura venditionis esse inquit, & tacitè videri conventum, quòd res libera tradatur, etsi nihil inter emptorem, & venditorem sit actum. Tiraquel. *de retract. lignag. §.* 1. *glos.* 9. *n.* 57. ubi alios adducit. Monter à Cueba. *decis.* 13. *n.* 14. ubi alios tradit. Hier. Leo. *d. num.* 8. 9. 10. 11. Cæsar. Barz. *decis.* 85. *n.* 3. † ubi dicit quod videtur rem liberam vendere, neminique obligatam, & cum plena dominii translatione. Surd. *decis.* 22. *c. & decis.* 165. *n.* 2. *&* 3. *decis.* 254. *num.* 8. *& cons.* 13. *num.* 9. *& cons.* 36. *num.* 9. in quibus latè comprobat in dubio, rem ut liberam venditam fuisse semper præsumi, & non dici tradidisse, qui rem non liberam, sed alteri obligatam, vel pro parte alienam tradidit, & alios allegat. Castill. *lib.* 4. *quotid. cap.* 42. *à num.* 82. ubi latè exornat. *& lib.* 5. *cap.* 86. *num.* 28. ubi alios adducit. Guzm. *de evict. q.* 23. *n.* 10. post hæc scripta editum. † Et de interpretatione, quæ ex natura actus sumi debet, latè agit Perein. *de empt. & vendit. cap.* 22. *n.* 7. & si nihil dictum sit, semper præsumi, quòd res libera venditur. Tusch. *pract. concl. litt. V. concl.* 51. *& concl.* 54. ubi multa cumulat. Guzman. *ubi suprà.* † Libera autem res dicitur, quando sine alicujus impedimento, & contradictione possidetur, nam hoc importat hujus verbi significatio. Glos. *in Clem. dudum, in vers. libera de sepultur. & in Clement. fin. de ætate, & qualit.* Butr. *in c.* 1. *de offic. ordin.* & *ibi* Barbat. Alex. *in l. si mihi, & Titio, in princ. n.* 19. *ff. de verb. oblig.* Rolan. *cons.* 42. *n.* 18. *vol.* 1. Natta *cons.* 530. *num.* 10. Hier. Leo. *n.* 8. *ubi sup.* Surd. *decis.* 165. *n.* 2. *&* 3. *decis.* 252. *&* 265. *n.* 3. *& cons.* 143. *n.* 23. ubi alios adducit. Cacher. *decis.* 24. *n.* 6. Tusch. *litt. V. concl.* 51. Guzman. *ubi sup.* ubi sufficere, quòd res possit aliquo casu pervenire ad tertium possessorem, ut libera non dicatur, ait, & alia de hoc verbo *libera*, vide apud Tiraquell. *in repet. leg. si nunquam, C. de revocan. donat. verb. revertatur, à n.* 134. Tusch. *lit. L. conclus.* 325. *num.* 13. ubi ex Gozadin. *cons.* 24. *n.* 3. excludere omnem servitutem, *&* *n.* 14. & Socin. *cons.* 43. *n.* 13. *lib.* 4. excludere omne onus, *& in aliis numeris* alia de hujus verbi significatione tradit.

7 Si venditor ex parte sua non adimpleat contractum, & rem non liberam, & vacuam tradat, sed omnino, vel pro parte alienam, vel alicui oneri subjectam, emptoribus actio de evictione datur, & aliis remediis, & actionibus succurritur, de quibus *inf. hic. & in l. sequent. & in earum Glos.* †materia de evictione tractatur, quæ non minus utilis est, quàm frequens, & quotidiana in tribunalibus, 9 pro cujus perfecta declaratione †quatuordecim sequentes articuli explicandi sunt, quibus hæc materia complectitur.

ARTIC. I.

Quid sit evictio.

10 EST autem evictio secundum Azon. *in summ. C. de evict.* rei emptæ, vel ex alia justa causa acceptæ per judicis sententiam abductio, vel alio evincente causæ amissio, quam sequitur, & declarat Pereir. *de empt. & vend. cap.* 31. Jacob. Damhouder. *in prax. civil. cap.* 260. *num.* 1. Maresc *lib.* 2. *variar. cap.* 79. *num.* 2. & novissimè hanc ut veriorem amplectitur Guzman. *in tract. de evict. in princ. num.* 1. 2. 3. *&* 4. aliter eam definit Com. *in addit. ad Decium, in l. quod evincitur, ff. de regul. jur.* ubi dicit, quòd evictio est abductio quædam, vel amissio rerum, quæ emptæ sunt, vel alio modo alienatæ, vero dominio inscio. Aliter Cabalin. *de evict. §. 1. num.* 3. definit, ubi inquit quòd evictio est rei emptæ rectè facta ablatio, & amissio, *& in numeris sequent.* eam explicat, aliam definitionem tradit Gregor. *syntagmat. jur. lib.* 25. *cap.* 22. 11 *num.* 3. dicens quòd evictio est rei nostræ, quam adversarius legitimo titulo acquisierat recuperatio, & eo tacito eandem definitionem affert. Pichard. *in §. si finium regundorum, 6. lib.* 4. *Inst. tit. de officio jud. n.* 121. & comprobatur ex *l. non tamen, 24. ff. de evict.* & evincere est vincendo aliquid ab aliquo auferre, & consequi, ut latè explicat Cabalin. *ubi supr. in præfat. num.* 1. *&* 2. *& in addit. lit. B.* ex qualibet harum definitionum quid sit evictio bene cognoscitur; dialecticis relinquamus, an suo 12 definito conveniat, † quia in jure omnis definitio periculosa est, *leg. omnis definitio, ff. de regul. jur.*

ARTIC. II.

Qui de evictione agere possunt.

13 EMptor adversus venditorem de evictione potest agere text. *hic, l.* 1. *ff. de eviction. l. emptor, fundi, Cod. eodem, cap. fin. de empt. & vendit.* Pereir. *cap.* 31. *num.* 3. Amplia etsi rem habuerit à judice, non secus ac si emisset à parte. de quo vide *infr.* & Hæredes emptore defuncto de evictione agere possunt, quia ad eos hæc actio transit, *l. sed etsi, leg. emptori. leg. si per imprudentiam. §. non mirum, ff. eodem,* Pereir. *ubi supra,* Caballin. *de evict. §.* 3. *num.* 137. *in fine*, ubi dicit quod unusquisque ob evictionem suæ partis pro portione sua habebit 14 actionem ex *l.* 4. *§. fin. ff. de verb. obligat.* item procurator emptoris, qui duplum stipulatus fuit, *l. pos-* 15 *sess.* Et ille, in quem facta fuit rei evictæ ab emptore alienatio, si ei cessæ fuerunt actiones, vide Addit. ad Glos. 4. *infr.* Si servus emerit, domino evictionis actio competit *l. minor, §. si servus, ff. de eviction.*

16 Singularis successor etiam titulo lucrativo stante jurium cessione de evictione contra auctorem sui auctoris agere potest, Rota Roman. *decis.* 589. *num.* 5. *§.* 1. *in novissi.* Alexand. Ludov. *decis.* 25. *n.* 5. 17 *&ibi*, Beltr. & quando adest clausula ponens eum in locum suum, & quando ejus auctor stipulatus est pro se, & hæredibus, ex citatis, *num.* 6. *&* 7. & Addit. ad Glos. 4.

ARTIC. III.

Adversus quos actio evictionis detur.

CONtra eum, qui rem vendidit, de evictione 18 agi potest, *l.* 1. *& tot. tit. ff. de eviction.* Pereir. *d. cap.* 31. *num.* 3. Surd. *cons.* 271. *num.* 61. Caballin. *§.* 5. *n.* 1. *&* 2. & contra eum, qui alteri mandavit, ut rem venderet, *l. Julianus, §. si procurator, ff. de act. empt. l. si cum venditor. §. fin. de evict. l. fin. de Instit. action.*

Et si duo fratres rem vendiderint, quilibet pro 19 sua tantum medietate vendita tenetur de evictione, quia pro dimidia videtur vendidisse, & non insolidum, *l. quidam,* 12. *ff. de eviction. l. si diversa, Cod. locati l. reus, §. cum in tabulis, ff. de duobus reis.* Doctores, *in l. si ut certo, §. si duobus, ff. commodat, l. alienares, §. si pluribus, ff. de pignoribus, l. unica, Cod. si plures unic. sentent. l. eadem, in prin. & ibi,* Roncheg. *à num.* 122. *ff. de duobus reis,* Surd. *dict. cons.* 271. *num.* 60. ubi latè. Et sit res à duobus vendatur viriliter, & non in solidum, de evictione pro parte tenentur. Socin. Jun. *consil.* 52. *num.* 15. *volum.* 4. Surd. *ubi supr. num.* 62. Castill. *lib.* 5. *cap.* 86. *num.* 125. Guzman. *de evict. quæst.* 23. *num.* 6.

Limita si in solidum rem vendiderint, & pro 20 indiviso; nam tunc in solidum obligantur, *l. cum ex causa, l. in executione, §. insordidum, l.* 2. *§. his, ff. de verb. oblig.* Cravet. *cons.* 208. *in fin.* Gaill. *lib.* 2. *observ.* 14. *n.* 1. *&* 2. Guzman. *n.* 7. *ubi supr.*

Si unus ex sociis rem communem vendiderit, & 21 cæteri partem pretii receperunt, tunc cæteri non vendentes etiam de evictione tenentur, ut in hæredibus constitutum est omnes teneri de evictione, licet eorum unus tantum vendat, *in dict. l. quidam.* Gabr. Mudeus, *post, l. creditor fundum de act. emp. cap. ut habere rem empt. liceat. num.* 21. Pereir. *de empt. cap.* 31. *num.* 32.

Creditor consentiens venditioni rei sibi hypo- 22 thecatæ, & recipiens pretium, vel ejus partem, tenetur ad ejus restitutionem re evicta. Gl. *in l. aliud,* 121. *de reg. jur.* ibi Mayner. *n.* 4. *d. l. quidam,* & *ibi* Glos. & Bart. *ff. de evict.* Cæphal. *cons.* 393. *num.* 15. *lib.* 3. Alexan. 227. *num.* 1. *vol.* 5. Tepat. *var. tom.* 2. *tit.* 423. *c.* 13. *verb. creditor.* Tusch. *litt. E. concl.* 359. *n.* 5. Gratian. *discept. c.* 175. *num.* 4. *&* 6. Caldas *de empt. c.* 31. *n.* 21. Trentac. *var. lib.* 3. *tit. de empt. resol.* 17. Vivius, *decis.* 152. Parlad. *lib.* 2. *cap. fin. p.* 5. §. 16. *n.* 20. Mastrill. *decis. Sicic.* 28. *num.* 11. ubi de facto hanc quæstionem in senatu agitatam fuisse, & pro hac parte senatum judicasse refertur, & eam late fundat, & contrariis satisfacit; & Mar. Muta. *decis.* 59. *n.* 12. Castill. *lib.* 4. *c.* 42. *n.* 70. & vide Addit. ad Glos. 4. *l. fin. tit.* 13.

Debitores de evictione tenentur, si jussu judicis 23 pignus captum, & distractum evincatur, quia eorum pretio liberati sunt non vero creditor, *l. si pignora,* 50. *l. si plus* 54. *ff. de evict. l. si ob causam C. eod. & ibi,* DD. Mudeus, *n.* 35. *ubi sup.* Franc. Viv. *decis.* 24. *n.* 1. 2. *&* 3. ubi dicit quòd non creditor,

ad

ad cujus petitionem res venditur, nec executor de evictione tenentur, & sic decisum fuisse in audientia Baracensi. Alexand. Lud. *decis.* 119. *n.* 1. Pereir. *de empt. c.* 31. *n.* 20. Surd. *cons.* 36. *n.* 17. Tiraquel. *de retract. conjang. §.* 1. *glos.* 14. *n.* 13. Guzm. *q.* 47. *n.* 17.

24 Amplia, etsi creditor rem vendat ex pacto cum debitore inito, & potestate alienandi sibi concessa, *l. in creditore.* 38. *ff. de evict. l. fin. tit.* 13. *infra.* ubi

25 vide Addit. Viv. & Pereir. *n.* 21. *ubi supr.* † Limita si expressè se obligaverit de evictione, vel quando sciens rem alienam esse vendidit, ut ex Dec. Bald. & Salycet. defendit Guzman. *num.* 21. *&* 22. *ubi supra.*

26 Hæredes venditoris de evictione conveniri possunt, si sunt plures, omnes in solidum conveniendi sunt, parte tamen soluta quilibet liberatur, *l. in executione,* 85. *§. in solidum, l. cum ex causa* 139. *ff. de verb. oblig. l. si rem,* §. *si ei, ff. de evict.* Vide Addita ad Glos. 4. *infra, n.... aut.* 2. Matienz. *in l.* 14. *tit.* 4. *lib.* 5. *recop. glos.* 1. *n.* 33. Amplia etiam in hærede cum beneficio inventarii si simpliciter rem vendiderit, de quo vide *infr. n.* 44.

27 Amplia 3. etiam pro venditionibus factis ab executoribus testamenti hæredes conveniri posse, quia ab eis promissio de evictione emptoribus rerum hæreditariarum facta obligat hæredes, etsi promiserint de evictione juxta consuetudinem loci, Bart. *in l. alio, ff. de aliment. & cibar. legat. num.* 25. Caballin. *de evict. §.* 6. *n.* 62. Matienz. *in l.* 14. *tit.* 4. *glos.* 1. *num.* 33. Quesada *qq. juris. q.* 10. *num.* 7. *in fin. vers. vigesima.* Tell. Fernan. *in l.* 32. *Taur. n.* 6. *in fin.* Guzm. *de evict. q.* 53. *n.* 3. *&* 11.

28 Executores testamentarii, seu commissarii à testatore relicti, quando alius hæres generalis non est constitutus, quia tunc hæredis vices sustinent, si ab eis distracta evincantur, de evictione conveniri poterunt, Bart. *in l. hæreditas, n.* 2. *ff. de hæred. instit.* DD. *in cap. tibi, de testam.* Alex. *cons.* 45. *n.* 12. *vers. nec secundum eum, lib.* 1. *&* *cons.* 4. *n.* 13. *cons.* 48. *in fin. lib.* 2. Rip. *in l. centurio, n.* 105. & *ibi,* Paris. *n.* 125. *ff. de vulg.* Menoch. *de adipisc. poss. remed.* 4. *n.* 268. Valasc. *consult.* 68. *num.* 3. *&* 4. † ubi

29 restringit ad executores testamenti ad pias causas, negans, & latè comprobans alios loco hæredis non haberi. Tell. Fern. *in l.* 32. *Taur. n.* 6. Pereir. *ubi sup. cap.* 17. *n.* 17. & vide Addit. *infr. art.* 4.

30 Limita, nisi omnia bona defuncti inter pauperes sint distributa, quia tunc excusabitur, quia officium sibi noxium esse non debet. Pereir. *c.* 31. *n.* 19. vide *infr. n.*

31 Pupillus de evictione tenetur, & ab emptore conveniri potest evictione sequuta; si tutor ejus nomine vendiderit, quatenus ad eum pervenit, & si tutor solvendo non sit, in totum tenetur. *l. illud.* 4. *§. si impuberis, ff. de evictio.* Bart. & DD. *in l.* 1. *C. de credit. evict. pign. nunc debere* Bald. & Salyc. *in l. non dubitatum, C. de evict.* ubi in simili hoc confirmant. Natta. *cons.* 181. *n.* 8. Boer. *decis.* 80. *n.* 1. Baez. *decim. tutor. c.* 2. *num.* 128. Spino. *de testam. gl.* 29. *n.* 62. Pereir. *d. c.* 31. *num.* 22. *vers.* 11. *eadem ratione* Faber. *in suo C. lib.* 8. *tit.* 31. *de evictio. definit.* 9. ubi bene explicat, & ampliat, etsi tutor simpliciter se obligaverit, *ex l. post mortem,* 5. *§.* 1. *ff. quando ex facto tutor. vel curator. min. agere, vel conv. val.*

32 Tutor nomine pupilli potest contrahere, & bona pro observantia contractus hypothecare, & de evictione promittere, ubi negotium utile pupilli agitur, secus vero si ex eo contractu pupillus damnum sentiat. Thesaur. *lib.* 3. *quæst.* 14. Ricc. *col-*

lect. 2399. *q.* 6. intellige, & declara ex traditis *supr.*

Tutor, si durante officio tutelæ, vel curæ evi- 33
ctio sequatur, conveniendus est, & cum eo de evictione est agendum, & hujusmodi lites, quæ durante officio adversus eum institutæ sunt, & quæ cepit defendere cum eadem litis instantiâ transferuntur finito officio in pupillum, vel adultum, sicut judicati executio post dictam adversus eos sententiam, *l. jam ex contractibus, in fin. ff. de jud.* Mudeus, *de action. empt. post l. creditor. fundum, c. ut habere rem emptam emptori liceat. n.* 30.

Et etiam finito officio conveniri potest, si pro- 34
prio nomine vendidit, & se, & bona sua, & non sui pupilli obligaverit. *l. si is quem C. de prædiis minor.* Boer. *decis.* 80. *num.* 6. *vers. & idem* Gomez *in l.* 53. *Taur n.* 6. *versic. & ista eadem distin.* Caballin. *de evict. §.* 5. *n.* 61. Spin. *d. gl.* 29. *n.* 62. Hering. *de fide juss. c.* 10. *à n.* 258. Barbos. *in l.* 1. *ff. solut. matr.* 5. *p. n.* 25. *&* 26. ubi de interpretatione, *d. l. etsi ii* late agunt. † Et si rem immobilem sine necessitate ven- 35
diderit, & sine judicis decreto, & aliis solemnitatibus, de quibus *sup.* in Add. Gl. *l.* 4. tenebitur ad restitutionem pretii, nisi quatenus doceat in utilitatem, & commodum pupilli pretium conversum fuisse, *l. prædiorum, & ibi* Gl. & DD. *C. de præd. minor l.* 3. *C. quando ex facto tutor.* Glos. & DD. *in l. fin. ff. si quis cautio.* Cæsar. Manent. *decis. Mantuan.* 21. *n.* 35. Cald. *de resit.* 1. *p. q.* 54. *n.* 47. Boer. *d. decis.* 80. *n.* 6. ubi contra tutorem, qui non comparuit, & ita allegavit sic decisum fuisse. & Guz. *de evict. q.* 53. *n.* 5. & vide *infr. n...*

Fiscus etiam de evictione tenetur re evicta, sed 36
non ultra simplum, etsi generalissimè eam promiserit, & se obligaverit ad duplum, *l. si procurator Cæsaris, ff. de jure fisci.* Rebuff. *de dilation. art.* 2. *gl.* 1. *num.* 32. Negus. *de pign.* 1. *membr.* 6. *par n.* 40. Caballin. *de evict. §.* 5. *num.* 88. Borrell. *in add. ad Petr. Bellugam. in specul. principis, sub.* 5. *litt. B.* Alfar. *de offic. fiscal. glos.* 18. *num.* 10. Pereg. *de jure fisc. lib.* 6. *tit.* 4. *num.* 37. Laudens. *de fisc. q.* 111. *n.* 37. Guzm. *de evict. q.* 8. *num.* 20. & vide tradita *infr.* in Glos.

Et si succedit privato per confiscationem ex 37
causa criminis eam pœnam infligentis, & is, cujus bona publicata sunt, antea rem alienam, vel alteri obligatam vendiderat, quæ ab emptore evincitur, non solum evictionem, sed indemnitatem præstare debet, & etiam sumptus litis. Fab. *in suo C. lib.* 8. *tit.* 31. *definit.* 19. † Si vero rem debitoris ob debi- 38
tum vendat fiscus, tunc nec ad simplum tenebitur, Pereg. *ubi sup.* Duenn. *regul.* 169. *ampliat.* 1. Alfar. *de offic. fisc. gl.* 34. *de emp. & vend. n.* 49.

Rector Ecclesiæ, qui rem Ecclesiæ alienavit, te- 39
netur de evictione, & emptor contra eum regressum habet, *c. veterana,* 12. *q.* 2. Gl. *inc. si quis presbyterorum, verb. alienata, de reb. Eccles. non alien.* ubi Innoc. *in prin.* Imol. *n.* 19. *& seq.* Bal. *n.* 16. Abb. *in fin.* Boer. *n.* 49. *in fin.* Ricc. *prax. for. Eccles. decis.* 17. ubi ampliat, & declarat. Sempron. Ascius, *decis.* 57. *n.* 5. *&* 6.

Maritus, qui rem dotalem vendidit, & evictio- 40
nem promisit, etiam soluto matrimonio de evictione tenetur. Boer. *decis.* 80. *num.* 6. *vers.* 5. *& idem in marito.* Baeza. *de decim. tutor. præst. c.* 2. *num.* 128. † 41
Et de quæstione, an maritus cum juramento promittens se facturum, quòd uxor consentiat alienationi rei dotalis, & se de evictione obliget, vide Guzm. *quæst.* 49. *per tot.* ubi muliere nolente, si maritus diligentiam fecisset, non teneri de

perjurio, nec de interesse resolvit ex Afflict. *decis.* 295. Marant. *disp.* 7. *n.* 1. *& in cons.* 41. *num.* 10. & Nostet Lop. in Glos. 2. *l.* 11. *tit.* 11. sed vide Addit. *ad d. glos.* 2.

ARTIC. IV.

Qui de evictione non tenentur.

42 JUdex, seu executores vendentes rem jure magistratus de evictione non tenentur, *l. si pignora, l. si plus, ff. de evictio.* Socin. *cons.* 154. *lib.* 2. Montan. *de tutor. c.* 31. *effect.* 5. *num.* 4. Gutierr. *c.* 1. *n.* 22. Guzman. *de evict. q.* 53. *n.* 11. vide supra, *in art.* 3. *num.* 25. *&* 26.

Executores testamenti, seu commissarii particu-
43 lares vendentes pro exequenda defuncti voluntate de evictione conveniri non possunt. DD. *in l. qui erat, §.* 1. *ff. famil. ercisc. l. si ob causam. Cod. de evictio.* Caball. *de evict §.* 5. *num.* 63 Matienz. *in l.* 14. *tit.* 4. *lib.* 5. *recop. glos.* 1. *n.* 33. Pereir. *de empt. c.* 31. *n.* 19. Quesada *qq. jur. q.* 10. *num.* 7. *infin.* vide *supr. art.* 3. *n.* 27.

44 Hæres, qui hæreditatem adiit cum beneficio inventarii, si expresse vendidit, ut solveret creditoribus, & legatariis, & hoc declaravit emptori, de evictione non tenetur, *l. ult. §. etsi præfatam*, ubi communiter DD. *Cod. de jur. deliber.* Lingloss. *decis.* 15. *quæst.* 5. *num.* 2. Franc. Porcell. *de inventar. q.* 5. *n.* 4. Michael. Grassis, *eod. tract.* ubi ex Bald. *in dict. §. etsi præfatam*, consulit hæredibus, si desiderant effugere omne periculum, ut dicant creditoribus; vendite vos, & ego consentio, protestans quòd nolo teneri de evictione, & idem ante eum consuluit ex Bald. Fabian. à Mont. *de empt.* 3. *quæst. princ. num.* 48. *vers.* 24. *quæro*, ubi etiam tradit, quòd hæres non cogitur vendere, ut solvat creditoribus, & vide, *in art.* 3. *n.* 6. & Addit. ad Glos. 2. *l.* 3. *tit.* 14. *infr. q.* 3. *num.*.... ubi de obligatione hæredum circa
45 satisfactionem creditorum egimus. Tutores finita tutela de evictione non tenentur, nec, si res ab eis venditæ evincantur, finito officio conveniri poterunt, *l. post mortem, ff. quando ex facto tutor. l.* 1. & *ibi*, Bald. & Salyc. *C. eod. & in l. cum quædam mulier, C. de admin. tutor.* Boër. *decis.* 8. *n.* 1. Baëza *de decim. tutor. c.* 2. *n.* 128. Spino. *in specul. testam. gl.* 19. *n.* 62. & vide Addit. ad Glos. *fin. l.* 7. *tit.* 1. *sup. n.* 29. Caballin. *de evict.* §. 5. *n.* 61.

46 Intellige quando in casu concesso, & permisso vendidere, cum officium necessarium publicum auctoritate fiat, & utilitate privatum, *l. non subscripsisti*, & *ibi* Salycet. *Cod. eod.* Thesaur. *lib.* 3. *q.* 14. *in fin.* Boër. *decis.* 30. *n.* 3. Cæsar. Manent *decis. Mant.* 21. *n.* 35. & quando teneantur de evictione, vide *in art.* 3. *n.* 32. *cum aliis.*

47 Procurator, qui nomine domini rem vendidit, de evictione non tenetur, *l. procurator. l. si cum venditor.* 66. *§. fin. ff. de evict. l. Julian. §. si procurator. ff. de act. empt.* Matienz. *in l.* 14. *tit.* 4. *glos.* 1. *n.* 33. *lib.* 5. *recop.* Pereir. *de emp. c.* 31. *n.* 22. Faber. *in suo C. lib.* 8. *tit.* 31. *definit.* 6. Gutierr. *de tutel. p.* 1. *c* 1. *n.* 22. Boër. *decis.* 80. Cabed. *decis.* 80. *p.* 2. *n.* 5. Rot. Genuens. *decis.* 14. *n.* 98.

48 Amplia 1. et si contrahat super re ad dominum pertinente, debere contrahere nomine domini. Surd. *cons.* 19. *num.* 94. Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 49. *num.* 16. Rota Genuens. *ubi supr.* ubi assignat differentiam inter actionem, quæ oritur inter procuratorem, & dominum; & inter dominum, & tertium, cum quo contraxit. Marta *voto seu decis.* 103. *num.* 17. ubi hanc distinctionem Socin. *in cons.* 34. *vol.* 3. *col. penult.* tradit, & probatur *ex l. quod Julianus, §.* 1. *ff. ad Macedon.* Gratian. *cap.* 104. *n.* 37.

† limitat hanc amplitaionem, quando actus potest 49
tantum pertinere ad dominum, & ille, cum quo contrahitur, scit; nam tunc non est necesse nomen domini exprimere, & comprobat ex Bart. Marian. Socin. & Angel. Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 49. *num.* 7. ubi tradit sufficere contra hentem scire mandatum, seu quòd nominetur procurator, aut declaret rem domini agere, & hoc sufficit in uno ex capitulis contractus. Masc. *de probat. concl.* 1234. *n.* 16. Gabr. *cons.* 71. *n.* 2. Paris. 117. *n.* 19. *lib.* 1.

Amplia 2. etsi mandatum habeat generale, de- 50
bere mandarum inferere contractui aut declarare quo nomine contrahit. Menoc. *n.* 16. *&* 25. Masc. *de probat. concluf.* 1234. *à num.* 13. vide Addit. ad Glos. *l.* 2. *hoc tit.*

Sed si dicat, vendere præcedente mandato, aut 51
dominum ratum habiturum, cogitur probare ratihabitionem, vel mandatum, & illud exhibere, aliàs de evictione contra eum emptor agere poterit, ut diximus in Addit. ad Glos. 4. *num.* 8. *l.* 7. *tit.* 1.

† vel si fidem suam adstringit. vide Addit. ad Glos. 52
l. 7. *tit.* 1. *n.* 6. *sup. hac p. &* in casu, *l. servum Titii, ff. mandati*, de quo Faber. *ubi sup.* Procuratores gene- 53
rales non recte conveniuntur, nec eis denuntiatio litis potest fieri. Glos. *verb. procuratori. in l. si dictum*, 56. *§. si præsente, ff. de evictio.* Caballin. *de evictio. §.* 3. *num.* 139. Pereir. *n.* 78. *ubi sup.* De sindico procuratore civitatis vide Bart. *in l.* 5. *§. etsi forte*, 54
ff. quod. vi aut clam. & in Addit. ad Glos. *l. tit. par.* 3.

Consentiens alienationi de evictione non tene- 55
tur, etsi pro venditore habeatur, quia intelligitur quoad eum effectum, ne venditionem revocare possit; non vero quoad alios effectus, ut ex Bal. tradit Nostet Lopet. *in glos.* 10. *l.* 29. *tit.* 13. *infr.* ubi vide Addita, *l. exceptione* 11. *C. de evict.* Rolan. *cons.* 69. *num.* 39. *vol.* 3. ubi in specie tradit, quod quando duo vendunt rem, quæ est unius tantum, qui adhibitus est ad vendendum, licet non sit dominus, tenetur de evictione, si res evicta fuerit; vel in solidum, si ita promiserit; vel ad minimum pro virili, *ex l. reos, §. cum tabulis, ff. de duobus reis cum concord.* Tiraquel. *de retract. lign. §.* 31. *glos. unic. num.* 3.

ARTIC. V.

Ex quibus contractibus evictio competit.

EX contractu emptionis, & venditionis evictio- 56
nis actio competit, & si evictio non sit promissa, ex natura ipsius contractus venit. *text. in l. non dubitatur.* ubi Bart. & cæteri DD. *C. de evictio.* Decian. *respons.* 18. *num.* 29. *lib.* 2. Mantic. *lib.* 4. *tit.* 2. *num.* 9. Surd. *decis.* 208. *num.* 11. *cons.* 36. *num.* 25. *& cons.* 15. *num.* 1. *de aliment. tit.* 7. *q.* 18. *n.* 17. Mastrill. *decis.* 28. *num.* 1. Trentacin. *lib.* 3. *de empt. & vend. resol.* 4. Alex. Lud. *decis.* 90. *n.* 10. & *ibi* Oliver. Beltram. *n.* 11. Gratian. *discep.* 4. *tom. c.* 793. *n.* 12. Giurb. *decis.* 87. *n.* 8. Pichar. *lib.* 4. *Instit. tit.* 17. *de offic. judic. §. si finium regundorum, n.* 122. Cæsar. Manent. *decis.* 13. *n.* 62. & vide *infra.* in Addit. Gl. 2.

Sed quid si nomen debitoris, vel census venda- 57
tur, & nomen, vel hypothecæ census evincantur? vide Add. ad Gl. 4. *l.* 23. *sup. hoc tit. à n.* 6. *cum aliis*, ubi late egimus.

Ex contractu permutationis, si ab aliquo ex con- 58
trahentibus res evincatur, evictionis actio datur

l. si

l. si permutationes, C. de evict. & *ibi* Glos. Bal. & communiter DD. *l. 1. C. de rerum permut. l. 1. vers. unde si ea res ff. eod.* Caballin. *de eviction. num. 4. & 43.* Ruin. *consil. 94. num. 6. lib. 1.* Dec. *cons. 281. l. 4. tit. 6. inf. hac* ubi vide Addit. ad Glos. 1. & differentias, quæ sunt inter evictionem ex contractu emptionis, & venditionis, & ex contractu permutationis.

59 Ex contractibus innominatis etiam evictionis actio competit, vide Addit. *ad d. l. 4. tit. 6.* Dec. *cons. 281. col. 3.* Caballin. *d. num. 43.* Surd. *dec. 290. num. 13.*

60 Ex contractu dationis in solutum, si res data evincatur, evictio competit. *l. libera, C. de sentent. & interloc. omn. jud.* ubi notat Bal. & communiter DD. *l. prædium, C. de eviction.* ubi hunc contractum vicem venditionis obtinere Imperator inquit, & actione utili ex empto de evictione agi posse, & *ibi* Bart. *l. si quis alienam. D. de solut. l. eleganter, D. de pignor.* Gomez. *2. tom, var. cap. 2. numer. 33. vers. 3. infertur*, Pet. Gregor. *sintag. lib. 25. c. 22. num. 4.* Pereir. *de empt. c. 31. num. 8.* Afflict. *decis. 35. num. 18.* Faber. *lib. 8. C. tit. 31. de evict. definit. 28.* Caballin. *d. §. 4. à num. 39.* ubi quinque fundamenta adducit, ex quibus hæc resolutio difficilis redditur, & cum aliis quinque fundamentis comprobat, & contrariis satisfacit. Surd. *decis. 248. n. 3. & cons. 423. n. 23.* Lingl. *decis. 15. q. 5. n. 17.* Cæsar. Barz. *decis. Bonon. 85. num. 8. & 9.* ubi hæc procedere dicit, quando species pro quantitate fuit data. Gratian. *discept. 2. tom. c. 321. num. 8. & c. 544. n. 15. & cap. 556. num. 53.* Alex. Lud. *decis.*

61 *352. num. 2.*† Amplia etsi in contractu sit appositum pactum, quòd in casu evictionis liceat cessionario redire ad primæva jura perinde, ac si instrumentum factum non fuisset, nam adhuc tenebitur de evictione, quia hoc pactum favore cessionarii, & ejus, qui accepit rem in solutum, est appositum, & intelligitur ipso volente, *l. 2. ff. de leg. commiss.* Ruin. *cons. 35. num. 31. libr. 1. & 93. num. 3. lib. 2.* Tiraquel. *in l. si unquam, C. de revoc. donat.* Maref. *lib. 2. var. c. 19. num. 22.* ubi dicit, esse in ejus electione ad aliam redire, nec ei proderit, etsi deducat in judicio omne jus sibi competens tam ex primo, quàm ex secundo instrumento; quia sunt contraria, & incomparabilia, ex Rota Roman. apud Seraphin. *decis. 1114. à n. 2.*

62 Amplia ad dationem in solutum factam auctoritate judicis, *d. l. libera*, Affiict. *decis. 8. num. 4.* Bertrand. *cons. 298. lib. 3. p. 1.* Caballin. *d. §. 4. n. 42.* Surd. *decis. 266. n. 13.* ubi tradit, nullam posse dari differentiam inter dationem in solutum factam à debitore, & ea, quæ fit à judice. Scacc. *de commer. §. 2. glos. 5. num. 290. vers. exemplificat. cum sequent.*

63 Cum debitor est pauper, & creditores ejus bona in solutum accipere compelluntur, de evictione cavere debet, de quo vide Addit. ad Glos. 2. *l. 3. tit. 14. infra.*

64 Evictis rebus in solutum acceptis, quando creditor redire possit ad priora jura, & contra fidejussores, & pignora agere; & si vigore rei judicatæ res creditori addicta evincatur, an creditor via executiva iterum agere possit? vide Addita ad Glos. *l. 2. d. tit. 14.* ubi plene diximus.

65 Ex donationis contractu, quando incipit à promissione, donans, si res donata evincatur, de evictione conveniri potest, Glos. Bart. & communiter DD. *in l. Aresto, §. fin. ff. de donat. glos. fin. l. 2. C. de evict.* & *ibi*, Cyn. Alber. Bal. & Salyc. & DD. communiter. Rimin. *in §. 1. Inst. de donat. num. 135. glos. fin. l. Julianus, §. qui fundum, ff. de verb. oblig. l. 1. C. de jure dotium*, Glos. *fin. in l. ad res donatas 62. ff. de adil. edict.* & Bart. *ibi*, Cæpol. *num. 7.* ubi communem dicit. Gomez. *2. tom. var. c. 2. num. 35.* ubi nonnulla proponit contra hanc resolutionem, & eis satisfacit, *& c. 4. num. 4.* Valasc. *de partition. c. 37. n. 3.* Boër. *decis. 67. in prin.* Covar. *lib. 2. var. c. 15. n. 1. vers. agit. autem.* Surd. *de aliment. tit. 7. q. 20. n. 25.* Trentac. *var. lib. 3. tit. de donat. resol. 2. n. 1.* Seraph. *decis. 534. num. 3.* Beltrand. *in annot. ad decis. Alex. Ludovis. 340. num. 13.* Peregr. *decis. Patavin. 93. num. 5.* Pancorb. *in suis observat. c. 30. pag. 7. vers. si à promissione.* Cancer. *3. p. var. c. 4. de servit. à n. 20.* ubi alios allegat. Caballin. *de evict. §. 4. num. 2. vers. secundus est.* Fontan. *2. tom. claus. 5. gl. 8. p. 14. n. 34. & n. 41.* ubi ampliat, etsi aliquo titulo lucrativo postea acquisierit, quia duæ causæ lucrativæ circa eandem rem concurrere non possunt. Gratian *discep. tom. 4. c. 657. à n. 47.* Portoles, *de consort. & fideic. leg. c. 11. n. 19.* Mantic. *lib. 13. tit. 4. n. 18.* Tusch. *litt. E. concl. 363.*

Contrariam autem defendentes refert Trentac. 66
in vers. secunda opinio, ubi sup. scilicet Aretin. Alber. Cuman. Fulgos. Mansuer. Rip. Joan. Faber, & Hypolit. Rimin. sed à prima non est discedendum.

Limita 1. dictam opinionem, quando res pro- 67
missa per donationem non erat penitus aliena, sed in ea habebat aliquod jus, vel aliquam partem; nam tunc, licet incipiat à promissione, sive sciens, sive ignorans donationem faciat, nunquam videtur donare nisi jus, vel partem, quam donator in ea habet, ut resolvit Gomez. *d. c. 2. num. 25. vers. advertendum tamen, & d. c. 2. n. 4. arg. text. in l. si domus, §. fin. & in l. servi electione. §. 1. ff. de leg. 1. & in c. quod autem de jure patron.* & ex auctoritate Bal. *in rub. C. de contrah. empt. col. 2. q. 6.* & aliorum, quos ipse refert. & vide Addit. ad Glos. 1. *l. 18. sup. hoc tit. n. 12. cum aliis*, & de eo, qui scienter donavit rem alienam, vide *infr. art. 9.*

Limita 2. si quis promisit tradere, vel præstare, 68
quia non tenetur de evictione, *l. si acta tutor. §. fin. cum seq. ff. de leg. 1.* Castr. *ibi.* Cæpol. *in d. l. ad res donatas.* Trentacinq. *var. tit. de donat. resol. 2. p. 3. n. 5.* Guzman. *de evict. q. 25. n. 23.*

Limita 3. ex Trentac. *num. 2.* si donatio sit fa- 69
cta inter patrem, & filium in sua potestate constitutum, quia promissio non est obligataria, nec de jure valida, & pro comprobatione refert Bal. *in l. 2. de inoffic. donat. & in authent ex testamento. col. 2. C. de collat.* Roman. Alex. & Andr. in locis ab ipso relatis restringit, quando pater in donatione apponit juramentum, & pro comprobatione refert Jul. Clar. *lib. 4. sentent. §. donatio, q. 8. vers. sed quæro.* Guid. Pap. *decis. 146.* & rationem assignat, quia tunc promissio est obligatoria. vide Addit. ad Glos. & Guzm. *n. 20. ubi supr.*

Limita 4. ex eodem Trentac. quando evictio se- 70
quuta fuit virtute hypothecæ, quia res fuerat obligata per antecessorem donantis ex Castr. & Afflict. quos refert. Guzm. *n. 22. ubi sup.*

Si verò donatio incipiat à traditione, etsi sit fi- 71
cta, clausula scilicet constituti, donator non tenetur de evictione. Gl. *in l. ab emptione ff. de pact. & in l. ad res donatas, de edilit. edict. & in l. Julianus, §. qui fundum, ff. de verb. oblig. in §. 1. Inst. de donat.* & Rimin. *l. 1, C. de jur. dot.* & *ibi* comm. DD. & Trentacin. *num. 6. ubi sup.* Pereir. *de empt. c 32. num. 41.* Roland. *cons. 50. num. 26.* Ferrar. *in prax. Papien. in*

form. libell. quo agitur. pro donato, verb. seu gl. admittendum, num. 1. Boër. *dec.* 67. Gratian. *c.* 667. *n.* 50. Ricc. *Collect.* 1030. Tepat. 2. *tom. var. tit.* 423. *c.* 6. Cancer. *libr.* 3. *c.* 4. *n.* 9. Fontan. *claus.* 5. *glos.* 8. *p.* 14. *num.* 36. Molin. *disput.* 380. qui alios referunt, & eam sequuntur omnes *sup.* relati *in n.* 65. & *infr.* referendi usque ad *n.* 95.

Declara tamen, quòd licet donans non teneatur ad æstimationem rei, tenetur ad expensas, & damna. Cyn. *in l.* 2. *C. de evict.* Dec. *cons.* 95. Ferrar. *n.* 2. *in fin.* Tepat. Ricc. *limit.* 3. & Molin. *ubi sup.* Capel. Tolos. *decis.* 71.

72 Limita in donatione remuneratoria donatario actionem evictionis contra donatorem dari, etsi à traditione incipiat. Cravet. *consil.* 65. *num.* 3. Bart. Alex. & Jas. *num.* 13. & alii communiter *in l. Julianus, §. qui fundum. ff. de verb. oblig.* Jas. *in l. hoc jure, num.* 68. *de just. & jur.* Boer. *decis.* 67. Tiraquel. *in repet. l. si unquam, versic. donatione largitus, num.* 19. Garcia. *de donat. remunerat. n.* 24. Caballin. *de empt. §.* 4. *n.* 4. *&* 5. Trentac. *ubi sup. n.* 9. Mont. à Cueda. *decis.* 13. *n.* 20. *in fine, vers. rursus.* Gratian. *discept.* 4. *tom. c.* 657. *num.* 51. Azeved. *in l.* 1. *tit.* 6. *lib.* 5. *recompil. num.* 43. Cabed. *decis* 119. *n.* 13. *p.* 2. Pereir. *de empt. c.* 31. *n.* 44. Tusch. *litt. E. concl.* 366. *num.* 4. Valasc. *cons.* 60. *num.* 20. ubi dicit, de evictione agi posse evicta re per fideicommissum alicui relicta, & successoribus titulo oneroso, vel remuneratorio. Lingloss. *decis.* 15. *q.* 5. *num.* 11. Guzm. *ubi supr. à n.* 37.

73 Contrarium tenet Dec. *in l. si donatione, num.* 36. *C. de Collation.* ubi dicit, quòd non debet donatario actio evictionis dari, quia pro meritis nulla ei actio competebat, & quia quando merita sunt, ex quibus nec actio, nec officium judicis donatario adversus donantem competit, pro simplici donatione reputatur. Tiraquel. *ubi supr. n.* 79. *&* 80. Surd. *decis.* 290. *num.* 4. & de istis non loquuntur, nec sunt intelligendæ auctoritates *supra* adductæ, & sic decisum fuisse in Senatu. Neapolitano testatur Joan. Bap. à Toro *in compend. decis. vers. evictio an debeatur ex donatione remuneratoria*, ubi ex servitiis, quæ ex necessitate officii erant facienda, evictionem non deberi decretum fuit, & requiri quòd servitia fuissent talia, quòd pro eis fuisset actio data adversus donantem. Guzm. *de evict. num.* 42. *ubi supr.* & vide Addita ad Gl. 3. *l.* 8. *tit.* 4. *supr.*

74 Limita 2. in donatione ob causam, si à traditione, sive à promissione incipiat, quia semper de evictione donatario dabitur actio. Bart. *in d.l. Julianus*, 13. §. *qui fundum, num.* 5. & *ibi*, Imol. Alexan. Aret. & Jas. *& supr.* traditi, *num.* 59. Fontan. *claus.* 5. *glos.* 8. *p.* 14. *num.* 23. *& num.* 21. Rolan. *ubi supr. num.* 28.

75 Limita 3. si donator evictionem promittat, quia sine dubio, etsi à traditione donatio incipiat, evictio debetur, *l.* 2. *C. de evict. l.* 22. *tit.* 11. *p.* 4. ubi vide Add. Trentac. *var. libr.* 3. *tit. de donat. resol.* 2. *num.* 12. Caballin. *d.* §. 4. *num.* 2. *vers. primus est.* Porroles, *de consortibus, c.* 11. *num.* 23. ubi alios adducit. Gratian. 4. *tom. c.* 657. *num.* 47. *&* 48. Pereir. *d. c.* 31. *n.* 42. Valenz. *cons.* 60. *n.* 23. Guz. *de evict. q.* 25. *n.* 47. quia contractus ex conventione partium legem accipiunt, ut diximus in Add. Glos. 2. *l.* 30. *n.* 1. *sup. hoc tit.*

76 Limita 4. si promiserit donationem facere bonam, quia ex tali promissione donator obligatur non solum facere rem esse donatarii, sed etiam de evictione, etsi à traditione non caperit donatio. Corn. *cons.* 141. *col. fin. lib.* 2. Caballin. *in addit. ad d. §.* 4. *lib. B.* Gratian. *ubi sup. n.* 49. & comprobatur ex traditis *supr.* in Addit. Glos. 4. *l.* 23. Mantic. *lib.* 13. *tit.* 4. *n.* 19.

Limita 5. si promiserit donatarium defendere, 77
& respectu rerum donatarum eum indemnem servare; nam tunc quomodocumque res evincatur, de evictione tenetur, argumento, *l. stipulatio, §. quæsitum, ff. de verb. oblig.* & in specie tradunt Dec. *cons.* 324. & Thobia. *cons.* 13. *num.* 15. quos refert, & sequitur Cueva. *decis.* 33, *num.* 14. Gratian. *n.* 49. † & Trentac. *ubi sup. num.* 17. ubi ait, teneri de evi- 78
ctione, quando promisit rem donatam auctorizare in judicio, & extra, & coram quocumque: & comprobat argumento ex eo, quòd dicitur in venditione. Guzm. *n.* 52. *ubi sup.*

Limita 6. si donatoris dolo, aut culpa interces- 79
serit evictio, ut si scienter rem alienam allerit esse suam. Castr. *in l. si rem meam. in fin. ff. de solut.* Trentac. *n.* 11. *ubi supr.* Cancer. *var. tom.* 3. *cap.* 4. *n.* 20. Tusch. *litt. E. concl.* 366. *num.* 23. Guzm. *n.* 44. *ubi sup.*

Restringe has limitationes ex Trentacinq. *n.* 13. 80
ubi sup. si culpa donatarii eveniat evictio, & exemplificat, si sponte compromiserit, vel si detulerit juramentum alteri, & suam esse declaret; & com-
probat argumento ex eo, quòd dicitur in emptore, 81
de quo vide Add. *infr.* † & hanc restrictionem declarat, seu coarctat *in num.* 14. quando promissio de evictione facta fuisset quomodocumque, & qualitercumque evinceretur. Et *in num.* 15. quando donatarius probaverit rem esse evincentis. Et *in num.* 16. quando compromissum factum fuisset in donantem, & ipse determinasset contra donatarium, quod refert, & sequitur Guzm. *ubi sup. n.* 4. & ab istis, coarctationibus dicit non esse recedendum *in num.* 53. ut tenet Trentacinc contra Hypol. Rimin. *in* §. 1. *Inslit. de act. in n.* 104. dicentem prædictas declarationes non posse sustineri, cum earum præcipuum fundamentum sit argumentum emptionis, & venditionis, quod argumentum non valere ait, quia ex natura emptionis venit evictio, ut diximus *sup. num.* 56. ex natura verò donationis non, ut diximus *in num.* 31. à qua opinione non est recedendum, si extra casus limitationum intelligantur dictæ declarationes, aliàs à Trentac. non rece- 82
dendum excipiendo primam, quæ tuta non est. †
Denuntiare an teneatur donatarius, vel non, vide Add. Gl. 3. *&* 4.

Ex contractu dotis marito evictionis actio da- 83
tur, si dotis datio incipit à promissione, prout de donatione diximus, *supr. n.* 56. *l.* 1. *C. de jure dotium, & ibi, glos. fin.* Odofred. Cyn. Butr. Alberic. Bart. Bald. Salyc. & communiter DD. Glos. & Canonistæ *in c. fin. de emp. & vend. l.* 22. *tit.* 11. *p.* 4. & *ibi*, Glos. 2. ibique Addit. Gomez. 2. *tom. var. c.* 2. *n.* 37. Cabal. *de evict.* §. 4. *n.* 7. Pet. Gregor. *syntag. lib.* 25. *c.* 22. *num.* 4. Bald. Novell. *de dot. p.* 7. *privil.* 44. Boer. *decis.* 67. *n.* 1. Campeg. *de dote*, 1. *p. q.* 80. *num.* 1. *privil.* 13. *&* 2. *q.* 83. Surd. *de alim. tit.* 7. *q.* 20. *n.* 25. Monter. *decis.* 13. *n.* 27. Capel. Tolosan. 171. Barbos. *in l. æstimatis*, 51. *n.* 16. *vers. sed quid, & n.* 19 *ff. solut. matrim.* Portol. *de consortibus, ejusdem rei, & fideic. legat. n.* 18. Fontan. 2. *p. claus.* 5. *glos.* 8. *p.* 14. *num.* 31. Guzm. *de evict. q.* 26. *n.* 2.

Amplia, et si à traditione donatio inciperet, si 84
res à patre, vel ab extraneo data fuit marito æstimata ea æstimatione, quæ facit emptionem, ut in casibus, de quibus in additione Glos. *l. super hoc tit.* quia tunc dotans de evictione tenetur, *d.l.* 1. *ubi supr.*

supr. Glos. & Odofred. *ante num.* 1. *vers.* 2. *casus, & num.* 4. *&* 8. Cyh. *num.* 5. Bal. *num.* 1. *&* 9. Angel. & Salyc. *n.* 1 *l. quoties* 17. *de jure dot.* Gomez. *n.* 37. Caballin. *vers. & dum ille*, Hier. Portol. *num.* 1. Fontan. *n.* 32. *ubi sup. & in p.* 13. *d. glos.* 8. *num.* 23. Barbos. *in l. æstimatis* 51. *n.* 14. *ff. sol. matr.* ubi de interpretatione *l. Mævia* 50. *§. fin. ff. de jure dot.* agit, Guzm. *n.* 9. *ubi supr.* & vide Addit. ad Glos. 4. *l.* 22. *tit.* 11. *p.* 4.

85 Amplia 2. si dolus intervenerit ex parte dantis, & tradentis dotem, ut si rem alienam sciens in dotem donavit, & matrimonium contrahere volentes non admonuit; nam tunc, & si hæc rei alienæ in dotem datio à traditione inceperit, donator actione de dolo ad æstimationem, & interesse rei evictæ, & ad sumptus, & expensas factas tenebitur, *d. l.* 1. *C. de jure dot.* ibi, Odofred. *ubi supr. vers. tertius casus, & n.* 2. *&* 8. Cyn. *num.* 2. *&* 4. Bart. *in summar. Bal. num.* 1. *vers. sed ponamus*, & Salyc. *num.* 1. *&* 4. Imol. *in c. fin. num.* 18. & *ibi*, Ant. de Butr. *num.* 23. *de empt. & vend.* Alexand. *cons.* 176. *n.* 9. *vol.* 7. Gomez. *num.* 37. *in d. c.* 2. Portoles, *d. c.* 11. *n.* 20. Mont. à Cuev. *d. decis.* 13. *num.* 17. Fontan. *d. claus.* 5. *glos.* 8. *p.* 14. *n.* 33. & vide Addit. ad Gl. *fin. l.* 23. *supr. n.* 1. ubi multa tradidimus, ex quibus

86 dolus præsumitur, † si vero uxor rem alienam dolosè dedisset in dotem, adversus ipsam non datur actio de dolo, quia est infamatoria, *l.* 1. *ff. rer. amotar. l.* 1. *ff. ex quibus caus. infam. irrog.* sed actio in factum, *l.* 1. *C. de jure dot.* Paul. de Citad. *de jur. patr. p.* 3. *q.* 12. *secundæ causæ, num.* 45. Guz. *n.* 68. *ubi supr.*

87 Et amplia 3. si specialiter mulier donataria sibi specialiter de evictione cavit, quòniam tunc, etsi donatio dotis à traditione inceperit, donator de evictione tenetur ratione conventionis. Odofred. *num.* 6. Bart. *in summario*, & Salyc. *num.* 1. *&* 4. *vers. si à donatione, ubi sup.* & Imol. & Ant. de Butr. Covarr. *lib.* 2. *var. c.* 15. *num.* 13. Cancer. *lib.* 3. *var. c.* 4. *de servit. num.* 20. Roland. *cons.* 67. *vol.* 4. Cæsar. Barz. *decis.* 64. *num.* 58. Fontan. *num.* 6. *ubi sup.* ubi

88 alios adducit. Mastrill. *decis.* 36. † ubi promissionem evictionis pro reditibus in dotem datis ad alios reditus in locum primorum subrogatos, si fuerint evicti, non extendi, & per senatum decisum fuisse inquit, & idem latè defendit Fontan. *ubi suprà*, *n.* 9. Guzm. *q.* 26. *à n.* 77. *usque ad* 89.

Amplia 4. quando extraneus dotem dona-

89 vit, & eam soluto matrimonio, sibi reddi stipulatus fuerit, quoniam ex eo hoc casu donator non simpliciter donavit, cum rem ipsam soluto matrimonio sibi reddi stipulatus fuerit, quia de evictione teneri debebit, ut in specie censuit Aretin. *in §. fuerat, num.* 10. *instit. de action.* auctoritate *text. in l. si pro re pupilli, §. fin. ff. de evict.* & eum sequitur Negusan. *de pign.* 2. *part.* 4. *membr. num.* 27. *&* 28. Portol. *num.* 24. *ubi supr.* & Guzm. *num.* 40.

90 Amplia 5. quando pater, & non extraneus dotem donaret; nam tunc ex eo quòd officium paternum est filiam cum effectu dotare, si res in dotem data evincatur, pater, etsi à traditione dotis datio inceperit, de evictione tenetur, ut tradit Aretin. *in d. §. fuerat, n.* 12. *Inst. de action. per text. in d. l. si pro re pupilli, §. fin.* Gl. *fin.* ibi *& l. unic. §. & ut plenius.* Negusan. *d. num.* 27. *&* 28. eum sequitur. Campeg. *de dot.* 2. *p. q.* 85. Rimin. *in §.* 1. *num.* 78. 79. *&* 80. *instit. de donat.* Portol. *de consort. num.* 25. ubi contra Caballin. *infra* citandum hanc ampliationem tuetur, *& ad fin. d. num.* ait in judicando, & consulendo ab hac sententia recedendum non fore, & eam etiam sequitur Monter. à Cuev. *decis.* 13. *n.* 21. ubi ex hoc, & aliis pro genero contra socerum donatorem Regiam audientiam judicasse testatur. Guzm. *d. q.* 26. *num.* 4.

Contrariam opinionem, scilicet patrem de evi- 91
ctione non teneri, & ea, quæ dicta sunt de dote respectu extranei, etiam in socero dotante procedere, contra Aretin. tenet Caballin. *in d. §.* 4. *n.* 7. *vers. & in patre per text. in d. l.* 1. *C. de jure dot.* qui in socero loquitur, & eam defendit Barbos. *in l. æstimatis*, 51. *num.* 17. ubi juribus pro contraria opinione adductis satisfacit, & Mont. à Cuev. *decis.* 13. *num.* 23. Portol. *de consor. c.* 11. *num.* 25. † distin- 92
guit inter id, quod est intra legitimam, & quod est extra eam: Et in primo casu primam procedere, & secundam in secundo Fontan. *clausul.* 5. *glos.* 8. *p.* 14. *num.* 21. *&* 24. ait, quòd hæc opinio non videtur admittere dubitationem, quia donationes, quæ pro dote à parentibus fiunt, non solent simpliciter fieri ex solo paterno amore, sed semper pro juribus legitimæ. Canc. *var. lib.* 3. *c.* 4. *n.* 29. Guzm. *d. q.* 26. *n.* 41.

Amplia 6. si is qui rem alienam in dotem dona- 93
vit, temerariè asseruit rem ipsam propriam suam esse, nam propter temerariam hanc assertionem de evictione tenebitur. Castrens. *in l. si rem meam, ad fin. ff. de solut.* Jas. *cons.* 73. *n.* 3. *vol.* 1. Rimin. *in d. §.* 1. *n.* 98. Portol. *d. c.* 11. *n.* 26. Guzm. *n.* 41. sed hæc ampliatio potest sustineri, si sciendo esse alienam propriam esse dicat, ut diximus, *supr.*

Amplia 7. quando mulier dotem marito consti- 94
tuit, & tradidit; nam licet evictis rebus in dotem datis de evictione maritus non possit agere; ipsa tamen propter proprium interesse poterit agere de evictione adversus illum, à quo emit fundum dotalem; adversus quem habebit actionem de duplo *l. si pro re.* 22. *§. si evictione, ff. de evict. l. non solum, & l. quamvis, ff. de jure dot.* Barbos. *in d. l. æstimatis, num.* 17. ubi explicat Caballin. *de evict. §.* 4. *n.* 8. Fontan. *d. claus.* 5. *glos.* 8. *p.* 14. *n.* 18. Guzm. *d. q.* 26. *n.* 12.

Limita si mulier haberet alia bona, ex quibus se 95
dotare posset. Bal. *cons.* 468. *lib.* 4. Caval. *num.* 8. Mont. à Cueva. *n.* 17. *in fin. ubi sup.*

Datio dotis, seu donatio, quando dicatur incipere à traditione, seu à promissione & quæ sit ratio differentiæ, quòd uno modo, aut alio incipiat, dubitatur? & dicendum est, tunc donationem incipere à traditione, quando in effectu res traditur tempore, quo fit donatio. Bart. *in l. si prædia, ff. de acquir. possess.* Rebuff. 3. *tom. de mater. possess. in præfat. num.* 50. ubi tradit, verba *offert, donat, & tradit* apposita in instrumento donationis, seu venditionis, non inducere traditionem, nisi res fuisset præsens; inducere vero licentiam ingrediendi possessionem propria auctoritate. Cels. Hugo. *consil.* 53. *n.* 4. Mont. à Cuev. *decis.* 13. *num.* 25. ubi pro comprobatione congerit Bart. Roman. Alex. Aretin. & Mar. Angis. Et *in num.* 26. ait, per verba *dedit, & tradidit*, etsi res in conspectu esset, verè dominium translatum non fuisse, nisi ut illud transferretur partes convenirent: & dotem non dici incipere à traditione, nisi res præsens fuisset. Cancer. *var. lib.* 3. *c.* 4. *à n.* 29. Fontan. *claus.* 5. *glos.* 14. *num.* 34. Tusch. *litt. E. concl.* 366. *n.* 7.

Limita ex traditis *supr.* in Add. ad Glos. *l.* 22. *tit.* 1. ubi tradidimus, quando dicta verba in instrumentis apposita inducant veram traditionem, & *ibi* dicta in præsenti quæstione locum habent, ut docet

Cancer.

Cancer. *num.* 31. *ubi sup.* Item dicitur incipere traditionem, quando adest clausula constituti, ut ex Vivio defendit Fontan. *n.* 39. *ubi sup.* & diximus *sup. num.* 31. differentias vero, quæ versantur, si incipiat uno modo, aut alio, tradit Odofred. *in l.* 1. *num.* 3. *&* 8. *C. de jur. dot.* Gom. 2. *tom. c.* 2. *num.* 35. Mont. à Cuev. *num.* 27. *ubi sup.* qui alios congerit. Mar. Coler. *decis. German.* 4. Fontanel. *num.* 36. *ubi sup.* & ratio præcipua est, quia qui tradit, magis distrahit, quam contrahit. *l. sed si ego, & ibi* Aretin. *ff. ad Vellcian. §. sed hæc species instit. quibus mod. re cont. oblig.* & non debet quis ex sua liberalitate præter suam intentionem obligari. Glos. & Odofred. *num.* 6. *& in d. l.* 7. & *ibi.* Bart. & Bal. & Coler. *ubi sup.* quando verò dos incepit à promissione, promittens habet animum contrahendi, & se obligandi, ut jura præsumunt, & non est liberatus nisi rem irrevocabiliter transtulerit in donatarium, & ita in hoc casu debetur evictio, in primo vero non, ut testantur relati DD. & novissimè Guzm. *de evict. q.* 25. *num.* 28. & vide Addit. ad Glos. *l.* 22. *titul. p.* 4.

96 Res dotalis si à marito alienetur, contra eum actio evictionis datur emptori ignoranti, & bonæ fidei, ex regula *l. si cum successores, & l. venditor. C. de evict.* Alex. *cons.* 109. *à num.* 6. *lib.* 4. Gomez. *in l.* 35. *Tauri. num.* 61. & hanc opinionem veram esse agnoscit Novell. *de dote.* 7. *p. spec.* 1. *num.* 15. *ad med.* Et eam contra Imol. *in l. cum vir. ff. de ustr. n.* 9. *&* 11. & *in c. cum contingat. de jurejur. n.* 21. (qui existimavit tantum pretium posse repetere) defendit Barbos. *in l.* 1. 5. *p. num.* 28. *ff. solut. matrim.* ubi contrariis satisfacit, & hoc casu emptorem fructus perceptos suos facere dicit, & *num.* 30. *vers. & ad complementum,* ampliat, & non solum ad errantem in facto, sed ad errantem in jure, & eam communem dicit Gutierr. *de jur. confir.* 1. *p. c.* 1. *numer.* 103.

97 Amplia etiam in emptore, qui scienter rem dotalem emit à marito, si sibi caverit de evictione, quoniam si ab eo evincatur, de evictione contra maritum agere poterit ad pretium, licet non ad interesse. *l. etsi is, C. de præd. minor.* Bal. *in l. si prædium, num.* 5. *de jure dot.* Panor. *in c. cum contingat. num.* 2. *& ibi* Alciat. *num.* 5. *de jure jur.* Cæphal. *cautel.* 131. *num.* 1. Campeg. *de dote.* 4. *p. q.* 17. Alex. *cons.* 109. *num.* 8. *lib.* 4. Gomez. *in l.* 53. *Tauri. num.* 6. *versic. si vero emptor.* ubi contra Imolam hanc veram, & æquam dicit. Hering. *de fidejuss. c.* 10. *n.* 116. & vide Addit. ad Gl. 4. *l.* 19. *sup.*

98 Amplia etiam contra fidejussores datos à marito emptorem agere posse, quia efficaciter obligantur evicta re dotali. Gomez. *num.* 60. *vers. si vero maritus.* Gutierr. 1. *p. num.* 94. *&* 103. Hering, *ubi supr.*

99 Amplia 2. contra mulierem de evictione agi posse, quæ rem dotalem vendidit, quando alienatio de consensu mariti, & in casibus à jure permissis facta fuit, de quo vide Addit ad Glos. 5. *l.* 22. *à num.* 14.

In donatione autem Ecclesiæ evictio semper de-
100 betur, quando fundatur, seu constituitur Ecclesia, vel prætendit dotans esse ipsius patronus, quia præsumitur interfuisse stipulationem, seu pollicitationem, cum requiratur consensus Episcopi ad effectum ut sit patronus, ut latè comprobatur in Add. ad Glos. *l... tit.* & ad ipsum imperrandum necesse tenetur promittere, seu polliceri donare. Paul. de Citadin. *de jur. patron.* 3. *p. in* 12. *q. cons. c.* 2. *n.* 45. Lamber. *eodem tractat.* 3. *art.* 5. *q. princip.* 1. *p.* 1. *lib.* *n.* præcipuè *in num.* 12. † si verò dotatio facta sit à 101
non construente, seu fundante, sive prætendente jus patronatus Ecclesiæ, & nulla processerit stipulatio, sive pollicitatio; sed donatio incipiat à traditione, donans non tenetur de evictione. Citad. *num.* 20. Lambert. *n.* 11. Trentac. *var. resolut. lib.* 3. *tit. de donat. res.* 2. *n.* 7.

Si vero scienter rem alienam donaverit Ecclesiæ, 102
idem dicendum venit, quod *sup.* diximus *n...* in muliere, quamvis Citadin. *ubi sup.* velit contra dotantem Ecclesiam dari actionem de dolo, cum dotans non habeat Ecclesiam in potestate; & hoc licet non fundaverit Ecclesiam, sed post fundatam dotaverit, quia dicitur quasi pater; quia dando dotem, ut inquit Lambert. *num.* 15. *&* 16. *ubi sup.* dicitur dare Ecclesiæ bene esse, seu bonum esse: & Citad. opinio debet intelligi, quando tota dos esset aliena, quia tunc non dicitur effectu dotasse, sed potius velle Ecclesiam deridere.

De deterioratione dotis Ecclesiæ an teneatur pa- 103
tronus, vide Cæs. Lambert. *à n.* 7. *ubi supr.* ubi distinguit, aut deterioratio contigit antequam dos per patronum consignaretur, & perit periculo patroni; aut postquam fuit consignata, & tunc aut casu fortuito, & periculum pertinet ad Ecclesiam, aut deterioratio est causata culpa, seu negligentia rectoris Ecclesiæ, & tunc tenetur rector, vide Guzm. *de evict. q.* 30. qui *à n.* 6. an damnum, vel diminutio, quæ contigit in Ecclesia, debeat resarcire patronus, latè agit, & nos suo loco.

Hæredes, si inter se dividant hæreditatem sua 104
voluntare, vel judicis auctoritate, si postea evincatur ab aliquo hærede aliqua res ex his, quæ ei in sua portione fuerit adjudicata, datur ei actio evictionis contra cohæredes proportionibus suis, ut rem evictam satisfaciant. *l. si familia.* 14. *C. famil. ercis.* & *ibi* notat Glos. & communiter DD. *l. si cognitione, C. eodem, l. cum pater, §. evictis, ff. de leg.* 2. *l. si fratres. C. communi. utriusque judi. l. hæres, §. fin. ff. familiæ ercisc. l. si cum venditor. §. fin. ff. de evict. l. penult. tit.* 15. *p.* 6. *& ibi* Greg. Lopez. & Addit. ad Gl. 1. Alciat. *respons.* 138. Roland. *consil.* 51. *num.* 5. ubi de natura divisionis hoc esse dicit, Caballin. *de evict.* §. 4. *n.* 51. *vers. cohæres tenetur,* Gomez. 2. *tom. var. c.* 2. *n.* 33. *vers.* 6. *infertur.* Pereir. *de empt. & vend. c.* 31. *num.* 9. ubi alios refert. Valas. *in prax. partit. & collation. c.* 37. *n.* 1. 2. *&* 3. ubi rationem redit, & late explicat, Gaill. *lib.* 2. *observat. c.* 14. *n.* 6. ubi inter hæredes facta divisione evictionem deberi dicit, & *c.* 139. *num.* 13. Peregr. *de fideicom. art.* 52. *n.* 54. Manent. *decis. Mant.* 13. *n.* 1. Horat. Viscontus *in concl. decisiv. verb. evict. col.* 1. *in fin.* Barz. *decis.* 96. *n.* 41. qui late explicant, an & quando, & ex quibus conjecturis fideicommissum renuntiatum censeatur. Surd. *cons.* 67. *num.* 7. *&* 411. *num.* 26. ubi dicit quòd venit evictio, etiam si non fuerit promissa. Amatis, *decis. Ferrar.* 3. *n.* 2. *&* 3. ubi alios laudat. Ayora. *de partit.* 3. *p. q.* 9. *num.* Morquech. *de divis. bonor. libr.* 1. *c.* 8. *num.* 3. Fachin. *controv. jur. lib.* 6. *c.* 68. *per tot.* hanc materiam per conclusiones declarat & latè explicat. Guzm. *de evict. q.* 33.

Amplia ad quamlibet aliam divisionem factam 105
inter socios, nam si ex portione unius aliqua res fuerit evicta, alter socius de evictione respectu suæ portionis tenetur, ut in divisione, quæ fit inter virum, & uxorem soluto matrimonio de lucris acquisitis. Gomez. *d. c.* 2. *n.* 33. *in fin.* Pereir. *de empt. & vend. c.* 31. *n.* 10. *in fin.* Guzm. *n.* 37.

Intellige quòd cohæredes tenentur de evictio- 106
ne

ne non ad intereſſe, ſed tantum ad pretium, ut notat Gomez. *d. n. 33. in fin.* Caballin. *de evictione. §. 4. in addit. litt. E.* ubi hoc intelligit, quando ex facto, vel defectu juris defuncti res evincitur; aliàs ſi ex facto, vel culpa cohæredis res evincatur, non ſolum ad ſimplum pro parte ſua convenitur, ſed etiam in omne, quod extrinſecus intereſt, & ſic ſunt intelligendæ *l. ſi cum venditor 66. §. diviſione, ff. de evict. l. ſi fratres, C. commun. utr. judic.* vide Garc. *de expenſ. & melior. c. 18. n. 2. 3. 11. verſ. ſed, d. l. 1. & 12. 13. & 14.* ubi latiſſimè, & eleganter explicat. *d. §. diviſione, l. ſi cum venditor.* Guz. *de evict. quæſt. 33. n. 24.*

107 Limita 1. ſi actum ſit inter cohæredes, ut non teneantur de evictione, nam licet in aliis contractibus, in quibus debetur evictio, hoc pacto non obſtante venditor teneatur ad reſtitutionem pretii (ut dicemus *infra* in addit. ad Gloſ. *6. n. 3.*) at in diviſione hæreditatis nec ad pretium tenentur *l. ſi familiæ, C. famil. ercis.* & *ibi*, Gloſ. *verbo pro parte*, quem ſingularem dicit Bart. Paul. & DD. Socin. *regul. 437. verſ. venditor, fallent. 2.* Gomez. *d. c. 2. n. 34.* Caballin. *ubi ſupr. n. 51.* Valaſc. *de partit. c. 37. n. 7.* Queſada, *q. 10. num. 6.* Gaill. *libr. 2. obſerv. 139. n. 15.* Pereir. *d. c. 31. num. 11.* ubi ſublimitat, niſi is, à quo fuit res evicta, ſit in bona fide, cæteri vero in mala. Morquech. *d. c. 3. n. 4.* Ayora, *dict. q. 9. num. 19. & 20.* & vide Addita ad *d. gloſ. 6. n. 15.* Guzm. *n. 9. ubi ſup.*

108 Limita 2. ſi à teſtatore fuerunt bona diviſa inter hæredes, nam tunc non debetur evictio, quia talis diviſio habet vim prælegati. *l. cum pater, §. evictis, ff. de legat. 2. l. 9. tit. 15. p. 6.* vide ibi Addit. ad Gloſ. *2. in prin.* Perngriu. *de fideicomm. art. 52. n. 72.* Gomez. *d. n. 34. verſ. ſecus tamen eſt.* Surd. *conſ. 517. n. 25.* Ayora, *d. 3. p. q. 9. n. 21.* Morquech. *d. lib. 1. c. 8. n. 13.* Pereir. *n. 12.* Queſada, *n. 7. verſ. 15.* & Guzm. *n. 16. ubi ſupr.*

109 Intellige, quòd non poſſunt per viam actionis hoc caſu agere de evictione; ſecus vero retinendo per viam exceptionis, quia tunc poterunt ſe defendere ab aliis hæredibus, ut ex *d. §. evictis.* Gl. & DD. *ibi* tradit Peregrin. & Gomez. *ubi ſupr.* ſed impugnat Cald. Pereir. *in d. c. 31. n. 13.*

110 Sublimita 1. hanc limitationem, niſi de voluntate teſtatoris conſtaret voluiſſe, quòd æqualitas inter hæredes ſervaretur, nam tunc hæres, à quo res fuit evicta, poterit adverſus alios cohæredes de evictione agere, ut *in d. gloſ. 2.* diximus, Pereir. *à num. 13. & num. 16.* Morquech. *num. 15.* Guzm. *n. 20. ubi ſupr.*

111 Sublimita 2. in re per teſtatorem poſſeſſa, ſecus vero ſi non eſſet ab eo poſſeſſa, vide Addit. *in d.* Gloſ. 2. Morquech. *num. 16.* Guzm. *num. 21. ubi ſup.*

112 Sublimita 3. ſi ex evictione rei minueretur filii legitima, nam tunc poterit filius de evictione agere adverſus cohæredes, etſi à teſtatore diviſio facta ſit. Gom. *d. c. 2. num. 33. verſ. quod tamen,* Valaſc. *d. c. 37. n. 5. & 6.* Pereir. *d. c. 31. n. 17.* Morquech. *d. c. 8. n. 14.* Guzm. *n. 19. ubi ſup.* & vide Addit. ad Gloſ. *2. l. 9. tit. 35. par. 6.*

113 Amplia hanc ſublimitationem, etſi in vita pater aliquam rem filio donaverit, quæ venit imputanda in ſua legitima; quia, ſi fuerit evicta, poterit filius de evictione contra fratres, vel cohæredes de evictione agere, *l. ſcimus, C. de inoffic. teſtam.* quam commendant Bald. *col. 1.* Salyc. *col. 2.* & Jaſ. *in 4. notab.* Gomez. *in d. num. 33. verſ. & idem eſt.* Valaſc. *d. c. 37. n. 6.*

Limita 3. quando eadem res, vel fundus malè affectus inter fratres divideretur æqualitate inter eos ſervata; & quilibet æqualem partem habuerit; nam tunc unius parte evicta non erit evictioni locus, quia in eodem periculo ſunt cæteri fratres, & propter mutuum periculum æqualitas inter illos in diviſione fuit ſervata. Ayor. *de partit. 3. p. q. 9. à n. 20.* Morquech. *d. c. 8. n. 12.* Surd. *de aliment. tit. 9. q. 11. n. 24.* Guzm. *d. quæſt. 33. n. 15.* 114

Limita 4. quando evictio ſequeretur ex natura rei, vel ex facto auctoris; ut ſi feudum, vel fideicommiſſum ſit in diviſione hæreditatis, & ad unum ex fratribus, qui ſciebat rei qualitatem, pervenit, & eo mortuo relicta filia hærede, dominus feudi, vel alter frater advocat eam, Gl. *fin. in fin. l. ſi familiæ, C. familiæ ercisc.* Roland. *conſ. 51. à n. 9. vol. 4.* Surd. *67. numer. 53. & 54. & conſ. 311. n. 27.* ubi explicat, & totam vim evictionis conſiſtere dicit in ſcientia ejus, qui rem feudalem recipit. Caballin. *de evictione. §. 5. a. 33.* Marius Muta, *dec. 55. n. 29.* Ant. Monach. *deciſ. Lucenſ. 60. num. 7. & 8.* Amatis. *dec. Ferrar. 3. à n. 3.* Morquech. *d. c. 8. à n. 16.* Surd. *d. q. 11. n. 25.* ubi dividentium data ſcientia qualitatis rei, ſcilicet quòd erat fideicommiſſo ſubjecta, ſequuta evictione Senatum Mantuanum evictioni locum eſſe propter inæqualitatem declaraſſe teſtatur, & alios allegat. Guzm. *n. 10. ubi ſup.* 115

Limita 5. ſi res uni ex filiis hæredibus inſtitutis prælegata evincatur, quoniam tunc evictio non præſtatur à cohærede, *l. cum pater, §. evictis, ff. de leg. 2.* Suarez. *in l. quoniam in prioribus, C. de inoffic. teſtam. in declar. leg. Reg. §. 3. quæro*, ubi limitat, & declarat *d. §. evictis*, Valaſc. *d. c. 37. à n. 10.* ubi latiſſimè interpretatur *d. §. evictis*, & plures de ejus interpretatione refert, de quo vide etiam Caballin. *de evict. §. 4. num. 23.* Morqu. *d. c. 8. n. 17.* Queſada, *q. 10. n. 7. verſ. 14.* Guzm. *n. 22. ubi ſupr. & l. 9. tit. 15. p. 6. & ibi.* Gloſ. 2. & vide Addit. ibi, ubi latè de materia diviſionis, & plures quæſtiones pertinentes ad materiam referuntur. 116

Legatarius, cui in genere per teſtatorem unus ſervus, vel unus equus relictus fuit, vel alia res in genere mobilis, vel immobilis, de evictione contra hæredes agere poteſt, ſi ſervus, vel equus ei datus poſtea fuerit evictus, *l. hæres ſervum, ff. de evict. l. ſi à ſubſtituto, §. 1. & l. ſi hæres generaliter ff. de legat. 1. l. qui concubinam, §. ſi hæres ff. de leg. 3.* Gom. *2. tom. var. c. 2. n. 36. verſ. ſecus vero ſi in genere.* Valaſc. *de partit. c. 37. num. 8.* Caballin. *d. §. 4. n. 9.* ubi dicit, quòd magis debetur evictio ex qualitate obligationis, quàm titulo legati, & latiſſimè explicat. Ayor. *de partit. 3. p. q. 9. n. 22.* Guzm. *de evict. q. 27. n. 3. & 4.* Et quando res aliena à ſciente legatur, legatario adverſus hæredem actio evictionis datur, *l. cum alienam, C. de legat.* Gomez. *n. 36. verſ. ſi vero erat*, ibi, *aut ſcit*, Caballin. *d. §. 4. num. 20.* Valaſc. *d. c. 37. n. 9.* Azeved. *in l. 3. tit. 6. lib. 5. recomp. num. 7.* Ayor. *d. n. 22. verſ. pero ſi la*, & Gloſ. *7. l. 10. tit. 9. p. 6.* vide ibi, Add. 117 117 119

Amplia, etſi ignoranter rem alienam teſtator legaverit, credens eſſe ſuam, ſi perſonæ conjunctæ legatum relictum fuit; ſecus ſi extraneo *d. l. 10. & gl. 7. p. 6.* ibique Add. ubi traditur, quæ dicatur perſona conjuncta, & intra quem gradum. Gomez. Valaſc. & Guzm. *n. 22.* Caballin. *num. 22.* & Ayor. *n. 23. ubi ſup.* Morq. *d. lib. 1. c. 8. num. 16. & 20.* † 120

Caſus, in quibus in legatis evictioni non eſt ex locus, vide in Add. Gloſ. *5. l. 37. hoc tit.* in evictionis materia, quæ differentiæ ſunt inter legatarium, & emptorem vide per DD. *in l. ſi domus, §. de evictione* 121 122

ff. de

ff. de leg. 1. Caballin. *d. §. 4. à n. 34. & 24. & à n. 9.* Guzm. *à n. 37. ubi sup.*

123 Contra locatorem conductori actio datur ad interesse, non quia evicta sit res, quam ipse possidebat, sed quia uti, & frui ad tempus conductionis non licuit. Gomez. *2. tom. var. c. 3. num. 1.* Caballin. *de evict. §. 4. in fin.* & in Addit. *n. 1. & 2. litt. V.* Cancer. *lib. 3. var. resolut. c. 13. num. 63.* Carroc. *de locat. & cond. p. 4. q. 17. & tit. 80. §. de evict. num. 4.*

124 Maresc. *lib. 1. var. resolut. c. 88. num. 1.* † Et ante rei traditionem liberabitur locator præstando interesse, vel rem aliam æquè commodam, ut notat

125 Carroc. *in d. tit. de evict. num. 26.* Et *num. 27.* † ait posse agere conductorem de evictione denuntiatione non facta; quia agit ex veteri actione ex

126 conducto. † Et *num. 28.* ait, si evictio eveniat in ultimis annis, defectus juris si ratione evincatur, deberi evictionem in totum, si defectus oriatur post locationem, pro rata tantum, de quo vide, *l. 21. tit. 8. infr. hac p.* præcipuè in Glos. 1. & Guzm. *de evict. q. 24.*

127 Emphiteuta contra dominum directum, qui alienam rem in emphyteusim concessit, de evictione agere potest. *c. 1.* (ubi notant omnes) *de investitur. de re alien. fact.* Caballin, *ubi sup. n. 55.* Valasc. *de jure emphyt. q. 38. num. 32.* ubi ampliat, etsi gratis res in emphyteusim daretur. Surd. *cons. 359. num. 25.* ubi dicit, quòd evictio datur in emphyteusim, sicut in rebus venditis, & *in decis. 290.* adduc

128 it fundamenta contrariæ opinionis, & *à n. 10.* hanc latè fundat, & evictionem deberi, etsi pro modica pensione fuerit res data, Senatum Mantuanum declarasse testatur, Valasc. *de empt. & vend. c. 31. n. 24. & num. 46. & à num. 3.* an quando datur pro modica pensione, debeatur evictio, latè agit, & *in n. 10.* deberi tradit.

129 Dominus in hoc casu non tenetur ad duplum, sed sufficit quòd rem æqualis valoris tradat, vel tantam pecuniam, quæ sufficiat ad emptionem æquivalentis rei evictæ, Boër. *decis. 19. n. 3.* Surd. *d. decis. 290. n. 17.* Guzm. *ubi sup.*

130 Feudo evicto contra dominum feudatarius de evictione agere potest, *c. 1. de investi. de re alien. fact.* ubi Isern. Alvarad. & Præposit. *col. 1.* Jas. *in usibus feudor. num. 40.* Paris. de Puteo. *de re integra feudi. c. 238. & 280.* Curt. Jun. *de feud. 2. p. q. princip. 2. col... vers. quarto limita.* ubi expressè id tenet. Zasius *de feud. p. 6. col. 7. vers. si porro dominus.* Boer. *d. decis. 19. num. 3.* Alvar. *in c. 1. in 2. notab. si vassall. de feud. ab aliq. interpellat. fuer.* Roland. *cons. 50. num. 26.* ubi alios allegat. Mont. à Cuev. *decis. 13. num. 9.* ubi in terminis hoc tradit. Trentac. *var. lib. 3. tit. de donat. resolut. 2. n. 10.* Caballin. *de evict. in addit. litt. H.* † ubi dicit, quòd si feudum in totum, vel in parte evincatur, & à principio infeudatio fuit facta gratis, & liberaliter, prout est natura feudi, tunc non est locus evictioni, sicut nec in donatione (ut diximus, *infr.*) Sed quod solum vassallus pro futuro tempore relevatur ab oneribus feudalibus pro rata respectu rerum evictarum. Aut verò apparet quòd infeudatio est facta mediante pretio, vel æquivalente compensatione, & tunc locus est evictioni, quòd intellige ut Surd. *decis. 296. num. 21. & 22.* quando per modum gratiæ fuit facta concessio, & non per contractum; & alios allegat, & latè explicat, & sic est accipienda decisio Senatus Neapolis, quam refert

132 Joan. Bap. Thor. *in compend. decis. vers. evictio. 1.* † ubi dicit Senatum declarasse, quòd si servitia pro feudo debita sunt æqualia feudo, evictio debetur, *c. 1. §. fin. in quibus caus. feud. amittat.* Capic. *in suæ invest. feud. tit. feud. clauf. §. feudor. evictiones,* Surd. *decis. 290. num. 16. 19. & 20.* Alvarad. *col. 2. vers. oppono investit. de re alien. fact. ubi supr.* & vide Thesaur. *lib. 2. q. 23.* & Fachin. *lib. 7. c. 14. per tot.* Cæsar. Manent. *decis. Mantuan. 14.* Guzm. *de evict. q. 32. num. 33.* qui de hac evictionis feudorum materia latè agunt. † Quando autem alienatur à feu- 133
datario inconsulto domino, concludunt, si emptor sciat esse rem feudalem, non esse locum evictioni, licet promissa sit evictio; secus vero si ignorasset. Cæsar. Manent. *num. 40. & 41. ubi supr.* Castr. *in l. familiæ, n. 4. ff. famil. ercisc.* Curt. Jun. *de feud. p. 4. q. 48.* aliæ plures limitationes, & declarationes vides per relatos DD. & in Addit. ad *tit. 26. p. 4.*

Dominus cum de evictione tenetur, rem æqua- 134
lis valoris præstare debet, vel pecuniam sufficientem ad emptionem alterius rei æquivalentis, ut diximus *supr.* in emphyteusi à *n.*..

De evictione pignoris vide Addit. ad Gl. *1. l. 50.* 135
tit. 13. infr.

De cessione vide *supr. numer. 57. & 60. usque* 136
ad 95.

In transactione an debeatur evictio, vide tradita 137
infr. in Gl. *5. l. 37. n. 17.*

ARTIC. VI.

Ex quibus causis de evictione agi possit.

CAusa legitima, ut de evictione emptor agere pos- 138
sit, est, si res empta ab eo fuerit evicta, quia erat aliena, & non venditoris, *l. ff. de evict. l. ex empto 11. §. causis, vers. denique, ff. de action. emp.* Caballin. *de eviction. in add. ad proem. litt. C. n. 5.* ubi tradit tria, quæ requiruntur ut de evictione agi possit, de quo *infr. n. 170.*

Amplia, etsi res vendita evincatur, non ex eo quòd 139
erat aliena, sed quia erat Ecclesiæ, minoris, vel subjecta restitutioni, vel si venditio fuit rescissa, seu annullata ex eo, quòd in precibus Papæ, Regi, aut Judici porrectis falsa causa fuit allegata pro obtinenda facultate ad alienationem faciendam. Rota Rom. apud Seraphin. *decis. 1114.* ubi ex eo quod census annullatus fuit, datur evictionis actio, & apud Card. Plato. *in una placentina evictionis, 5. Aprilis, 1589.* & apud Cardin. Blanquetum, *in una Burgi sancti Sepulchri bonorum, 12. Maii, 1596.* quas sequitur Maresc. *lib. 2. var. c. 79. n. 5.*

Amplia 2. etsi pars rei venditæ evincatur, & non 140
tota; nam evictio partis sufficiens est, ut etiam pro parte actio exerceri possit, *l. 1.* & *ibi* Glos. *1. & DD. ff. de evict.* Glos. *2. l. 34.* & *ibi* Addit. Gomez. *2. tom. var. c. 1. num. 45.* Surd. *cons. 36. n. 26. 359. n. 30. & decis. 258. n. 10. & 295. n. 16.* Molin. *disp. 380. vers. si pars duntaxat,* & ex *infra* dicendis latè comprobabitur.

Sed circa hanc resolutionem duæ se offerunt quæstiones. Prima, utrum parte rei venditæ evicta non solum ex empto agi possit, sed etiam ex stipulatu ad duplum. Secunda, utrum emptor parte rei evicta pro tota re de evictione agere possit, & ab emptione discedere, ac si tota res esset evicta; vel si plures fuerunt res venditæ, & una evincatur, pro omnibus de evictione experiri possit. † In pri- 141
ma quæstione partem negativam probat. *l. si dictum, 56. §. in stipulatione. ff. de evict.* ubi DD. docent, actionem ex empto ad æstimationem, & interesse competere, & sic concludit Afflict. *in c. 1. quibus mod. feudum amittatur.* † In contrarium, 142

imo

imò quòd ex stipulatu de evictione agi possit parte rei venditæ evicta, est *l. 1. ff. de evict.* ibi *sive tota res evincatur, sive pars, habet regressum emptor,* & *ibi* Glos. 1. & Bar. *n. 1. l. bonitatis, 13. ff. eod.* & faciunt tradita *sup. n. 2.* & dicanda *infr.* & hanc opinionem latè fundat Pereir. *de empt. & vend. c. 31. à n. 49.* ubi contrariis satisfacit, ad quem te remitto, quia hæc quæstio hodie nullius est utilitatis, ut dicemus *infr. in addit* Glos. 8.

143 In secunda quæstione, videlicet utrum emptor parte rei evicta pro tota re de evictione agere possit, vel si plures fuerunt res venditæ unico pretio, & una evincatur, pro omnibus evictio detur? Variæ sunt DD. opiniones, & ipsi Jurisconsulti discordes esse videntur. Et primò pro opinione negativa faciunt *l. 1. & l. si dictum, §. in stipulatione, ff. de evict. & l. fin.* & ibi Bal. *de commun. rer. alie-*

144 *nation.* Secundò facit emptor, si tota res vendita, vel omnes, si sint plures, non tradantur, ad resolutionem contractus agere non potest, sed ad implementum, & si res tradi non possint ob defectum facultatis, solvendo interesse venditor liberatur, *l. ædiles, §. si plura, de ædil. edict.* Glos. *in §. pretium instit. de emp. & vend.* Rebuf. *in l. unica, C. de senten. quæ pro eo, quod* Gabri. *conf. 49. num. 15. & 16. lib. 2.* Gomez. *2. tom. var. c. 10. n. 22. vers. septimus casus,* ubi ex antiquioribus plures adducit, qui hanc communem dicunt. Barz *decis. 62. n. 23.* ubi ex empto agere posse, ut res tradatur, & ea non tradita ad interesse, vide Add. *ad* Glos. *4. l. 7. sup.* si enim à principio ante alicujus rei traditionem venditor solvendo interesse liberatur, & emptor ab emptione non potest discedere, ergo nec post traditionem rei, si pars ejus evincatur, quia nulla est differentia, quòd à principio tota res vendita non tradatur, vel quòd ex post facto aliqua ejus pars evincatur: nam una, & eadem actio competit, vel docent Paul. *in l. ex empto 11. n. 6. ff. de action. emp.* Bar. *in l. scire debemus 29. n. 2. vers. possumus dicere. ff. de verbor. obligat.* ubi dicit, quòd ex parte ejus, qui duo promisit, duæ sunt obligationes, & Cumanus, *ibi*, Barz *d. decis. Bonon. 62. num. 22.* Guzm. *de evict. quæst. 23. num. 19.*

145 Tertiò facit, quod à venditione unius tantum rei, ex eo quòd pro parte tradi non possit, à principio resilire non licet, *l. domum 57. l. sed si communis 18. in princ. ff. de contrab. emptione, l. ex mille, §. cæterum ff. de evict.* ergo nec ex post facto aliqua ejus pars evincatur.

146 Quartò facit, unica venditio est, si plures res unico pretio venditæ fuerint, *l. & si uno pretio 34. ff. de actio. empt. l. si duos servos, 47. ff. de evictionib. l. si duos quis servos. 44. ff. de contr. empt. l. cum ejusdem 34. ff. de ædilit. edicto,* & ibi Odofred. & Fulgos. *in fin. l. prædiis. §. Titio, & §. balneas, & fin. ff. deleg. 3.* Gabr. *n. 10. ubi sup.* Matienz. *in l. 7. tit. 11. lib. 5. recompil. gl. 7. n. 23.* Barz. *decis. 62. n. 20.*

147 Sed si una ex eis tantum evincatur, solum pro re evicta emptor de evictione agere potest, & non ad resolutionem totius contractus, *l. cum plures 72. ff. de evictionib.* ibi: *Cum plures fundi specialiter nominatim uno instrumento emptionis interposito venierint, non utique alter alterius fundus pars esse videtur, sed multi fundi una emptione continentur. Et quemadmodum si quis complura mancipia uno instrumento emptionis interposito vendiderit, evictionis actio in singula capita mancipiorum spectatur: & sicut aliarum quoque rerum complurium una emptio facta sit, instrumentum quidem emptionis interpositum unum est: evictionum autem tot actiones sunt, quot & species rerum sunt, quæ emptione comprehensæ sunt, ita & proposito non utique prohibebitur emptor, evicto ex iis uno fundo, venditorem convenire, quòd una cautione emptionis complures fundos mercatus comprehenderit, l. si duos servos 47. ff. eodem,* ibi: *Si duos servos quinis à te emam, & eorum alter evincatur: nihil dubii fore, quin rectè eo nomine ex empto acturus sim: quamvis alter decem dignus sit, nec referre separatim singulos, an simul utrumque emerim, & l. sed siquid 15. §. si usufructus, ff. eod.* ubi Paul. Jurisconsul. pro 148 usufructu evictionem dari docet, & idem probat Julian. *in l. variæ 43. &* Gajus, *in l. si ab emptione, 48. ff. eod.* Sed usufructus pars rei est, ut *in l. 4. ff. de usufruct. & in l. qui usumfructum, ff. de verbor. obligat. & in l. si ita stipulatus fuero, si Titius, §. 1. ff. eod. & in l. si aliis, ff. de usu & usufruct. leg. & in l. prætoris officium, §. fin. ff. de damno infecto, & in l. fin. C. de long. tempor. præscripti.* Caballin. *de evict. §. 5. num. 74.* Gomez. *2. tom. var. c. 2. num. 45.* Pereir. *de emption. & vendit. c. 31. n. 55.* Molin. *disput. 38. n. 4.* Guzm. *de evict. c. 45. num. 18.* ergo pro parte tantum rei evictæ emptor agere potest.

Quintò facit *l. cum ejusdem 34. ff. de ædilit. edi-* 149 *cto,* ubi Jur. Consul. inquit, quòd si ejusdem generis plura animalia unico pretio vendantur, propter vitium unius alia redhiberi non possunt, nisi non vitiosum esset accessorium alterius vitiosi, vel nisi unum esset tale, quòd commodè ab alio separari non posset; vel nisi emptor unum sine altero empturus non esset; ergo una re evicta regulariter de evictione emptor agere non potest pro omnibus, & faciunt *l. bonitati. 13. cum 2. seqq. l. qui fundum 45. l. ex mille 64. l. qui libertatis 69. §. fin. l. nave 36. ff. de evict.*

Et hanc opinionem, scilicet non dari actionem 150 de evictione pro tota re, sed pro parte prædii evicti, & quod pro ea tantum parte fit facienda restitutio pretii, sequuntur Gl. Bar. & Alex. *in d. l. 1. ff. de evictione.* Bald. *in l. ult. C. commun. rerum. alien.* Aretin. *conf. 129. vers. aliquando plures vendunt, n. 1.* Homod. *conf. 53.* Cæpol. *in l. cum ejusdem generis 34. ff. de ædilitio edic. num. 10. circa fin.* Caballin. *de evictio. in addit. ad §. 5. lit. L. post. prin. vers. Aret.* Gabr. *conf. 49. per tot.* præsertim, *n. 15. & 16. & conf. 50.* ubi hanc opinionem veriori, & crebriori calculo receptam, & omninò tenendam docet. Surd. *conf. 359. num. 30. & decis. 295. num. 5. &* 19. ubi inquit, quòd in casibus, quibus imminet evictio, non potest retineri pretium, nisi pro parte rei, super qua molestia fuit mota, de quo vide *infra.* Tusch. *litt. E. conclus. 363.* Barz. *decis. 62 à n. 21.* ubi hanc veriorem esse inquit & argumentis, & authoritatibus pro contraria opinione adductis satisfacit. Gratian. *discept. c. 787. n. 8. & 9.* & idem sentit Mascar. *de probation. conclu. 615. n. 17.* ubi dicit, quòd si pars rei venditæ, vel fundi evincatur, necesse est probare per emptorem bonitatem illius partis, pretium, & conditionem, & omnes qualitates, ut complectatur quantum sit ei restituendum. Si enim fundus venditus fuit pro mille, & quarta pars illius evincatur, quæ pro sui bonitate valeret medietatem istorum mille, evictionis actio datur pro dimidia istorum mille, non pro quarta parte, quia non attenditur mensura, sed bonitas fundi, *l. si in qualitate, 23. l. si. fundo vendito. 36. l. si duorum fundorum, 43. D. de action. empt.* Castr. *in l. si ex falsis, 42. n. 11. in fin. ibi* Salic. & Rimin. *C. de transaction.* Boër. *decis 46. n. 8.* Grat.

num. 11. ubi *sup.* ubi alios allegat. & vide Pereir. *de emptio. & vendit. c.* 31. *à n.* 58. Gomez. 2. *tom. var. cap.* 35. *in fin.*

151 Contrarium, imò quòd evicta parte rei, vel re una ex pluribus rebus emptori pro tota re, vel pro omnibus rebus emptis contra venditorem detur evictionis actio, probatur primò ex *l. tutor.* 49. §.

152 *curator ff. de minoribus,* ubi Jur. Consul. docet, venditionem fundi curatori, & pupillo communis, quatenus ad pupillum pertinet, rescindi, nisi emptor à

153 toto contractu discedi velit. Tiraq. *de retr. lignag.* §. 22. *num.* 7. ubi aliis exornat. Secundò ex *l. si quis alienam, ff. de solution.* ubi si res data in solutum fuerit, pro parte evicta, aut ex fundis alter evictus sit, manet integra obligatio, quia creditor eas res non accepisset, nisi pro solido ejus fuerint. Tiraq. *d. tract.* §. 23. *glos.* 1. *num.* 5. & vide eum, *num.* 25. *&* 26. Matien. *in l.* 7. *tit.* 11. *glos.* 7. *num.* 21. *&* 22. *lib.* 5.

154 Tertiò, *l. si duos* 44. *ff. de contrah. empt.* ubi si quis duos servos emerit pariter, quorum alter ante traditionem mortuus est, neque in altero constat

155 emptio. † Quartò facit, *l. fundus* 64. *ff. eodem* ubi totum fundum ad emptorem pertinere Juris Consul. dixit, ne venditor gravaretur, nisi totum venderet, & totum pretium haberet, ut ibi Gl. interpretatur. Quòd gravamen emptor sentiret, si pro par-

156 re tantum de evictione agere posset. † Quintò, *l. quæro* 44. *ff. de action empti.* ubi Modestinus inquit, quòd si vendo tibi quidquid intrà hos duos confines teneo, & sciens aliquam certam partem me non possidere, non te certiorem, teneor quasi deceperim: & reddit rationem, ne alioquin emptor capiatur, qui fortasse, si hoc cognovisset, vel empturus non esset, vel minoris empturus esset.

157 Sextò facit, *l. Labeo fin. §. idem ait ff. de ædilit. edict.* ubi si plura mancipia uno pretio fuerunt vendita, & unum eorum fuerit morbosum, omnia redhibentur, nec cogitur emptor non morbosum reti-

158 nere pro rata pretii, vide, *infr. num.* 154. † Septimò facit, nam res in suo toto plus valet, quàm pars in sua parte, *l. si quis alienam, ff. de solutionibus, l. Mævius, §. fin. ff. famil. ercisc. l. Mævius §. in fundo de leg.* 2. Glos. *ver. partis, in l.* 1. *C. de commun. rer. alien.* & ibi Bal. *in* 4. *notab.* Salyc. *in* 5. *notab.* Bart. *in l. uxorem, §. agri plagam in fin. ff. de leg.* 3. Caballin. *de evictio. §.* 3. *in Addit. litt. S.* Tiraq. *de retract. lign. §.* 23. *gl.* 1. *n.* 17. Matienz. *in l.* 7. *tit.* 11. *glos.* 7. *n.* 24. *lib.* 5. *recompil.* & res non affert tantam utilitatem in parte, quantam in toto respectu totius. Bar. *in l. qui usufruct. n.* 4. *ff. de usufruct. leg.* Ca-

159 ballin. *ubi sup.* & Giurba, *decis.* 52. *n.* 7. Undè, si de evictione pro parte tantum evicta daretur actio, emptor in damnum versaretur, & rem minus utilem, & fructiferam præter ejus intentionem cogeretur habere, quod non est perpetiendum. De quo vide infra, *num.* 156. alia in confirmationem hujus opinionis, & vide apud Tiraq. *in glos.* 1. *per tot.*

160 Et eam sequuntur Romanus, *cons.* 196. Tusch. *litt. V. conclus.* 61. *num.* 7. *&* 8. Ruin. *cons.* 141. *n.* 4. *in fin. & n.* 5. *in fin. vol.* 1. ubi dicit, quòd si res vendita sit pro parte aliena, & ita non tradatur, nisi pro parte, poterit emptor discedere ab emptione, & interesse totius rei consequi. Beroi. *cons.* 158. *num.* 39. *vol.* 1. ubi concludit, quòd si venditor non possit totam rem venditam tradere liberam, quia sit pro parte aliena, locus erit rescissioni contractus. Curt. *cons.* 74. *num.* 1. Joan. Imol. *cons.* 39. ubi dicit conductorem plurium rerum discedere posse à conductione, si una frui non posset. Surd. *decis.* 295. *num.* 16. *& cons.* 13. *à num.* 16. ubi latissimè, & vide Tiraq. *d. Glos.* 1. *à num.* 2. ubi multa exempla tradit. Thesaur. *in addit. ad decis.* 102. ubi pro hac opinione Senatum Pedem. judicasse inquit, & in regali Cancellar. Granatens. sic judicatum vidi contra horreum publicum Civitatis Biacensis, anno 1626.

Qua opinione retenta, quæ verior, & magis recepta est, non obstant in contrarium adducta. Non primum *ex l. si dictum, §. in stipulatione, ff. de evict.* quia speciale est in homine, ut docent Gl. *vers. pars, & DD. in l.* 1. *ff. de evictio.* † Nec obstat, 161
l. fin. C. de commun. rer. alien. Nec tradita in secundo fundamento, quia illa intelligenda sunt, si venditor vult de evictione pro parte evicta agere, & hanc actionem eligere, sed non negatur, quin possit à contractu discedere ob defectum implementi ex parte venditoris, ut latè comprobat Surd. *d. cons.* 13. *n.* 19. etsi ejus doctrina Barz. *in decis.* 62. *n.* 31. non placeat; nam aliàs emptor incideret invitus in communionem, ut dicemus *infra*, & vide Add. *ad Gl.* 1. *l.* 28. *sup.* † Nec obstat, *l. domus,* 57. *ff. de* 162
contrah. empt. quia ibi venditor domum vendidit, quæ licet pro parte combusta sit, non desinit esse domus, super qua cadat emptio, & venditio; unde ex parte sua non defuit contractus, de cujus substantia est, quòd tempore venditionis res sit. Qui non resolvitur, etsi statim facta venditione res pereat, ut diximus, *sup. in addit. ad Gl.* 1. *l.* 11. De ratione *d. l. domus,* vide *in addit. Gl.* 3. *l.* 14. *sup. hoc tit.* Sed aliud est in evictione, ad quam de natura venditionis semper venditor tenetur, † Nec obstat, 163
l. sed si communis 18. *ff. de contrah.* ubi Pomponius docet, rei communis venditionem pro parte, quæ est venditoris, valere, & pro alia parte non valere, quia intelligendus est efficaciter, nam respectu ipsius venditoris, & ut teneatur de evictione rei alienæ, venditio totius rei valet, de quo vide *l.* 9. *sup.* † Nec *l. ex mille, §. cæterum, ff. de evict.* quia *ibi* 164
agitur de æstimatione partis evictæ, eum emptor elegit hanc viam, & non rescissionem contractus, † Nec, *l. cum plures, eod. tit.* nam *ibi* non extat 165
dubium de facultate emptoris circa rescissionem emptionis; sed utrùm emptor, qui plures res simul uno pretio emit, & cui una tantùm cautio de evictione pro omnibus à venditore fuit data, una ex rebus emptis evicta aliis retentis, de evictione pro re evicta agere posset. Cui dubio Callistratus respondit, quòd non prohibetur emptor de evictione agere. Et in eadem facti specie idem respondit Africanus, *in d. l. duos, ff. eodem,* addens nihil dubii fore, quin rectè ex empto de evictione agere possit emptor, quamvis servus, vel res, quæ non fuit evicta, tanto pretio digna sit, quanto omnes res simul emptæ. † Dubium faciebat, quòd 166
venditio non potest pro parte approbari, & pro parte reprobari, *l. quod si uno,* 13. *ff. de in diem addict. l. Casus, ff. de manum.* sed aut totam debet emptor agnoscere, aut à tota recedere, *l. cum quæritur, ff. de administr. tutorum, l. nam absurdum, ff. de bonis liber. l. si ità stipulatio, in fin. ff. de oper. liber.* Tiraq. *de retract. convent. ad fin. tit.* 1. *n.* 4. *cum* 5. *seqq.* ubi latissimè prosequitur, *& multis juribus, & auctoritatibus,* comprobat, in omni materia deberi totum approbari, vel totum reprobari, nec circà eundem actum divisionem admitti, & de *retract. lignag. §.* 23. *glos.* 1. *num.* 19. Petr. Surd. *consil.* 104. *num.* 3. Quæ maximè procedunt

in

in contractu venditionis, quia est individuus tam respectu obligationis rem tradi, quam etiam solutionis, *l. stipulationes non dividuntur*, ubi Bart. *ff. de verborum obligationibus*. Boër. *decis.* 251. *n.* 1. ubi multa tradit. Gom. 2. *tom. var. c.* 10. *de individuis*, *n.* 12. *vers. casus*. Surd. *ubi supr. n.* 5. *& cons.* 13. *n.* 19. *&* 20. Alex. Raud. *decis.* 72. *n.* 80. *&* 81. Giurb. *decis.* 52. *n.* 7. Gratian. *discept. cap.* 752. *n.* 61. ubi dicit, actum individuum esse, quando plures res unico pretio venduntur, Sed his non obstantibus emptorem de evictione pro parte evicta agere posse responderunt, & est ratio, quia emptio respectu venditoris in totum tenet, etsi pars rei venditæ sit aliena, pro qua tenetur ad interesse, ut diximus *supra in additio. ad Glos. l. l.* 19. & emptor non agit de reprobatione contractus pro parte,
167 sed de ejus implemento. † Et non solum hi textus non obstant, sed faciunt pro opinione, quam defendimus, si enim emptor non haberet facultatem recedendi à contractu, sed tantum agendi de evictione pro parte evicta, non esset congrua responsio Jurisconsult. *in dict. leg. si plures*, ubi dicis, quòd non prohibetur emptor, de evictione agere, quando una ex rebus emptis evincitur, significans hanc actionem non esse ita radicatam apud emptorem, quin de ea dubitari posset, & de ea etiam fuit suscitata quæstio *in dict. l. si duos*, & faciunt tradita per Dec. *cons.* 483. *num.* 15. ubi dicit, quòd competit etiam actio evictionis, quando res pro parte evincitur.

Sed in hac difficili quæstione dicendum est, multos esse casus, in quibus omnes conveniunt, quòd emptori datur actio evictionis pro tota re vendita, & pro omnibus rebus venditis, quando pars rei, vel una ex rebus venditis fuit evicta: & in quibus denegatur pro tota re, seu pro omnibus rebus, quando una res evincitur, seu redhibetur ex quibus, quid sit tenendum, in præsenti quæstione depromes.

168 Primus est, quando constat Emptorem partem rei non empturum, nec venditorem partem venditurum, nam tunc pro rata datur evictio, & redhibetur, *d. l. ejusdem*, 34. *ff. de ædil. edict. l. tutor* 49. *§. curator, de minorib. l. quod autem*, 11. *§. fin. l. quæro.* 39. *de act. empt. l. etsi dispares*, 12. *l. quod si uno pretio.* 43. ubi Glos. *de in diem adject. l. si quis alienam*, ubi Bart. *de solut.* Tiraquel. *de retract. lign.* §. 23. *glos.* 1. *n.* 2. *&* 3. Surd. *cons.* 104. *num.* 6. *&* con-
169 *sil.* 359. *n.* 30. *& decis.* 295. *n.* 16. Tusch. *lit. V. † concluf.* 61. ubi alios adducit, & qui in hoc se fundat, debet illud probare, nisi in casibus, in quibus à lege præsumitur emptorem partem non empturum: ut si plures res ejusdem generis, & officii unico pretio sint venditæ; pro omnibus de evictione agitur, vel omnium fit redhibitio, ut *in d. l. cum ejusdem*, 34. & *ibi* Glos. *verb. omnes*. & Cæpol. *n.* 1. 10. *&* 12. *l. ædiles*, 38. *§. fin. ff. eod.* Cæsar Barz. *decis.* 62. *n.* 26. Pereir de Castr. *decis. Lusitan.* 74. *n.* 29. Gom.
170 2. *tom. var. c.* 2. *n.* 49. *vers. dubium autem.* † Amplia, etsi pretium esset unicum, & confusè constitutum, sive in singulis rebus particulariter, quando ejusdem generis, & officii sunt, & una res non potest esse commode sine altera, ex *dict. l. cum ejusdem*, & Glos. *ibi*, Cæpol. *d. n.* 10. *vers. concluf. est ergo.* Barz.
171 Tiraq. *n.* 23. *ubi sup.* † si vero possit esse, tunc parte evicta venditor non cogitur in totum resolvere contractum, *l.* 1. *ff. de evict.* ubi parte fundi evicta venditorem pro parte teneri traditur. Aretin. *consil.* 129. Caballin. *de evict. in Addit. litt. E. vers. evincitur pars*, & relati pro prima: & ratio, quare solum pro parte detur actio evictionis, est, quia venditor traditione liberatus fuit, & tantum suscitatur actio pro parte, qua res evincitur: & notissimè Guzm. *de eviction. quæst.* 45. *num.* 4. & hoc procedit, quando verisimile sit, emptorem rem pro parte esse empturum, ut diximus, & emptori in hoc casu incumbit onus probandi, & ut tradit *d.* Glos. ex affinitate rerum, vel personarum probatur emptorem non empturum, & ex his, quæ dicentur *in n. seq.* Et ex dicta ratione colliges, si à principio res libera non tradatur, seu pro parte non tradatur, posse emptorem à contractu discedere, quia sat constat de ejus mente, scilicet noluisse pro parte emere, si in limite contractus ab ea discedat; & quia obligatio rem tradi, ut diximus, in emptione est individua, & ita venditor non fuit liberatus, & implemento non sequuto contractus nominatus ope exemptionis resolvitur. Fabien. de Mont. *de empt. & vendit. q.* 8. *n.* 3. Cost. *cons.* 52. *num.* 6. Menoch. *cons.* 1178. *num.* 11. Roland. *cons.* 60. *num.* 8. *& cons.* 53. *num.* 23. *lib.* 1. Alex. *cons.* 28. *num.* 2. *lib.* 2. Surd. *cons.* 13. *n.* 23. *&* 25. *& cons.* 52. *num.* 36. Grat. *discep. c.* 355. *n.* 16. & relati DD. pro secunda opinione, & comprobatur ex rationibus pro ea adductis, & eis quæ objici possunt in contrarium satisfit, & vide Addit. *infra* Gl. *l.* 63.

Secundus casus est, quando res venditæ sunt 172
ejusmodi, ut dura separatio inducenda sit, nam si una tantum ex rebus venditis evincatur, aut redhibeatur, omnes evinci, seu redhiberi possunt, *d. l. ædiles*, 38. *in fine cum* 3. *seq. & l. plerumque ff. eod.* Gomez. *vers. dubium tamen est.* Tiraquel. *à n.* 20. *&* 23. *ubi supr.* Azeved. *in l.* 10. *tit.* 11. *lib.* 5. *recop. à n.* 2. Matienz. *in l.* 7. *tit.* 11. *glos.* 7. *à n.* 20. Barz. *d. decis.* 62. *n.* 28. † Et in his casibus, si emptor solum 173
pro parte evicta vellet de evictione agere, vel rem vitiosam redhibere, invito venditore non est audiendus, *d. l. cum ejusdem*, Glos. *in l. si plura, verb. ædilitia, & in l. Labeo, §.* 1. *verb. de omnibus.* Cæpol. *in d. l. cum ejusdem. num.* 12. † Tertius sic, quan- 174
do emptio pro parte tantum sustineretur; nam emptor in communionem incidere cogeretur, quia res vendita fortè cum alio communis erat: nam tunc evicta dimidia parte rei, seu quarta parte pro indiviso, potest ad rescissionem contractus agere, ut *in d. l. quæ si uno, ff. de in diem additione, d. l. tutor. §. fin. ff. de minor.* ad quam nemo invitus compellitur, *l. si non sortem, §. si centum ff. si cert. petat. l. cum duobus, ff. idem respondit, ff. pro socio.* Thesaur. *decis.* 142. Gutierr. *de juram, conf.* 1. *p. c.* 58. *num.* 5. Mantic. *de tacit. convent. lib.* 4. *tit.* 32. *n.* 29. Giurb. *decis.* 52. *num.* 6. & alia plura tradit Tiraquel. *de retract. lignag. §.* 23. *glos.* 1. *n.* 9. *&* 17 † Nec huic 175
resolutioni obstat. *text. in l.* 1. *vers. sed cum pars evincitur, ff. de evict.* quia ex ea non probatur, posse emptorem ad rescissionem contractus agere, si id elegerit; si vero elegerit de evictione agere, pro medietate, seu quarta parte, agitur de evictione non considerata bonitate unius partis, vel alterius; sed pro indiviso totus fundus debet æstimari, & exinde devenire ad valorem partis evictæ. *l.* 1. *ff. de evict.* & Glos. Bald. Bart. Salycet. & communiter DD. *ibi* Peralt. *in l. Mevius, §. duorum de legat.* 2. Caballin. *in add. ad §.* 5. *litt. C.* Cæsar. Manen.
decis. 19. *n.* 92. † Quando plures res simul vendun- 176
tur, ex quibus cognoscitur, quòd una res sit alterius accessoria; vel si omnes sint principales, dic quòd si venditio fiat alicujus domus, vel fundi cum fundo, vel domo vicina, domus, & fundus vicinus dicitur accessorius ex illa dictione, *cum*:

si vero dicatur talis fundus, & talis fundus, vel talis domus, utraque est principalis ex dictione, & quæ ponitur inter diversa, dictiones enim, &, *cum*, quando in contractu apponuntur, differuntur; quia & conjungit principaliter, *cum* accessorie. Bart. *in l. Titiæ textores, §. nihil, num. 1. ff. de legat. 1.* & vide latè per Everar. *in loco à natura copulæ 601. num. 3. cum aliis*, ubi inter has dictiones, &, *cum*, differentiam tradit, & addita ad Glos. *l. 1. l. 24. tit. 11. infra hac part.*

177 Quintus casus est, quando venditor promisit omnes res venditas liberas esse, vel omnes servos esse sanos: nam una morbosa omnes possunt reddi: & si una res evincatur, similiter de evictione omnium emptor agere poterit, *l. Labeo penult. §. idem ait*, ubi notat Raphael. Fulgos. quem sequitur *ibi* Cæphal. *num. 2. ff. de ædil. edict.* Gratian. *discept. cap. 175.* ubi ait, quòd ex eo, quòd promittitur emptori non esse liberam, præsumitur fuisse inductum ad emendum, & aliàs non esse empturum; & pro comprobatione refert Surd. *in decis. 165. num. 11.* Seraphin. *decis. 321. n. 4.* & ex Osasch. *in decis. 24.* & Surd. etiam dari quanti minoris actionem, & ipsis adde Lud. Cens. *decis. 313. n. 7.* & novissimè Guzm. *de evict. q. 15. n. 14.*

178 Sextus casus est, quando venditor scienter vendidit rem pro parte alienam; vel vitiosam: nam tunc ratione doli poterit emptor à contractu discedere, *l. quæro 40. ff. de act. empt. l. & elegantèr ff. de dolo.* Jas. *in §. actionum. Instit. de actio. n. 31.* ubi affirmat istam esse meram veritatem. Glos. & DD. *de cap. cum dilecti. de empt. & vend.* & est magis communis opinio, ut habetur Regularum Jur. *lib. 4. p. 1. verbo dolus dans causam contractui.* Caball. *de evict. in addit. ad §. 5. lit. I.* Bart. Cæph. *in d. l. cum ejusdem, num. 12. in fin.* licet non affirmet. Surd. *decis. 253. n. 10. & 12.* Farin. *lib. 2. cons. 276. n. 4. & 8.* & vide additionem ad Glos. *l. 63. infra.*

179 Septimus casus est, quando emptor emit centum agri jugera; quorum quædam sunt fertilia, quædam sterilia; seu fertilia evincantur, poterit emptor pro omnibus de evictione agere, nam non est verisimile, quod emptor sterilia sine fertilibus æquali pretio esset empturus. Tiraquell. *d. §. 23. num. 24.* Matienz. *in l. 7. tit 11. glos. 7. n. 29. in fin. lib. 5.* ubi hoc iniquum fore, & absurdum dicunt per, *l. qui*
180 *utilia, & l. quisquis. C. de omn. agr. defer. lib. 11.* Nec obstat text. *in dict. l. 1. vers. quid enim si quod fuit in agro pretiosissimum*, nam debet intelligi, si emptor evictionis elegerit viam, quia sufficiens præsumptio resultat, emptorem non fuisse empturum partem fundi infertilem, cum alia pars rei plus incommodi, quam commodi sit, & ejus causa ad
181 emendum motus fortasse fuisset. † Quo casu ad rescissionem contractus potest agi, licet res emptæ plures sint, si res, qua ad alias emendas motus fuit emptor, evicta sit, *l. arboribus, ff. de contrab. empt.* Glos. *verb. omnes.* Gabr. *cons. 49. n. 20.* Barz. *dec. 62.*
182 *n. 33.* † si vero emptor rescindere contractum nolit, sed tantum agere pro parte evicta, æstimatur pars loci evicti non pro tota parte fundi, sed pro qualitate loci. Bald. *in d. l. 1.* ex text. *ibi.* Castr. & Fulgos. *in l. qualitate. & l. si fundo vendito, & in l. si duorum fundorum, & in l. si servum mihi, de act. empt.* Boër. *decis. 46. num. 8.* Gomez. *2. tom. var. c. 2. n. 34.* Cæsar. Manent. *decis. 19. à n. 92.* Gratian. *decis. 787. num. 10. & 11.*

183 Octavus casus est, quando duæ, vel tres res insolutum datæ fuerunt, & una earum fuit evicta, nam considerata causa primæva, cum esset unum debitum individuum, quod scilicet debitor non potuisset dividere, & per partes solvere invito creditore, pro omnibus potest agere de evictione, *leg. tutor., §. Lutius, ff. de usur. l. quidam existimaverunt, ff. si certum petat.* & ideo etiam ex post facto non debet admitti, quòd una re evicta creditor cum alia remaneat, *leg. si quis alienam, ff. de solut.* Tiraquell. *num. 5.* & Matienz. *num. 21. & 22. ubi sup.* ubi etiam agit de antinomia, quæ est inter Jurisconsult. *in l. cum plures, ff. de evict. & in l. si quis alienam. ff. de solut.* Et in hoc casu, si debiti, ob 184
cujus causam res in solutum data fuit, esset fidejussor, dubitatur an evicta re teneatur, & teneri videtur probari ex Glos. *in l. plures, verb. comprehenditur*, ubi traditur non esse extinctam primam obligationem. Contrarium autem defendit Glos. ult. *in l. libera 8. C. de sent. & interloc.* & *ibi* Cyn. Bart. *sub. num. 1.* Salycet. *sub num. 5.* & *cons. 145. lib. 5. n. 23. vers. postremo.* Seraph. *decis. 1114. n. 3.* Scacc. *de commerc. §. 2. glos. 5. num. 291.* qui restringunt, quando recipiens protestatus esset, quòd per rei acceptationnm non intendit recedere à principali
obligatione. Denegatur autem emptori actio evi- 185
ctionis pro omnibus rebus emptis una evicta, quoties in uno contractu, vel instrumento venditæ sunt plures res, si in singulis pretium constituatur, etsi sint ejusdem officii; nam tunc sunt plures venditiones, *l. cum ejusdem, ff. de ædil. edict. & Glos.* ibi, *verb. omnes, l. si plura, eodem tit. l. quod sæpe, §. in his, ff. de contrab. empt. l. in bello, §. ult. de captu & postlim. rever. l. 7. Tauri, quæ est, leg. 10. tit. 11. lib. 5. recop.* Tiraquel. *d. §. 23. glos. 1. num. 20.*
& 21. Matienz. *in d. l. 7. gloss. 7. n. 27.* Item quan- 186
do plures res emptæ fuerunt uno pretio, quòd postea in eodem contractu, seu instrumento inter singulas res fuit divisum; vel à principio fuit facta divisio pretii, & postea unus contractus ex omnibus. Tiraquel. *n. 21. & 22.* Matienz. *n. 26. ubi sup.* latissimè comprobat.

Limita in casibus supra traditis, *n. 146.* cum aliis. 187

Item quando plures res venduntur, quæ non sunt ejusdem officii, evicta una, seu redhibita, non evincentur, seu redhibebuntur omnes, si neutra sit alteri accessoria, *l. si ædiles, §. fin. ff. de ædilit. edicto*, Glos. *in d. l. cum ejusdem. verb. omnes.* Dec. *consil. 485. num. 10.* Muta *decis. 24. num. 26.* Barz. *decis. 62. num. 2.*

Accessorium rei venditæ, si ab emptore evinca- 188
tur, causa legitima est, ut emptor de evictione agat ad interesse, sed non ad duplum, *l. evicta re, 16. ff. de evictio. & ibi* Glos. *verb. accessit. l. ex empto. 11. §. si quis rem, ff. de act. empt. l. quod si nolit. 31. in fin. ff. de ædilit. edict.* Perein. *de empt. & vend. c. 31. n. 54.* Guzm. *de evict. q. 45. n. 17.*

Ususfructus rei venditæ si evincatur, causa justa 189
est, ut de evictione agere emptor possit, de quo vide *sup. num. 125.* † Servitus, super re vendita si 190
evincatur, quando venditor declaravit fundum non debere servitutem, præstat causam agendi, *l. pen. ff. de servit.* & *ibi* notant DD. Gomez. *2. tom. var. c. 2. n. 45. vers. quod tamen limita.* Perein. *d. c. 31. num. 56. & 62.* Dec. *cons. 483. num. 14. & 15.* Molin. *disp. 308. n. 5.* Guzman. *de evict. quæst. 54. n. 1. & 2.*

Si venditor scivit fundum debere servitutem, & 191
tacuit, actione ex empto ad interesse emptor agere potest, *l. 1. §. venditor, l. Julianus. l. in venditione. ff. de act. empt.* & *ibi* Castrens. Gomez. *vers. 2. limita*, Perein. & Guzman. *ubi supra.* Alia de servitutibus evictis, vide in addit. Gl. *l. 63. in fin.* † Jus patro- 192
natus si evincatur, de evictione agi potest, *l. Titius, ff. eod.*

ff. eod. Bald. *in l. 1. in fin. Cod. de peric. & comm. rei vend.* Dec. *conſ. 483. n. 15.* Guzm. *de evict. q. 30.* ubi
193 † latà etiam agit, an ſi redditus capellaniæ diminuti ſint, debeant ſuppleri ex reliquis bonis fundatoris, *& in n. 47.* concludit non debere ſuppleri, *& in num. 93.* ita pluries fuiſſe judicatum ob pragmaticam reductionis cenſuum. Si vero in totum Eccleſia remaneret indotata; patronus iterum tenebitur dotare, aliàs jure patronatus privabitur. Lambert. *de jur. patron. art. 2. q. 6. p. 1. lib. 1. à n. 24.* Hoſtienſ. *cap. novit. de jur. patr.* & plures *ſup.* relati in addit. ad Glos. *l. tit. 1. p. 1.*

194 Poſſeſſione rei venditæ evictæ, emptor licet non poſſit agere de evictione ſecundum aliquorum opinionem, ut dicemus in addit. ad Glos. 4. *l. 36. à n. 1.* poterit tamen agere primæva actione ex empto, quia non videtur res ſibi fuiſſe tradita per venditionem, ex quo poſſeſſio eſt evicta, *l. ratio, ff. de act. empt.* Jaſ. *in l. venditores 102. ff. de verb. oblig. in fin.* Caballin. *de evict. §. 3. n. 152. & 153.* Cæphal. *conſ. 168. n. 22. lib. 2.* ubi dicit, quod poteſt agere ad damna, & intereſſe, Gomez. *2. tom. var. c. 2. n. 39. verſ. item adde quod nedum emptor.* Tuſc. *verbo evictio, concl. 357. num. 1.* ubi quod agitur ex empto. Maſcard. *concluſ. 615. num. 6. & 7.* Marcel. Cala. *de mod. artic. §. 1. gloſ. 2. n. 613.* Rota Roman. apud Farin. *deciſ. 78. n. 4. 1. tom. 2. p. noviſſ.* ubi dicit, quòd evicta poſſeſſione poteſt emptor agere de evictione aut ſaltem ad damna, & intereſſe. Surd. *deciſ. 22. n. 7.* ubi dicit evicta poſſeſſione emptori dari actionem evictionis, ſicut quando proprietas, vel dominium evincitur. Gratian. *diſcep. 5. to. c. 950.* Rot. Diver. *deciſ. 77. n. 4. p. 2.* Grivel. *deciſ. Dolan. 117. n. 1. & 3.* ubi primæva actione poſſe emptorem agere ad intereſſe. Statyl. Pacific. *de Salvian. interd. inſpect. 4. c. 1. n. 147.* Alexand. Ludovic. *deciſ. 88. num. 6.* ubi quod evicta poſſeſſione datur actio evictionis, ſicut ſi evicta eſſet proprietas, vel ſaltem ad intereſſe, Rota apud Seraph. Oliver. *deciſ. 671.* Ludov. Cenſ. *poſt tract. de cenſib. deciſ. 286. num. 7. & 8.* ubi reſolvitur, quod res ſatis dicitur evicta, quando poſſeſſio fuit ablata, per text. *in l. ſi ſervus venditus. §. 1. & in l. haberi, ff. d. evict.* & quòd datur emptori, tam quando poſſeſſio eſt evicta, quam quando proprietas, vel dominium ablatum fuit, ex *leg. emptorem, §. Neratius, ff. de action. empt.* ubi Caſtr. hoc expreſſim notat, *l. datio eodem.* Bero. *conſil. 158. num. 34. lib. 1.* & quòd ſaltem negare non poteſt, quin pro poſſeſſione evicta poterit agi ad damna, & intereſſe, & ejus loco pretium ſolutum repeti. Cæphal. *conſil. 168. num. 22. lib. 2.* & Rot. *d. deciſ. 226. num. 5.* Guzm. *de evict. num. 13. per totam,* ubi contraria refutata, de evictione agi poſſe tradit. Sed tenendum eſt, quando per hypothecarium, vel Salvianum interdictum poſſeſſio aufertur, res verè non evincti, ſed tantum avocari poſſeſſionem ab emptore, donec creditori agenti ſolvatur debitum petitum, aut litis æſtimatio, *l. ſi cum venditor, l. ex iis prædiis, Cod. de evict.* nec aget emptor contra venditorem de evictione, quaſi res ſit evicta, ſed ut liberet rem venditam ab onere hypothecæ, & ei liberam tradat, aliàs tenetur ad intereſſe. Alexand. *conſ. 63. lib. 6. num. 10. l. ſi rem meam,* & *ibi,* Bart. *ff. de ſolutionib.* Angel. & Alexan. *in l. 1. §. ſi hæres. ff. ad Trebell.* Rebuff. *de conſtitut. reddituum, ar. 1. Gloſ. 14. num. 43. tom. 2. conſtit. Gallic.* Mareſc. *var. c. 79.* Caball. *d. num. 153.* ubi tradit, quod non ſolum poteſt emptor agere contra venditorem, ut liberet rem ab onere hypothecæ, ſed etiam poteſt hypothecam liberare, aut tollere offerendo litis æſtimationem, aut debitum agenti hypothecaria, & deinde ſolutum ab ipſo venditore repetere, *leg. quoniam liberum, ff. de compenſ. l. cum tibi, C. de evict.* & licet non denuntiaverit venditori, non poteſt emptori imputari, cur ita ſolverit; ſi vere appareat de hypotheca; quia omiſſio denuntiationis iſto caſu non nocet, ut dicemus *infra*, in Gloſ. 3. & 4.

ARTIC. VII.

Quando de evictione agere poſſit emptor?

RE evicta cum effectu per ſententiam, & ab 195
emptore ablata, & non antea poteſt actio evictionis ex empto intentari, aut ex ſtipulatu ad duplum, ſi de evictione ſtipulatio intervenit, *leg. habere licere, ff. de evict. l. qui rem, C. eod. l. ſi ſervus, §. ſi melius, l. evictus, ff. de evict.* ubi tunc rem evictam eſſe Juriſconſulti docent, cum ita amittitur, ut eam emptori habere non licear, & ſpes habendi ſit abſciſſa, *l. at qui natura, §. cum abſente, ff. de neg. geſt.* & *ibi* Gloſ. *verb. committat.* & Bart. *in princ.* ubi dicunt, quod committatur ſtipulatio evictionis neceſſaria eſt ſententia, *l. utique, C. de rei vend.* P. Greg. *ſyntag. lib. 25. c. 22. n. 7.* Caball. *de evict. §. 3. n. 160.* ubi inquit, quòd ferenda eſt ſententia ad emptoris inſtantiam, ſi actor non curet illam proferri. Idem *in addit. ad proœmium, d. tract. lit. C. n. 5.* dicit tria debere concurrere, ut evictioni locus ſit. Unum, quod res certò emptori ablata ſit, ut eam illi habere non liceat, alterum ut judicio ablata ſit: tertium, ut ob eam cauſam ſit ablata, quòd aliena ſit. Idem *in §. 5 num. 59. & in addit. ibi lit. G.* ubi de evictione agi non poſſe inquit, niſi res per ſententiam evicta ſit. Gloſ. *verb. abſit, in l. ſi ſervum, 4. ff. de act. empt.* quam dicit ſingularem Caſtr. ubi dicit non poſſe de evictione agi, niſi re omnino evicta, & reſtituta, & eam ſequuntur DD. *ibi* Angel. *in d. l. habere licere.* Alex. *conſ. 5. num. 1. & 2. lib. 3.* ubi de evictione non poſſe agi dicit, etiam ſi ſententia contra emptorem lata ſit, ſi nondum eſt executio ſequuta, Jaſ. *in l. quoties, n. 4. Cod. de rei vendicat.* Paul. Pariſ. *conſ. 111. n. 3. & 4.* Cæphal. 168. *num. 3.* Ann. 15. *à n. 1.* Ricc. 106. *n. 44.* Burg. de Paz. *in c. fin. de empt. & vend. n. 27.* Rebuff. *tit. de declar. art. 5. gloſ. unic. n. 16.* Mynſinger. *obſerv. 56. centur. 1.* Gomez. *2. tom. var. num. 36.* ubi antiquiores laudat. Oſaſch. *deciſ. 181. n. 4.* Cæpol. *cautel. 71.* Theſaur. *deciſ. 85. & 102. n. 4.* Franch. 145. *n. 1. & 200. n. 8.* Surd. *dec. 165. n. 7. & conſ. 36. n. 4. & 359. n. 38.* Ann. *conſ. deciſ. 15.* Hottom. *deciſ. 1. de evict.* Bald. *dec. 25.* Mura, 24. *n. 29.* Benintend. *deciſ. 25.* Magon. 93. *n. 4.* Ricc. *collect. 1547. p. 5. & dicſ. 1141. lib. 2.* Seraph. *deciſ. 321. n. 4.* Rot. Rom. *deciſ. 586. num. 3. 1. part. noviſſ.* & apud Farin. 8. *tom. deciſ. 297. n. 4. & 304.* & apud Alexan. Ludov. poſtea Papa Gregor. XV. *deciſ. 15. num. 1. & 2.* Carroc. *deciſ. 69. num. 5.* Maſcard. *concluſ. 615. à num. 1.* ubi tradit, quæ requiruntur probari, ut de evictione agi poſſit. Marcel. Cala. *de mod. art. §. 2. à num. 611.* ubi quæ articulanda ſunt refert. Pirrus Maur. *de fide juſſ. cap. 18. num. 11. & 12.* Trentaciuq. *var. lib. 3. tit. de empt. reſol. 4. num. 15.* Cancer. *var. 1. p. cap. 13. n. 62.* ubi dicit non ſufficere, quòd emptor ſit condemnatus, ſed quod vere, & realiter ſolverit, ſeu rem tradiderit. Gratian. *diſcept. cap. 3. n. 7. & c. 22. n. 5.* Mareſc. *lib. 2. cap. 79. num. 1.* Fontanel. *2. p. claus. 5.*

glos. 8. *part.* 14. *num.* 47. Scacc. *de comm.* §. 2. *glos.* 5. *n.* 275. Tusch. *lit. E. concluſ.* 352. *n.* 8. *& concl.* 361. *n.* 19. Guzm. *de evict. q.* 15. *à num.* 1. qui alios laudant, & conveniunt requiri, quòd per ſententiam
196 judicis ſit res remiſſa, & ablata. † Sed licèt hæc doctrina tot juribus ſit fulcita, & tot authoritatibus comprobata, non eſt ſine contradictore: nam contrarium, ſcilicèt ſufficere ſententiam fuiſſe latam contra emptorem, licet ad realem evictionem non ſit deventum, latè comprobat, & tuetur Theſaur. *deciſ.* 102. *à n.* 2. ubi eam comprobat, ex *l. ſi non injuria, l. ſi ſtatis, & l. emptoris, C. de evict.* & in argumentum tradit *l. ſi ſocius communis, ff. commun. divid.* & pro ea allegat Odoffred. *in leg.* 3. *Cod. d. tit.* Caſtrenſ. *in l. atqui natura,* §. *cum in abſente, num.* 4. *ff. de negot. geſt.* & juribus pro contraria opinione adductis reſpondit, & pro hac opinione Senatum Pedemontanum judicaſſe teſtatur, ea ratione motus, quòd ſententia, de qua agebatur, *in* rem tranſierat judicatam. Et hanc opinionem ultra ab eo traditos ſequuntur Magon. *deciſ. Florent.* 93. Carroc. *deciſ.* 96. *num.* 6. & pro ea faciunt tradita *infra, num.* 203. *in limitat.* 1. † Concordat has opiniones, nam aut quis vult agere actione ex empto, & poteſt agere antequam res ſit ablata. Maſcard. *d. num.* 2. Gomez, *n.* 39. *ubi ſup.* Theſaur. *deciſ.* 102. *n.* 4. Rot. Rom. *deciſ.* 70. *num.* 2. *p.* 2. *noviſſ.* ubi, *in n.* 8. declarat actionem ex empto ad intereſſe non ſolum dari emptori poſt rem per ſententiam evictam, ſed ſtatim cognoſcitur rem eſſe evincendam, *l. emptorem, ff. de action. empt.* Mareſcot. *dict. cap.* 79. *num.* 4. ubi ſic per Rotam Romanam coram Leone Papa VIII. tunc Auditore deciſum fuiſſe teſtatur, ut *in d. lim.* 1. *n.* 203. dicemus. Contraria verò opinio procedit, & eſt intelligenda quoad conſequendum duplum, ſi ſtipulatio de evictione fuit interpoſita, quod non conſequetur emptor cum effectu, donec res ab eo fuerit per ſententiam evicta, & poſſeſſio effectualiter ab eo ablata. Caballin. *de evict.* §. 3. *in Addit. litt. E.* ubi Angelum inadvertenter contrarium tenuiſſe dicit. Mareſcot. *d. cap.* 79. *num.* 2. & 3. & plures *ſupra* traditi, *& infra* referendi, & noviſſ. Guzm. *ubi ſuprà.*

198 Amplia 1. primam opinionem ſic intellectam, quando res fuit evicta per ſententiam definitivam; nam ſi per ſententiam interlocutoriam evinceretur, non ſufficeret; quia alia poſt eam expectatur definitiva, per quam revocari illa poteſt, & ad nihilum redigi: & evicta res bene dicitur, cum eam emptori habere non licet, & ſpes habendi ei eſt abſciſſa, *leg. ſi ſervus,* §. *idem Julianus, leg. evictis, l. habere licere, ff. de evict.* Franc. à Caſtill. *deciſ. Siciliæ* 26. *à num.* 6. ubi latè comprobat, & in ſpecie tradit Fontanel. *d.* 2. *p. claus.* 5. *glo.* 8. *p.* 14. *n.* 55. *&* 56. & faciunt tradita, *ſupr. art.* 1. Guzm. *n.* 25. *ubi ſupra.*

199 Amplia 2. quando res fuit evicta per ſententiam judicis emptoris, non arbitri, *l. ſi dictum* §. *ſi compromiſero, ff. de evict. l. ſi cum quæſtio, C. eodem.* Ferrar. *in prax. tit. de forma libell. in cauſa vendit.* 4. *glo.* 13. *incipit promittens, n.* 10. Menoch. *conſ.* 261. *n.* 2. *&* 26. *lib.* 4. Caſtill. *lib.* 4. *c.* 42. *n.* 109. ex quo inferes, emptorem non poſſe compromittere, & ſi compromittat, non poſſe agere de evictione, niſi apertè conſtet, rem eſſe alienam, ut tradit Glos. *in d. l. ſi cum quæſtio. &* diximus, *in n.* 202.

200 Amplia 3. non ſufficere ſententiam latam in judiciis executivis, in quibus non poteſt dici, ſuccubuiſſe emptorem, cum non faciat rem judicatam. Roman. *conſil.* 36. Bolognat. *in l. qui Romæ,* §. *duo fratres, ff. de verbor. oblig.* Maſcard. *concl.* 33. *num.* 43. Menoch. *de retinend. remed.* 15. *num.* 121. Parlad. *lib.* 1. *cap. fin.* 5. *p.* §. 12. *n.* 4. Cartar. *deciſ.* 2. *n.* 8. Franc. *deciſ.* 189. Mart. *deciſ.* 184. *n.* 1. Maſtril. *deciſ.* 189. *à n.* 18. ubi deciſum fuit certos redditus, de quibus ibi, non poſſe dici evictos, ex quo ſententiæ latæ fuerunt in judiciis executivis; & eum refert, & ſequitur Gratian. *c.* 445. *à n.* 15. Fontan. *d. glos.* 8. *à n.* 56. Guzm. *d. num.* 25.

Amplia 4. ſi ſententia definitiva nondum eſt 201
tranſacta in authoritatem rei judicatæ, ſed ab ea fuit appellatum. De quo vide addita ad Glos. 8. *l.* 36. *infra.*

Limita 1. in juribus incorporalibus, in quibus 202
ſtatim lata ſententia reus amittit poſſeſſionem. Innocent. *in cap. cum noſtris, col.* 3. *verſic. imò plus videtur; de conceſſ. præbend.* & *ibi* communiter Doctores.

Limita 2. quando notoriè, & manifeſtè con- 203
ſtat rem ad vendicantem pertinere, & ab emptore evinci poſſe; nam tunc poterit emptor agnoſcere bonam fidem, & ei reſtituere rem, quaſi evicta eſſet, nullo ſuſcepto judicio, & agere ex empto actione ordinaria ob evictionis cauſam adverſus ſuum venditorem, inſe ſumendo onus probandi rem ad vendicantem omnino pertinuiſſe, quo probato ſecurè rem tradit, & ager, *l. empto item,* ibi. *Quia manifeſtum fuit noxium ſervum fuiſſe, ff. de action. empt.* ubi Alberic. concludit eo caſu, quo notorium eſt evincentem jus habere, emptorem bonam fidem agnoſcere poſſe, eique citra judiciale examen rem reſtituere, *l. ſi venditoris,* & *l. non tamen, ff. de evict.* ubi ſequuta evictione ſine aliquo judice, & ſententia, datur remedium evictionis ex empto ad intereſſe. Glos. *in l. ſi cum quæſtio. C. de evict.* Caſtrenſ. *in l. at qui natura, §. cum me abſente, num.* 5. *ff. de negot. geſt.* ubi dicit emptorem, qui certo ſciret rem ad vendicantem pertinere, poſſe ei reſtituere rem, quaſi evicta eſſet, nullo ſuſcepto judicio, & agere ex empto ob evictionis cauſam adverſus ſuum venditorem. Tiraq. *de retract. lignag.* §. 1. *glos.* 18. *n.* 63. Covarr. *lib.* 1. *var. c.* 17. *n.* 6. ubi communem dicit. Jaſ. *in l. ſi domus,* §. *de evictione, ff. de leg.* 3. *n.* 14. Joan. Garc. *de expend. cap.* 23. *num.* 18. ubi alios laudat, *& in tract. de hypotheca poſt contractum, n.* 26. Caballin. *de evictio.* §. 3. *n.* 73. *cum aliis, & in addit. lit. D. & litt. E.* ubi latè explicat, & alios adducit. Surd. *de alimen. tit.* 9. *q.* 4. 2. *num.* 31. *& deciſ.* 253. *num.* 15. ubi ampliat, etſi à venditore cautio præſtetur, & eum ſequitur Caſtill. *lib.* 4. *c.* 42. *n.* 80. *&* 81. Faber. *in ſuo C. lib.* 8. *tit.* 31. *de evictio. defin.* 8. ubi procedere ait, etſi liti motæ apud acta renuntiaverit. Anton. Monac. *deciſ. Bonon.* 57. *n.* 5. Muta. 59. *n.* 30. Hyer. Laurem. *Avenion.* 111. *n.* 8. Capic. 106. *n.* 2. Barboſ. *in l. venditor, ff. de judiciis, à num.* 53. qui in *n.* 74. *&* 75. hoc intelligit, quando formato proceſſu & non exſpectata ſententia emptor reſtituit, ſecus vero, ſi ante litem, & formatum libellum, ſcilicet ante cognitionem litis injuſtæ, reſtitueret; vide addita ad Glos. 4. *infra,* ubi de emptore, à quo omiſſa denuntiatione res fuit evicta egimus, & ad Glos. 8. *l.* 36. *infra,* ubi de emptore, qui non appellavit, ſed ſtatim lata ſententia rem reſtituit, vide *ibi,* & Guzman. *de evict. q.* 4. *n.* 99. † Emptor in 204
hoc caſu, etſi inſtrumentum guarentigium habeat, non via executiva, ſed ordinaria agere debet, niſi adſit pactum, de quo, *infra, n.* 299. *ind. additio. Glos.* 4. *num.* 1.

Hinc

205 Hanc praxim quotidiananam in foro exisse inquit Joan. Garc. *ubi supr. vers. quia tunc vera est*, scilicet publicatis attestationibus in causa evictionis, vel exhibitis instrumentis, quia constat rem ad vendicantem pertinere, emptorem posse suum venditorem in judicium vocare, ut si ipse vendicanti rem restituere sit condemnatus; auctor etiam suus condemnetur, ut damna, & interesse sibi restituat, & secundus venditor etiam suum primum venditorem in judicium vocare potest, ut eadem sententia ab eodem judice veniat condemnandus, quod inquit agnovisse Bald. *in l. si pro ea, n. 9. C. de evictionibus*, & publicatis attestationibus, vel exhibitis instrumentis hoc fit; quia tunc liquet fundum evincendum. Gl. *verb. liquet. & ibi* Abb. *in c. significaverunt de testibus*. Et idem ab initio litis admittendum est etiam in casibus limitationum sequentium, in quibus emptor, ante quam res sit evicta, potest agere contra venditorem. Quod nota, quia est optima praxis & valde utilis emptoribus, & secundis venditoribus, qui novis litibus, & sumptibus excusantur, & pauci ad eam advertunt, & sic pluries in praxi observata in Regali Cancellaria Granatens. fuit, & pro ea faciunt tradita in addit. *Glos. 7. l. 56. infra*, & eam sequitur Cavalcan. *decis. 8. part. 1. num. 24.* ubi dicit, quòd poterit emptor coram eodem judice facere ea sententia condemnare venditorem ad damna, & interesse lite denuntiata. Et quando secundus venditor denuntiat suum authorem, si susceperit judicium, tunc licet secundus emptor petat fidejussorem, non tenetur secundus venditor dare, cum auctor primus pro fidejussore habeatur. Menoch. *de arbit. casu 224. n. 4.* Caballin. *de evict. §. 5. n. 50.* Arlict. *decis. 171.* Trentacinq. *var. lib. 5. tit. de emp. resol. 16. n. 4.* & intellige ex eis si sit dives.

206 Limita 2. in emptore, qui ignoranter rem propriam à non domino emit, si postea habita notitia, quòd rem propriam emerat, mutasset causam dominii, & possessionis, & ageret tanquam re tacitè per se ipsum sibi evicta contra venditorem, & ejus hæredes, & fidejussores ad pretii restitutionem, & interesse actione ex empto, *l hujusmodi*, §. *qui servum. D. de legat. 1.* ubi est casus, & DD. communiter tradunt, hanc mutationem causæ possessionis fieri posse, ad quam mutationem solum animum sufficere dicunt. Socin. *cons. 131. n. 7. & in l. 3. §. si ex pluribus, D. de acquir. poss.* ubi Alex. & Jas. Magon. *decis. Flor. 48. per tot.* ubi casum de facto sic decisum proponit, & latè comprobat. Tusch. *verbo evictio. conclus. 364.* ubi ex Cuman. *cons. 33.* Signorol. Honded. Fulg. & Bald. *in l. cum quæstio. C. de evictionibus*, & Joan. Cæph. *cons. 393. n. 167.* hanc ampliationem latè comprobat, & declarat.

207 Limita 3. in emptore, qui rem alienam emit, si eandem postea à vero domino emat, & pretium solvat; vel si ei à domino donata fuit; nam poterit agere ex empto adversus primum venditorem, & pretium solutum, & interesse, si quod passus est, ab eo consequi, probando rem fuisse illius veri domini, *l. Julianus*, §. *fundum*, *D. de action. empt.* & *ibi*, Salyc. & Castrens. *& in l. si servus*, §. *si sciens*, *eod.* ubi hanc resolutionem tradit, Bald. *in margarita*, *verbo venditor*, *vers. secundo facit.* Jas. *in d. l. hujusmodi 86. §. qui servum 2. nota 3.* Percir. *de empt. c. 22. n. 32.* ubi emptori hujusmodi donationem, seu titulum sibi quærere licere comprobat; & quando constat de jure veri dominii sic est tenendum, licet contrarium velit Glos. *verbo agentem*, *in d. l. si rem.*

Limita 4. si emptor emat rem, quæ ex jure fidei- 208
commissi, vel alio incerto eventu ad eum erat perventura, si conditio extiterit, & ad eum res prædicta pertineat dicto titulo; nam tunc tam ipse, quam hæredes ejus, à venditore pretium repetere possunt, & si nondum est solutum, rectè recusabunt illud solvere, ut probatur ex traditis *in l. si à substituto, D. de leg.* Jas. *ubi supr.* post Bart. Bald. Angel. & alios, *ibi*, citatos per num. *& in l. plane. 97. §. 1. n. 4. D. eod.* Ruin. *cons. 156. lib. 5.* Socin. qui hoc pulchre explicat, *cons. 16. in causa, à n. 25. usque ad num. 30. libr. 3.* Corn. *283. col. fin. vol. 4.* Tusch. *verbo evictio. concl. 364. n. 1.* Fanuti de Fanutiis, *de inventario, q. 244. n. 212. & 213.* ubi hoc latè explicat, & alios laudat.

Limita 5. si adest pactum inter emptorem, & 209
venditorem, quòd statim mota lite super re vendita venditor teneatur de evictione, vel ad restitutionem pretii, licet res nondum sit evicta *l. sive in libertate, C. de evict.* Burg. à Paz. *in c. fin. de empt. n. 27. verbo primus est*, Caballin. §. *3. num. 162.* Thesaur. *decis. 85. num. 2.* Perein. *de empt. c. 31. num. 26. & 33.*

Sublimita, si tantum dictum fuit, quòd em- 210
ptor recuperet pretium mota lite, si non fuerunt addita illa verba, *quamvis res nondum sit evicta*, vel alia æquipollentia. Craver. *cons. 682. lib. 4.* ubi dicit, quòd verba debent intelligi cum effectu, & quòd non dicitur mota lis, nisi effectualiter res evincatur, & ejus doctrinam comprobavit Senatus Pedemontanus, ut testatur Thesaur. *n. 3. ubi supra*, & eam sequitur Carroc. *decis. 96. n. 8. 9. & 10.* ubi ampliant procedere, & si dictum sit, si aliqua lis aliqualiter moveatur. Teparus, *var. tit. 423. de evict. c. 12. in fin.* & tunc tenebitur venditor litem defendere.

Limita 6. quando venditor sub hypotheca bo- 211
norum promisit evictionem, & emptorem relevare à molestia cum omnibus damnis, expensis, & interesse; nam tunc, etsi res nondum sit evicta effectualiter, poterit emptor petere, venditorem condemnari ad remittendum bona sua, ut teneat jure pignoris pro concurrenti quantitate, & etiam adversus tertios possessores facta prius excussione, ut sæpe eo referente Senatum Pedemontanum judicasse inquit. Thesaur. *in addit. ad Anton. Thesaur. d. decis. 85.* Cæphal. *cons. 168. num. 12.* ubi dicit, quòd potest agere emptor, ut litem defendat venditor, quando eum à molestia liberare promisit.

Limita 7. si venditor promisit statim mota lite 212
judicium in se suscipere, & emptorem defendere, nam tunc quamvis de evictione conveniri non possit, poterit emptor agere, ut defensionem suscipiat, & venditor promissionem adimplere debet. *l. si plus, antep. §. mota lite, D. de evictionibus, l. qui absentem, de procura.* ubi Bart. & *in l. petitor. in fin. de liber. caus. l. venditores, post princ. D. de verbor. oblig. l. 1. C. de pericul. & commo. rei vendit.* ubi præclarius cæteris Bal. *col. 1. vers. ultim.* Aret. *in §. fin. num. 5. Instit. de empt. & vendit.* Glos. *2. in fin. l. 33. infra hoc tit.* Cæph. *cons. 168.* Et non obstat, quòd Cuman. Castren. & Alexan. *in d. l. venditores* videantur hanc defensionem intelligere assistendo, & testes, instrumenta, & jura exhibendo; non autem judicium in se suscipiendo, quod videtur servare Caballin. *de evictionibus, §. 3. num. 27.* nam id procedit, quando nihil fuit expressè promissum, sed solum agitur ex legis dispositione: non vero ubi evictio, & defensio fuit promissa; nam ut pactum

aliquid operetur debet latè explicaari. Cæph. *d. cons.* 108. *n.* 10. *& 11. lib.* 2.

213 Limita 8. si venditor scienter vendidit rem alienam emptori ignoranti; nam tunc ratione doli potest agere actione ex empto contra venditorem ad interesse, antequam res ab eo evincatur, vel moveatur sibi lis, *ex l. Julianus*, §. *idem Julianus, & l. si servus, D. de actio. empt.* quem ad hoc notant, Glos. *verb. etiam prius.* Bar. & communiter DD. & eum reputat singularem Castr. *ibi*, Bal. *in l. libera, C. de sentent. & interloc. omn. judi. fin. col. num.* 13. Glos. & Salyc. *in l.* 3. *C. de evictio.* Gomez. 2. *tom. var. c.* 2. *num.* 35. *vers.* 2. *limit.* ubi eum unicum, & singularem dicit. Burg. de Paz. *in c. fin. de empt. & vendit. n.* 27. *vers. secundus est*, Caball. *de evictio.* §. 3. *n.* 162. *& in addit. ad* §. 5. *lit. l.* Osasch. *decis. Pedem.* 24. *numer.* 3. *&* 12. ubi impugnat. Negus. *de pignor.* 1. *memb.* 5. *p. n.* 27. qui tenet vendentem scienter rem obligatam sub conditione, non posse conveniri ob dolum, sed propter culpam. Rot. Rom. *decis.* 586. *n.* 3. 1. *par. novis.* & Seraphin. *decis.* 321. *n.* 4. Surd. *decis.* 253. *num.* 12. 13. 16. *&* 17. *& cons.* 13. *n.* 17. ubi rationem esse dicit, quia venditor sciens rem, quam vendit, esse alienam, dolum committit; qui potest statim purgari, & alios allegat. *& cons.* 36. *num.* 10, 11. *&* 23. Gratian. *c.* 175. *n.* 34. Azev. *in l.* 1. *tit.* 21. *lib.* 4. *recop. n.* 165. ubi sic de facto obtinuisse dicit. Fanuci. de Fanu. *de inventar. q.* 244. *n.* 247. *in novis.* Barz. *decis.* 85. *n.* 3. Pereir. *de empt. c.* 31. *n.* 66. ubi etiam re non evicta, nec lite mota ad omne damnum, & interesse agi posse Maref. *lib.* 2. *var. c.* 19. *num.* 7. ubi alios allegat, & latè prosequitur quæstionem, de eo, qui scienter vendidit rem alienam, vel alteri hypothecatam, & eam ampliat, & limitat. Statil. Pacif. *de salv. interd. inspect.* 4. *c.* 1. *n.* 149. Tusch. *verb. evictio. concl.* 361. *n.* 17. & vide Add. ad Gl. *fin. l.* 18. *&* ad Glos. 1. *l.* 63. *in.* 14. *hujus, tit. & in Add. Glos.* 4. *n.* 121.

214 Amplia 1. hanc limitationem, si rem liberam esse promiserit venditor, Glos. *in l. si rem, D. de evict. in l. servus quem*, §. *sciens, ibi* Alexan. & Bart. *ff. de actio. empt.* Cacher. *decis.* 24. *n.* 4. Gratian. *discep. c.* 175. *n.* 20. Surd. *in d. decis.* 253. *n.* 14. Idem si asseruit, cum non esset; nam tunc, etsi aliàs venditor justa ignorantia posset excusari, emptor ratione assertionis poterit re non evicta contra eum agere. De quo vide addita ad Gl. *fin. l.* 18. *sup. in fin. num.*

215 Amplia 2. posse etiam criminaliter agere contra venditorem ex eo, quòd rem alienam, vel alteri obligatam, ut liberam, scienter ei vendidit, licèt res nondum sit evicta: venditor enim hoc casu committit crimen stellionatus, & ejus persona tenetur. *text. l.* 3. *d. de crim. maximè* ibi, *in his locum habet, si quis forte rem aliù obligatam dissimulata obligatione per calliditatem alii distraxerit, vel permutaverit. vel in solutum dederit.* Glos. *in l. qui duobus verb. coercetur, D. ad. l. Cornel. de falsi.* & *ibi*, Bar. *in prin. in* 1. *oppos.* Glos. *in l. si à debitore in figuratione casus, D. eodem.* Menoch. *de arbitr. cas.* 381. *n.* 7. Farinac. *in praxi crim.* 5. *p. q.* 150. *p.* 9. *n.* 220. & vide addita ad Glos. 1. 3. 4. *&* 5. *l.* 10. *tit.* 13. *hac part.* ubi latè de hac quæstione egimus, & in Addit. Glos. 1. *num.* 31. *&* 32. *l.* 63. *infra hac part. & tit.*

216 Si verò in contractu venditor, vel donator aliquid falsum dicit, ut puta rem liberam esse, & alteri illam non obligasse, tunc ex falsa assertione pœna falsi punitur, *l. si à debitore, D. ad legem Cornel. de falsis, l. si creditor*, ubi Glos. & DD. *C. eodem*, Bart. *in dict. l. qui duobus, n.* 1. *vers. & quod dico*, Farin. *d. q.* 150. *n.* 227. *cons.* 176. *n.* 10. *lib.* 2. ubi alios citat, & vide addita ad Glos. *fin.* 18. *sup. hoc tit.* ubi de eo, qui rem liberam esse dixit, quam ignorabat, & quæ diximus in Addit. Glos. *l.* 10. *tit.* 13. *infra*, & Glos. 1. *l.* 63. *infr. hoc tit. n.* 31. *&* 32. ubi diximus, quando excusetur à dolo, qui rem liberam esse affirmavit.

Limita 9. si res vendita est alteri hypothecata tributo vel censui perpetuo, vel temporali, vel est servituti subjecta; nam tunc antequam res evincatur, & lis adversus eum sit mota, poterit emptor actione primæva ex empto contra venditorem agere, ut eam liberet ab obligatione, *text. & ibi*, Glos. Bald. & Salycet. *in l. ex his prædiis, C. de evict.* ubi dicunt procedere, etsi pretium sit solutum, & res emptori tradita. Alex. *in l.* 1. §. *si hæres, n.* 3. *D. ad Trebell.* & ibi Rip. *n.* 31. *vers. D. Alexander dicit. & n.* 32. Surd. *decis.* 165. *n.* 6. *cons.* 13. *num.* 16. *&* 19. *in prin. & cons.* 36. *n.* 11. ubi procedere inquit, etsi res sit jam tradita, & *cons.* 376. *n.* 18. *&* 23. Castill. *lib.* 4. *c.* 42. *n.* 90. Morla. 1. *p. tit.* 9 *in præmiss. n.* 108. *col.* 3. *vers. ex quibus, & vers. & quando res*, ubi latè comprobat. Gutierr. *lib.* 2. *q.* 169. *num.* 3. Cacher. *decis.* 24. *n.* 4. Gratian. *March.* 54. *n.* 30. Farin. *decis.* 297. *n.* 5. 10. *&* 11. *tom.* 8. & 2. *p.* 1. *tom. decis.* 77. *n.* 5. Serap. *decis.* 321. *n.* 4. 8. *&* 9. quæ habetur, 1. *p. divers. novis. decis.* 586. ubi dicit obligationem tradi in venditione admixtam habere obligationem rem dari, & posse agi, ut res libera tradatur, & idem dicunt Giurb. *decis.* 107. *n.* 7. Maresc. *lib.* 2. *var. c.* 19. *n.* 3. Hieron. Leo. *decis.* 47. *n.* 13. Thesaur. *lib.* 3. *q.* 95. *n.* 1. *&* 2. Ricc. *decis.* 105. *n. fin.* 1. *p. decis. Curiæ Archiepis.* Carroc. *decis.* 96. *n.* 12. Guz. *de evict. q.* 23. *n.* 34. Farinac. *lib.* 2. *cons.* 176. *num.* 6. Monter. *decis.* 13. *à n.* 6. *usque ad n.* 23. ubi agit de re in dotem data, super qua erat census impositus. Cancer. 3. *p. var. c.* 4. *de servitut. d. n.* 9. Fontanel. 2. *p. claus.* 5. *glos.* 8. *p.* 14. *n.* 28. *&* 29. Tusch. *lit. V. conclus.* 51. *n.* 8. *&* 9. & etiam quando fundus, seu domus, super qua census fuit impositus, non erat libera, quia super illa jam erat alius census impositus, datur actio contra venditorem, ut rem liberet à primo censu, vel faciat consentire habentes interesse, & idem procedit, quando fundus est alienus, *ex d. l.* 5. *ex his prædiis, C. de evict.* Dec. *cons.* 483. *n.* 18. Cacher. *dec.* 24. *à n.* 4. Lud. Cens. *post. tract. de censibus, decis.* 6. *n.* 4. & vide addita ad Glos. 5. *l.* 10. *tit.* 13. *infra*, & addita ad Glos. 1. *l.* 63. *infra hoc tit. à n.* 28. & vide addita, *in prin. hujus Add.* & si pretium non est solutum, datur emptori retentio, de quo vide, *infra*.

Amplia 1. executive agi posse ex contractu contra venditorem, ut rem liberam tradat. Seraph. *ubi sup. n.* 9. Gratian. *disc.* 175. *num.* 25. *&* 26. Giurb. *decis.* 113. *n.* 8. ubi dicunt, quòd sicut executive potest agi ex empto primæva obligatione, ut venditor rem tradat, ita eodem modo executive peti potest, ut rem liberam tradat, quia ista actio est executiva, sicut ipse contractus.

Sed quid, si res erat locata cum hypotheca bonorum, ita ut emptor non possit expellere colonum usque ad finitam locationem, & de hoc à venditore non fuit certioratus; vel si erat locata in triennium, vel quinquennium, vel in aliud longum tempus, & tantum generaliter ei fuit dictum, quòd res erat locata, absque expressione temporis, utrùm emptor possit contra venditorem agere, ut rem à conductione liberet? vide Alex. Ludov. *decis.* 90. *à n.* 1. ubi dicit, rem vacuam non dici, quando

do alius est in possessione, & rem detinet; sed hoc non procedere respectu juris conductoris, quod habet in rem conductam, nisi dictum, & promissum sit rem vacuam liberam, & expeditam tradere, ex Jas. *in l. in conventionibus*, §. *si quis vacuam*, *D. de verb. oblig.* & ita decisum per Rotam testatur, & quod dicitur de detentore intelligendum esse, quando detentoris jus esset potentius jure emptoris, & aliis contrariis satisfacit, & Surd. *decis.* 265. *per tot.* ubi latissimè hanc quæstionem explicat, & pro utraque parte plura fundamenta affert, & *à num.* 25. concludit, emptorem, qui generaliter scivit rem esse locatam, licèt de tempore non sit certioratus, non posse retinere pretium ex eo, quòd res libera ei non fuit tradita, nec agere contra venditorem, ut rem liberet à conductione, & vide addita ad Glos. *l.* 19. *tit.* 8. *infra*.

320 Sed dubium est in hac quæstione, an venditor cogi possit rem ab obligatione hypothecæ, à fideicommisso, seu ab alio gravamine liberare; vel satisfaciat præstando fidejussores, qui rem ab obligatione liberare, & emptorem in casu evictionis indemnem servare promittant, etiam antequam moveatur lis; cum obligatio sit. Puta omnes in *dicta limitatione*, citati conveniunt, venditorem rem liberam ab omni obligatione præstare compelli posse. Giurb. *d. decis.* 113. *n.* 14. Cacher. 23. *n.* 14. Afflict. 241. nisi in casu, de quo, *infr.* 258. Gutier. *q.* 169. Surd. *cons.* 36. *n.* 11. 12. & 13. Castill. *c.* 42. *n.* 40. Azev. *in l.* 1. *tit.* 21. *à n.* 163. *lib.* 4. *recop.* Nec obstat, *l. ex iis prædiis*, *C. de evict.* quia quamvis loquatur re nondum tradita agere posse, ut ab hypotheca liberet, idem dicendum venit re jam tradita, quia emptor post traditionem non est pejoris conditionis. Surd. *ubi supr.* Caballin. *in add. ad tract. de evict. lit. L. vers. quidam emerunt*, ubi agit de domo vendita, quæ postea apparuit subjecta restitutioni; si eam liberam non præstiterit, an liceat emptori à contractu discedere, vide Addit. ad Glos. 1. *l.* 63. *infra*, Guzm. *de evict. q.* 50. *n.* 38. Si vero est conditionalis obligatio, Alex. *cons.* 65. *omissis argumentis*, *lib.* 5. *n.* 4. & 5. cum de facto in hoc casu consuleret, respondit emptorem nondum molestatum pro obligatione conditionali contra venditorem agere non posse; ut liberam traderet, & solum instare posse, ut caveat de servando eum indemnem adventa conditionali obligatione, vel fideicommisso: & eum sequitur Negus. *de pignoribus*, 1. *membr.* 5. *p. à num.* 24. & contrariis satisfacit, Rip. *in l.* 1. §. *si hæres*, *n.* 32. *D. ad Trebell.* Menoch. *cons.* 89. *n.* 141. Franch. *dec.* 200. *n.* 15. Bolognet. *cons.* 31. *n.* 14. Ursil. ad Afflict. *dec.* 241. *n.* 5. ubi hanc dicit veritatem esse. Giurb. *dec.* 113. *n.* 12. & in fideicommisso conditionali sic decisum fuisse in Senatu Pedemontano testatur Cacher. *decis.* 24. *n.* 14. qui *num.* 1. & 2. pro contraria opinione refert

321 Alex. & Negus. *in locis supra citatis*, & *n.* 3. defendit de evictione emptorem agere posse, & in quæstione de venditore rei majoratus qualiter de evictione teneatur, ad eum se refert Mier. *de major.* 4. *p. q.* 36. *in fin.* & in illa quæstione agit qualiter, & quando emptor rerum majoratus teneatur ad restitutionem fructus. † Omnes verò conveniunt, emptorem instare posse, ut venditor caveat cum hypotheca bonorum, vel fidejussoribus de servando eum indemnem. Gratia. *discep. c.* 265. *n.* 7. & 8. ubi se remittit ad declarationes traditas per Peregr. *de fideicom. art.* 4. *num.* 8. & 9. idem Gratian. *decis.* 54. *n.* 30. ubi tradit, quòd sufficit satisdatio, ita ut damnum sequi non possit, quando creditor non vult rem liberare. Guzm. *ubi supra*, Cancer. *c.* 13. *de empt. n.* ubi cum Cacher. *decis.* 24. *n.* 15. advertit, quòd si venditor tempore venditionis non habeat bona, in quibus per hypothecam indemnitati emptoris, in causa evictionis cavere possit, nec satisdare, pretium debere reponi in emptionem bonorum immobilium, quæ emptori hypothecata in casu evictionis remaneant, vel apud tertium bonum virum esse sequestrandum ad venditoris utilitatem, donec securum emptorem faciat, & idem observandum censet in eo, qui purè vendidit rem aliquam obligatam generaliter tantum, & vide *infra*, *num.* 220. & 243. 322

Sires vendita est obligata pro incerta summa, 213
puta pro evictione alterius rei, vel pro certis damnis, & interesse non liquidis, vel pro certa summa, & non pro debitis venditoris, vel ejus, cujus in solidum sit hæres, sed pro debito alterius, pro quo forsan ipse, vel auctor ejus cum multis aliis fidejussit, vel si forte res vendita est minima ex multis prædiis pro gravi summa hypothecatis, nec vult creditor partem recipere, nec unam rem sine aliis liberare, tunc sufficere, ut venditor interim idoneè caveat, ita ut emptor securus sit à damno imminente, maxime si excussio præcedat, antequam emptor conveniatur, docuit Additionator Alex. *in d. cons.* 69. & idem sentit Negusant. *d. n.* 28. *vers. puto enim.*

Amplia 2. limitationem, emptorem, etiamsi 224
nulla inferatur molestia in re vendita, posse agere contra venditorem, ut rem alteri obligatam liberet, vel solvat quanti minoris illam fuisset empturus, aut quanti ejus interest rem non esse obligatam, §. *fin. Insist. de empt. & vend.* & *ibi* Apostillà margin. Bart. *in l. cum stipulatus*, §. *fin. ff. de verb. oblig.* Angel. *in l.* 1. §. *si hæres*, *ff. ad Trebell.* Castrens. Alexan. *n.* 3. & Rip. *n.* 32. ibi, Negusant. *de pignor.* 1. *memb.* 5. *par. n.* 24. *in princip.* ad quem se remittit in hac quæstione. Gutierr. *de juramen.* 1. *par. c.* 26. *n.* 19. Cacher. *decis.* 24. *n.* 5. Seraphin. 321. *n.* 7. ubi hoc omnes DD. concedere dicit, & habetur, *inter novissim. in diversor.* 1. *p. decis.* 586. Farinac. 8. *tom. decis.* 297. *n.* 9. Surd. *decis.* 165. *n.* 5. & *cons.* 36. *n.* 13. Gratian. *c.* 175. *n.* 37. & 361. *n.* 1. Castill. *lib.* 4. *c.* 42. *n.* 85. & 89. Pereir. *de empt. c.* 22. *n.* 7. qui & alios plures cumulant. Guzm. *q.* 23. *n.* 32.

Subamplia 1. hanc ampliationem procedere 225
etiam in re sub conditione obligata, quæ adhuc pendet, quia æstimatur, & attenditur ille dubius eventus conditionis, ex Alexand. *cons.* 63. *num.* 11. *lib.* 6. quem sequitur Caballin. *de evict.* §. 5. *num.* 48. *in fin.* Grat. *d. c.* 361. *num.* 5. & vide relatos *in antecedenti.*

De differentia inter venditorem, qui sciente 226
rem obligatam vendidit, vel ignoranter, vide add. ad Gl. 3. *l.* 63. *infra.*

Subamplia 2. hanc ampliationem procedere 227
tam in rebus mobilibus, quam immobilibus, vide addita ad Glos. *d. l.* 63.

Limita 10. quando specialiter venditor promi- 228
sit rem liberam tradere; nam tunc actione primæva ex empto emptor poterit cogere venditorem, ut promissionem adimpleat, quia ex tali narratione, & promissione videtur inductus emptor ad emendum, aliàs non empturus, ex ratione *text. in l. si quis hæres*, §. 1. *ff. de except. rei jndic.* & *l. cum ejusdem*, §. *interdum*, *ff. de in diem adject.* cum Corn. *cons.* 226. *n.* 3. *libr.* 2. Farin. *decis.* 297. *n.* 7. & 8. *in* 8. *tom.* Seraphin. *decis.* 321. *n.* 5. Gratian. *c.* 175. *n.* 20. & 35. ubi multos pro hac doctrina adducit. Azeved. *in l.* 1.

tit. 21.

tit. 21. lib. 4. recop. n. 164. Cevall. *q. 756. à n. 81.* ubi emptorem non teneri facere inſtrumentum pro pretio rei emptæ, donec ex parte venditoris res libera ei tradatur, etſi ab emptore non eſſet oppoſitum, *judicaſſe* teſtatur. Hæc autem licet proprie non ſint limitationes ad regulam *ſupra* traditam, quia in prædictis caſibus non agitur de evictione, ſed actione ex empto, ex qua, ſicut ex actione evictionis, ſemper venit intereſſe, (de quo vide Add. ad Gloſ. *fin. l. 37. inf.*) hic fuerunt appoſitæ, nam in his caſibus non requiritur denuntiatio litis, nec quòd evictio effectualiter ſit ſecuta, ut bene declarant Barz. *in deciſ. Flor. 85.* Magon. *48. n. 6.* Fontanell. *2. tom. claus. 5. gloſ. 8. p. 14. num. 29.*

229 Limita 11. in contractu permutationis, ſi imminet periculum evictionis; nam ſtatim agi poteſt, ac ſi altera pars non tradidiſſet. *l. fin. D. de condict. ob cauſ.* Caſtr. *in l. 1. C. de rer. permut. num. 11.* Caballin. *de evictio. §. 4. num. 45.* & vide Addit. *ad l. 4. tit. 6.*

230 Limita 12. ſi evictio in limine contractus immineat; nam tunc poterit emptor pretium nondum ſolutum retinere, *l. ſi poſt perfectam, C. de evict.* & *ibi*, Gloſ. Odofred. Petr. Cynus. Alber. Bart. Bald. & Salycet. & *in l. penul. §. fin. D. de periculi. & commod. rei vend. & ibi* Gloſ. *l. ultim. §. ex quadrante, D. de doli mali, & met. except.* Azon. *in ſumm. C. de evictionibus, n. 8.* Bal. *in l. non idcirco, C. de contrab. empt.* Gomez. *2. tom. var. c. 2. n 39. verſ. primò niſi in limine contractus.* Caballin. *de evict. §. 2. n. 8. & §. 5. n. 48.* Neguſ. *de pign. 1. memb. 5. p. n. 28. in fin.* Guido Papa *ſingul. 498. & 283. n. 2.* Mazerat. *var. lib. 2. reſol. 16. n. 10.* Surd. *dec. 295. n. 6. & 183. n. 1. conſ. 32. n. 1. & 36. n. 14.* Barboſ. *in l. de diviſione, n. 69. verſ. pone, quòd imminet evictio, ff. ſolut. matr.* Azev. *in l. 1. tit. 21. lib. 4. recop. n. 162.* Caſtill. *lib. 4. c. 42. n. 77.* Trent. *lib. 3. var. tit. de empt. reſol. 16.* Pirr. Maur. *de fidejuſſ. c. 13. num. 20.* ubi alios landat. Maſtrill. *dec. 260. n. 1.* Cancer. *1. p. var. c. 13. de empt. n 26.* Honded. *conſ. 30. n. 7. 1. p.* Tuſch. *litt. E. concl. 259. n. 5.* ubi plures refert, qui hanc communem dicunt. Fachin. *conſ. 6. n. 4. lib. 3.* Rot. Rom. *de*

231 *ciſ. 281. n. 1. p. 2. noviſ.* Guzm. *de evict. q. 50. n. 7.* ubi pro regula tradit. Imminere autem evictionem in limine contractus dicitur, quando ante realem ſolutionem pretii lis ſupervenit, & quæſtio ſuper re vendita eſt mota, vel ſuper aliqua ejus parte. *d. l. poſt perfectam.* Alex. *conſ. 235. n. 9. & 10. vol. 6.* Rip. *in l. 1. §. ſi hæres, n. 32. D. ad Trebell.* Afflict. *dec. 171.* Gomez. & Caballin. *ubi ſup.* Nata, *conſ. 267.* Surd. *ubi ſup. & dec. 183. n. 4. & 295. n. 7.* Rot. Rom. *dec. 281. n. 6. 2. p. noviſ.* ubi in ſpecie ſic reſolvitur. Menoch. *de arbitr. caſu 224. n. 2.* Morl. *1. p. tit. 9. in proœm. n. 108. col. 3. in princip.* Giurb. *deciſ. 100. n. 24.* Menoch. *57. n. 2. cum aliis*, Azev. *in l. 1. tit. 21. lib. 4. recop. num. 164. 166. 192.* Caſtill. *ubi ſup. n. 75.* Guzm. *q. 50. n. 3. & 7.*

232 Et dicitur pretium non eſſe ſolutum, & ſi emptor illud depoſuerit de mandato judicis, ut ſolvatur creditoribus venditoris, quibus judex mandaverit, interim quòd non eſt diſtributum, & depoſitum acceptatum. Caſtr. *conſ. 46. vol. 1. n. 3. vers. ad 3.* ubi dicit, quòd emptor tunc perdit facultatem petendi fidejuſſores, quando pretium ante

233 litem motam verè ſolvit; non verò quando fictè, Rot. Rom. *ubi ſup. num. 8.* ubi latè explicat, & vide *infr. ampliat. 3.* Item pretium non ſolutum dicitur,

234 & eſſe in limine contractus, etſi pretium ſit converſum in aliam cauſam, vel aliud debitum. Caſtr. *conſ. 146. n. 2. lib. 1.* Guzm. *q. 50. n. 19.* Evictionem autem imminere dicitur, ſi judicialiter, ſive extrajudicialiter ad evictionem quid ordinetur, Gloſ. *in l. penul. §. fin. D. de peric. & comm. rei vend.* Morl. & Menoch. *n. 26. ſup.* Giurb. *deciſ. 100. n. 24.* Evictio 235
autem an dicatur imminere, ſi pretium rei venditæ ſequeſtretur emptori, vide Carroc. *de ſequeſtr. 3. d. n. 13.* ubi dicit, ſe vidiſſe hunc caſum diſputare, & concluſum fuiſſe, quòd non.

Amplia 1. hanc limitationem, etſi lis ratione 236
hypothecæ, quæ eſt ſuper re vendita, immineat. Alberic. *in l. habitationum, §. fin. D. de peric. & comm. rei vendit.* Anton. Rub. Alex. *in repet. l. non ſolum, §. morte, n. 465. verſ. ſubdit tamen, D. de novi oper. nunt.* Gratian. *conſ. 135. col. 2. verſ. & habet. vol. 2.* Caballin. *de eviction. §. 3. n. 135. verſ. propterea.* Franch. *deciſ. 555. n. 1.* ubi hanc doctrinam Senatus approbavit. Gutierr. *lib. 1. q. 169. n. 3.* Morl. *in d. titul. 19. in proœm. n. 108.* Surdus, *deciſ. 295. n. 7. & conſ. 36. n. 14. verſ. & vult.* Coſta, *de quota, & rata, q. 14.* Tuſch. *lit. E. concluſ. 290. n. 45. & concl. 360. n. 10. & 45. & lit. V. concluſ. 547.* Giurb. *deciſ. n. 25. & 113. n. 11.* Hieron. Leo. *47. à n. 5.* ubi late comprobat. Pirr. Maur. *de fidejuſſ. c. 18. n. 26.* Caſtill. *lib. 4. c. 44. n. 75.* Guzm. *de evict. q. 50. n. 11.* † & non ſolum cum lis eſt mota ſuper hy- 237
potheca, ſed etiam antequam lis immineat, datur emptori retentio pretii non ſoluti, ex traditis *ſupra, in limitatione ſexta, n. 196.* ubi actionem dari ex empto ante evictionem diximus: unde facilius dabitur retentio. Cancer. *var. 1. p. c. 13. de empt. n. 22.* ubi ita tenet per *text.* & *ibi.* Gl. *in l. ex iis prædiis. C. de evict.* & Caball, *quæſt. 756. n. 83.* ubi dicit, quòd non poteſt compelli, ut faciat ſcripturam de pretio, quando judici conſtat, quòd res eſt hypothecata, & contractus ex parte venditoris non eſt adimpletus, etſi à parte non fuerit oppoſitum, addere relatos, *ſup. in n. 220.*

Et hæc procedunt, etſi obligatio eſſet conditio- 238
nalis, ut tradit Caballin. *ubi ſupr. in l. ſi ſervus, in prin. D. de condict. furt.* Alex. *conſ. 67. lib. 3.* Contrarium, imo quòd in obligatione conditionali hæc non procedant, nec venditor teneatur cautionem fidejuſſoriam dare (de qua *infr. num. 243.*) tenet Cancer. *d. c. 13. n. 23.* Bal. *in l. ex iis prædiis*, & *ibi* Alex. *in l. addit. C. de evict.* & eam fundat Neguſ. *de pignor. in 1. memb. 5. par. num. 27.* ubi in hoc caſu ſolum teneri venditorem cavere emptori cum hypotheca generali bonorum ſuorum de ſervando emptorem indemnem, reſolvit, cui aſſentitur Cancer. *ubi ſup.* ſi venditor eſt ſolvendo, vide Addita *ſup. n. 201. cum aliis.*

Amplia 2. in lite mota ante pretii ſolutionem 239
pro annuis reditibus debitis ex cenſibus impoſitis ſuper re vendita, ſive pro penſionibus dictorum cenſuum decurſis. Gratian. *diſcept. c. 175. n. 20.* Rota Rom. *deciſ. 281. à n. 1. 2. p. noviſ.* Giurb. *113. num. 1. & 10.* Hieron. Leo. *47. num. 3. & 4.* Theſaur. *deciſ. 85. num. 1.* Azeved. *in l. 1. tit. 21. lib. 4. num. 164.*

Amplia 3. ſi evincatur prædium venditum, & 240
traditum emptori, ex cujus pretio cenſus reſervativus fuit creatus; nam evictione ſecuta, poterit emptor retinere pretium, & ceſſare in ſolutione reditus: ut in terminis tradit Maſtrill. *dec. 160. 2. p. n. 8. cum aliis.* † Nam ad excludendum emptorem 241
ab hac exceptione, & jure retentionis requiritur, quòd pretium ſit verè ſolutum, ut diximus & ideo non ſufficit in aliud nomen debitoris fuiſſe transfuſum; quia tunc dicitur ficta ſolutio, & pretium verè eſt penes debitorem ut ex Minſinger, Burſato,

&

& aliis tradit Mastrill. *n.* 10. *&* 15. ubi dicit, quòd ad exclusionem dispositionis, *d. l. si post perfectam*, *C. de evict.* requiritur quòd pretium sit in totum solutum, ita ut illius non remaneat aliquis odor, fumus, vel reliquiæ, quia si remaneret, & esset periculum evictionis, daretur illius retentio, & plures laudat, & id comprobat Giurb. *decis.* 100. *num.* 24. ubi multos cumulat, & hanc retentionem non solum ad pretium, sed ad annuos reditus extendit, & facit doctrina Castr. *cons.* 44. *vol.* 2. *&* 3. *lib.* 1. ubi ex mente communi, *in d. l.* respondit, remedium retentionis, de quo ibi, durare quousque pretium verè sit solutum ipsi creditori, aut desierit esse pretium, quem refert, & sequitur Rot. Rom. *dec.* 381. *num.* 8. 242

Amplia 4. emptorem posse retinere pretium, etsi lis fuisset mota super aliqua parte rei venditæ, nam ad effectum retinendi pretium, satis dicitur imminere periculum evictionis, *d. l. si post perfectam*, & *ibi* Petrus de Bellaper. Bart. Odofr. Salycet. & omnes, idem Bart. Alber. & cæteri, *in l. habitationum*, *§. fin. de pericul. & comm. rei vend.* & *in l.* 1. *§. stipulatio duplæ*, *D. de prætor. stipul.* Speculat. *de empt.* §. 1. *num.* 8. & ibi Joan. Andr. Anton. de Bur. *in c. fin. n.* 15. *de empt. & vend.* Fab. de Mont. *de empt. q.* 6. *princ. n.* 51. *vers. circa* 12. Minsinger. *observat.* 53. Rot. Rom. *decis.* 281. *num.* 1. *&* 2. 2. *p. noviss.* ubi alios adducit, vide Addit. *infra*, ad Glos. *l.* 34. 243

Amplia 5. etsi lis esset super servitute, aut cognitione dominii, aut super possessione tantum. Alberic. *in d. l. habitationum. §. fin.* ubi dicit, quòd non refert, quo genere judicii actum sit, petitorio, vel possessorio. Rot. *dict. num.* 2. 244

Amplia 6. in venditione pignoris in subhastatione facta, quo casu, si ante solutionem creditori factam, aliqua lis, vel controversia super illa immineat, emptor poterit retinere pretium, ut expressè tenent post Jacob. de Arer. Joann. Andr. Alberic. & alios antiquos Bart. Angel. Hercul. & alii *in l. à divo. Pio*, *§. si post editam. ff. de re judic.* & licet Imol. & Jas. *ibi* dubitent, bene difficultatem evacuant. Alex. & Hercul. & hanc ampliationem approbavit Rota. *ubi sup.* & eam sequuntur Pirr. Maur. *de fidejuss. c.* 18. *num.* 21. Castill. *lib.* 4. *cap.* 42. *à num.* 61. *usque ad finem*, & vide Addit. ad Glos. *l. fin. tit.* 13. *& supr.* & Guzm. *de evict. quæst.* 33. *num.* 50. 245

Amplia 7. etsi lis superveniat postquam res sit subhastata, & addicta licitatori, & tradita, & pretium de mandato judicis depositum, ut inde creditoribus, ad quorum petitionem res fuit subhastata, solveretur; nam adhuc in pretio depositio dabitur emptori retentio. Rota. *n.* 6. *cum* 7. *seqq.* latè comprobat *ubi sup.* 246

Amplia 8. in cessionario venditoris, qui virtute cessionis agit ad pretium; nam etiam adversus eum emptori datur retentio, Castrens. *cons.* 46. *num.* 3. *&* 107. *à n.* 3. *&* 4. *p.* 1. ubi latè. Cost. *de quota, & rata, q.* 14. *num.* 1. Aloys. Leo. *in repet. l. si post perfectam*, 29. *n.* 8. *C. de evict.* Rota. Roman. *d. dec.* 281. *n.* 35. *vers. ultima est.* Tusch. *litt. E. concl.* 36. *n.* 15. Hier. Leo. *decis.* 47. *n.* 17. *&* 18. ubi dicit regulam, quæ habet, quòd actio non transit contra singularem successorem, nec sequitur fundi possessionem, ex *l. fin. §. fin. ff. de contrab. empt.* procedere in actione, non verò in exceptione, quæ transit contra cessionarium. Faber. *in C. lib.* 4. *tit.* 10. *definit.* 9. ubi pro emptore Senatum judicasse dicit, non obstante acceptatione cessionis, & vide Addit. ad Glos. 247

l. l. 19. *n.* 32. *&* 33, *supr.* & etiam cedens potest compelli ad cavendum, licèt sententia sit data contra cessionarium, Castr. *d. cons.* 46. *num.* 3. *vers. nunc*, & Tusch. *n.* 21. *ubi sup.* Guzm. *de evict. q.* 50. *num.* 15. *&* 21. † & idem est in conductore, qui promisit solvere creditori locatoris, si de re locata lis moveatur; nam non obstante cessione, & promissione de solvendo, si tempus conductionis non sit lapsum, non tenetur solvere, & potest pensionem retinere. Aret. *cons.* 26. quem sequitur Fachin. *cons.* 6. *n.* 5. *lib.* 3. 248

Amplia 9. etsi liti motæ actor renunciaverit, vel sententia esset perpetuò exclusus, quia adhuc tenetur cavere pro illa, & omni lite, *l. fin. §.* 1. *ff. de rescind. vend.* Castrens. *d. cons.* 46. *n.* 3. *vers. quantum*, Grammat. *consil.* 106. ubi dictam legem interpretatur. Tusch. *d. concl.* 359. *num.* 17. *&* 51. Bertaz. *claus.* 42. *gl.* 11. *n.* 1. Statil. Pacif. *decis. Rot. Rom.* 180. *n.* 1. *&* 2. ubi ampliat, etsi molestiæ cessarent. Guzm. *q.* 50. *num.* 17. 249

Amplia 10. etsi esset pactum factum inter emptorem, & venditorem, quòd venditor non teneatur de evictione; neque ad pretii restitutionem, de quo pacto vide in Addit. ad Glos. 6. *infrà num.* 3. quia tunc, si antequam solveret immineret evictio, potest retinere pretium. Alex. *cons.* 235. *n.* 11. *vers. nec jam dictis*, *libr.* 6. ubi dicit communem Tusch. *lit. E. concl.* 360. *n.* 7. Thesaur. *lib.* 1. *qq. forens.* 77. *n.* 3. ubi dicit, quòd in hoc casu Senatus Pedemontanus concedit executionem venditori pro pretio non soluto præstita cautione, de quo *in d. l. si post perfectam*, *C. de evict.* nisi esset certa, nam tunc etsi Pirr. Maur. *de fidejuss. c.* 18. *n.* 28. pro contraria opinione Alex. adducit. *in d. cons.* 235. *n.* 10. hanc comprobat. Guzm. *q.* 50. *n.* 8. 250

Sublimita 1. quando evictio erat evidens, & imminebat tempore contractus, & fuit datus fidejussor; quia tunc, etsi lis proponatur ante solutionem pretii, non potest solutio retardari. Faber. *in §. novissime. Institut. de fidejuss.* Jas. *in l. à Divo Pio*, *§. si post. ff. de re judic. n.* 2. Tusch. *n.* 27. Guzm. *n.* 27. *ubi sup.* 251

Sublimita 2. si tempore venditionis fuit cogitatum, vel dubitatum de evictione; quia tunc ratione litis, de qua fuit cogitatum, non potest retardari solutio pretii. Natta *cons.* 267. *n.* 2. *lib.* 2. Honded. *cons.* 30. *n.* 33. Caballin. *de evict. §.* 2. *num.* 8. *vers.* 2. Giurb. *decis.* 113. *n.* 18. Carroc. 95. *n.* 11. Magon. 80. *n.* 2. Faber. *in suo C. lib.* 8. *tit.* 31. *de evict. defin.* 11. *sub n.* 15. Surd. *decis.* 265. *n.* 48. 252

Sublimita 3. si tempore venditionis fuit actum inter emptorem, & venditorem, quòd non teneatur venditor satisdare, etsi lis ante solutionem immineat. Bal. *in l. non idcirco, ad med. C. de contrab. empt.* Caballin. §. 5. *num.* 49. *ubi supr.* Tusch. *d. concl.* 360. *n.* 9. *&* 56. Sed ex hoc pacto si à venditore apponatur, videtur adversus ipsum resultare præsumptionem doli. 253

Sublimita 4. in fisco venditore qui non tenetur cavere; quia fiscus dicitur quasi fixus. Flav. à Mend. *in addit. ad Franch. decis.* 297. *n.* 5. *&* 6. Surd. *decis.* 183. *à n.* 7. ubi latè, nam ubi fidejussio est necessaria, semper fiscus ab onere satisdandi relevatur, *l.* 1. *§. si ad fiscum, ff. ut legat. nomine*, *l. nisi*, *§. si cui plusquam per l. Falc.* Gl. *in l.* 4. *C. de usufr.* 254

Sublimita 5. quando litigium, seu evictio, quæ dicitur imminere, in limine contractus esset procurata, & affectata per ipsum emptorem; quo casu non licet ei retinere pretium, quia videtur dolo facere, ut differat solutionem. Menoch. *de arbitr. casu.* 224. 255

casu. 224. *n.* 1. *&* 6. Caballin. *de evict.* §. 2. *n.* 9. Gomez. 2. *tom. var. c.* 2. *n.* 39. *vers. unum tamen.* Hering. *de fidejuss. c.* 10. *n.* 237. Pereir. *de empt. c.* 13. *n.* 16. *ad fin.* Surd. *cons.* 32. *à n.* 1. ubi multa tradit, ex quibus impedimentum affectatum esse præsumitur. Vusch. *ubi sup. num.* 32. Ursil. *ad Afflict. decis.* 171. *num.* 2. Hier. Leo. *decis.* 47. *num.* 19. Guzm. *q.* 50. *num.* 32.

256 Intellige hanc sublimitationem, quando emptor calumniosè procurat litem sibi moveri ab actore, cui jus non competat; secus verò esse, quando bona fide fecit litem moveri à jus habente, quia invenit rem alienam, vel non liberam fuisse venditam, & poterit de calumnia jurare, nec ei potest objici dolus. Bal. *in d. l. si post perfectam. n.* 2. *in fin.* Anchar. Regin. *lib.* 3. *qq. famil. q.* 34. *num.* 8. Tusch. *n.* 35. Leo. *n.* 20. Guzm. *n.* 34. *ubi sup.*

257 Hac cautela solent emptores uti, ut in aliud tempus differant solutionem, & ad hunc effectum eam tradit Cæpol. *caut.* 27. *circa fin.* Sylv. Aldobrandin. *cons.* 19. ubi asserit, esse optimam cautelam pro emptore paupere excipere, rem non esse liberè traditam, sed dotibus, & aliis obnoxiam. Menoch. *n.* 1. *&* 2. *ubi supr.* Carroc. *de sequestr.* 3. *p. q.* 10. *n.* 5. *&* 6. Guzm. *de evict. q.* 2. *n.* 29.

258 Contra eam favore venditoris plura remedia, assignant DD. primum quòd emptor, & is, qui litem movit, juramento suo se purgent, quòd nulla inter ipsos intercesserit conventio ad movendum litem. Bart. alii *in d. l. si post perfectam, C. de evict.* Menoch. *d. casu* 224. *n.* 5. Gomez. Hering. & Cæpol. *ubi sup.* Carroc. *decis.* 96. *n.* 4. Maur. Aretin. *de fidejuss. c.* 18. *n.* 31. Carroc. *dict. q.* 10. *n.* 9. *&* 10. & Guzm. *ubi sup.*

259 Alterum est, quòd venditor alleget, emptorem per fraudem, & dolum curasse ei litem moveri, quam sane fraudem, & dolum conjecturis probare poterit Menoch. *n.* 7. *ubi sup. & lib.* 5. *præsump.* 26. ubi late, & alios allegat. Caballin. *d.* §. 2. *num.* 11. Tusch. *d. concl.* 360. Carroc. *num.* 12. Guzm. *n.* 31. *ubi sup. & q.* 50. *n.* 53. Item poterit se fulcire pacto, quòd per motionem litis non teneatur satisdare, *ut sup. in num.* 254. diximus, quod pactum sustinebitur, si cum ipso notorius defectus dominii non concurrat, seu rem esse hypothecatam, seu censui obnoxiam, nam fraude præsumetur appositum, & ob scientiam vitii.

Melius autem faciet venditor, si rem non tradat, usque dum integrum pretium ipsi solvatur.

260 Sublimita, si per venditorem detur cautio cum fidejussoribus de servando emptorem indemnem, *d. l. si post perfectam, l. habitationem, §. fin. ff. de peric. & commod. rei vend.* Bald. Gomez. Caballin. Surd. Mastrill. & alii, *supr.* citati *in prin. limitat.* 7. *num.* Pereir. *de empt. c.* 22. *n.* 33. *& cap.* 23. *n.* 14. Bertaz. *claus.* 42. *glos.* 11. *n.* 1. Cancer. *var.* 1. *p. c.* 13. *n.* 22. ubi venditorem audiri, si satisdet emptori de servando eo indemnem ab obligatione, dicit. Carroc. *d. q.* 10. *n.* 2. Tusch. *concl.* 54.

261 Sed dubium est, utrum venditor teneatur cautionem cum fidejussoribus non solum pro lite mota præstare, sed etiam pro quacumque alia lite in futurum movenda, & cautionem pro lite mota sufficere probat *text. in d. l. habitationum* §. *fin.* ubi Jurisconsult. inquit, ante pretium solutum dominii quæstione mota, pretium emptor solvere non cogitur, nisi fidejussores idonei à venditore ejus evictionis nomine offerantur: & hanc opinionem sequuntur. Bal. *ibi, in lect. ant. & in l. non idcirco, in fine, C. de contrab. empt.* Salyc. *ibi vers. dicit tamen.* Bal. Rub. Alex. *in l. non solum,* §. *morte, num.* 464. *& seq. ff. de novi. oper. nunt.* Butrig. *in d. l. si post perfectam,* & alii, quos referunt Tusch. *litt. F. concl.* 360. *n.* 47. & Franch. *decis.* 555. *n.* ubi omnium doctorum antiquorum opiniones refert.

Contrariam opinionem, scilicet cautionem spe- 262
cialem pro lite mota non sufficere, sed generalem pro omnibus litibus movendis desiderari, probat *text. in fin. ff. de rescind. vend.* & eam amplectuntur Cinus Bart. Salyc. & communiter DD. *in d. l. si post perfectam, & in dict. l. habitationum, §. fin.* Castr. *cons.* 46. *n.* 2. *p.* 1. Angel. Alex. Imol. & alii, & sequitur. Rota Rom. *dec.* 281. *n.* 36. 2. *part. novissim.* Tusch. *ubi supr. n.* 46. *&* 50. ubi communem dicit, & alios plures adducit Caballin. *de evict.* §. 2. *n.* 12. *& cons.* 5. *n.* 49. Ursil. ad Afflict. *decis.* 171. *n.* 4. Neguſant. *de pignor.* 5. *p. membr.* 1. *n.* 28. *in fine.* Franch. *decis.* 555. *in fine,* ubi sic per Senatum fuisse judicatum dicit, ersi fuerit inter consiliarios magna difficultas, & latè hæc quæstio examinatur. Cavalc. *decis.* 4. *n.* 3. *p.* 1. Surd. *cons.* 36. *n.* 14. *lib.* 1. *& decis.* 183. *n.* 10. *&* 495. *n.* 8. *&* 9. *&* 18. ubi Senatus pro omnibus molestiis motis, & movendis fidejussionem præstandam esse decrevit. Leo. *decis.* 47. *à n.* 21. ubi sic dicit, fuisse judicatum in illo Senatu, Cancer. *lib.* 1. *var. c.* 13. *n.* 27. Hering. *de fidejussoribus, c.* 10. *n.* 239. *&* 244. Honded. *cons.* 30. *n.* 31. *vol.* 1. Pereir. *de empt. c.* 23. *n.* 15. ubi pro contraria opinione jura, & auctores refert, & hanc sequitur Castill. *lib.* 4. *quotid. c.* 42. *n.* 77. Giurb. *decis.* 100. *n.* 31. ubi multos pro hac opinione adducit, & 113. *n.* 11. Bertaz. *claus.* 42. *gl.* 1. *n.* 11. Morl. *tit. in proem. n.* 108. *vers. sed hæc sent.* Tusch. *litt. V. concl.* 54. *n.* 8. Guzm. *q.* 2. *n.* 34.

Amplia, etsi venditor fecisset pactum, quòd non 263
vult tenere, nisi pro facto suo; quia pacto non obstante, tenetur cavere pro lite mota, & omnibus aliis movendis, & pretium, & expensas tenetur restituere *in casu* evictionis. Surd. *cons.* 36. *num.* 15. Thusc. *litt. E. concl.* 360. *n.* 18. & vide *inf.* in Add. Glos. 6. *n.* 5.

An pro illa tantum, & pro quacumque alia lite, 264
quæ super illa moveatur, sit præstandi cautio vel generalis evictio totius rei requiratur? Hæc quæstio de facto agitata fuit in Senatu Neapolitano, ut refert Franch. *d. decis.* 555. *num.* 2. & Senatus decrevit, dandam esse fidejussionem pro omni evictione; sed non aperit, an respectu partis, vel totius rei, & in Senatu Mantuano, tradit Surd. *decis.* 295. *num.* 19. ubi, quòd Senatus judicavit fidejussionem præstandam esse pro omnibus molestiis motis, & movendis respectu partis tantum, pro qua erat institutum judicium, & pro illa tantum parte posse emptorem, partem pretii retinere, quando molestia in parte rei est illata, motus auctoritate Joan. Andr. *ad Specul. tit. de empt.* §. 1. *n.* 8. *in addit. quæ incipit, quia iste,* §. *in fine,* & ex aliis rationibus, de quibus *ibi*: & cum eo transit Hier. Leo. *d. decis.* 47. *n.* 22. idem sentit Faber. *in suo C. lib.* 8. *tit.* 31. *de evict. definit.* 10. *vers. nam, & idem obtinet, & in defin.* 14. ubi si emptor non vult à contractu discedere, partem pretii solùm retinere posse decisum fuisse inquit, & de eo, quod dicitur de retentione partis pretii, quando evictio pro parte rei venditæ imminet, vide *supr.* tradita, & Addit. ad Glos. *l.* 34. *infra,* & Surd. *decis.* 253. *num.* 9. *& cons.* 23. *num.* 15. & Aldobrandin. *cons.* 19. qui tenent pro ea parte pretii posse creditum extinguere.

Sed si plures sint venditæ separatim, & velit 265
emptor

emptor pretium unius pro altera, super qua lis est mota, retinere, non auditur, ut ex Dec. *cons.* 421. *num.* 2. & 3. tradit Surd. *cons.* 101 *num.* 31. quia ubi contractus sunt separati, defectus implementi circa unum non justam excusationem præbebit, quominus pars in alio implere teneatur. Glos. *in l. si duo, D. de dolo* Fulgos. Salyc. & Alex. & alii, *in l. cum proponas, C. de pact.* Surd. *supr. num.* 32. & 33. ubi hanc doctrinam ampliat etiam in capitulis separatis inclusis in uno instrumento, & tradit nunc dici capitula separata, quando unum non est factum respectu alterius, & alios allegat.

266 Quid si creditor, qui movit litem, est conditionalis, pro ut fideicommissarius ante purificatam conditionem, vel pro dote ante casum restitutionis, vide *supra, num.* 201. & 202. *cum aliis.* Ofasc. *decis.* 24. Anchar. *in q.* 34. & Guzm. *in dict. q.* 52. *num.* 36.

267 Cautio autem, quæ à venditore præstanda est, cum fidejussore, & promissione de duplo debet esse, ut ex Angel. *in d. l. si post perfectam, C. de evict.* Roman. *cons.* 8. *q. ultim.* tradit Caballin. *de evict. §.* 5. *num.* 49. & cavendum est in forma depositi, ut cum Grass. *decis.* 3. *aliàs* 148. *n.* 22. tradit Pirr. Maur. *de fidejussor. c.* 18. *n.* 25.

268 Amplia 1. etsi in contractu essent dati fidejussores de evictione. Tusch. *d. q.* 360. *n.* 22. *in verb. debere, in fine, D. de evict.* ubi dicit, quòd de consuetudine fidejussor datur in venditione libri & Glos. *in §. novissimè. Inst. de suspect. tutor. verbo, expediat,* ponit casum in venditione liberi, & *ibi* Angel. Aret. & alii dicunt, quòd debet dari fidejussor, si imminet evictio ante solutionem pretii. Seraphin. *decis.* 321. *n.* 12. habetur *in novis. diverf.* 1. *p. decis.* 586. *n.* 8. ubi tradit, quòd fidejussores de evictione tenentur eadem actione ad præstandam rem liberam, qua tenetur principalis, quia uti principales accesserunt; & esset absurdum, quòd ipsi sint obligati, & obligationem tollant.

269 Amplia 2. etsi essent data pignora pro evictione. Fab. *in C. lib.* 8. *tit.* 31. *defin.* 11.

270 Amplia 3. etsi venditor ditissimus sit; qui si velit pretium rei venditæ exigere, cavere de evictione cum fidejussoribus debet, ex *d. l. si post perfectam: C. de evict. & juribus sup. traditis:* à qua cautionis datione divites non excusantur, Gratus *consil.* 135. *in fin. lib.* 2. & communem dicit Surd. *consil.* 36. *n.* 14. & *decis.* 295. *à n.* 13. ubi in contrarium ab ipso traditis *num.* 3. respondet: & eum sequitur Castill. *lib.* 4. *cap.* 42. *n.* 74. Maur. *d. cap.* 18. *n.* 27.

271 Sed contrariam opinionem, scilicet quod venditor, qui dives est, non tenetur cavere de evictione cum fidejussoribus, sed sufficit hypotheca bonorum, tenent Angul. *cons.* 65. *vol.* 5. ubi dicit communem. Natta. 267 *lib.* Afflict. *dec.* 171. *n.* 3. Apostill. ad Rom. *cons.* 67 *in verf. possidere.* Anchar. Regiens. *q.* 32. *lib.* 2. *n.* 50. Tusch. *d. concluf.* 360. *& litt. V. concl.* 59. *n.* 9. & alios tradit Surd. *ubi supra n.* 3. qui dicunt sufficere, quod venditor dives bona sua obliget: & hanc sequuntur Carroc. *decis.* 96. *n.* 13. *verf. Illud vero.* Hering. *de fidejuss. c.* 10. *n.* 249. Honded. *cons.* 30 *num.* 33. *vol.* 1. Trentac. *var. lib.* 3. *tit. de empt. resol.* 16. *n.* 4.

272 Et pro hac opinione facit, quòd emptor non potest retinere pretium, & differre solutionem, quando venditor notificavit litem suo authori, si author est dives, & suscipit, quia loco fidejussoris habetur, ut latè comprobat Afflict. *decis.* 12. Menoch. *casu.* 229. *n.* 4. ubi idem admittit, quando ipsemet venditor immediatus solvendo esset, & omnium communem esse opinionem dicit Apostil. *ad Roman. cons.* 67. *in verf. possidere.* Caballin. *de evict. §.* 2. *num.* 18. & *§.* 5. *num.* 49. ubi Menoch. ampliationem refert. Rot. Roman. *decis.* 281. *n.* 40. 2. *p. novissim.* etiam extendit ad venditorem idoneum, & duas opiniones contrarias refert. Seraphin. *decis.* 1243. *num.* 3. ubi fuit resolutum, tunc sufficere cautionem cum hypotheca bonorum; vel si pretium remansit penes venditorem sub contractu census. Cacher. *decis.* 24. *num.* 14. Negusan. *de pign. memb.* 5. *p.* 1. *num.* 24. & 28. Et hanc quæstionem maximè controversam dicit respectu venditoris Surd. *decis.* 183. *num.* 10. ubi dicit, quòd non est fidejussio præstanda ab eo, qui authorem habet divitem. † In qua varietate opinionum, hoc judicis arbitrio relinquendum esse Rota Roman. decrevit *in fin. d. decis.* qui considerari debet, an sit dolus saltim præsumptus ex parte emptoris, & facultates venditoris, & cæteras circumstantias. Senatus Sabaud. sine satisdatione jussit pretium venditori solvi, ut testatur Faber. *in suo, C. lib.* 8. *tit.* 31. *defin.* 14. † De quæstione, quando cautio cum fidejussoribus requiritur, utrum homo probatæ vitæ, & dives eos præstare debeat, vel sufficiat obligatio cum hypotheca bonorum, vide Quesa. *cap.* 11. *per totum,* ubi multa tradit de divitiis, & paupertate, & Add. *ad tit.* 12. *l. hac par.* Trentac. *ubi sup.* 273 274

Si verò notoriè constat de jure evincentis, etiam oblatis fidejussoribus, emptor ad solutionem non est compellendus. Glos. *in §. fin. Inst. de suspect. tutor.* & ibi Joann. Fab. *in fin.* Jas. *in l. à Divo Pio, §. si post, num.* 2. *verf. & adverte diligenter, D. de re judica.* Neviz. *cons.* 37. *num.* 9. Caballin. *d. §.* 2. *n.* 13. *verf. imò si ex parte.* Menoch. *cons.* 1178. *n.* 13. Surd. *decis.* 295. *n.* 15. *verf. At ubi lis.* Carroc. 96. *n.* 1. Mastrill. 160. *n.* 6. & quia ubi evictio est certa, non debet quis fidejussoris periculo se submittere, quæ fragilis cautela est. Pancir. *cons.* 82. *n.* 6. Franch. *decis.* 42. *n.* 4. & 127. *n.* 7. & 10. Giurb. *decis.* 100. *n.* 27. 28. 29. & 30. ubi plures adducit. Cavalcan. *decis.* 4. *n.* 4. *p.* 1. Cald. *de empt. c.* 23. *n.* 16. Tusch. *pract. concl. verb. evict. concl.* 360. *n.* 6. & vide *sup.* 275

Et idem est dicendum, si res libera fuit vendita, & constat de fideicommisso; nam emptor non tenetur pretium solvere. Caputaquen. *decis.* 112. *lib.* 1. & 127. *p.* 3. Puteus, *decis.* 357. *lib.* 3. Statil. Pacif. *decis.* 180. *num.* 1. & 2. Quia non tenetur sustinere litem contra fideicommissarios super libertate bonorum; sed ille, qui petit pretium, & dicit, quòd, fideicommisso non obstante, alienatio sustineatur, debet reddere emptorem securum, ut postea emptori nullum periculum immineat. Statil. *ubi supr. n.* 5. & 7. 276

Sed si, evictione imminente, venditor nullos fidejussores inveniat, nec satisfacere possit, quid erit agendum? in hoc casu consulunt DD. quòd pretium apud virum bonum sequestretur ad venditoris utilitatem. Cacher. *decis.* 24. *num.* 14. Cavalcan. *decis.* 4. *in fin.* Giurb. *decis.* 113. *num.* 14. Fab. *in suo C. lib.* 8. *tit.* 31. *de evict. defin.* 29. ubi Senatum jussisse inquit, venditorem non valentem satisdare, pretium idoneo mercatori tradi, qui usuras legitimas in vicem fructuum venditori præstet, & eum sequitur Castill. *lib.* 4. *quotid. c.* 42. *n.* 72. *circa finem.* Carroc. *d. decis.* 96. *in fin.* Hering. *de fidejussor. d. c.* 10. *num.* 251. 252. & 253. ubi cum Carroc. tradit esse æquius, quàm rigorosa retentio, vel sequestratio, ex qua nec emptor, nec venditor aliquid utilitatis percipiunt; & præferendum esse emptorem, si velit apud se pretium retinere, præstando annuam 277

pensionem venditori, de quo vide Add. ad Glos. 2. *l.* 28. *sup. num.* & vide, quæ diximus, *sup. in n.* 222.

278 † Et an juratoria cautio sufficiat, quando creditor cogitur accipere in solutum rem debitoris, & debitor est pauper, & non invenit fidejussores, vide Trentacinq. *var. libr.* 1. *tit. de verb. signif. resol.* 3. Giurb. *decis.* 4. Guid. Pap. 189. Balb. 6. Surd. 141. Seraph. & ejus Addit. *de privil. jur. privil.* 8. Hering. *de fidejuss. cap.* 18. *à num.* 84. Farin. *q.* 107. *à num.* 38. *& q.* 33. *à n.* 43. & Addit. *infra ad glos.* 1. *tit.* 12.

279 Si duo in solidum rem vendiderunt, & contra unum agatur, & fidejussorem de evictione præstet; fidejussor non tenetur, nisi pro parte pro qua adversus quem agitur vendiderat, & non pro tota. Surd. *cons.* 271. *n.* 63. *&* 64.

280 De exceptionibus, quibus se tueri possunt fidejussores, qui pro evictione dantur à venditore, vide Pirr. Maur. *de fidejussor. c.* 18. *per totum.* Hering. *c.* 10. *num.* 247. *&* 248. Et si diù in obligatione steterunt, an possint agere ut eos ab obligatione eximat, respondetur negativè ex Caball. *de evict. §.* 2. *num.* 19. ubi pro comprobatione refert Bart. Bald. Paul. Alex. Cyn. Salyc. Jas. Dec. & Afflict. quibus Adde Gomez. 2. *tom. variar. c.* 12. *n.* 9. Bertran. *claus.* 43. *glos.* 4. *num.* 4. Affict. *decis.* 241. *num.* 4. & ibi Urfil. *num.* 6. Magon. *decis. Lucens. 6. num.* 5. Trentac. *lib.* 3. *tit. de fidejussor. resol.* 5. *num.* 3. *in fin.* & quando fidejussor possit agere, ut à fidejussione eximatur, vide Addit. ad Gl. *l.* 14. *tit.* 12. *infra hac part.* & novis. Guzm. *de evict. q.* 3. *n.* 56.

281 Si autem evictio non immineret in limine contractus, emptor sub prætextu, quòd res in totum, vel in parte sit aliena, non potest pretium rei venditæ retinere; sed cogi potest ad solutionem, etsi velit probare rem ad venditorem non pertinere, quia replicavit semper venditor, ego tradidi, & tibi licet illam habere. Castrens. *in l. servus, quem, §. si sciens, D. de action. empt.* Ruin. *cons.* 141. *num.* 5. *volum.* 1. & probatur *ex text. cum glos. in l. si rem, quam, in principia, D. de evictio.* ubi emptor non cogitur pretium solvere, si res eon est tradita, secus si tradita est. Tusch. *pract. d. conclus.* 360. *n.* 4. Surd. *decis.* 253. *n.* 5. *&* 6. Cancer. *var.* 1. *p. c.* 13. *de empt. & vend. n.* 28. ubi dicit, quòd ad hoc, ut detur retentio pretii, oportet, quòd emptori sit jam lis mota super re vendita judicialiter, sivè extrajudicialiter. Castill. *lib.* 4. *quotid. controvers. c.* 42. *num.* 72. *in fin.* Nec de evictione datur actio ante sententiam, ut diximus *supra*, nisi in casu limit. sextæ. Giurb. *decis.* 100.

282 *num.* 20. Et est ratio, quia venditor non tenetur rem facere emptoris, sed solum tradere, etiam si non sit dominus, *l. ex empto, in principio, D. de actio. empt. l. si stipulatus, D. de usuris*, ubi dicit Consultus hoc esse de natura actionis, *l. si itu in fin. D. de contraben. empt.* Gomez. 2. *tom. var. cap.* 2. *n.* 39. Rube. *in l. non solum, §. morte. à num.* 453. *D. de oper. nov. nunt.* Surd. *decis.* 293. *n.* 2. *& cons.* 36. *n.* 4. *in fine.*

283 Et si lis immineat, postquam emptor pretium solverit, non poterit agi ad pretii soluti repetitionem, vel ut sibi fidejussores dentur pro illa evictione, sed litis exitus debet exspectari, ut ex *l. evicta, D. de evict. & l. qui rem. C. de evict.* tradunt Paul. *in l. servus, §. fin. n.* 1. *D. de actio. empt.* Gl. *in l. si post perfactam C. de evict.* Cacher. *decis.* 181. *n.* 5. Cancer. *var. resol.* 1. *p. cap.* 13. *de empt. & vend. n.* 30. ubi alios allegat, & exitum litis exspectandum esse dicit, nisi res vendita esset alteri hypothecata, & emptor contra eum agat, ut rem liberam tradat.

Venditor autem, nisi conventum sit inter partes, non tenetur dare fidejussorem de evictione, nec ad illam præstandam cogi potest, *l. illud, D. de evictionibus l.* 1. *§. stipulatio duplæ. de protor. stipulat.* Ex quo Paul. notat, quòd venditor, qui tenetur cavere de evictione, non habet necesse præstare fidejussores, nisi expresse actum fuerit, *l. pacta conventa, & ibi* Gl. *D. de contrab. empt. l. non idcirco, & ibi* Glos. *C. eod.* Caballin. *de evictione. §.* 2. *n.* 7.

Amplia, etsi evictio immineret in limine con- 284
tractus, non posse cogi præcisè ad dandum fidejussorem, sed causativè, si vult pretium consequi, quod ope exceptionis contingit. Angel. *in §. quod autem, in auth. de fidejuss.* Mudeus, *ad fin. titul. D. de action. emp. cap. quomodo de evict. caveatur, n.* 7. *&* 8. Caballin. *ubi sup. n.* 8. Anna. *in singul. decis.* 570. ubi sic fuisse decisum in sacro Senatu testatur, & sequitur Ricc. *collect.* 1871. *in fin.* 5. *p.* Guzm. *q.* 2. *num.* 14.

Limita in patre, qui rem, cujus proprietas ad 285
filium pertinet, tanquam propriam ipsius patris vendidit, *l.* 1. *§. fin. C. de bonis matern. & ibi*, Gl. *verbo accipere, l.* 1. *in fin. &* Gl. *C. de annal. except.* Caballin. *ubi sup. n.* 14. ubi intelligit, si emptor velit, & alios allegat, *& in addit. litt. B.* ubi latè. Cacher. *decis.* 24. *n.* 3. *&* 9. ubi tradit, emptorem posse agere contra patrem, ut edoceat, rem, quam vendidit, ad eum proprio jure pertinere, aut quòd evictionis nomine caveat, Guzm. *q.* 2. *num.* 38. *vers. Undè cum primum.*

Limita in datione in solutum, de qua in *l.* 3. 286
tit. 14. *infra, glos.* ubi de creditoribus, qui compelluntur res sui debitoris in solutum accipere. Sed si 287
creditor compellatur in solutum capere, & debitor, ut tenetur non præstet fidejussorem, quia non potest præstare, an sufficiat præstare juratoriam cautionem? vide Cavalc. *de evict. §.* 2. *n.* 17. ubi, *ex l. cum non facile*, cum *ibi* notatis, *D. si cui plus, quam per leg. Falc. licuerit.* ait sufficere, & facit *l. de die, §. jubetur D. qui satisdat. cogant.* ex quo probatur, à fidejussione præstanda pauperem excusari, si eum non reperiat, & ad juratoriam cautionem admitti. Barbos. *in l. divortio. §. interdum, n.* 25. *&* 29. *D. solut. matr.* Osasch. *decis.* 70. *num.* 3. Marc. *decis.* 496. *p.* 1. Surd. *decis.* 141. *n.* 7. Mart. *voto.* 158. *n.* 8. Guid. Pap. *decis.* 50. *n.* 2. *&* 189. *n.* 5. Giurb. *decis.* 4. *n.* 13. *&* 14. *cum sequen.* Hering. *de fidejuss. cap.* 18. *n.* 89. Castill. *de usufr. c.* 18. *n.* 10. Gutierr. *in l. nemo potest, n.* 294. *de leg.* 1. Trentacin. *var. tit. de appell. resolut.* 1. *lib.* 2. *n.* 9. *& lib.* 1. *tit. de verb. signif. resol.* 3. Tusch. *litt. C. concl.* 166. *n.* 5. *&* 175. *n.* 13. Farinac. *q.* 107. *n.* 38. *& q.* 33. *n.* 45. Seraphin. *de privil. jur. privi.* 18. *num.* 1. 2. *&* 33. & *ibi* ejus Addit. *n.* 2. Cevall. *comm. q.* 66. *n.* 5. & Guzm. *de evict. q.* 2. *n.* 54. nostram quæst. principalem probat, & vide Add. † *ad glos. l. tit.* 12. *in-* 288
fra, hac partit, & præfatos DD. ubi latè, quando juratoria cautio committitur.

ARTIC. *VIII.*

Quæ præcedere debent, ut emptor actionem evictionis exercere valeat.

EMptor litem denuntiare tenetur. De quo vide 289
Addita ad Gl. 4. Res, de cujus evictione agitur, per sententiam judicis debet esse evicta, de quo vide *sup.*

Et causa contra emptorem debet esse finita, 299
etiam in gradu appellationis: de quo, & an emptor teneatur appellare, & appellationem prosequi, vide addita *ad Glos.* 8. *l.* 37. *infra*, & Ferrar. *in sua prax.*

prax. in forma libell. in causa vend. tit. 37. glos. 15. promittens, à n. 7. ubi octò requisita refert, ut emptor de evictione agere possit, quæ cessant, si per pactum remissa sint, ut tradit Roland. *cons. 57. lib. 4. num. 9.*

291 Emptor re evicta per sententiam agit de evictione contra venditorem, & producit sententiam latam contra se in prima instantia, & in causa appellationis. Quæritur, an hoc sufficiat ad plenum fundamentum suæ intentionis; an verò sit necesse, quòd producat totum processum, seu universa acta causæ. In hac quæstione constitue regulam, quòd sententia per se sine processu, nec sufficit, nec fidem facit; quia sententia, quæ ex actis non justificatur, dicitur ipso jure nulla. Vantius *de nullit. ex defectu proces. num. 14.* Rota *diversi. 1. p. decis. 704. n. 2. & p. 3. decis. 1011.* & *decis. 1146. n. 1.* Magon. *decis. 72. n. 2.* Seraph. *decis. 1268.* Gratian. *discept. lib. 3. c. 531. n. 61. & 62.* Farinac. *in civil. antiq. dec. decis. 665. n. 2. & decis. 689. n. 2. & dec. 260. num. 7. & in novis. decis. 77.* ubi dicit, quòd sententia dicitur notoriè injusta, & non debet mandari executioni, si ex actis non appareat esse justam. Riccius *in praxi fori Eccles. in titul. de jure patron. decis. 215.* & adeo est nulla, quòd partium consensu reparari non potest, secundum Balb. *decis. 159.* nec facit transitum in rem judicatam. Pute. *decis. 369. lib. 1.* Seraph. *decis. 1261.* Bellamera. *decis. 340.*

292 Limita 1. quando venditor in instrumento venditionis expressè renuntiavit, ne posset allegare sententiam esse nullam, vel per imperitiam latam, vel ex alio simili injustam. Ferrar. *n. 14. ubi supr.* Guzm. *de evict. q. 15. n. 58.*

293 Limita 2. si in sententia fuit facta mentio de processu, & lata fuit de longinquo; nam tunc præsumitur pro processu, & sufficit producere sententiam juxta doctrinam Hostien. & Joann. Andr. *in cap. cum jure patronatus, de offic. deleg.* Cyn. & alii *in l. emancipatione, C. de fide instrum.* Ferrar. *n. 16.* & Guzm. *ubi sup.*

294 Amplia hanc limitationem, etiamsi sententia lata esset de proximo, si venditor fuit præsens; quia præsumitur pro processu, & non est opus emptori producere processum, sed sibi imputet venditor, si non appellavit, argumento *l. sæpe, §. succensus, ff. de re judic. & l. ab eo. C. quomodo, & quan.* Ferrar. *vers. aut in sententia sit mentio*, ubi tradit hoc casu licere venditori producere processum, & impugnare sententiam ex vitio hujus processus, ex Andr. *in c. quoniam contra falsam, de probat. & in c. in præsentia de renuntiatione*, quem sequitur Guz. *ubi sup.* nam ejus præsentia cum gravat onere probandi errorem, seu defectum processus, pro quo præsumitur, ut dicitur de eo, qui renuntiavit exceptioni non numeratæ pecuniæ, *in l. si ex contract. & in l. generaliter, & in l. in contractibus, C. de non numerat. pecun.* & diximus in Gl. *l. 8. tit. n.* & tradit Ferrar. *ubi sup.* quem vide *in tit. de form. sentent. definitivæ glos. visaque litis contestatione, n. 3.* ubi late explicat, quòd præsumatur pro processu, quando allegatur

295 defectus circa formalia, vel ordinaria processus. † Quando verò lata fuit sententia venditore absente, vel ignorante, non præsumitur pro processu, sed debet produci ex Ferrar. *in d. glos. 13.* & Guzm. *ubi supr.*

296 Limita 3. quando sententia deducitur non per viam actionis ad petendum illius executionem; sed per viam exceptionis; nam tunc probat. Rota.

297 Rom. *2. p. novis. decis. 143. num. 7.* † sententia enim probat titulum, quando executioni mandata est,

l. 3. in fin. de public. in rem act. Glos. *verb. restituta. l. Pomponius, §. jussu, ff. de acquir. possess.* Mart. *voto. 17. n. 10.* Cald. *de empt. & vend. c. 21. à num. 6.* Gratian. *discep. c. 403. n. 3. & 545. n. 38. & 39.* qui dominium sequuta traditione rei per sententiam transferri tradunt, & Glos. *in §. fin. Instit. de offic. jud. verb. ejus sit.* & Guzm. *ubi sup. n. 51. & 52.*

Limita 5. si elapsum esset biennium, quia tunc 298 sententia executioni mandatur sine actis. Thesaur. *q. forens. lib. 3. q. 2.* Ricc. *collect. 2396. 6. p.*

Quando autem sententia lata contra emptorem præ- 299 judicet venditori, qui non fuit citatus, vide Franch. *decis. 523. à n. 13.* & Addit. ad Gl. *3. infra*, † ubi 300 an etiam possit executioni dari contra venditorem.

ARTIC. IX.

Quid veniat in hac actione.

EMptor, à quo res fuit evicta, potest agere con- 301 tra venditorem ad pretium, quod ei pro re evicta solvit: de quo vide addita ad Gl. *7. infr.* † Et ad 302 duplum, si per venditorem promissum fuit: de quo vide Addita ad Glos. *8.* † Et ad sumptus, & expen- 303 sas litis, de quo, Glos. *6.*

ARTIC. X.

Coram quo judice de evictione agendum est.

PRo intelligentia hujus articuli duo casus con- 304 stituendi sunt, primus, quando emptor convenitur ab alio ob rem emptam, & ipsi venditori denuntiat, & postulat, ut ab eo tanquam auctore suo defendatur, & tunc coram judice, apud quem lis pendet, defensionem suscipere debet, etsi alterius jurisdictionis subjectus sit: de quo vide addita ad Glos. *3. l. 33. infra hoc tit.* ubi quid in Ecclesia, Fisco, & aliis privilegiatis.

Secundus casus est, quando emptor, postquam 305 res ab eo fuit evicta, vult agere contra venditorem pro interesse, vel pro pœna dupli, & expensis. *Si* venditor comparuit coram judice emptoris, ubi de evictione agebatur, & causam defendit, coram eodem judice per emptorem poterit conveniri, *l. minor. 38. in fin. principii. D. de evictio.* & facit, quia hoc venit in consequentiam primæ litis, ut inquit Castr. *in l. cum vendente, per text.* ibi *C. ubi causa fiscal.* ubi alia in confirmationem hujus doctrinæ tradit, *& in l. venditor 49. D. de judiciis, num. 4.* & ibi Cagno. *num. 22.* Rebuff. *in const. 3. tom. tit. de dilatoriis, glos. unica, art. 5. num. 5.* Avend. *de exequend. mand. lib. 1. cap. 1. num. 33. vers. vigesima prima causa*, ubi dicit, quòd causa acquisitiva jurisdictionis est consequentia primæ litis. Caballin. *de evictio. §. 3. num. 129.* Barbos. *in d. l. venditor 49. à num. 183.* ubi alios refert, & alia in confirmationem hujus doctrinæ tradit, & *in l. maritum, 12. D. solut. matr.* Cevall. *commun. q. 897. d. num. 905.* Guzm. *de evict. q. 6. n. 44.* Lara *de vita homin. c. 21. num. 61.*

Limita 1. hanc doctrinam, ut non procedat in 306 clerico venditore; quia tunc non haberetur ratio dictæ sequelæ, nec poterit emptor eum convenire super evictione coram judice laico; cum hæc causa nova dirigenda sit contra personam clerici, *cap. significasti, & cap. si diligenti, de foro competent.* Angel. *in l. qui absentem, D. de procuratoribus*, Decius, *in d. l. venditor 49. col. 2.* & ibi Cagnol. *n. 32.*

& Barbos. *num.* 192. ubi alios citat. Caballin. *d.* §. 3. *num.* 130.

307 Limita 2. etiam in laico venditore, si ipse reclamet, & nolit coram eodem judice convenire, ex Rebuff. *ubi supra, n.* 6. ubi dicit sic intelligendam esse illam doctrinam, quæ habet, quòd primus judex, qui de causa principali cognovit, potest cognoscere de causa inter emptorem, & venditorem. Quod notandum dicit Caballin. *in dict. n.* 129. *vers. hoc idem.* Socin. *cons.* 224. *num.* 4. *lib.* 2. Cald. *de empt. & vend. c.* 31. *num.* 82. & pro ea allegat Rupella, *lib.* 1. *institution. for.* §. *in primis*, & comprobatur, quia nulla congrua ratio reddi potest, ex qua renuntiatio declinatoria fori venditoris induci possit, maximè ex lite non cum emptore, sed cum domino rei venditæ agitata: sed licèt hæc de jure sic se habeant, contrarium de æquitate inductum est, ut Juli. Jur. cons. docet, *in q. l. minor. in fine princ.* & sic est receptum.

308 Si venditor defensioni litis non adstitit, quia nec fuit requisitus ab emptore, vel si fuit, noluit litis defensionem suscipere, & emptor ratione interesse, & indemnitatis promissæ eum convenire velit, ejus forum sequi tenetur, sive civiliter, sive criminaliter contra eum agere velit; quia non in rem, sed in personam est actio, & actor forum rei sequi debet, *l.* 2. *C. de jurisdic. omn. judic.* & non est ratio, ut hæc regula convertatur, & reus in foro actoris conveniatur, & in specie sic decisum fuisse in Senatu Tholosano asserit Maynard. *decis.* 34. *num.* 1. *lib.* 1. & eandem opinionem sequitur, & tuetur Fab. *de erroribus pragm. decad.* 6. *error.* 10. ubi contrarium esse errorem meritò dixit. Et ratione rei sitæ, quando quis fortiatur forum, vide per Gerardum *ubi supra, in addit. litt. B.* & Fabr. *num.* 4.

309 Advena statim recessurus, si contrahit, non fortitur forum in loco contractus, *l. hæres absens*, §. *proinde, D. de judiciis*, ubi Barbos. *art.* 1. *à n.* 44. *usque in fin.* qui alios refert. *cap.* 1. §. *neque aliam*, & *ibi* Glos. *verbo respondere, de foro competen. libr.* 6. Capella Tholosan. *decis.* 103. Alex. *cons.* 89. *num.* 1. *lib.* 7. Covarr. *pract. c.* 10. *n.* 5. Narbona, *in l.* 10. *tit.* 6. *lib.* 1. *recopil.* Glos. 2. *à n.* 30. Gratia. *regul.* 213. *& est text. l.* 32. *tit.* 3. *p.* 3. vide *ibi* Addit. ad glos. 10. Guz. *de evict. q.* 2. *n.* 18.

310 Limita 1. si immineat evictio in limine contractus, quia ibi convenire poterit, ut notat Cyn. Bald. & Salyc. *in l. post perfectam, C. de evictio.* & tradit Caballin. *de evictio.* §. 2. *num.* 8. *in fin.* quem sequitur Guzman. *ubi supra*, *num.* 15. *& num.* 20.

311 Limita 2. pro his, quæ secundum naturam contractus erant statim expendenda. Bald. *in rubr. C. quæ in fraud.* Suar. *in tit. de los goviernos*, §. *fin. num.* 37. & Guzm. *ubi supra.* De fidejussore in causam evictionis obligato, utrum coram judice principalis venditoris, vel coram suo debeat conveniri, vide addit. ad Glos. 4. *num.* 29. *l.* 13. *tit.* 11. *infra hac*

312 *part.* & Addit. ad *d. l.* 33. quia latè. ubi quis conveniri possit agitur. De fidejussore, qui habet regressum contra fiscum, vide Hering. *de fidejusso. c.* 23. *num.* 34. qui ex Glos. & DD. *in l.* 3. *C. de jure fisci.* Cavalc. *decis.* 8. *num.* 7. Caballin. *in* §. 3. *num.* 124. *&* 125. & Covarr. *cap.* 8. *num.* 3. & Capit. *decis.* 197. ait conveniri debere coram procuratore Cæsaris.

ARTIC. IX.

Utrum emptor contra venditorem executivè, vel ordinarie agere debeat in casu evictionis.

IN hac quæstione duo casus distinguendi sunt, 313
primus quando emptor instrumentum venditionis habet, in quo evictio promissa fuit. Secundus, quando nullum instrumentum de venditione confectum fuit. In primo, aut instrumentum certam summam continet, quam pro interesse, & expensis in casu evictionis venditor emptori promisit; aut in eo est conventio, ut de eo, quod interierit, stetur dicto, aut juramento emptoris; aut utrumque deficit, & solum promissio adest refarciendi damna, & interesse in casu evictionis. Primo casu, quando instrumentum continet certam summam, quæ ratione interesse præstanda est, facta liquidatione, per quam constet evictionis clausulam commissam esse, juxta ea, quæ *in præceden. artic.* dicta sunt, statim instrumentum executioni mandari potest; quia hujusmodi conventio de jure valida est, *l. fin. D. de Prætor. stipulation.* & hanc cautelam, ut instrumentum non liquidum mandetur executioni, tradit Bart. *in l. creditores, n.* 16. *C. de pignoribus* cui reliqui omnes illic assentiunt. Joann. Parlador. *lib.* 2. *rer. quot. c. fin.* 5. *p.* §. 12. *n.* 36. ubi valere hujusmodi pactionem inquit, *& n.* 38. ubi in specie dicit, hujusmodi instrumentum paratam executionem habere, & latè diximus *supra* in Addit. Glos. *l. fin. tit.* 1. *n.* quod declata, ut *ibi*, & in Gl. 8. *infra.* Unde si ratione interesse dupla promissa sit, de qua *in d.* Glos. 8. 314
instrumentum executioni mandari potest, sed arbitrio judicis est moderanda, & condemnatio ultra id, quod interest, non fiet, ut *ibi* dicemus.

In secundo etiam casu, quando conventum 315
fuit, ut de eo, quod interest, stetur dicto, aut juramento creditoris, talis conventio est valida, & pro summa ab emptore declarata executio fiet, si constat evictionis clausulam fuisse commissam Parlad. *ubi sup. num.* 83. de validitate hujus pacti vide Add. ad Glos. *fin. l. fin. tit.* 1. *sup. hac part. n.* 102. & de pacto, quòd super damnis, & expensis stetur juramento damnum passi, vide ibi, *n.* 102 103. 104. ubi hujusmodi declarationem executioni mandari posse diximus, & quid, si emptor iniquè declaravit, vide *ibi*, ubi si is, cui delatum est juramentum, ante declarationem decedat, an transeat hæc facultas ad hæredes, & alias quæstiones tradunt.

In tertio casu, quando instrumentum non con- 316
tinet summam certam, & liquidam; sed solum est clausula consueta, per quam venditor in casu evictionis ad damna, & interesse obligatur, magna est inter DD. controversia, an statim executioni mandari possit, antequam illius liquidatio fiat? de qua quæstione videndi sunt Osasch. *decis.* 129. Covarr. *lib.* 2. *var. c.* 11. Avilef. *in c. prætor. c.* 10. *vers. execut. n.* 53. Parlador. *lib.* 2. *rerum quotid. c. fin.* 1. *p.* §. 12. *limitat.* 4. *à n.* 28. Cævall. *comm.* 2. *tom. q.* 662. Hieron. Leo. *decis.* 64. *n.* 5. *cum* 10. *seqq.* qui duas opiniones contrarias referunt, quas communes, & magis communes plures appellant. Una est eorum, qui dicunt statim instrumentum mandandum esse executioni, & captis pignoribus ad executionem interim, quòd subhastatio fit, citato reo liquidationem esse faciendam: & hanc veriorem, & communem appellat Leo. *ubi supr. n.* 10. & eam tenet Perez. *in*

l. 4.

lib.4.tit.8. lib.3. ordinam. col.14. vers.utrum autem executio. Azeved. *in l.1.tit.21. libr.4. recopil. n.41.* ubi alios citat. Gutierr. *pract.lib.3.q.39.num.17.18. & 19.* ubi hanc praxim sustineri apud nos posse dicit, si à præcepto de exequendo appellatum non sit, & intra decem dies certa quantitas definita fuerit, aliàs, si appellatum fuerit, revocandum: instrumentum vero continens certam tritici, vini, aut olei quantitatem mandandum esse executioni, antequam liquidatus sit tritici, vini, oleive valor, absque controversia receptum esse testatur Gutierr. *in d.q.39.num.22.* quia valoris incertitudo debitum incertum non reddit. Altera eorum, qui asserunt, prius summatim instrumentum citato reo esse liquidandum, & hinc inde probationes summario judicio esse recipiendas, & postea pro quantitate liquida mandatum executorium esse discernendum: & hanc hodie magis communiter receptam esse restantur Menoch. *de adipiscend. possess. rem.5.q.9.n.51. ubi sup.* Gutierr. *d.q.39.n.13.14. & 15.* Gratian. *discept.cap.444.à num.32. usque ad n.42.* ubi instrumentum illiquidum exequendum esse dicit facta liquidatione, etsi de facili fieri liquidatio non possit, & hoc in actore procedere; secus verò in eo, qui opponit exceptionem, requirendum altiorem indaginem, quæ ut juri, & æquitati magis accedens in praxi servanda est. Unde emptor, qui publicum instrumentum de venditione habet, debet illud coram judice producere, & petere, quòd citato venditore, sine præjudicio viæ executivæ recipiat summariam informationem super liquidatione damnorum, & interesse, quam incontinenti præstare paratus est, & pro quantitate liquidata, quòd mandatum executorium discernat contra venditorem, & hanc praxim ultra citatos tradit Paz, *in praxi, 4.p.1.tom.c.1.n.15. & 16.* de quo alia diximus supra in Addit. Glos. *fi. l.tit.1.1.num. fi.* & vide Covarr. & Parlad. *ubi sup.* qui ab interlocutione, quam judex pronuntiavit super hujusmodi liquidatione, appellationi non esse locum docent: & consulunt, ne color appellationi detur, quòd judex super liquidatione non interloquatur, sed statim pro quantitate liquida mandatum executorium discernat, & vide Alex. Lud. *decis.* 224. & *ibi* ejus Addit. ubi quòd executio est nulla, quando est facta nulla præcedente liquidatione, & in executione de ea ad minus debet constare ex actis Processus; & an judex extrajudicialiter possit se informare, & secundum informationem judicare, vide eum *ibi*, & plures allegat. & Addit. ad Glos. *fin.l.fin.tit.1.hac p.*

317 Si verò emptor, reservato sibi jure pro damnis, & interesse, vellet pretium à se pro re evicta venditori solutum recuperare, si instrumentum producat, & evictionem rei obtinuisse liquidaverit, sta-
318 tim mandabitur executioni. † Nam duplex ex emptionis, & venditionis contractu oritur actio, una ex stipulatu, & ex hac agitur ad simplum. Altera ex empto, quæ datur ex evictionis natura ad interesse. Glos. *in l.si in venditione, D.de evict.* & declarat Ponte. *de potest. Proreg. tit. de reg. imposi. §.4. per tot.* quæ si pro venditore executivæ sunt, sic
319 pro emptore. Seraph. *privileg.77.n.3.vers.15.* † ubi instrumentum paratam executionem habere dicit, non solùm quoad actionem ex instrumento resultantem; sed etiam quòad exceptionem reo, vel debitori competentem, *argum. l. cum qui ita, §. qui ita, ff. de verb. oblig.* & actiones, & exceptiones, quæ continentur in eodem instrumento, sunt correspectivæ, sicut & omnia pacta. Cravet. *cons.11.*

num.3. propterea convenit, ut sint ejusdem naturæ, cujus est contractus, à quo regulantur. Calean. *cons.25. col.11.n.28.* per glos. quam allegat, *in l. si patronus hæres, §. patronus ex asse, ff. si quid in fraud. patro.* & omnia pacta ab una regulantur executione. Alex. *de pactis, n.571.* & Cravet. *ubi sup.* Giurb. *decis.115.n.11.* eos refert & sequitur. Sit executivus est contractus ad rei non traditæ pretium, sicut ad ejus implementum. Franch. *decis.136.* & Giurb. *n.12. ubi sup.* Quia instrumentum respectu pretii liquidum est, & nomine interesse potest repeti. De quo vide *infr.*

Probatio autem damni incussi, & interesse qua- 320
liter sit facienda, & quid sit articulandum, vide addit. ad *d. glos. fin.*

Secundo casu principali, quando instrumentum 321
de venditione fuit confectum, si res per sententiam judicis fuit evicta, & venditor denuntiatus, & interpellatus ab emptore, ut liti assisteret, & eum defenderet; cum notorium sit judici, & sibi ex actis publicis factis in casu principali de justitia actoris constet, poterit in hac secunda lite dependente à prima procedere ex officio via executiva; ut videtur probare *text. in l.minor. D.de evict. l.fin. §.fi.* ubi notat Angel. *C. de except. rei judic.* Castrens. *in l.cum vendente, in fin. C. ubi causa fiscal.* quos refert, & sequitur Barbos. *in l. venditor, D. de judic.* [etsi Roder. Suar. contrarium sentiat.] & pro hac doctrina alios adducit Caballin. *de evictio. §.3. n.165.* ubi declarat. Rebuff. *3. tom. tract. de dilatio. art.5.n.3.* Gratian. *2.tom.c.363.n.1. cum seqq.* ubi tradit debere in secunda lite constare de evictione, & denuntiatione facta, & in *num.13.* assignat rationem, quia ex deductis, & non deducendis justificatur executio, & his concurrentibus contra monasterium executivè posse agi, si venditor fuisset effectus monachus, cum ejus bona possideat.

Quando executio contra defensorem necessa- 322
rium prætextu sententiæ latæ contra principalem fieri possit, vide Ad. Gl. *l.1.tit.12.*

Rursus si emptor velit agere contra venditorem, 323
non ex eo quòd res vendita fuit evicta, sed quia est hypothecata, vel alicui oneri subjecta, executivè agere poterit, ut diximus *sup. in art.7. limitat.6. ampliat.1.*

Cæterum si emptor agnoscendo bonam fidem, 324
quia notorium erat jus evincentis, ei non expectata sententia, rem restituit, vel si omisit venditori denuntiare litem, & condemnatus fuit, via ordinaria contra venditorem agere debet, etsi instrumentum publicum habeat, ut diximus *d. art.7. limita. 1. n.181. & infra,* in Addit. Gl. 4.

Actio autem in prædictis casibus non nascitur 325
ante realem evictionem rei venditæ, *l. si servum in principio, & Gl. verb. asserit,* & *ibi* Bart. Alberic. & Paul. *ff. de act. empt. evicta, §. duplæ, l. minor. 25. annis, l. si servus, l. habere licere,* ubi Angel. *in 1. notab. D. de evict. l. qui rem, C. eod.* Cacher. *decis.181. n.4.* Nec & hypotheca Gabr. *cons.44.n.13. lib.1.* Monach. *decis. Florent. 7. n.7.* Ex quo infertur primò, 326
præscriptionem non currere contra emptorem, nisi à die nascentis actionis, etsi mille anni transierint à die venditionis, quia nulla nata est actio, quâ præscribi possit, *l. cum novissimè, §. ult. C. de præscrip. 30. vel 40. ann.* & vide Addit. ad *l. 39. tit.13.* ubi de præscriptione census egimus.

Infertur 2. jus executivum præscribi non posse 327
nisi ab eodem die, ex ratione *suprà* tradita; & quia ubicumque pendet conventionalis dilatio, jus executivum præscribi non potest. Bar. *in l. interdum, §.1.*

ff. de verb. oblig. Caſtill. *in l. 63. Taur. verſ. diez. annos, & ibi* Palar. Rub. *n.* 16. Azev. *in l. 6. tit.* 15. *lib.* 4. *recop. n.* 25. Felician. *de cenſib. lib.* 3. *c.* 1. *n.* 7. *verſ. ſed ubi*, ſed ex conventione partium intereſſe non debetur, *niſi re evicta*, ideo pendente dilatione jus executivum non præſcribitur.

ARTIC. XII.

In quibus caſibus evictioni non eſt locus.

328 DE materia hujus articuli vide *l.* 34. 35. 36. & 37. *infra* & *ibi* Addit,

ARTIC. XIII.

De executionibus, quibus venditor ſe contra emptorem de evictione agentem tueri poteſt.

329 DE materia hujus articuli vide *l.* 36. & 37. & *ibi* Addit.

ARTIC. XIV.

Quæ alia actiones emptori contra venditorem rei alienæ, vel alteri obligatæ dentur, & quibus remediis uti poſſit, & de differentiis inter eas.

330 ULtra actionem evictionis ex empto, quæ etſi expreſsè promiſſa non ſit, de natura venditionis emptori datur. (De quo in additione Gloſſæ *ſequent.*) ſi dupla per venditorem promiſſa ſit, ad eam datur etiam actio emptori, vide addita ad Gl. 8. *infra.*

331 *Si* res alteri hypothecata, vel pro parte aliena, vel alicui oneri ſubjecta vendatur, & emptori vendatur ut libera, actio ex empto competit emptori contra venditorem, ut eam liberet, & liberam ei tradat, ut diximus, *in art.* 7. & poterit eam ipſe liberare, & pretium à venditore petere, vide *art.* 6.

332 Datur etiam actio quanto minoris ex empto contra venditorem, ut rem liberet, aut ſolvat quanti minoris fuiſſet empturus, aut quanti ejus intereſt rem non eſſe obligatam, de quo *in d. art.* 7. & *in*

333 *l.* 6. *infr.* Et quando res eſt pro parte aliena, poteſt ab emptione diſcedere emptor, & pretium repetere, de quo *in art.* 6. Tuſch. *litt. E. concluſ.* 354.

334 *num.* 3. † Item ſi tributo, ſervituti, vel alii oneri perpetuo res vendita ſubjecta eſt, & vult emptor

335 ab emptione diſcedere. [De quo *in l.* 63. *infr.*] ſi

336 ſcienter venditor rem alienam vendidit emptori

337 ignoranti, † datur ei actio ex empto ad intereſſe, † & criminalis ſtellionatus, & falſi, ſi falsè aliquid aſſeruit, ut *in d. art.* 7. *diximus.*

338 De differentia, quæ eſt inter actionem evictionis ex empto, & actionem ex ſtipulatu ad duplum,

339 vide *infra in addit.* Gloſ. 7. & 8. † Et inter actionem primævam ex empto ad traditionem, & actionem evictionis ex empto, vide Grivel. *deciſ. Dolanenſ.* 117. *num.* 3. ubi dicit, quòd actione ex empto de evictione non tantùm pretium, ſed & intereſſe, & ſumptus emptor conſequitur, *l. ſi cum quæſtio, juncta ibi gloſ. C. de eviction. l. evicta, D. eod.* actione vero empti ad traditionem rei venditæ id tantum conſequitur, ut res tradatur, vel quantum rem habere ſua intereſt, *l.* 1 *ff. de actio. empt.* Sumptus verò facti in lite, in qua res evicta eſt, non veniunt. De quo *infra*, in addit. Gl. 6. 7. & 8.

Datur etiam emptori exceptio rei non traditæ, 340
ſi his ante ſolutionem pretii immineat in limine contractus, vel ſi conſtat rem traditam non eſſe liberam, *ut in art.* 7. quòd amplia, & limita ut *ibi*, & vide Tuſch. *lit. E. concluſ.* 354. *num.* 3. & *concluſ.* 357. *per tot.* ubi tradit, qualiter emptor, qui paſſus eſt evictionem, agat contra venditorem, vel obligatum.

Nota 2. ex gloſ. quòd exceptio rei non traditæ 341
poteſt opponi contra inſtrumentum, etſi ſtatuto caveatur, quòd nulla adverſus illud exceptio admittatur, & adde ultra antiquiores Rod. Suar. *in l. poſt rem judicatam, D. de re judic. in declar. l. Regn. q.* 1. *n.* 38. & ibi Valdeſ. *litt. O.* Dec. *conſ.* 119. *num.* 1. & 297. *n.* 2. Meneſ. *in l. ſi non tranſacto, n.* 8. *C. de jur. & fact. ignor.* Menoch. *conſ.* 55. *in princ.* Cravet. 79. *n.* 5. *lib.* 1. & 7. *n.* 7. *lib.* 3. Joſeph. Ludov. *deciſ.* 50. *n* 1. 2. & 3. Carroc. *de locat. & cond. tit. de evictio. à n.* 29. & *de re med. contra ſentent. præjud. except.* 30. & 38. Carol. de Graſſ. *de except.* 13. *num.* 37. *cum aliis*, Aſini. *de execut. §.* 9. *c.* 172. *à n.* 4. Caſſador. *deciſ.* 10. *de reſcript.* Surd. *conſ.* 101. *à n.* 1. & *deciſ.* 202. *n.* 70. Maſcard. *concl.* 890. & *concluſ.* 1387. Gratian. *diſcept.* 2. *tom. cap.* 301. *num.* 9. & *c.* 307. *n.* 2. & *tom.* 3. *c.* 411. *n.* 10. & 11. Paz. *in praxi* 4. *p.* 1. *tom. c.* 3. *n.* 6. Azev. *in l.* 1. *tit.* 21. *lib.* 4. *recopil. à n.* 161. Parlad. *lib.* 2. *c. fin.* 5. *p. §.* 11. *n.* 26. Cevall. *q.* 756. *à num.* 81. Fontanel. *clauſ.* 4. *gloſ.* 10. *p.* 1. *n.* 39. & 40. & 2. *tom. clauſ.* 7. *gloſ.* 3. *§.* 6. *num.* 33. ubi alios laudat. Franc. Milan. *deciſ.* 4. *lib.* 2. Pereir. *de empt. c.* 22. *n.* 30. ubi hanc communem, & veram ſententiam dicit, & *n.* 32. & *c.* 13. *n.* 17. Giurb. *deciſ.* 100. *num.* 22. & 23. plures citat. Hieron. Leo *deciſ.* 48. *n.* 8. & vide addit. ad Gloſ. 2. *l.* 27. *ſup.* Guzm. *q.* 24. *n.* 36. & contra agentem ex contractu, quem non adimplevit, competit actio doli, *l.* 2. *§. circa ff. de except.* Carroc. *d. tit. de evict. n.* 48.

Amplia 1. hanc exceptionem quandocumque 342
etiam poſt ſententiam in ejus executione opponi poſſe. Menoch. *d. conſ.* 55. *num.* 4. Mareſc. *var. lib.* 1. *c.* 88. *num.* 3. Surd. *deciſ.* 53. Gratian. 2. *tom. c.* 325. *à num.* 19. ubi pro contraria opinione authoritates, & fundamenta tradit, & eis ſatisfacit, & hanc opinionem magis communem dicit, *num.* 22. & *in* 3. *tom. c.* 411. *à n.* 13. ubi latius hujus quæſtionis examen reaſſumpſit, & duas contrarias opiniones, & earum fundamenta tradit: & hanc ampliationem procedere inquit, quando in judicio principali de hac exceptione nihil fuit diſceptatum; ſecus verò ſi in judicio fuiſſet oppoſita, & illa non obſtante, ſententia eſſet lata; quia tunc videtur rejecta, & non poteſt opponi in judicio executivo; licèt ſalva remaneat actio emptori, ut poſſit petere rem ſibi tradi: & plures allegat, & aliis exemplis comprobat, Pereir. *dict. c.* 22. *num.* 30. ubi alios adducit.

Amplia 2. etſi non opponatur à parte, poſſe ju- 343
dicem, ſi ei conſtat, quòd ex parte agentis non eſt adimplerum, eum condemnare, ut ex parte ſua adimpleat. Roder. Suar. *d. q.* 1. *n.* 41. Gratian. *d. c.* 301. *n.* 9. & *cap.* 325. *n.* 8. & 7. 15. 16. & 17. ubi declarat, & hanc veriorem dicit. Pereir. *d. c.* 22. *num.* 31. Joſ. Ludov. *deciſ. Lucenſ.* 2. *num.* 5. Graſ. *de except. c.* 13. *n.* 54. Hier. Leo. *deciſ.* 48. *n.* 9. Cevall. *q.* 75. *à n.* 81. Guzm. *d. q.* 24. *n.* 42.

Amplia 3. etſi defenſio prohibita ſit Tuſch. 344
litt. S. concluſ. 525. *num.* 37. Hieron. Leo. *ubi ſupra num.* 9.

Amplia

345 Amplia quartò procedere non obstante pacto de non opponendo, & juramento. Menoch. *d. consil.* 55. *à num.* 9. Gratian. *d. cap.* 325. *n.* 38. *& c.* 411. *n.* 12. Pereir. *d. cap.* 22. *num.* 31. *in fine*, ubi hanc exceptionem per juramentum non excludi dicit. *d. cap.* 13. *num.* 9. Magon. *decis.* 11. *n.* 4. Giurb. 100. *num.* 22. Aloys. Riccius *decis. Cur. Archiepisc.* 105. *num.* 3. *in fine.*

346 Amplia 5. si venditæ sint plures res, & unius solum traditio supersit, *l. qui pendentem, ff. de act. empt. l. ex iis prædiis in fin. Cod. de evict.* Dec. *consil.* 119. *num.* 1. Pereir. *d. cap.* 22. *num.* 32. *ubi supr.* Tusch. *lit. E. concluſ.* 354. *num.* 3. & vide *sup. n.* 124. *cum aliis.*

347 Amplia 6. si res libera non tradatur, ut si est hypothecata, vel alicui oneri subjecta, quia non dicitur rem tradi, nisi libera ad emptorem perveniat. Vide addita, *supr. à num.* 220.

348 Amplia 7. etsi in minimo non fuerit adimpletus contractus, quia exceptio non implementi est fundata in violatione fidei, Bart. *in l. propone, l.* 2. *C. de pactis.* argum. *l. pen. ff. de his quib. ut indig.* Alex. *in l. executionem, § item si ita, ff. de verb. obligat.* Dec. *in d. l. cum proponas, num.* 5. *ampl.* 4. Pute. *decis.* 340. *num.* 2. *lib.* 1. ubi fidem frangenti in minimo, fidem frangendam esse dicit, & *lib.* 3. *decis.* 357. *circa fin.* Roland. *conſ.* 53. *n.* 23. *lib.* 1. Mikanenſ. *decis.* 4. *n.* 100. *lib.* 1. Surd. *conſ.* 101. *à n.* 1. 400. *n.* 28. Statil. Pacif. *decis.* 168. Paul. Emil. Verall. *decis.* 316. *n.* 2. *part.* 3. Guzm. *num.* 31. *ubi supra.*

349 Amplia 8. per viam exceptionis, non sequuto implemento, posse contractum nominatum resolvi, de quo in addit. ad Gl. 1. *l.* 28. *sup. n.* 47.

350 Amplia 9. etiam per viam actionis posse emptorem, cui res non est tradita, pretium solutum repetere, non ut pretium, sed ut interesse; sicut si res esset evicta, *l. emptorem* 12. *§. ibid ff. de action. empt. l. sicut, in fin. C. eod.* Ruin. *conſ.* 14. *col.* 6. *n.* 9. *ad fin. lib.* 1. post Bald. *in l. si traditio, 4. col. q.* 4. *n.* 4. *C. de act. empt.* Seraph. *decis.* 591. *num.* 8. *&* 9. *decis.* 1133. *n.* 1. Maresc. *lib.* 1. *var. cap.* 84. Rot. Rom. *decis.* 741. *num.* 1. *diverſ.* Alex. Lud. *decis.* 88. *num.* 2.

351 *&* 3. ubi Oliver. Beltram. *num.* 10. Farinac. 2. *p. novissim.* 1. *tom. decis.* 77. *n.* 2. ubi fuit resolutum, fortem principalem census posse repeti ab emptore, non agendo ad rescissionem contractus propter non implementum, & in defectum ad interesse, & loco interesse ad fortem principalem, non uti pretium, sed uti interesse, & aliis authoritatibus comprobatur. Gratian. 2. *tom. cap.* 301. *num.* 1. *&* 2. qui cum Bald. *in loco sup. citato*, concludit in libello generali, in quo petitur rem tradi, aut interesse præstari, comprehendi restitutionem pretii, & interesse conventum, & singulare, & quanti plurimi interest; dummodo sit interesse circa rem, vel intra rem, vel de natura rei, *l. si sterilis, § cum per venditorem. ff. de act. empt.* & ad hæredes emptoris hoc jus transit. Gratian. *d. cap.* 301. *num.* 6. elegantèr Alexand. Ludov. *d. num.* 2. *&* 3. & vide Addit. & Gloss. 1. *l.* 32. *supra.*

352 Limita 1. si lis pendente venditor ex parte sua impleat; nam tunc sustinebitur contractus, *l. si rem mihi dederis, §. fin. ff. de pignor. actio. l. si mandavero tibi. §. fin. ff. mandati.* & notatur *in l. non potest. ff. de judiciis.* Alexan. *conſ.* 27. *lib.* 1. *num.* 2. *verſ. conſulo*, & 78. *num.* 9. Dec. *in l. filia licet, num.* 11. *C. de collat.* Tiraquel. *de retract. lignag. §.* 1. *gloſ.* 18. *n.* 13. Gratian. 2. *tom. c.* 225. *n.* 10. & intellige, ut ibi per eum, & vide addita ad Gloss. 2. *l.* 28. *sup.* Guzm. *in d. quæst.* 24. *num.* 25.

Limita 2. si exceptio non implementi crearetur 353
ex diverso contractu, de cujus executione agitur. *l. Julianus, §. offerri*, ibi, *eam rem, quam vendidit, ff. de act. empt. l. cum proponas. l.* 2. *C. de pact.* Farin. 8. *tom. decis.* 272. *n.* 2. & apud Alexand. Lud. *decis.* 541. *num.* 1. Cæphal. *conſ.* 48. *num.* 41. Guzm. *q.* 24. *n.* 79.

Amplia hanc limitationem, etsi oriatur ex eo- 354
dem contractu, si agatur de capitulis separatis. Alex. *in d. l. cum proponas, n.* 2. Dec. *n.* 6. Natta *consil.* 133. *n.* 3. Surd. 101. *n.* 25. Mantic. *decis.* 238. *n.* 2. Puteus 214. *lib.* 3. Farin. *sup. n.* 13. Oliver. Beltram. *in annotat. ad Alex. Lud. d. decis.* 541. ubi alias Rotæ *decisiones* refert.

Limita 3. quando ex non implemento nullum 355
emptori damnum infertur. Bald. *conſ.* 117. *vol.* 1. Cravet. 59. *n.* 2. Surd. *decis.* 265. *num.* 39. Farinac. *lib.* 2. *conſ.... decis.* 126. Alex. Ludov. *decis.* 292. *n.* 1. & *ibi* Oliver. Beltram. *num.* 3. *& decis.* 347. *n. fin.* Seraph. *decis.* 1243. *num.* 2. 3. *&* 5. Gratian. 3. *tom. cap.* 411. *num.* 12. *in fin.* & exemplifica in casibus ab eis traditis, & relatis, *supra.* Parlad. *lib.* 2. *cap. fin.* 5. *p.* 5. *§.* 2. *n.* 17. ubi dicit, quòd exceptio, quæ in ea causa nititur, & nihil damni, vel commodi parti obvenire potest, jure non debet admitti, & alios allegat.

Limita, ut per eundem Gratian. 2. *tom. cap.* 301. *n.* 13. *&* 14. *& decis.* 210. *n.* 2. in eo, qui venit contra conventionem.

SUMMARIUM.

1 *Venditor re evicta actione ex empto tenetur ad restituendum pretium, damna, & interesse.*

2 *Venditor potest ad cavendum de evictione compelli.*

ADDIT. GLOSS. II.

AD Gloss. 2. Nota re vendita evicta, venditorem de evictione actione ex empto teneri ad restituendum pretium, damna, & interesse, etsi evictio ab eo promissa non fit Adde, *leg. si in venditione. 60. ff. de evict.* ubi Salyc. *l. si duo.* 13. *§. si quis juraverit, ff. de jure jur.* & *ibi* Gloss. *l. ex empto, in princ. ff. de act. empt.* & *ibi* Bart. *l. ult. ff. de condict. causa data, l.* 1. *post princip. ff. de rer. permut. l.* 1. *&* 2. *ff. de evict. l. non dubitatur.* & *ibi* Bart. & Salycet. *C. de evict. l. fin.* & *ibi* Gloss. 2. *Cod. de commun. rer. alienat.* Gomez. 2. *tom. var. cap.* 2. *n.* 32. Covar. *lib.* 3. *var. cap.* 17. *num.* 1. Perez. *in l.* 2. *tit.* 7 *lib.* 5. *ordin. pag.* 195. *verſ. regulariter.* Petr. Gregor. *syntagm. jur. lib.* 25. *cap.* 22. Tiraquel. *de retract. lignag. §.* 1. *gloſ.* 9. *num.* 57. Menoch. *conſ.* 84. *num.* 18. *lib.* 1. Decian. *respons.* 18. *num.* 29. *lib.* 2. *& respons.* 3. *n.* 11 *lib.* 3. Gutier. *de juram. confir.* 1. *p. cap.* 61. *n.* 1. Surd *consil.* 13. *num.* 15. *&* 32. *n.* 9. *&* 25. Morl. *in empor jur.* 1. *part. tit.* 9. *de contrab. empt. in proœm. num.* 36. Barbos. *in l. venditor.* 39. *num.* 2. *&* 3. *ff. de judic. & in l. inæstimatis.* 51. *num.* 14. *ff. solut. matr.* Valenz. *conſ.* 18. *num.* 98. Sesse *decis.* 14. *num.* 1. Mastrill. *decis.* 28. *num.* 1. Alexand. Ludovic. *decis.* 25. *num.* 3. Giurb. *decis.* 87. *num.* 8. Scacc. *de commerc. §.* 2. *gloſ.* 5. *num.* 290.

Amplia 1. posse venditorem etsi nihil dictum sit, ad cavendum de evictione in favorem emptoris compelli, *l. ex empto.* 11. *§. etiamsi, in fine, ff. de act. empt.* Mudeus *ad fin. tit. ff. de act. empt. cap.* 1. *n.* 1. *&* 2. *cum aliis*, ubi quæ sit utilitas hujus cautionis

nis explicat Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 29. *gl. fin. num.* 4. Gutierr. *pract. quæſt. lib.* 3. *quæſt.* 94. *num.* 8. ubi dicunt, quòd obligatio debet eſſe cum hypotheca, bonorum per inſtrumentum publicum, & ſecundum conſuetudinem, ubi venditio fuit celebrata. Barboſ. *in d. l. venditor. num.* 4. & 5. ubi dicit, poſſe venditorem cogi ad promiſſionem dupli, quem vide.

SUMMARIUM.

1 *Emptor, ut de evictione agere poſſit, tenetur denuntiare ſuo auctori litem eſſe motam non ſimpliciter; ſed ut aſſiſtat liti, & ſecundum formam curiæ, etſi litem motam ſciat, ſeu ab alio non habente mandatum certioretur, ſeu promiſerit litem ſe defenſurum, n.* 2. *uſque ad* 6. & 10.

7 *Item, etſi venditor evictionem promiſerit, quocumque modo res evincatur.*

8 *Item, etſi per venditorem ſit juratum de lite ſuſcipienda ſtatim atque fuerit lis mota.*

9 *Juramentum habet in ſe tacitam conditionem, quam habet contractus.*

11 *Venditor, ſi ſpecialiter promiſerit juramento ſuſcipere defenſionem, non eſt neceſſaria litis denuntiatio. Contrarium. Declaratur, n.* 12. & 13.

14 *Stante* l. 11. tit. 5. lib. 4. recomp. *an in emptionis inſtrumento apponi poſſit juramentum.*

15 *Emptor venditori abſenti ſine dolo tenetur litem denuntiare in domo, vel procuratori, vel ſaltem amicis, ſeu vicinis, vel per edictum, ſeu proclamam, & proteſtari quòd perſonaliter denuntiationem faceret, ſi venditor adeſſet: & reverſo venditore tenetur ei denuntiare, ut prima ſuſtineatur, n.* 16. & 17.

18 *Citatio, ſeu monitio ad domum facta quando ſufficiat, & qui perſonaliter debeant citari, num.* 19.

20 *Citatio per edictum in quibus caſibus locum habeat, & de ejus forma.*

21 *Venditori ex æquitate denuntiatio eſt facienda, etiam ſtante clauſula remiſſionis oneris denuntiandi.*

22 *Item requiritur, etſi venditor ſit benè inſtructus, & defenſionis inſtrumenta habeat.*

23 *Item eſt neceſſaria, ſi ipſe emptor agat, & non conveniatur.*

24 *Colonus, ſi conveniatur, litem domino tenetur denuntiare.*

25 *Denuntiatio eſt facienda ab emptore, vel ejus procuratore mandatum habente, & an teneatur oſtendere mandatum, & non ratificari poſſit ab emptore, ſi à non habente mandatum ſit facta, num.* 26.

27 *Et hæres emptoris denuntiare poteſt.*

29 *Denuntiatio eſt facienda ſuo authori, non verò authori ſui authoris.*

29 *Habens rem titulo donationis, ſeu legati, ſi evincatur, non poteſt agere de evictione contra primum authorem, nec ex perſona ſui authoris, niſi ei ſint ceſſæ actiones, ſeu ſi Procurator in rem propriam, num.* 30.

31 *Item primo authori fieri poteſt, ſi promiſerit de evictione non ſolum primo emptori, ſed ejus hæredibus, & ſingularibus ſucceſſoribus.*

32 *Denuntiatio ab unoquoque debet fieri ſuo immediato authori, ſi res per plures manus tranſierit.*

33 *Ultimus ſucceſſor optimè faciet, ſi omnibus anterioribus authoribus, contra quos ratione ceſſionis actionem habet, litem denuntiet.*

34 *Primus emptor ſuo authori litem denuntiare non valet, niſi ei à ſecundo ſit denuntiata.*

35 *Emptor, quando nullum damnum paſſus eſt, non poteſt agere de evictione.*

36 *Maritus ſuæ uxori litem debet denuntiare, ſi res dotalis, quam ab uxore in dotem accepit, evincatur.*

37 *Denuntiatio eſt facienda omnibus his, qui de evictione tenentur.*

38 *Emptor, ſi plures hæredes exiſtant venditoris, omnibus in ſolidum debet litem denuntiare.*

39 *Si plures vendant rem, poſſunt compelli, ut in ſolidum ſe obligent de evictione.*

40 *Evictionis obligatio duo continet capita. Primum defendendi. Alterum dandi, & reſpectu primi eſt individua.*

41 *Denuntiatio, ſi ſit facta uni ex hæredibus, & in ſe litem ſuſcipiat, cohæredibus prodeſt, ſi obtineat; ſi vincatur, ſibi, non reliquis obeſt: ſi expreſſerit, ſe alios cohæredes habere, pro parte tantum hæreditaria tenetur, & alii an teneatur denuntiare, & an hæres, ſi ſolvat partem, pro qua ſit hæres, cogatur litem ſuſcipere, n.* 43. & 44.

42 *Interpretatio* text. in l. cum à matre, Cod. de rei vendicatione, & *num. ſeqq.*

45 *Hæredes, ſeu actores, ſi ſunt plures, quando poſſint cogi unum conſtituere Procuratorem, & num.* 46.

47 *Denuntiatio cui ſit facienda hæreditate jacente.*

48 *Denuntiatio facta pupillo, ſi ejus tutor non appareat, an ſufficiat?*

49 *Et quid ſi infanti, vel furioſo.*

50 *Denuntiatio fruſtra fit tutori habenti diviſam adminiſtrationem, & curatori ad lites.*

51 *Denuntiatio valet, ſi uni ex pluribus tutoribus fiat.*

52 *Uxori, an marito denuntiatio ſit facienda?*

53 *Denuntiatio non requiritur, quòd fiat his, qui ſecundariò læduntur, ita nec fidejuſſori bonorum debitoris, n.* 54. & 55.

56 *Poſſeſſor, ſi vult litem ſuſcipere invito emptore, poteſt, & ſi liti ſe offerat, vel citetur, ſententia executioni in eum mandabitur, n.* 57.

58 *Judicium factum cum principali, licet præjudicet fidejuſſoribus, ſententia tamen contra principales lata non poteſt executioni mandari contra fidejuſſores; & poſſunt ſe opponere ſententiæ; & an adverſus ipſos via ordinaria procedatur, num.* 59.

60 *Fidejuſſori judicii præjudicat ſententia lata contra principalem.*

61 *Item etſi eſſet ex contractu, ſi ſemel comparuit, ſeu ſi ſcivit cauſam agitari, & tacuit.*

62 *Item quando eſſet correus, ſeu quando fidejuſſio eſſet appoſita in inſtrumento guarentigio.*

63 *Denuntiatio litis ſolum requiritur, & non eſt neceſſe requirere venditorem, ut defendat cauſam. Contrarium. Et tenenda, n.* 64.

65 *Emptor tenetur in denuntiatione copiam libelli ad venditorem mittere. Contrarium, n.* 66.

67 *Forma denuntiationis extrajudicialis, & judicialis traditur, n.* 68.

69 *Denuntiatio ſolet fieri in reſponſionis libello, & peti, quòd, ſi ipſe evincens ſit condemnatus, auctor ſuus ſibi condemnetur.*

70 *Judex an teneatur concedere dilationem ut denuntietur emptor.*

71 *Denuntiatio eſt facienda eo tempore, quo venditor habet legitimum tempus ad provocandum de jure ſuo.*

72 *Item in cauſa appellationis fieri valet, ſi jura venditoris ſint integra.*

73 *Denuntiatio in cauſis lucrativis debet fieri auctori ante litem conteſtatam.*

74 *Coram eo judice lis eſt intimanda, coram quo emptor conventus eſt.*

76 *Emptor abſque denuntiatione de evictione agere poteſt, quando venditor doloſè abſcondidit, ſeuei nulla comprobat exceptio, n. 77.*

78 *Emptor, ut agere poſſit de evictione, debet probare juſtitiam evincentis, & nullam adeſſe venditori defenſionem.*

79 *Item emptor poterit agere ad duplum, ſi probaverit juſtitiam evincentis.*

80 *Limitatur, ſi de juſtitia evincentis poſt ſententiam appareat. Contrarium ſequitur.*

81 *Emptor, quid debeat curare, quando non denuntiavit litem venditori, ut de evictione agere poſſit.*

82 *Ceſſionarius tedenti non tenetur litem denuntiare, Contrarium, & concordia, n. 85.*

84 *Emptor non tenetur denuntiare, ſi per pactum denuntiatio remittatur.*

83 *Denuntiatio non eſt neceſſaria, quando eodem judicio ſimul emptor, & venditor conveniuntur, ſi venditor in judiciis comparuit, n. 86.*

87 *Emptor ſi eſt minor, litem denuntiare emptori non tenetur, ſi aliàs venditor ſciat litem.*

88 *Item quando Eccleſia eſt emptrix. Et debitor Eccleſiæ an in mora conſtituatur ſine interpellatione.*

89 *Item cum fiſcus eſt emptor.*

90 *Venditori malæ fidei non eſt denuntiatio facienda.*

91 *Item, quando res evincitur ratione hypothecæ.*

92 *Item quando emptor citatus dixit, quòd nolebat defendere emptorem à litè mota, vel movenda, & an requiratur alia denuntiatio. numer. 93.*

94 *Denuntiatio non requiritur, quando venditor promiſerit de evictione, quocumque modo res evincatur.*

95 *Venditor præcisè emptorem defendere an teneatur.*

ADDIT. GLOSS. III. & IV.

AD Gloſ. 3. & 4. in text. & Gloſſis *hic* de materia denuntiationis agitur, quæ in judiciis frequens, & practicabilis eſt, pro cujus faciliori cognitione ſex articuli explicandi ſunt.

ARTIC. I.

Utrum denuntiatio litis motæ ſit neceſſaria.

1 NOta ex text. & Gloſ. 4. *hic*, *in princ.* quòd ad hoc, ut emptor, vel ille, à quo res evincitur, de evictione agere poſſit, requiritur, quòd denuntiet venditori, vel auctori ſuo, vel hæredibus eorum, litem eſſe motam, ut aſſiſtat liti, & veniat ad ejus defenſionem. Adde, *l. ſi controverſia, l. empti actio. l. ſi parentes, l. auctore laudato, C. de evict. l. 1. C. ubi in rem actio. l. ſi libera, C. de ſentent. & interlocut. omn. jud. l. ſi rem, quam, verſ. fin. ff. de evict. l. ſi ab emptore, ff. eod.* Bart. *in l. denuntiaſſe, §. quod tamen, ff. de adulter. & in l. non ſolum, D. ſolut. matr. & in d. l. empti actio. & in l. non ſolum, §. de morte. D. de oper. novi. nuntiat. & ibi*, Jaſ. *num.* 39. & Rub. *num.* 682. Andr. Butr. Anchar. Cardin. Abb. *in cap. fin. de empt. & vendit.* & alios plures; quos referunt, & ſequuntur Dueñ. *regul.* 241. Gomez. 2. *tom. var. cap.* 2. *n.* 39. *col.* 2. *verſ. item adde.* Covar. *lib.* 3. *var. cap.* 17. *num.* 6. Perez, *in l.* 2. *tit.* 7 *lib.* 5. *ordin. pag.* 194. *col.* 1. *verſ. dubitatur in caſu.* Capic. *deciſ.* 106. *num.* 2. Franch. *deciſ.* 524. Vivian. *deciſ.* 510. *quæ eſt fin. lib.* 3. *num.* 1. Henr. Roſentalis *de feudis, cap.* 8. *concluſ.* 30. *num.* 4. & *in ſcholis, ibid. lit. F.* Gutier. *de juram. confir.* 1. *par. cap.* 61. *n.* 2. Joan. Garc. *de expenſis, & mel. cap.* 23. *n.* 18. Barboſ. *in l. venditore,* 49. *num.* 7. *D. de judiciis.* Barboſ. *in l.* 2. §. *fin. num.* 42. *D. ſolut. matrim.* Cevall. *comm. q.* 381 *num.* 1. Caſtill. *lib.* 4. *quotid. c.* 42. *n.* 95. Cancer. *var. reſolut.* 1. *part. cap.* 13. *de empt. & vend. num.* 63. *verſ. & præter. id.* Fontanell. *de pact. nupt.* 2. *part. claus.* 5. *gloſ.* 8. *p.* 14. *num.* 69. Molin. *diſp.* 380. *verſ. deinde.* Pichard. *inſt. de offic. judic.* §. *ſi finium regundorum, num.* 127. & 128. Marta. *voto, ſeu deciſ.* 62 *num.* 2. 3. & 6. ubi dicit, denuntiationem eſſe neceſſariam, & ut contra tertium poſſeſſorem bonorum venditoris poſſit agi, licèt reſpectu venditoris per ſtatutum minus legitima denuntiatio ſufficeret. Tuſch. *litt. E. concluſ.* 353. *à n.* 1. Guzman. *de evict. num.* 1.

Amplia 1. adeo requiri hujuſmodi denuntiationem, quòd etiam venditori, vel auctori ſcienti litem motam eſſe ſuper re ab eo vendita facienda ſit adhoc, ut de evictione teneatur. Specul. *in* §. *fin. in fin. de empt. & vendit.* ubi Andr. Bart. Bald. & Salycet. *in l. emptor. C. de evict. & in l.* 1. *D. de act. empt.* Bart. *in l.* 2. §. *voluntate, n.* 7. *ff. ſolut. matrim.* & *ibi*, Alex. & Jaſ. *num.* 26. & 27. Socin. *num.* 12. Vincen. *num.* 12. Rip. & Barboſ. *num.* 42. qui communem dicunt. Bart. *in l. non ſolum,* §. *morte, ff. de novi oper. nunt.* & *ibi* Jaſ. *num.* 40. Rub. *num.* 408. Bart. Bald. & Caſtrenſ. *in l. qui abſentem, ff. de procurat.* Bald. *in l.* 1. *num.* 9. & 10. *C. de per. & comm. rei vend.* Felin. *in cap. cum M. Ferrarienſis, num.* 65. & Rip. *num.* 164. & 165. *de conſtitut.* Burg. *in cap. fin. de empt. & vendit. num.* 5. & *ibi*, DD. Alexand. *conſil.* 138 *lib.* 2. *num.* 7. 191. *n.* 6. *lib.* 6. 255. *lib.* 7. Bald. 279. *lib.* 3. Caſtrenſ. 308. *col. pen. viſis, & ponderatis, lib.* 1. Com. 6. *num.* 4. & 231. *num.* 10. *lib.* 1. & 255. *lib.* 3. Rebuff. 3. *tom. Galliar. conſ. tit. de donat. art.* 5. *gloſ. unic. num.* 27. Covar. *lib.* 3. *var. cap.* 17. *num.* 3. Marc. *deciſ.* 581. *num.* 9. Queſada, *lib.* 1. *c.* 10. *num.* 3. Gomez. 2. *tom. var. cap.* 2. *num.* 39. *verſ. item adde*, Capell. Tholoſ. *deciſ.* 408. & *ibi*, Aufred. *in addit. num.* 5. Caballin. *de evict.* §. 3. *n.* 4. & 5. ubi rationem tradit, Barboſ. *in dict. l. venditor* 49. *ff. de judic. num.* 8. & 9. Gutierr. *d. cap.* 61. *de juram. confir. num.* 3. Cevall. *q.* 385. *num.* 1. Trentacinq. *lib.* 3. *var. de emptio. reſol.* 4. *num.* 5. *verſ.* 5. *requiritur.* Cancer. *var. part.* 1. *cap.* 13. *de empt. num.* 63. *verſ. quæ denuntiatio.* Fachin. *lib.* 2. *cap.* 35. *verſ. quod attinet ad tertium.* Gamma. *deciſ.* 79. *n.* 1. ubi Flor. de Mena alios cumulat. Fontanell. 2. *p. claus.* 5. *gloſ.* 8. *par.* 14. Sempron. Aſci. *determinat.* 68. *num.* 4. 5. & 6. iſtam dubitationem eſſe dixit. Tepat. *tit. de denunt.* 422. *cap.* 2. *verſ. vana eſt.* Tuſch. *ubi ſupr.* multos refert pro hac. Communem, & magis communem dicunt Caſtill. *lib.* 4. *cap.* 42. *num.* 95. Guzman. *n.* 4. *ubi ſup.* † Contrariam opinionem, imò quòd venditori ſcienti litem motam non ſit neceſſaria denuntiatio, 2 3

nuntiatio, ut contra eum de evictione agi possit, tenet Glos. 1. *in d. l. emptor*, & ejus opinionem veriorem dixit Imola *in d. l. non solum, §. morte*, ubi Alexand. *num.* 44. & in confirmationem hujus opinionis plura tradunt Cevall. *dict. §. 3. num.* 6. & 17. cum aliis, Fachin. & alii, *ubi supra*. Sed prima est magis vera, tuta, & communis, & in praxi tenenda, ut testatur Dec. *cons.* 74. *n.* 1. & alii plures *supra relati*. Cui non obstant in contrarium adducta; nam eis respondent Addit. *ad d. Glos.* 1. Caballin. Fachin. Barbos. & alii, *ubi sup.*

4 Ex quibus sequitur non sufficere, quòd venditor à tertio certioretur, cum jus requirat certificari per ipsum emptorem, ut resolvunt Alexand. *in d. l. non solum, §. morte, num.* 45. *& in l.* 2 *§. fin.* 12. *ff. solut. matr.* Capic. *decis.* 106. *num.* 2. Caballin. *d. §.* 3. *num.* 5. nisi ille tertius habuerit mandatum ab emptore, ut faciat denuntiationem: de quo *infra*, nam tunc sufficiet, *cap. qui per alium, de regul. jur. in* 6. & tradunt. Ant. Burgos. *in d. cap. fin. de empt. & vend. num.* 4. *ad finem*, Barbos. *indict. l. venditor.*

5 *num.* 12. *ff. de judic.* † quia denuntiatio non fit ad scientiam simpliciter habendam, sed ut sciens aliquid faciat, nempe ut liti assistat, & eam defendat: quo casu semper requiretur, quòd denuntiatio fiat ab emptore, ut docent Doctores *supra citati*, *n.* 4. Fontanel. *num.* 27. & probatur, *in l. denuntiasse, ff. ad leg. Julian. de adult.* & ex aliis juribus ab eis traditis.

6 Amplia 2. etsi venditor promittat se litem defensurum, quoniam intelligitur, si fuerit denuntiatus in forma juris, Dec. *cons.* 74. *n.* 5. Corn. 255. *vol.* 3. Pereir. *de empt. cap.* 31. *num.* 68. ubi respondet ad dubium, quòd hæc clausula aliàs viderur effectu carere; nam habet effectum, de quo *supr.* Glos. 1. *hujus, num.* 189. & sic est tenendum, licèt contrarium velit Cæphal. *cons.* 68. *num.* 10. ubi dicit, hoc casu non esse necessariam interpellationem. & vide *infra in num.* ubi qua forma sit facienda denuntiatio.

7 Amplia 3. quamvis venditor evictionem promiserit cum clausula *quocumque modo res evincatur*, denuntiationem esse necessariam, dummodo litis motæ venditor conscius non fuerit, ut *infra, num.*

8 Amplia 4. etsi juramentum per venditorem sit appositum de lite suscipienda statim, atque fuerit mota; nam adhuc denuntiatio litis requiritur, ut eleganter resolvit Rip. *in l.* 2. *§. voluntate fin. n.* 18. *ff. sol. matrim.* Covar. *lib.* 3. *var. c.* 17. *num.* 4. *vers. quæ quidem.* Caballin. *de evict. §.* 3. *num.* 46. ubi duas contrarias opiniones refert, & contrariis respondit usque ad *num.* 17. qui *à num.* 55. hanc opinionem fundat. Capic. *decis.* 106. *n.* 3. *vers. secundo facit.* Cevall. *q.* 385. *n.* 1. Pereir. *de empt. c.* 31. *n.* 70. ubi contrarium tenentes refert. Gratian. *cap.* 175. *n.* 30. Trentacinq. *lib.* 3. *var. tit. de empt. resol.* 4. *n.* 8. *ad fin.* ubi alios adducit. Muta *decis.* 59. *n.* 14. Sempron. Asci. *determinat.* 68. *num.* 13. Fontanell. *claus.* 5. *glos.* 8. *part.* 14. *num.* 73. Seraph *privil.* 49. *num.* 2. *vers. contrariam, & num.* 3. & 4. ubi fundamenta, & alias auctoritates pro hac opinione refert. Guttier. *de jurament. cap.* 61. *sub n.* 20. Guzm. *de evict. q.* 4. *n.* 57. & *in n.* 72. contraria refutatâ hanc

9 sequitur; Ratio hujus ampliationis est, quia juramentum habet contractus, cui accedit, & ipsius contractus naturam, & legem sortitur, *l. ult. C. de non numer. pecun. l. ult. C. de liberal. cans. cap. quemad. de jure jurand.* Covarr. *num.* 5. *ubi supr.* Cacheran. *decis.* 92. *num.* 5. Barz. 16. *num.* 7. Guttier. *de jurament. cap.* 37. *num.* 3. Cacher. *decis.* 41. *numer.* 5.

Contrarium, quòd non requiratur denuntiatio, 10
si debitor aliter sciat litem esse motam, quia virtute juramenti tenetur suscipere defensionem absque illa denuntiatione, in terminis tradit Alex. *in l.* 2. *§. voluntatem fin. num.* 16: quem *ibi* sequuntur Jas. *num.* 27. Hercul. *num.* 16. Claud. *num.* 16. Rip. *n.* 18. *in fin. ff. solut. matrim.* Idem in specie voluit Barbat. *in cap. ult. num.* 4. *vers.* 5. *nisi evidens*, & *ibi* Anton. de Burg. *num.* 11. *de empt.* Covar. *lib.* 3. *var. cap.* 17. *num.* 5. ubi hanc magis communem dicit. Seraph. *privil.* 49. *num.* 2. ubi pro hac opinione plures refert, & eam latè fundat, & contrariam tenentes, & eorum fundamenta adducit, quibus latè satisfacit: & examinat quæstionem, utrum juramentum habeam vim interpellationis, & plures colligit. Benech. ad Seraph. *ibi, num.* 1. & 2. Aufred. ad Capell. Tholos. *decis.* 408. *num.* 5. Menoch. *cons.* 128. *num.* 15. *lib.* 2. Gratian. *cap.* 175. *à num.* 30. Barz. *decis.* 16. *num.* 12. ubi plures laudat, Toro *in compend. decis. verb. evictio, fin. col.* 3. Guttier. *de juram. conf.* 1. *p. cap.* 61. *num.* 19. Fachin. *lib.* 2. *cap.* 36. *in princ.* Cevall. *q.* 385. *num.* 3. plures aliàs auctoritates, & fundamenta pro hac doctrina refert Caballin. *dict. §.* 3. *num.* 46. cum aliis, licèt ipse contrariam sequatur. Rota Rom. *decis.* 69. *num.* 3. *part.* 2. *noviss.* ubi multos tradit, & absque dubio hanc esse magis communem opinionem dicit, & *num.* 4. contrarium tenentes adducit: & in *num. seq.* doctrinam, ex qua hujus opinionis auctores moventur: & *num.* 12. respondit, doctrinam, quæ habet juramentum in contractu appositum sequi naturam contractus, cui accedit, cum Covarr. *in d. n.* 5. *vers. neque quidquam obest*, & quæ de natura contractus dicantur, vide Addita ad Gl. 2. *l.* 9. *sup. n.* 10. & Seraph. *ubi sup. n.* 17.

Limita 1. hanc ampliationem, si venditor specia- 11
liter juravit in se suscipere defensionem litis, & in ipsa promissione juramentum apposuit, ex Rip. & Covarr. *num.* 5. *in fin. ubi supr.* Caval. *decis.* 43. *n.* 20. *decis.* 30. *num.* 24. 1. *part.* qui loquitur in specie, *l. si quis major, C. de transact.* Menoch. *consil.* 128. *n.* 15. *lib.* 2. Gratian. *d. cap.* 175. *num.* 30. & 31. ubi hanc dicit magis receptam opinionem: & eam latè fundat. Seraph. *d. privileg.* 49. *num.* 28. *vers. Ripa tamen, & à num.* 29.

Contrarium, imò in qualibet parte instrumen- 12
ti, si juramentum apponatur, sufficere, ut eandem vim habeat, ac si in specie super qualibet clausula esset appositum, tradunt Alex. *cons.* 17. *num.* 2. *vers. convertit, & num.* 91. & 92. *vol.* 1. ubi hanc opinionem veriffimam dicit, scilicet quòd jurans in fine instrumenti omnia contenta fuisse, & esse vera, dicitur præstitisse juramentum formaliter super contentis in instrumento, & hoc procedere etiam respectu pœnæ; Barz. *decis.* 16. *num.* 10.

Sublimira hanc limitationem ex eodem Seraph. 13
ubi supr. n. 43. nisi conventum sit, quòd venditori denuntietur; vel nisi per calumniam emptoris lis moveatur, & quantum ad ipsum jurantem, non verò quoad ejus hæredes.

Stante *l.* 11. *tit.* 1. *lib.* 4. *recomp.* qua prohibitum 14
est juramentum in contractibus apponere, utrum in contractu emptionis juramentum intervenire possit, & ex eo confirmari, vide Addita ad Glos. 12. *l.* 56. *hoc tit.*

Amplia 5. etiam absenti, qui sine dolo abest; 15
& non reperitur, denuntiandum esse domi, familiæ, vel procuratori suo, si habet, vel saltem amicis. & vicinis venditoris, vel per edictum, vel proclamam;

proclamam, ut emptor de evictione agere possit, ut Noster Lopez. sentit *hic in princ.* cui adde Glos. valde notabilem, *verb. ad domum. in l. aut qui aliter, 5. §. etsi fortè, ff. quod vi, aut clam.* Ant. Aret. *in §. actionum, col. 16. & 17. instit. de action.* Rip. *in l. 2. §. voluntatem, fin. ff. solut. matrim. num. 24.* Gomez. *2. tom. var. cap. 2. num. 39. col. 3. vers. item adde, quòd talis denuntiatio.* Rebuff. *tit. de dilatoriis, artic. 5. glos. 21. n. 44. 3. tom.* Aufred. ad Capell. Tolos. *decis. 408. num. 7.* Burgens. *in cap. fin. de empt. n. 2. & 12. vers. casus est.* Caballin. *de evict. §. 3. num. 98. & 99.* ubi dicit, quòd si habitat in loco, est denuntiatio facienda domi, & tutius esse, si est absens, quòd citentur amici, vel per edictum continens denuntiationem, ut liti assistat, & eam instruat, & defendat. Mar. Muta. *decis 59. num. 7.* ubi dicit sufficere, quòd citetur per edictum. Roder. *de ann. redit. lib. 2. q. 15. n. 48.* ubi dicit, quòd emptor debet ex parte sua facere, quòd potuerit; ut venditorem inveniat, vel ad ejus notitiam denuntiatio transeat, ex text. quem ad hoc ponderat, *in l. si dictum 56. §. pen. ff. de evict.* ibi, *cognoscere ubi esse non potuisset;* ubi præsupponit emptorem non fuisse negligentem, & bona fide versatum fuisse. Carroc. *de ublat. 2. part. q. 6. num. 14.* ubi dicit tutius esse, citare domi, vel apud amicos, vel vicinos, vel per edictum, vel proclamam; & cum non reperitur, per proclamam denuntiationem valere tradit. Farinac. *decis. 124. num. 1. vers. nec obstat,*

16 *in 7. centuria 8. tom.* Guzm. *de evict. q. 5. n. 3.* Sed antequam hæc denuntiatio domi, vel per proclamam fiat, necesse est, 1. protestari, quòd denuntiationem personaliter faceret, si venditor adesset; nam quando agitur non solum de excusanda mora, aut pœna; sed etiam de novo jure acquirendo in præjudicium adversarii, vel de ipso adversario in mora constituendo, necessaria est protestatio, ut *in l. 2. ff. de nauti fœno. in fin.* ubi Glos. & Bart. & alii notant text. *in l. fin. Cod. de usuris pupill.* Aret. *consil. 163.* bonus text. *in l. de pupillo, §. si quis ipsi Prætori, ff. de novi oper. nunt.* Silva. *responsi. lib. 1. responsi. 2. à num. 32.* qui *in num. 36.* refert, in nostro casu prædictam protestationem necessariam esse.

17 Secundò, quòd reverso venditore, & cessante impedimento, emptor tenetur ei litem nuntiare, aliàs prima denuntiatio non relevaret, quia, si revertatur, & non citetur, videtur ab ea recessum. Bar. *in d. l. de pupillo, §. si quis ipsi prætori, n. 7.* Felic. *in cap. cum M. Ferrar. n. 32. de constit.* Mura. *decis. 59. n. 7.* Carroc. *d. 2. p. q. 6. à n. 11.* Tusc. *lit. I. concl. 353.*

18 *n. 62.* Mur. *decis. 59. n. 7.* Guzm. *n. 17, ubi sup.* De citatione, seu monitione ad domum facta, quando sufficiat, vide Azeved. *in l. 19. tit. 22. lib. 4. recop. à n. 97.* Gutierr. *lib. 1. q. 133.* Parlad. *lib. 2. cap. fin. 5. p. §. 9. n. 13.* Rolan. *de inventario, q. 88. in novis.* Maranta, *de ordine judic. 6. p. citatione, num. 124.* cum

19 aliis Scacc. *de judic. lib. 1. cap. 45. num. 4.* & de eo, qui personaliter debet citari, vide Covarr. *in cap. alma mater, §. 9. in 4. vers. tertius casus 1. de sentent. excommun. num. 6.* juxta ea, quæ dixit *d. n. 4.* & Marant. *ubi supra.*

20 De citatione per edictum, & in quibus casibus locum habeat, & de ejus forma, & de effectu, vide Cevall. *quæst. 809. à num. 22. & quæst. 898. à n. 34.* Gail. *lib. 1. observ. 57. per tot.* Maran. *ubi supr. n. 88. usque ad 96.* ubi tredecim casus refert, in quibus citatio per edictum fieri possit, & formam hujus citationis: ubi etiam vide de citatione per proclamam.

Amplia 6. ex æquitate denuntiationem venditori esse faciendam etiam stante clausula remissionis oneris denuntiandi, quæ solet in venditionibus apponi, ad effectum, ut is, qui de evictione teneri debet, possit adducere jura sua, & de illis instruere eum, contra quem agitur, sive emptor ille sit, sive quilibet alius: ex notabili dicto Rebuff. *in tit. de dilatoriis art. 5. glos. unic. n. 40.* Anchar. Jun. *q. 36.* approbatum per Senatum Siciliæ, ut testatur Mastrill. *decis. 189. n. 22. & 23.* quos refert, & sequitur Fontan. *2. tom. claus. 5. glos. 8. p. 14. n. 70.* & ante eos Gasp. Caballin. *de evict. §. 3. n. 116.* 21

Amplia 7. denuntiationem requiri, etsi emptor sit bene instructus, & instrumenta defensionis habeat. Rubeus *in l. non solum. §. morte. num. 418. ff. de operis novi nuntiat.* ubi respondit text. *in l. si fundo, D. de evict.* ibi, *quoniam parum instructus esset, qui videtur probare contrarium, si bene esset instructus,* ut per Socin. *in l. 2. fin. ff. solut. matr. n. 14.* Pereir. *de empt. c. 21. n. 65.* ubi dicit, argumentum à contrario sensu non esse admittendum. 22

Amplia 8. etsi emptor agat, & non conveniatur; nam adhuc denuntiatio est necessaria ex nostra Glos. hic *in 4. q. versi. & nota quod non solum,* cui Adde Gomez. *2. tom. var. c. 2. num. 30. col. 7. vers. item adde quod nedum emptori,* ubi latè explicat, & declarat. 23

Amplia 9. in colono, qui si conveniatur, tenetur domino nuntiare litem sibi motam. Gozadin. *cons. 27. n. 2.* Abb. *cons. 49. n. 2. vol. 2. glos. 2. l. 73. tit. 18. p. 3.* Cald. *ubi sup. num. 100.* ubi etiam vim ei factam nunciare debere docet ex *text. in l. item quæritur, §. exercitu ff. locati,* & vide Add. ad Gl. 2. 24

ARTIC. II.

Quis denuntiationem facere valeat.

AB emptore denuntiatio est facienda, vel ab ejus procuratore speciale, vel generale mandatum habente, quia est actus utilis emptori. Caballin. *d. §. 3. in addit. lit. G. fol. mihi 256.* & si per procuratorem fiat, tenetur ostendere mandatum, & de eo docere. Bart. *in l. qui absentem, num. 3. ff. de procurat.* ex text. *in l. si quis inficiatus, ff. deposit.* Bart. & alii *in l. non solum, §. morte, ff. de novi. oper. nuntiat.* Angel. *in l. si hæres, ff. ad Trebell.* Caballin. *d. §. 3. n. 141. & in d. addit.* ubi hoc intelligit, si venditor exigat, & petat sibi ostendi mandatum, aliàs secus, ex Bald. *in c. Cumana. col. penul. vers. si quis protestetur de election.* & ex notatis per Bart. Jas. & alios, *in l. universa. C. de præcibus Imper. offer.* & si mandatum procurator non habuit, licèt expressè emptor denuntiationem nomine suo factum ratificet, etiam ut tunc denuntiatio non valebit, ut inquit Caballin. *in d. addit.* & diximus, *sup. num. 6.* & vide Addita ad Glos. *3. l. 5. titul. 14. infra.* ubi de mandatis procuratorum, & eorum probatione egimus. † Si emptor decessit, ejus hæres poterit denuntiare, quia ei actio evictionis competit. *l. sed etsi 23. in fin. l. si emptori 30. ff. de evictio.* si pluribus hæredibus relictis, unusquisque ob evictionem suæ partis valebit denuntiare, quia proportione sua datur ei actio *l. 4. §. fin. ff. de verb. oblig.* Caballin. *d. §. 5. n. 137. in fin.* & si unus tantum denuntiet, omnibus proderit, quia individua est defensio, prout si unus ex pluribus hæredibus venditoris litem in solidum defendat, de quo *infra.* 25 26 27

Singularis successor, hoc est, qui rem à primo, vel secundo emptore habuit titulo oneroso, vel lucrativo, 28

crativo, suo immediato venditori, vel auctori debet denuntiare; non verò primo venditori, à quo res illa, de qua lis agitur, descendit; quia diversi sunt tituli, & contractus, diversique etiam sunt contrahentes, & ex quolibet propria, & nova oritur actio de evictione, quæ contra primum venditorem, vel auctorem exerceri non potest, cum eum non habeat obligatum, & actio primo emptori pro evictione contra primum venditorem competens est personalis, quæ nec activè, nec passivè transit contra singularem successorem, *l. fin. §. fin. ff. de contrah. empt.* & sic contra primum venditorem ei actio non datur *hic*, *in* 4. *q. vers. an secundus*, cui Adde Glos. *in l. si pro re, §. si pro evictione, verbo agere, ff. de evict.* Bart. & Bald. *ibi*, Aretin. *in §. actionum autem, num.* 18. *infine, Inst. de action.* & videtur esse text. expressum *in l. si res, quam, ff. evict.* Pereir. *d. cap.* 31. *num.* 67. Gomez. 2. *tom. var. cap.* 2. *n.* 46. *in princ.* Bertazol. *claus.* 27. *glos.* 1. *ante num.* 1. Marant. *de ordin. judic. p.* 6. *membr.* 5. *num.* 9. Caballin. *d. §.* 3. *num.* 143. Tusch. *lit. E. conclus.* 353. *n.* 5. 6. *&* 7. Barbos. *in l. venditor, n.* 13. *ff. de judic.* Peregr. *decis.* 80. *n.* 13. Cornaz. *decis. Lucens.* 212. *n.* 1. Cæsar. Manent. *decis. Mant.* 21. *n.* 15. Guzm. *de evict. q.* 11. *à n.* 2.

29 Et qui rem habuit titulo lucrativo donationis, aut legati, si ab eo evincatur, non potest agere de evictione contra primum auctorem suum, quia ipse de evictione non tenetur, quando donatio incepit à traditione, ut dicemus *infra*, in Glos. 5. *leg.* 32.

Nec contra primum venditorem ex persona auctoris sui, *ex sup. traditis*, & ex text. *in l. si res* 59. *ff. de evict.* quem singularem, & unicum appellat Gomez. *ubi sup. vers. si vero.* Parlador. *in 5 ex quicen. differ.* 17. 17. *§. unico, n.* 2.

Limita 1. si primus emptor in particularem successorem titulo oneroso, vel lucrativo actionem evictionis cesserit; nam tunc hic singularis successor ex jure cesso contra primum venditorem, vel auctorem sui auctoris de evictione rectè agere poterit, & denuntiare auctori auctoris sui, ex nostra Glos. *hic*, cui adde Gomez. *vers. tamen notabiliter intellige.* Caballin. Bertazol. *n.* 1. Barbos. *num.* 14. Tusch. *num.* 7. & Giurb. *num.* 5. *ubi supr.* Alex. *consil.* 67. *col.* 1. *vol.* 1. Dec. *cons.* 74. *num.* 1. *vers. iste tamen circuitus.* Surd. *cons.* 17. *n.* 32. Pereir. *de empt. c.* 31. *n.* 61. *vers.* 2. *intellige.* Gamm. *dec.* 208. Muta. *dec.* 59. *n.* 23. Peregr. 4 Manent. & Guzm. *n.* 15. *ubi sup.* & huic opinioni est locus, etsi in instrumento venditionis, vel donationis in emptorem, vel donatarium fuerint cessæ omnes actiones venditori, vel donatori competentes, & competituræ occasione ipsius
30 rei venditæ, vel donatæ; † vel si constitutus fuit Procurator in rem suam; nam & tunc poterit primo auctori denuntiare. Bart. *in d. l. si pro re, §. fin. in fin.* Capic. *decis.* 197. *n.* 9. Trentacinq. *var. lib.* 3. *tit. de donat. resol.* 2. *n.* 19. Giurb. *d. decis.* 71. *n.* 6. Alex. Ludovic. *decis.* 25. *n.* 5. *&* 6. ubi idem esse ait, quando venditor posuit eum in locum suum. Scacc. *de judic. cap.* 30. *n.* 11. *lib.* 1. ubi cedere actionem, vel constituere eum procuratorem in rem suum idem importare dicit.

31 Limita 3. si promissio de evictione fuit facta non solum primo emptori, sed etiam ejus hæredibus, & successoribus; quo casu secundus emptor contra auctorem sui auctoris virtute hujus promissionis agere poterit absque cessione actionum text. *in l. ult. ff. de except. rei vend. & tradit.* per quem, & alia jura ita determinavit Rota Rom. apud Farin. *decis.* 589. *num.* 5. 1. *part. tom.* 2. *&* 422. *num.* 4. 2. *p.* 1. *tom. noviss. &* d. *decis.* 599. habetur, *in* 1. *part. in noviss.* Oliver. Beltramin. *in addit.* ad Alex. Lud. *decis.* 25. *litt. A.*

Si enim res per plures manus transivit, unus- 32
quisque suo auctori immediato debet denuntiare in infinitum, quousque ad primum venditorem deveniatur; aliàs ille venditor, cui non esset denuntiatum, non teneretur; licèt aliis fuerit denuntiatum, ex Glos. *verb. agere, in d. l. si pro re. §.* 1. Caballin. *d. §.* 3. *n.* 143. Tusch. *d. concl.* 353. *n.* 7. & alii *ubi sup.*

Ex quo sequitur, utile consilium esse, non solum 33
auctori immediato; sed & omnibus aliis, contra quos ratione cessionis actionum actio evictionis competit, litem denuntiare, ut re evicta, singularis successor contra omnes agere possit.

Primus emptor, qui rem alteri vendidit, suo au- 34
ctori litem motam super re à se vendita non habet denuntiare, nisi ei à secundo emptore denuntiatio sit facta; quia non potest de evictione agere, nisi re evicta à secundo emptore, & constito de molestiis sibi ab eo illatis, juxta notata per scribentes *in d. l. si pro re, §. si pro evictione, ff. de evict.* ubi Additio Glos. *verb. agere.* Gomez. 2. *tom. var. cap.* 2. *num.* 46. *in fin.* Farin. *d. decis.* 589. *num.* 2. quia emptor, quando nullum damnum passus est, non 35
potest agere de evictione, *ex d. §. si pro evictione.* ubi Bald. *post medium vers. & isto casu* Farin. *n.* 3. *ubi supra.*

Maritus uxori denuntiare debet, si res dotalis, 36
quam ab uxore in dotem accepit evincatur, *d. §. si pro evictione, & ibi glos. verb. agere*, & Bart. & Bald. Cornaz. *in d. decis.* 121. Pereir. *c.* 31. *n.* 67. Pereg. *decis.* 89. *n.* 3. Guzm. *de evict. n.* 7. *ubi sup.*

ARTIC. III.

Quibus denuntiatio est facienda.

VEnditori & omnibus his, quos de evictione te- 37
neri diximus *supra* in Addit. Gl. 1. *à num.* 18. *usque ad* 40. denuntiatio litis motæ super re vendita facienda est.

Et si sunt plures hæredes venditoris, vel plures 38
socii, qui rem vendiderunt, omnes in solidum sunt denuntiandi, *l. in executione* 85. *§. in solidum, l. cum ex causa* 339. *ff. de verb. oblig. l. si rem* 62. *§. si ei ff. de evict. l. cum successor. C. eod.* Rebuf. *de dilat. art.* 5. *gl. unic. n.* 25. Burgos de Paz. *in c. si. de empt. n.* 2. *post medium, vers. si autem.* Gomez. 2. *tom. var. c.* 2. *n.* 39. *col.* 3. *vers. Item adde quòd mortuo venditore.* Caballin. *de evictio. §.* 3. *n.* 133. Pereir. *de empt. c.* 31. *n.* 77. Gail. *lib.* 2. *obser.* 14. † qui *à n.* 1. probat, quòd si 39
plures simul vendunt, possunt compelli, ut in solidum de evictione obligentur. Pich. *inst. lib.* 4. *tit.* 17. *de offic. jud. §. si finium regundorum* 6. *c.* 10. *n.* 136.

Obligatio enim evictionis duo capita continet, 40
primum defendendi, secundum dandi. Respectu primi capitis est individua, & non sufficit, quòd uni hæredum fiat denuntiatio, neque quòd quisque eorum defendat partem suam, nisi omnes simul defendant; nam uno defendente contra omnes pœna apposita committitur, *d. l. cum ex causa, & ibi glos.* & DD. nec unus audietur si pro parte sua defendere paratus sit, *l. si cum uno ff. si ex noxal. caus. agat.* Respectu vero secundi capitis, hoc est restitutionis pretii, & interesse, obligatio est dividua, & tantum proportione hæreditaria quilibet tenetur, & solvendo suam partem liberatur. Caball.

à n. 133. *& in addit. ibi litt. F. n.* 1. *fol. mihi* 220. *in parvis.* Pichard. *ubi sup. n.* 120. *&* 130. *cum aliis.* Faber. *de error. prag. 4. p. decad.* 80. *error.* 7. *in prin. vers. fefellit Trebonianum,* ubi latè explicat impugnando Trebonianum, qui *in l. si duos* 22. *ff. de posit.* idem in pluribus hæredibus dolosis depositarii admisit. Rota Rom. *decis.* 181. *num.* 37. *&* 38. *2. p. novis.*

41 Si emptor unum solum hæredem urgeat, & conveniat, & is conventus non allegavit cohæredes, seu consortes denuntiandos esse, nec eis denuntiavit, & solus litem suscepit, & in solidum defendit; si vincit, quia absolvitur, prodest non solum sibi, sed ex consequenti necessario suis consortibus, qui remanent in tuto, etiam si unus eorum antea denuntiatus cognovisset causam esse injustam, & obtulisset statim partem suam solvere. Caballin. *in d. addit. num.* 3. *vers. quid dicendum col.* 5. *pag.* 229. *in parv. & n.* 9. *col.* 4. *versic. quod tamen,* & probat *ex text. in l.* 3. *§. pen.* ibi *ob rem non defensam stipulatio non committitur, quandiu potcrit existere, qui eam defendat. D. judic. solvi,* & ultra ab eo tradita, comprobatur, quòd sententia lata favore unius consortis aliis prodest, maximè in individuis ex *l. loci tempus, §. si fundus, ff. si servit. vendic. l. si communi, ff. eodem.* Bart. *in l. si quis separatim, §. quod est rescriptum. ff. de appellat.* Alex. *in l. sæpe. D. de re judic. num.* 48. Galiaula *in l.* 2. *§. ex his, n.* 26. ubi Alciat. *D. de verb. oblig. n.* 42. *l. à sententia in prin. ff. de appellat.* Alciat. *in l. si duo. in prin. n.* 8. *& in l. jus jurandum quod ex convent. §. procurator. n.* 2. *circa, fin. ff. de jure jurand.* Surd. *cons.* 231. *n.* 6. Sed si hæres denuntiatus vincitur, ei solùm nocet, & non consortibus, qui non sunt debitè citati, nec vocati, vel qui liti cessérunt. Caballin *ubi proximè,* etsi denuntianti dixit se cohæredes habere pro parte tantum hæreditaria: nam quamvis unus solus hæredum comparens teneatur defendere in solidum, id est totam causam; non tamen tenetur defendere tanquam hæres in solidum; sed tanquam hæres in tali parte, denuntiando cohæredibus pro suis partibus, & sub spe dividendi exitum litis in easdem partes. Et si insistat priùs esse denuntiandos, & vocandos cohæredes, quàm teneatur solus procedere, & eos, & eorum domicilia assignet, si sunt in eadem civitate, & provincia, & commodè conveniri possunt, emptor, & alii de evictione agentes suo sumptu, & diligentia eos denuntiare, & in jus vocare debent; aliàs hæres in solidum defensionem in solidum suscipere cogitur. Si verò se solum hæredem auctoris dixit, vel simpliciter se liti obtulit, in solidum tenebitur, *ex d. l. in executione, in fin. prin. & in §. in solidum ff. de verb. oblig.* Caballin. *d. §.* 3. *in Addit. n.* 3. *vers. Quid dicendum, litt. F. & in n. seqq.*

42 Sed huic receptæ sententiæ, quæ habet obligationem evictionis respectu primi capitis individuam esse, hoc est defensionis, graviter obstat *text. in l. cum à matre, C. de rei vendic.* & ea, quæ diximus in Addit. Glos. 10. *l.* 24. *tit.* 13. *hac p.* ubi filius hæres patris venditoris non repellitur à vendicando rem, quam à matre habuit, à patre alienatam, nisi pro qua parte hæres est, si enim obligatio defendendi in hæredibus non esset divisa, ut esse multis præexcellentibus Doctoribus visum est, non posset hic filius rem à patre venditam in aliqua parte vendicare; quia qui tenetur defendere in solidum, multò magis tenetur se abstinere ab offendendo in aliquo, & qui tenetur contra alios defendere in solidum, multo fortius contra se ipsum, *l. frater à fratre, §. porrò. ff. de condict. indeb.* & pro hac opinione bis de facto judicatum vidisse testatur Socin. *in l.* 4. *§. ultim. ff. de verb. oblig.* & facit, *l. pœnales* 32. *§. Julianus scribit,* & ibi DD. *ff. ad leg. Falcid.* Huic difficultati, defendendo communem sententiam, quòd obligatio defendendi est individua, satisfacere conatur Bart. Socin. *ubi supra,* & duas solutiones assignat, quas, & alias refert Caballin. *in d. Addit. ad §.* 3. *litt. F. n.* 3. ubi latissimè hanc quæst. disputat, & alias incidentes quæstiones explicat, † & resgondit, quòd licet obligatio 43
defendendi sit individua, non tamen hæres præcisè cogitur defendere; sed offerendo partem pretii, & interesse, pro qua parte hæres est, liberatur, prout post factam defensionem, & secutam condemnationem liberaretur; quia respectu secundi capitis, hoc est interesse, obligatio, & actio est dividua, *ut diximus supra n.* 56. & sicut unus hæredum non tenetur defendere emptorem in causa injusta contra verum dominum justè rem vendicantem, *l. emptorem, ff. de act. empt. l. si cum quæstio. C. de evict.* ita nec contra se ipsum in quantum tertius est, & extraneus, *ex l. an vitium, §. ex facto,* ibi; *quia in extranei locum successit, ff. de diverf. & temp. præscript.* † Et sicut offerendo partem pretii, & inte- 44
resse, pro qua ipse hæres est; litem cum extraneo subire non tenetur, sed in totum liberatur; similiter, & ipse agendo oblatione partis pretii, & interesse pro qua hæres est, ab agendo non debet repelli, imò pro sua parte liberatur; prout etiam liberaretur, si venditor recepto pretio ante traditionem rei venditæ decederet, & ipse pro qua parte hæres est, rem emptori traderet, & pro aliis non posset convenire.

Cum plures conveniunt hæredes, vel socii, qui 45
rem simul vendiderunt, an possint cogi unum constituere procuratorem, si quilibet velit suum procuratorem dare? In hac quæstione communis resolutio est, hæredes tunc cogendos esse unum constituere procuratorem, quando judicium fuit ceptum cum defuncto, vel quando causa habuit initium in una persona, ut in pluribus hæredibus unius debitoris; secus vero cum instantia inchoatur contra hæredes, si quod petitur est dividuum, & natura negotii non repugnat; vel si à principio causa à pluribus personis habuit initium; nam tunc quilibet eorum suum potest constituere procuratorem, ex regula *text. in l. si quis cum procuratorio, §. unius. D. de procurat. in l. ita tamen, §. si tamen plures, ff. judic. sol. & in l. licet §. si plures,* ubi Glos. *verb. plane, ff. de procurat.* & clarior text. *in l. quod si nolit.* 30. *§. si plures. ff. de ædil. edict.* ubi Gl. adducit concordantes, & *ibi* latè, & elegantur Cæpol. *n.* 3. *&* 14. Glos. *verb. per plures, in d. §. si tamen,* & *ibi* Bart. *n.* 3. *in* 2. *oppos.* Castrens. *n.* 2. *in fine,* & Angel. *sub n.* 1. *ibi, nam & plures,* Jas. *in l.* 4. *§. Cato q.* 4. *in fine, n.* 50. *ff. de verb. oblig.* Gratian. *decis.* 107. *à n.* 5. Mastrill. *decis.* 108. *à n.* 13. ubi hanc distinctionem dicit communiter receptam, & contrariis respondit, & sic esse intelligendam decisionem traditam à Franch. *dec.* 309. ubi ponit causam de pluribus consortibus, qui fuerunt coacti convenire in unum procuratorem. Fontanel. *claus.* 4. *glos.* 10. *p.* 1. *n.* 24. Thesaur. *q.* 19. *num.* 3. Et in materia evictionis Caball. *d. §.* 3. *n.* 137. ubi quando ceptum fuit judicium cum defuncto, unum constituendum esse procuratorem dicit, aliàs non. In pluribus hæredibus unius venditoris, cum obligatio evictionis ab una persona originem sumpserit, quòd unum debeant procuratorem constituere ex dicta

communi resolutione, nulla habita consideratione, quòd judicium esset ceptum cum defuncto (prout habendam non esse dixit Gratian. *ubi sup.*) dicendum videtur, sed in contrarium sunt *text. in d. §. unus*, doctrina Bart. & aliorum, quos *supr.* retulimus, & quos etiam refert Gratian. *ind. decis.* 107. *num.* 6. ubi refert ex Angelo, quòd de facto contrarium fuit judicatum per imperitiam judicis, vide eos, & Addit. ad Glos. 1. *l.* 64. *hoc tit. n.* 28. *cum aliis.*

46 Actores, etiam si sint plures, qui de evictione agunt, tenentur unum constituere procuratorem, quando natura rei, & negotii hoc patitur. Bar. & alii *in d. §. unius, l. si quis eum procuratorio ff. de procurat.* & quos refert, & sequitur Gratian. *ind. n.* 8. & vide Thesaur. *in dict. q.* 19.

47 Si hæreditas jacens sit, ei denuntiationem fieri posse, saltem ut emptor ad pretium regressum habeat, nec teneri emptorem facere, quòd curator ei apponatur, consuluit Castrens. *cons.* 240. *incipit effectus, lib.* 1. & eum sequitur Guzm. *de evict. q.* 5. *num.* 18. *&* 77. Scacc. *de judic. lib.* 1. *c.* 30. *num.* 12. ubi ad incurrendam pœnam hujusmodi denuntiationem inefficacem esse dicit. Contra Castrens. tenet Caballin. *de evict.* §. 3. *num.* 137. ubi text. *in l. si dictum* 56. *§. fin. ff. de evict.* ponderat contra eum; & hoc casu ad domum venditoris mortui denuntiationem faciendam esse docet. & Rodrig. *de annu. red. lib.* 2. *quæst.* 15. *num.* 49. malè consuluisse Castrensem dixit, & *in duob. antec.* tradit, quòd emptor debet curare, ut hæreditati jacenti curator detur, cui denuntiatio fiat.

48 Pupillus, si venditor, vel hæres venditoris sit, & tutor non appareat, ei denuntiatio facta valet. *d. l. si dictum* 56. *§. fin. de evictio.* Burg. de Paz. *in c. fin. de empt. & vend. num.* 2. *vers. Si eo mortuo.* Scacc. *d. cap.* 30. *n.* 13. Peregr. *decis. Patavi.* 89. *num.* 9. Caballin. *d. §.* 3. *n.* 142. *& in addit. litt. H.* ubi dicit ex æquitate favore emptoris, & non pupilli propter necessitatem talis denuntiationis [qua obmissa denuntians gravi damno afficeretur] hoc inductum esset, si tempora patiuntur, & possit emptor invenire tutorem, vel alium facere subrogare, quòd tenetur curare, ut fiat, & non sufficere istam denuntiationem fieri pupillo; sed ex bono, & æquo tenetur amicis, & cognatis nuntiare, alias non sufficere, & idem sequitur Rodrig. *d. q.* 15. *num.* 47. *&* 48. ubi pro hac doctrina nonnulla jura expendit, & regulariter, quòd pupilli citatio non valeat, sed si tutore caret, quòd debent citari amici, & conjuncti, ex aliis tradunt Maranta. *de ordin. judic.* 4. *p.* 16. *distinct. num.* 25. Roland. *de inventar. in novis. q.* 91. *per tot.* & Paul. Montan. *de jur. tutel. cap.* 5. *num.* 51. *&* 52. ubi dicit cavendum esse ab Afflict. qui contrarium tenet: & limitat, quando caret tutore, ex æquitate supra tradita. Guzman. *num.* 90.

49 Infans, vel furiosus si hæredes venditoris sint, eorum tutoribus denuntiatio est facienda, & deficientibus tutoribus, agnatis, & cognatis. Rodrig. & Roland. *q.* 90. *ubi supr.*

50 Tutori, à testatore, vel à judice habenti divisam administrationem ad alias res, curatori ad lites, vel litem, vel ad aliam rem, vel ei, qui in diversa provincia administrationem habet, frustra denuntiatio fiet, *l. fin. C. de auct. præst. l.* 2. *C. de peric. tutor. l. etsi pluribus. C. de author. tutor.* Caballin. *in*

51 *addit. ad d. §.* 3. *litt. H. in fin. in parvis.* † Si verò sint plures tutores in una provincia, sufficit quòd alterutri denuntietur, etsi ipsi inter se administrationem diviserint, *l.* 2. *C. de divis. tut.* Caballin. *ubi sup.*

Uxori, & non marito denuntiatio est facienda, 52
alias uxori non præjudicabit. *ex Rub. & nigro. C. ne uxor pro marito.* Contrarium videtur probare *text. in l. aut qui aliter, §. etsi fortè, ff. quod vi aut clam.* Sed text. illum intelligit Bald. *ibi*, ut denuntians excusetur à dolo, non ut mulieri præjudicet talis denuntiatio, & vide Parlador. *infr.* citandum, *n.* 23. *&* 24. ubi ait validum esse judicium cum marito agitatum, etsi mulier citata non sit; tamen rem judicatam mulieri non nocere, si litis ignara sit. Guzm. *q.* 5. *n.* 17.

Illis, qui secundariò, & in quadam consequen- 53
tia læduntur, denuntiandum non est, ex Glos. *hic in q.* 3. ubi de substituto conditionali. cui adde Jas. *in l. filius familias, §. divi.* 1. *lect. à num.* 47. *usque ad* 55. *& in* 2. *lect. num.* 91. 92. *&* 93. Felin. *in cap. cum M. Ferrariensis, num.* 29. *de constit.* Tiraquell. *titul. res inter alios acta. à num.* 5. ubi latissimè. Gomez. *in l.* 40. *Tauri. num.* 73. Covarruv. *pract. cap.* 13. *num.* 5. 6. *&* 7. ubi late Caballin. *dict. §.* 3. *num.* 138. Molin. *de Hispan. primog. cap.* 8. *à num.* 3. Mier. *de major.* 4. *par. quæst.* 14. Fanuc. de Fanuc. *de inventar. in antiq.* 5. *part. à num.* 23. *& in novo tract. q.* 242. *à n.* 23. *usque ad num.* 34. ubi latissimè hanc quæstionem explicat, & eum sequitur Joseph. Sesse *decis.* 164. *per tot.* Parla. *d. lib.* 2. *c. fi.* 5. *p. §.* 9. *num.* 29. *cum aliis*, & vide *l.* 20. *tit.* 22. *p.* 4. & ibi Addit. ad Glos. 4. Giurb. *decis.* 1. *n.* 14. 15. *&* 16. ubi multos laudat, & *in num.* 17. contrariam tenentes refert, qui etiam multi sunt, & eos conciliat.

Ex quo sequitur, fidejussorem non esse citan- 54
dum, nec ei denuntiationem factam valere. *l. auctore. C. de evict.* Rebuff. *de dilation. art.* 5. *glos. unic. n.* 28. Caballin. *d. §.* 3. *n.* 138. Hering. *de fidejussoribus c.* 10. *num.* 131. ubi alios laudat. Pereir. *de empt. c.* 31. *n.* 78. Faber. *in suo C. lib.* 8. *tit.* 31. *de evict. definit.* 25. *n.* 5. Scacc. *de judic. lib.* 1. *c.* 30. *n.* 11. Guzm. *de evict. q.* 5. *n.* 78. *&* 79.

Nec tertio possessori bonorum venditoris, quæ 55
pro evictione sunt obligata, denuntiare oportet emptori. Capic. *decis.* 107. *à num.* 5. Faber. *d. definit.* 25. quia venditori facta denuntiatio eis nocet. Dec. *cons.* 74. *col.* 4. *l. ex persona. C. de fidejussor.* Caballin. *d. num.* 138. Capic. *num.* 6. & Fab. *à num.* 5. *ubi supr.* † Ipsi tamen, si velint, invito auctore, pote- 56
runt suscipere defensionem, tanquam procuratores in rem suam, & probationes adducere, *l. principaliter, C. de lib. cav. l. si suspecta. C. de inoffic. testamen.* Gomez. *in l.* 40. *Taur. num.* 73. *glos.* 2. *l.* 22. *titul.* 20. *p.* 3. vide *ibi* Addit. Sesse *decis.* 164. *num.* 3.

Si autem liti se offerant, vel si citentur, poterit sen- 57
tentia etiam contra eos executioni mandari *l. cum miles, §. si is, qui* cum Glos. *& ibi* Bart. *D. ex quibus caus. major.* Castrens. *in l. cum filius, in princ. D. de verb. obligation.* ubi dicit, quòd hoc fecit remanere confusum quendam magnum advocatum, qui non considerabat virtutem hujus citationis, quem referunt, & sequuntur Azev. *in l.* 3. *tit.* 10. *lib.* 4. *recopil. n.* 95. Intellige, & limita, ut per d. Glos. 2. *l.* 22. ubi vide Add. † Alias verò, licet judicium factum cum prin- 58
cipali præjudicet fidejussoribus, & tertiis possessoribus, sententia contra principalem lata non poterit executioni dari contra eos; sed opus erit de novo eos citare: judicium verò cum principali agitatum quantum ad liquidationem eis nocebit, ut cum Fanuc. declarat Sesse, *dict. decis.* 164. *num.* 12.

Franc,

Franc. *decis.* 523. *n.* 15. *&* *decis.* 524. *n.* 2. Hier. Leo. *decis. num.* 1. *&* 4. Guid. Pap. *decis.* 26. *&* 215. *n.* 9.

59 Quod intellige, si omnis fraus, & colluſio abfuerit; nam ea apparente nunquam eis nocebit, & ſi vult tertius, vel fidejuſſor de injuſtitia docere, ad probandum debent admitti. Fanuc. *d. q.* 242. *n.* 31. Molin. *d. c.* 8. *n.* 7. Seſſe. *ubi proxi. n.* 13. & idem eſt, ſi negligenter principalis ſe geſſit, vel ſi lis propter ejus contumaciam eo abſente tractetur, vel per ſolam partis confeſſionem, aut aliàs non conſtito de agentis jure, ſententia lata fuit, ut tradunt Fanuc. & Molin. *ubi ſup.* niſi ultra contumaciam extarent apertæ probationes, quibus condemnatio, & ſententia juſtificaretur, ex quo infert Fanucius, *ibi*, quòd principalis concluſio non continet iniquitatem, ex quo ſupponitur, quòd ſententia juſtificatur probationibus, & quòd lata fuit cum eo, ad quem negotium principaliter ſpectat, & vide Vincent. de Franch. *decis.* 523. *n.* 13. *cum* 6. *ſeqq. & decis.* 524. ubi tradit, quòd ſententia non præjudicat tertio non citato, cui in conſequentiam intereſt, licèt cum legitimo contradictore lata ſit, & quod ejus citatio requiratur ſaltem per proclamam, & etiam in cauſa ſtatus ſententia æquè principalia jura habentibus in univerſum non nocet, & alios laudat. Hering. *de fidejuſſor. c.* 27. *p.* 5. *n.* 53. ubi ait, quòd ex perſona ſua poteſt ſe opponere contra ſententiam. Magoni. *decis.* 92. Tuſch. *litt. C. concluſ.* 311. *&* 325. *n.* 9. Hier. Gabr. *conſ.* 43. *num.* 33. *lib.* 1. Aretin. *de fidejuſſor. ſect.* 3. *c.* 34. *n.* 5. ubi via ordinaria contra fidejuſſorem eſſe procedendum ait, *&* *ſect.* 4. *cap.* 34. quos ſequitur Guzman. *de*

60 *evict. q.* 16. *num.* 35. *&* 36. † Limita ſi eſſet fidejuſſor judicii; nam tunc ſententia contra principalem lata contra ipſum executioni mandabitur. Franch. *decis.* 400 *num.* 1. Cornaz. *decis.* 128. *n.* 21. Pereg. 99. Afflict. 282. *num.* 3. Cartar. 119. Seraph. *dicis.* 1477. *num.* 4. Magon. 92. *à num.* 1. Maſtrill. 20. Boer. 277. *num.* 4. Seſſe. 551. *num.* 4. *p.* 2. & Balb. *decis.* 136. Gutierr. *conſ.* 19. *num.* 1. Caſtill. *cap.* 14.

61 *num.* 29. Eſcobar. *cap.* 34. *à num.* 1. Limita ſecundò in fidejuſſore ex contractu, ſi ſemel comparuit. Suarez. *theſaur. comm. opin. litt. F. num.* 169. Alex. *conſ.* 154. *lib.* 2. Hering. *num.* 33. *ubi ſupra*, ubi limitat, quando ſcivit cauſam agitari, & tacuit. Coſt.

62 *de rat. q.* 222. *num.* 9. *& in num.* 4. † ubi etiam limitat, quando eſſet correus, & idem tradit Marcu. *decis.* 157. *num.* 10. *p.* 5. Aretin. *n.* 6. *ubi ſup.* & idem Coſta *in num.* 7. limitat, quando fidejuſſio eſſet appoſita in inſtrumento paratam executionem habente, & vide Barz. *decis.* 108. *n.* 33. & Add. infr. *ad tit.* 12. *gloſ. l.* ubi latè de his quæſt. agitur, & declaratur.

ARTIC. IV.

Qua ſunt notificanda, & qua forma fieri debeat denuntiatio.

63 NOta ex Gloſ. *in* 6. *q. verſ. de forma autem denuntiationis*, ſolam denuntiationem litis motæ ſufficere, & neceſſe non eſſe, quòd requirat venditorem, ut defendat cauſam. & Adde Gomez. 2. *tom. var. c.* 2. *n.* 39. *verſic. & adde quod requiritur.* ubi duas opiniones contrarias refert, & in puncto juris hanc veriorem eſſe, & in praxi ſervari dicit, maximè ſi fieret cum judicis auctoritate. Covarr. *lib.* 3. *var. num.* 3. *in fin. cap.* 17. ubi cenſet ſufficere ſolemnem denuntiationem venditori factam. Anton. Burgen. *in cap. fin. de empt. &*

vend. num. 5. Queſ. *diverſ. q. juris, cap.* 10. *n.* 4. Barboſ. *in l. venditor* 49. *ff. de judic. n.* 19. ubi pro hac opinione laudat Salycet. *in l.* 1. *C. de pericu. & comm. rei vendi.* Alex. *in l.* 2. *§. fin. n.* 12. & ibi Arctin. *col. pen.* Socin. *n.* 13. *D. ſolut. matrim.* Alex. *in l. nonſolum, §. morte, n.* 45. *ad fin. & ibi* Jaſ. *n.* 39. *D. de novi operis nuntiat.*

Contrariam Bartoli opinionem, quam *hic* No- 64
ſter Lopet. refert, ſcilicet quòd emptor ultra denuntiationem debeat apud venditorem inſtare, & petere, ut eum defendat, & indemnem conſervet à moleſtia ſibi illata, ſequuntur Felin. *in c. cum M. Ferrarienſis, num.* 65. & *ibi.* Rip. *num.* 166. *de conſtit.* Caballin. *de evict. §.* 3. *n.* 21. ubi plures laudat, & hanc dicit communem, & *à n.* 21. contrariæ opinionis fundamenta refert, & eis ſatisfacit. Gutierr. *de juram.* 1. *p. c.* 61. *n.* 5. ubi hanc opinionem ſequitur. Cevall. *comm. q.* 385. *in fin.* ubi ex Ripa dicit communem, & ab ea non eſſe recedendum, & alios pro ea refert. Pereir. *de empt. c.* 31. *n.* 30. plures citat. Fachin. *lib.* 2. *cap.* 35. *verſ. Altera eſt.* ubi jura in quibus fundatur, citat. Scacc. *de judic. lib.* 1. *cap.* 30. *n.* 7. ubi ab hac opinione non eſſe recedendum dicit, licèt pro contraria opinione ſint rationes ſatis validæ. Guzm. *de evict. q.* 4. *n.* 21. pro evitandis hujuſmodi opinionibus, tutius eſt requirere venditorem, ut veniat ad defendendum, prout *hic* conſulit Gloſ. noſtra. Gomez. & alii *ubi ſupra*, & licèt omittatur hujuſmodi requiſitio, non ex hoc emptor amittit evictionis jus, maximè ſi de evincentis jure conſtiterit.

Nota etiam ex Gloſ. *in verſ. & an requiratur.* 65
q. 2. ultra denuntiationem, & requiſitionem neceſſe eſſe, quòd ſimul cum denuntiatione emptor copiam libelli adverſus eum producti venditori tranſmittat, ex Bart. *hic* citato, quem ſequitur Alexan. *ibi, n.* 42. Jaſ. *num.* 38. Felin. *in cap. cum M. Ferrarienſis, num.* 36. *&* ibi Ripa, *num.* 163. *de conſtit.* Duenn. *regu.* 243. ubi plures adducit. Covarr. *lib.* 3. *var. c.* 17. *n.* 3. *verſ. tertio adhuc*, ubi hanc opinionem dicit magis communem, & ideò in praxi ſervandam eſſe. Gomez. 2. *tom. var. c.* 39. *verſ. &. adde quod requiritur*, ubi etiam communem dicit. Peret. *in l.* 1. *tit.* 7. *lib.* 5. *ordin. col.* 42. *verſ. quæritur ulterius pag.* 195. ubi poſt relationem multò dicit communiorem. Gam. *decis.* 79. *n.* 1. Trentac. *var. tit. de empt. reſol.* 4. *n.* 3. Cevall. *q.* 385. *n.* 4. Pereir. *d. c.* 31. *n.* 79. *verſ. oportet etiam.* Caballin. *d. §.* 3. *n.* 33. ubi plures refert, & *à n.* 36. contrariæ opinionis fundamenta, & auctores adducit, & *n.* 43. dicit ab hac non eſſe recedendum. Fachin. *lib.* 2. *c.* 35. *col.* 2. *verſ. quod attinet ad ſecundam*, ubi hanc longè veriorem, & communiorem dicit, Barboſ. *in l. venditor.* 49. *n.* 15. *D. de judic.* Theſaur. *decis.* 218. *n.* 2. ubi ſolam copiam libelli ſufficere dicit. Guzm. *q.* 4. *à n.* 33. *uſque ad* 45. ubi hanc ſequitur.

De conſuetudine contrarium in praxi ſervari di- 66
xit Bald. cum quo tranſit Gloſ. *hic*, cui adde plures, quos referunt Duenn. *n.* 2. & Gomez. *ubi ſup.* qui in puncto juris ſufficere ſolam denuntiationem dixit. Cevall. *verſ. Sed contraria*, ubi cum ea tranſit, & alii, *ubi ſupr.* Unde tutius erit libellum mittere venditori. Cum judicis auctoritate talis denuntiatio fit, abſque copia libelli ſolam denuntiationem ſufficere docent Scacc. & alii *ubi ſup.* Canc. *var.* 1. *p. c.* 13. Ex Ant. Gom. & Pereir. *num.* 63. *verſ. quod denuntiato*, ita fieri debere dicit, ut venditor de dicta lite benè certus reddatur. Sed quibus expenſis hæc denuntiatio, & miſſio libelli fieri debeat, vide Theſaur. *deciſ.* 218. *num.* 3. ubi expenſis

emptoris, usque ad exitum litis faciendam esse dicit, & idem sequitur Sempron. Asci. *determ.* 68. *n.* 6. & reddit rationem.

67 Formam, & modum denuntiationis tradunt Burg. *in cap. fin. de empt. num.* 2. *vers. & nota.* Aufrer. *in addit. ad Capell. Tolos. decis.* 408. *n.* 7. Caballin. *de evict. §.* 3. *n.* 34. Scaccia. *de jud. lib.* 1. *c.* 30. *n.* 8. *& 17.* & alii, quos ipsi referunt, fit enim extrajudicialiter, vel judicialiter. Extrajudicialiter fit coram tabellione, & testibus in hunc modum. Tabellio praesens praestat fidem de denuntiatione ista, quam facio Titio, qui mihi fundum vendidit sub talibus limitibus, & quòd ei notam facio litem per Sempronium super praedicto fundo motam coram tali judice, & tabellione, & eum interpello; & peto, ut veniat ad susciendam in se dictam causam, & me defendendum, & eam prosequatur, donec me indemnem servet, & in pacifica possessione praedicti fundi relinquat, sub protestatione damnorum & interesse.

68 Denuntiatio verò judicialis sic fit. P. incola hujus civitatis dico me domum sub talibus limitibus à Titio emisse, qui mihi de evictione est obligatus, super qua à *S.* lis est mota contra me, & praedictus venditor me defendere, indemnem servare, & casum in se suscipere tenetur, aliàs damna, expensas, & interesse mihi resarcire. Undè peto, ut jubeas ei praedictam litem, libellum actoris cum citatione mihi facta, & statu causae notificare, & quòd veniat ad me defendendum sub protestatione damnorum, & interesse, & ex nunc requiro, & interpello eum sub praedicta protestatione & nuntio ei dictam litem, & peto, ut praesens tabellio mihi fidem praestet de hac petitione, & protestatione.

69 In libello responsionis solet etiam hujusmodi denuntiatio fieri ad finem illius, quod in praxi pluries servasse testatur Gutierr. *de juram. confir. 1. p. c.* 62. *n.* 7. Et in casibus, de quibus in addit. Glos. 1. *n.* 179. emptor in eodem judicio petere potest, ut si ipse evincenti sit condemnatus, auctor etiam suus sibi condemnetur. ut ibi diximus, *n.* 182.

70 Sed dubium est, an emptori petenti dilationem ad denuntiandum auctori, judex debeat illam illi concedere; de quo vide Joann. And. *ad Specul. lib.* 2. *p.* 1. *tit. de dilat. in verb. dubitatur. litt. G.* Marant. *de ord. jud.* 6. *p.* 5. *memb. judicii, de dilat. num.* 4. Minsing. *centuria.* 3. *obser.* 24. Scacciam. *de judic. lib.* 1. *c.* 30. *num.* 21. ubi docent; si actor est praesens, non esse concedendam, si verò absens, in aliquibus casibus concedi debere, & dilatione data supersedendum esse in causa. De quo dubitat Scaccia, quia emptor habet tempus ad denuntiandum, de quo *infra*, & cessat ratio, cur concedi debeat, vide etiam Gammam. *decis.* 101. *per tot.* ubi cum agitur actione personali, & conventus auctorem suum vult laudare, dilationem non esse concedendam, decisum fuisse testatur.

ARTIC. V.

Quo tempore, & coram quo judice denuntiatio est facienda.

71 NOta ex Glos. 3. *hic*, quòd denuntiatio est facienda eo tempore, quo venditor habeat legitimum tempus ad probandum de jure suo. Adde Burg. à Paz. *in c. fin. de empt. n.* 1. *& 2. vers. pulchrum.* Ant. Gomez. 2. *tom. var. c.* 2. *num.* 39. Peret. *in l.* 1. *tit.* 7. *lib.* 5. *ordin. col.* 2. *vers. est etiam notandum.* Quesad. *var. q.* 10. *n.* 1. Aufrer. *in Addit. ad Capel. Tolos. decis.* 408. *n.* 6. Covarr. *lib.* 3. *var. c.* 17. *n.* 8. Caballin. *in tract. de evict. §.* 3. *n.* 144. ubi latè explicat, & alios allegat. Marant. *n.* 3. Scacc. *n.* 14. *ubi sup.* Pereir. *de empt. c.* 31. *n.* 80. Morl. *in empor. 1. p. tit.* 9. *de empt. & vendit. n.* 38. Molin. *disp.* 380. *vers. denuntiatio autem fieri debet.* Tusch. *litt. E. concl.* 353. *num.* 10. *& 13.* Barbos. *in l. venditor. de judic. n.* 85. *& 86.* Guzm. *de evict. q.* 12. *num.* 1. *& 3.* qui omnes concedunt usque ad publicationem prorsus exclusivè denuntiationem fieri posse, dummodo intra tempus ad probandum, & antequam laberetur terminus, denuntiatio fiat.

Amplia etiam in causa appellationis denuntia- 72
tionem fieri posse, dummodo jura venditori tunc sint integra circa testes, & alia opportuna & nihil ei perierit, ex Gl. 3. *hic.* Add. Gomez. *in vers. ex quo infertur.* Covarr. Tusch. *num.* 11. Perez. Caballin. Pereir. & Molin. *ubi supra*, qui alios laudant. Vivi. *decis.* 510. *num.* 6. Mutam. *decis.* 59. *num.* 6. Graff. *decis.* 2. *de empt. & vend.* Brun. à Sole. *in locis comm. verb. denuntiatio, num.* 1. *in fin.* ubi alios laudat & communem dicit. Amanel. *sing.* 139. *num.* 1. Fab. *in suo C. lib.* 8. *titul.* 31. *de eviction. defin.* 25. *num.* 13.

Limita in causis lucrativis, in quibus ut de evi- 73
ctione donatarius, vel legatarius agere possit, ante litem contestatam, debet auctori litem denuntiare, *l. qui concubinam* 29. *§. si hæres, ff. de leg.* 3. & ibi Bart. *num.* 4. Glos. *verb. perficitur. in l. si rem quam, §. fin. ff. de evict.* Apostill. Jas. *in l. si domus, §. de evict. super. n.* 34. *ff. de leg.* 1. Abb. *cons.* 45. *vers. præterea ex alio. lib.* 2. Caballin. *de evict. §.* 4. *n.* 38. Tepat. *tit.* 4. 22. *c.* 3. Tusch. *num.* 14. Guzman. 12. *ubi sup.* Lis est intimanda coram eodem judice, coram 74
quo emptor est conventus, vide Glos. 3. *l.* 33. *infra*, & Glos. 1. *hujus l. art.* 10. & emptori dicenti se ci- 75
tasse venditorem non creditur ob rationem commodi, quòd sperat. argum. *l. nullus ff. de testibus.* Nuntio dicenti an credatur, vide Caballin. *in d. §.* 3. *n.* 101. Mascar. *de probat. concl.* 189. *n.* 9. Gabr. *comm. opin. concl.* 4. Asinian. *in prax. Floren. §.* 9. *c.* 1. Rota, *in novis. decis.* 335. *de dolo & contumacia.* Guzm. *q.* 9. *per tot.*

ARTIC. VI.

In quibus casibus absque denuntiatione emptor de evictione agere potest.

NOta ex Glos. 4. Primum casum, in quo non 76
est necessaria denuntiatio, & absque ea emptor de evictione agere potest, scilicet quando venditor est absens, & dolo se abscondit. Add. *l. si dictum, §. simili modo, ff. de evict.* Gomez. 2. *tom. var. cap.* 2. *num.* 39. Caballin. *de evict. §.* 3. *num.* 98. Pereir. *de empt. & vend. cap.* 31. *num.* 74. Trentac. *var. resol. lib.* 3. *tit. de empt. resolut.* 4. *n.* 11. Molin. *de just. & jur.* 2. *tom. disput.* 380. *vers. debet. præterea.* Silva. *respons. lib.* 1. *respons.* 2. *num.* 36. & vide Add. *sup. n.* 12. & ad Glos. 4. *l.* 41. *tit.* 13. *infra hac part.* Guzm. *de evict. q.* 5. *num.* 2. Sed tutius erit, si absens sit, vel latitet, quòd denuntiatio fiat. Alex. Trentacin. *ubi supra*, & ut diximus *in dict. num.* 21. *& seqq.*

Nota secundum casum ex Glos. 4. *vers. & tene* 77
menti notabile dictum, &c. Quando venditori nulla competit defensio contra jura illius, cui res fuit restitura,

restituta, & omninò res esset evincenda, etiam si facta fuisset denuntiatio. Adde. Alex. *in l. non solum §. morte, n. 46. ff. de oper. nov.* Socin. *cons.* 120. *n.* 11. *& 12. lib.* 3. Natam. 232. *n.* 5. *&* 462. *n.* 8. Capic. *de cis.* 106. *num.* 4. Aufrer. *in addit. ad Capel. Tolos. dec.* 408. *n.* 5. Rebuf. *in tract. de dilat. art.* 5. *glos. unic. n.* 45. *&* 46. *tom.* 3. *conslit.* Covarr. *lib.* 3. *var. cap.* 17. *n.* 6. ubi dicit communem. Gomez. 2. *tom. var. c.* 2. *n.* 39. *col.* 5. Afflict. *decis.* 43. *n.* 3. & *ibi* Ursil. *à n.* 2. ubi sic observatum vidisse inquit. Caballin. *de evict. §.* 3. *à n.* 73. *usque ad n.* 96. ubi dicit communem, & fundamenta refert. Menoch. *consil.* 128. *n. fin. lib.* 2. ubi alios laudat. Gutierr. *de juram. confir.* 1. *p. c.* 61. *n.* 18. *& c.* 56. *n.* 12. Fachin. *lib.* 3. *cons.* 25. *n.* 3. *& controv. juris, lib.* 2. *c.* 37. ubi actores, & argumenta in contrarium refert, & eis satisfacit. Mascard. *de probat. conclus.* 615. *n.* 15. Barzius, *decis. Bonon.* 85. *n.* 13. Surd. *decis.* 22. *num.* 8. *&* 9. *& de aliment. tit.* 9. *q.* 42. *n.* 28. Mutam. *decis.* 59. *n.* 3. *&* 4. ubi communem dicit. Sempr. Asci. *determinat.* 68. *num.* 11. Trentacin. *lib.* 3. *var. de empt. & vend. resol.* 4. *n.* 9. Sebast. Med. *decis.* 29. *n.* 5. Morl. *in emp. jur.* 1. *par. tit. de empt. in præmis. n.* 40. Cevall. *q.* 385. *num.* 2. *& tom.* 3. *q.* 799. *per tot.* ubi duas communes contrarias refert, & hanc veriorem dicit. Rodrig. *de ann. red. lib.* 2. *q.* 9. *n.* 19. Molin. *disput.* 380. *vers. observandum est.* Fontan. *de pact. nuptial.* 2. *p. claus.* 5. *glos.* 8. *p.* 14. *n.* 75. *&* 76. ubi alios allegat. Faber. *in suo C. lib.* 8. *tit. de evict. defi.* 25. *n.* 12. Farinac. *decis.* 124. *n.* 2. *in* 7. *centuria,* 8. *tom.* Guzm. *de evict. q.* 4. *à n.* 77. usque ad 99. & vide Add. ad Glos. 1. *n.* 177. *cum aliis,* & sic in praxi est tenendum, licet contrarium sequantur Aretin. Abb. & Dec. *hic* à Gl. citati, Gratus, *cons.* 1. *num.* 27. *vol.* 1. Rip. *in l.* 1. *§. fin. num.* 25. *ff. solut. matrim.* Pereir. *de emp. c.* 31. *num.* 71. ubi alios laudat. Barbos. *in l. venditor. de judic. à num.* 31. ubi eam defendit.

78 Intellige primam opinionem procedere, si emptor, qui litem venditori non denuntiavit, de justitia evincentis doceat, hoc est quòd nulla erat omninò venditori defensio, aliàs, si emptor hoc non probaverit, & docuerit, non poterit contra suum auctorem obtinere, ut probant plures, quos referunt, & sequuntur Covarr. *num.* 6. Gomez. *n.* 39. *circa medium.* Trentac. *vers. mihi placet.* Medic. *n.* 5. *ubi sup.* Paz. *in cap. fin. de empt. & vend. n.* 5. *&* 6. Caballin. *de evict. §.* 3. *n.* 19. ubi contra Cravetam hanc sequitur. Barbos. *d. l. venditor, à n.* 43. *&* 44. ubi Cravetam etiam impugnat. Guzm. *n.* 97. *&* 99. *ubi sup.*

79 Amplia emptorem in prædicto casu, etiam ad duplum agere posse, ut ex aliis tradunt Covarr. *d. n.* 6. Gutierr. *n.* 18. Caballin. *n.* 93. Barbos. *à num.* 76. *&* 83. ubi hanc ampliationem sequitur Andr. Fach. *lib.* 3. *cons.* 25. Guzm. *ubi sup.*

80 Limita ex Trentacin. *ubi sup.* qui Decian. sequitur *in cons.* 74. *n.* 3. *vers. non obstat secundum,* & Rip. *in l.* 2. *§. voluntatem ff. solut. matrim. n.* 21. si de justitia motæ litis post sententiam appareat: nam secundum eos, ut emptor, qui non denuntiavit, possit agere contra venditorem, de injusta causa venditoris tempore motæ litis debet constare, & non sufficit, quòd postea manifestetur. Sed eos bene impugnat Fontanell. *in d. claus.* 5. *glos.* 8. *p.* 14. *n.* 76. ubi inquit injustissimam sibi videri hanc limitationem, & quòd constito ex probationibus agentis nullam omninò defensionem habere. emptorem beneficium evictionis amittere, & nunquam vidisse, quòd hoc practicari valeat: & eam etiam impugnat Caballin. *in d. §.* 3. *n.* 89. ubi ait sufficere, antequam emptor de evictione agat, constare de justitia evincentis, quia effectus attenditur, & non curatur modus. Curare enim debet emptor, 81 qui non denuntiavit, ut de evictione agere possit, ne multum differat proponere suas actiones contra suum actorem; illo videlicet tempore, quo fortè defensiones auctoris periissent. Caballin. *de evictio. §.* 3. *in Addit. litt. F.* Pereir. *cap.* 31. *num.* 64. Fontan. *num.* 80. *&* 81. potest enim venditor, si velit, de suo jure allegare, & suas exceptiones contra sententiam probare, & evictionem non esse legitimè sequutam. Franch. *decis.* 523. *n.* 20. *&* 22. Tertium casum nota ex Glos. 4. *hic vers. & an cessionarius, q.* 4. in cessionario, qui non tenetur cedenti actionem denuntiare, si agat, & intentet actionem cessam, quia nomine cedentis agit, & tanquam ejus procurator actionem exercet. Adde Rebuff. *in tract. de dilation. art.* 5. *glos. uni. n.* 42. Caballin. *de evict. §.* 3. *num.* 117. ubi plures laudat. Gammam. *decis.* 101. Pereir. *d. c.* 31. *n.* 75. Guzm. *q.* 5. *à num.* 36. *&* 42. *in fin.*

Contrariam opinionem, imò quòd emptor, à 82 quo evincitur nomen reditus; vel cessionarius, cui in solutum nomen datum fuit, debeat denuntiare ei, qui vendidit, vel cessit, ut possit de evictione agere, tenet Rodrig. *de ann. red. lib.* 2. *q.* 21. *n.* 22. ex text. *in l. libera, C. de sentent. & interloc. omn. judic. & in l. qui concubinam, §. si hæres, ff. de leg.* 3. Bart. *in l. si quis etiam, n.* 3. *ff. de solut.* Paul. *cons.* 170. *num.* 3. *lib.* 2. ubi dicit, quòd si cessionarius perdidit causam, non tenetur cedens non vocatus. Bertrand. *cons.* 217. *lib.* 7. ubi dicit bonum esse, quòd cessionarius requitat cedentem, quòd exhibeat instrumenta, & assistat causæ, & in causam denegationis protestetur. Anton. Eugen. *cons.* 73. *n.* 11. † Et hæc 83 est tenenda, quando cessionarius actionem utilem nomine proprio intentat (de quo in Add. Glos. 7. *l.* 15. *tit.* 14. *infra hac p. à num.* 31.) vel quando debitor opponit de solutione, vel liberatione facta à cedente; vel compensatione, seu alia exceptione ejus factum respiciente; nam tunc debet requirere eum, ut assistat causæ, & exhibeat instrumenta, quibus se tueri possit. Et vide, *supr. num.* 31. & faciunt tradita in Addit. Glos. 4. *l.* 4. *à num.* 9. *d. tit.* 14. & Glos. 1. *l.* 3. *tit.* 3. *sup.* ubi egimus de debitore; qui injustè exigitur, & de depositario, an liberetur solvendo de mandato judicis, vel teneatur denuntiare domino, vel creditori, & vide Maref. *lib.* 2. *var. c.* 19. *num.* 11. ubi dicit, quòd cessionarius, etsi possit redire ad prima jura, potest etiam agere ad interesse.

Quartum casum nota et d. Gl. *q.* 6. quando per 84 pactum necessitas denuntiandi fuit remissa, adde Bar. & Bald. *in l. emptorem, §. fin. ff. de actio. empt.* Corn. *cons.* 6. *in fin. lib.* 2. Burg. *in c. fin. de empt. & vend. n.* 11. Joseph. Aufreri. in Addit. ad Capell. Tolosana. *decis.* 108. Rebuff. *in tract. de dilation. art.* 5. *glos. unic. n.* 39. Gomez. 2. *tom. var. c.* 2. *num.* 36. *vers. Item adde quod ista necessitas,* ubi dicit, quòd hoc communiter poni solet per Tabelliones, & esse optimum consilium, & valde utile. Caball. *de evict. §.* 3. *n.* 114. *&* 115. ubi pro hac opinione plures laudat, & adducit quæ contra eam Rubeus scripsit & eis satisfacit. Gutierr. *de juram.* 1. *p. c.* 61. *n.* 15. ubi alios citat. Mascard. *de probat. concl.* 616. *n.* 28. Cald. *de empt. c.* 31. *n.* 73. ubi alios laudat. Sempro. Ascius *determinat.* 68. *n.* 3. Trentac. *n.* 7. *ubi sup.* P. Lud. Molin. *disp.* 380. *col.* 818. *vers. oblig. ut denuntiatio venditori fiat,* & vide addita ad Gl. 3. *in fine l.* 36. *infra,* Guzm. *in d. q.* 5. *n.* 30. cum aliis.

85 Quintum casum nota ex eadem Glos. quando emptor, & venditor simul in eodem judicio conveniuntur; nam tunc denuntiatio non est necessaria, Adde Caballin. *d. §. 3. n. 97.* Burg. *d. c. fin. n. 11. vers. quartus casus est.* Marc. *decis. 583.* Franch. *decis. 523. num. 4.* Vivi. *decis. 510. num. 8.* Fachin. *lib. 3. conf. 25. n. 1.* Mascard. *de probat. conclus. 615. n. 16.* Barbos. *in l. venditor, n. 23. ff. de judic.* Pereir. *d. c. 31. n. 76.* Cavalc. *decis. 8. n. 40. lib. 4.* Trentacin. *lib. 3. de empt. & vend. resol. 4. n 8.* Tusch. *litt. E. concl. 357. num. 7.* Baptist. Toro *in compend. decis. verb. evict. fi. col. 3.* ubi dicit sufficere, quòd sit in judicio per procuratorem. Capic. *decis. 105. num. 8.* ubi tradit, quòd quando venditor est præsens in judicio, non est necessaria denuntiatio: & si ultrò venditor veniat ad defendendum, denuntiatio non requiritur, ut ex aliis tradit Caballin. *n. 44. ubi sup.* Guzm. *q. 5. num. 1.*

86 Intellige, quando venditor in judicio comparuit, & cum emptore se defendit, secus si citatus non comparuit, & in ejus contumacia fuit fulminatus processus, & sententia lata; nam cessat ratio Glos. *in l. si dictum, §. si præsente, ff. de evictio.* quia ipse defendebat se, & emptorem in qua hæc fundatur; & ita distinguit Socin. *in l. 2. §. fin. in 3. laud. ff. solut. matrim.* dicens hoc indubitanter esse verum, & cum ea transit Franch. *n. 5. & 6. ubi supr.* quem vide. Guzm. *ubi sup.*

87 Sextum casum nota ex Glos. *ver. tene etiam menti,* quando emptor est minor, quo casu non est necessaria denuntiatio, si aliàs venditor sciat litem esse motam, quia re ipsa absque interpellatione ejus debitor constituitur in mora. Cui adde Burg. *in c. fin. de empt. & vend. num. 8. vers. secundus casus est.* Covarr. *lib. 3. var. c. 17. num. 4.* Caballin. *de evict. §. 3. n. 102. & 103.* Joseph. Mascard. *de prob. concl. 615. n. 17.* ubi alios pro hac doctrina adducit. Capell. Tolos. *decis. 408. num. 2.* Fachin. *controvers. lib. 2. c. 38. in princip. vers. fundamentum.* Cald. *de empt. & vend. c. 31. n. 69.* Trentac. *lib. 3. tit. de minor. resol. 4. n. 15.* Pichard. *de mora. à n. 38.* Escob. *de ratioc. c. 15. à n. 31.* Molin. *disput. 380. vers. quando emptor est minor.* Gratian. *discep. c. 175. n. 33.* Guzm. *q. 5. n. 20. & 21. usque ad 30.* Et vide Addit. ad Gl. *1. l. 8. tit. 14. hac par.* ubi de debitore minoris, qui absque interpellatione constituitur in mora, egimus.

88 Septimum casum nota ex *eodem versiculo,* quando Ecclesia est emptrix: nam utitur jure minoris, & denuntiatio non est necessaria, & adde Covarr. *ubi proxime,* qui aliorum impugnatione eam defendit. Fachin. *in d. c. 38. ubi per tot.* & utriusque partis fundamenta adducit, & respondit contrariis, & hanc sequitur. Mascar. Capella Tolos. Pichard. Trentacinq. *num. 15.* & Gratian. *ubi sup.* & sic est tenendum, licet contrarium velint Burg. à Paz. *n. 9. ubi sup.* & Caballin. *ad num. 103. vers. ego credo usque ad n. 113.* ubi contra Covarr. & alios defendit, ac eorum argumentis satisfacit Fachin. *ubi sup.* & pro doctrina glossæ faciunt addita ad Glos. *1. l. 8. tit. 14. n. 33.* ubi multis auctoritatibus comprobatur, debitores Ecclesiæ absque interpellatione in moram constitui.

89 Octavum casum nota extra glossam, cum fiscus est emptor, & venditor litem contra eum motam esse scit; nam tunc venditor absque interpellatione constituitur in mora, & adversus eum de evictione agere poterit. Mascar. *de probat. conclus. 615. n. 17.* ubi adducit. Glos. *in l. cum quidam. §. fiscus, verb. inferunt, ff. de usuris.* Peregrin. *de jure fisc. libr. 6. tit. 4. n. 39.* Grat. *discep. c. 175. n. 33.* & quòd debitor fisci absque interpellatione in mora constituatur, vide *infra* in additio. Glos. *1. l. 8. tit. 14. n. 22.* Contrariam opinionem, imo quod in hoc fiscus non reperiatur privilegiatus, defendit Caballin. *de evictio. §. 3. n. 106. & 107.* vide Addit. ad Glos. 1.

Nonum casum nota *ex d. vers.* secundum opi- 90
nionem Baldi *hic* à glossa relatam, quando venditor est in mala fide, eo quòd habet instrumenta causæ, per quæ emptor potest vincere, & non notificat emptori. add. Burg. *in d. c. fin. de empt. & vendit. n. 12. vers. quintus est casus.* Aufred. *in add. ad Capell. Tolos. decis. 408. n. 4.* Rebuff. *in tit. de dilation. art. 5. glos. unic. n. 41. tom. 3. constit. Gall.* Guz. *q. 4. n. 75. cum aliis.* Contrarium, imo emptorem non excusari à denuntiatione, ex eo quòd instrumenta penes se venditor habeat, tenet Glos. *hic vers. secundum tamen casum.* Cui Adde Rube. *in l. non solum, §. morte, n. 434. ff. de operi. novi nun.* Rip. *in l. 2. §. fin. ff. solut. matr.* Caballin. *de evict. §. 3. num. 72.* ubi eam fundat, & contrariis respondit. Grat. *lib. 2. respons. 139. à n. 13.* Fachin. *lib. 2. c. 36. vers. sequitur, & alia contr.* & Trentac. *ubi sup. n. 10.* contra Bald. & alios hanc defendunt.

Decimum casum nota ex Glos. *in fin. vers. vel ubi scienter vendidit rem alienam,* quando venditor scienter vendidit rem alienam emptori ignoranti, nam tunc absque denuntiatione, etsi venditor scientiam litis motæ non habeat, poterit emptor ratione doli eum convenire. Et adde additos ad Glos. *1. sup. num. 191.* & ultra eos. Aufred. *in addit. ad Capell. Tolos. decis. 408. n. 4. vers. quarto.* Pereir. *de empt. & vend. c. 31. n. 38.* Trentacin. *ubi supr. n. 6.* & quando venditor dicatur esse in dolo, vide addita ad Glos. *unicam, l. 18. supra in fin.* Surd. *decis. 253. à n. 12.* & de vendente rem alienam emptori scienti, & ad quid teneatur, vide add. Glos. *1. l. 19. hoc titul.*

Undecimum casum nota, in quo denuntiatio 91
non requiritur, cum res evicta est prætextu hypothecæ, quia res non fuit libere tradita. Burz. *decis. 85. n. 12.* Marant. *in tract. de empt. & vendit. 6. p. 5. membr. n. 2.* Trentac. *in d. resol. 4. n. 13.* & vide addit. ad Glos. *1. supr. à num. 220.* Fontan. *de pact. nup. 2. p. claus. 5. glos. 8. p. 14. num. 29.* & in hoc casu nota, quòd, si emptor solvit debitum, potest illud repetere, etsi litem super dicta hypotheca non denuntiaverit venditori. Glos. *in l. qui rem. C. de evictio.* Caballin. *de evictio. §. 3. n. 153. vers. & propterea:* ubi dicit, quòd non potest imputari solventi, cur ita solverit, & non denuntiavit litem venditori: quia tenetur venditor actione ex empto ad tradendum rem liberam, & cum verè appareat de hypotheca, potuit emptor hypothecam solvere.

Duodecimum casum nota, quando venditor ci- 92
tatus respondit, quòd nolebat emptorem defendere à lite mota, vel movenda. Burg. *in c. fin. de empt. & vend. num. 12. vers. textus posset esse.* Pereir. *in d. c. 31. n. 74.* Guzm. *q. 5. n. 19.* Contrarium defendit Rip. *in l. 2. §. volunt. num. 25. ff. solut. matr.* Trentac. *n. 12. ubi supr.* Caball. *d. §. 3. n. 100. & 101.* ubi de hac doctrina dubitat, & eam declarat: & exami- 93
nat quæstionem, an nuntio dicenti, quòd citatus respondit nolle venire, sit credendum, vide etiam Marant. *de ordin. jud. 6. par. 1. membr. de citat. n. 53.*

Decimum tertium casum nota, quando venditor 94
promiserit de evictione, quocumque modo res evincatur, & litem fuisse motam sciret. Glos. & Bald. *in l. cum pœna ff. de arbitr.* Cov. *c. 17. sub n. 7.*

Tiraquell.

Tiraquell. *de retract. lignag. §. ult. num.* 97. Trentactuq, *n.* 14. *ubi supra.*

95 AD Glos. 5. de quæstione, an venditor præcisè emptorem defendere teneatur, vide Addita ad Glos. 2. *legis seq. num.*

SUMMARIUM.

1 *Actio evictionis ex empto habet duo capita, unum ad pretium, ad interesse alterum, n.* 17.

2 *Emptor ad pretium agit, etsi evictio sit pacto remissa.*

3 *Item, etsi appositum sit pactum, quod non teneatur venditor de evictione ex quibuscumque causis.*

4 *Item, etsi dixerit, quòd non vult teneri nisi de suo facto, etsi adjecerit de suo hærede.*

5 *Item, etsi pactum sit, quòd nullo modo de evictione teneatur.*

7 *Emptor sciens rem esse alienam, ad pretium agere non potest, nisi prorsus non sit aliena, sed subjecta fidei commisso: & quid si sibi stipulatione provideat, n.* 11. 12. *&* 13.

7 *Item quando est appositum pactum, quòd venditor de evictione, nec ad pretii restitutionem teneretur, & quid si non sit solutum, seu ipse, seu ejus hæredes evincant rem, n.* 8. *&* 10.

9 *Venditor, si dolosè rem esse alienam tacuit, non obstante dicto pacto, de evictione tenetur actione ex empto.*

12 *Quid si appositum sit pactum, venditorem non teneri, si evincatur à tali certa persona.*

13 *Si pactum esset reciprocum, ut frequenter fit in divisione hæreditatis, an pretium re evicta repeti possit.*

14 *Emptor hæreditatis, una re evicta, pretium repetere non potest, nec de evictione agere.*

15 *Item, quando res venditur non jure dominii, vel crediti.*

16 *Valor rei evictæ an debeat attendi secundum tempus contractus.*

18 *Quando res, vel ætate deterior res facta est, æstimatio à quo tempore est facienda.*

19 *Interpretatio* text. in l. 1. & in l. bonitatis, ff. de evict.

20 *Venditor evicta re tenetur ad id, quod interest emptori, rem non fuisse evictam, etsi intercesserit stipulatio, n.* 21.

24 *Emptori non debetur interesse, nisi quatenus sua interfuisse probaverit.*

25 *Venditor tenetur ad augmentum valoris, quod absque industria, & labore emptoris evenit.*

26 *Et ad expensas, & sumptus, quos emptor in lite fecit, etsi in judicio obtinuerit, n.* 27.

28 *Limitatur, si emptor non denunciavit litem venditori.*

29 *Item, si fuit in culpa, non petendo adversarium condemnari in expensis, nisi venditor interpellatus noluit comparare ad defendendum.*

30 *Venditor tenetur, quæ fuerint facta, ad instructionem causæ, & ad salaria advocatorum, & viaticum judicis, & an ad salarium deperditum à parte, & ad omnes expensas litis necessarias, etsi lis mota fuisset solum super possessione, n.* 31. 32. *&* 33.

34 *Venditor, lite pendente tenetur ministrare expensas, & ad illas potest conveniri, etiamsi non fuissent promissæ, victus victori in expensis est condemnandus, si debeatur ex pacto, seu jure actionis.*

36 *Emptor, etsi injustam causam defendat in prima instantia, non debet in expensis condemnari.*

37 *Venditor tenetur restituere fructus præteritos, & quos emptor ob evictionem amisit, & melioramenta.*

38 *Item non solum ad pretium fundi, quod ob evictionem emptor fuit coactus pro fructibus perceptis pendente lite evincenti dare; sed etiam fructus, quos ex eo percipi potuisset, & num.* 53.

39 *Conciliatio* text. in l. qui scit, §. fin. ff. de usur. cum text. in l. qui bona fide, ff. de acquir. rer. domin.

40 *Fructus, quos à litis contestatione percepit emptor, re evicta restituere tenetur.*
Item & fructus percipiendos, si non erat præsumptivè in mala fide.

41 *Venditor, si habeat rem similem rei evictæ, eam non tenetur tradere, nisi adsit pactum: & quid si ipse offerat: & quid in locatore, seu si sit debitor generis, n.* 42. 43. *&* 44.

45 *Emptor an teneatur rem evictam recipere, si non deteriorata una cum interesse offeratur à venditore? Et quid si offeratur à fidejussore?*

46 *Emptor, qui nondum pretium solvit, si res à creditore evincatur? & offeratur recepto pretio an cogi possit ad pretii solutionem.*

47 *Emptor, qui pretium pro securitate evictionis pactus fuit, quòd converteretur in census, seu alterius rei emptionem, evictione secuta an teneatur accipere census, seu rem emptam, si non vult nisi pretium.*

48 *Minor non potest obligari de evictione per curatorem, nec pupillus per tutorem.*

49 *Minor, si restituatur adversus aditam hæreditem; an teneatur de evictione pro prædiis hæreditatis medio tempore venditis.*

50 *Venditor ad quid teneatur, si vendat rem censui suppositam pro libera, remissivè.*

51 *Interesse conventum an possit excedere duplum, & quid si ultra duplum promissa sint damna, & interesse.*

52 *Interesse conventum an possit excedere duplum, & quid si ultra duplum promissæ sint expensæ, damna, & interesse.*

44 *Quando solum consideratur interesse commune, totum debetur.*

55 *Limitatur in casu,* l. Titius, §. fin ff. de action. empt.

56 *Emptor pro interesse, damnis, & expensis an habeat eam anterioritatem, quam habet pro pretio.*

ADDIT. GLOSS. VI.

AD Glos. 6. *hic*, & in duabus Glossis sequentibus agitur de obligatione venditoris re evicta, & ad quid emptor teneatur. Habet enim actio evictionis ex empto duo capita; unum ad pretium, & alterum ad interesse, ut considerant Caballin. & Garcia *infra citandi.* Quoad primum caput de pretio nota *ex text.* quòd venditor sequuta evictione tenetur restituere emptori pretium, quod pro re vendita ab eo accepit; quæ conclusio etiam probatur *in l. emptorem, §. fin. l. Titius, ad fin. ff. de act. empt. l. si in venditione, l. evictu, l. si plus, ff. de evictionl. super empti agri, C. eod.* 1

Amplia 1. etsi venditor dixerit se nolle de evictione teneri, & pacto conventum sit inter eum, 2

& emptorem, quòd de evictione non teneatur; pacto non obstante ad restitutionem pretii tenetur, d. l. *emptorem*, §. *fin.* Roman. *sing.* 387. Jas. *consil.* 111. *col.* 5. *vers. item, qui convenit*, *lib.* 2. Rebuff. *tom. tit. de dilat. art.* 5. *glos. unic. num.* 50. Trentacinq. *var. lib.* 3. *tit. de empt. & vend. resol.* 4. *n.* 17. Aufrer. *ad Capell. Tholos. decis.* 361. *vers. quid si est factum.* Caballin. *de evict.* §. 5. *num.* 25. ubi plures laudat. Vivius *decis.* 152. Mantic. *de tacit. convent. tit.* 24. *à num.* 3. *lib.* 4. Petra. *de fideic. q.* 14. *n.* 57. Thesaur. *lib.* 1. *quæst.* 77. *n.* 1. *& lib.* 2. *q.* 23. *n.* 3. Gomez. de Leon. *decis.* 12. Covarr. *lib.* 3. *cap.* 14. *à num.* 1. Tiraquell. *de retract. lib.* 1. §. 12. *glos.* 1. *n.* 10. Fontan. 2. *p. claus.* 5. *glos.* 8. *part.* 14. *n.* 93. Franchis *decis.* 239. *n.* 3. Tusch. *lit. E. concl.* 362. Aponte. *cons.* 41. *n.* 8. & 64. *n.* 21. *lib.* 1. Muta. *decis.* 59. *num.* 9. Giurb. *decis.* 87. *num.* 1. Guzman. *de evict. q.* 2. *num.* 79. *q.* 43. *n.* 1. *q.* 51. *num.* 19. Azeved. *in l.* 6. *tit.* 2. *lib.* 1. *recompil. n.* 17. & vide Add. ad Glos. *fin. l.* 37. *infra.*

3 Amplia 2. etiam quòd pactum esset, nec tenetur venditor de evictione ex quibuscumque casibus, ex Glos. *in d. l. emptorem*, §. *fin.* quam alii, *ibi*, sequuntur. Covarr. *lib.* 3. *variar. cap.* 17. *n.* 2. Thesaur. *d. q.* 77. *n.* 2. Sesse *decis.* 14. *num.* 3.

4 Amplia tertiò, etiam si dictum sit à venditore, quòd non vult teneri nisi de suo facto; nam hoc pacto non obstante, tenetur ad restitutionem pretii, & expensarum. Surd. *cons.* 36. *num.* 15. Thesaur. *d. quæst.* 77. *num.* 7. ubi hanc doctrinam Senatum Pedemontanum sequutum fuisse testatur, & pro ea adducit *dict.* §. *fin. in princ.* Guz. *num.* 9. *ubi supra*, & idem dicendum venit, si à venditore pactum sit, per se, hæredemque suum non facturum, quominus habere liceat; adhuc enim venditor ad pretii restitutionem tenetur. Phanuc. de Phanu. *de inventar. quæst.* 244. *num.* 223. ubi venditorem ad pretii restitutionem teneri resolvit, etsi venditor dixerit, quòd non vult teneri de evictione alicujus personæ. Trentac. *lib.* 3. *tit. de empt. & vend. resolut.* 8. *sub num.* 1. Fontanel. 2. *tom. claus.* 5. *glos.* 8. *part.* 14. *num.* 95. Maresc. *lib.* 2. *var. cap.* 19. *num.* 8. qui alios allegant; & hanc sequuntur. Muta. *decis.* 59. *num.* 9. Mastrill. 28. *num.* 3. ubi ampliat, etsi esset adjecta clausula illa: *Et non aliter, nec alio modo.* Tusch. *lit. E. concl.* 360. *num.* 13. Et sic est tenendum, licèt contrarium velit Rebuff. *glos. unic. num.* 52. cum Socino, quem laudat Guzman. *q.* 49. *n.* 12. & vide Addita ad Glos. 1. *num.* 246. *supr.* & ad Glos. *fin. l.* 57. *infra.*

5 Amplia 4. etsi actum sit, quòd nullo modo venditor de evictione teneatur, ut contra Socin. *reg.* 437. *in fin.* determinavit Senatus Pedemontanus, cum casus de facto occurreret, ut testatur Thesaur. *n.* 8. *vers.* 6. *fallit. ubi supr.* Muta, Guzm. & Mastrill.

6 Limita 1. hanc doctrinam in emptore, qui scienter rem alienam emit, cui nec pretium est restituendum, etsi res evincatur. Trentacinq. *dict. num.* 17. *vers. unde.* Tiraquel. *de retract. lign.* §. 12. *glos.* 1. *n.* 7. *&* 8. ubi ampliat, etsi venditor sciens rem alienam vendat. vide Addit. Glos. 3. 4. & 5. *l.* 19. *sup.* Sublimita hanc limitationem, quando res non erat penitus aliena fideicommisso subjecta. De quo in Addit. d. Glos. 3.

7 Limita 2. si expressè actum fuit, quòd venditor non teneatur de evictione, nec etiam ad restitutionem pretii, *d. l. emptor*, §. *fin. vers. Nisi fortè inquit*, ubi Glos. *verb. si quis hoc notat, ff. de act. empt.* quem DD. *ibi*, sequuntur, *& in l. non dubitatur, C. de evict. & in l.* 1. ubi Bald. *C. de peric. & commod. rei vendit.* Joan. Andr. *ad Specul. tit. de empt.* §. *fin.* Alex. *cons.* 235. *num.* 10. *lib.* 6. Tiraq. *d.* §. 12. *glos.* 1. *q.* 10. ubi plures laudat. Trentacinq. *vers. declar.* 1. *ubi sup.* Thesaur. *d. q.* 77. *n.* 6. *lib.* 1. Franch. *decis.* 239. *n.* 3. Mantic. *decis.* 109. *n.* 1. *&* 2. Tusch. *litt. E. conclus.* 368. *num.* 6. Fontan. *d. claus.* 5. *q.* 14. *n.* 94. Pirr. Maur. *de fidejussor lib.* 1. *cap.* 18. *n.* 23. Muta *decis.* 59. *num.* 11. Guzm. *q.* 3. *num.* 78. *& quæst.* 43. *à num.* 5. & vide *infra.*

8 Amplia hanc limitationem, etsi evictio sequatur, antequam emptor pretium solverit; nam evictione non obstante, cogetur pretium solvere, & non poterit illud retinere. Vide plenè per Franch. *d. decis.* 239. *à num.* 5. Sed contrarium æquius est, cum simus in limine contractus, & facilius concedatur retentio, quàm petitio, ut diximus, *supr. in Addit.* ad Glos. 2. *num.* 9.

9 Sublimita dictam limitationem, si dolosè venditor tacuit rem non esse suam, & causam, ex qua res poterat evinci; nam tunc de evictione tenetur ad omne damnum, expensas, & interesse; quia dolus, & fraus non debet ei patrocinari, *l. tenetur* 6. §. *fin. ff. de act. empt.* ubi Bart. *& in l. emptorem.* §. *denique, ff. eod.* Tiraq. *dict. glos.* 1. *num.* 14. Surd. *d. consil.* 36. *num.* 15. ubi alios allegat, *& decis.* 161. *n.* 1. & sic Senatum Cathaloniæ judicasse testatur Fontan. *in d. glos.* 8. *n.* 96. Lingloif. *decis.* 13. *quæst.* 5. Guzm. *quæst.* 5. *num.* 13. Dolosè enim fecisse dicitur venditor, si causam, ex qua evinci res poterat, sciebat, & de ea emptorem non certioravit. Cæpol. *in l. quæritur* 14. §. *si venditor*, *n.* 20. *vers. si vero venditor, ff. de ædil. edict.* & vide Addit. ad Glos. 1. *leg.* 18.

Et in hoc casu de evictione non est agendum, quia obstat exceptio pacti, ne de evictione teneatur, sed actione ex empto, quia sciebat rem posse evinci, & tacuit, ut *in l. servum quem*, §. *fin. ff. de contrab. empt.* & *ibi*, Bart. & Bald. Cæpol. *n.* 11. *ubi sup.* qui hoc advertendum esse dicit.

Sublimita 2. si ipse, vel hæres ejus evicerit, *l. si emptorem, ff. de evict.* Guzm. *n.* 14.

Sublimita 3. nisi contra legis interdictum emptor emerit; nam tunc, etiamsi sibi stipulatione proviserit: nec ad pretium agere poterit. Glos. *in cap.* 1. *de prohibit. feud. alien. per Feud.* quam sequuntur. Bart. & alii, *ibi*, quos refert, & sequitur Tiraq. *de retract. lign.* §. 12. *glos.* 1. *num.* 12. quem vide & Thesaur. *lib.* 2. *cap.* 23. ubi latissimè explicat in alienationibus factis contra legis præceptum, de evictione agi possit; & vide Addit. ad Glos. 3. & 4. *l.* 19. *sup.*

12 Limita 3. principalem conclusionem, si actum fuit, quòd venditor de evictione non teneatur, si res à tali certa persona evinceretur, puta à Sempronio, vel ex tali causa, nam tunc nec pretium restituere tenetur, *l. qui litertatis, ff. de evict.* ubi Glos. quam communiter sequuntur DD. *ibi*, Roman. *sing.* 378. Socin. *reg.* 437. Quesada *din. q. jur. cap.* 10. *num.* 5. *vers. nono.* Aufrer. *ad Capell. Tholos. decis.* 361. Surd. *cons.* 37. *n.* 22. Muta. *decis.* 59. *n.* 11. Mastrill. 28. *n.* 14. Mantic. 109. *num.* 5. 6. *&* 13. ubi contra Covarr. hanc tenet. Trentacinq. *var. lib.* 3. *tit.* 13. *de empt. resolut.* 24. *num.* 17. *vers. tertio.* Thesaur. *lib.* 1. *q.* 77. *num.* 5. ubi non obstante impugnatione facta per Covarr. *lib.* 3. *var. cap.* 17. *n.* 2. hanc limitationem sequitur, & Guzm. *de evict. quæst.* 1. *num.* 75.

Pro contraria opinione facit text. *in leg. emptorem*, §. *qui autem de evict.* & cum Rubeo, & Covar. *ubi*

ubi supr. eam sequitur Caballin. *de evict. §. 5. n. 26.* ubi latè fundat dicens veritatem, cui etiam se subscripserunt Sesse *decis. 14. n. 3.* Pereir. *de empt. c. 31. à num. 112.* ubi latè agit de interpretatione *d. §. fin. l. emptorem 12. ff. de act. empt.* & hæc in puncto juris verior est, & hanc sequitur Guzman. sibi contrarius *in quæst. 43. num. 13. & 14.* nec obstat text. *ind. l. qui libertatis*, quia ibi simpliciter agitur de evictione.

13 Limita 4. si pactum esset reciprocum (ut regulariter fit in divisione hæreditatis) scilicet, quòd nullus cohæredum de evictione teneatur alteri, etsi aliquæ ex rebus, quæ inter eos fuerunt divisæ, evincantur; & in permutatione, *l. si familiæ, C. famil. erciscund.* & *ibi*. Glos. quam singularem dixit Jas. *consil. 211. col. 5. vers. qui convenit, lib. 2.* Glos. *verb. conventionibus, in d. l. emptorem, §. fin.* Roman. *sing. 387.* Socin. *d. reg. 437. num. 2.* Quesad. *d. c. 10. num. 6.* ubi explicat Aufrer. *dict. decis. 361. in fin.* Trentacinq. *ubi supr. vers. secundo*, ubi exemplificat, quando alter vendit alteri unam rem, & alter aliam alteri. Thesaur. *d. q. 77. num. 4.* & alios pro hac opinione adducit. Caballin. *dict. §. 5. num. 27.* Sed ipse contrarium sequitur: & *in num. 27.* tradit cautelam ad tollendum omne dubium, scilicet quòd in instrumento dicatur, quòd venditor, seu hæredes nolunt teneri de evictione, nec ad pretii restitutionem, nisi pro dato, & facto suo tantum, quocunque, & qualitercunque evincatur, & quòd emptor renuntiat omni juri, & actioni, ex quibus possit de evictione agere contra formam prædictam. Vide Add. Glos. 1.

14 Limita 5. in emptore hæreditatis, quia is nec pretium repetere potest, nec de evictione agere, ut *in l. 34. infra, l. 1. Cod. de evict.* Thesaur. *ubi proxim. num. 9.* idem esse ait in actione, vel re incerta vendita.

15 Limita 6. si quis non jure dominii, sed jure creditoris tantum vendidit; ut cum creditor, vendit pignus, vel hypothecam: De quo vide Addit. ad Glos. 4. *l. 50. tit. 13.*

16 Antequam descendamus ad secundum notabile, dubitatur, an res evicta debeat æstimari secundum valorem temporis contractus, vel evictionis? in quo plura jura inter se videntur contraria. Quod debeat æstimatio fieri secundum tempus contractus, probatur ex *l. 1. & l. bonitatis 17.* ibi: *Bonitatis æstimationem faciendam cum pars evincitur. Proculus rectè putabat, quæ fuisset venditionis tempore, non cum evinceretur.* & *in l. ex mille, §. si totus.* ibi, *si totus fundus, quem flumen diminuerat, evictus sit, jure non diminuetur evictionis obligatio, non magis quam si incuria fundus, aut servus traditus, deterior factus sit: nam, & à contrario non augetur quantitas evictionis, si res melior fuerit effecta, l. si cum venditor 66. §. divisione, ff. de evict.* Quòd tempore evictionis augmenti, seu diminutionis sit habenda ratio, probatur ex *l. Titius cum evaderet. eod.* ibi: *Non enim pretium continet tantum, sed omne, quod interest emptori, servum non evinci,* & *in l. idemque Julianus*, ibi: *Sicut minuitur præstatio, si servus deterior apud emptorem effectus sit, cum evincitur,* & *in d. l. ex mille, in princ.* ibi: *Nam quod periit, damnum emptori, non venditori attulit,* & *in l. evicta re 40.* ibi: *Evicta re ex empto actio non ad pretium duntaxat recipiendum, sed ad id, quod interest, competit: Ergo, etsi minoris esse cepit, damnum emptoris erit,* & *l. si plus 74. ff. de evict.* & *in l. si controversia,* & *l. si cum quæstio,* & *in l. empt. C. eod.*

Pro quorum jurium declaratione, & concordantia nota, quòd actio ex empto, ut multoties diximus, habet duo capita; unam ad pretium, & solet nuncupari actio ex stipulatu, quod est perpetuum, & naturale hujus actionis; ut emptor, qui evictionem passus est, pretium consequatur; & hoc caput semper habet relationem ad pretium, & bonitatem, quæ erat tempore contractus, ut probatur, ex *dicta leg. 1. & leg. bonitatis,* & ex *dicto §. si totus,* & notat Caballin. *de eviction. in Addit. ad §. 4. n. 2.* contra Joan. Igneum, Garciam. *de expensis, & melior. cap. 18. à n. 4. & 5.* Sempro. Assi. *determin. 41. num. 3.* Magon. *decis. Flor. 111. n. 2.* Scacc. *de comm. §. 7. glos. 2. num. 87.* Gratian. *disceptat. c. 205. n. 38.* Pancorb. *in suis observat. c. 29. col. 13. vers. nunc ad posteriorem,* ubi de interpretatione, *d. §. si totus agit.* 17

Secundum caput hujus actionis non est naturale, nec perpetuum, sed casuale; nam aliquando incidit, aliquando non; & datur emptori ultra pretium ad interesse, in quo insunt expensæ, & meliorationes, & augmenta, quibus res facta est melior, & habet relationem ad tempus evictæ rei, & non contractus; & patitur augmentum, & diminutionem, prout res est effecta deterior, aut melior; & ita debent intelligi jura relata *supr.* in comprobationem, quòd tempore evictionis valor rei sit attendendus, & præter relatos pro secundo capite hanc distinctionem tradunt Pereir. *de empt. & vend. cap. 31. num. 61.* Ricc. *collect. 1495.* Farin. *decis. 15. in novissim. num. 2.* Lar. *de vita hom. cap. 21. num. 67. & 68.* Guzm. *de evict. q. 55. usque ad n. 4. & per tot.* & optime explicatur propolita concordia per Franch. *in decis. 297.* ubi non obstante venditione secunda fundi antea venditi pro ducatis 600. denuo pro ducatis 400. debere à primo venditore restitui valorem rei, quo valebat tempore contractus, tradit Tusch. *pract. conclus. litt. E. conclus. 361. num. 2. & 3.* ubi ex aliis tradit deberi majorem æstimationem, si major est tempore evictionis. 18

Ex quibus venit rejicienda solutio Caballin. *in Addit. §. 4. lit. A. num. 5.* ubi proponit quæstionem de re vendita, quæ usu, vel ætate deterior est facta, ut si esset servus, vel equus, si evincatur, à quo tempore æstimatio sit facienda, & argumentans ab absurdo tenet æstimationem esse faciendam inspecto valore tempore evictionis, ex eo quòd ei non abest totum pretium, quia juventutis tempore ipsi serviit, & conatur respondere text. *in d. §. si totus,* quo expresse probatur contrarium, & restringit eum ad evictionem factam intra annum venditionis, in quo divinat. Nec obstat, text. *in d. l. Julianus, in princ.* Nam intelligendus est, quando ex secundo capite agit ad interesse, & non ad pretium, & hæc interpretatio probatur *ex juribus supra traditis.* Nec argumentum traditum ab absurdo; nam majus sequeretur, si emptor, qui titulo, & bona fide equum, vel servum possedit, & eo usus fuerit, & teneretur, venditori restituere fructus perceptos, detinente venditore apud se valorem eorum sine causa simul cum usuris pretii, quòd apud se habet contra æquitatem, *l. curavit, Cod. de act. empt.* ex quibus colliges in electione emptoris esse agere ex primo capite, aut secundo, & extat decisum Lusitano jure *in nova compil. §. 3. tit. 43. lib. 3.* & tradit Pereir. *de empt. & vend. c. 31. n. 34.* Ad duplum autem aget venditor, si est promissum. ut *in glos. 9. dicemus,* & an hodie pœna dupli in totum debeatur.

Sed

19 Sed restat respondere ad text. *in d. l. 1. & in l. bonitatis*, ubi perspicitur rei bonitas, licet ex primo capite agatur, & hanc difficultatem proposuit Garcia *in d. cap. 28. de expensis, & melior. n. 10. & 11.* & respondit, quòd valor, & æstimatio, de qua ibi, fit solùm ad effectum distributionis pretii conventi inter partem evictam, & non evictam, quando pro parte res evincitur, & emptor pro parte rei evictæ agit contra venditorem; nam cum pars evincitur, & agitur actione ex empto ad pretium, semper fit relatio ad bonitatem, quæ erat tempore contractus, & secundum eam metitur. Cabellin. *Addit. ad d. §. 4. lit. A. n. 2. vers. quantum autem, & vers. his ergo.*

20 Nota 2. ex text. & Glos. 6. & 7. *hic*, evicta re, venditorem in id, quod interest emptoris, rem non fuisse evictam, teneri, & in id emptori dari actionem ex empto contra eum ex secundo capite, de quo *supr. num. 20.* Adde, *l. venditor, l. si cum, §. fin. l. emptori, l. evictare, ff. de evictio. l. si controversia, l. si cum, §. fin. l. empti, in fin. l. cum successores, l. si permutationes, in fin. C. de evictio. l. ult. C. de comm. rerum alienat.* & ultra Antiquiores Pereir. *de empt. & vend. c. 31. n. 33.* Caball. Garc. *n. 9. ubi supr.* Maresc. *lib. 2. var. c. 79. num. 5.* ubi dicit, semper venire interesse, Thesaur. *lib. 3. quæst. 3. n. 1.* Guzm. *q. 13, à num. 68.*

21 Limita 1. nisi stipulatio de evictione præstanda intervenit, tunc enim non id, quod emptoris interest, sed quod in stipulatione deductum est, debetur, ut si venditor se obligavit ad duplam (de qua in Glos. sequenti) *l. si tibi 25. C. de evict. l. cum successores 23. in fin.* ibi, *Si aliter non placuit, C. eod. l. si plus, in princ. ff. de evict.*

22 Limita 2. nisi ipse emptor sciviſſet tempore venditoris rem, quam emit, esse alienam; quia tunc non agit de evictione ad interesse contra venditorem, ex *l. fundum sciens, C. de evict. & in l. si à matre, C. de jure dotium, & l. si fratres, C. com. utriusque judic.* Alex. *cons. 96. num. 2. lib. 1.* Aym. Cravet. *cons. 77. num. 18. vers. simile videmus.* Marescot. *d. lib. 2. var. cap. 19. num. 13.* & vide Addi-

23 ta ad Glos. 3. & 4. *l. 19. supr.* † nisi venditor ad interesse se obligaverit. De quo vide Addit. *ad dict. glos. 3. num. 6. & 7.* & ad Glos. 5. *in d. l. 19.* In emptore rei fideicommisso subjectæ, qui, etsi de evictione stipuletur, non potest agere ad interesse: vide *in d. glos. 5.*

24 Interesse autem non debetur à venditore, nisi quatenus emptor sua interfuisse, rem emptam evictam non fuisse, probaverit. Scacc. *de comm. §. 7. glos. 7. num. 87. vers. exemplifica*, vide Addita ad Glos. 4. *l. 10. tit. 1. supra hac part.* ubi latè. Et consideratur interesse in hac actione habita consideratione ad tempus actionis, & non contractus, ut

25 diximus, † & ratione interesse damni emergentis tenetur venditor ad augmentum valoris rei evictæ, quod sine industria, & opera emptoris evenit: ut si domus vendita sit pro mille, quæ variante tempore sine opera, & industria emptoris crevit ad duo millia; quia ablata re tantum emptori deest; & solvendo duo millia, nihil aliud solvit, quam veram, & justam æstimationem rei venditæ; *l. venditor hominis, ff. de evict.* Garc. *de expens. & melior. cap. 21. num. 20.* ubi explicat Caballin, *de evict. in Addit. ad §. 4. num. 6.* Rota Roman. in una Placentina evictionis 10. Junii 1591. coram Card. Blanqueto, quam refert, & sequitur Marescot. *lib. 2. var. cap. 79. num. 6.* ubi tradit, in evictione venire augmentum valoris rei evictæ, si à die evictionis usque ad diem evictionis est auctus. Farin. *decis. 378. num. 1. in 8. tom.* Tusch. *tract. concluſ. verb. evictio, concluſ. 355. num. 5. & 6.* ubi de gabellis, & laudemiis solutis, ex *glos. 6. hic.* † Tenetur 26
etiam venditor ad expensas, & sumptus, quos emptor in lite fecit, & eos ab eo emptor recuperare potest. Add. *l. fidejussor, ff. de dol. mali, & met. l. novissimè, §. Pomponius, ff. quod falso tutore*, quia actio ex empto pro evictione competens ad hæc extenditur. Franc. de Pont. *cons. 27. num. 6.* Caball. *§. 3. n. 46. de evict.* Gomez. *2. tom. var. cap. 1. n. 47.* Fontanell. *de pact. nupt. 2. part. claus. 5. glos. 8. p. 14. n. 62. & 63.* Falcon. *regul. 182. n. 1.* ubi alios laudat. Tusch. *concl. 355. à n. 4.* Guzm. *de evict. q. 13. n. 2.* cum aliis. Cevall. *quæst. 321. in princ.* Pereir. *de empt. & vendit. c. 31. n. 33.*

Amplia 1. etiam si emptor in judicio obtinuerit, 27
posse expensas à venditore consequi, si eas ab adversario non recuperavit, quia ab eis fuit absolutus. Bart. Ang. Imol. Aretin. Paul. & latè Jas. de hac quæstione agit, & eam magis communem dicit, & contrariis satisfacit, *num. 2. 3. & 4. in l. venditores 102. ff. de verb. oblig.* Joan. Andr. Imola, & Abb. *in cap. ult. de empt. & vend.* Anton. Gomez. *2. tom. var. cap. 2. 47.* ubi etiam latissimè quæstionem disputat, & hoc dubium notabile appellat, & eam fundat, & contrariis satisfacit. Bernard. Diaz; *regul. 228.* ubi magis communem dicit. Caballin. *de evictio. §. 3. num. 146.* ubi alios adducit. Fachin. *controv. lib. 2. cap. 39.* hanc doctrinam defendit, & argumentis pro contraria opinione adductis satisfacit, & pro ea Senatum Pedemontanum judicasse contra Donellum testatur Thesaur. *quæst. forens. lib. 3. quæst. 18. num. 1.* Cevall. *comm. quæst. 321.* ubi duas communes contrarias refert. Pereir. *de empt. & vend. c. 31. num. 33.*

Contrariam opinionem, imò quòd si emptor vincit, à venditore non valeat expensas petere, tenent Accursius, & Bald. *in l. 1. Cod. de evict. & in l. cum testam. mand. l. qui absentem, ff. de procurat.* & eam sequitur Raph. Cum. Odofr. Butrig. Albert. & alii, quos referunt *supr.* citati, & Gerard. Maynard. *decis. 75. lib. 2. num. 1. vers. verum obtinuit.* ubi eam magis approbatam, & receptam, & secundum eam Senatum in favorem venditoris judicasse testatur. Si expensas, sumptus, & damna venditor promisit, sine dubio prima opinio procedit, & eas à venditore, etiam si in lite vincat, recuperare poterit. Greg. Lopez. *in glos. 10. l. 56. tit. 18. p. 3.* ubi vide Addit. Natta *cons. 232.* Cravet. *consil. 334. num. 2.* quos refert, & sequitur Thesaur. *decis. 85. in fine*, & eandem opinionem sequitur Petr. de Bellapertica, quando promissa fuit evictio, quo casu dicit primam opinionem procedere, & contrariam, quando nulla evictionis promissio præcessit, quo casu, nisi re effectualiter evicta, non poterit emptor expensas recuperare, & eum refert, & sequitur dicens, hanc sibi videri bonam distinctionem. Thesaur. *d. q. 18. n. 2.* Guz. *de evict. q. 19. n. 9.* tradit, quòd in Hispania solitum est apponi dictum pactum, & cessare hanc controversiam; sed licet frequenter, tamen non semper apponitur, & ita promissione evictionis cessante à prima opinione non est recedendum, nam de natura contractus venditionis venditor tenetur de evictione, & emptorem defendere in judicio evictionis, *l. si plus, §. mota, ff. de evict.* & sic tenetur ad factum, ergo illud factum explicare debet suas expensas, *l. suo victu, ff. de operis libert.* & per consequens, si non fecit, tenetur ad interesse, *l. stipulationes, vers. Celsus, de verb. obligat.*

obligat. in quo intereſſe ſicut dictæ expenſæ, ut cum Alex. *in d. l. venditores* 102. *ff. de re obligat.* conſiderant Caball. Gomez. *in verſ. ſed adhuc dico*, & cæteri, *ubi ſupr.*

28 Limita 1. ſi emptor conventus non denuntiavit venditori, vel auctori. Gomez. *verſ. quam primo limita.* Guzm. *num.* 70. *ubi ſupra.*

29 Limita 2. ſi emptor fuit in culpa non petendo adverſarium condemnari in expenſis, quo caſu, ſi non petantur, judex non poteſt in eis condemnare, ut docent Bart. & alii, *in l.* 4. §. *condemnatum*, *ff. de damno infecto*; nec poterit eas recuperare à venditore, *l. Idemque*, §. 1. *ff. de act. empt.* qui licet loquatur in expenſis factis in re, bene tamen adaptatur ad iſtum caſum; quia ibi culpa notatur in emptorem, qui non petit expenſas meliorationis; quæ etiam conſideratur in eo, qui non petit expenſas litis. Jaſ. *in d. l. venditores*, *n.* 4. quem gloſ. *hic*, ſequitur; cui adde Gomez. *d. num.* 47. *verſ. ſecundo ſi talis.* Caballin. *de evict.* §. 3. *num.* 149. Theſaur. *in d. lib.* 3. *quæſt.* 18. *num.* 5. hoc intelligit verum, quando venditor interpellatus obtulit ſe paratum defendere emptorem, ſecus ſi noluit comparere ad defendendum: quia tunc magis erit imputandum negligentiæ venditoris, quam emptoris. Caballin. *ubi ſupr.* coarctat ad caſum, in quo, niſi petantur, judex ex officio non poteſt ad eas condemnare.

30 Venditor non ſolum expenſas, quæ fiunt in exhibendo teſtes, & recolligendo inſtrumenta, & quæ ſunt neceſſariæ ad inſtructionem cauſæ, emptori dare tenetur, ut voluerunt Caſtr. & Alexand. *in d. leg. venditores* 102. *ff. de verb. obligat.* Queſad. *q. juris cap.* 10. *num.* 8. Tepat. *variar. tit.* 422. *cap.* 9. Sed etiam omnes expenſas liti neceſſarias, ut contra Caſtr. & Alex. voluit. Caballin. *d.* §. 3. *num.* 147. & 148. quem ſequitur Farin. *lib.* 2. *controv. c.* 39. *in pn. verſ. ſed quæri poteſt*, ubi fundamenta hujus opinionis tradit, & contrariis reſpondit Guzm. *de evict. q.* 13. *n.* 8.

Amplia 1. principalem concluſionem etiam in litis expenſis factis in judicio poſſeſſorio, ſi ſuper ſua poſſeſſione litigatum fuit, ex Bart. & DD. *in d. l. venditoris*, ubi Jaſ. *n.* 5. *verſ. gloſ. parva.* quia gloſ. ibi, *verbo facta eſſent*, non vult excludere has expenſas, & idem ſentit Magon. *deciſ. Florentin.* 93. *num.* 1. quia evicta poſſeſſione poteſt emptor agere primæva actione ex empto. De quo vide tradita *ſup.* in Addit. Gloſ. 1. *num.* 194. & *infra*, & ſic eſt tenendum, licet contrariam opinionem ſequantur Bald. *in l.* 1. *num.* 11. *C. de peric. & comm. rei vend.* & pro ea allegatur Bart. *in l. ratio.* 3. *n.* 1. *ff. de act. empt. & vend.* ubi ſe remittit ad dicta *in d. l. venditores*, & eam ſequuntur Salyc. *in l.* 1. *C. de peric. & commod. rei vend.* Petr. Foller. *in Addit. ad Marant. in ſpecul. judic.* 6. *part. membr.* 5. *ſub n.* 13. Scacc. *de judiciis, lib.* 1. *cap.* 30. *num.* 30. *verſ. præfata concluſio.*

31 Amplia 2. teneri ad ſalaria Advocatorum, & Notariorum. *l. ſancimus, Cod. de judic. l. ſalarium, C. mandati*, Parlador. *lib.* 2. *cap. fin.* 5. *p.* §. 18. *n.* 18. vide Addit. ad Gloſ. 1. *l.* 8. *tit.* 22. *p.* 3. ubi quid ſit dicendum, ſi fuiſſet Advocatus in cauſa propria.

32 Amplia 3. teneri ad viatica judicum, & partis, *l. eum quem temere*, & *ibi* Barboſ. *ff. de judic.* Tuſc.

33 *litt. E. concl.* 637. & vide Addit. ad d. Gloſ. 1. ubi non venire ſalarium à parte deperditum ratione artificii ſeu laboris egimus. Tuſch. *n.* 6. *ubi ſupr.* in regalibus verò Cancellariis perſonales expenſæ taxantur, vide in Addit. *d. gloſ.* 1.

Amplia 4. etiam lite pendente teneri venditorem interpellatum ut liti aſſiſtat, expenſas ſubminiſtrare emptori ad litis defenſionem ante rem evictam, & ad illas poteſt conveniri per emptorem, ſi ſunt promiſſæ in inſtrumento venditionis prout communiter ſolent Notarii apponere, quod non eſſe dubium dixit Maranta, *num.* 8. Scacc. *num.* 20. *ubi ſup.* ubi dicit tunc eſſe ſubminiſtrandas in dies, prout fierent, ex Menoch. *de arbitr. caſu* 169. *ſub n.* 12. Hæc eſt verior, licet contrarium ex Tuſch. defendat Guzman. *num.* 44. ubi non poſſe cogi expenſas ſubminiſtrare tradit, & hoc procedit, etiam 35 ſi expenſæ non fuerint promiſſæ in inſtrumento, lite enim pendente ad illas per emptorem poteſt conveniri ex natura contractus; quia ex eo tenetur de evictione ad intereſſe, in quo veniunt expenſæ, ut diximus *ſup. num.* 45. & tradit Maranta *dict. num.* 8. Natta *conſ.* 232. 1. *tom.* quem ſequitur Amendol. *in add. ad Franch. deciſ.* 562. *numer.* 12. Qui enim ex contractu tenetur de evictione, in ex- 39 penſis eſt condemnandus, etiam ſi juſtam litigandi cauſam habuerit, Anan. *conſ.* 31. *num.* 3. & ibi Bologn. quem ſequitur Salzedus, *in Addit. ad Bernard. Diaz., reg.* 274. *verſ. primam limitat.* quia expenſæ, quæ jure actionis debentur, ſolvendæ ſunt, neque juſta litigandi cauſa ab eis excuſat, ex Gloſ. *in §. oportet. in authen. de judic. col.* 6. Dec. *conſ.* 74. *verſ. & ad hoc*, ubi tradit, quòd ſi expenſæ promiſſæ ſunt, ut promiſſio aliquid operetur, licèt juſtam cauſam litigandi habeat, eſſe præſtandas. Barboſ. *n.* 123. Gratian. *diſcept. c.* 33. *n.* 1. & 2. vide Add. ad d. Gloſ. 1. & *l. fin. d. leg.* ubi latè, quando victus victori debeat expenſas ſolvere. Emptor enim, qui cauſam defendit, etſi malum jus foveat, quia aliàs non poſſet agere de evictione, in prima inſtantia non poteſt in expenſis condemnari, quia non per calumniam, ſed per neceſſitatem litigavit; ſecus verò in ſecunda inſtantia. Jaſ. *in l. properandum in §. ſin autem alterutra, in verſ. decimo limita*, & *ibi* DD. *C. de judic.* Tuſch. *verb. expenſæ, concl.* 625. *num.* 54.

Fructus etiam tenetur venditor emptori reſti- 37 tuere, & non ſolum præteritos, ſed etiam eos, quos emptor reſpectu evictionis amiſit, ſicut, & cætera damna, quæ emptor occaſione evictionis paſſus eſt, *l. evicta re*, *ff. de evict. l.* 1. ubi DD. *l. empti act. C. eod. l. evictis. in princ. ff. de uſur.* Innocent. *in cap. ſi quis presbyterorum. de reb. Eccleſ. non alienan. verſ. peto, ut mihi pretium cum intereſſe reſtitutas*, & ibi Hoſtienſis, *ſub num.* 8. *verſ. Sed nonne is, qui emit.* quos ſequitur Mareſcot. *lib.* 2. *var. c.* 79. *n.* 5. Seraph. *deciſ.* 1114. *num.* ubi dicitur, quòd habetur ratio ejus, quod emptor habiturus fuiſſet, ſi res evicta non fuiſſet, ex *l. ſi ſterilis*, §. *per venditorem. ff. de actio. empt. & l. ſi traditio.* ubi Bald. *q.* 4. *C. eod.* Pirrus, Maur. *de fide juſſor. lib.* 1. *c.* 18. *n.* 66. Item, & melioramenta. De quo in Addit. ad Gloſ. 7. *leg.* 36.

Amplia, ut non ſolùm fructus prædii evicti, 38 ſed etiam fructus, qui percipi potuiſſent ex proprio fundo, quem pro fructibus perceptis, pendente lite, emptor in ſolutum dare fuit coactus, quia ipſe eos percepiſſet, ſi inſolutum datus non fuiſſet. Mareſcot. *in d. cap.* 79. *num.* 7. ubi duas. deciſ. Rot. refert. Sed hæc ſuperflua videntur; nam ex ſententia Juliani *in l. qui ſcit.* 25. §. *fin. ff. de uſuris*, uſque ad evictionem fructus rei evictæ ad emptorem pertinent, & ſic non poterit eos admittere; at in contrarium eſt, *l. qui bona fide, ff. de acquir. rer. domin.* ubi Ulpianus reſpondit fructus reſtituendos

eſſe

esse ab eo puncto temporis, quo scientia rei alienæ supervenit, quibus in locis contraria respondisse Jurisconsultos dixit Covarr. *lib. 1. var. c. 3. n. 7.*

39 de quorum conciliatione vide Garc. *de expens. & melior. cap. 23. num. 15. cum seqq.* ex quo Caballin. *de evict. §. 3. num. 171. & in Addit. litt. L.* notat evicta re eos fructus, quos post litem contestatam bonæ fidei emptor ex ea percepit, judicis officio restituere debere, ex Glos. *in d. l. qui scit, §. fin. & in l. evictis 16. ff. de usuris*, & malæ fidei emptorem ad fructuum restitutionem teneri, *ex l. certum, C. de rei vendit. l. mala fide, C. de condit.* ex lege, *l. 2. de fructu. & litium expensis*, & vide Addit. Glos. 1. *num. 182.* ubi diximus à quo tempore em-

48 ptor dicatur malam fidem habere. † Et amplia ex eodem Caballin. *in dict. Addit.* ut emptor post litem contestatam teneatur restituere fructus perceptos, & consumptos, & omnes etiam percipiendos, quando non est fictè & præsumptivè, sed verè, & positivè malæ fidei possessor. Et vide Garciam *ubi sup. à num. 20.* ubi hanc quæstionem plenissimè examinat, qui *in summer. 38.* explicat, *l. 39. tit. 28. part. 3.* quæ apud nos servanda est. Ubi vide Addit.

41 Venditor autem non semper liberatur præstando interesse; nam si alium fundum æquivalentem arbitrio boni viri habeat, quem agenti de evictione tradere valeat, potest emptor, si vult, dictum fundum consequi; & pecuniam recusare. Boër. *decis. 19. num. 3.* ex *cap. 1.* ubi Bald. Card. Alex. Alvar. eum dicunt mirabilem *de investitur. de re aliena facta, cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, l. 1. ut lite pendente, & aliis juribus*, & pro hac opinione Senat. Sabaud. judicasse testatur. Faber. *lib. 8. tit. 31. de evict. defin. 4. in suo. Cod.* Fontanel. *de pact. nupt. 2. p. claus. 5. glos. 8. p. 14. num. 83. & 84.* Guzman. *de evict. q. 17. n. 7.* Contrariam opinionem tenet Tiraquell. *de retract. lign. §. 31. num. 3. vers. deinde.* ubi aliud in jure non reperiri dispositum dicit, & ad jura supra allegata respondit, ibi esse speciales, & evictionem in eo, quod interest tantum esse, & non ut tradatur fundus ipse evictus, si ad manus venditoris redierit, nec ut alius tradatur; & eum sequitur Caball. *de evict. in Addit. ad §. 2. lit. C. in fin.* & contrariam falsam esse dicit, *& in Addit. ad §. 4. litt. D.* ubi dicit, re evicta emptorem primæva actione ex empto ad rem agere non posse, sed tantum ad interesse, Garc. *de expens. & melior, cap. 13. n. 11.* ubi tradit, hanc actionem ex empto non dari, ad rem, sed ad pretium, & postea ad id, quod interest, & nullum jus esse, quod contrarium dicat. De quo vide *supr.* & sæpius pro hac opinione Senar. Sabaud. judicasse se vidisse affirmat. Faber. *ubi suprà*, & contrarium nisi in feudis non esse facile admittendum,

42 & contra eam alia ponderat ibi, *num. 7.* Limita quando res fuit in genere vendita; nam si tradita à venditore evincatur, potest emptor primæva obligatione ad dandam, & præstandam rem in simili specie agere. Caball. *ind. Addit. ad §. 4. litt. D. in princ. de evict.*

43 Item si in instrumento venditionis esset pactum appositum, quod communiter per Notarios apponi solet, in quo venditor obligatur de evictione, & defendere emptorem, & in causa impotentiæ ad præstandum alium fundum æqualis valoris, & ejusdem bonitatis, vel æstimationem ad emptoris electionem; quia pactum debet observari, & è contrario emptor offerens emptori rem æquè idoneam non liberatur. Glos. *in l. si quis domum, ff. locat.* Caball. *§. 3. n. 155.* Carroc. *de loc. & cond. 4. p. q. 17. n. 10.* Gomez. *2. tom. var. cap. 3. num. 2.* Perez. *in l. 1. tit. 7. lib. 5. ad vers. alius contractus*, qui limitant in lo- 44
catore, quia liberatur tradendo rem æquè idoneam.

Si venditor evictione secuta eandem rem non 45
deterioratam una cum interesse emptori offerat, an eam emptor recuperare cogatur? In hac quæstione Franchis, *decis. 145.* distinguit, dicens, quòd si res fuit evicta ratione dominii, emptor eam non cogitur recipere, ex *l. habere licere, ff. de evictio.* quia evictio dominii habet perpetuam causam, si verò jure hypothecæ evincatur, poterit compelli ad ejus receptionem; & sic per Senatum Neapolitanum decisum fuisse testatur Amendola *ibi*, & idem decidisse eum Senatum tradit ex Annan. *singul. 174.* Carroc. *in tract. de oblatione, 2. p. q. 31.* & eandem opinionem nulla facta distinctione sequitur Caball. *de evict. in Addit. ad §. 2. litt. C.* per *l. fidejussor, ff. de doli mal. except.* quam etiam in principali venditore procedere contra Glos. & DD. ibi, *& in l. si insulam, ff. de verb. obligat.* defendit ex eadem æquitatis ratione, & per *l. emptori 67. ff. de evict.* & ibi glos. Muta *decis. 59. num. 31.* Item & in fidejussore hæc sine dubio procedunt ex *d. l. fidejus.* Pirr. Maur. *de fidejuss. lib. 1. c. 18. n. 4.* Hering. *c. 27. p. 4. n. 74.* Cost. *praxi convent. 2. p. claus. 73. num. 5.* Guzm. *de evict. q. 2. n. 64.*

Quid si creditor, qui evincit rem, pro credito 46
offerat eam dimittere recepto suo credito ab emptore, qui nondum pretium solverat, an emptor cogi possit ad solutionem, & rem evictam recipere? vide Petr. Beninten. *decis. Bonon. 25. num. 2.* ubi resolvisse Senatum dicit, quòd non potest cogi emptor rem recipere, quia non tenetur illam redimere, ut notat Paul. *in l. emptorem, §. idem Nerarius, ff. de action. empt.* Sed hæc ratio non tuta, est quia hoc casu res non evincitur ratione dominii, sed jure hypothecæ, & sic non resolvitur venditio, nec potest cadere reemptio. Sed ratio est, quia tertius possessor alicujus rei hypothecatæ habet electionem dimittendi rem, si non vult debitum solvere.

Si pactum sit inter emptorem, & venditorem, 47
quòd pro securitate evictionis pretium convertatur in emptionem census, seu alterius rei, dubitatur an in casu evictionis, seu rescissionis contractus emptor teneatur recipere species emptas, & succedunt loco pretii, an verò venditor teneatur ad pretium. Gizzar. *in decis. 29.* in Senat. Neapol. de facto casum in favorem venditoris decisum re- 48
fert. Sed contrarium veritas est, quia ad solum videtur pactum pro securitate, & ut pretii exactio in casu evictionis tuta fuisset, & ita emptorem ad recipiendam rem loco pretii, non posse cogi, in comprobationem facit, *l. 1. C. de rer. permut. & tradit. infr. in glos. 1. l. 4. tit.* nec obstat *d. decis.* quia emptor in specie, de qua ibi impugnavit, & revocavit contractum, & ea ratione motus fuit Senatus.

Minor non potest obligari de evictione ultra 49
vires hæreditarias per curatorem, nec pupillus per tutorem ex venditione facta nomine minoris, vel pupilli, etsi ab eis promissa sit. Thesaur. *lib. 3. quæst. 14.* ubi exemplificat. Et quid si minor restituatur adversus aditam hæreditatem, an teneatur de evictione pro prædiis hæreditatis medio tempore distractis per ejus curatorem. Vide eundem, *lib. 4. quæst. 18. per tot.* ubi dcitit, quòd Senatus censuit, minorem, qui vendidit, facta restitutione adversus hæreditatem aditam, liberari etiam, &

restitu-

& restitutum censeri adversus omnes contractus, ex quibus uti hæres posset dici obligatus propter additionem hæreditatis paternæ, & sic non tenebitur de evictione, *l.* 1. *C. de fide jussi. minor.* De re vendita pro libera, quæ postea reperitur esse suppositа censui vel hypothecæ, ad quid venditor teneatur. Vide Addit. ad Glos. *l.* 63. *infrà.*

Inter Doctores magna est controversia, utrùm
51 interesse possit excedere duplum pretii conventi? Et in emptione, & venditione, *l. unic. C. de sent. quæ pro eo quod interest proferuntur*, & in interesse singulari, quòd ultra duplum exigi non possit, tradunt DD. communiter nemine discrepante, ut testatur Thesaur. *quæst. Forens. lib.* 3. *q.* 3, *num.* 2. Gam. *decis.* 110. *num.* 30. & *ib.* Flor. de Mena, Scaccia, *in tract. de commerciis, §.* 7. *glos.* 2. *à num.* 63. ubi hanc pro regula ponit, & eam latissimè exemplificat usque ad *n.* 94. quem vide, & tradita supr. in Glos. fin. *l.* 10. *tit.* 1.

Circa interesse conventum, an possit excedere
52 duplum, nota quòd DD. *infr.* referendi interesse conventum appellant illud, quod nomine pœnæ promissum est, item & illud, quod absque ulla taxatione promissum est, sed venit sub simplici promissione damnorum, & interesse. Quando nomine pœnæ promissum est, totum deberi tradunt Cagnol. *num.* 108. Dec. *num.* 27. *in repet. d. l. unic.* & alii relati in Glos. *sequent.* ubi vide Add. In secundo casu dicendum est, interesse non posse excedere duplum, etsi damna, & expensæ promissæ sint, *l. emptorem, §.* 2. *ff. de act. empt. l.* 1. *§ si quis sub conditione, ff. ut legat. nom.* Cagnol. *in d. l. unic. num.* 112. Rebuff. ibi, *in glos. dupli, à n.* 2. Trentac. *var. resol. lib.* 1. *tit. de interesse, resol.* 1. *n.* 68. Cabal. *de evict. §.* 3 *n.* 150. ubi ampliat procedere, etsi venditor promisisset duplum, expensas, & interesse.

Contrarium autem, scilicet quando adest in-
53 teresse promissio, posse peti expensas in usu rei factas, & fructus, seu reditus amissos usque ad litem finitam intra duplum, tradit idem Cabal. *in Addit. ad §.* 1. *verb. duplum, litt. I.* Farinac. *decis.* 378. *num.* 2. *in* 8. *tom.* Thesaur. *q. forens. lib.* 3. *q.* 3. *num.* 3. ex Glos. communiter recepta *in d. l. unic. verb. dupli.* In præsenti quæstione dicendum est regulariter in venditionibus, & emptionibus id, quod interest, excedere non posse dupli quantitatem, ut tenent *suprà* relati DD. & in Glos. fin. *l. fin. tit.* 1. *sup. hac part. à n.* 4. diximus.

Hæc quidem regula limitatur 1. de jure com-
54 muni, quando præter dupli stipulationem promissa sunt damna, & interesse: nam tunc in omnes fructus, in quibus à litis contestatione damnatur emptor, venditor veniet condemnandus. Cujus limitationis rationem assignat Cabal. *ubi proximè*, de jure nostro vide *Glos. sequent.*

Secundò limita dictam regulam, quando solùm
55 considerabatur interesse commune: nam tunc totum interesse peti poterit, Glos. *in d. l. unic. verb. dupli*, & *ibi* Rebuff. *n.* 19. assignat rationem, cum totum sit simplum. Trentac. *n.* 88. *ubi supr.* † Restringe hanc limitationem in casu *l. Titius, §. fin. ff. de act. empt.* scilicet in casu, in quo hæc tria concurrunt, quòd res minimo pretio vendita sit; & pretium in immensum excesserit, & mediocrium facultatum esset venditor; ut ex Cagnol. tradit Trentac. *ubi sup.* ubi nuncupat esse casum particularem, in quo interesse commune non poteri excedere duplum; & vide Addit. ad d. Glos. fin. *l. fin. tit.* 1. *num.* 71.

56 Pro interesse, damnis, & expensis emptor evictionem passus eam habet anteriorìtatem quam habet pro pretio, quia tanquam accessoria sequuntur naturam sortis principalis, *l. Lucius, ff. qui potior. in pignor.* Neguf. *de pignor.* 2. *memb.* 5. *p. princ. n.* 9. Tusch. *lit. E. concl.* 355. *n.* 9. & vide Addit. Glos. *l.* 1. *tit.* 13. *infra.*

SUMMARIUM.

1 *Venditor ex natura contractus non tenetur ad duplum, nisi ad illud se expresse obligaverit, & quomodo computetur, n.* 4.

2 *Pœna conventionalis usque ad quam summam possit ascendere.*

3 *Fiscus qui promisit de evictione, ad quod teneatur?*

5 *Quid operetur pactum, in quo promittitur pœna, & quod exigi possit rato manente pacto.*

6 *Pœna dupli an exigatur, si sit promissa quatenus interest, an ultra.*

7 *De consuetudine venditor ad duplum tenetur, etsi non obliget, & quid ubi non adest hæc consuetudo.*

8 *Clausulæ solitæ apponi in contractibus, si aliquid adjiciant obligationi, non præsumuntur, nisi probentur.*
Contrarium, & tenendo, ibid.

9 *Clausulæ, quæ de communi usu Notariorum sunt consuetæ apponi, an valeant, vel habeantur pro non appositis.*

10 *Venditor, qui duplum promisit, tenetur ad duplum, & ad æstimationem rei venditæ, si ejus æstimatio creverit.*

ADDIT. GLOSS. VIII. &c.

EX Glos. 8. Nota 1. venditorem ex natura con- 1
tractus non teneri ad duplum, nisi se obligaverit expressè. Add. *l. evicta, §.* 1. *de evict. l. utraque, ff. de rei vendic.* Pereir. *de empt. & vend. c.* 31. *n.* 34. Guzm. *de evict. q.* 13. *n.* 94. & vide Addit. ad Glos. 1. *l.* 9. *num...* De origine hujus stipulationis, & quare fuit legibus approbata; vide text. *in l. fin. ff. de Præt. stip. & §. fin. Inst. de verb. oblig.* & Garcia, *de expens. & melior. c.* 18. *n.* 9. ubi & tradit, in quo conveniat cum actione ex empto.

Usque ad quam summam hæc pœna conven- 2
tionalis ascendere possit; vide Menoch. *de arbitr. casu* 360. *per tot.* Fachin. *lib.* 1. *controv. c.* 50. ubi sex opiniones refert, & sequitur opinionem Innoc. *in c. sacro*, 48. *de sentent. excom. n.* 10. *circa fin. versic. de pœna dic.* Rebuff. *in l. unic. C. de sentent. quæ pro eo, glos. verb. in omnibus casibus, n.* 33. & *in glos. penult. à n.* 9. qui tenet pœnam conventionalem duplum, & quadruplum excedere posse: quam ipse temperat, modò judex eam moderetur, nec patiatur, ut immoderata exigatur; & vide Addit. Glos. 2. *l.* 34. *tit.* 11. *infr. hac p.* Seraphin. *de privil. juram. privil.* 54. *n.* 2. & 3. & *ibi* Benechendor. *in addit. n.* 2. ubi plures tradunt. Et de jure nostro Regio, vide *l.* 10. *tit.* 5. *lib.* 4. *fori, & l.* 247. *styli*, & *ibi* Christophor. de Paz & *leg.* 70. *tit.* 18. *p.* 3. & Addit. ad Glos. 4. Olanum *in reduct. antin. litt. P. n.* 20. & 21. ubi dicunt de nostro jure non excedere duplum. Sed in contrarium videtur text. *hic in fin.* ubi venditor tenetur non solùm ad duplum pretii, sed etiam rei venditæ, quando duplum promisit, & vide Gomez. *in l.* 68. *Tauri, num.* 4. ubi in hac materia distinguit, & eam declarat. † Fiscus qui promisit 3

de evictione, nunquam tenetur ultra simplum, *l. si procurator, in princ. ff. de jur. fisc.* Bald. *in l. 1. C. de hæred. vel act. vend. n. 11.* Borel. *in addit. ad Bellug. in specul. princip. rubr. 5. litt. B. in fin.* Pereg. *de jur. fisc. lib. 6. tit. 4. n. 36.* Alphar. *de offic. fisc. gloss. 34. spec. 7. n. 48.* Guzm. *de evict. q. 8. n. 20.* tenetur verò ad interesse intrinsecum. Seraph. *decis. 787. n. 6.* & vide Addit. ad Gloss. 1. *l. 63. infr.*

4 Quomodo duplum computandum, & an simplum in eo contineatur, vide *l. 247. in legibus styli*, & ibi Christophor. de Paz. *num. 3. 4. & 5.* ubi non contineri, declaratum fuit; sed ultra persecutionem debiti principalis ad duplum actiooem dari, contra egregiam decisionem, *l. hoc edicto, § ult. ff. de public. & vectig.* ubi lex inquit, quærentibus autem nobis, utrùm duplum totum pœna sit, & præterea rei sit persecutio: an in duplo sit & rei persecutio, ut pœna simpli sit; magis placuit, ut resin duplo sit. De quo Bart. *in l. sanctio legum, ex num. 6. ff. de legib.*

5 Quid si in instrumento apponatur clausula, videlicet quod promisit duplum nomine pœnæ, quam exigi, & sequi posse voluit, rato manente pacto. Vide Cabal. *de evict. §. 3. n. 164.* ubi alios allegat, & tradit, quòd utrumque peti potest, pœna scilicet, & quòd contractus firmus maneat; & vide *infr. in n. seq. traditum*, & addita ad Gloss. 3. *d. l. 34. tit. 11. infr.* ubi de hac clausula latè egimus, *& ad gloss. ult. l. 56. tit. 18. par. 3.*

6 Nota 2. ex Gloss. [*in vers. nec unquam in judiciis vidi, &c.*] quòd pœna dupli non exigitur, licet sit promissa, nisi quatenus interest, & non ultra; & adde Avendann. *in dictionario verb. pœna conventionalis.* Gutier. *de juram. confir. 1. p. c. 36. num. 10.* ubi refert casus in praxi contingentes, & ab eo practicatos de pœna adjecta promissioni de non pascendo quandam defensam cum certo genere pecorum, in quo contraveniens à pœna fuit absolutus. Et de eo, qui promisit adolescentem instruere certo tempore in suo officio, & eum non expellere sub certa pœna, & quia eum ante tempus ejecit fuit condemnatus; & de eo, qui promisit certum salarium nuntio, qui ad exigendum debitum veniret, si intra certum tempus non solveret, qui etiam fuit condemnatus ad ejus solutionem. (De quo vide addit. ad Gloss. fin. *l. fin. tit. 1 supr. n. 32. cum aliis,*) & etiam adde Avendann. *in l. 4. tit. 21. lib. 4. recomp. n. 57. vers. quod est optimum, & in l. 10. tit. 16. lib. 5. recomp. num. 5.* ubi de eodem stylo testatur, & alios allegat Ceval. *commun. q. 83. in fin.* Rodring. *de ann. lib. 2. q. 5. num. 5.* Pichard. *in § non solum 9. num. 5. instit. de verb. oblig.* Garc. *de expen. & melior. c. 9. num. 63.* qui omnes apud nos de observantia dicti styli testantur; & Afflict. *decis. 135. num. 3.* ubi ante eos dixit in Senatu Neapolitano hoc observari, & Rot. Roman. *decis. 371. num. 3. 1. part. novissimar.* ubi hanc opinionem semper Rotam amplexam esse dicitur. Barz. *decis. Bononiensi 33. num. 15. 16. & 17.* ubi dicit quod adhorret ab æquitate, præter interesse partem velle etiam consequi pœnam, quam jura appellant lucrum in honestum cum jactura alterius. Vivius *decis. 41. n. 5. & 6.* ubi sic Audientiam judicasse dicit Guzm. *quæst. 11. num. 104. & 105.*

Contrariam opinionem, imò quòd pœna conventionalis peti possit, etiam si interesse excedat, tam de jure canonico, quam civili tenent Innoc. *in c. sacro, de sentent. excommun.* Rodulph. *q. 56. super, c. consuluit, de usur.* Balb. *de præscrip. 2. p. 3. p. princ. q. 3.* & est communis opinio secundùm Alex. *cons. 157. col. 2. vol. 6.* Jas. *in l. 4. num. 141. C. de jure emph.* quos sequitur Serap. *de privil. juram. privil. 54. n. 2.* Hier. Zanch. *de differ. jur. civil. & canon. differ. 1. n. 268.* quos, & alios referunt, & sequitur Vivius *decis. 74. n. 4.* Martin Benechen. *in addit. ad Seraph. ubi supr. n. 2.* Farin. *in prax. crim. 1. p. q. 30. n. 75.* ubi hanc sequitur, nisi appareat, quod expresse adjecta sit ratione interesse, & contra Rodriguez, & alios Avend. *de censib. cap. 9. à n. 4.* Sed *in n. 9.* dicit, quòd si factum, quod promissum fuit, nullum contineat interesse, non exequentur pœnam. Et à prima opinione, quæ communiter recepta est, & magnam habet æquitatem, in judicando, & consulendo, non recedas; & vide Addit. *ad. l. 34. cum sequent.* ubi multa de pœnis conventionalibus diximus, & quando exigi possunt; & ad Gloss. fin. *l. 34. tit. 11. p. 5.* ubi quid si pœna promittatur juramento.

7 Nota 3. ex Gloss. de jure communi posse agi contra venditorem, ut se ad duplam obliget ex *l. 2. & l. emptori, 37. ff. de evict.* id tamen si res venditæ prætiosæ sint, *d. l. emptori.* Pancorb. *in suis observ. c. 30. pag. 2. vers. prius ergo.* ubi latè agit de hac quæstione. Barbos. *in l. venditor 49. num. 4. 5. & 6. ff. de judic.* esse de consuetudine dicit: Sed noster Lopetius *hic* dicit, se unquam in judiciis non vidisse peti duplam, nisi promissa sit, & de jure Lusitano Barbos. tradit, si dicta promissio sit obmissa, venditorem ad simplum tantùm teneri, idemque mihi videtur.

8 Nota 4. ex Gloss. quòd quando aliqua sunt solita apponi in contractibus, si aliquid adjiciunt obligationi, non præsumuntur, nisi probentur. In contrarium facit, nam ea, quæ de communi stylo, & consuetudine Notariorum solent frequentissime apponi, si non apponantur, pro scriptis, & appositis habenda sunt, *l. ultima, C. de fide jussl. quod si nolit, § quia assidua, ff. de ædilit. edict. l. 6. tit. 19. per. 3. l. 4. tit. 8.* Vide *ibi* Addit. *hac par.* Curt. Jun. *cons. 101. num. 10.* Segur. *in l. 3. § ultim. num. 31. ff. de lib. & posthum.* Covar. *in rubr. de testam. 2. p. num. 14. & lib. 1. var. c. 15. num. 9.* Valasc. *consult. 146. num. 3.* Everard. *in loco à solitis, & assuetis, 106. num. 2.* Bernard. Diaz. *regul. 147.* & *ibi* Salced. multos laudat. Falcon. *regul. 428.* multis modis ampliat. Mieres, *in loco infra citato, à n. 1.* Castil. *quotid. lib. 4. cap. 13. num. 4.* quod enim solitum, & consuetum est, habetur pro expresso *l. 4. ff. de leg. commiss. l. quod si nolit, § quia assidua, ff. de ædilit. edict.* Doct. *in c. cum M. Ferrar. de constit.* Cavalcan. *decis. 43. n. 33.* Cancer. *lib. 1. variar. cap. 14. de locat. & conduc. n. 27. & 28.* ubi plures refert. Menoc. *cons. 37. n. 30. lib. 1. & lib. 3. præsumpt. 43. num. 5.* Fontan. *claus. 4. gloss. 25. n. 74.* Matienz. *in l. 8. tit. 11. lib. 5. recomp. gloss. 14. n. 11.*

9 Sed his non obstantibus, vera est doctrina Glos. cui adde Mieres *de majorat. 1. p. quæst. 67. num. 39. & 40.* ubi alios pro ista allegat. Joan. Matienz. *in d. gloss. 14. num. 11.* ubi, quòd contraria opinio intelligitur de his, quæ duntaxat respiciunt executionem, vel clariorem elucidationem, non autem de illis, quæ dispositionem, & novum effectum, qui aliàs non veniret, inducunt, dicit, & declarat Didac. Perez. *in proœm. tit. 2. de las usuras, lib. 5. ordin. pag. 36. col. 2.* ubi tradit, non haberi pro apposita pœna commissi, & eum sequitur Felician. *de censibus, lib. 1. c. 10. n. 17. & lib. 3. c. 1. n. 4. vers. Inter has,* Salazar, *de usu, & consuet. c. 3. num. 4.* Ceval. *quæst. 690. num. 10.* Mier. *num. 23.* ubi tenent non haberi pro appositа clausula guarentigia contra Peret. & Fabr. *de error. decad. 1. err. 1. à num. 5.* ubi

in

in pignore, constituto, clausula codicillari, & in aliis non haberi pro expressis, & appositis defendit, qui non sunt juris, sed meri facti, quod supleri nunquam potest, *l. 1. C. ut quæ desunt advoca. part.* & in hypotheca, & constituto idem tradunt Salazar. & Ceval. & in constituto Mieres. *à n. 37. ubi supr.* & vide Salzed. *ubi supr.* qui undecim limitationes tradit ad regulam supra positam. Valas. *consult. 146. n. 15. cum aliis.* ubi pro regula constituit, quòd consueta apponi non veniunt, nisi in casibus à jure expressis, & respondit *text. in c. cum M. Ferrariensis, & ad §. quia assidua, & ad leg. fin. C. de fidejuss.* pro contraria regul. *adductis:* & eos retorquet pro hac contraria opinione. Quem sequitur Castil. *d. c. 13 n. 38.* & *ad d. §. quia assidua* respondit etiam Barbos. *in l. venditor, n. 5. de judic.* dicens, quòd ibi non suppletur promissio duplæ legem ex eo quòd consueta est promitti, sed quòd empor cogit venditorem per actionem ex empto, ut sibi illam præstet, quia de consuetudine generali in venditionibus solet fieri hæc promissio.

Quod autem Segura, Covar. & Menchac. *suprà* citati tradunt, est de clausula in instrumento apposita: nam quando ex Notariorum consuetudine solent apponi, præsumuntur de voluntate partium positæ, ut considerat Olanus *in reduct. antino. lit. I. n. 37.* quem refert, & sequitur Felic. *d. n. 4.*

9 Est & quæstio controversa inter DD. utrum clausulæ consuetæ apponi in instrumentis de communi usu Notariorum valeant, vel habeantur pro non appositis, & quòd habeantur pro non appositis, & non debeant attendi ex Bart. Abb. & aliis pluribus dicit communem Tiraq. *in l. si unquam, num. 126. C. de revoc. donat. & de jure constit. 3. p. limit. 31. n. 12.* Covar. *in d. rub. de testam. n. 14.* Matienz. *in l. 1. tit. 4. gloss. 10. n. 65. lib. 5. recop.* Contrariam opinionem in eo quòd clausulæ consuetæ apponi debeant attendi, licèt ad eas contrahentes non semper advertant, Ripa *in l. centurio, n. 81. ff. de vulg.* & alii, quos refert Tiraq. *in d. limit. 31. n. 13.* Curt. Jun. *cons. 101. n. 11.* & dixit communem. Grat. *cons. 112. col. 3. lib. 2.* quos sequuntur Ceval. *q. 179.* & ante eum Salced. *in add. Ber. Diaz. regul. 147. vers. quamquam multi,* ubi utriusque opinionis auctores refert. Menoch. *cons. 37. à n. 131.* ubi pro hac opinione, 23. auctores allegat Mieres *de major. quæst. 67. num. 58. 1. p.* vide addit. ad Gloss. *fin. l. 36.*

Clausulæ autem consuetæ possunt per Tabelliones apponi in instrumentis coram se celebratis, quia de consensu, & voluntate partium videntur apponi, ut tradit Gabr. *lib. 6. commun. opin. tit. de consuet.* Gutier. *de juament. 1. p. c. 61. n. 24. vers. ult. in materia, & num. 25. 26. & 27.* ubi agit, an possit Notarius apponere renuntiationem Vellejani, si mulier fuerit obligata. Et si est fidejussor, renuntiationem Epistolæ Divi Adriani; & si duo rei, debendi constitutionem duorum reorum, & hypothecam, & clausulam guarentigiam, & ei non placet opinio affirmativa, quando Tabellio complet scripturam publicam ex protocolo Notarii mortui, & idem tenet Salced. *ubi supr. lim. 1.* & vide multa congesta per Mier. *d. q. 67. per tot.*

10 AD Gloss. 9. Nota *ex text.* venditorem, qui duplum promisit, non solum teneri ad pretii duplum, sed etiam rei venditæ, si ejus æstimatio creverit; in hac quæstione Gloss. refert se ad Specul. *de empt. & vendit. num. 39. & 40.* ubi dicit sic duplum esse solvendum, quando inter partes ita convenit, aliàs duplum pretii tantum; quam interpretationem *text. hic* non admittit: nam indistinctè vult venditorem, qui duplum promisit ad utrumque duplum teneri, scilicet pretii & rei venditæ, & corrigit jus commune; de quo in additione Gloss. 7. *supr. à n. 19.* ubi pœnam duplum non posse excedere diximus; sed de communi stylo pœna dupli, etsi sit promissa, non exigitur, nisi quatenus interest, ut diximus.

LEX XXXIII.

SUMMARIUM.

1 *Venditor obligatus de evictione non tenetur defensionem litis suscipere, nisi expressè promiserit.*

2 *Venditor actore invito causæ defensionem in se suscipere non potest, nisi consentiat actor, si animo novandi actionem, vel actori præjudicium inferatur, & n. 4.*

3 *Venditor suscipiens causam auditur, dum ante judicium inchoatum, nec animo novandi judicium, nec cum eo sequi petat.*

5 *Judicio incepto cum emptore venditor non auditur, volens denuò cum eo inchoari, sed admittitur ut simplex defensor, & assignatur practica, & conditio actoris non debet fieri deterior, n. 6.*

7 *Emptor, & venditor una & eadem persona reputatur, & eædem defensiones competentes.*

8 *Sententia in causa evictionis in emptorem est proferenda.*

9 *Venditor post finitam dilationem comparens volens novas probationes facere non auditur, si se ignorasse dilationem alleget, nisi sit minor, fiscus, seu respublica, aut litem ignoravit, & an sit opus novo processu super restitutione, n. 10. 11. & 12.*

13 *Venditor veniens ad judicium potest judicem recusare, & declinatoriam apponere ex persona emptoris, & alias exceptiones dilatorias, peremptorias quantumvis personales, & quos emptor obmisit opponere, n. 14.*

15 *Venditor causam trahere ad suum judicem non potest, nec hi, qui propter proprium interesse assistunt in judicio. Etsi sit clericus, aut Ecclesia, nisi ex persona emptoris, n. 16. 17. & 18*

19 *Fiscus an possit actorem evincentem ad suum judicem trahere, & quid sit clericus, n. 20. 21. & 22.*

23 *Sententia in casu evictionis in personam emptoris est ferenda, etsi venditor susceperit defensionem.*

24 *Item in bonis emptoris est exequenda, & non in venditoris, n. 26.*

25 *Venditor quando in se judicium suscepit, licet sententia in ipsum proferatur, & in suis bonis exigi, præjudicat emptori, & respectu rei in ipsum mandatur executioni.*

ADDIT. GLOSS. I. II. &c.

AD Gloss. 1. de materia hujus Glossæ vide Addit. ad Gloss. 4. *l. anteced. num. 1. & per totam, & 90.* ubi latè de ea egimus. 1

Ad Gloss. 2. nota venditorem obligatum de evictio-

evictione non teneri præcisè defensionem litis in se suscipere, nec ad id compelli posse, si nolit; & adde Gomez. 2. *tom. var. c. 2. n. 39. versic. item quod venditor.* Gutier. *de juram. l. p. c. 61. n. 11.* ubi late, & alios laudant, Molin. *disput. 38. vers. quando emptor est minor.* Tusch. *lit. E. concl. 353. n. 1.*

Limita si venditor expresse promisit defensionem litis suscipere. Add. Gom. Molin. & Gutier. *ubi sup.* qui *in d. n. 11. vers. Sed videtur*, disputat, an hodie venditor absque conventione teneatur causam defendere, ut innuit lex præcedens, *in vers. mas si geloficie se saber*, & diximus, *in gloss. 5.* & resolvit, si non se obligaverit ad suscipiendam litem, & nolit suscipere, emptor teneatur causam defendere, & prosequi; sed si se obligaverit, & promittat evictionem, & litem, & causam suscipere, cum fuerit requisitus, & id non faciat, quòd tunc teneatur de evictione, etiam si emptor causam obmittat, & eam non defendat, quia per hanc conventionem transfusa est obligatio emptoris in venditorem. Add. etiam Pereir. *de emptio. c. 31. num. 68.* & Add. Gloss. 1. *l. antec.* ubi alios plures adduximus, qui de hoc pacto agunt.

2 NOta ex text. & Gloss. 3. quòd venditor volens in se assumere defensionem causæ, quæ contra emptorem ratione rei à se venditæ agitatur, etiam actore invito admittitur. Pro intelligentia hujus doctrinæ duo casus distinguendi sunt: Primus, quando venditor comparet ante judicium inchoatum cum emptore, & alter, quando post captum judicium comparuit: Primò in casu, aut petit in se transferre judicium animo novandi actionem, ita ut emptor non possit conveniri, sed maneat omninò liberatus à judicio, & omnia in se transferantur, & hoc invito actore non poterit impetrare, quia mutatio judicii, vel obligationis non potest fieri sine consensu illius, cui jus agendi, vel obligationis competit, Gloss. *hic vers. Non tamen.* Add. *l. si mandato, §. 1. ff. mandat.* Cast. *in l. solutionem, n. 1. ibique*, Bart. *n. 6. ff. de solut. & inl. liberto, §. fin. n. 5. ff. de neg. gestis*, Bal. *in l. si actor ad fin. ff. de procur.* & resolvit Natt. *conf. 630. n. 2. lib. 3.* & receptam esse opinionem asserit Joan. de Amic. *conf. 19. num. 2.* Ruin. *conf. 84. n. 1. lib. 5.* Pet. Benintend. *d. decis. 92.* quos sequitur Barbos. *in l. venditor, n. 107. de judic. & in l. maritum, n. 85. ff. solut. matrimon.* Nec est in ejus potestate mutare juris ordinem, & dispositionem, quæ habet, quòd contra emptorem, & rei possessorem moveatur judicium, ex Barbos. *n. 106. in d. l. venditor.*

Limita 1. consentiente actore, ut ex mente omnium tradit Ruin. *conf. 84. n. 3. l. 5.* Barbos. *ubi supr.* & Gloss. *hic*, & Guzm. *de evict. q. 6. n. 12.*

3 Limita 2. quando venditor suscipit judicium, ac si possideret, & cum promissione restituendi rem, licèt non possideat. Bald. *in l. 1. C. ubi in rem actio.* Castr. *in d. l. solutionem.* Nata. *d. cons. 630. n. 2.* Hond. *25. n. 8. vol. 1.* Giurb. *decis. 8. n. 27.*

Si verò compareat non animo novandi actionem, sed ea salva manente, ab actore tantum petat mutari judicium futurum, ut scilicet cum eo inchoetur, & non cum emptore, venditor audiendus est, dummodo se obliget, quòd in re petita fiat executio *tex. in l. sed, & si lege. §. item rem, ff. de petit. hæred. l. planè, ff. famil. hercis.* ubi Angel. *n. 4.* Castr. *num. 3. & in l. 1. C. ubi in rem actio. num. 2.* Capic. *decis. 197. num. 6.* Menoch. *cons. 488. num. 4.* Hond. *d. num. 8.* Benintend. *decis. 92. num. 2.* Barbos. *in d. l. vendit. 49. num. 108. 109. & 111. & in d. l. maritum, num. 85.* Tusch. *litt. E. conclus. 355. num. 2.* Giurb. *dict. num. 85.* & quamvis actor reluctetur, invitus cogitur litem inchoare cum venditore. Ruin. *n. 6.* Benintend. *num. 5.* Barbos. *num. 113.* & Giurb. *ubi suprà*, & in hoc casu procedit Gloss. *hic in princ.* & doctrina tradita per Gomez. *2. tom. variar. c. 2. num. 39. vers. Item adde quod venditor, vel actor*, ubi hoc procedere dicit, modò ei sit facta denuntiatio, vel in contractu promiserit defendere, & in se assumere litem, modò non: hîc enim non agitur de novanda actione, *ut in §. 1. d. l. si mandato*, nec de ejus mutatione, sed tantum de novando judicio contra venditorem, remanente emptore obligato ut antea; ut constat *ex suprà* dictis, & sentit Bald. *in dict. l. 1. Cod. ubi in rem actio.* Ang. Aretin. *in l. à sententia, num. 8. ff. de appellat.* Barb. *ubi suprà*, Guzm. *de evict. quæst. 6. 12. 13. & in 16.*

Limita, nisi ex hac judicii mutatione actor 4
prærenderit aliquod præjudicium sibi inferri, utpotè quòd allegaret, emptorem faciliorem esse ad conveniendum, ex Gloss. *hic*, cui adde *l. si actor, ff. de procurat.* Capic. *d. num. 6. in fin.* Barbos. *in d. l. venditor, num. 115. & l. maritum, num. 85.* P. Molin. *disput. 380. vers. quando venditor, si res evincatur.* Vel si hoc prætextu vellet causam ad forum suum, & coram judice suo trahere: nam tunc non mutabitur judicium, ut ex aliis tradit Barbos. Guzm. *num. 17. ubi supr.* Sed hæc limitatio ex *text. hic*, & Gloss. *in fin.* non est tenenda in dubio, actoris enim præjudicium videtur cessare, cui regulariter nihil interfit cum uno, vel altero causam movere, & agitare. Barbos. *in d. l. venditor, n. 116.* Guzm. *n. 18.*

In secundo casu, quando venditor comparet 5
postquam judicium cum emptore inchoatum fuit, invito actore mutationem obtinere non poterit, quia respectu judicii videtur agi de quadam novatione, & procedit regula *d. l. si mandato*, §. 1. ut tradunt Castr. *in dict. l. 1. num. 2. C. ubi in rem act.* Ang. Aretin. *in Rubr. de except. num. 17.* Barbos. *d. l. venditor, n. 118. & in l. maritum, n. 85. vers. Si verò*, aliud velit Gomez. *ubi supr. d. n. 39. vers. In nostro casu.* Guzm. *n. 19. ubi supr.* & solum admittendus est venditor, ut simplex defensor emptoris, non ad novandum judicium, Bald. Salyc. Castr. & alii, *in d. l. 1.* Gloss. & Bart. *in d. l. solutionem.* Nata. *cons. 630. n. 1. lib. 3.* Marc. *decis. 292. n. 1. p. 2.* ubi de communi testatur. Gramm. *decis. 21. num. 2.* ubi alios adducit Cagn. *in d. l. venditor, n. 12.* ubi subdit unum notabile in practica, scilicet quòd boni practici, inchoato judicio, quicunque veniant ad defendendum causam motam, protestantur, quòd non intendunt deserere reum conventum, nec mutare jus agentis, & judicium, sed contra conventum prosequi, sicque defensorem animo novandi judicium non admittere, & eum refert, & sequitur Caballin. *de evict. §. 3. n. 120.* Barb. *d. n. 106.* Hond. *d. cons. 25. n. 7. vol. 1.* Giurb. *decis. 8. n. 31.*

Et venditor admissus non consideratur ut principalis, sed ut assistens emptori, & alius defensor. Socin. Sen. *cons. 91. n. 14. vers. Vel 3. lib. 3.* Cagn. *in d. l. venditor, n. 11. vers. Sed hæc.* Barbos. *num. 106. & 185. ubi supr.* Caballin. *d. §. 3. num. 119. in fin.* Hond. *n. 8.* Giurb. & Guzm. *n. 8. ubi supr.* & solum emptoris vices in judicio potest agere, & ea duntaxat potest facere, quæ emptori permittuntur. Cyn. & cæteri, *in d. l. 1. C. ubi in rem act.* Bart. & Castr. reliqui, *in l. liberto, §. fi. ff. de negot. gest.* Cæph. *cons. 168. n. 23.* Cornaz. *decis. 215. num. 8.* & Hond. *n. 10.* & Giurb. *n. 28. ubi supr.*

Et

Et admittitur ad causam in statu, & terminis, in quibus causa reperitur, & illam prosequi debet in statu, in quo erat tempore quo ad judicium venit. *c. ult. ut lit. pendeu. in 6.* Innoc. & alii *in c. cum super.* ubi Felin. *n.* 15. *de re judic.* Angel. *in l. si suspecta, col. 2. ff. de inoffic. testam.* Angel. Aret. *in l. si prolusorio, ff. de appellat.* Vant. *de nullitat. tit. quis possit dicere de nullitat. num. 25.* & allegati per Covar. *pract. c. 13. num. 1. & 2.* Gom. *2. tom. var. c. 3. num. 39. vers. tamen intellige.* Put. *decis. 384. lib. 2.* ubi idem firmat Honded. *d. cons. num. 12.* Gail. *lib. 1. observ. 71. num. 1.* plures laudat. Anan. *cons. 97. num. 1. & 98. num. 1.* Menoch. *de arbitr. cas. 18. cons. 319. n. 14. & 488. n. 5.* Cancer. *var. de tertio oppos. c. 16. n. 5.* Afflict. *decis. 15. & 235.* & *ibi.* Urfil. Trentac. *var. tit. de judic. resol. 16. n. 8. & resol. 17. n. 49.* Surd. *decis. 60. n. 6. 147. n. 6. & 335. n. 22.* Marc. *23. n. 4. 164. n. 8. & decis. 161. p. 2.* Cassador. *decis. 1. tit. de except.* Cavalcan. *decis. 5. n. 22. 6. n. 6. p. 4.* Magon. *96. n. 22.* Cornaz. *decis. Lucens. 215. n. 8. & 9.* Gratian. *149.* Seraph. *1422. n. 6. p. 2.* Fachin. *lib. 11. contr. jur. c. 5.* & alii, quos sequitur Giurb. *decis. 1. n. 24. 8. n. 28.* Azev. *in l. 3. tit. 8. lib. 4. recomp. n. 16.* Barbos. *ubi sup.*

6 Non enim ex admissione venditoris ad judicium pro defensore emptoris, in aliquo actoris conditio deterior fieri potest. *l. 2. §. defendi, ff. ex quib. caus. in poss. eatur.* Petr. Anch. *repet. c. ea, quæ, q. 17. de reg. jur. in 6.* Corn. *cons. 79. col. pen. vers. Hin tamen, lib. 4.* Socin. Sen. *91. col. fin. vers. Non obstat, lib. 3.* Honded. *25. n. 11.* Surd. *396. num. 35.* Cavalc. *decis. 5. num. 33. p. 4.* Suar. *in l. post rem judicatam, limit. 2. n. 4.* Gratian. *d. decis. 149. n. 7.* Giurb. *8. n. 42.*

7 *& 1. n. 39.* ubi plures adducit. Nam una est, & eadem persona emptoris, & venditoris. Surd. *decis. 335. n. 21. 173. n. 24.* Giurb. *8. n. 29. & 1. n. 11.* & ab aliis omnibus, à quibus excluditur emptor, etiam venditor ad defensionem admissus excluditur, ut post Anchar. dixit Corn. *cons. 79. col. penult. vers. Item secundum eum, lib. 4.* Socin. Sen. *91. n. 11. lib. 3.* Honded. *25. n. 10.* & omnia ea, quæ emptori, cum quo lis cepta fuit, obstarent, etiam obstant venditori, qui ejus defensionem assumpsit, ut sentit Angel. *in l. ab executore, §. illo, n. 4. ff. de appellat.* Covarr. *d. c. 13. col. 3. vers. Secundò hinc, n. 2.* Cabed. *decis. 97. num. 15. p. 2.* Honded. *d. num. 10.* & eisdem terminis debet arctari, quibus ipse principalis, ita ut termini assignati emptori censeantur etiam assi-

8 gnati venditori, & prædicta via principali non admittitur interveniens, ex Bald. *in l. si eodem tempore, C. de remis. pignor.* Natt. *cons. 457. num. 1. vol. 2.* Gail. *lib. 1. observ. 71.* Giurb. *decis. 1. n. 21.* ubi plures refert.

9 Et, si comparet venditor post finitam dilationem concessam emptori ad probandum, non poterit novas probationes facere, cum debeat assumere causam in statu, in quo est, etsi alleget dilationem datam emptori ignoratse: ut contra multos tradit, & resolvit Covarr. *d. c. 13. num. 2.* Afflict. *decis. 15.* Barbos. *in l. venditor, ff. de judic. num. 124.* Gutierr. *lib. 1. q. 66. num. 1.* ubi hanc opinionem receptam, & indistinctè veriorem dicit. Azeved. *d. n. 16. & 17.* Gail. *num. 12. ubi supr.* latè explicat, Cost. *de facti scientia, dict. 57. cent. 1. n. 9. & 13.* Peregr. *de fideicom. art. 53. n. 55.* Joseph. Ludov. *decis. 26. n. 6.* Surd. *60. n. 6. 146. num. 6.* Menoch. *de arbitr. cas. 18. n. 5.* Guzm. *de evict. q. 6. n. 24.* Nec post conclusionem in causa poterit instrumenta producere ex eodem Gail. *n. 15.*

10 Limita, nisi assistens sit minor, qui beneficio restitutionis impetrato, poterit novos testes produ-

cere, Gloss. *verb. ex persona. in l. si parentes, C. de evict.* Covar. *pract. cap. 14. num. 3.* Caballin. *de evict. §. 2. num. 123.* Cabed. *decis. 97. num. 3. p. 2.* Pereir. *d. c. 31. num. 81.* Barbos. *in d. l. venditor, n. 125. in l. maritum, n. 84. ff. solut. matrimon.* Parlador. *lib. 2. c. 11. num. 5.* ubi hoc judicis arbitrio reliquit ex Afflict. *decis. 15.* & ibi Urfil. *n. 1.* ubi sic pluries fecisse dicit Gut. *lib. 1. q. 66. n. 1. & 2.* ubi hanc quæst. examinat, & hanc opinionem sequitur Giurb. *decis. 1. n. 45.* & Mieres *de major. 4. p. 9. 14. à num. 18. & in num. 28.* ubi hanc limitationem declarat, & de ejus veritate dubitat, quando emptor, cum quo principaliter agebatur, non erat minor, & *ibi*, etiam examinat, an testes producere possit super eisdem articulis, vel directo contrariis; & alio in proposito tradit Honded. *cons. 25. num. 29. volum. 1.* ubi addit Gloss. respondit, & Giurb. *d. decis. 1.* Guzm. *dict. quæst. 6. num. 25.*

Hanc restitutionem intra quindecim dies post testium publicationem petendam esse probat text. *in l. 3. tit. 8. lib. 4. recop.* & placuit Covarr. *in dict. c. 12. num. 3.* & verissimum esse dixit Gutierr. *n. 3. ubi supr.* Contrariam usu receptam esse testatur Oralor. *de nobilit. 2. p. 3. p. princ. c. 9. num. 1.* Afflict. *n. 4. in d. decis. 15.* & eos sequitur Parlad. *in d. c. 11. n. 5.* & Mier. *d. q. 14. à n. 28.* ubi hanc contrariam opinionem admittendam esse dicit, quando constaret id malitiosè non fieri, & de negligentia illius, cum quo judicium factum fuit, & maximè in causis arduis.

Amplia 1. idem esse in Ecclesiis, Fisco, & Re- 11
publica venientibus ad litem, ut de Ecclesiis tradit Gutier. *d. q. 66. n. 1.* Pereir. *n. 81. ubi sup.* & de Fisco Cabed. *decis. 97. n. 15. in fin.* & de Villis & Castris Azeved. *in d. l. 3. n. 7.* Et in hoc casu, quando venditor minor laesus est in defensione non legitimè facta, novo processu super restitutione in integrum opus est, ut docent Socin. *cons. 91. col. fin. vers. præterea, lib. 3.* Corn. *cons. 97. n. 15. vers. Non obstat gloss. lib. 4.* Hond. *cons. 25. n. 29. vol. 1.* ubi eos refert & sequitur.

Amplia 2. in eo, qui litem ignoravit, qui potest 12
etiam post publicationem testium factam, & deducta testificata testes producere, ex Bart. *in l. sæpe, ff. de re judic. & in l. si prolusorio, ff. de appellat. & in l. ita tamen, §. quoties, ff. vd senat. cons. Trebell.* Innoc. Butr. Abb. & alii, *in cap. cum super, de re judic.* Afflict. *decis. 235.* ubi latè de hac q. agit, Cancer. *var. 1. p. c. 13. num. 66.* ubi his relatis resolvit, tertium, qui se in aliqua causa opponit, de jure communi, si litem ignoravit, post publicationem testium factam, & post deducta testificata testes producere.

Poterit etiam veniens ad judicium recusare ju- 13
dicem, qui de causa cognoscit, quia non potest videri in illum consensisse, *c. cum super, de offic. deleg.* & ibi Panorm. *num. 2.* Afflict. *decis. 235.* Rebuff. *3. tom. sit. de dilatio. art. 5. gloss. unic. num. 13.* Gutierr. *de quæst. 66. num. 2.* Gaill. *lib. 1. observ. 71. num. 7.* Guzm. *num. 28. & 31. ubi supr.* † Item 14
alias exceptiones dilatorias, & personales, similiter & peremptorias, quantumcunque limitatæ sint ad ejus personam, appone; quinimo, & exceptiones, quas emptor omisit opponere, quia noluit, vel quia non potuit. Aretin. *in rubr. Inst. de except. num. 13.* Castr. *l. venditor, num. 3.* & Barbos. *n. 181. ff. de judic.* Gail. *ubi sup.* & Guzm. *à n. 36. usque ad 42.* Et à sententia contra emptorem lata appellare, de quo vide Addit. ad Gloss. *8. l. 36. infr.*

Forum verò non licet ei declinare, quia in foro emptoris debet causam defendere ex Glos. *hic* cui Add. *d.l. venditor*, ibi Bald. Castr. Fulgos. Cagn. *n.*13. & Barbos. *n.*99. & 100. Afflict. *decis.* 227. *n.*2. Rebuff. *de dilator. art.* 4. *glos. unic. num.* 7. *tom.* 3. Caballin. *§.* 3 *n.* 118. Cæph. *cons.* 198. *num.* 16. *lib.* 2. Marc. *necis.* 293. *n.* 2. *p.* 2. Honded. *cons.* 25. *num.* 13. *vol.* 1. Bobad. *lib.* 2. *c.* 10. *tom.* 2. *n.* 165. Gomez. 2. *tom. var. c.* 2. *n.* 39. *vers. Item Add.* Pereir. *d.c.* 31. *n.* 82. ubi plures laudat, Gramm. *decis.* 21. Gramm. 333. *n.* 1.

16 & *ibi* Flor. de Mena. † Et hoc non solum in venditore, qui ad defensionem emptoris venit, procedit; sed generaliter in eo, qui propter proprium interesse assistit in judicio; nam debet assistere, & defendere coram judice rei conventæ. Ancharr. *cons.* 333. *ad dubia, n.* 1. Natta. *cons.* 99. *lib.* 1. *num.* 8. Gaill. *lib.* 1. *obsev.* 71. *n.* 2. Afflict. *decis.* 233. *num.* 6. Gram. *decis.* 21. *in prin.* Barbos. *in d.l. venditor, dict. n.* 100. & 136. Scacc. *de jud. lib.* 1. *c.* 30. *n.* 15. ubi rationem reddit, & ampliat, etsi judex, qui de causa cognoscit, inter agentem de evictione, & emptorem esset delegatus, & de ratione hujus doctrinæ ultra Scacc. vide Glos. 3. *in d.l. venditor.* & *ibi* Barbos. *n.* 102. *&* 103 & Gaill. *n.* 4. 5 *&* 5. Guzm. *n.* 2. *ubi supra.*

17 Amplia 1. etsi sic clericus venditor, qui coram judice laico conveniri non poterit. *cap. clericus nullus, l.* 2. 11. *q.* 1. *c. si diligenti, de foro compet.* & fori privilegium habet, tamen non potest petere causam ad suum judicem Ecclesiasticum remitti. *l.* 57. *tit.* 6. *p.* 1. ibi Glos. *fin.* & Humada, & vide, *ibi*, Add. Anchar. *in c. ea quæ, q.* 17. *de regul. juris in* 6. Abb. *in cap. fin. ut lite non contestata.* Aretin. *in Rubr. inst. de except. num.* 20. Corn. *cons.* 79. *vers. His tamen, l.* 4. Natta. 99. *n.* 7. *lib.* 1. & hanc dicit communem Socin. Sen. 91. *num.* 13. *& seqq.* & Riminald. 422. *num.* 1. & 2. *lib* 4. Afflict. *decis.* 227. *num.* 2. & *ibi*, Ursil. & cæteri additionat. Capic. 197. *n.* 7. Boer. 69. *n.* 27. Gram. 25. *num.* 4. Capell. Thol. 230. *num.* 20. Gramm. 333. *n.* 1. & ibi Flor. de Men. & in Add. *ad decis.* 266. Covarr. *pract. c.* 8. *n.* 3. Gomez. *ubi sup.* Cavalcan. *decis.* 8. *n.* 1. *p.* 1. Barbos. *ubi sup. n.* 105. *& à num.* 138. *usque ad* 148. ubi contrariam opinionem refert, & eam reprobat, Caballin. *de evict. dict. §.* 3. *à num.* 119. ubi plures adducit post Bald. Alex. & alios. Quòd si judex Ecclesiasticus inhiberet judici seculari, ne in causa procedat, & clericum ad se remittat, de hujusmodi inhibitione curandum non est. Anton. Burg. *in c. fin. n.* 20. *tract. de empt.* Gaill. *d. obser.* 71. *num.* 7. Fachin. *lib.* 2. *c.* 37. *litt. D.* Honded. *cons.* 25. *n.* 15. Pereir. *d.c.* 31. *à n.* 82. *usque ad n.* 99. ubi contrariam tenentes refert, & eis satisfacit, & latè quæstionem explicat, Bobadilla. *lib.* 2. *cap.* 18. *n.* 169. Cevall. *q.* 36. *n.* 2. *& q.* 588. ubi hanc sequitur, & alios laudat. & *q.* 897. *n.* 627. *& in tract. de cogni. per viam violentiæ*, 2. *p. q.* 45. *per totam.* Giurb. *decis.* 8. *n.* 27. Guzm. *de evict. q.* 7. *n.* 1. cum aliis. Lara *de vit. homin. cap.* 21. *à n.* 62.

18 Amplia 2. idem esse in Ecclesia venditrice, quæ si vult emptorem defendere, hoc facere debet coram judice emptoris, & non poterit causam ad suum judicem trahere. Ut cum Angel. *in l. non solum. §. quod vulgo. ff. de usucap.* & Alberic. *in d. l. venditor* tradit Covarr. *d.c.* 8. *n.* 3. *vers. denique ipse censeo.*

Limita 1. si quis ex persona emptoris opponat fori declinatoriam, *ex d.l. venditor, & l. pen. C. de except.* Aretin. *cons.* 127. *n.* 2. Caballin. *d. §.* 3. *n.* 131. Cavalcan. *decis.* 8. *num.* 3. *lib.* 1. & hoc, si compareat tempore, quo opponi possit, & ex relatis *supr. n.* 13.

Limita in fisco, qui actorem agentem contra 19
emptorem super re ab ipso vendita potest ad suum judicem trahere. *l. si minor. C. de jur. fisc. lib.* 10. & *ibi* Glos. magna. & Bald. Ancharr. *in c. ea, q.* 17. *de reg. jur. in* 6. Castrens. & Cagnol. *n.* 16. *&* 17. *in d.l. venditor. D. de judic.* Capic. *decis.* 197. Everar. *in loc. à fisco ad Eccles. n.* 3. Brun. à Sol. *in loc. comm. verb. emptor. n.* 2. Peregr. *de jur. fisc. libr.* 7. *tit.* 1. *n.* 9. Alfar. *de offic. fiscal. gl.* 16. *privil.* 1. *à n.* 21. Hering. *de fide-jus. c.* 23. *n.* 34. Cavalc. *decis.* 8. *p.* 1. ubi hanc sequitur, & nuncupat magis communem. Cancer. *lib.* 2. *var. c.* 46. *n.* 42. *&* 45. Guzm. *q.* 8. *à num.* 8. Lara. *de vit. homin. c.* 21. *num.* 62. emptor enim, seu causam à fisco habentes judices habent fiscales, & ideo conventi remissionem ad judices fiscales petere possunt. *l. fin. C. si adverf. fisc.* Peregrin. *num.* 3. *&* 5. *ubi sup.* & ita ubicumque fisco intererit, sive agens, sive patiens, sive assistens, non habita ratione fori, causas ad supremam sui patrimonii audientiam trahit. Alfar. *d. n.* 16. *à n.* 24. Capic. & Peregr. *n.* 11. *ubi sup.* Boss. *in prax. tit. de fisc. privil. n.* 43. Cabed. *decis.* 119. *num.* 7. *libr.* 2. Franc. de Clapetis, *decis.* 53. Afflict. *decis.* 2. Farin. *de fiurt. q. de fisco. n.* 192. & Guzm. *n.* 12. *&* 13. Remissione verò à patre, vel à fisco non petita, processus coram ordinario factus valet, Peregr. *dict. n.* 5.

Contrarium, imo quòd & in fisci venditore lo- 20
cum habeat regula *l. venditor.* defendit Bald. *in l. si minori. C. de jur. fisci. num.* 2. Aretin. *rub. de excep. n.* 17. Socin. *cons.* 91. *col. fin.* Covarr. *d.c.* 8. *num.* 3. Rebuff. *tit. de dilat. art.* 4. *glos. unic. n.* 9. Caballin. *d. §.* 3. *n.* 124. *&* 125. Burg. Thesaur. & alii relati à Barbos. *n.* 152. & Pereir. *n.* 98. *&* 99. *ubi sup.* Fachin. *lib.* 2. *c.* 37. *vers. sed contraria.* Cevall. *q.* 897. *n.* 28. & pro hac sunt *text. in l. fundus qui. ff. de rejc. vend. & l.* 2. *C. si adverf. fisc.* ubi, si agitur adversus fiscum, judicem esse procuratorem Cæsaris probatur; si adversus privatum Præsidentem provinciæ, & *l. unic. ibique glos. verb. apud suum judicem. C. de vend. rer. fiscal. lib.* 10. Et relati DD. primum intelligunt habere locum, quando fiscus principaliter convenitur, seu veniret conveniendus, quia causa à facto fisci proficiscitur, *ex tot. tit. C. ubi cauf. fiscal.* & respondent *text. in d.l.* 3. ideo in casu illo fiscum mutare forum posse, quia res fuit ab eo vendita minoris, quam distrahi debuit, & ipsemet fiscus pignoratitia actione potuit obligari, & conveniri principaliter debuit. Cuiac. *in loco relat.* à Fachin. qui ipsius interpretationem sequitur, & Pereir. *ubi sup.* Item quia, ibi actor dominus rei non petit sibi restitui possessionem ab emptore, & is litem fisco denuntiat, sed rei dominus debitam fisco offert quantitatem, & sibi petit rem restitui; fiscus verò, qui male rem distraxit, petit rescindi. Sed in hac controversia tenendum est, aut fiscus in se causam, seu defensionem tanquam procurator in rem propriam sumit; aut non. Primo in casu est locus primæ opinioni, quia lis cum fisco, & non cum emptore fit, & fiscus consideratur ut principalis, ut diximus, *ubi sup. n.* 1. qui in se sumit litem, licet lis cepta sit ut dixim. *n.* 11. & fiscus, sive actor sit, sive reus, potest avocare causam ad suum judicem. *d. tit. ubi cauf. fiscal.* estque audiendus emptor petens remissionem; nam tunc emptori competit exceptio ex persona venditoris. In secundo casu non auditur emptor, quia emptor possessor rei non potest se rueri dicendo, quòd conveniat suum auctorem; & quia actori nullum jus adversus fiscum competit, sed emptori; & in casu isto, non quia emit à fisco, sed ut possessor convenitur: &

ita

ita nullo ex capite ipsi remissionis, petitio competit. Et vide Addit. ad Glos. 1. *l.* 14. *tit.* 7. *p.* 6. ubi latè de hac quæstione, & similibus agitur.

21 Amplia fiscum causam avocare posse, etsi evincens, seu qui causam habet à fisco, sit clericus. Cavalcan. *detis.* 8. *lib.* 1. *num.* 13. Cancer. *d. cap.* 16. *n.* 42. *&* 45. & ita per Senatum fuisse judicatum tradit Guzm. *n.* 19. *ubi suprà.*

22 Contrarium tradit Afflict. *decis.* 2. & eum videtur sequi Peregr. *num.* 15. *ubi supr.* Marta. *de jur. Eccles.* 2. *p. casu* 34. *in fin.* sed ab ampliatione non est discedendum, & processus coram ordinario factus valet, si remissio non petatur, ut ex Castrens. & Socin. tradit Peregr. *n.* 5. *ubi supr.*

23 Sententia in casu evictionis; etsi venditor causam defendat, non in venditoris, sed in emptoris personam est præferenda; ut post Bart. *in l. venditor, ff. de judic.* Bald. *in l. liberto, §. fin. de reg. jur.* dixit Natta *cons.* 630. *lib.* 3. Imol. *in l. à sententia. num.* 1. *ff. de appell.* Barbos. *n.* 102. *in d. l. venditor.* Honded. *cons.* 25. *num.* 9. Guzm. *d. q.* 6. *n.* 6. nam emptor non liberatur ab instantia, venditore in judicio comparente: & in bonis ipsius emptoris fiet executio: quia venditor assistens in nihilo se obligavit actori, & ideò non sequitur per sententiam ejus obligationem esse purificatam. Barb. *in d. l. si venditor, à num.* 106. ubi & in contrarium adductis satisfacit; & *in l. maritum, num.* 86. *ff. sol. matr.* & alios refert.

24 Quando venditor in se judicium suscepit, ut diximus *à num.* 2. licet sententia in venditoris bonis debeat exigi, potest etiam fieri in bonis emptoris, ex *l. Plautius. ff. de procur.* Barbos. *in l. maritum, num.* 86. *ff. solut. matr.* Fabr. *in suo Cod. tit. de evict. definit.* 22. quia sciens, & patiens litem agitari, per venditorem tacuit. Barbos. *ubi sup. ex l. sæpè, vers. scientib. de r e judic.* Caballin. *de evict.* §. 3. *n.* 165. & respectu rei evictæ sententia contra venditorem lata emptori præjudicat, quia impossibile est respectu rei contra venditorem fieri posse executionem, ut declarat Glos. Angel. Paul. Cagnol. *in fin.* Barbos. *n.* 111. 194. *&* 195. *in d. l. venditor.* Caballin. *ubi supr.* Guzm. *q.* 16. *n.* 31. præcipuè si emptor fuisset conventus rei vendicatione. Bart. *in d. l. sæpè, q.* 2. & *ibi* Alex. *n.* 105. Imol. *in cap. quamvis, de sent. & re jud.* Cyn. *in l. dote, C. de re jud.* Glos. *in l. ex parte, ff. famil. erciscund.* Medic. *reg.* 81. *ineft sub tom.* 1. *regul. verb. emptori præjud.* quia cum agitur ad certam rem, & determinatam, in illa debet fieri executio, *l. qui restituere, ff. de rei vend.* & de hac re vide Bald. *consil.* 173. *lib.* 5. & quæ nos alibi diximus; si vero ignoraverit litem agitari cum venditore, executio non debet fieri in re vendita, sed venditor conventus tenebitur ad interesse.

25 Et quando venditor solùm ad defendendum comparuit, quod sententiæ contra emptorem latæ possit adversus eum executio fieri, docet Glos. *in verb. solver. in l. venditor,* & cum ea transeunt Bald. Bart. & Paul. *ibi,* Guzm. *quæst.* 16. *à n.* 1. cujus opinionis ea est potissima ratio, quia emptor condemnatur propter venditorem: & in bonis defensoris necessarii, qui se fecit consortem in eadem lite, potest fieri executio, ac si principaliter in sententia fuisset condemnatus, juxta text. *in d.*

26 *l. Plautius*, sed ab opinione Dec. & Fulgos. relata non est recedendum ob rationem *supr.* traditam, & quia contra non condemnatum per sententiam, vel non nominatum in instrumento, non potest fieri executio, ut ex Alciat. Menoch. Grat. Cavalcan. tradit Giurb. *decis.* 62. *cum* 22. ubi plures refert, & præter ab ipso relatos Gratian. *discept. cap.* 138. *num.* 1. Magon. *decis. Lucens.* 62. *n.* 1. *&* 2. Guttier. *cons.* 19. *n.* 6. & text. *in d. l. Plautius*, respondit Barbos. *ubi supra.*

SUMMARIUM.

1 *Emptor tenetur causam sequi, etsi ritè denuntiet litem venditori.*

2 *Emptor, si ab evincente ei deferatur juramentum, potest illud recusare.*

3 *Emptor tenetur ad causæ defensionem conducere bonum advocatum.*

4 *Emptori contra venditorem datur evictionis actio.*

5 *Emptor potest petere à venditore, ut ei det instrumenta, & testes ad defensionem causæ.*

ADDIT. GLOSS. IV. & V.

AD Glos. 4. Nota emptorem teneri causam se- 1
qui, etsi venditori denuntiet solemniter, & cum requisitis necessariis litem motam. Adde Bald. *in l.* 1. *C. de peric. & commod. col.* 2. *vers. ultimo oppono, & ibi* Castrens. *n.* 1. *ad fin. & num.* 3. Ferrar. *in praxi in forma libelli in causa venditionis, glos. promittens de evictione, n.* 8. Capic. *decis.* 106. *num.* 4. Guttier. *de juram.* 1. *p. cap.* 61. *n.* 8. Menoch. *cons.* 212. *n.* 79. *lib.* 1. ubi alios adducit, si enim litem non defendat, de evictione emptor non ager; & vide Addit. ad Glos. 6. *l.* 36. Limita, ut in Add. Glos. 2. *num.* 1. *hac leg.*

Sed pulchra est quæstio, utrum emptor, qui 2
litem defendit, teneatur positionibus adversarii circa dominium, vel possessionem respondere; Nam si confitetur sibi præjudicat, & non poterit de evictione agere, nisi assumendo in se onus probandi, ut diximus in Addit. Glos. 4. *l. anteced. num.* 1. Et si negat, fortè contra propriam conscientiam faciet, & perjurium incurret, vide Surd. *decis.* 22. *per totam*, ubi multis fundamentis comprobat, quòd non tenetur respondere positionibus actoris: & cum Bart. *in l. ut qui natura, §. cum me absente, num.* 5. *ff. de negot. gest.* Imol. *in cap. fin. de empt. & vendit.* & Alex. *in l. manifestè, n.* 4. *ff. de jurejurand.* Item tenet Caballin. *de evict. §.* 5. *n.* 20. *vers. & propterea.* Gratian. *discept.* 2. *tom. cap.* 227. *num.* 41. Huzm. *q.* 14. *n.* 26.

Nota 2. quòd emptor ad defensionem causæ te- 3
netur conducere bonum advocatum, aliàs sic non habebit regressum de evictione, Adde Glos. singularem, *in l. quod si nolit, §. si mancipium, verb. adhibuit, ff. de ædilit. edict.* quam notabilem dicunt Aretin. *in §. fin. instit. de empt. col. fin. & in §. actionum, num.* 22. *de action.* Ant. Burg. *in cap. fin. col.* 2. *tract. de empt.* Caball. *ubi supr. num.* 159. ubi tradit, quis dicatur bonus Advocatus, *&* §. 5. *n.* 40. Quesad. *q.* 10. *n.* 4. *vers. Quintus.* Guttier. *d. c.* 61. *num.* 9. ubi hoc intelligit, quando per injuriam, & imperitiam Advocati emptor victus fuit, alias non. Gramm. *cons.* 12. *num.* 5. *inter civil.* quem sequitur Surd. *decis.* 22. *num.* 1. ubi idem esse dicunt, si emptor non conduxit diligentem procuratorem, & Advocatum: & Guzman. *quæst.* 5. *num.* 91. cum aliis, *eodem.*

AD Glos. 5. Nota 1. quòd emptori datur actio 4
evictionis contra venditorem, cui denuntiatum fuit, ut liti assisteret, ut noluit ejus defensionem

suscipere, de quo vide Addita ad Glos. 6. & 7. l. anteced.

5 Nota 2. quòd potest petere à venditore, ut ei det instrumenta, & testes ad defensionem causæ, imò ipse tenetur eos emptori offerre, de quo in Addit. ad Glos. 4. l. anteced. n. 90. & ad Glos. 4. l. 23. num. 21. supr. & Glos. 3. l. 36. infra. Pereir. de empt. cap. 31. num. 117. licèt aliàs venditor non teneatur instrumenta antiquo emptori tradere, l. Titius, ff. de action. empt. l. instrumenta, Cod. de fideicomm. Jas. in l. quoties, num. 46. Cod. de rei vend. ubi alios laudat. Covarr. lib. 3. var. cap. 16. num. 12. Avend. in l. 44. Taur. glos. 41. num. 14. & Add. Glos. 4. l. 31. num. 3. & 4. Si dedit defensionem, & emptor ea non utatur, non potest agere de evictione de quo in Addit. Glos. 5. l. 37. infr. Si venditor non vult ostendere, & producere instrumenta sui tituli, & acquisitionis, quid erit agendum, vide Jas. in d. n. 46. & Addit. ad Glos. 4. l. 13. tit. 2. p. 3.

LEX XXXIV.

SUMMARIUM.

1 *Venditor hæreditatis de evictione non tenetur, si res singulæ hæreditatis evincantur. Quid si omnes, num. 2. 2.*

Quid in venditore aliorum jurium universalium, num. 3.

Vel si tota hæreditas, vel pro parte evicta sit, num. 4. & 5.

6 *Venditor si affirmaverit esse rem hæreditatis de evictione tenetur.*

7 *Emptor parte rei evicta, an possit contractu à discedere.*

8 *Venditor si ante venditionem hæreditatis exegit aliquos debitores, an pecuniam exactam restituere teneatur.*

9 *Evicta si sit res particularis feudi venditi cum clausula si quæ, vel si qua sunt, cum comprehensione evictionis, an debeatur evictio.*

ADDIT. GLOSS. I. & II.

1 AD Glos. 1. Nota quòd, quando hæreditas venditur, si singulæ res evincantur, evictio non debetur, nec venditor de ea tenetur. Adde Gomez. 2. tom. variar. c. 2. num. 44. ubi reddit rationem, quia vendens hæreditatem, cum non videatur vendere aliquam rem particularem, sed tantum jus universale sibi competens, & illud non sit evictum, merito de evictione non tenetur, juxta l. 2. in princ. ff. de hæred. vel. vend. Gratian. disceptat. cap. 787. à num. 9. Caballin. de evict. §. 5. n. 30. ubi alios laudat. Ursil. ad Afflict. decis. 81. n. 81. n. 3. Valasc. de partit. cap. 1. n. 17. Morla in empor. tit. 9. in præmiss. n. 40. vers. Quintus casus est. P. Molin. disput. 380. vers. Novus quando emptor. Tusch. lit. F. conclus. 366. n. 22. Castill. lib. 4. c. 42. n. 67. ubi pro hac doctrina refert Donellum, & alios. Guzm. de evict. q. 45. n. 1.

2 Amplia, quamvis res omnes hæreditariæ, quæ hæreditariæ putabantur, sint evictæ; nam singulis rebus hæreditariis omnibus evictis, nihilominus manet hæreditas, quæ & vendita est, & præstatur. Hæreditas enim sine ullo corpore juris intellectum habet, l. hæreditas, ff. de petit. hæred. Donell. in comment. jur. civil. lib. 8. tit. 43. de evict. ad leg. 1. C. de evict. num. 5. Morla in dict. n. 40. vers. Quintus casus, ubi alios laudat: & hoc verius esse dicit contra Accursium Castill. d. num. 67.

Contrariam opinionem, imò quòd venditor teneatur saltim ad restitutionem pretii, quod emptor pro hæreditate dedit, quando ei in aliquo non est utilis, licèt non actione evictionis ex empto, sed per condictionem, ex l. cum hæreditatem, ff. de hæred. vel actio. vend. tenent Glos. in d. l. C. de eviction. Cæsar. Ursil. d. num. 4. ubi dicit, procedere, dummodo reperiatur aliquid, quod possit hæreditas dici, seu nominari, & cum eo transeunt Castill. Tusch. ubi sup. Faber. in suo C. lib. 4. tit. 29. de hæred. vel act. vend. defin. 15. in alleg. n. 3. Lingl. in decis. Imperiali 15. quæst. 5. n. 4. ubi dicit, quòd venditor hæreditatis duo extrema præstare debet; esse aliquam hæreditatem, & eam aliquo modo esse utilem emptori; sed hoc ultimum non probatur in d. l. cum hæreditatem, imo contrarium in ei: & in superioribus videtur probari.

Amplia 2. hæc procedere etiam in venditione 3
aliorum jurium universalium, veluti Castri, civitatis, peculii, dotis, & similium, ex text. h. c 3 cui adde laudatos sup. num. 1.

Ex Glos. Limita 1. si tota hæreditas evincatur, 4
& text. hic cui adde citatos, num. 1.

Limita secundò, ex Glos. 2. si pro dimidia, vel 5
alia parte hæreditas evicta sit, cui adde Pereir. de empt. cap. 31. num. 51. ubi explicat, & dicit, quòd nemo inficiatur venditorem de evictione teneri, qui putans totam hæreditatem ad se pertinere, eam vendidit, si postea ejus tertia, vel quarta pars evincatur, quia erant plures hæredes, & Guzm. ubi suprà.

Limita tertiò, si in venditione hæreditatis, vel 6
alterius juris universalis specificata fuerunt ejus membra, & fuit facta separatio omnium rerum, quæ in jure universali comprehenduntur; nam tunc, singulis rebus evictis, de evictione venditor tenetur. Valasc. in dict. cap. 1. sub num. 17. Caballin. num. 30. Ursil. in dict. Addit. decis. 81. n. 6. ubi emptoribus consulit, ut ita faciant apponi in instrumentis, si volunt venditores habere obligatos pro singularum rerum evictione, eum sequuntur. Tusch. num. 22. & Castill. num. 107. Guzm. n. 2. ubi supra.

De quæstione, an parte rei venditæ evicta, 7
possit emptor à contractu discedere, & totius evictionem petere, vide Addit. ad Glos. 1. l. 32. à num. 143.

Quid si tempore venditionis hæres jam exege- 8
rat aliquos ex debitoribus hæreditatis, an emptori pecunias exactas restituere, & tradere debeat, vide l. venditor. hæreditatis, ff. de hæred. vel act. vend. & ibi DD. novissimè Ant. Fabr. Afflict. decis. 81 & ibi, Ursilum.

Quid si evincatur res particularis corporis feudi 9
venditi in pluribus corporibus, & juribus expressis consistentis, cum clausula, si quæ, vel si qua sint, cum comprehensione evictionis, an veniat, si tempore venditionis per venditorem res ipsa particularis evicta possidebatur. Vide Torum in compendio, decis. evictio particularis. Aloys. Ricc. 6. part. collect. 2121. ubi affirmativè Senatum respondisse testantur.

SUMMARIUM.

1 *Emptor alicujus corporis vectigalium, seu redituum, si una ex rebus in emptione compre-*

hensis

hensis evincatur, non potest agere de evictione.

2 *Emptor, si pars territorii, cujus gabellæ sunt venditæ evincatur, de evictione potest agere.*

3 *Commoda sequuntur eum, quem sequuntur incommoda.*

4 *Debitor quantitatis respectu certæ speciei perempta specie, liberatur.*

5 *Emptor gabellæ non tenetur ad promissionem, si profuturo tempore gabella ei aufferatur.*

6 *Emptor emptoris primi, qui emit à falso hærede, non cogitur solvere pretium rei emptæ.*

6 *Emptoribus gabellarum non est facienda remissio ob casum fortuitum.*

8 *Venditionem, & non locationem esse, in quo cognoscatur.*

ADDIT. GLOSS. III. & IV.

1 NOta ex text. quod emens aliquod corpus vectigalium & reditum, etsi una ex rebus in emptione comprehensis [dummodo major pars salva sit] evincatur, non potest agere de evictione, Adde Parlad. *lib.2.cap.fin.5.p. §.11. n.* 28. & Add. Gloss. *l.25. tit. 9.*

2 Nota 2. ex Glos. *in princ. & in fin.* si pars territorii, cujus gabellæ sunt venditæ evincatur, emptorem de evictione agere posse. Adde Ignac. de Lasar. *tract. de decima vend. cap.*18. *n.*86. & Guttierr. *lib.7.de Gabell. q.*167. *n.* 5. ubi hanc glossæ opinionem sequuntur, & alios referunt.

3 Nota 3. ex Gloss. *in vers. Si ergo hoc est in augmento*, quod ad eum spectat incommodum, ad quem commodum pertinet, vide Addit. ad Glos.7. *l.* 23. *supra.*

4 Nota 4. ex Glos. *in vers. & cum iste emptor*, quòd, qui tenetur ad quantitatem respectu certæ speciei, perempta specie liberatur, vide Addit. ad Glos. 6 *l.9.tit.2. suprà*, & ad Glos.2 *leg.*18 *tit.*11. *infrà.*

5 Nota 5. ex Glos. *in vers. quod si emptori.* Quod emptor gabellæ non tenetur ad promissionem factam occasione gabellæ, si pro futuro tempore gabella ei aufferatur: & Adde Roder Suar. *in l. post rem judicatam. in declar. l. Regni post limitationes, §. sed pro evidentia, num.*16. *fol: mihi* 650. *in noviss.* Lasar. *d.cap.*18 *num.* 78. Guttierr. *d.q.*167. *num.*6. Girond. *de gabell.*2. *p. §.*1. *n.* 32. & faciunt tradita

6 per Fabr. *in suo C. lib.* 8. *tit.* 31. *de evict. defin.* 22. ubi tradit eum, qui substitutus fuit in locum ejus, qui emit à falso hærede, non esse cogendum solvere pretium rei emptæ à primo emptore, si res postea evincatur; nam æquius est primi emptoris periculo rem cedere.

7 Note 6. ex Glos. *in vers. & videntur isti emptores gabellarum, &c.* Quòd emptoribus gabellarum non est facienda remissio pretii ratione casus fortuiti, qui superveniat; nam quemcumque eventum debent sustinere. Adde Girondam, *ind.§.*1. *à n.*48. ubi hanc doctrinam tuetur, non obstantibus fundamentis à se traditis *à n.* 34. & vide, *l.* 2. *&* 3. *tit.*9. *lib.*9. *recopil.* & Add. ad Glos. *l. tit.* 2. *supra hac part.*

8 Nota 7. *qualiter cognoscatur, an sit venditio, vel locatio.* & vide Lasar. *cap.*1. *à n.*24. *usque ad finem*, & *cap.* 2. *per totum cum additis ab ipso ad prædicta capita*, ubi rarissime explicat, & quæstiones examinat, & alios laudat.

LEX XXXV.

SUMMARIUM.

1 *Domo, vel nave, vel grege vendita, si pars evincatur, venditor de evictione tenetur.*

2 *Quid si remaneat grex, domus, seu navis; licet re aliqua evincatur, seu si partus, sive fructus evincantur.*

3 *Cæmentum quid significet.*

ADDIT. GLOS. I. & II.

NOta ex text. & Glos. 1. & 2. [quæ reprobat Alber. dicentem, vendita grege decem ovium, si una evincatur, deberi evictionem, si verò undecim, aut plus, una evicta non deberi evictionem, quia remanet grex] quod domo, nave, vel grege vendita, si pars evincatur, venditor de evictione tenetur; Adde *l. scapham.ff. de evict.* ubi gubernaculis evictis actio præstatur, quia navis partem continet, *& l. eum qui, §. si autem, ff. de usucap.* Pereir. *de empt. c.* 31. *n.* 52. 1

Si verò tabulæ, aut cæmenta evicta sint, de evi- 2
ctione actio non datur, quia domus pars non dicuntur ex *l. nave, ff. de evict*, quæ pugnare videtur *cum dict. §. sin autem*, ubi columna domus evicta, actio evictionis datur, & text. *hic*, de quorum jurium conciliatione, vide Glos. *verb. ex empto. in d. §. sin autem*, & Franc. Omnes Pancorbum *in suis observat. cap.*29. *col.* 10. *vers. secunda fuit Martini*, ubi dicit, quòd licet evicta navis tabula, aut domus cæmento, venditor evictionis nomine non obligetur, quasi parte navis, aut domus evicta; non tamen negatur, posse emptorem ad illud quod exolvit pro tabula, aut cæmento, consequendum ex empto agere, ne in damno maneat, pretio tabulæ cæmentorumve perdito: & sic intelligendi, sunt text. *in l. si prægnas, & l. vaccæ*, ubi *partum ancillæ, seu pecorum fœtus sive rei fructus evictos evictionis actionem non dari, quia ab ipsa possint reputari, & in dict. l. scapham, ff. de evict.* ut tradit Pereir. *num.*53. *ubi supra*, Guzm. *de evict.quæst.*45. *num.* 16. & sic est tenendum, licèt in grege vendita aliud velit Castill. *lib.*4. *cap.*42. *num.* 107. hujus legis immemor, quia licèt tabulæ, cæmentum, una ex ovibus, seu partus, partem non faciat, interest emptoris, quòd dictæ res non evincantur quod venditor debet præstare ex text. *hic.* Cæmentum quid significet, vide apud Pancorbum, *ubi supra, col.* 11. *vers. illud etiam*, ubi tradit, non esse fundamentum, quod impositæ fabricæ pondus sustinet, sed lapides rudes plerumque, & informes ad operum structuras, ex Budeo, *in l. sicuti, ff. si servit. vendicet.* quod multis scriptorum antiquorum auctoritatibus comprobat, & ex plurimis consultorum locis, & sic multas leges declarat. 3

LEX XXXVI.

SUMMARIUM.

1 *Venditor de evictione rei venditæ ex natura contractus tenetur.*

2 *Emptor tenetur usque ad publicationem testium litem venditori denuntiare.*

3 *Emptori*

3 *Emptori compromittenti litem motam, sive movendam, etsi in arbitrium, & ut de jure procedat super re vendita, non datur actio evictionis.* 4 *Nec si prorogavit jurisdictionem judicis incompetentis. Vel si detulit juramentum decisorium evincenti,* 6.

7 *Quid si ex forma statuti cogeretur ad compromittendum. Et an in actis de coactione debeat constare.*

8 *Sciens se ad aliquod faciendum posse compelli dicitur facere compulsus.*

9 *Quid si factum sit post tempus præfixum ab statuto.*

10 *Si judex coègerit partes ad compromittendum, non tenetur de evictione. Et an judex ad id possit partes compellere.*

11 *Venditor an debeat citari, quando arbiter eligitur.*

12 *Emptori probanti succubuisse, quia venditor non fecit ei bonum jus, evictionis actio datur.*

13 *Item si probet rem evictam per compromissum evincentis esse, vel si compromissum sit factum in ipsummet venditorem.* 14. *Vel si venditor promisisset evictionem quomodocunque, & qualitercunque res evincatur; quid operetur dicta clausula,* 15.

16 *Venditor, si promiserit indemnem servare ab omnibus conditionibus, an teneatur de evictione, utcunque sequatur evictio.*

ADDIT. GLOSSÆ.

1 NOta ex Gloss. 2. & text. quòd venditor ex natura contractus de evictione rei venditæ tenetur. Adde quæ latè diximus *suprà*, in Addit. Gloss. 1. *l.* 32.

2 Nota ex Gloss. 2. & text. quòd si emptor litem totam super re vendita non denuntiavit venditori usque ad publicationem testium, non potest agere de evictione; & vide Add. ad Gloss. 3. & 4. *d. l.* 32. *sup. à n.* 100.

3 AD Gloss. 3. Nota 1. ex *text. & gloss.* quòd si emptor compromisit litem motam, vel movendam super re empta in arbitrium, vel arbitros, & condemnatus fuit, non datur ei actiò evictionis contra venditorem. Adde Imol. *cons.* 82. Castrens. 309. *col. penult. vers. & ponderatis, lib.* 1. Roman. 92. *n.* 17. *lib.* 1. Burg. de Paz. *in c. ult. de empt. n.* 14. *vers. adde nunc.* Roman. *sing.* 468. Franc. Cremens. *singul.* 31. *tu scis, & sing.* 135. Gomez. 2. *tom. variar. c.* 2. *n.* 40. Covar. *lib.* 3. *var. c.* 17. *n.* 7. Caballin. *de evict.* §. 5. *n.* 15. Quesada *diverf. quæst. jur. c.* 11. *n.* 4. *vers. sextus.* Morl. *tit.* 9. *in præmiss. num.* 40. *vers. secundus casus est.* Surd. *cons.* 452. *n.* 29. Barz. *decis.* 27. *n.* 21. Gratian. 2. *tom. c.* 227. *n.* 1. Fontan. 2. *part. claus.* 5. *gloss.* 8. *part.* 14. *n.* 48. Molin. *disput.* 380. *vers. quintus, quando emptor.* Pereir. *de empt.* 31. *n.* 31. ubi declarat, Guzm. *de evict. q.* 41. *n.* 1.

4 Amplia 1. etsi compromittat in arbitrum, ut de jure procedat. Burg. *n.* 15. Cabal. *n.* 19. Gratian. *n.* 2. & Guzm. *n.* 2. *ubi supr.*

5 Amplia 2. si emptor in judicem non suum consensit, & ejus jurisdictionem prorogavit, ex Gloss. *hic* cui adde Gloss. *verbo feci, in d. l. si dictum.* §. *si compromisero*, quam commendat. Roman. *sing.* 12. Burg. *in dict. c. fin. num.* 15. Gomez. P. Molin. & Quesad. *ubi supr. vers. septimus*, Castill. *lib. lib.* 4. *c.* 42. *num.* 109. ubi alios adducit. Menoch. *cons.* 361. *n.* 2. *lib.* 4. ubi alios laudat Garcia. *d. c.* 227. *n.* 3. Caballin. *d.* §. 5. *n.* 12. ubi respondit ad objectionem, quam Socinus contra hanc ampliationem fecerat. Perez. *in l.* 2. *tit.* 7. *lib.* 5. *eod. col.* 2. *vers. item non tenetur.* Guzm. *n.* 15. *ubi supr.* & hæc est tenenda, licèt aliud velit Pereir. *c.* 31. *n.* 32.

Amplia 3. si emptor detulit juramentum evin- 6
centi in lite mora super re empta, quia tunc non agitur de evictione contra venditorem. Speculat. *de juram. colum.* §. 5. Bart. *in l. manifestæ, num.* 2. *& ibi*, Alexand. *n.* 4. *ff. de jure jurand.* Aretin. *in* §. *item. si quis postulante, instit. de actio. num.* 8. ubi Jas. *num.* 84. Cremens. *sing.* 15. *in fuis.* Burg. *col.* 8. *in princ.* Cæpol. *cautela antepen.* Caballin. *d.* §. 5. *n.* 20. Mier. *de Major.* 4. *p. q.* 22. *n.* 3. Surd. *decis.* 22. *n.* 1. Grat. *d. c.* 227. *n.* 39. ubi alios saudat, & si ipsi emptori deferatur, an teneatur jurare. Vide Add. ad Gloss. 4. *l.* 33. *n.* 2.

Limita 1. quando ex forma statuti emptor co- 7
geretur ad compromittendum, quia necessitate cogente compromisit, ex Gloss. *hic*, Adde Bart. & Bald. *in l. fin. C. de jud. nota.* 7. Lanfranc. *in c. quoniam contra, verb. recusationes, n.* 18. *de probat.* & probat. *ibi, text. in d.* §. *si compromisero, l. si dictum, ff. de arbitr.* à contrario sensu, ut ponderat, *ibi* Bald. *in* 2. *lect.* Caballin. *d.* 5. *n.* 17. Tusc. *lit. E. concl.* 352. *n.* 17. Guzm. *n.* 5. *ubi supr.*

Et opus est, ut constet in actis, quòd judice cogente fuit deventum ad tale compromissum, quasi actus dicatur sponte gestus, antequam quis compellatur, licèt ad illud posset compelli, ut in specie declarat Salicet. *in l. ult. n.* 4. *vers. hæc non displicent mihi, C. de judic.* & sequitur, *ibi*, Jas. *vers. & ex hoc infert, num.* 6. ubi dicit, multum notandum, & singulare, & idem Jas. *cons.* 12. *n.* 5. *vers. nec huic fundamento, lib.* 1. & pro hac doctrina aliam doctrinam tradit Gratian. *d. c.* 227. *n.* 2.

Sed hoc superfluum esse dixit Caballin. *d.* §. 5. *num.* 17. & magis tutam opinionem esse, quòd sufficiat fuisse factum compromissum vigore statuti, quamvis compulsio non interveniret, & in actis de ea non appareat, contra Salic. & alios testatur Gratian. *n.* 19. ex Bart. *in l. si quis major, n.* 2. *vers. secundo habes hic*, ubi alternativè requirit necessitatem, & formam statuti, vel præceptum judicis Aretin. *ibi, num.* 1. *in* 3. *notab.* idem multis similibus comprobans voluit Bald. *cons.* 351. Joan. & Federic. Fratres, *n.* 8. *in* 2. *dubit. lib.* 5. Joan. Crot. *in l. nemo potest, num.* 40. *ff. deleg.* 1. Joann. Hanib. *n.* 658. Jacob. de Sanct. Georg. *in* 4. *notab.* Rimin. *in* 3. *notab.* Curt. Sen. *col.* 3. Curt. Jun. *col.* 2. *in* 2. *requisito, vers. in judicando non est recedendum, n.* 8. *in d. l. si quis major.* Blanc. *de compromiss. q.* 1. *n.* 18. *vers. contrarium, quod compulsio, & versic. & ut dixi hæc opinio*, ubi de magis vera, & communi opinione testatur, † sciens se posse compelli ad aliquid 8
faciendum, dicitur illud facere compulsus, quamvis actum sponte faciat, *l. novissimè* 7. *ff. quod falso tuto. auct.* & *ibi*, Bald. *in princ.* multa similia adducit, quia paria sunt facere coactè, vel meru coactionis, & invitus dicitur solvere, qui solvit nulla coactione adhibita, si sciebat se posse cogi, Joan. Andr. *in c. bona fides, in princ. de reg. juris in* 6. Abb. *cons.* 60. *n.* 4. *lib.* 1. Dec. *l.* 3. *pro tenui facultate mea, col.* 3. *in princ. vers. & eadem in illa quæst.* post Bart. *in l. creditor, vers. tertio quæro, ff. de solut.* & alia tradit Gratian. *à n.* 12. *ubi sup.* † sed hoc restringe, nisi fa- 9
ctum esset post tempus à statuto præfixum. Alciat. *in l. si quis major, n.* 3. *C. de transact.*

Limita

10 Limita 2. quando judex cogeret partes ad compromittendum, cum videt causam non posse terminari, vel quia diu fuit litigatum; nam etiam hoc casu emptori dabitur evictionis actio, ex quo sumus in compromisso necessario, Gratian. *ubi sup. n. 5. & 6.* ubi rationem hujus limitationis reddit, Guzman. *num. 7.* & an judex possit compellere partes ad compromittendum, vel transigendum, & quando latissimè Mier. *de major. 4. p. quæst. 22. per*
11 *totam*, ubi multa cumulat. Cum arbiter eligitur, debet citari venditor, quia sua interest, ne sibi suspectus eligatur ex Glos. *hic*, cui Add. Burg. *d. cap. fin de empt. & vend. n. 14. vers. secundo intelligas*, ibi, *& isto casu.* Caball. *de evict. d. §. 5. n. 17. in fin.* Gratian. *2. tom. c. 227. n. 9.*

12 Limita 3. si emptor probat se ideo succubuisse, quia venditor non fecit ei bonum jus, ut cum Bald. *in l. libra, num. 30. C. de sentent. & interloc. omn. judic.* tradit Glos. *hoc vers. limita etiam*, cui Adde Caballin. *dict. §. 5. num. 18.* Guzman. *d. q. 41. num. 8.*

13 Limita 4. si probat rem, quæ per compromissum fuit evicta, fuisse evincentis, Bald. *in d. l. libera.* Cuman. *in l. Aresto, §. 1. ff. de donat. & in l. si domus, § si de evictione*, Christoph. Castell. *n. 14.* & alii, *ff. de legat. 1.* quos sequitur Surd. *decis. 22. num. 8.*

14 Limita 5. si fuit compromissum in ipsum venditorem, & ipse sententiam tulerit contra emptorem, quia cum facto venditoris rem perdiderit, poterit emptor agere de evictione, *l. 2. C. de assertio. tollenda.* Specular. *tit. de arbitrar. §. restat. vers. sed pone.* Roman. *sing. 463. emptor.* Crescens. *singul. 31. tu scis.* Alexand. *cons. 4. lib. 3.* Caballin. *dict. §. 5. num. 16.* Burg. *in d. cap. ult. de empt. & vendit. n. 14. veis. addo nunc istis casibus.* Guzm. *n. 4. ubi supr.* Gregor. Lopez. *in glos. 7. l. 24. tit. 4. part. 3.* ubi dubitat, an valeat hoc compromissum, & si valet emptori actionem evictionis dari ex Alber. tradit, sed vide *ibi* Addit.

15 Limita 6. si venditor promisit evictionem quomodocumque, qualitercumque, & quomodolibet res evincatur; nam tunc tenetur venditor de evictione, etsi per compromissum res evincatur. Glos. *hic in vers. limita etiam.* Adde Burg. *in d. cap. ult. num. 14. vers. item & limita 3.* Covar. *lib. 3. variar. cap. 17. num. 7.* Tiraquell. *de retract. lignag. ad fin. num. 98.* Caballin. *de evict. §. 3. num. 168.* ubi alios laudat, ubi ex hac clausula etiam non teneri, etsi lis non fuerit denuntiata, dicit: & latè agunt de vi hujus clausulæ Seraph. *de privileg. jurament. privil. 108. num. 19.* Cæpol. *cautel. 132.* Cacher. *decis. 48. num. 8.* Surd. *442. num. 11. & 12.* Gratian. *d. cap. 227. num. 7.* ubi alios allegat. Cæsar. Barz. *decis. 27. num. 22.* Hieron. Laurent. *decis. Avenion. 133. num. 9.* ubi dicit, quod quando repetuntur hujusmodi clausulæ, includuntur casus etiam majores expressis. Sesse *decis. 14. num. 4. 5. & 6.* Mascard. *de probat. conclus. 616. n. 38.* Molin. *disp. 384. vers. in seq. eventib.* Alex. Raudensis *decis. 10. Pisan. 22. num. 57.* Carroc. *de remediis adversus sententias prajud. except. 70. n. 75.* ubi per hæc verba venditorem teneri de casu futuro etiam inopinato dicit, & alios adducit. Tusc. *ver. evic. concl. 352. n. 18.* Guz. *de evic. q. 5. n. 96.* Mier. *de major. q. 1. p. 1. n. 113.* ubi ait, ob dictam clausulam venire quamcumque evictionem, quæ alias ex natura contractus non comprehendereretur, & verba universalia copulare majora expressis, & plures cumulat, & hanc clausulam etiam ad alios casus, in quibus venditor non tenetur de evictione, extendunt DD. *suprà* citati. De cujus intelligentia, & extensione videndus est Covarr. *in dict. numer. 7.* quem sequuntur Sesse, *in d. num. 6.* cum aliis, & Gratian. *n. 43. & 44. ubi sup.* & alios laudat, vide Add. ad Glos. *fin. l. 37. infra.*

Quod si promisit indemnem emptorem præstare, 16
& conservare ab omnibus conditionibus. Vide Caballin. *dict. §. 1. n. 44. in addit. litt. D. fol. mihi 309.* ubi cum Abbate, Paris. Grato, Natta, & aliis dicit propter talem promissionem venditorem teneri de evictione, quomodocumque res evincatur. Cacheran. *dec. 48. in fin.* ubi idem dicit, & plures laudat. Et de indemnitate promissa fidejussori, vide Gratian. *3. tom. cap. 549. à num. 1.*

SUMMARIUM.

1 *Emptor si sua culpa cadat à possessione, & est factus petitor, non potest agere de evictione. Sed quid si sine culpa sua cecidit, n. 2.*
3 *Si habuit rem pro derelicto non potest agere de evictione.*
4 *Emptori, si servam prostituerit, & ob id libertatem consequuta fuerit, evictio non competit.*
5 *Ancilla, si fuerit prostituta, statim libertatem consequitur.*

ADDIT. GLOSS. IV. & V.

AD Glos. 4. Nota 1. quòd si emptor sua culpa 1
amittit possessionem, & de possessore est factus petitor, non potest agere de evictione contra venditorem, si ex amissione possessionis inferatur, quòd perdere debeat jus agendi super proprietate. Adde Jas. *in l. si domus, §. de evictione, n. 13. & 14. ff. de legat. 1.* ubi hoc intelligit, quando expulsio non fuit per sententiam judicis, & ampliat, etsi emptor egerit interdicto non de vi, & succuerit per sententiam, quia in illo interdicto non habet causam ab actore suo. Pat. Molin. *disp. 380. vers. octavus, quando emptor.* Caballin. *de evictione. §. 5. num. 50.* ubi alios adducit. Surd. *consil. 359. num. 23. & decis. 22. num. 1.* Pereir. *de empt. cap. 31. num. 30.* Muta *decis. 34. num. 28. & 29.* Quesad. *q. 10. num. 4. vers. quartus.* Guzm. *q. 51. num. 1.* Gomez. *2. tom. var. cap. 2. num. 39. vers. quarto intellige, & vers. item adde.* ubi non posse agere de evictione emptorem, & qui à possessione sine sua culpa cecidit, nisi petat rem mediante rei vendicatione, & publicatione, & victus sit in utroque remedio, & reus ab eo conventus probaverit rem esse suam, & ex hoc fuerit absolutus, & denuntiaverit venditori litem, quam novit. Tusch. *verb. evict. conclus. 351. n. 6.* Contrarium tradimus *in gloss. 1. leg. 32. num....*

Pro conciliatione harum opinionum distingue, 2
aut emptor convenitur judicio possessorio ex proprio facto, & procedere *supra* tradita, aut ex facto auctoris, & locus est evictioni. De quo *supra d. glos. 2. 32.* ut ex Bald. *in l. emptor. num. 9. glos. de evict.* tradit Grivel. *decis. Dolan. 117. numer. 5.* qui *in num. 4.* testatur ex usu forensi in praxi receptum esse, ut etiam lite super sola possessione rei mota admittatur actoris laudatio seu denuntiatio, adversus quem agitur de evictione, si intra annum, & diem à tempore traditionis factæ emptor conveniatur.

Nota 2. ex text. si emptor rem emptam pro de- 3
relicto

relicto habuerit, de evictione agere non poſſe. Adde *leg. ultim. ff. de evictio.* Caballin. *dicto §. 5. num. 74.*

4 AD Gloſ. 5. Nota, quòd ſi emptor ſervam proſtituerit, ex hoc libertatem conſequatur, non agit de evictione. Quoties enim emptor propter factum ſuum rem deſinit habere, evictioni non eſt locus, *l. ſi mancipium, l. ſi ſervum, l. hoc jure, & ſeq. ff. de evict.* Caballin. *de evict. §. 5. n. 42.* ubi alios laudat. Surd. *conſ. 539. n. 23.*

5 Et quòd ſtatim ſervus ad libertatem eripiatur, probat etiam *l. 4. tit. 22. part. 4. in l. 2. tit. 22. p. 7.* ubi vide Addit. ad Gloſ. *2. in fin. . l. 47. hac part.* Pichard. *in §. ſed & major. 2. n. 4. & 8. inſtit. de iis, qui ſunt ſui,* Baëzam. *de inop. deb. c. 14. n. 15.* vide Addit. ad Gloſ. *6. d. l. 2.*

SUMMARIUM.

1 *Emptor, ſi fuit contumax tempore ſententiæ, non poteſt de evictione agere.*
Præſumitur enim lata ob contumaciam, & non ob malam cauſam, n. 2.
Item etſi denuntiaverit litem venditori, & non venditor comparuerit, & ob contumaciam lata fuerit ſententia, & n. 3.
4 *Secus ſi venditor expreſsè litis defenſionem ſuſcipere promiſerit.*
5 *Alia limitatio remiſſivè.*
6 *Item quando vendicans rem habuit cauſam à venditore, vel emptor omni cauſæ præſens fuit, & fecit quod debuit, n. 7.*
Vel conſtat juſtè ſententiam fuiſſe latam ex legitimis probationibus, n. 8.
Vel fuit abſens ex juſta cauſa. De aliis effectibus abſentiæ, remiſſivè. n. 9.
10 *Venditor non poteſt appellare à ſententia lata contra emptorem contumacem, ſecus ſi venditor promiſerit expreſsè de evictione.*
11 *Emptor contumax appellans non auditur, quando fuit verè contumax. Verus contumax quis dicatur, n. 12.*

ADDIT. GLOSS. VI.

1 EX Gloſ. & text. *hic.* Nota 1. quòd, ſi emptor fuit contumax tempore ſententiæ, non poteſt agere de evictione. Adde Ant. Burg. *in cap. fin. de empt. num. 14.* Covarr. *lib. 3. var. cap. 17. num. 9.* Perez. *in lib. 1. tit. 7. lib. 5. ordin. col. 194. verſic. item etiam venditor non tenetur.* Surd. *deciſ. 22. num. 1.* Sempr. Aſci. *deciſ. 68. num. 7.* Gutier. *de juram. 2. part. cap. 61. num. 13.* Caballin. *§. 5. n. 5.* Capic. *deciſ. 106. num. 4.* Morl. *tit. 9. in proœm. num. 40. verſ. ſeptimus, & ultimus caſus,* qui alios plures ex antiquioribus laudant. Tuſch. *concl. 367. n. 1.* cum aliis, *lit. E.* Guzm. *de evict. q. 39. n. 17.*

2 Nota ſecundò, ex gloſ. quòd ſententia lata contra contumacem in dubio præſumitur lata propter contumaciam, & non ob malam cauſam, & defectum juris. Addit. *ſupra citatos,* & Bart. *in l. Papinianus, §. meminiſſe, n. 3. ff. de inoffic. teſtam. & in l. ſi ideo 55. ff. de evict.* ubi hanc mirabilium præſumptionem appellant Angel. & Salycet. *2. notab.* & idem Bart. *in l. 2. n. 4. C. quibus rei judic. non nocet.* Alexand. *in l. ſæpè, num. 78. ff. de re judic. & conſil. 4. col. 1. lib. 3.* Felin. *in cap. litteris, num. 18. de conſtit. in cap. cum Bertholdus, num. 20. in cap. ſicut, n. 14. de re judicat. & in cap. fraternitatis, col. 2. de hæret.* Alciat. *præſumpt. 22. regul. 3.* Rubeus *in l. non ſolum, §. morte. num. 469. ff. de nov. oper.* Rebuff. *3. tom. tit. de dilation. art. 5. gloſ. unic. num. 18.* Cremenſ. *ſing. 88.* Tiraquell. *in tract. quod ceſſant. cauſ. part. 1. num. 63. & de nobilit. c. 37. num. 12.* Anton. Gabr. *in ſuis concluſ. lib. 2. tit. de ſentent. concluſ. 3. num. 1.* Roland. *conſ. 31. num. 13. lib. 1.* Menoch. *lib. 2. præſumpt. 70. num. 1. & 2.* ubi plures laudat: & hanc præſumptionem magni effectus, & utilitatis eſſe dicit Semprom. Aſci. *num. 8.* Guzman. *num. 18. ubi ſuprà.*

Amplia 1. etſi venditor fuerit citatus, & emptor ei litem denuntiaverit, & comparuerit, ut Bald. *in l. 2. C. de peric & commod. rei vendit* pro ſingulari notat Cremenſ. *d. ſingul. 89.* & hanc ampliationem contra Joan. Ann. & Ludov. Bologn. *conſil. 38.* cum aliis, noviſſimè ſequitur Sempron. Aſci. *termin. 68. num. 9.* ubi dicit, quod quamvis ſit ipſe venditor contumax in defendendo, quòd præponderat culpa emptoris, & ideo non habet regreſſum de evictione. 3

Limita 1. hanc ampliationem, niſi venditor expreſsè promiſerit defenſionem litis in ſe ſuſcipere, ut diximus in Addit. Gloſ. *2. l. 33. num. 1. ſuprà hoc tit.* 4

Limita 2. in caſu, de quo in Addit. Gloſ. *3. n. 17. ſuper hac lege.* 5

Limita 3. quando, qui rem vendicavit, cauſam à venditore habuit; nam tunc venditor non poteſt culpam objicere emptori, ex eo quòd cauſam non defendit, ut ſi duobus eandem rem vendit. Gloſ. *verb. recipere, in l. quoties, C. de rei vendit.* & ibi Jaſ. *num. 68.* ubi primam ſolutionem gloſſæ ſequitur. 6

Nunc ex Gloſ. *hic,* Limita 1. principalem concluſionem, quando emptor omni cauſæ præſens fuit, & fecit quod debuit; nam tunc qui in actu ſententiæ non interfuerit, poterit agere de evictione contra venditorem. Adde Salyc. *in l. 1. q. ultim. C. de peric. & commod. rei vend. & in l. emptor. n. 7. C. de evict.* Dec. *conſ. 74. n. 3.* Felin. *in d. cap. Bertholdus, n. 13. de re judic.* Gabr. *concluſ. 3. p. 4.* Rubeum, *n. 469.* Covar. *n. 9.* Caballin. *n. 5. verſ. ſed ſi.* Menoch. *n. 18.* Guzm. *n. 19. ubi ſupr.* 7

Limita 2. *ex verſ. nota etiam,* quando probationes ſunt liquidæ, & ex earum inſpectione poteſt apparere, quòd abſens contumaciter juſtè ſuccubuit. Quia tunc non præſumitur, quòd emptor propter contumaciam fuit condemnatus, & poterit agere de evictione. Adde Abb. *in cap. penult. num. 7. de re judic.* Alexand. *in l. ſæpè, num. 79. ff. de re judic.* Felin. *num. 24.* Gabr. *num. 2. ubi ſupr.* Tiraquell. *d. p. 1. num. 66.* Zaſi. *conſ. 10. lib. 1.* Caball. *§. 3. num. 77. & §. 5. à num. 5. verſ. ſed ſi totam,* Menoch. *num. 15.* ubi proximè, ubi dicit, quòd tunc dicetur de probationibus conſtare, quando illæ ſunt omninò datæ, & manifeſtæ, ex Roman. *conſil. 329. n. 10. verſ. nec refragatur.* Avend. *deciſ. 1. & 2. decreto, n. 4.* 8

Limita 3. *ex verſ. & ibi etiam idem,* quando emptor fuit abſens ex juſta cauſa; nam tunc ſententia ei non nocet, & non amittet jus evictionis. Adde Abb. *num. 12.* Felin. *num. 24. verſ. limita. 3.* Alexand. *num. 7.* Gabr. *num. 3.* Caballin. *numer. 5. in fin.* Menoch. *numer. 17.* & Guzm. *ubi ſupr.* Alios effectus hujus præſumptionis, & alias declarationes vide Menoch. *in dict. præſumpt. 70. à num. 3.* & Addit. *ad l. 12. tit. 5. l. 10. 11. tit. 13. l. 11. tit. 23. part. 3.* 9

Nota 3. ex Gloſſ. quòd venditor non poteſt 10

appellare

appellare à sententia lata contra emptorem ob ejus contumaciam, quia ei non interest. Adde Scacciam, *de appellat. quæst. 5. num. 95.* ubi tradit, quòd non solent audiri appellantes, nisi quorum interest; ex *l. 1. ff. de appellat. recip. vel non*, & notant Abb. *in cap. dilectis, not. 4. num. 6.* Franch. *not. 5. num. 5. de appellat.*

Limita ex Glos. si venditor teneretur de evictione ex promissione expressa etiam in casu contumaciæ; tunc enim cessat exceptio quòd ei non interest, & vide Addit.

Et nota extra Glos. quod ipse emptor contumax non auditur appellans, quando fuit verus contumax, *l. ex consensu, §. fin. ff. de appellation.* ibique Bart. *l. properandum, §. sin autem reus, C. de judic. l. & post edictum, §. sciendum, ff. de judic.* ubi Bald. dicit, quod si appellatio admittatur, erit nulla, & Castrens. ibi dicit, quòd, si admissa fuerit appellatio, & coram judice appellationis appareat, quòd propter veram contumaciam sententia fuit lata, debet declarare appellationem non tenere, & causam remittere ad primum judicem à quo. Camill. Borel. *in sum. tom. 2. tit. 33. de appellat. num. 367. 25. auctores refert.* Speculat. *tit. de appell. §. in quibus, n. 1. lib. 1.* Scacciam, *de appellat. quæst. 17. limit. 3. num. 1.* cum aliis, qui, *in num. 3.* tradit, quòd verus contumax dicitur, qui fuit citatus personaliter, & peremptorie; vide Azeved. *in l. 4. tit. 18. lib. 4. recop. n. 23.* ubi tradit, qualis debeat esse citatio, ut dicatur verus contumax, & Camill. Borell. *à num. 368. usque ad 374.* qui perplures auctores refert, & vide Addit. *part. 3.* ubi latè egimus.

SUMMARIUM.

1 *Emptor, qui neglexit usucapere, non potest de evictione agere, nisi dicta exceptione non posit se tueri; & in præscriptionibus statur in foro contentioso juri canonico.*

2 *Emptor excluditur ab evictione, si circa defensionem sibi culpa imputari potest, nisi evictio expressè sit promissa, etsi culpa emptoris sequeretur. num. 3.*

4 *Emptori, si non excepit de melioramentis, in venditorem non datur actio, si rem possidebat, & num. 5.*

6 *Emptor recuperat expensas tam ab ipso factas, quam à suo auctore, & ei retentio datur.*

7 *Emptor, si res evincatur ratione hypothecæ, liberatur præstando æstimationem, quam res habet, deductis melioramentis. Augmentum ratione temporis cedit commodo creditoris, & de aliis quæstionibus, remissivè.*

ADDIT. GLOSS. VII.

1 AD Glos. 7. Nota 1. ex text. & glos. quòd, si cum emptor usucapere, vel præscribere rem emptam potuit, neglexit, de evictione agere non potest. Adde *l. si dictum 56. §. si cum posset*, ubi gl. *fin. ff. de evict.* Gomez. *2. tom. variar. cap. 2. num. 13. vers. 9. casus.* Quesad. *qq. jur. q. 11. vers. secundus, n. 2.* Vivi. *decis. 155. n. 10.* Surd. *cons. 359. num. 23.* Pereir. *de empt. cap. 31. n. 30.* Morl. *in empor. 1. p. tit. 9. in præmiss. num. 40. vers. 2. casus est.* Roland. *cons. 67. num. 3. & 4. lib. 4.* ubi cum Bald. *in l. si rem, §. si dupla, ff. de evict.* tradit, quòd, sua culpa factus est, de possessore petitor, & de victore victus, de evictione agere non potest; & idem esse, si tantum tempus fuit in possessione rei emptæ, quod erat sufficiens ad præscribendum, si de præscriptione non opposuit. Caballin. *de evict. §. 5. n. 47.* ubi idem tradit, si opposuit, & reddidit rationem, nam si non fuit admissa, passus est injuriam à judice, de qua venditor non tenetur. Bertaz. *cons. 106. n. 18. & 19.* ubi ait, emptorem amittere actionem de evictione, si noluerit usucapere, cum potuerit, vel noluerit perficere contractum, vel adipisci possessionem rerum venditarum. Rebuff. *de dilator. art. 5 glos. unic. n. 17.* Gratian. *2. tom. c. 363. n. 2.* qui alios allegant. P. Molin. *disput. 180. vers. septimus*, Guzm. *de evict. q. 44. à num. 1.* Si vero dicta exceptione se tueri non possit, ei datur evictio, etiam si post longum tempus sit evicta. Cardos. *prax. jud. verb. emptio n. 27.* & circa præscriptionem ad dispositum à jure canonico erit etiam in contentioso standum, ut diximus *in Addit. ad glos. l. tit. part. 3.*

† Et etiam excluditur emptor ab evictione, quo- 2
ties circa defensionem potest ei culpa imputari, *l. quod si nolit, §. si mancipium, in vers. adhibueris, ff. de ædilit. evict.* Dec. *cons. 74. col. 3. & vers. & facit ad prædicta*, Tiraq. *de retract. lign. in 3m. n. 48.* Gram. *consil. evict. 22. num. 5.* Quesad. & Surd. *ubi suprà*, idem Surd. *decis. 75. n. 6.* Vivi. *decis. 155. num. 10.* Muta *decis. 59. num. 18. & 19. & decis. 75. num. 6.*

Limita hanc doctrinam, quando evictio pecu- 3
liariter fuit promissa, etiam si culpa emptoris res non esset evicta; nam tunc post standum est, & emptor ab evictione propter culpam suam non poterit excludi. Specul. *tit. de empt. §. sciendum, n. 47.* Alexand. *cons. 67. in fin. lib. 1.* Dec. *106. num. 16.* Surd. *441. n. 36. lib. 3.* Maresc. *lib. 2. var. c. 19. n. 36. & 40.* ubi rationem esse dicit; quia culpa futura remitti potest, licèt non, dolus. Roland. *cons. 67. à num. 5. lib. 4.* ubi sufficere inquit, quòd evictio promittatur, quomodocumque contigerit.

Nota 2. ex Glos. quòd si emptor contra rem 4
vendicantem non excepit de melioramentis à se factis, contra venditorem pro eis non datur ipsi actio, si res evincatur. Vide Addit. Glos. *6. l. 32. à num. 61. supr.* Pinell. *in l. 2. part. 2. à num. 3. C. de rescind. vend.* Caballin. *d. §. 3. num. 169.* ubi dicit, quòd hujusmodi melioramenta jure exceptionis à vendicante consequi debet, aliàs à venditore illa repetere non posse, & alios allegat. Trentacinq. *var. tit. de interesse, resol. 1. n. 88. c. 17. n. 9.* Guttierr. *lib. 3. q. 68. n. 15.* ubi adducit Franch. *decis. 552.* Valasc. *de jure emphyt. q. 25. num. 25. vers. quid autem*, ubi pro hac doctrina allegat Glos. *in l. si controversia, C. de evict.* quam ubique laudatam esse dicit, & nuper in Senatu Lusitano tunc fuisse judicatum testatur, & alias auctoritates in comprobationem citat Castill. *in l. 70. Taur. verb. las costas, n. 4.* Mieres *de major. 4. p. q. 32. n. 8.* ubi singularem, & peregrinum dicit text. *in dict. l. idque Iulianus, §. illud expeditus videbatur*, hic à Glos. allegatum. Guzm. *q. 13. n. 73. & 20. à n. 1. & 2. 95. num. 5.*

Intellige hanc doctrinam, quando emptor, à 5
quo res fuit evicta, rem melioratam possidebat, & culpa sua ceciderat à possessione, secus vero si non possidebat, nec culpa sua à possessione ceciderat; nam tunc, quia non potuit de melioramentis excipere, ad id, quod interest, adversus venditorem agere potest. Garcia *de expens. cap. 7. num. 13.* vide Addit. ad Glos. *6. l. 32.* & Caballin. *ubi sup.* & Addit. Glos. *3. l. 15. tit. 13. hac part.* Grad. Falc. *reg. 282. n. 2.* Guzm. *q. 20. num. 3.*

Et emptor non solum pro expensis à se factis 6
contra verum Dominum rem vendicantem poterit

retentione uti; sed etiam pro factis à venditore, à quo causam habet, vel ab alio. Nec ei obstabit exceptio, quòd ipse expensas non fecerit, quia verus dominus non aliter, quàm si expensas solverit, rem vendicare poterit, ut tradit Garcia *ubi sup.* de quo vide Addit. ad d. Glos. 3. *l.* 15. † Si res
7 evincatur ratione hypothecæ, & eam melioravit emptor, liberatur præstando æstimationem, quam res habet, deductis meliorationibus. Bart. & Alex. *in l. si fundus*, §. *in vendicatione*, *ff. de pignor.* & idem Bart. & Bald. *in l. 2. Cod. de præd. & omn. reb. alien. lib.* 11. & alios refert Caballin. *d.* §. 3. *n.* 151. Marot. *de jur. offerend. num.* 7. & 8. Negusant. *de pignor.* 5. *par.* 4. *membr. n.* 21. Franch. *decis.* 38. *num.* 1. & 5. Covarr. *lib.* 1. *var. c.* 8. *num.* 3. Magon. *decis. Flor.* 51. Ursil. *ad Afflict. decis.* 88. *n.* 5. Ricc. *decis. Cur. Archiep. Neapol.* 263. *n.* 3. ubi augmentum ratione temporis commodo creditoris tradit. Guzm. *num.* 8. *ubi supr.*

SUMMARIUM.

1 *Emptor de evictione non potest agere, si victus intra tempus à sententia non appellavit, etsi venditor esset præsens, & causa bona.*

Et quid in dubia; vel si esset absens si de justitia sententiæ appareat.

Si appellavit, an teneatur appellationem prosequi, & an sufficiat denuntiare venditori esse interpositam, n. 2. *usque ad* 8.

9 *Venditor à sententia contra emptorem lata potest appellare, etsi emptor statuto prohibente non posset appellare; & quid si esset transacta in rem judicatum, n.* 10. *usque ad* 16.

17 *Venditor, si sit minor, restituitur ad appellandum, si emptor abstiterit.*

18 *Item quando per collusionem fuit sententia data.*

20 *Evincens cui debeat notificare, quòd meliorationem appellationis offerat.*

ADDIT. GLOSS. VIII.

1 AD Glos. 8. Nota 1. emptorem de evictione agere non posse, si victus à sententia contra eum lata non appellavit. Adde Bart. *in l. si pro tutorem*, §. *si ignorantes*, *in fin.* & *ibi* Salyc. *ff. mandati.* Dec. *consil.* 74. *n.* 3. Ferrar. *in prax. Papiens. in forma libelli in causa venditionis, gloss. verb. promittens de evict. num.* 8. Covarr. *lib.* 3. *var. cap.* 17. *n.* 9. Gomez. 2. *tom. var. c.* 2. *num.* 39. *vers.* 2. *casus.* Pinel. *in l.* 1. C. *de bon. mater.* 3. *p. num.* 50. *limit.* 3. ubi hanc sequitur cum distinctione tradita à Gomez. de qua *in num.* 12. Caballin. *de evict.* §. 1. *num.* 10. Perer. *de empt. & vend. c.* 31. *n.* 26. Barbos. *in l. venditor, num.* 4. *ff. de judic.* Cancer. *var.* 1. *p. cap.* 13. *de empt. & vend. n.* 69. Caval. *decis.* 8. *n.* 7. *lib.* 4. Moëd. *in empor. jur. tit.* 9. *n.* 40. *in princ.* Fachin. *lib.* 2. *controv. juris, cap.* 40. Tusch. *litt. E. concl.* 367. *num.* 23. Guzm. *de evict.* 4. 17. *n.* 16.

2 Amplia ex Glos. etiam si venditor sit præsens, & bona causa, teneri eum appellare. Add. Gomez. *v. item adde.* Caballin. *n.* 145. ubi dicit, quòd tenetur appellare, & appellationem prosequi. Fachin. *vers.* 1. *concluf.* ubi hanc doctrinam comprobat, ex text. *in l. si bona, C. de admin. tutor. & in d.* §. *si ignorantes.* Nam si bonam causam habet, sententia est injusta, & emptori nocet. De quo vide Glos. ult. *hic*, & *ibi* Addita.

Nota 2. ex Glos. quòd, si causa erat mala, vel dubitabatur, & venditor erat præsens, hoc est si liti assistebat, emptor non tenetur appellare. Adde Apostill. *ad Specul. in tit. de appellat.* §. 1. *in princip. n.* 8. *vers. sed nunquid.* Natt. *cons.* 208. *n.* 2. *lib.* 1. Gomez. *ubi sup.* ubi dicit communem. Perer. *de empt. c.* 31. *n.* 27. Scacc. *de appellat. q.* 5. *n.* 15. *vers. subdeclara* 3. Fachin. *vers. tertio concluf.* Caball. Guzm. *n.* 20. *ubi supra.*

Nota 3. ex Glossa, quòd si venditor est absens, 3
& sententia est justa, & apparet ex actis ejus justitia, emptor non tenetur appellare. Adde Nat. *n.* 1. Anton. Gomez. 39. *vers. si vero emptor, ubi supr.* ubi reddit rationem, quia si hoc casu ante sententiam potuit rem restituere, ut diximus in additione Glos. 4. *l.* 32. *à num.* 77. *hoc tit.* ergo poterit non appellare. Ruin *cons.* 84. *n.* 2. *vers. sed præmissis, lib.* 1. Scacc. *ubi sup. num.* 14. Azeved. *in l.* 1. *tit.* 17. *lib.* 4. *recop. num.* 33.

Amplia ex Glos. in casu dubij, an sententia sit 4
justa, vel injusta, quòd emptor non tenetur appellare, quia præsumitur pro sententia. Adde Bald. & Salycet. *d.* §. *si ignorantes.* Capic. *decis.* 106. *n.* 4. Ruin & Scacc. *num.* 14. Gomez. Fachin. *vers.* 4. *concluf. ubi supra.* tenebitur tamen auctori suo denuntiare intra opportunum tempus, ut appellet, ex text. *in l. Herennius* 63. §. *Gaja.* Scacc. & *ibi*, Addit. ad Glos. *verb. venditore, & in d.* §. *si ignorantes, in fin.* & *ibi* DD. Cancer. *variar. resol.* 2. *p. cap.* 13. *de empt. num.* 68. Guzm. *num.* 4. *ubi sup.* Sed in his etiam casibus admonet Covarr. *lib.* 3. *variar. cap.* 17. *num.* 9. quòd emptor appellet, & sic debere fieri censet; & eum sequitur Caball. *de evict.* §. 5. *n.* 41. Marta. *voto* 65. *n.* 7. Tusch. *lit. E. concluf.* 367. *num.* 24. ubi dicit, quòd semper emptor tenetur appellare; nam aliàs venditor poterit allegare injustam esse sententiam, & ei non nocere, sed emptori, ex traditis in Glos. *fin. infra.* & appellando dictum jus ei adimitur, ut inquit Perer. *d. c.* 31. *n.* 28. ubi de jure Lusitano emptorem semper appellare debere tradit, & juri communi consonum esse probare vult. Et ante eum de jure Lusitano idem docuit Pinel. *in d. l.* 1. *C. de bon. mater.* 3. *p. n.* 50. *limit.* 3. *in fin.* Declara, *ut infrà.*

Nota 4. ex Glos. quòd, si sententia sit injusta, emptor tenetur appellare. Adde *supra* additos Caball. *d. n.* 41. & amplia ex Covarr. *d. c.* 17. *n.* 9. *in fin.* etsi venditor sit præsens. 5

Nota 5. ex Glos. quòd si emptor appellavit à 6
sententia contra eum lata, etiam in casibus, in quibus non tenebatur appellare, tenetur appellationem prosequi. Adde Natta, Scacc. *num.* 15. *in fin.* Gomez. & Fachin. *vers. fin. ubi supra.* Caballin. in *dict. tract. de evict.* §. 3. *num.* 10. ubi alios laudat. Marcell. Calla, *de modo artic. in glos. unic.* §. 2. *num.* 612. Tusch. *litt. E. concluf.* 638. *num.* 23. ubi cautè agere emptorem, qui in casibus, in quibus non tenetur appellare, si non appellat, ait. Natta, *ubi supra*, quem refert, & sequitur Scacc. *in dicto num.* 15. *versic. amplia*, quia appellando declarat, suo judicio sententiam esse injustam. Et adeo tenetur appellationem prosequi, quòd, si eam non prosequatur, vel renuntiat, non possit agere de evictione; ut ex Ruin. tradit. Scacciam, *ubi proximè*, & Caballin. *d.* §. 3. *num.* 145.

Limita, quando causa est injusta, & emptor 7
denuntiavit venditori, vel auctori, appellationem esse interpositam; ut cum Bart. & Bald. *in d. l. Herennius* 63. §. *Caja, ff. de evict.* Alexand. *consil.* 63. *num.* 10. *lib.* 6. Dec. 74. *in princ.* Regens. *q.* 36. *lib.* 1. tradit Tusc. *lit. E. concl.* 352. *n.* 14. & *concl.* 367. *n.* 24.

Gomez,

Gomez. *d. verſ. vero emptor.* ubi hanc limitationem tenet, & quando cauſa eſt bona, & juſta, vel ſumus in dubio, ſi emptor venditori appellationem denuntiavit ut eam proſequatur; & quando habet malam, vel injuſtam cauſam, licèt appellet, quod non tenetur proſequi appellationem; & ſecundum hanc diſtinctionem legem intelligendam eſſe dicit; & eum ſequitur Pinel. *verſ. ſic videtur, ubi ſupr.* & non obſtat ratio *ſupra* tradita, quia ad appellandum emptor non ſolùm ex ea movetur, ſed ut venditor ſi velit, poſſit appellationem proſequi, & in illa inſtantia inſtrumenta, &
8 novos teſtes producere. Debet autem emptor legitimè appellare, & intra tempora ad appellandum neceſſa, aliàs appellatio eſt nulla, & non relevat; ut cum Abbat. *conſ.* 45. *n.* 2. *verſ. poſtremo obſtat*, tradit Tuſc. *lit. E. concl.* 367. *n.* 25. & venditori appellationem denuntiare, ut in ſecunda inſtantia veniat ad defenſionem cauſæ; ex text. *in d. §. Caja*, Bart. & Bald. *ibi*, tradit Caballin. *de evict. §.* 3. *n.* 9. Marta, *voto* 65. *n.* 7.

9 Venditor quoque ratione promiſſæ evictionis, propter quam ad eum defenſio ſpectat [ut diximus in Addit. Glos. 3. *l.* 33. *à num.* 1. *ſup. hoc tit.*] poteſt appellare a ſententia contra emptorem lata, *l. ab executore, §. alie condemnato*, ibi: *alio condemnato is, cui intereſt, poteſt appellare*, *ff. de appellat. l.* 1. *ff. de appellat. recip.* Corneus. *conſ.* 25. *ſub n.* 1. *vol.* 3. Burſat. 361. *n.* 31. Surd. *conſ.* 271. *n.* 21. Urſil. *in add. ad Afflict. deciſ.* 15. *n.* 4. Scacc. *de appellat. q.* 5. *n.* 33. cum aliis, ubi latiſſimè, & Muta, *deciſ.* 59. *num.* 27. Et idem eſt in alio tertio ad judicium pro ſuo intereſſe veniente, *ex l. ſi parentes, Cod. de evict. d. §. alio, l. à ſententia. ff. de appellat. cap. ſuper eo, de offic. de leg.* & notant DD. *in l. à Divo Pio, §. ſuper rebus, ff. de re judic. & in cap. venient, l.* 2. *de teſtibus*, Scacc. *de appellat. q.* 5. *n.* 71. *&* 72. cum aliis, & *q.* 17. *limit.* 6. *membr.* 4. *n.* 41. *&* 42. cum aliis. Guzm. *de evict. q.* 12. *n.* 22.

10 Amplia 1. quamvis non appellante emptore ſententia in rem judicatam tranſierit, venditorem appellare poſſe. Cephal. *conſ.* 106. *num.* 4. cum aliis, ubi ex profeſſo hanc opinionem examinat, & eam ſequitur, & contrariis ſatisfacit. Cæſar. Urſil. *in addit. ad afflict. deciſ.* 15. *à num.* 3. Scac. *d. n.* 71. *& d. memb.* 3. *à num.* 45. *&* 46. Reginald. *de appellat. §.* 2. *c.* 1. *num.* 49. Muta *d. num.* 27. ubi huic opinioni ſubſcribunt, & Fachin. *lib.* 11. *controv. juris, cap.* 5. ubi duas opiniones contra refert, & hanc ſequitur. Guzm. *num.* 26. *ubi ſupr.*

11 Amplia 2. etſi emptor condemnatus non poſſet appellare, ſtatuto ſic prohibente. Felin. *in cap. quæliter, & quando l.* 3. *num.* 13. *de accuſatio.* Jaſ. *d. §. ſi ſuper rebus, num.* 13. Scac. *d. membro* 4. *n.* 42. *verſ. idem eſt*, ubi alios refert, & *d. n.* 71. Surd. *conſ.* 271. *num.* 22. Tiraquell. *in tract. res inter alios acta. limit.* 1. *declarat.* 3. *in fin.* Giurb. *d. deciſ.* 8. *num.* 6. ubi alios adducit pro hac parte, licèt ipſe eam non ſe-
12 quatur. Muta *d. n.* 27. Contrarium, imò quòd venditor non admittatur ad appellandum à ſententia contra emptorem lata, quoties reſpectu emptoris transacta eſt in rem judicatam, & ei non licere appellato, tenent Covarr. *pract. q. cap.* 15. *n.* 3. *&* 4. ubi multis rationibus corroborat ſuam opinionem. Caballin. *de evict. §.* 3. *num.* 145. ubi ſic intelligendum eſſe, quod dicitur, quòd venditori licet appellare, tradit Cavalc. *deciſ.* 5. *n.* 25. *in fin. & n.* 32. *part.* 4. Gratian. *deciſ.* 149. *num.* 4. ubi ex profeſſo. Honded. *conſ.* 25. *à num.* 23. *lib.* 1. ubi ad tradita per Urſil. Cæphal. & alios reſpondit. Cancer. *lib.* 3. *var. reſolut. c.* 17. *de ſent. & execut. n.* 548. Giurb. *n.* 32. *ubi ſup.* ubi hanc opinionem defendit. Puteus *deciſ.* 17. *lib.* 3. qui alios referunt. Communis autem 13
reſolutio in hac quæſtione eſt, quòd veniens pro ſuo intereſſe principaliter, & non pro defenſione alterius, admittitur ad appellandum, non retardato proceſſu contra eum, qui fuit in judicio, quia non tenetur aſſumere cauſam in ſtatu, in quo erat tempore oppoſitionis, nec ei ſententia nocet, ex Covarr. & aliis; & in hoc caſu procedit opinio Urſilii, & aliorum ſi verò non veniat principaliter pro ſuo intereſſe ad judicium, ſed defenſurus emptorem, tunc tenetur cauſam defendere in ſtatu, & in terminis, in quibus reperitur, & non poteſt actoris conditionem deteriorem facere; ſed ei ſententia contra emptorem lata nocet ex propria vi, & natura cauſæ pro qua reſolutione faciunt tradita *infra*, in addit. Glos. 3. *l.* 33. *à num.* 9. & quæ tradidit Scacc. *à num.* 50. & Giurb. *num.* 36. 37. 38. *&* 39. & aliis, *ubi ſuprà*. Aliter reſpondit Muta, *ubi ſuprà*, dicens non eſſe incompatibilia, quòd ſententia quoad emptorem non appellantem tranſeat in rem judicatam, & executioni detur, & quòd venditor appellationem proſequatur, quoties nomine tantùm ſuo, & non emptoris appellavit: & tunc an victoria obtenta in lite proſit emptori, vide Scacciam, *de appellat. quæſt.* 12. *num* 77. qui cum Gaill. *practic. obſervat. lib.* 1. *obſervat.* 112. *num.* 7. tradit, quòd ei regulariter prodeſt. Sed ſi 14
hoc eſſet verum, conditio actoris per admiſſionem venditoris fieret deterior contra ea, quæ latè diximus, & multis auctoritatibus comprobavimus in Addit. Glos. 3. *l.* 33. *num.* 15. nec ſatisfacit Fachin. *in dict. cap.* 5. *lib.* 11. *verſ. ſed reſponderi*, ubi dicit, quòd non ſit jus actoris deterior, quia nullum jus ei perit; nam eſt manifeſtus juris error, quia ſatis deterior fit conditio actoris, cum de eo diſputare cogatur, quod in rem judicatam tranſivit, ſi 15
venditoris admittitur appellatio, ut conſiderat Giurb. *deciſ.* 8. *num.* 43. ubi ab eo cavendum eſſe dicit. Et ita ſententia lata contra emptorem nocebit venditori quoad exceptionem rei judicatæ, quæ ei obſtabit, ſi velit iterum cum auctore ſuper eadem re agere, ut tradit Covarr. *d. cap.* 15. *num.* 5.

Tenetur autem venditor intra dies datos ad appellandum à die ſententiæ numerandos, & non à 16
die ſententiæ, à ſententia contra emptorem lata appellare, ut tradunt ſupra citati, *num.* 13. & Giurb. *num.* 64. cum aliis, adverſus eos, qui tenent à die ſententiæ numerandos eſſe, vide Giurb. *num.* 23. & 24. *ſupr.*

Limita 1. ſi venditor ſit minor; nam poterit reſtitui ad appellandum, ſi emptor appellare potuit, 17
& id agere obmiſerit, quia venditor in hoc læſus eſt. Glos. *in l. ſi parentes C. de evict.* quam ſingularem appellat Covarr. *d. num.* 4. *in fin.* ubi dicit intelligendam eſſe, quoties appellatio, quæ vel ab emptore, vel venditore proponi potuit, ab ipſis, vel eorum altero fuit obmiſſa.

Limita ſecundò, quoties ſententia lata fuit per 18
colluſionem; quia venditor etiam in hoc caſu ſecundùm pactum de evictione tenetur, nam tunc poterit uti remediis, quibus ipſe reus principalis, ut ex aliis docet Covarr. *dict. num.* 3. *verſ. amplius tamen.*

Quid ſi à venditore fuit appellatum à ſententia 19
contra emptorem lata, & actor petat, quòd emptor meliorationem ſuæ appellationis oſtendat, aliàs quod judex ſententiam in auctoritatem rei

rei judicatæ transactam esse declaret, & eam exequatur, cui notificatio est facienda, emptori, qui rem de qua agitur, possidet, vel venditori, qui appellationem interposuit; hanc quæstionem de facto habui, & quia omisso venditore causa desertionis appellationis cum emptore fuit agitata, declaravi, quod non erat locus evictioni, quia sententia desertionis appellationis venditore non citato erat nulla, & executio injusta, & non poterat ei nocere: pro quo facit elegans definitio Senatus Sabaudiæ 27. tradita per Fabrum *in suo C. lib. 8. tit. 31. de evict.* ubi causam absque citatione hæredum venditoris, qui appellaverat, non esse terminandam declaravit, & sententiam injustam venditori non nocere diximus, *inf. in glos. fin.*

SUMMARIUM.

1 *Vendens rem suam collusori an teneatur de evictione: & quid fiat tertio, si venditor pretium lusit, n. 2. 3. & 4.*

5 *De pœnis ludentium taxillis, & ludis prohibitis.*

ADDIT. GLOSS. IX. &c.

1 AD Glos. 9. & 10. Nota ex text. & Glos. 10. quòd vendens rem suam in ludo collusorio, vel eam ludens, si postea evincatur, non tenetur de evictione; & Adde Glos. *in cap. clerici* 15. *verbo ad alias, in fine, de vita, & honestat. clericor.* Glos. 1. *in fin. in cap. Episcopus.* 35. *dist.* Caccialup. *de ludo in princ. num.* 34. Puteus *eodem tract. in princ. n.* 24. Farin. *in prax. crim. 3. tom. q.* 109. *n.* 209. ubi plures refert Azeved. *in rubr. tit. 7. lib. 8. recopil. num.* 21. Lyngloss. *decis.* 15. *part. 5. num. 9. in fin.* Caballin. *de evict. §. 5. num. 78.* Guzm. *q.* 51. *num.* 20. *& q.* 60. *à num.* 1.

2 Limita 1. ex glos. 9. quando venditio fuit facta in ludo permisso, & non illicito; nam tunc vendens tenetur de evictione, & Adde August. *in addit. ad Angel. de malefic. in verbo, mediator, de mal. dat. post n.* 14. *vers. adde tamen.* Farin. *n.* 21. *ubi sup.* ubi ampliat ex eodem August. etiamsi vendatur res magni pretii, Guzm. *in d. quæst.* 60. *num.* 12.

Limita 2. ex Glos. 11. quando venditio facta esset tertio, & non collusorio. Adde Steph. Cost. *in tract. de ludo, art.* 6. *n.* 4.

Contrariam opinionem, quod vendens in ludo 3 etiam alteri extraneo non teneatur de evictione, tenent *sup.* citati *n.* 1. Caballin. *num.* 79. *in d. §.* 5. nec huic opinioni, quæ magis communis est, obstat lex nostra, imo potius ex ea probari videtur, quatenus loquitur de emptore, & lusore emente rem in ludo. Puteus *de lud. n.* 17. *&* 19. Caccialup. *n.* 34. Amud. *de jud. n.* 44. Guzm. *n.* 10. Sylvest. *verb. ludens, in summ. n.* 9.

Amplia, ut nec pretium emptori restituere te- 4 neatur, quando venditor lusit pretium, & ex eo non est factus locupletior, ut tradit Angel. *in l. fin. §.* 1. *quarum rer. act. non detur*, & eum sequitur Joan. Baptist. Caccialupus *num.* 37. ubi latè explicat, & Paris. de Puteo *num.* 24. Guzm. *num.* 1. *ubi suprà.*

De pœnis contra ludentes taxillis, & de prohi- 5 bitione hujus ludi vide *l. 2. & l. 7. tit. 7. & l. 15. tit. 26. lib. 8. recop.* & *ibi*, Azeved. Avend. *de exequend. mand. 2. p. 8. c. 8. n.* 11. Farin. *d. quæst.* 109. *n.* 19. *&* 20. cum aliis ubi multos refert, qui de hoc ludo agunt, & an sit de prohibitis, vel permissis.

De ludo autem tabularum vide Farin. *dict. q.* 109. *num.* 15. 16. 17. *&* 18. ubi multis authoritatibus comprobat, prohibitum esse de jure nostro Regio, *in l. 1. tit. 7. lib. 8. recop.* de eo fit mentio, & tempore belli prohibetur. De ludo saccorum, an sit prohibitus, & de ludo ad par, vel impar, quem nos vulgariter appellamus *à pares y nones*, & de ludo, quando ludentes simul contendunt digitos elevando, & quilibet dicit simul, & semel tot sunt tui digiti, & mei elevati, & qui dicit verum lucratur. Vide Capol. *in l. 1. §. idem Julianus, n.* 55. 56. *&* 57. ubi prohibitos esse resolvit, & alia de ludis tradit.

SUMMARIUM.

1 *Emptor non potest de evictione agere, si ob exceptionem ab ipso habentem ortum succubuit.*

2 *Item quando per errorem, vel judicis imperitiam, vel iniquitatem res fuerit evicta, sed contra judicem dabitur ei actio in factum, num.* 3.

4 *Venditor, si promiserit de evictione facta per imperitiam judicis tenetur.*

5 *Item si judex ob inimicitiam cum venditore contractam ante venditionem inique pronunciasset.*

ADDIT. GLOSS. XII.

AD Glos. 12. Nota 1. ex text. *in vers. esso mis-* 1 *mo feria*, quòd si emptor succumbit in causa per objectum alicujus exceptionis, quæ ab ipso emptore traxit originem, de evictione agere non potest: ut si de ejus consensu res empta consecrata fuit. Adde *l. si per imprudentiam, §. si quis locum, ff. de evictio.* ubi ex emptore, qui venditori permisit in re empta sepeliri, *l. si servum, l. hoc jure, cum seqq. ff. hoc jure.* Cabal. *de evict. §. 5. n. 5.* Guzm. *q.* 51. *n.* 2. *&* 3. *& in gloss. fin. l. seq. n.* 42.

Nota 2. ex Gloss. quòd emptori non datur 2 actio evictionis contra venditorem, quando per imperitiam, errorem, vel iniquitatem judicis, qui injustè judicavit, res fuit evicta. Adde *l. emptor, in fin. l si non injuria, C. de evict.* Anton. Burg. *in cap. fin. de empt. num.* 14. *in princ.* Covarr. *lib. 3. var. c.* 17. *num.* 10. ubi latè de hoc agit, & ampliat, etsi sententia lata sit contra venditorem, qui litem suscepit simul cum emptore. Gomez. 2. *tom. var, c.* 2. *num.* 39. *in fin.* Perez, *in l. 1. tit. 7. lib. 5. ordinam. vers. item etiam*, Guttierr. *de juram. confirm. 1. p. c.* 61. *num.* 10. *&* 17. Mord. *in empor. jur. 1. p. tit. 9. in proœm. num.* 40. Caballin. *de evict. §. 5. à num.* 6. ubi cum Anton. Burg. & Covarr. *supr.* citatis explicat, & declarat hanc quæstionem, & respondit ad text. *in l. exceptione, ff. de fidejussorib.* qui videtur obstare, dicens loqui in sententia lata contra fidejussorem per injuriam judicis, cujus culpa ei non nocet, sed domino; & secus esse in hoc casu, quia res pertinet principaliter ad emptorem. Menoch. *cons.* 361. *num.* 1. *& lib.* 4. ubi declarat, quæ judicis imprudentia dicatur. Pereir. *de empt. c.* 31. *n.* 27. Veral. *decis.* 317. *p.* 1. Macer. *lib. 2. resol. 16. num.* 6. Bobadil. *in politic. lib. 1. c. 6. num.* 33. *litt. H.* Carroc. *de remediis adversus præjud. sentent. excep.* 70. *à num.* 66. Molin. 2. *tom. disput.* 380. *vers. quartus, quando sententia est injusta*, Guzm. *de evic. q.* 40. *per tot.*

Nota 3. ex text. quòd emptori datur actio 3 in factum contra judicem, qui injustè judicavit, quia

quia litem suam facit; & Adde Glos. *in leg. per imprudentiam, de evict.* Caball. *n.* 10. *ubi supr.* & Guzm. *n.* 8. & vide Addit. *ad l.* 24. *tit.* 22. *p.* 3.

4 Limita si venditor promiserit de evictione facta per judicis imperitiam. Roland. *cons.* 67. *n.* 10. *lib.* 4. Guzm. *n.* 22. *ubi supr.*

5 Limita 2. si judex propter inimicitiam habitam cum venditore ante venditionem sententiam protulisset, Carroc. *num.* 70. *&* 71. Covarr. *lib.* 3. *variar. cap.* 17. *sub. num.* 10. Guzman. *num.* 18. *&* 19. *ubi suprà.*

LEX XXXVII.

SUMMARIUM.

1 *Venditor non tenetur de evictione, si facto principis res evincatur, quid si habuit notitiam, Principem id facturum, n.* 4. *&* 5.

2 *Item, quando de facto, & per violentiam res emptori auffertur.*

3 *Item, etsi promiserit defendere emptorem de jure, & de facto.*

6 *Si princeps procedit ordine judiciario servato, venditor tenetur.*

7 *Item, quando venditor sine principis licentia rem, quæ ad principem pertinebat, vendidit.*

ADDIT. GLOSS. I. &c.

1 AD Glos. Nota, quòd emptor prædiorum, quæ post contractum emptionis ex Principis dispositione ab eo fuerunt avocata, & aliis assignata, non potest adversus venditorem agere de evictione, nec si compulsus fuit rem alteri vendere. Adde Bald. *cons.* 460. *lib.* 4. Gomez. 2. *tom. variar. c.* 2. *num.* 40. *vers. quintus casus est*, ubi communem dicit. Caballin. *de evict.* §. 5. *num.* 59. & in Addit. *ad d.* §. *lit. F.* Puteus *decis.* 381. *num.* 2. *lib.* 3. Quesad. *diversi. qq. jur. cap.* 10. *num.* 8. Macerat. *variar. resolut. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 8. ubi ex Alexand. *cons.* 97. *num.* 4. *vol.* 3. non teneri, etiam si esset promissus casus fortuitus, quia iste casus est nimis insolitus, dicit. Paul. Emil. Verall. 318. *p.* 3. Cevall. *q.* 532. *in fin.* Gratian. *discept.* 3. *tom. c.* 520. *à n.* 23. ubi alios laudat, & factum Principis esse casum fortuitum dicit. Pereir. *de empt. cap.* 31. *num.* 102. Thesaur. *q. for. lib.* 4. *q.* 10. Phan. de Phan. *de inventar. q.* 244. *in novissn.* 214. cum aliis, Castill. *quotid. lib.* 4. *c.* 42. *n.* 69. *&* *n.* 108. Tusch. *litt. E. concl.* 367. *n.* 9. Guzm. *q.* 52. *n.* 75.

2 Amplia 1. etiam de evictione venditorem non teneri, quando de facto extrajudicialiter, ut per violentiam, emptori auffertur res empta, *l. fin. C. de action. empt.* Bart. *in l. exceptione, ff. de fidejussor.* Gomez. *num.* 43. *ubi sup.* Pereir. *n.* 101. Caballin. *d.* §. 5. *num.* 22. ubi alios etiam laudat. Minsing. *centur.* 1. *observat.* 54. Ursil. *in Add. ad Afflict. dec.* 265. *n.* 112. Vivi. 12. *n.* 1. hoc absque dubitatione esse dicit, Muta 35. *n.* 19. Guzm. *q.* 42. *n.* 15. Trentac. *lib.* 3. *de empt. & vend. resol.* 7. *à n.* 1. ubi latè.

3 Amplia 2. etiamsi in instrumento dicatur, quòd promisit venditor illam rem defendere de jure, & de facto contra omnem, & quamcumque personam; nam de invasione facta extrajudicialiter, juris ordine non servato, non tenetur; nam verbum illud *de facto* recipit interpretationem, ut defendat coram judice per ea, quæ juris, & facti sunt, secundum Bald. *in d. l. fin. col.* 2. *C. de act. empt.* Bart. & DD. *in l. stipulatio ista, ff. de verb. obligat.* Abb. *in cap. fin. de empt. num.* 7. Caballin. *de evict.* §. 5. *num.* 22. *vers. qui ait*, ubi alios refert, Vivi. *d. decis.* 12. *num.* 2. *&* 3. Cacheran. *decis.* 48. *num.* 2. Carroc. 46. *num.* 26. Guzm. *q.* 42. *per tot.* Trentac. *ubi suprà.*

Amplia 3. neque ad pretii restitutionem teneatur venditor, *d. l. fi. C. de act. empt.* ubi nullam actionem dari emptori, qui violenter ejectus fuit, disponitur, quæ negativa complectitur omnia, ut cum Bald. & Salic. & aliis tradunt Caballin. & Trentacinq. *ubi proximè.* 4

Limita 1. si vendens tempore alienationis sciverit Principem id facturum, & tacens alienaverit, quia tunc in dolo versatur. Pereir. *de empt. cap.* 31. *num.* 102. ubi argumento eorum, quæ de sciente legem promulgandam, hoc tradit, & adducit Menes. *in l. constitutiones, num.* 8. *C. de jur. & fact. ignor.* Sotum *de justit. lib.* 1. *q.* 1. *art.* 4. *col.* 2. *ad fin.* 5

Limita 2. quando Princeps procedit ordine judiciario servato, & adhibita causæ cognitione, quia in hoc casu venditor tenetur de evictione, & supradicta habent locum, quando Princeps procedit de plenitudine potestatis, non servato ordine judiciario, ut sensit Gloss. *infra hic, vers. potest dici*, cui addit. Bapt. Cost. *de ratione status, quæst.* 136. *num.* 20. *cum seq.* ubi tradit emptorem posse retinere pretium, si non est solutum, vel eum repetere à venditore, & eum refert, & sequitur Castill. *lib.* 4. *controvers. cap.* 42. *n.* 109. *circa fin.* ubi alios laudat, & sic esse intelligendam, *Lucius ff. de evict.* tradit. 6

Limita 3. ex Glos. *hic, in fin.* quando venditor sine Principis licentia rem vendidit, quæ ad Principem antea pertinebat, nam pro Principe præsumitur regulariter quòd ritè, & rectè procedit, & Adde de hac præsumptione Cravett. *cons.* 5. *col.* 1. Gamm. *decis.* 349. *n.* 8. Nattam *cons.* 181. *c.* 1. Joan. Bapt. Costa. *in d. q.* 136. *n.* 21. 7

SUMMARIUM.

1 *Habens titulum à fisco est securus.*

2 *Venditor non tenetur de injuria facta emptori, nec de futuris casibus, num.* 3.

4 *Evictio non debetur, si res ex natura sua evincatur.*

5 *Item, etsi simpliciter, seu generaliter evictio promissa fit, nisi emptor rei naturam ignoravit, vel si expressè promissa ea fit; vel si apponatur clausula, quomodocumque, & qualitercumque, n.* 6. *&* 7.

8 *Item si culpa venditoris evictio evenerit.*

9 *Evictio non debetur, quando evincitur de jure, & per viam retractus, nisi evictio esset promissa verbis generalibus, n.* 10.

11 *Item, si res evincatur à secundo emptore, qui emit à primo majori pretio. Et retrahens tenetur offerre solum pretium primæ emptionis, & venditor primus restituere secundo illud plus, in quo rem vendidit.*

12 *Creditor vendens rem jure crediteris de evictione non tenetur.*

13 *Item vendens jus quod in re habet, si nullum habeat.*

14 *Evictio non debetur, si res periit antequam evincatur, emptor, an possit agere de dolo.*

15 *Item, quando in judicio non est evicta.*
16 *Item, quando evincitur res producta à re vendita, quæ nondum erat nata.*
17 *Evictio in transactione non debetur, si res, super qua est lis, non remittatur, sed tradatur, seu si promiserit alteri manutenere aut defendere, n.* 18. & 19.
Nisi res diversa tradatur, n. 20.
Seu agatur ad restitutionem pretii, n. 21.
22 *Evictio non debetur, si res evincitur à minore, seu Ecclesia, vel à majore ratione restitutionis.*
23 *Idem si ex remedio,* l. 2. C. de rescind. vend.
24 *Si evincatur jus servitutis super re vendita, venditor non tenetur de evictione, & ratio differentiæ quare in servitutibus prædialibus, & mixtis non sit locus evictioni, & sit in usufructu, usu, & habitatione.*
25 *Venditor tenetur emptori, si scivisset servitutem prædio impositam, & non declaravit, & an possit agere ad rescissionem contractus.*
26 *Evicta re ex facto emptoris, seu sui auctoris, venditor de evictione non tenetur.*
27 *Item si emptor fuit à venditore monitus, ut certa actione ageret, & non fecit.*
28 *Item si res emptori non fuit tradita, nec venditor, nec ejus fidejussor tenentur.*
29 *Evictio non debetur, si res certa legata evincatur, etsi pro parte esset testatoris, n.* 30.
31 *Lis ante rei legatæ traditionem expensis hæredis, post traditionem legatarii defenditur.*
32 *Evicta parte servi evictio non debetur.*
33 *Item qui vendit aleam, seu jus, quod habet.*
34 *Item ante solutionem pretii, sive juraverit solvere, sive non, si promiserit solvere certo tempore, & non solvit.*
35 *Evictio non debetur, si ex alieno facto eveniat, si venditor conveneritur non pro alieno facto, sed pro suo teneri.*
36 *Limitatur, si evictio eveniat facto suorum auctorum, seu hæredum.*
37 *Declaratur in auctore universali, secus vero in particulari.*
39 *Quando res erat emphyteutica, seu alicui oneri subjecta, pacto non obstante, emptor de evictione potest agere.*
40 *Item quando venditor scienter causam, ex qua res poterat evinci, celavit.*
Item respectu pretii.
41 *Quem de evictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio.*
42 *Ampliatur ad hæredes, & fidejussores.*
43 *Limitatur, quando agens de evictione habuit causam ab eo, contra quem agit, vel ab auctore ejus.*
44 *Item quando venditor non venit contra venditionem ad proprium commodum, sed ad voluntatem tertii; unde maritus potest revocare venditionem rei dotalis, & Pater rei adventitiæ, & Prælatus rei Ecclesiæ.*
45 *Item quando venditio fit lege prohibente, & resistente.*
46 *Item in eo, qui consensit rei venditioni, tamen ipse nec fuit principalis venditor, nec fidejussor.*
47 *Item in hærede fidejussoris venditoris.*
48 *Item in filio hærede, quando mater vendidit tanquam tutrix, secus si vendidisset nomine proprio, & ut tutrix. Filius adiens hæreditatem absque beneficio inventarii non potest revocare alienationem à patre factam.*
49 *Item in eo, qui possidet rem, pro qua de evictione potest convenire tanquam tertius.*
50 *Item si fratres dividant bona feudalia inter se, & promittant de evictione.*
51 *Item quando agitur ad rescissionem contractus prætextu enormissimæ læsionis.*
52 *Quando contractus est nullus, item promissio evictionis, & fidejussoris obligatio.*
53 *Declaratur procedere, quando nullitas provenit ex defectu famæ.*
54 *Alios plures casus, in quibus de evictione agi potest, remissivè.*

ADDIT. GLOSS. V.

AD Glos. 5. Nota 1. quòd habens titulum à fisco debet esse plenè securus. Adde Anton. Marc. 2. *tom. communi opinio. tit. de evictionib. n.* 59. Caballin. *de evict.* §. 3. *n.* 125. *in fin.* ubi ementem à fisco non pati evictionem tradit, quando fiscus rem venditam possidebat. Peregrin. *de jure fisci, lib.* 6. *tit.* 4. *n.* 15. ubi tradit, quòd reservatur actio evincenti contra fiscum proponenda intra quadriennium, & non ultra. Alfar. *de offic. fiscal. glos.* 18. *privil.* 5. *num.* 11. & vide Addit. ad Glos. *l.* 53. *infra.* 1

Nota 2. quòd venditor non tenetur de injuria facta emptori. Adde Addita *supra in glos. anteced. num.* 1. & 2. Cevall. *quæst.* 132. *in fin.* ubi ex Glos. *hic*, tradit compulsum à Principe rem alteri vendere, non teneri de evictione. 2

Nota 3. quòd venditor non tenetur de futuris casibus, nec de causa contingenti post contractum, & Add *l. Lucius*, ibi: *Paulus respondit, futuros casus evictionis post contractam venditionem ad venditorem non pertinere*, *l.* 3. *ff. eod.* ubi habetur quòd si actio esse cepit post evictionem, non debetur evictio, *l.* 1. C. *de periculo, & commod. rei vend.* ibi: *Auctor enim ex eis tantum causis suo ordine tenetur, quæ ex præcedenti tempore causam evictionis parant*, ubi Bart. notat, quod venditor non præstat cautionem, si causa evictionis oritur post contractum, & eum sequuntur Bald. Salyc. & Paul. *ibidem, l. si apud, C. de ædil. edict.* Roman. *cons.* 503. *num.* 14. ubi Horat. Mandos. *lit. H.* alios refert. Caballin. *d.* §. 5. *num.* 52. Surd. *cons.* 15. *num.* 27. & 70. *num.* 18. Bart. *singul.* 162. Ravena. *sing.* 488. Felic. *de censib. lib.* 2. *c.* 1. *n.* 15. *in fin.* Maresc. *var. lib.* 2. *c.* 19. *à n.* 4. Castill. *lib.* 4. *c.* 42. *n.* 105. Gratian. *cap.* 145. *n.* 51. Guzman. *q.* 51. *n.* 3. 3

Hic, & ll. anteced. plures casus referuntur, in quibus venditor non tenetur de evictione; ultra quos sunt alii. Primus si ex natura contractus res evincatur, ut si est nullus, quia res est subjecta restitutioni, vel feudalis, vel emphyteutica. Gloss. *in l. familia, C. famil. ercisc.* Alex. *cons.* 21. *n.* 3. *lib.* 5. Alciat. 133. *n.* 5. & 138. Roland. 51. *n.* 1. *vol.* 4. Menoch. 418. *n.* 2. Bec. 24. *n.* 39. Dec. 105. *n.* 4. *vol.* 3. Surd. 15. *n.* 4. & 5. & 67. *n.* 53. Caballin. *de evict.* §. 3. *n.* 167. & §. 5. *num.* 33. Baez. *de non mel. cap.* 34. *n.* 7. Honded. *cons.* 3. *n.* 4. *vol.* 1. Maur. Pir. *de fidejuss.* 1. *p. c.* 18. *num.* 13. Peregr. *de fideic. art.* 52. *à n.* 58. Thes. *lib.* 2. *quæst.* 23. Quesad. *q. jur. cap.* 10. *num.* 5. *vers.* 10. Serap. 468. *n.* 1. Magon. 7. Luc. Jos. Lud. *decis.* 19. Maltr. 61. *num.* 4. Giurb. 59. *n.* 24. & 100. *n.* 28. Muta. 57. *n.* 29. Rand. 22. *num.* 57. Amatis *decis. Ferr.* 3. *num.* 3. Gracian. *cap.* 766. *n.* 31. Guzm. *q.* 47. *à num.* 21. & Castill. *lib.* 3. *c.* 86. *n.* 56. & 57. Amplia etsi simpliciter, vel generaliter venditor evictionem promiserit, ex Bart. *ad finem, in d. l. si familia,* 4

familiæ, ibi Bald. *num.* 8. Ang. *in fin.* Salicet. *vers. quidam dicunt*, & alii sequuti, à Rota Romana, *decis.* 152. *num.* 4. 2. *p. noviss.* Marcsc. *num.* 31. Hond. *num.* 42. *ubi supr.* † Limita 1. si emptor rei naturam ignoravit. Odos. Cyn. Bart. Bald. & alii, *in d. l. si familiæ, ubi supr.* Beccius *d. num.* 33. dicit totam vim evictionis consistere in scientia ejus, qui rem feudalem recepit. Surd. *cons.* 311. *num.* 27. Cabal. *d.* §. 5. *num.* 34. Giurb. *decis.* 100. *num.* 29. & sic est tenendum contra Marescot. † Limita 2. si expresse fuerit evictio, quæ ex natura rei contigerit, promissa, ut post Odofred. Bart. Bald. Alber. Angel. Paul. & alios scripsit Surd. *decis.* 243. *num.* 4. & *cons.* 70. *num.* 17. 441. *num.* 39. Roland. 51. *n.* 13. *vol.* 4. Menoc. 418. *n.* 12. Ursil. ad Afflict. *decis.* 238. *num* 7. Cabal. *d.* §. 5. *num.* 35. Honded. 75. *ubi supr.* Fachin. *contr. lib.* 6. *c.* 68. *concl.* 8. & *lib.* 7. *c.* 14. *in princ. & vers.* 4. *probatur.* Bapt. Costa, *de jur. & fact. ignor. cent.* 1. *dist.* 32. *num.* 4. Giurb. *dict. decis.* 59. *num.* 25. alios laudat. † Et hoc procedit, etsi non specialiter evictio, quæ ex natura rei evenerit, sed amplissimis verbis sit promissa, ut quomodocunque, & qualitercunque evictio contigerit, & aliis relatis tradunt Rota Romana *decis.* 152. *n.* 5. & 211. *num.* 1. & 6. *d. p.* 2. Mastril. *num.* 6. Raudens. Giurb. 100. *num.* 25. Maresc. 32. *ubi supr.* de quo vide Addit. ad Glos. 3. *l. antec. num.* 17. † Limita 3. si culpa venditoris evictio evenerit, & non ex mera natura rei, ut si venditor, qui tenebatur denuntiare consanguineis venditionem, non denuntiavit, & ob id venditio fuit nulla ex forma statuti Hond. *cons.* 3. *num.* 74. *lib.* 1.

Secundus, si evincatur de jure, ut per viam retractus. Glos. *in l. si minor. ff. de evict.* Ursil. *num.* 7. *ubi supr.* Ann. *alleg.* 87. *num.* 9. Ponte *decis.* 11. *n.* 83. Peregrin. 72. *num.* 2. Tiraq. *de retr. lig.* §. 1. *gloss.* 9. *num.* 35. & *in fin. tit. num.* 97. Cabal. §. 3. *num.* 167. Felicius *allegat.* 10. *num.* 24. *p.* 3. Gomez. 2. *tom. c.* 2. *num.* 41. *in fin.* Matienz. *in l.* 7. *tit.* 11. *gloss.* 1. *num.* 73. Azeved. *ibi, n.* 36. Surd. *cons.* 15. *n.* 29. Quesad. *n.* 6. Ruginel. *pract. q. c.* 31. *à num.* 21. Castil. *lib.* 5. *c.* 86. *n.* 56. Giurb. *decis.* 50. *num.* 25. Guzm. *c.* 47. *per tot.* † Limita ut *suprà, n.* 7. & *in gloss.* 3. *l.* 36. *n.* 17. & Felic. *d. n.* 24.

Limita 2. si primus emptor secundo vendat majori pretio; quia tunc secundo datur evictionis actio ad consequendum illud plus, in quo res ei vendidit. Matienz. *in l.* 7. *tit.* 11. *gloss.* 8. *n.* 14. & 15. Gratian. *c.* 205. *n.* 29.

Tertius, quando creditor vendit pignus jure creditoris; vide Addit. Glos. *l.* 50. *tit.* 13. Caballin. *d.* §. 5. *num.* 36. & *in ad. litt. B.* Fabrum *in C. lib.* 8. *tit.* 32. *definit.* 4. Gratian. *c.* 175. *num.* 3. & 4. Tepat. *tit.* 423. *c.* 13. Trentac. *lib.* 3. *de empt. resol.* 17. Cald. *c.* 31. *num.* 21. Parlad. *lib.* 2. *c. fin. p.* 5. §. 16. Castil. *d. c.* 42. *num.* 70. Viv. *decis.* 152. *lib.* 1. Mastr. 28. *à num.* 4.

Quartus, si venditor dicat simpliciter, vendo jus, quod habeo in tali prædio, etsi nullum habeat. Cavalc. *n.* 39. *ubi supr.* Manent. *decis.* 27. *n.* 39. Cartar. 70. *à n.* 40.

Quintus, si res vendita pereat ante evictionem, nisi dolus intercesserit, *l. si servus, ff. de evict. l. si quis sibi servum, C. eod.* ubi Bald notat periculum evictionis interitu finiri, *l. utique, ff. de rei vend.* Caballin. *num.* 58. Quesad. *num.* 5. *sup.* Cephal. *in l. si hominem de adil. edict. num.* 16. ubi differentiam † tradit, quare ista actio cesset, & non redhibitoria.

Septimus est, quando evincitur res, quæ à re vendita descendit, quæ tempore venditionis non erat in rerum natura, ut fructus agri, vitulus, vel partus ancillæ, *l. si prægnans, cum duob. sequent. ff. de evict.* Cabal. §. 5. *n.* 60.

Octavus casus est ex transactione: nam quando res non traditur, sed dimittitur ei, qui eam possidebat; si postea evincatur, possessor non potest agere de evictione, *l. si profundo* 33. *vers. fin. C. de transact.* ubi Bart. *num.* 3. Bald. *not. fin.* Paul. *num.* 7. Alexand. *not. fin.* Jas. *num.* 6. Alciat. *ad fin.* Padil. *n.* 10. & alii Paul. *in l. si de certa*, & *ibi* Salic. & Alexan. *C. eod.* Franc. Marc. *decis.* 52. *in princ.* 2. *p.* Morla. *in empor. tit. de transact. q.* 1. *num.* 6. Cabal. *de evict.* §. 4. *n.* 46. Quesad. *d. c.* 10. *num.* 7. Gomez 2. *tom. var. c.* 2. *n.* 38. ubi plures refert, & rationem esse dicit, quia ille, qui ex causa transactionis dimittit rem penes alium, non videtur de novo aliquem titulum illi concedere, neque aliquod jus transferre, sed intentio sua tantùm est à lite discedere, *& in l.* 45. *Tauri, num.* 71. *vers. item adde, ibi*; idem probat text. singularis, & subtilis, *in l. si profundo*, ubi latè etiam declarat, *& num.* 71. contraaiis respondit Tusch. *verb. evict. concluf.* 367. *n.* 33. Surd. *cons.* 418. *num.* 17. & 18. idem tenet, & alios allegat. & *n.* 20. hoc etiam procedere, inquit, quando transactum est super ipsa lite, vel instantia. Cald. *de empt. c.* 31. *n.* 104. Sousa *in comment. ad tit. de pactis, q.* 1. *art.* 4. *n.* 7. Linglois *decis.* 15. *num.* 21. & sic decisum fuisse per Senatum Sabaudiens. testatur Faber *in suo C. lib.* 8. *tit.* 31. *de evict. definit.* 32. ubi limitat, nisi specialiter evictio promissa sit. Guzm. *de evict. q.* 31. *n.* 2.

Amplia 1. ex Fulgosio, quem referunt *infra* citandi, quod evictio ex transactione non debeatur, etsi ipsamet res, super qua lis agebatur, tradatur collitiganti. Alex. & Jas. *num.* 1. *vers. alium, & secundum, ubi sup.* Gozad. *cons.* 94. *n.* 40. Surd. *d. cons.* 418. *n.* 19. Guzm. *n.* 8.

Amplia 2. etsi in contractu transactionis pars alteri promiserit manutenere, & defendere: nam intelligitur de facto proprio, & suorum hæredum, & successorum, non vero extranei, *l. stipulatio ista habere licere, in princ.* §. *si quis forte, ff. de verb. obl.* ex hac enim promissione non debetur evictio ex facto alterius, nisi præcederet contractus, ex cujus natura veniret evictio, *l. emptorem*, §. *qui autem, ff. de act. empt.* Bart. Alex. & Jas. *in d.* §. *si quis forte*, & Franc. Marc. *decis.* 52. *n.* 11. *p.* 2.

Limita, quando virtute transactionis res diversa traditur ab ea, super qua lis erat, & transactio fuit facta ex traditis *supr num.* 31. Gomez. *in d. c.* 2. *n.* 38. Caldas *d. num.* 104. ubi teneri de evictione dicit, quando res pro re datur, aut litis æstimatio. Fab. Sousa, & Guzm. *n.* 25. *ubi sup.* † Item quoad restitutionem pretii tenetur, qui rem dimisit. Ann. *cons.* 51. *num.* 32. quia bona fides non patitur, quod amittat rem, & alter sine causa lucretur pretium. Guzm. *n.* 12. *ubi supr.*

Nonus casus est, quando res evincitur à minore, vel Ecclesia per restitutionem in integrum: nam tunc cessat evictionis actio ad interesse, *l. minor. 25. ann. ff. de evict.* & ibi Glos. Odofr. Bart. Bald. Ang. Salic. & Fulg. & communiter DD. Gomez. 2. *tom. var. c.* 2. *num.* 41. ubi alios laudat, & tradit, quod possessor potest agere ad pretium tantùm contra auctorem suum, non vero ad totale interesse, nisi in contractu fuerit expresse promissa evictio, quia intelligitur, etiamsi res evincatur de jure speciali; & eum sequitur Pereir. *de empt. & vendit. cap.* 31. *num.* 103. Cabal. *de evict.* §. 4. *num.* 90. ubi hoc cum

Paulo, *in l. qui res, §. diversum, ff. de solut.* intelligit, ut procedat in causa lucrativa, secus in onerosa, *ex d. l. minor, in princ.* & intellige ex Sfor. Odd. *de restit. in integr. p. 1. q. 47. num. 9. & 10.* dari utilem actionem de evictione possidenti ex causa onerosa, contra primum venditorem, aut ad simplum, ex Gloss. *in d. l. minor, & p. 2. q. 56. num. 50.* ubi ampliat, etsi ratione legitimæ absentiæ major restituatur, *ex l. si cum venditor, §. is qui reipublicæ, ff. de evict.*

23 Decimus casus est, si venditio rescindatur remedio, *l. 2. C. de rescind. vend.* nam tunc evictio locum non habet. Rebuff. *in tit. de rescind. contr. art. 1. glos. 15. n. 29. 2. tom.* Cabal. *d. §. 5. n. 91.* ubi nec fidejussores datos pro observatione contractus teneri tradit Julian. Cæs. Ruginel. *pract. q. c. 31. num. 1. cum aliis.* Castil. *lib. 5. c. 86. num. 55.* ubi promissionem non movendi litem, & defendendi ab omni lite non impedire petitionem justi pretii, nec alias clausulas, ex aliis, quos laudat, resolvit Manent. *decis. 13. n. 4. & 38.* Guzm. *q. 44. num. 8. & 51. num. 28. & 29.*

24 Undecimus casus est, si vincatur jus servitutis super re vendita, *l. penultim. ff. de evict.* ubi Gloss. Odofr. Bart. Bald. & communiter DD. *l. cum venderes, ff. de contrab. empt.* Gom. *d. c. 2. num. 45.* ubi hanc quæstionem subtilem, & quotidianam esse dicit Cabal. *§. 5. n. 69. & in Addit. litt. K.* ubi tradunt rationem differentiæ inter servitutes prædiales, & mixtas, & usumfructum, usum, & habitationem, quare in istis evictioni est locus, & non in illis. Rota Roman. *decis. 281. num. 39. part. 2.* Pereir. *d. c. 31. à num. 56.* ubi alios laudat, & latè explicat.

25 Limita 1. si venditor servitutem prædio impositam scivit, & eam emptori non declaravit: nam tunc in id, quod interest, venditor emptori tenetur, *l. 1. ff. de act. empt.* Cabal. *in d. Add.* Gomez. & Cald. *ubi supr.* & in hoc casu quanti minoris actio emptori datur, ut possit contra venditorem agere, & ab eo repetere quanti minoris emptor emerit, si servitutem impositam agnovisset, *d. l. penult. ff. de evict.* Gomez. Cabal. & Cald. *ubi supr.* & ad rescissionem contractus emptor agere potest, nisi servitus redimatur; de quo vide *l. 63. infr. hoc tit. & ibi Addita.*

26 Duodecimus est, quando evicta fuit res facto ipsius emptoris; ut si ratione obligationis ex sua persona non est consequutus rem, vel quia fecit pactum de non petendo. Idem si facto sui auctoris, *l. fundum, ff. de evict.* Cabal. *d. §. 5. num. 51. & 75.* Muta *decis. 57. n. 29.* Marescot. *lib. 2. var. c. 19. n. 36.* qui alios laudant. Surd. *cons. 57. n. 53. & 54.* Guzm. *q. 51. n. 3.*

27 Decimus-tertius casus est, quando emptor fuit monitus à venditore, ut certa actione ageret, & non fecit; tunc venditor non tenetur de evictione, *l. si cum venditor, in princ. ff. de evict.* quia emptor fuit in culpa non sequendo consilium venditoris meliùs instructi de juribus suis, *l. si fundo, §. 1. ff. de evict.* Cabal. *d. §. 5. n. 63.* & faciunt Add. ad Glos. *7. l. antec. n. 2.* Guzm. *q. 51. n. 10.*

28 Decimus-quartus casus est, quando res non fuit tradita emptori; nam tunc non datur ei actio evictionis, *l. evicta, §. si servus, ff. de evict. l. 3. ff. de dol. malo & met. except.* ubi Bart. & Angel. notant Cabal. *d. §. 5. num. 77.* Bertaz. *cons. 106. num. 3. & 4. lib.* ubi ampliat, etiam si sit facta traditio sed non plena; & in hoc casu fidejussorem de evictione non teneri dicit, *pag. 448. in novis.* Guzm. *de evict. q. 44. n. 8.* Sed actione ex empto contra venditorem aget, ut rem venditam tradat, & ex parte sua contractum adimpleat; de quo vide Addita ad Glos. *1. l. 28. supr. hoc tit. num. 48. cum aliis,* & ad Glos. *1. l. 32. num. 111.*

29 Decimus-quintus, quando testator legavit rem certam in specie, quæ erat ipsius testatoris, ut si illa evincatur à legatario: nam tunc non est locus evictioni, *l. si domus, §. 1. de legat. 1.* & *ibi* Glos. & DD. *l. si à substitut. §. 1. ff. eod.* Gomez. *2. tom. var. c. 2. num. 36.* Ajor. *de partit. 3. p. q. 9. num. 22.* Burg. *in c. fin. de empt. & vend. num. 24.* Cabal. *de evict. §. 4. num. 16.* quem vide *à num. 9. usque ad num. 24.* ubi quatuor axiomata tradita per d. Glos. & Fart. *in d. §. 1. l. domus,* latè explicat. In quibus hæc quæstio evictionis legatorum complectitur, & quando hæres teneatur rem liberam legatario tradere, *& in §. 5. num. 83.* Valasc. *de partitionib. c. 37. n. 8.* Quesad. *diversq. 10. num. 7. vers. decimus septimus;* & vide Addita ad Glos. *1. l. 32. num. 117. cum aliis.*

30 Amplia 2. quando res pro parte erat testatoris, vel in ea aliquod jus habebat, evictionem non deberi, quia testator non videtur ultra suam partem legare. Gomez. *d. num. 36.* Azeved. *in l. 3. tit. 6. lib. 5. n. 7.* lis super re legata si ante traditionem moveatur hæredis † expensis, si post legatarii defenda est. Parlad. *differ. 17. n. 1.*

31 Decimus-sextus, quando evincitur pars servi; non enim agitur de evictione, nisi specialitet sit promissum, *d. l. si dictum, §. in stipulatione, de evict.* Cabal. *d. §. 5. n. 84.*

32 Decimus-septimus, cum quis vendit aleam, vel quicquid juris habet in rem. Lasart. *de gabell. c. 9. n. 38.* Phanu. de Phanut. *de inventar. q. 244. n. 247. & 248. in novis.*

33 Decimus octavus, cum quis ex sua parte non adimplet contractum, ut si juravit solvere pretium in tempore certo, & non solvit, propter perjurium venditor liberavit ab evictione; de quo vide Roland. *cons. 57. n. 16.* Ant. Faber *in suo C. lib. 8. tit. 31. de evict. defin. 23.* ubi hoc intelligit, etiam si juramentum non interveniisset, & refert casum, in quo audietur emptor contra venditorem ante implementum. Guzm. *q. 51. n. 25.*

34 Decimus nonus est, quando venditor specialem conventionem fecit cum emptore, ut non teneatur de evictione pro alieno facto, sed pro suo tantum: nam tunc si ex alieno facto, & non ex suo res evincatur, non tenetur de evictione, *l. de tuo, 9. ff. mandat. l. 2. in princ. ff. de hæred. vel actio. vend.* Cabal. *d. §. 5. num. 42. vers. solet etiam, & in addit. lit. D, in fin.* Boër. *decis. 67. n. 4.* Fontan. *de pact. nupt. claus. 5. glos. 8. p. 14. n. 95.* ait rem hoc pacto minus valere. Tiraq. *de retract. §. 1. gloss. 6. n. 4. & 10.* Trentaccinq. *lib. 3. tit. de empt. resol. 8.* Guzm. *q. 49. num. 3.*

35 Limita 1. si facto sui auctoris, seu prædecessorum suorum, & hæredum res evincatur: nam per illam taxativam *tantum* non videntur ii excluſi. Bart. *in l. si servus, l. 2. num. 4. ff. de condict. fur.* Glos. *ibi, verb. interest.* Bald. Salyc. Paul. & Jas. post alios, *in l. stipulatio ista, in princ. num. 4. ff. de verb. obligat.* Cremens. *singul. 32.* Marsil. *sing. 475. & singul. 656.* Boër. *ubi supr. num. 6.* Cabal. *d. §. 5. cum 43. & in addit. lit. C.* pro hac opinione plures allegat Surd. *cons. 36. num. 18. cum aliis:* ubi eam latè fundat, & sequitur. † Intellige de evictione universali, secus verò de particulari: ut si quis mihi vendidisset, & ego postea tibi vendidi, & dixi me velle teneri pro meo dato, & facto tantùm; quia tunc non ero

obligatus,

obligatus, si evincatur ex facto mei auctoris particularis. Gloss. fin. *in l. si cum fundum, ff. de verb. signif.* Burg. de Pac. *in c. fin. de empt. & vend. n. 15. vers. intelligat tamen*, ubi dicit esse perpetuò menti tenendum. Cremens. *singul. 158.* ubi dicit illam gloss. esse singularem, & à nemine relatam. Tiraq. *de retract. conv. dict. §. 1. gloss. 6. num. 5.* Cacher. *decis. 48. num. 4. & seq.* Cabal. *ubi sup. num. 44. &*
38 *in addit. lit. D.* & alios adducit. Surd. *num. 7. & 8. ubi supr.* ubi rationem differentiæ assignat; quia hæres videtur una, & eadem persona cum defuncto, §. 1. *in authent. de jure juran. à majoren. præstito* & factum defuncti videtur factum ipsius hæredis; quòd secùs est in singulari successore, licet de facto successoris particularis, seu singularis teneri venditorem judicasset Senat. Burdegalens. ut testatur Boër. *num. 7. ubi supr.* ut latè cumprobat Trentacinq. *ubi sup. & in n. anteced.* ubi voluit dictionem taxativam efficere pactum personale, excludere hæredem, *ex l. non solum, §. tale, ff. de liber. leg.* Guzm. *ubi supr.*

39 Limita 2. quando res vendita cum prædicto pacto erat emphiteutica, hypothecata, seu alteri oneri subjecta : nam tunc pacto obstante potest emptor agere de evictione contra venditorem, ut res libera tradatur. Surd. *decis. 165. num. 7.* ubi sic Senatum Mantuanum declarasse dicit ; de quo vide Addita Gloss. 1. *l. 32. sup.* Idem si causa , ex qua
40 res poterat evinci, † scienter celavit. Vide Addit. Gloss. *6. l. 32. sup. n. 9.*

41 Limita 3. respectu pretii : nam hoc pacto non obstante, emptor poterit pretium repetere. Trentacinq. *vers. quamvis, ubi supra.* Vide Addit. ad d. Gloss. 6. *n.* 4.

Casus 19. est, quando is, qui de evictione agere vult, de evictione tenetur : nam quem de evictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio, *l. vendicantem, ff. de evict. cum à matre, C. de rei vendic. l. exceptione;* & *ibi* Gloss. Bald. & Salyc. *l. si ob causam de evict. l. frater à fratre, ff. de condit. indeb.* ubi dicit, non esse ei permittendum impugnare factum, qui illud adversus alios defendere tenetur, *l. altius, Cod. de servit. & aqua.* & *ibi* Glos. citat alia jura concordantia. Surd. *cons. 15. n. 3. cons. 67. num. 3.* Bart. *decis. Bonon. 122. n. 3.* Cabal. *d. §. 5. num. 2.* ubi hanc regulam ponit, & pro ea allegat Roman. *cons. 457. col. 2.* Curt. Jun. *634. difficultate.* Joann. de Amicis 3. *num. 13.* Rimin. 39. *num. 37. 77. num. 7. & 191. num. 25. lib. 1.* Bertrand. *235. num. 8. lib. 4. & 53. num. 1. eod.* Bellon. *cons. 24. num. 13.* Baptist. Valenz. *18. num. 100. 101. & 102.* ubi dicit, quòd hæc regula, licèt limitationes, & fallentias habeat, semper est certissima. Guzm. *q. 38. n. 5.*

42 Amplia procedere non solùm in venditore, sed in ejus hæredibus, & fidejussoribus, *l. sive possessio,* ubi Salyc. *C. de evict.* Petr. Gregor. *syntag. jur. lib. 25. c. 22. num. 7. &* 8. Cabal. *n. 2. vers. 3. limit. ubi supr.* Barbos. *in d. l. Lucius Titius 39. à num. 25.* Guzm. *q. 51. n. 21.*

43 Limita 1. quando agens habuit causam ab eo vel ab auctore ejus, contra quem agit, si ipsius, vel sui auctoris facto secuta fuit evictio ; ut post Aret. Curt. Sen. Crot. Beroj. Socin. Gratian. Socin. Jun. & Rip. tradunt Boc. *cons. 24. num. 30.* Surd. *68. num. 53.* Roland. *51. n. 19. vol. 4.* Cabal. *d. §. 5. n. 2. vers. 1. ut non procedat, & n. 51.* Phannt. *de invent. q. 244. à n. 203.* ubi latissimè explicat, & vide *sup. num. 42.* Guzm. *d. q. 38. n. 5.*

44 Limita 2. quando venditor non venit contra venditionem ad proprium commodum, sed ad utilitatem tertii, & contractus non valuit, nisi respectu vendentis, *l. si tibi, C. de evict.* Cabal. *d. num. 2. vers. 2. limita.* Barbos. *in l. 1. part. 5. num. 20. ff. solut. matr.* Guzm. *num. 7. ubi supr.* unde apparet, quòd si maritus vendiderit rem dotalem, potest venire contra contractum, quia rei dotalis alienatio favore mulieris prohibita est, *l. 1. §. cum lex, C. de rei uxor. act.* (& nos latè *alibi.*) Idem dicendum est in patre alienante bona adventitia filii, in Prælato alienante rem Ecclesiæ.

Limita 3. quando alienatio fit lege prohibente, 45
& resistente, ex eod. Barbos. *ubi supr.*

Limita 4. in eo, qui tantùm consensit venditio- 46
ni, sed ipse non fuit principalis venditor, nec fidejussor. Surd. *cons. 70. in fin.*

Limita 5. in hærede fidejussoris venditoris; qui 47
licèt hæreditario nomine teneatur de evictione, eundem agentem non repellit exceptio, *l. fin. C. de evict.* & *ibi*, Glos. & Bald. Cabal. *d. n. 2. vers. tertio limita.* Barbos. *in d. l. Lucius Titius, à num. 25.* & Surd. *à n. 16. ubi supr. ex d. Gloss. in.* constituunt differentiam inter hæredem venditoris, & hæredem ejus fidejussoris.

Limita 6. in filio patris, seu matris hærede, quæ 48
tanquam tutrix vendidit rem ipsius filii : nam si agit, ei non obstabit dicta regula : secus si mater suo nomine, & ut tutrix sui filii vendidisset Faber, *in suo C. lib. 8. tit. 31. defin. 2.* Declara, quando filius adivit hæreditatem patris, seu matris absque inventarii beneficio, aliàs secus, ex text. *in l. cum à matre, Cod. de rei vend. & l. fin. §. in computatione, Cod. de jur. delib.* Bald. *in l. sive possessio, ff. de evict.*

Limita 7. in eo, qui possidet tanquam tertius 49
rem, pro qua in causa evictionis posset conveniri. Faber, *ubi supr.*

Limita 8. ut non procedat in casu, quando fra- 50
tres dividunt bona feudalia inter se, vel fideicommisso subjecta, & promittunt ad invicem de evictione, & se liberant, & renuntiant omne jus quod habent in feudis, vel habere sperant; quia per hoc non videntur refutare, & promittere in casu, quo feudum de sui natura revertatur ad alterum. Caballin. *d. num. 2. in fin.* & vide Addit. ad Glos. 1. *l. 32. n. 83.*

Limita 9. nisi agat ad rescissionem contractus 51
prætextu enormissimæ læsionis ex remedio, *l. 2. C. de rescind. vend.* nam ex eo quòd de evictione teneatur, hoc remedio non privatur. Vide *suprà, num. 23.*

Quando contractus fuit nullus ab initio, ut si 52
impositio census, aut alienatio contineat nullitatem, promissio quoque evictionis tanquam accessoria nulla est. Gratus *cons. 91. num. 20. & 21. lib. 1.* ubi in terminis de quæstione agit. Tiraq. *de constit. poss. lim. 7. à num. 28.* Franc. *decis. 64. n. 16. & 369. circa fin.* Magon. *Lucen. 110. n. 7.* Manent. *13. num. 4. & 20. à n. 37. & cons. 129. n. 9. p. 2.* Lud. Censi. *post tract. de censib. decis. 45. n. 3.* ubi cum Tiraq. *in d. limit. 7.* aliud esse resolvit, si venditio ab initio fuisset valida, & ex post facto resoluta, vel si venditor esset in dolo.

Et etiam remanet nulla obligatio accessoria fi- 53
dejussoris. Bart. *in l. cum lex, ff. de fidejuss.* Censius *ubi suprà, decis. 138. num. 3.* Franchi 165. *num. 5.* Boër. 182. *num. 46.* Pinel, *in l. 1. p. 3. n. 37. C. de bon. mater.*

Intellige hanc doctrinam ex eadem Rota apud Censi. *ibi n. 5.* quando nullitas est propter defectum

formæ,

formæ, qui facit contractum ab initio non valere; quia tunc non habet, ubi constat obligatio accessoria. Vide *ibi* & relatos *in n. antec.*

54 Plures alios casus, in quibus de evictione agi non potest, colliges ex traditis in Add. ad Glos. 5. *l.* 32. *&* *l.* 33. 34. 35. *&* 36.

LEX XXXVIII.

AD TIT. FF. DE LEG. commissor. & C. de pact. inter emptor. & venditor. composit.

SUMMARIUM.

1 *Conventio, quæ non est contra bonos mores, in contractu emptionis est servanda?*
Pactum contra leges, seu bonos mores non valet, num. 2. *&* 3.

4 *Pactum, quòd res sit inempta, si pretium intra certum tempus non solvatur, valet, & de jure communi,* pactum l. commissoriæ appellatur, *& quid sit verbum* commissum, *&* cadere *in* commissum, *n.* 5

6 *Pactum prædictum verbis directis, aut obliquis concipitur, & quæ sit differentia quod uno modo, aut alio concipiatur.*

7 *In pacto* l. commissoriæ, *an ei tantùm speciale sit, quod dominium transferatur, si concipiatur verbis directis, & pactum in continenti apponatur, n.* 10. *&* 20.

8 *De hujus pacti substantia non est, quòd ponantur verba in hac lege posita, & quæ dicantur verba directa, quæ obliqua.*

9 *Dominium ex aliis pactis habentibus vim resolutivam à principio contractus transfertur.*

11 *Venditor, si intra terminum signatum totum pretium, vel majorem partem non solverit, resolvitur venditio: & quid de jure communi: & quid si non fletit per emptorem, seu non sit cui solvatur, n.* 12.

13 *Pactum* l. commissoriæ *invito venditore locum non habet, & esse in ejus electione, an velit agere ad pretium.*

14 *Venditor post diem statutum, si pretium petat, seu partem recipiat, videtur renuntiasse d. pacto, n.* 15.

16 *Venditor semel eligens stare contractui, vel eum rescindere, non potest variare.*

17 *Emptor resoluto contractu ex pacto* l. commissoriæ; *tenetur restituere fructus venditori, & de rei deterioratione, si ejus culpa evenerit, num.* 18.

19 *Venditor tenetur solvere sumptus factos in eorum collectione.*

20 *Hypotheca resolvitur, si emptor durante tempore rem hypothecavit.*

ADDIT. GLOSS. I. & II.

1 AD Glos. 1. & 2. Nota 1. ex text. quòd omnes conventiones, quæ non sunt contra leges, vel bonos mores, in contractu emptionis, & venditionis servari debent. Adde *l. tempore contractus S. Cod. de pactis inter empt. & vend.* Contractus enim ex conventione partium legem accipiunt. De quo vide Addit. ad Glos. 2. *l.* 31. *super hoc tit.*

Nota 2. ex Glos. pactum contra leges non valere; & add. Addita ad Glos. 7. *l.* 28. *tit.* 11. *infra hac part.* 2

Nota 3. ex Glos. 2. quòd pactum contra bonos mores non tenet, & adde Addita ad Glos. 9 *dict. l.* 28. 3

Ad Glos. 3. Nota 1. ex text. valere pactum inter emptorem, & venditorem, ut si intra duos menses pretium rei venditæ solutum non sit, res sit inempta. Adde *l.* 1. *&* *l.* 2. *&* *l. si fundum* 4. *ff. de leg. commiss. l.* 2. §. *Sabinus, ff. pro emptore, l. Julianus,* §. *idem Papinianus, cum gloss. ultim. ff. de act. empt. l.* 1. *l. commissoriæ* 4. *C. de pact. inter empt. c. significasti* 7. *de pignor. & ibi gloss. verb. pactum,* & DD. *in dictis locis.* Covarr. *lib.* 3. *var. c.* 8. *num.* 1. ubi alios adducit, Gomez. 2. *tom. var. c.* 2. *num.* 30. ubi latè explicat Petr. Greg. *syntagm. lib.* 25. *c.* 17. *num.* 9. Negus. *de pign.* 4. *p. princ. in princ.* Pereir. *in l. si curatorem habens, verb. sua facilitate, n.* 40. *C. de in integ. restit. minorum, & de empt. c.* 28. *num.* 20. Surd. *decis.* 248. *n.* 2. ubi plures refert, *&* *n.* 10. Morla. *tit.* 9. *q.* 14 *n.* Felician. *de censib. lib.* 1. *c.* 6. *n.* 1. Mantic. *de tac. convent. lib.* 4. *t.* 29. *num.* 2. *&* 3. & hæc venditio pura est, sed sub conditione resolvenda, ut tradunt Pereir. *n.* 54. *circc fin.* & Morl. *ubi supr.* Et an hoc pactum fuerit olim odiosum in venditionibus, Vide Fabr. *de error. pragm. decad.* 22. *error.* 6. ubi fuisse odiosum conatur probare, sed non hoc probasse scribit Oswald. ad Donel. *enucl. lib.* 16. *c.* 19. *lit. E,* quem vide in principio, ubi alios refert; & de quæstione, an Gabella ex hoc contractu debeatur eo resoluto. Vide Addita ad Gloss. *l.* 40. *infra.* 4

Hoc autem pactum de jure communi, lex commissoria appellatur, de quo *in titulo, ff. de leg. commiss.* & lex *ibi* accipitur pro conventione, *l.* 1. §. *si convenerit, ff. depositi, l. legem quam dixisti, ff. de pactis, l.* 1. *&* 2. *de pact. inter empt. & vend.* commissoria dicitur, quia sub conditione concipitur, qua impleta suum effectum sortitur, atque ita committitur, juxta *l. nuda, ff. de contrab. & committend. stip.* Pet. Greg. *d. n.* 9. Mantic. *n.* 1. *ubi supr.* Pereir. *d. n.* 50. ubi dicit, quod appellatur lex commissoria, quasi propter non solutum pretium suo tempore res ipso jure cadat in commissum; & aliter explicat ipse *ibi, n.* 101. Morl. *d. n.* 6. & Rodrig. *de an. redit. lib.* 2. *q.* 2. *n.* 25. Et de verbo commissum, & quid significet cadere in commissum, Vide Addit. ad Glos. 13. *l.* 28. *hac part.* 5

Et dupliciter hoc pactum concipi potest, aut verbis directis, ut *hic,* & *in d. l.* 2. *ff. de lege commiss.* de quo supr. *n.* 1. aut verbis obliquis, ut vendo tibi fundum, & si intra duos menses non solveris, res reddatur, seu restituatur; & vide infra in Glos. *l. n.* Covarr. *vers.* 2. *eadem.* Gomez. *vers. item adde.* Felician. *num.* 6. Pereir. *super verb. sua facilitate decepturs, n.* 54. ubi dicit communem, Morl. Mantic. *n.* 25. *&* 26. *ubi supr.*

Inter hæc pacta maximam differentiam constituunt Doctores. Quoniam pactum legis commissoriæ directis verbis conceptum operatur resolutionem contractus ipso jure, & translationem dominii in venditorem absque nova traditione, & agi poterit rei vendicatione, conditione adveniente; secus verò, quando verbis obliquis concipitur: nam tunc non transfertur dominium ipso jure; sed agetur actione ex vendito, vel præscriptis verbis ad observantiam contractus, *l. commissa-* 6

ria

via 4. *verb. vendicationem*, *& ibi gloss. C. de pact. inter empt. & vend. l. fin. verb. vendicare*, *ff. de leg. commiss.* & facit text. *in l. si hominem*, *ff. de usucap. & in l. si duobus*, §. *fin. ff. de diverss. & temporal. præscript. l.* 1. *& l. qui ea lege. C. de pact. inter empt. l. si quis hac. ff. de rei vend.* Glos. ordinaria, quæ bene declarat, *verb. mortis causa*, *in l.* 1. *ff. de donat.* Tiraq. *de retract. conven.* §. 1. *gloss.* 7. *n.* 3. *&* 17. ubi plures refert. Covar. *d. c.* 8. *n.* 1. *in princ. & vers. secundo eadem conclusio.* Gomez. *d. c.* 2. *n.* 30. *vers. item adde.* Pereir. *in d. l. si curatorem habens*, *super verbo*, *sua facilitate*, *n.* 54. Felician. *lib.* 1. *de censibus*, *c.* 6. *n.* 6. *&* 8. Morla. *in d. tit.* 9. *q.* 14. *n.* 6. Mantic. *d. lib.* 4. *tit.* 29. *n.* 25. *&* 26. Guttierr. *pact. q. lib.* 7. *de gabellis*, *q.* 10. *num.* 12. Salced. *in annotat. ad Bernard. Diaz. reg.* 208. 6. *col. vers. secundo*, *sublimita.*

7 Et speciale esse in pacto legis commissoriæ, quòd absque traditione dominium rei transferatur in venditorem, quando verbis directis fuit conceptum, tenent Tiraq. *num.* 8. ubi rationem assignat. Gomez. *in vers. item etiam inferri*, *uqi supr.* Trentac. *var. resolut. tit. de empt. & vend. lib.* 4. *resolut.* 10. *num.* 23. Pereir. *ubi proximè*, *num.* 55. ubi rationem hujus specialitatis tradit, & impugnat Alciat. *in l. traditionibus*, *n.* 16. *C. de pact.* & Menchac. *controv. usufreq. c.* 69. *per tot.* ubi contendunt in pacto legis commissoriæ non esse habitam fidem de pretio, & ideo dominium non esse translatum in emptorem, sed remansisse penes venditorem ex traditis in Addit. ad Glossas *l.* 28. per text. *ibi*, *sup. hoc. tit.* Felician. *de censib. d. lib.* 1. *c.* 6. *num.* 7. 8. *&* 9. qui *in dict. num.* 8. impugnat Gomez. contrarium tenuisse, & rationem reddit, & contra Menoch. & sequitur Mantic. *d. tit.* 29. *n.* 22. Morl. *d. num.* 6. *vers. nam si verbis directis.* Faber, *de error. pragm. decad.* 22. *error. num.* 4. ubi rationem esse dicit, quia non omnis traditio transfert dominium, sed ea demum, quæ non est nuda, id est, quæ causam habet justam, & legitimam; prout est quæ fit ex titulo emptionis, & tamdiu potest ea traditio prodesse ad dominium transferendum, quamdiu emptio subsistit, & statim quod finitur emptio, desinit causam habere traditio, & eum sequitur Oswaldus ad Donel. *lib.* 19. *c.* 18. *litt. C. & c.* 19. *lit. F.* ubi contra Menchac. sequitur Felician. de Solis, *ubi supr.* De regula, quòd sine traditione dominium non transfertur. Vide Addit. ad Gl. 8. *n.* 4. *&* 5. *sup. hoc tit.* Add. Gl. 3. *lib.* 7. *tit.* 4. *notab.* 2.

8 Nota 2. ex Glos. non esse de substantia, & forma pacti legis commissoriæ, quòd in ejus conceptione apponantur verba, quæ ponuntur in hoc text. *& in l.* 2. *& fin. ff. de lege commiss.* scilicet, quòd res sit inempta, sed sufficere æquipollentia, qualia sunt omnia, quæ denotant resolutionem contractus ipso jure, ut contractus habeatur pro infecto, vel habeatur pro nullo, & irrito ipso jure, vel quòd possit venditor sine judicis ministerio rem ipsam adsumere, & possidere, & frui propria auctoritate. Adde Covarr. *lib.* 3. *var. c.* 8. *num.* 1. Franc. Marc. *decis.* 477. Pereir. *super d. verba*, *sua facilitate deceptus*, *num.* 53. *in fin.* ubi doctrinam nostram Glos. sequuntur, & quæ dicantur verba directa, & verba obliqua explicat. De quo & agit Felician. *d. c.* 6. *num.* 5. *vers. cui tamen recepta sententia.* Pereir. *de empt. & vendit. c.* 28. *num.* 23. Et sic est tenendum, licèt contrarium velit Ruin. *cons.* 32. *n.* 15. *vol.* 1. quem refert, & sequitur Seraph. *de privileg. juram privileg.* 131. *in fin.* Surd. *decis.* 248. *num.* 10.

9 Nota 3, dominium transferri absque traditione ex omnibus aliis pactis habentibus vim resolutivam principii contractus, & non esse adeo speciale in pacto legis commissoriæ. Adde Glos. 10. *l.* 42. *infra hoc tit.* & plures quos congerit Trentacinq. *vers. non est discedendum*, *ubi sup.* Tiraq. *de retract. convent.* §. 2. *gloss.* 7. *n.* 14. *&* 15. ubi pro hac doctrina refert, *l. voluntatem*, §. *ult. ff. quib. mod. pig. vel hyp. solvi*, *& l. ult. C. de leg.* Glos. *in l. si mortis causa*, *verb. in rem*, *ff. de donat. caus. mort.* ibi, *verum etiam in pactis.* Paul. *in l. si à te*, *per illum text. C. de pact. inter empt.* Cuman. *in l.* 1. *ff. de donat.* ubi id dicit procedere in quibusvis aliis pactis. Cyn. Butr. Alberic. Salyc. Alex. Jas. Corn. & alios, *ibi.* Boer. *decis.* 182. 1. *p. n.* 19. ubi hanc opinionem tenet Dec. *cons.* 87. *n.* 4. Roland. *cons.* 62. *n.* 41. *cum aliis*, *lib.* 2. ubi magis communem, & in judicando sequendam dicit Covar. *lib.* 3. *var. c.* 8. *n.* 2. *vers. ego Jane fateor*, ubi ex Jason. & aliis eam communem dicit, & de jure veriorem. Peret. *in l.* 1. *tit.* 2. *lib.* 8. *ordin. vers. quæri etiam.* Mantic. *lib.* 4. *tit.* 30. *n.* 31. *vers. nec obstat*, ubi pro hac alios adducit, quos ipse sequitur, & sentit Pereir. *in d. verb. sua facilitate deceptus*, *n.* 35. Alex. Raudens. *decis. Pisana*, 19. *n.* 181. ubi Senatum hanc opinionem amplexum esse dicit & additos ad Glos. 7. *& d. gloss.* 10. *d. l.* 42. & sic est tenendum, quia æquitate, & ratione suffultur, licèt contrariam opinionem teneant Bart. & alii, quos Glos. *hic* refert; quibus adde plures, quos pro ea referunt Tiraq. & Covarr. *ubi supr.* & Gomez. 2. *tom. var. c.* 2. *num.* 30. *vers. item Adde prosequendo.* Mench. *contr. usufr. lib.* 3. *c.* 69. *num.* 9. & P. Molin. *disp.* 378. *vers. utrùm autem quando res.* Sed prima communior est.

Nota 3. ex Glos. quòd ad hoc, ut pactum legis commissoriæ verbis directis conceptum, aut cæteræ conventiones operentur translationem dominii ipso jure in venditorem, requiritur, quòd in contineuti in ipso contractu apponatur; aliàs si ex intervallo fuerit appositum, postquam jus tertio fuit quæsitum, nihil operari. Adde Angel. & Fulgos. *num.* 6. Paul. *num.* 10. Jas. 7. *in d. l. ab emptione*, *ff. de pact.* ubi Glos. *verbo*, *cogaris*, quam Glos. *hic* refert; sequitur, & perpetuò menti tenendam dixit Angel. & receptam testatur Oros. *ibi*, *num.* 34. Covarr. *num.* 1. *vers. hæc vero.* Salced. in annot. ad Bernard. Diaz. *reg.* 208. 5. *col. vers. sublimita tamen*, & eam notabilem, & singularem dicunt plures, quos refert, & sequitur Tiraquel. *de retract.* §. 1. *gloss.* 7. *num.* 4. *&* 5. ubi hoc nemini dubium esse dicit, *& num.* 18. Gomez. *d. num.* 3. *vers. item adde*, *quod ad hoc*, Pereir. *super verb. sua facilitate deceptus*, *num.* 16. ubi alios adducit, *& de empt. & vend. cap.* 28. *n.* 23. *vers. intellige tamen*; & ampliat, etsi partes contrarium expressè velint. Matienz. *in l.* 7. *tit.* 11. *gloss.* 3. *n.* 21. *lib.* 5. *recop.* Felician. *n.* 2. *ad fin.* Menchac. *num.* 6. *vers. quod est intelligendum.* Trentac. *n.* 24. Molin. *vers. præterea observant DD. sup.* Quando verò dicatur incontinenti initum fuisse pactum. Vide in Add. Glos. 10. *d. l.* 42. *n.* 19. *infra hoc tit.* Et hæc procedunt, etsi non modico tempore, sed longo concludantur, & in multos annos protrahatur, ut si actum fuerit, quòd intra decem annos, vel alios plures pretium solvatur, ut Guttier. *de gabellis*, *q.* 10. *n.* 13. ubi contrarium tenentes impugnat. 10

Ad Glos. 5. Nota ex text. & Glos. quòd si emptor intra terminum signatum integrum pretium non solvit, vel majorem partem, venditio resolvitur, si vult venditor, & lucratur arras, vel partem pretii soluti, etsi de hoc non fuisset pactum 11

expressum

expressum, & adde *l. sed etsi ex, in princ. ff. de petition. hæreditat.* Bald. *in c. 1. de feudo dat. invicem legis commissor.* ubi notabiliter tradit Pereir. *in l. si curatorem habens super verb. sua facilitate deceptus, n. 54. vers. adverte autem.* Morl. *in empor. tit. 9. q. 14. n. 6. vers. adeo ut emptor.* Mantic. *d. lib. 4. tit. 29. n. 28. qui in num. 29.* tradit, tempus, quo fuit res vendita penes emptorem, accedere venditori ad adimplementum præscriptionis; de jure communi uno nummo deficiente pactum committebatur, quod secus est de jure nostro ex hac lege. Fachin. *controvers. lib. 1. c. 96. vers. nono.*

Limita 1. nisi non stet per emptorem, quominus ad diem pecunia solveretur, *l. trajectitiæ 22. ff. de act. & oblig. l. ultim. ff. de leg. commiss.* ubi hujus limitationis ponitur exemplum. Sublimita, nisi cum antea per venditorem factum esset, quominus pecunia sua die solveretur, & postea venditore accipere parato emptor in mora sit, *l. si & per emptorem 51. vers. quando si fundum, ff. de actio. empt. & vend.* Limita, si nemo sit, cui solvatur, *l. si fundus 4. §. fin. & l. fin. ff. de leg. commiss.* 12

AD Glos. 5. Nota 1. pactum legis commissoriæ invito venditore locum non habere, & in ejus electione esse statim agere ad pretium, vel commissoriam exercere, *l. cum venditor, 2. l. nam legem 3. ff. de leg. commiss.* & *ibi* Glos. & communiter Doctores. Gomez. *n. 30. in fin.* Joseph Lud. *decis. Perus. 33.* Morl. *n. 6. in fin.* Molin. *vers. conveniunt.* Mantic. *n. 9. ubi supr. cum aliis,* ubi multis exemplis comprobat, quòd quando aliquid statuitur in favorem alicujus, intelligitur volente eo, in cujus favorem est inductum, non aliàs. Scacc. *de judic. lib. 2. c. 2. n. 384. & de comm. §. 1. q. 7. p. 2. ampl. 2. num. 4. vers. primus.* 13

Nota 2. quòd, si venditor post diem statutum solutioni pretium petat, videtur pacto legis commissoriæ renunciare. Adde *l. commissoriæ, 4. C. de pact. inter empt. & l. Æmilius, 38. §. dicebam ff. de minorib.* Morl. Mantic. *num. 18. & 19. ubi supr.* ubi idem esse dicit, si usuras pretii non soluti petat, *ex d. l. commissoria.* Amplia idem esse, si post commissam legem venditor partem pretii acceperit, *ff. de lege 6. §. fin. ff. de lege commiss.* Vide Addit. ad Glos. *1. l. 42. n. .. infr. hoc. tit.* 14 15

Nota 3. ex text. venditorem, qui semel elegit agere ad rescissionem contractus, vel ei stare, non posse variare. Adde *l. si fundus, 4. §. eleganter, & l. post diem ff. de lege commiss.* Morl. *d. n. 6. circa fin.* & vide Addit. ad Glos. *9. l. 24. tit. 13. hac par. n. n. 34.* ubi late egimus, quando una via electa possit quis redire ad alteram. 16

AD Glos. 6. Nota 1. ex text. resoluto contractu ex pacto legis commissoriæ, quòd emptor tenetur fructus ex re empta perceptos venditori restituere. Adde *l. si fundus, 4. ff. de lege commiss.* P. Gregor. *syntagm. jur. lib. 25. c. 17. num. 10.* ubi latè explicat. Pereir. *in repet. d. l. si curatorem, verbo sua facilitate deceptus, num. 56. vers. ultim.* Felic. *de censib. lib. 1. c. 6. n. 5.* Mantic. *n. 27. ubi supr.* Guttier *de gabel. q. 10. n. 13. in medio.* Scac. *de commerc. §. 1. q. 1. n. 483.* ubi ampliat, etsi pactum esset conceptum verbis obliquis, seu inflexis; *& §. 1. q. 7. p. 2. ampliat. 12. n. 4. vers. primus casus* & vide Addit. ad glos. *7. l. sequent.* 17

Nota 2. ex Glos. quòd si venditor velit emptorem sibi fructus restituere, tenetur solvere emptori sumptus factos in eorum collectione, de quo vide Addit. ad Glos. *6. l. 11. tit. 15. infr. hac par.* ubi late hanc quæstionem explicatam invenies; & quid de expensis factis in custodiendo agro, & de eis, quæ fiunt gratia conservandorum fructuum, & de probatione fructuum, qui percepti fuerunt, & percipi potuerunt. 18

AD Glos. 7. Nota, quòd si culpa emptoris res vendita deterior facta sit, tenetur venditori damnum satisfacere. Adde Molin. *ubi supr.* † & si emptor rem hypothecavit durante conditione, re- 20 soluto contractu hypotheca extinguitur; de quo vide *l. fin. hujus tit.* & *ibi* Addit. 19

LEX XXXIX.

SUMMARIUM.

1 *Pactum, quòd periculum rei venditæ spectet ad venditorem, valet.*

2 *Periculum rei venditæ pertinet venditori, si asseruit ad certum tempus duraturum, si antea deterioraretur.*
Item si sciens vinum esse deteriorandum tacuit.

ADDIT. GLOSS. I. & II.

AD Glos. 1. Nota valere pactum, ut ante traditionem periculum rei venditæ ad venditorem spectet. Adde Molin. *disp. 366. col. 702. vers. tertius,* quando *in contractu expressum sit.* 1

Ad Glos. 2. Nota periculum rei venditæ ad venditorem spectare, si asseruit usque ad certum tempus duraturum, si antea deterioretur. Adde Addita ad Glos. 3. *l. 24. supr.* ubi diximus in rebus, quæ in pondere, numero, vel mensura consistunt, periculum esse venditoris, si ei aliqua culpa imputari potest. 2

Amplia si venditor sciens vinum esse deteriorandum tacuit, & emptorem non admonuit. Adde Addita *ad d. gloss.* 3. Gomez. 2. *tom. var. c. 2. num. 32. circa fin.* Molin. *vers. quintus, si venditor, ubi supr.*

LEX XL.

AD TITULUM DE IN diem addictione.

SUMMARIUM.

1 *Pactum, quòd si aliquis intra certum tempus meliorem conditionem offerat, res sit inempta, valet.*

2 *Dominium resolute contractu ob dictum pactum in venditorem transfertur, etsi verbis obliquis pactum concipiatur, si incontinenti appareat, n. 3. 4. & 5.*

6 *Pactum prædictum an adjectionis in diem appelletur.*

7 *Primus emptor potest offerre pretium, quod posterior offert, etsi adsit pactum, quòd discedatur ab emptione, seu quòd res sit inempta, num. 8.*

9 *Pactum, quòd in perpetuum possit melior conditio offerri, valet.*

10 *Venditor*

10 *Venditor tenetur certificare emptorem de meliore conditione allata.*

11 *Melior conditio offertur, etsi pretium non augeatur.*

12 *Emptor si vult remanere cum re, debet solvere pretium cum melioratione facta.*

13 *Venditor meliorem conditionem oblatam potest abjicere.*

14 *Emptor an teneatur fructus, si quos percepit, interim, quod alius meliorem suam conditionem attulerit, venditori restituere, num.* 15. *&* 16.

17 *Venditio prima tenet, si filius, aut servus meliorem conditionem attulerit.*

18 *Idem si falsus emptor supponatur.*

19 *Emptor primus, si alium non idoneum supponat, & ei sit fundus addictus, tenetur venditori decepto ex vendito, quasi si id non esset factum, & ad fructus, quos perceperat, & ad deteriorationem rei.*

20 *Ab emptione priori an possit recedi, si pupillus, vel servus meliorem conditionem attulerit.*

21 *Et quid, si melior conditio afferatur, venditore ante diem addictionis mortuo, si hæres ante diem addictionis existat?*

22 *Et quid si ablatio melioris conditionis sit simulata, & simulatio probetur?*

23 *Pactum addictionis in diem, an possit fieri ab Ecclesia, vel à minore emente.*

24 *Fundus semel in diem addictus, an iterum addici possit.*

25 *Gabella, resoluto contractu ex pacto adjectionis in diem, seu* l. commissoriæ, *an debeatur? & quid si sit appositum ex intervallo, seu quando fuit conceptum verbis obliquis.*

ADDIT. GLOSS. I. &c.

1 AD Gloss. 1. Nota ex text. valere pactum inter emptorem, & venditorem hoc modo conceptum: vendo tibi domum pro centum sub tali pacto, quòd si aliquis mihi infra mensem meliorem conditionem offerat, etsit inempta. Adde *l.* 1. *&* 2. *ff. de in diem addict.* Covar. *lib.* 3. *var. c.* 8. *num.* 1. Pereir. *in l. si curatorem, verb. sua facilitate num.* 54. *C. de in integ. restit. & de empt. & vend. c.* 28. *n.* 21. Felician. *de censib. lib.* 1. *c.* 6. *num.* 1. Morl. *in emp. juris, t.* 1. *p. tit.* 9. *de contrab. empt. q.* 14. *num.* 3, Mantic. *de tacit. convent. lib.* 4. *tit.* 28. *per tot.* ubi latè explicat. Tusch. *litt. P. conclus.* 20. Cùm verò

2 hoc pactum † his & aliis verbis directis concipitur, contractus resolvitur, & dominium ipso jure in venditorem transfertur absque alia traditione,

3 & conditione adveniente agi poterei rei † vendicatione, *l. si quis hac lege* 42. *in princ. & vers.* 1. *& ibi* Gloss. *verb. uti, ff. de re vend. l. si ex duobus, §. sed & Marcellus, ff. de in diem addict.* Covar. Pereir. Felic. *n.* 2. Mantic. *n.* 11. *&* 12. *ubi supr.*

4 Amplia speciale esse in hoc pacto, etsi verbis obliquis concipiatur, dominium ipso jure in venditorem transferri, ut per text. *in l. si quis hac lege, ff. de rei vendicat.* docuit Salyc. *in l. traditionibus, n.* 11. *C. de pact.* Covar. *vers. neque hanc communem.* Menchac. *controvers. usufruct. lib.* 3. *c.* 69. *n.* 5. *&* 6. Felician. *n.* 7. Mantic. *num.* 13. *&* 14. *ubi supr.* qui contra Bart. & alios hanc doctrinam defendunt: quamvis ab eis cavendum esse censeat Pereir. *supr. d. verb. sua facilitate deceptus, n.* 55. *post med.* ubi satisfacere conatur text. *in d. l. si quis hac lege.* Intellige, si pactum † incontinenter apponatur; secus 5
vero, si ex intervallo. De quo vide addita ad Gl. 3. *l. anteced. num.* 11. Mantic. *dict. lib.* 4. *tit.* 29. *num.* 12.

Hoc pactum addictionnis in diem, & non adjectionis appellandum esse multis auctoritatibus comprobat Pereir. *n.* 51. *&* 52. Felician. *n.* 1. *vers. pactum vero.* Mantic. *n.* 3. Morl. *n.* 3. *ubi supr.* Oswald. Iliger. *in annot. ad Donel. enucl. lib.* 16. *c.* 18. *lit. A.* qui & alios plures laudant. 6

Nota 2. ex text. quòd si prior emptor paratus 7
si adducere pretium, quod posterior adjecit, res vendita non potest ab eo auferri. Adde *l. licet autem, cum seq. de in diem addict.* & Glos. 7. *infr.* & apud nos hoc est sine controversia, licèt de jure communi non possit emptor pro eodem pretio, quod alius offert, rem retinere, ut tradit Faber, *de error pragd. decad.* 23. *error.* 3.

Nota 3. ex Glos. quòd primus emptor præfertur, 8
etsi actum sit, quòd si alius meliorem conditionem attulerit, discedatur ab emptione, vel res sit inempta. Et adde Pereir. *de empt. & vend. c.* 28. *num.* 21. *in fine.*

Nota ex Gloss. 2. valere pactum addictionis in 9
diem, ut in perpetuum possit melior conditio afferri. Adde *l. quod si nolis, §. si quid ita, ff. de adil. edict.* ubi valet conventio, quòd in perpetuum redhibitio fiat, ut si dictum fuerit in contractu, licere emptori, vel venditori quandocunque ab eo discedere: nam perpetuò quilibet eorum potest pœnitere juxta Gloss. *in c. illo vos, verb. annos, de pign.* Covar. *lib.* 1. *variar. c.* 9. *num.* 1. Guttier. *de gabel. quæst.* 10. *num.* 13. ubi latè de validitate hujus pacti in perpetuum, & in longum tempus disputat. & *in fin. d. num.* in pacto legis commissoriæ validum esse, & in pactum addictionis in diem minime valere dicit, sed ab opinione glossæ non est recedendum.

Nota ex text meliori conditione allata, vendi- 10
torem debere de ea certificare emptorem, etsi nolit eam præstare, venditionem non valere, ut diximus *in gloss.* 1.

Nota ex Gloss. 3. quòd pro meliori conditione 11
accipitur, etsi is, qui plus offert, solvendo non sit, & deterior futura sit, si venditor eam approbavit. Adde Mantic. *de tacit. convent. lib.* 4. *tit.* 28. *num.* 21.

Nota ex Gloss. 4. quòd, etsi pretium non sit ad- 12
ditum, melior conditio dicitur allata, si pretii solutio facilior offeratur, vel maturior, aut si locus opportunior ad solvendum pretium dicatur. Adde Mantic. *ubi sup n.* 20.

Nota 1. ex Gloss. 5. quòd, si emptor vult rem, 13
debet solvere pretium cum melioratione facta. Adde Matienz. *n* 6. *&* 27. *ubi supr.* Venditori licet meliorem conditionem oblatam abjicere, & sequi primam quasi meliorem, *l. Sabinus, in princ. ff. de in diem addict.* Mantic. *n.* 22. *ubi supr.* &, si nominatim non sit actum, ut meliore conditione allata, liceret emptori resilire, non potest emptor invito venditore à contractu discedere, *d. l. Sabinus, in fin.* Card. Mant. *ubi supr.*

Nota ex Gloss. 7. quòd emptor tenetur fructus, 14
si quos percepit interim, quòd alius meliorem conditionem attulit, venditori restituere, si ipse velit pretium, & meliorationem solvere, & cum re empta remanere, quia non habet rem ex primo contractu, sed ex novo. Adde *l. Imperatorem, ff. de in diem adject. & ibi* DD. & novissime

Fab. Pereir. *sup. d. verb sua facilitate, n. 56. vers. ultimo notandum*, declara ex dicendis *infra*.

15 Nota ex Glos. 8. emptorem, cum venditio ex pacto additionis in diem resciditur, teneri simul cum re fructus interim perceptos restituere. Add. *l. item quod, & l. Imperator, ff. de in diem adject.* Gloss. *verb. lucrari, in l. 2. ff. eod. & in l. 2. §. fidem, ff. pro empt.* & ita tenent communiter DD. ut testatur Corras. *lib. 3. miscel. c. 9.* Tiraquel. *de retract. convent. §. 5. gloss. 2. n. 3.* Burg. *in c. ad nostram, de empt. & vend.* Morl. *in emp. jur. tit. 9. q. 15. n. 7.* Mantic. *d. tit. 28. n. 16.*

16 Contrarium, scilicet fructus pertinere ad primum emptorem, & apud eum debere manere. Aman. de *clarif. aq. sing. 125.* Bapt. Cost. *d. quot. & rat. q. 129. num. 16.* Tiraquel. *in repet. l. si unquam, verb. revertatur, n. 283. C. de revoc. donat.* Covarr. *lib. 3. var. c. 6. n. 1. vers. verum.* Vazq. à Mench. *contr. usufr. lib. 3. c. 49. n. 1. vers. contrariam*, ubi latè defendit Illig. *in not. ad Donel. lib. 10. cap. 18. litt. E.* Scac. *de commerc. §. 1. q. 1. num. 485.* Castil. *lib. 5. cap. 109. num. 3. & 4.*

Concorda has opiniones ex text. *in l. 2. 3. & 4. ff. de in diem addict.* ubi constituitur differentia inter hoc pactum conceptum conditione resolutiva, & suspensiva (de quibus latè Castil. *ubi supr.*) & statuitur, quòd si purè contracta est emptio, at sub conditione resolutiva, ut si pactum sit, vendo tibi fundum eo pacto, quòd si majus pretium, seu melior conditio mihi afferatur, hæc venditio non valeat: vel si dictum sit, meliori conditione allata res sit inempta, tunc esse contractum perfectum, & procedere secundum opinionem, ex text. *in d. l. 2.* ibi: *Hunc, cui res in diem addicta est, & usucapere posse, & fructus, & accessiones lucrari, & periculum ad eum pertinere, si res interiet.* Si verò conditionalis sit contractus, erit locus primæ, *ex d. text.* ibi: *Sin autem hoc actum est, ut perficiatur emptio, nisi melior conditio afferatur, erit emptio conditionalis*; & Glos. *ibi verb. conditionalis*, alia exempla refert, videlicet si dicatur, sit tibi emptus, nisi alius; vel vendo, nisi alius: & *in verbo periculum*, ait his casibus periculum, & fructus pertinere emptori, *ex l. necessario, §. quod si pendente, de peric. & com. rei vend.* hanc concordiam tradunt etiam Menchac. qui ita nostram l. sic esse intelligendam ait (& denotant verba illa, *sobre tal pleyto*, quæ conditionem inducunt, ac dictio, *nisi*, quam conditionem inducere variis locis comprobavimus,) *& l. item quod, & l. Imperator.*

17 Ex Glos. 9. Nota venditionem primam valere, si servus, aut filius meliorem conditionem attulerint. Mantic. *d. tit. 28. n. 32.*

18 Nota 1. ex Glos. 10. quòd si falsus emptor subjectus sit, prior emptio non dissolvetur. Adde *l. eum, §. cum igitur, ff. de in diem addictio.* Mantic. *n. 23. ubi supr.*

19 Nota 2. quòd si emptor alium non idoneum subjecit, & ei fundus addictus sit, prior emptio dissolvitur, quia posterior vera venditio est; sed cùm venditor à priore emptore deceptus fuerit, adversus eum ex vendito habet actionem, quasi sua interfuit id non esse factum, per quam actionem & fructus, quos prior emptor perceperat, & quod deterior res culpa, vel dolo malo ejus facta sit, recipiet. Adde Mantic. *n. 24. ubi supr.* ✝

20 Quid si pupillus sine tutoris auctoritate, vel servus meliorem conditionem attulerit, an à priore emptione sit recedendum, quia nec pupillus sine tutoris auctoritate, nec servus civiliter obligantur; ut de pupillo apparet *in l. obligari, in princ. ff. de auct. tutor. l. more, in princ. ff. de acquir. hæred. l. pupillus, ff. de act. & obligat.* & de servo, *in l. servi, & in l. obligari, ff. de act. & oblig.* Et verius est consentiente venditore, quòd prior emptio dissolvitur, quia posterior valet, *l. si venditor, §. sed etsi, ff. de in diem addict.* Nam & pupillus, & servus naturaliter obligantur, licèt civiliter non sint obligati, *l. 1. in fin. ff. de novat. d. l. servi, & l. obligari, ff. de actio, & oblig.* Mantic. *num. 30. & 31.* Vide add. ad *l. tit. 11. infr.* † Si prædio in diem addicto, ante diem venditor mortuus sit, an melior conditio afferri possit? Si hæres intra diem addictionis extitit, melior conditio afferri potest, secus verò, si hæres non extitit, vel si post diem extitit. *l. si prædio, in princ. ff. de in diem addict.* Mantic. *ubi proximè, num. 29.* 21

Quid si aliquis longè majorem quantitatem offerat, ut priorem emptorem excludat? Si oblatio est simulata, & simulatio probatur, oblatio priori emptori non nocebit. Mantic. *ubi supr. n. 28.* ubi tradit, quòd licèt simulatio non præsumatur, conjecturis potest probari, & nonnullos de eis agentes refert; tu vide Addita ad Glos. 6. *l. fin. tit. 11.* 22

Sed an pactum additionis in diem possit fieri ab Ecclesia, vel minori, qui rem aliquam emunt, ut si intra certum tempus venditori melior conditio afferatur, res sit inempta? Vide Mantic. *dict. lib. 4. tit. 28. num. 41. & 42.* ubi hoc pactum ab Ecclesia, vel minore incontinenti appositum valere defendit; & comprobatur ex traditis per Joan. Guttier. *de tutelis 2. p. c. 5. num. 37. & 38.* & per alios, quos laudamus *supr. hoc tit.* in Additione Gloss. 2. *l. 4. num. 33.* 23

De quæstione, an fundus semel in diem addictus, iterum in diem addici possit? Vide Petr. Valasc. de Medinilla *de variis veterum altercationibus, ad l. quod autem 11. ff. de in diem addict. fol. 71.* ubi latè explicat, & de aliis quæstionibus, vide *l. cum duo, l. quod si uno, ff. de eodem*, & Mantic. *ubi supr.* 24

Quid de gabella, utrùm resoluto contractu ex hoc pacto addictionis in diem, vel ex pacto legis commissoriæ debeatur? Ex ejus resolutione gabellam non deberi omnes conveniunt. Dubium verò est, an ex ipso contractu addictionis in diem, vel ex alio quocunque contractu resolutivo gabella debeatur; & si sit soluta, an tanquam indebita repeti possit, & gabellam ex eis deberi docet Gomez. *2. tom. cap. 2. n. 31.* Vazq. de Menchac. *lib. 1. contr. usufr. c. 11. n. 21.* Peret. *in l. 1. tit. 2. lib. 8. ordin. vers. infertur quod ex acquisitione.* Morl. *in emp. juris 1. p. tit. 9. de contrab. empt. q. 14. n. 12. in fin.* 25

Contrariam opinionem tenent Bellapert. Paul. & alii DD. quos refert, & sequitur Gomez. *ubi supr.* Parlad. *lib. 1. rer. quotid. c. 3. §. 4. n. 7.* Matienz. *in l. 7. tit. 11. gloss. 3. num. 21. lib. 5. recop.* Lasart. *de decim. vend. c. 24. n. 28.* qui *à n. 19.* videndus est Geronda *de gabell. 5. p. n. 29.* Felician. *de cenfib. lib. 1. c. 6. n. 4.* ubi alios laudat. Molin. *disput. 378. vers. dubium est, n. 10.* Guttier. *de gabell. q. 10.* ubi hanc dicit veram, & communem opinionem. 26

Limita 1. quando pactum legis commissoriæ, vel additionis in diem appositum fuisset ex postfacto, hoc est, ex intervallo, quia tunc jus fuit jam quæsitum fisco. Lasart. *num. 28.* Molin. *vers. idem.* Guttier. *num. 11. ubi supr.* Matienz. *in dict. gloss. 3. num. 23. ubi plures adducit.* † Item quando non conceptum verbis directis, sed obliquis, quo casu 27

resolutio

resolutio non fit ipso jure, sed per sententiam judicis, ut diximus *id d. additione, gloss. 3. n. 5.* Lasart. *n.* 29. Gerond. *d. n.* 29. ubi in hoc casu contrariam opinionem procedere dicit Guttier. *num.* 12. & Matienz. *n.* 21. *vers. secundus si pacta, ubi supr.*

LEX XLI.

AD TIT. DE PACT. pignor.

SUMMARIUM.

1 *Pactum* l. commissor. *in pignoribus quòd justo pretio, si pretium infra diem certum non solvatur, res si empta, valet, etsi non dicatur ad arbitrium boni viri, vel quod vendit justo pretio, dummodo non dicat pro debito, num.* 2. & 3.

4 *Justum pretium boni viri arbitrio, intelligitur arbitrio judicis.*

5 *Si antequam æstimetur res, & emptori adjudicetur, debitor etiam post tempus præstitum obtulerit pretium, etsi non realiter, an liberetur, si pignus possideat, & quid si non possideat.*

6 *Pactum* l. commissoriæ, *seu simile tam ex causa mutui, quam ex aliis creditis in pignoribus est reprobatum, n.* 7. & 13.

Item si actum est, quòd si elapso termino non luatur pignus, non liceat illud amplius luere. Idem si non sit res specialiter, sed generaliter hypothecata, n. 8.

9 *Pactum inter debitorem, & creditorem, quòd, si non solverit intra mensem, talis domus, in qua non erat pignus constitutum, sit empta, vel habeat in solutum, an valeat, n.* 10. & 11.

12 *Pactum* l. commissoriæ *in utilitatem fidejussoris non valet.*

14 Lex Glos. Doctorve *ratione frequentioris usus loquens in uno, aliud non excludit.*

15 *Pactum* l. commissoriæ *in pignore favore dotis, an valeat, & n.* 16.

In muliere creditrice non valet, n. 17.

18 *Debitor dictum pactum valere in pignoribus juramento non potest renuntiare.*

19 *Juramento pactum* l. commissoriæ *an firmetur, & teneatur debitor illud observare: & an rem possit repetere à creditore post pacti observantiam, n.* 20. 21. & 22.

23 *Pactum* l. commiss. *in pignoribus ex intervallo positum an valeat, n.* 24.

25 *Si ex intervallo sit pactum appositum, quod non solutis centum, pignus sit emptum pro ducentis, an valeat, n.* 28.

26 *Pactum* l. commiss. *quare in pignoribus sit prohibitum: Et consuetudine non potest confirmari, n.* 27.

Etsi fuisset positum ad instantiam debitoris, seu si non fuisset perpetuum, n. 29. 30.

31 *Et an habeat locum in solutione.*

32 *Et quid si pactum non esset suspensum in futurum, seu quando non esset in damnum debitoris, sed creditoris, n.* 33.

34 *Quando apparet pactum non fuisse appositum ad rediimendam obligationem solvendi, vel extortum in locum usuræ, valet.*

35 *De substantia pacti* l. commissoriæ *tua requiruntur: & de interpreta,* l. 1. & 2. Cod. de pact. pignor. & l. quamvis, de solut. & l. Titius, ff. de pignor. act. & l. cum dominium C. de pignor. *& aliarum similium legum, remissivè.*

36 *Prohibitio hujus pacti in pignoribus an sit de jure digestorum.*

Hermosilla in v. Partit. Tom. II.

ADDIT. GLOS. I. II.

AD Glos. 1. Nota 1. valere pactum legis commissoriæ in pignoribus, ut si debitor infra diem certum pecuniam mutuatam non solverit, res pignorata sit empta creditori justo pretio arbitrio boni viri. Adde Glos. *in d. l. si fundus, §. fin. ff. de pignor.* Bart. qui eam legem dicit singularem, & cæteri DD. ibi, *& in l.* 1. *& ult. C. de pactis pignor.* Azonem, *in summ. ejusd. tit. post princ.* Hostiens. *in summ. tit. de pignorib. num.* 4. *vers.* 1. Bald. *in repetit. l. Æmilius, col. antepen. vers. in gloss.* 1. *ff. de minorib. & in c.* 1. *col.* 1. *vers. quæro utrum valeat, tit. de fundo dat. in vic. legis commissoriæ,* ubi ad hoc dicit notabilem text. *d. l. si fundus,* & Salic. & Paul. *in l. Titius, ff. de pignor. action.* Bart. Cæpol. *Cautel.* 241. Alexand. *cons.* 176. *num.* 8 *lib.* 7. Guid. Pap. *decis.* 6. *num.* 1. *vers. sed si dicatur,* & ibi Ranchin. *in annot.* Tiraq. *de retract. convent. ad fin. tit. nnm.* 138. Covar. *lib.* 3. *var. c.* 2. *num.* 8. *vers. secundo infertur.* Trentac. *var. lib.* 3. *tit. de pignor. resolut.* 11. *num.* 14. Afflict. *decis.* 368. *num.* 1. & ibi. Ursil. *num.* 2. Pinel. *in Rub. Cod. de rescind. vend.* 2. *p. c.* 1 *num.* 26. *& 36. in fin.* Negus. *de pignor.* 4. *par. princip. num.* 6. Menoch. *de adipisc. possess. remed.* 5. *n.* 44. Farin. *in prax. crim.* 5. *p. q.* 175. *n.* 211. Guttier. *de juram. confirmat.* 1. *part. c.* 33 *num.* 4. Surd. *decis.* 248. *num.* 8. Barbos. *in l. alia eleganter, num.* 48. *vers. illud utique, ff. solut. matr.* Parlad. *in sexquicent. different.* 57. *num.* 11. Mantic. *de tacit lib.* 11. *tit.* 10. *num.* 20. Pereir. *de empt. c.* 11. *num.* 17. *& c.* 28. *num.* 28. *& 37. & in l. si curatorem, in definit. super verbo sua facilitate, num.* 95. *& 99. C. de in integrum restit.* ubi in mutuo non habere locum dicit, & eum sequitur Rodrig. *de an. red. lib.* 2. *q.* 2. *n.* 19. qui tenent communem opinionem supra traditam accipiendam, & intelligendam esse, quando pactum fit ad tutiorem cautionem debitæ pecuniæ, non verò quando actum est inter contrahentes, quòd venditor teneatur vendere propriam rem, quam alioquin non esset venditurus: nam isto casu pactio usuraria esset, & ita accipiendam censet hanc legem, & *l.* 12. *tit.* 13. *infra hac part.* & idem sequitur Scac. *de commerciis, §.* 1. *q.* 7. *p.* 2. *ampliat.* 10. *sub n.* 89. *vers. confirmatur hæc opinio, vers. tamen inveniens,* 4. *col.* 4. ubi latè, & Trentac. *ubi supr.* 1

Amplia 1. ex Glos. etsi non dicatur in pacto, quòd res sit empta justo pretio ad arbitrium boni viri: nam satis est, quòd dicatur justo pretio, quia arbitrio boni viri debet declarari. Adde Tiraq. Covar. Afflict. & alios, *nbi prox* Surd. *dec.* 248. *n.* 8. Menoc. *n.* 44. Farin. *n.* 211. Mantic. *n.* 19. *ubi supr.* & *lib.* 4. *tit.* 29. *n.* 6. 2

Amplia 2. ex Glos. etsi non dicatur in pacto, quòd vendit pro justo pretio, dummodo non dicat pro debito: nam intelligitur, quòd vendit pro justo pretio. Adde Tiraq. *n.* 139. Negus. *n.* 6. *in fin.* Surd. *n.* 8. *vers. quinimo.* Pinel. *n.* 25. *in fin. &* 31. Menoch. *vers. quæ quidem sententia.* Farin. *num.* 212. Covar. *n.* 7. *vers. idem erit si fiat.* Pereir. *n.* 95. *vers. prima igitur, & de emp. d. n.* 28. Trent. *n.* 15. Mant. *d.* 3

tit. 10. num. 33. ubi supr. Contra hanc doctrinam Bart. & ampliationem est text. *in l. 12. tit. 13. infrà hac p.* ibi: *O que sea vuestro comprado*, ubi noster Lop. *in gloss. 1.* eam expendit, & cogitandum relinquit. Sed non obstante *d. l. Regia*, communem sententiam Bart. sequitur Covar. *d. c. 2. num. 7. vers. quibus in hoc ultimo*, ubi eam intelligit, quando fuit actum inter debitorem, & creditorem, quòd si debitum non esset solutum, res pignorata esset creditoris in solutum, vel empta pro debito, & ab ea non receſſit Greg. Lop. ibi. Ubi vide Addit.

4 Justum pretium in istis casibus intelligitur arbitrio boni viri, hoc est judicis, secundùm Bart. *in l. 3. C. de pign. 2. lect. n. 13. vers. quod autem sit justum pretium, & n. 29.* Negusan. *n. 11. vers. secunda conclus. d. 4. p. princ.* Menoch. *n. 160. cum seqq.* Farinac. *n. 215. ubi supr.* Mantic. *de tacit. convent. lib. 11. tit. 10. n. 22.* Sed obstare videntur ea, quæ diximus in addit. Glos. 3. *l. 9. sup.* Ubi vide fructus pignoris, à quo tempore ad emptorem pertineant. Vide in Addit. Glos. 4. *d. l. 9.*

5 Limita ex Glos. *hic in fin.* si antequam pretium æstimetur, & res emptori sit adjudicata, debitor pecuniam debitam etiam post tempus solutioni præfixum creditori solverit, vel obtulerit: nam tunc, si rem possidet, liberabitur. Adde Negusan. *de pignor. in 4. p. princ. num. 1. in fin.* ubi distinguit, & dicit vidisse Doctorem non mediocris doctrinæ in hoc errasse. Covar. *d. lib. 3. var. c. 2. num. 8. vers. 2. infertur*, ubi hanc sequitur rejecta distinctione Negusantii. Pereir. *in repet. l. si curatorem habens, in definit. super verb. sua facilitate, num. 97.* ubi dicit, quòd impedit venditionem, etsi oblatio debiti non sit realis, sed certa, ut si dicat se paratum esse solvere, & quòd addictio debet rescindi per judicem, si fuit præcipitata, *& num. 105.* ubi alia multa tradit in confirmationem, *& de empt. & vend. c. 11. num. 22.* & eo non relato eisdem fundamentis idem tradit Rodrig. *de anu. redit. lib. 2. q. 2. num. 9. & 10.* Mantic. *de tacit. convent. lib. 11. tit. 10. n. 29.* ubi alios laudat.

Amplia, etsi debitor pignus non possideat, ut contra Angel. scripsit Caldas, *in d. n. 97. in fin. vers. sed hæc limitatio*, per text. *in l. si residuum, & in l. si priusquam, C. de distractio. pign. & in l. fundus, & in l. pactum vulgare, C. de pign. act.* & reddit rationem, quia omnia hæc pacta sunt accessoria obligationis principalis, & ad ejus securitatem, & sicut oblato debito, vel compensato elidit obligationem principalem, ita & hæc omnia pacta accessoria; & eum ad literam sequitur, & transcripsit Rodrig. *ubi supr. n. 11.*

6 Ad Glos. 2. Nota ex text. non valere pactum, ut statuto tempore debito non soluto, pignus pro eo obligatum creditori pro ipso debito cedat in solutum. Adde *l. 12. tit. 13. infra hac part. text. in l. fin. C. de pactis pignor.* & *in c. significante de pignor.* & ultra DD. *in d. locis.* Negus. *de pignor. 4. p. princ. n. 2.* Tiraquell. *de retract. convent. ad fin. tit. num. 120.* Covar. *lib. 3. var. c. 2. num. 7.* Pereir. *ubi supr. num. 95. cum aliis*, ubi latè, & *de empt. c. 28. num. 27.* ubi alios laudat, & eum sequitur Rodrig. *d. q. 2. num. 1. cum aliis*, Surd. *decis. 248. n. 11.* Fabr. *in suc C. lib. 8. tit. 23. de pact. pignor. definit. 1. in princ.* Mantic. *de tacit. convent. lib. 4. tit. 29. n. 6. & lib. 11. tit. 10. n. 19.* Scac. *de com. §. 1. q. 7. part. 2. ampliat. 12. n. 4. in fin.* Trentac. *var. lib. 3. tit. de pign. resol. 11. n. 1.* Honded. *cons. 31. part. 3. n. 5.*

7 Amplia 1. ut habeat locum hæc prohibitio non solùm in formali pacto legis commissoriæ, sed etiam in pacto simili quibuscumque verbis celebrato, si ex eis elicitur animus creditoris, ut lapso die solutionis res remaneat accipientis, & in eum transferatur dominium, *l. 1. C. de pactis pignor.* Abb. *in d. c. significante.* Negusan. *n. 5. vers. quinto amplia*, Covar. *n. 8. vers. præterea.* Surd. *num. 9. & 10.* Pereir. *n. 101. vers. deficiente autem.* Gasp. Rodrig. *num. 30. & 31. ubi supr.* qui alios laudant, & hanc ampliationem latè comprobant. Mantic. *lib. 11. tit. 9. n. 4. & 12.*

Amplia 2. ex Glos. 2. etiam si actum sit inter creditorem, & debitorem, quòd elapso termino, si non luat pignus, non liceat illud amplius luere. Adde Negusan. *num. 5. vers. quinto amplia.* Surd. *decis. 248. num. 9.* Jas. *in l. qui Romæ, num. 24. & seqq. ff. de verb. oblig.* Mantic. *tit. 9. num. 6.* Trentacinq. *num. 11. ubi supr.* ubi quatuor casus distinguit, & in omnibus hanc ampliationem esse verum testatur.

Amplia 3. etsi res, super qua pactum sit, non sit specialiter, sed generaliter tantum hypothecata. Bertrand. *cons. 97. incipit, venditio, lib. 3.* Covarr. *n. 8. vers. quibus.* Pereir. *d. verb. sua facilitate, n. 99. vers. cæterum, & de empt. c. 11. n. 21. vers. nec refert.* Trentacinq. *num. 3. ubi supr.* Surd. *d. decis. 248. n. 20.* ubi alios allegat. Mantic. *d. tit. 9. n. 10.* Rodrig. *q. 2. num. 29.* ubi eam sequitur, & hæc est verior, quamvis contrariam opinionem tenuerint Rub. *cons. 134. n. 4.* Bertrand. *cons. 254. n. 4. vol. 1.* Bursat. *cons. 320. num. 115. & cons. 444. n. 13.* ubi dicit hoc voluisse Tiraq. *de retract. convent. in fin. n. 141.* quos refert Surd. *ubi supr.* qui notat, quòd Tiraq. nihil resolvit more suo, & pro contraria opinione eum citat Mantic. *ubi supr.* Alias ampliationes colliges ex Glos. sequent.

Nota 1. ex Glos. 3 valere pactum inter debitorem, & creditorem mutuantem, ut si non solverit intra mensem, quòd talis res, vel domus debitoris sit empta creditori pro debito, si nullum erat pignus constitutum. Adde Dec. *cons. 102. & 308.* Craver. *327. num. 4.* Fabr. *in suo Cod. lib. 8. tit. 23. de pactis pignor. definit. 2. num. 3.* ubi ita Senatum Sabaudiensem judicasse dicit, quia lex commissoria non est improbata generaliter, aut in venditione specialiter, sed tantum in pignoribus, *& in n. 4. & 5.* ampliat, etsi postea in ultima parte contractus de pignore fuerit conventum; & *de errorib. pragmat. decad. 21. error. 3. n. 5.* Mantic. *de convent. lib. 11. tit. 10. num. 8. & 30. vers. quam ob rem usque ad fin.* Avendann. *de censib. c. 90. num. 6. in fin.* & pro hac opinione plura congerit Surd. *decis. 248. n. 1.* qui etiam dicunt valere pactum, quòd habeat in solutum tale fundum, seu domum debitoris.

12 Nota 4. si actum sit, ut non alienet emptor ipse, nec ejus filii, quòd hæc prohibitio filiorum non extenditur ad nepotes. Adde *l. pater filiam*, §. *fundum Titianum, ff. de leg.* 3. text. *in authen. de restit. fideicom.* §. *nos igitur, collat.* 9. & *ibi* Glos. *verbo, voluisse.* Bartol. *in d. l. filius fam.* §. *Divi, ff. de leg. q.* 10. & *ibi* Rainer. Bald. Imol. & Alexan. Cyn. & Salic. *in l. voluntas, C. de fideicommiss.* Roder. Suar. *in l. quoniam in prioribus, C. de inoffic. testam. in declar. l. Regn.* 2. *limit. ad fin.* Rub. *cons.* 146. *num.* 18. ubi dicit communem Tiraq. §. 5. *glos.* 6. *num.* 23. Padil. *in Rubr. C. de fideicommiss. num.* 11 Mier. *de major.* 2. *p. q.* 6. *num.* 304. plures pro hac doctrina recensest, & eam sequitur Covarr. *lib.* 3. *var. c.* 5. *num.* 4. Molin. *de Hisp. primog. lib.* 1. *c.* 4. *num.* 11. ubi hoc regulare esse dicit Lara, *de annivers. & capel. lib.* 1. *c.* 6. *num.* 3. & 4. cum aliis ubi rationem esse dicit, quia prohibitio est odiosa respectu gravati, & ideo non est amplius extendenda, & alios adducit Azeved. *cons.* 18. *n.* 33. ubi hanc doctrinam etiam de jure nostro Regio procedere inquit, non obstante *l.* 27. *Tauri, in fin. qua est, l.* 11. *tit.* 6. *lib.* 5. *recopil.* nisi aliud de voluntate testatoris colligatur, & alios allegat; de cujus legis materia, & interpretatione, vide Molin. *d. c.* 4. *n.* 29. Castil. *quotid. controv. lib.* 3. *c.* 65.

13 Limita ex Glos. *hic*, nisi aliud appareat ex verbis prohibentis alienationem, & ex ratione qua motus fuit. Adde Molin. *lib.* 1. *c.* 5. *à n.* 16. Mantic. *de conjectur. ment. test. lib.* 6. *tit.* 14. Pereg. *de fideic. art.* 11. *n.* 54. Jul. Clar. *repet. senten.* §. *testamentum, q.* 76. *n.* 2. Surd. *cons.* 67. *n.* 24. Fontanel. *de pact. nupt. claus.* 4. *glos.* 25. *à n.* 31.

Si autem, qui alienationem prohibuit, ideo eam prohibere dicat, ut bona in familia conserventur, tunc extenditur prohibitio usque ad quartam generationem, & non ultra, etiam si testator, seu alter disponens, dicat se velle, quòd bona in familia perpetuò remaneant, & conserventur, ex text. *in authent. de restit. fideicom.* §. *nos igitur.* Jacobus de Belovisо, Bart. & Angel. *ibi*, Roder. Suar. *ubi sup.* Covarr. *lib.* 3. *var. c.* 5. *num.* 4. *vers. secundum*, ubi dicit, quòd est omnium concors sententia; ipse verò de ea dubitat, & de interpretatione, *d.* §. *nos igitur agit.* quem vide Gomez. *in l.* 40. *Taur. num.* 45. ubi hoc procedere inquit respectu collateralium, secus verò respectu descendentium, quia in infinitum vocantur. Molin. *d. c.* 4. *num.* 2. ubi eam communem esse opinionem dicit, & *in num.* 30. alios citat Matienz. *in l.* 11. *tit.* 6. *lib.* 5. *recop. glos.* 12. *num.* 2. Pereg. *de fideicommiss. art.* 30. *num.* 12. ubi alios refert. Azeved. *cons.* 18. *n.* 23. Lara *dict. c.* 6. *num.* 9. ubi hanc sequitur, & refert multos ex supra citatis; & vide Addita ad Glos. 5. *l. seq.* & Fachin. *lib.* 4. *contr. c. fin.* ubi hanc quæstionem latè examinat.

SUMMARIUM.

1 *Emptionis, & venditionis verbum olim omnis alienatio comprehendebatur.*

2 *Emptione prohibita hodie non censetur prohibita donatio, nisi ex verbis, & ratione prohibitionis appareat contrarium, num.* 3. *&* 4.

5 *Cui est permissum alienare, an & donare, & si de jure permittatur.*

6 *Prohibitio vendendi frumentum ultra taxam an extendatur ad permutationem?*

7 *Prohibita venditione à testatore, quid sit considerandum, ut ad alios contrarius extendatur.*

8 *Prohibita per statutum venditione, videtur prohibita permutatio.*

9 *Limitatur in materia faventi.*

ADDIT. GLOSS. II.

AD Glos. 2. Nota 1. emptionis, & venditionis verbo omnem alienationem olim comprehensa fuisse. Adde Addit. *ad rubr. hujus tit. num.* 1. & 2. Jas. *in l. juris gentium, colum.* 3. *ff. de pactis.* Forcat. *dial.* 47. *n.* 5. Pinel. *in l.* 2. *C. de rescind. vend. 2. p. c.* 1. *num.* 11. Pereir. *de emphyt. extinct. c.* 3. *num.* 10. ubi alios refert, & *de empt. c.* 8. *num.* 26. Matienz. *in l.* 5. *tit.* 9. *lib.* 5. *recopil. glos.* 6. *num.* 1. & *in l.* 14. *tit.* 4. *glos.* 1. *n.* 7. Parlad. *lib.* 1. *rer. quotid. c.* 3. §. 2. *num.* 1. 1

Nota 2. quòd prohibita venditione hodie non videtur prohibita donatio, sive prohibeatur à lege, sive à contrahente. Adde Sarmien. *lib.* 3. *select. c.* 2. *à num.* 2. ubi disputat, an si venditio emphyteutæ permittitur, ita & donatio permittatur; & *in num.* 14. resolvit, quòd ex vi verbi emptionis, & venditionis nullus alius contractus, quam venditionis comprehenditur; sed si ratio legis talis sit, quæ etiam in aliis contractibus versetur, licet verbum emptio eos non comprehendat, ratio legis facit, ut alii contractus, & etiam alii actus, qui contractus non sunt, comprehendantur. Pereir. *in dict. c.* 3. *à num.* 6. & *d. c.* 8. *num.* 27. ubi alios allegat. Lasart. *de decim. vend. c.* 1. *num.* 41. 2

Contrarium, imò quòd prohibita venditione videtur 3

videatur donatio prohibita, & omnis actus, per quem dominium transfertur, probat glos. sing. *in l. 2. juncto text. C. de usucap. pro emptore*, quam notant *ibi* scribentes, & unicam reputat Bald. *in Rub. de pactis, in decretal. 2. col. & in c. litera, de dilatio.* Jas. *in l. filius familias*, §. *Divi, num.* 71. & *ibi* alii moderniores, *ff. deleg.* 1. Gomez. *in l.* 53. *Taur. n.* 73. *vers.* 1. *facit.* Matienz. *in l.* 5. *tit.* 9. *lib.* 5. *recop. gloss. 6. num.* 6. † Cui difficultati respondeo, quod hæc contraria opinio procedit, quando ratio legis, vel prohibitionis est talis, quæ extenditur ad donationem, ut diximus *suprà*; secus vero si ex ratione extensionem dicta prohibitio non admittat. 4

5 Sed est quæstio, utrùm hæc procedant affirmativè, & cui est permissum alienare, donare etiam, & pro alio fidejubere permittatur? Vide Tellum *in l.* 19. *Taur. num.* 4. Mantic. *num.* 11. *ubi supr.* ubi affirmativè non procedere docent. Cancer. 3. *p. var. resol. c.* 1. *de act. & oblig. num.* 35. ubi ex Bald. tradit illi, cui concessum est alienare, non intelligi concessum, ut possit alienare per viam fidejussionis, aut donationis, qui sunt tituli dissipativi.

6 Utrùm leges prohibentes vendere frumentum ultra taxam extendatur ad mutantes? vide per Parlad. *differ.* 30. *n.* 7. ubi non extendi comprobat nisi in fraudem legis fiat.

7 Nota 3. in prohibitione venditionis à testatore facta, ad cognoscendum, utrùm ad alios contractus extendatur, causam esse considerandam. Vide Addit. Gloss. *entec. n. fin.* & Gloss. 2. *l. seq.* Lara. *de anni. ib.* 1. *c.* 20. *num.* 23. Mascard. *conclus.* 1243. *à n.* 81. ubi dicent, quòd semper mens, & voluntas prohibentis inspici debet, & secundum restringendam, vel ampliandam esse prohibitionem, & multas illationes facit.

8 Nota 4. prohibita per statutum venditione non videri permutationem prohibitam. Adde *c. conquæstus, de rer. permut.* & *ibi* gloss. *verb. persequatur*, & DD. gloss. *in c. super eo, de transact.* Alexand. *cons.* 76. *vers. pro hoc bonus, lib.* 5. Fabian. à Mont. *de empt. in* 2. *q. princ. vers.* 5. *& ult. fallit*, Barbos. *in Rubr. de rer. permut. vers. utrum autem statutum.* Jas. *in l. dedi l.* 2. *num.* 3. *ff. de condit. caus. dat.* & *in l.* 1. *num.* 6. *ff. de rer. permut.* Tiraq. *de retract. lign.* §. 1. *gloss.* 14. *num.* 30. ubi alios recenset. Paul. *cons.* 16. *vol.* 1. ubi limitando hanc doctrinam respondit, quòd res prohibita alienari, potest permutari, quando prohibitio fuit facta favore ejus, qui fuit prohibitus; & extra hunc casum eam sequitur Capic. *decis.* 108. *n. fin.* Perein. *dict. c.* 8. *num.* 26. Surd. *de alimen. tit.* 8. *q.* 56. *num.* 98. Mier. *de major.* 1. *p. q.* 11. *num.* 51. Bertazol. *claus.* 30. *gloss.* 13. *num.* 2. 3. & 4. & vide Addita Gloss. 2. *l.* 4. *à num.* 12. *supr.* & Guzm. *de evict. in princ. n.* 9. & 10. ubi dicit, quòd persona, cujus contemplatione alienatio fuit prohibita, admittitur in hoc casu ad revocandam rem permutatam.

9. Limita in materia non odiosa, sed faventi, & in qua militat identitas rationis: nam tunc prohibitio venditionis ad permutationem extenditur ex Glos. *hic* Add. Gomez. *in l.* 40. *Taur. num.* 82. ubi latè comprobat, bona majoratus prohibita alienari non posse permutari, & pro utraque parte auctoritates adducit Molin. *de Hispan. primog. lib.* 4. *c.* 4. *n.* 11. Perein. *n.* 27. *ubi sup.* majoratus enim favorabiles sunt, & fideicommissa, ut latissimè comprobat Ceval. *q.* 674. *per tot.* ideo prohibitio venditionis in eis extenditur ad permutationem.

SUMMARIUM.

1 *Alienationis verbum generale est omnem speciem alienationis comprehendens.*

2 *Prohibitus alienare in certam personam debet curare, ne ad eum perveniat ex dispositione legali: & quid si statuto sit prohibita alienatio.*

3 *Alienatio propria dicitur, per quam dominium transfertur.*

4 *Prohibitus alienare non incidit in pœnam, si tantum incipiat.*

5 *In feudo non inciditur in commissum ex venditione, si non sequatur traditio.*

6 *Habens in publico pannos falsos, non incurrit pœnam, si ex eis nihil vendiderit.*

7 *Emphyteuta incurrit in pœnam, si rem alienarit domino irrequisito, & nomine emptoris constituat se possidere: & an semel re vendita, si eam redimat incidat in pœnam commissi. Si prohibitio sit facta per testatorem, seu à lege sub aliqua pœna, an ab ea liberetur, n.* 8. & 9. & 12.

10 *In delictis pœnitentia efficit, etsi ad actum deveniatur, quod delictum non puniatur.*

11 *In delictis non consummatis pœnitentia evitat pœnam.*

13 *Res pleno jure dicitur illius, qui est prohibitus alienare.*

14 *Prohibita alienatione, usus fructus constitutio prohibetur.*

15 *Item hypotheca prohibetur, & idem in bonis majoratus, & an incidat in pœnam si rem pignoratam non tradat. In alienatione nulla ex defectu solemnitatis non incurritur in pœnam.*

ADDIT. GLOS. III.

AD Gloss. 3. Nota 1. alienationis verbum valde generale esse, & sub se omnes species alienationis comprehendere, & omnes contractus, & distractus, & omnes actus, per quos dominium directum, vel utile transfertur, & per quos aliquid constituitur in re. Adde *leg.* 10. *tit.* 33. *par.* 7. ibi: *E dezimos que aquel, aquien es defendido de non enagenar la cosa, que la non puede vender, ni cambiar, nin empeñnar, ni puede poner servidumbre en ella, nin dar a censo, l.* 1. *tit.* 14. *part.* 1. & Addit. *d. ll. l. alienationis l. alienatum* 67. *& utrobique*, Rebuff. *de verb. signif.* Chassan. *in consuet. Rubr.* 9. §. 10. *à num.* 29. multa tradit. Pinel. *l.* 1. *p.* 3. *C. de bon. mater. à n.* 18. plura scribit Mascard. *concl.* 1242. *à num.* 105. Rebuff. *de alien. rer. Eccles. num.* 1. Tiraq. *de retract. lign.* §. 1. *gloss.* 14. *à num.* 1. Molin. *de Hispan. primog. lib.* 1. *c.* 21. *n.* 25. Burlat. *cons.* 377. *ex num.* 1. *lib.* 4. Menoch. 116. *num.* 6. & 22. & 23. *lib.* 2. 101. *num.* 22. Mier. *de majorat.* 4. *p. c.* 1. *à n.* 73. Spin. *in Spec. gloss.* 19. *à num.* 75. ubi plures laudat Castil. *lib.* 1. *c.* 54. *n.* 1. & 2. Rodoan. *de reb. Eccles. non alien. q.* 1. *in princ. & c.* 1. 2. 3. 4. & 5. & aliis; ubi latissimè de hac quæst. agit, & congerit plurima, quæ alienationis appellatione, & sub prohibitione ejus continentur. Surd. *decis.* 254. *num.* 20. & 326. *n.* 27. Fontan. *claus.* 4. *gloss.* 1. *n.* 79. & vide Add. Glos. 1. *l.* 4. *sup. n.*... Perein. *de empt. c.* 8. *num.* 32. *circa fin.* 1

Nota 2. quòd prohibitus alienare per pactum in certam personam, debet facere, & curare ne ad 2

eum

eum perveniat ex dispositione legali ; ut si prohibitus sit alienare in fratrem, & ab intestato decedat, & ad fratrem tanquam legitimum hæredem res perveniat: & adde Fontan. *d. glos.* 1. *num.* 79. & proxime additos, & vide Mascard. *concl.* 1242. *à num.* 90. ubi tradit, quando prohibita alienatio intelligatur de necessaria & legali, & ad eam etiam extendatur, & innumeros de hac quæst. agentes laudat Tiraquel. §. 1. *glos.* 6. *à n.* 5. Cephal. *cons.* 153. *per tot.* Rolan. 80. *n.* 36. *vol.* 3. Gratian. Falc. *reg.* 482. *num.* 3. & post hæc scripta Guzman. *de evict. à n.* 7. ubi tradit an prohibitus in certam personam alienare, possit eam hæredem instituere, & quando in ejus odium fuit facta prohibitio, negativè respondit : *& in versic. illud*, limitat in prohibitione facta ab statuto, ne alienentur bona in forensem.

3 Nota 3. quòd alienatio propriè dicitur, per quam dominium transfertur. Adde *l.* 1. & *ibi glos. fin. C. de fund. dotal.* & *ibi* Doct. *d. l. alienatum, glos. vel hypothecam*, *in l. fin. C. de reb. alien. non alien.* ubi dictum legem intelligit de alienatione largo modo accepta, & jura *hic* allegata de alienatione propriè, & strictè sumpta. Bald. ibi *num.* 1. & 6. Alberic. *num.* 1. Salic. *num.* 1. *in fin.* ubi dicit id receptum, & menti tenendum. Castrens. *ibi d. n.* 2. Negus. *de pignor.* 2. *p.* 3. *memb. n.* 71. Pincl. *d. num.* 18. & 19. ubi Glossæ resolutionem receptissimam esse dicit Spino, *d. num.* 75. Lara *de anniver. lib.* 1. *c.* 20. *num.* 25. & 26.

4 Nota 4. quòd prohibitus alienare, non incidit in pœnam, si tantum incipiat, seu tentet, & vendat, dummodo rem non tradat. Adde Tiraquel. *d.* §. 1. *glos.* 2. *à num.* 43. multos recensentem. Matienz. *in l.* 1. *tit.* 10. *glos.* 6. *n.* 1. & 2. *& in l.* 7. *tit.* 11. *glos.* 6. *num.* 8. *lib.* 5. *recop.* Farinac. *cons.* 105. *lib.* 2. *num.* 28. *cum aliis*, pœnam non incurri dicit, nisi effectu sequuta traditione alii, & distractione. Mier. *n.* 73. Narbon. *in l.* 29. *tit.* 7. *lib.* 1. *recopil. glos.* 3. *num. fin.* ubi pœnam statutam per legem usque ad consummationem venditionis non incurri, cum Molina, *disput.* 91. *num.* 3. tradit. Morl. *in empor. 1. p. tit.* 8. *num.* 40. & ex sola venditione, quòd emphyteuta non cadat à jure suo, nisi processerit ad traditionem, docent Speculat. *tit. de locato*, §. *nunc aliqua*, *vers.* 95. Joan. Andr. Paul. Liaz, & Anton. *in c. posuit, de locato.* Alberic. Joann. Faber, Salyc. & Jas. *num.* 132. hanc dicens communem, *in l. ult. C. de jure emphyt.* Bald. *cons.* 9. *lib.* 1. quod repetitur, *in* 188. *lib.* 3. Roman. *in l. sequitur*, §. *idem Labeo, ff. de usucap.* Castrens. *in l.* 1. §. *si rem depositam, ff. depos.* Raph. Cuman. *cons.* 41. Raph. Fulgos. 2. *in* 1. *dubio, & cons.* 11. *col.* 1. Alex. *in l. si à me, & in l. statu liber, col.* 1. *ff. ad leg. falcid. & cons.* 173. *col.* 2. *vers. quinimo, lib.* 2. quod repetitur *in* 91. *lib.* 3. ubi singulare hoc dicit, & 76. *num.* 5. *lib.* 7. Aretin. *in l. continuus*, §. *cum quis, vers. quantum autem, ff. de ver. oblig.* Curt. Sen. qui hanc dicit magis communem opinionem, *cons.* 8. Guid. Pap. sibi contrarius, *decis.* 101. *num.* 1. & 162. *ad fin.* Tiraq. *d. glos.* 2. *n.* 45. hos, & alios refert Gomez. *in l.* 45. *Tauri, num.* 94. ubi pro hac doctrina fundamenta adducit Matien. *in l.* 1. *glos.* 6. *num.* 6. Azeved. *in l.* 16. *tit.* 11. *lib.* 5. *recop. num.* 2. & vide *glos.* 2. *l.* 29. *tit.* 8. *infr.* & *ibi*, addita ubi alios adduximus. Rationem, qua Speculator, & alii moventur ad sic tenendum, referunt Tiraq. *num.* 46. & Gomez. *ubi supr.* scilicet, quia vendere cum effectu accipi debet, *l.* 1. §. *hæc verba, ff. quod quisque juris, c. relatum, de cler. non resident. c. hæc autem verba, de pœnit. distinct.* 1. *l. penult.* §. *docere, ff. ne quis eum ; qui jus vocavit vi eximat, l.* 3. §. *hæc verb. ff. ne vis fiat ei, l. nomen filiarum, vers. fin. ff. de verb. signif.* & in dispositione legali sensus debet attendi potiùs, quàm verba, *l.* 2. *C. commun. de leg.* 1. *C. de dedititia libertate, l. fin. C. quæ res pig. oblig. poss.* Sed ratio prohibitionis est, ne res alienetur, vel transferatur in alium sine voluntate directi domini ; alienatum verò non dicitur, nisi jam habita traditione, *l. alienatum*, *ff. de verb. signific.* cum aliis traditis à Gomezio, ergo per solutum titulum venditionis non incidit in pœnam.

Et in alienatione feudi, quòd ex sola venditione locus non sit commisso absque traditione, & translatione dominii, ex text. *in c.* 1. §. *cautas, de prohib. feud. alien. per Feder.* ibi, *vendunt, & in alios transferunt*, ubi And. Ifern. Bald. & alii hoc notant, quos sequitur Matienz. *in d. glos.* 6. *num.* 3. Ex quo infert Azeved. *in d. l.* 16. *num.* 3. quod habentes pannos falsos, vel † non signatos in publico foro ad vendendum, vel quid aliud prohibitum per leges, aut constitutiones municipales, non incurrunt pœnam, si ex eis nihil vendiderint cum effectu, & tradiderint, quia delictum non consummatum puniri non debet. Avendann. *in cap. prætor*, *c.* 27. *num.* 11. *lib.* 2. quod aliquando malè observari per judices parum conscientiatos, inquit Azeved. *ibi*, idem tenet Narbon. *ubi suprà.* 5 6

Quid si prohibitus alienare, ut emphyteuta, vel vasallus, rem alienaverit irrequisito domino, vel contra prohibitionem possessionem per constitutum, vel alium actum fictum tradiderit, sive transtulerit in emptorem, utrùm incidat in pœnam? & pœnam incurrere, docent Castrens. *ubi supr.* Ant. Butr. *cons.* 34. Jas. *d. num.* 132. Ferdin. de Loaz. *in l. filiusfamilias*, §. *divi, num.* 55. *vers. unum tamen, ff. deleg.* 1. Tiraq. *de constit.* 3. *p. limitat.* 20. *num.* 5. ubi hanc dicit veriorem, & receptiorem sententiam, & contra Gomez *in l.* 45. *Tauri. num.* 95. ejus additionator *ibi*, hanc veriorem dicit, & sequitur Matienz. *d. glos.* 6. *num.* 4. Vide *in glos.* 2. *l.* 29. *tit.* 8. *infrà*, ubi de æquitate non servari in praxi diximus.

Quid si post alienationem factam insscio domino mutuo consensu emptoris, & venditoris rem redimat, an pœna commissi liberetur ; & dominum jus jam semel ei quæsitum ex prædicta alienatione non perdere, licèt rem emphyteuticam recuperet, nisi ex pacto in contractu appositio id faciat, docent plures, quos sequitur Tiraq. *de retract. conven.* §. 1. *glos.* 7. *num.* 19. & communem opinionem esse dicit, Jul. Clar. *in* §. *emphyteusis, q.* 31. *vers. sed quid si vasallus.* Hyp. Marsil. *cons.* 136. *num.* 17. Vivi. *commun. opin. verb. emphyteuta alienans, opin.* 240. *per tot.* Narbon. *in l.* 29. *tit.* 7. *num.* 19. *lib.* 1. *recopil.* sed de æquitate hoc non servatur. Vide Add. *d. glos.* 2. *l.* 29. *tit.* 8. *& infr. n.* 19. Guttier. *lib.* 2. *q.* 115. *num.* 6. 7

Quid, si contra prohibitionem legis, vel testatoris, quis rem prohibitam vendiderit, & eam postea recuperaverit, & reassumpserit, an excusetur à pœna per legem, vel testatorem impositam? pro parte negativa faciunt proximè tradita, & quòd semel venditione facta, per quam jus consanguineo ratione retractus, vel gabellario jam est quæsitum, non licet in eorum præjudicium ab ea resilire, ut ex aliis tradit Narbon. *in d. glos.* 3. *num.* 13. & 18. & quòd pœnitentia in delictis ad evitandam pœnam parum, aut nihil suffragatur, ex text. 8

in l. qui ea mente, 67. ff. de furtis. Farinac. *de furtis, q. 168. 2. p. num. 23. l. 1. §. si rem depositam, ff. depositi, l. penult. ff. de vi bon. rapt. l. qui sit, ff. de ædilit. edict. l. item si cum, 14. alias, l. si eum, §. 1. ff. quod metus caus. l. hi, qui sanct. C. de apostatis,* quos pro hac ponderat Narbon. *ubi supr. n. 42.*

9 Pro affirmativa, scilicet quòd liberetur à pœna, facit, quòd venditio facta dici non potest, quæ non duravit, ut non dicitur factum, quod non durat. *l. acceptis, ff. ad leg. falcid. l. si pro parte, §. versum, ff. de in rem verso, l. Mutius, ff. locati, l. sequitur, 4. §. item labeo, ff. de usucap. l. item eorum, §. quod si actor, ff. quod cujusque universi.* Narbon. *in l. 10. tit. 6. lib. 1. recopil. glos. 2. num. 8. & 9. & in dict. glos. 3. num. 21.* Franc. Steph. *decis. 3. num. 4.* ibi: *Nec dissimili ratione Paulus respondit, eum, qui alienavit, deinde recepit illo die, de alienatione judicii non teneri.*

10 Item, quia in delictis, quibus pœna à jure imposita est, etiamsi ad actum fuerit deventum, pœnitentia efficit, ut delinquens non puniatur, *l. 4. §. idem labeo, ff. de usucap. §. furtivæ, Inst. eod. l. ex hoc, in fin. ff. de alien. judic. mut. caus. l. si quis libellos, C. de appell. l. qui falsam, ff. ad leg. Cornel. de fals. l. 1. ff. de serv. fugit. l. si in lege, §. colonus, ff. de locat.* & plura, quæ adducit Narbon. *d. glos. 3. à n. 20. usque ad 41.*

11 *& à num. 47.* ubi tradit regulas, † quando in delictis nondum consummatis pœnitentia ad evitandam pœnam suffragatur, & plures refert, & latè agit Farin. *4. tom. q. 124. 3. p. num. 150.* In hac quæst. vera resolutio est, quòd, si res nondum sit tradita, & venditorem vendidisse pœniteat, & à

12 venditione † discedat, pœnam evitabit, & si rem recuperet illicò, antequam de delicto in judicio agatur; vel jus tertio sit factum deterius, vel ex venditione jus alteri sit quæsitum, nisi aliud verba legis, aut testatoris suadeant. Vide Narbon. & Guttier. *d. num. 6. ubi supr.* quid si cum pacto de retrovendendo alienet, & postea redimat, an pœnam evitabit. Vide Grivel. *decis. Dolan. 52. num. 34.* ubi hoc pactum non impedire, quominus alienans pœnam incurrat, docet ex text. *in l. quod in testamento, & in l. rogo, ff. de fideicomm. libert.* ibi: *Nec quominus præstet libertatem proderit hæredi, si eum redemerit, quia semel extitit conditio.* Vide *supr. num. 11.*

13 Nota 5. ex Glos. *in fine,* quòd non est de definitione dominii, non posse rem alienare, & quod dicitur res pleno jure esse illius, qui prohibitus est alienare. Adde Jas. *in l. servo legato, §. 1. num. 4. ff. deleg. 1.* Bald. & text. *in l. Julianus, §. fin. l. si post acceptum, & l. non ideo minus, ff. de rei vend.* ubi Jurisconsultus inquit, non ideò minus rectè quid nostrum esse vendicamus, quòd abire à nobis dominium speratur, si conditio legati, vel libertatis extiterit, *l. si ancilla, C. de act. empt. l. si servus furibus, ff. de condict. furt.* text. *in authent. de restit. fideicom. vers. volo,* ibi, *possessionem, & proprietatem, l. fin. C. delegat.* Palat. Rub. *in l. 46. Taur. n. 2.* Menchac. *de succes. creat. §. 10. num. 87. vers. inque intelligere debet.* Gomez. *in l. 40. Taur. n. 72. vers. sed his jurib.* contrarium respondit Padil. *in l. in provinciali, n. 14. C. de servit. & aqu.* Pinel. *in l. 1. 2. p. n. 5. C. de bonis mater.* Molin. *de Hisp. primog. lib. 1. cap. 19. à n. 1. & à num. 11. & 12.* Matienz. *in l. 6. tit. 7. glos. 3. num. 13. & in l. 3. tit. 10. glos. 14. n. 5. 6. lib. 5. recop.* Vide Glos. 3. *lib. 7. tit. 4. sup.*

14 De usufructu, quòd non possit constitui ab eo, cui prohibita est alienatio, latè agit Castill. *lib. 1. c. 54. n. 3.* ubi allegat Bart. Bald. Paul. & alios. Tiraq. *de retract. lign. §. 1. glos. 7. n. 41.* Molin. *c. 20. num. 8.* Gomez. *n. 85. ubi supr.*

Alienatione etiam prohibita, quòd hypotheca 15
prohibita censeatur, probant jura, *num. 1.* & in bonis fideicommisso subjectis, *l. ult. §. sed quia nostra majestas, C. comm. de leg.* Molin. *lib. 4. c. 1. n. 7.* Sarmien. *lib. 3. select. c. 5. à num. 1.* Mier. *de major. 4. p. q. 1. à num. 76.* plures refert, & cum Bald. & Ant. de Fano, *de pign. p. 2. memb. 3. num. 78.* resolvit, quòd non incidit in pœnam adjectam contra alienantem bona majoratus ea hypothecando simpliciter, nisi realiter tradat bona hypothecata. Castil. *c. 65. lib. 5. num. 33.* Ex alienatione nulla ex defectu solemnitatis, & formæ omissæ non incurritur in pœnam, secus si de alia causa nulla sit. Ruin. *cons. 85. num. 3. lib. 6.* Magon. *decis. 50. num. 31.*

SUMMARIUM.

1 *Pactum non alienandi dominio translato in emptorem non valet, & n. 2.*

3 *In pacto de non alienando translatio dominii ante alienationem perfectam quibus pactis impediatur, n. 4.*

5 *Impeditur, si reservat venditor aliquod jus in re. An hypotheca generalis sufficiat; si facto alienetur, an via executiva in tertium agi possit.*

6 *Item, si tempore contractus, & verbis directis actum sit, si deveniatur ad alienationem, res sit inempta.*
Si paciscitur nullo modo posse alienari, maxime si aliàs alienari jure communi non poterat, n. 8.

9 *Quod, quando venditur res ad tempus limitatum. Interpretatur,* l. ult. Cod. de leg. *& restringitur ad contractum donationis, num. 10. & 11.*

12 *Item, in casibus, in quibus dominium ex solo pacto transfertur; & si pactum de non alienando judex confirmaverit, n. 13.*

14 *Item, quando dominii translatio non esset de facili revocabilis.*

15 *Item, si actum sit in casu alienationis venditori licere propria auctoritate ingredi rei possessionem.*

16 *Et si juramentum interveniat.*
Contrarium, an sufficiat si cum juramento generalis hypotheca interveniat, num. 17. 18. & 19.

20 *Quid si paciscitur de præstando aliquid pro alimentis, n. 21.*
Quid in donatione, n. 22.

23 *Rei vendicatio datur, si dominium non transfertur.*

ADDIT. GLOSS. IV.

AD Glos. 4. vide Addit. *glos. 1. num. 5. & glos. 5. infr.* 1

Animadverte primò ex Glos. *hic in princ.* ad impediendam alienationem, pactum non esse conferendum in tempus, quo dominium in emptorem translatum sit; sed in tempus, quo venditor adhuc dominus sit, ex text. *in l. Stichus servus à glos. allegatus;* adde Bart. *in l. filiusfam. §. Divi, n. 14. ff. delegat. 1.* quem *ibi,* DD. communiter sequuntur, & 2
ex text. illo dicit, non † valere pactum, in quo alie- 3
natio prohibetur, si dictum sit, quòd si alienaverit

rem

rem, revertatur ad venditoris dominium, quando provisio in tempus, quo res erat aliena, & alienatio perfecta, collata fuit. Alberic. *in d. l. Stichus, & in l. ea lege, C. de condit. ob caus.* Molin. *de Hispan. prim. lib.* 1. *c.* 12. *n.* 35. *vers. idque verissimum est*, ubi alios recenset Mantic. *lib.* 4. *tit.* 30. *num.* 27. & vide Glos. 3. *l. seq.* & *ibi*, Addita.

4 Limita ex Gloss. d regulam, si dictum fuit, vendo tibi, & trado sub conditione ne alienes, & si casu contingat te ad aliquem actum, vel contractum alienationis pervenire, vel procedere, ante quam ipsa alienatio perficiatur, retineo in me, & in hæredibus meis dominium, & possessionem; vel ex nunc facis in me contrariam donationem, & constituis te possidere nomine meo, & hæredum meorum, & sub ista conditione, non aliter facturus transfero in dominium, & possessionem. Tusch. *litt. A. conclus.* 266. *num.* 5. Add. relatos. *num. seq.*

Limita 2. ex Glos. si dictum fuerit, vendo, vel dono hoc pacto, ut non liceat alienare, & si ad aliquem actum alienationis perveneris, tunc dominium ad me revertatur, & in eum casum ex nunc constituis te possidere meo nomine. Adde Cæpol. *cautela* 32. ubi adducit pro hac limitatione Bart. *in d. num.* 14. & *in l. si ita quis*, §. *ea lege*, & *ibi*, Ang. Raph. Imol. DD. *ff. de verb. oblig.* Molin. *c.* 12. *num.* 32. *vers. per quem text. dicit Bart.* Gomez. *in l.* 40. *Tauri, num.* 20. ubi jura, & auctores pro hac limitatione refert. Salced. ad Bernard. Diaz, *regul.* 208. *limit. ult.* Azeved. *in l.* 11. *tit.* 6. *num.* 11. *lib.* 5. *recopil.* Thesaur. *lib.* 2. *q.* 81. *num.* 16. Mier. *de majorat.* 3. *p. q.* 9. *num.* 3. ubi alios adducit, & agit de clausula, quæ solet apponi in prohibitione alienationis *ex tunc prout ex nunc, & ex nunc prout ex tunc*, prohibeo alienationem. Mantic. *d. tit.* 30. *num.* 26. & 27. & 3. *seq.* ubi declarat, & Rip. *in d.* §. *divi, n.* 48. dicit verbum *revertatur* esse obliquum, & non habere virtutem resolutivam, nisi addatur eo ipso, vel ipso facto, vel ipso jure; & animadvertit, cum adest clausula constituti, seu precarii, eas dictiones non esse necessarias: nam tunc per istas dominii translatio impeditur, ut post Bart. Brun. Tiraq. & Rolan. tradit Menoch. *cons.* 63. *n.* 19. *lib.* 1. Castil. *lib.* 5. *c.* 80. *n.* 21. & 24.

Sed hujusmodi prohibitionem solum habere locum durante vita prohibiti, & ejus, qui se obligavit non alienare, non vero post ejus mortem, quia constitutum post mortem constituentis extinguitur, & nihil operatur, latè, & subtiliter fundat, & defendit Gomez. *d. n.* 20. 21. & 22. Et Nota ex Glos. & idem esse dicere, si ad aliquem actum alienationis perveneris; vel per verba futuri temporis, si alienabis, vel alienaveris. Adde Mantic. *d. n.* 27. *vers. cæterum.*

Limita 3. si ille, qui prohibuit rem alienare, reservat sibi aliquod jus in ea, ut si quis vendat, vel donet, vel alio titulo transferat in alium aliquam rem pacto appositio, quòd non possit alienare, & pro observatione illius pacti, & conventionis imponatur jus hypothecæ in eadem re, scilicet quòd ille, cui res venditur, vel donatur, in cujus favorem fit contractus, promittat pactum adimplere, & pro ejus observantia obliget omnia bona sua, & specialiter rem sibi donatam, vel venditam, text. *in l. fin. infra*, & vide Add. *ibi ad gloss.* & ex text. *in l. si creditor*, §. *fin. ff. de distract. pign.* & ibi Ang. Fulg. & communiter DD. & eum reputat singularem, & unicum Bald. *ibi*, & eum ad hoc commendat Bart. *in l. si ita quis*, §. *ea lege*, *ff. de verb. oblig.* 2. *col. n.* 3. & *ibi* Angel. *col.* 1. Castr. 2. *col. vers.* 2. *oppon.* Imol. 1. *col.* Aret. 2. *col.* Jas. *n.* 29. & alii, *in l. qui Romæ*, §. *cohæredes*, *ff. eod. in l. pen. ff. de pactis, in l. qui absenti*, §. 1. *ff. de acq. possess. & in l. ea lege, C. de condict. ob caus.* 1. *col. n.* 4. Gomez. *in l.* 40. *Taur. n.* 18. Anton. Fano, *de pign.* 1. *memb.* 2. *part.* ubi hanc fatetur magis communem, & latè de hac re loquitur Paris. *cons.* 100. *num.* 3. *vol.* 4. Chartar. *decis.* 104. *num.* 3. 4. & 5. Giurb. *decis.* 79. *num.* 31. *vers. nisi ultra.* Salced. *ubi supr. vers.* 2. *limita.* Mantic. *d. tit.* 30. *à n.* 5. Guttier. *in repet. l. nemo potest, ff. de leg.* 1. *à n.* 28. ubi explicat, & ex hac doctrina infert ad multa, & alios recenset Mench. *de succes. creat.* §. 10. *n.* 84. Azeved. *d. n.* 11. Barbos. *in l. si filiofamilias* 26. §. *fin. n.* 33. & 34. *ff. sol. matr.* ubi rationem reddit. Fontanel. *claus.* 4. *gloss.* 25. 58. & 59. alios refert, & rationem reddit Thesaur. *d. q.* 81. *n.* 8. & 9.

Sed dubium est, an hypotheca generalis sufficiat, vel specialis simul cum pacto de non alienando requiratur: Vide Addita ad Glos. 2. *l. fin. infr.* si res de facto alienetur, & sit in potestate tertii, an via executiva contra eum agi possit. Vide Addit. ad Gloss. 8. *l.* 14. *tit.* 13. *infr.* 5

Hæc omnia subvertere vult Faber, *de error. prag.* 4. *tom. decad.* 87. *error.* 2. quem vide pro exercitatione ingenii: nam contra communem per tot auctores, & sæcula approbatam non est insistendum, maximè stante, *d. l. fin.*

Limita 4. quando in pacto fuit conventum, quòd eo casu, quo deventum fuerit ad aliquem actum alienationis, res sit inempta, vel venditio habeatur pro non facta; quia istud pactum resolutivum vim habet pacti legis commissoriæ, ex qua transfertur dominium ipso jure. Vide Addit. Gloss. 3. *l.* 38. *n.* 9. & *gloss.* 7. *l.* 42. *n.* 5. *sup.* & ita limitat Bald. *in d. l. ea lege, col.* 2. *vers. ad evidentiam dicas.* Alex. & DD. *in d. l. qui absenti*, §. 1. Salced. *in d. reg.* 208. *vers.* 4. *limita.* Fachin. *decis.* 355. *n.* 2. & 3. ubi dicit hoc habere difficultatem. Mantic. *dict. tit.* 39. *n.* 31. Viv. *decis.* 471. *n.* 9.

Intellige 1. hanc limitationem, quando tempore contractus celebrati tale pactum à contrahentibus fuit impositum, secus verò si ex intervallo interponeretur. Vide Addita ad Glos. 3. *l.* 28. *n.* 11. *suprà.* 6

Intellige 2. si verbis directis, & non obliquis tale pactum esset conceptum. Vide *in gloss.* 3. *d num.* 3.

Limita 5. quando convenitur in pacto, & dicitur, quòd nullo modo possit res alienari, quia hæc conditio impedit dominii translationem, quia habet vim decreti irritantis, & quidquid fit post modum est nullum, & nullius valoris, nec potest talis actus confirmari: ut cum Imol. *in clem.* 1. *col.* 8. *de sequest. possess. & fruct.* & Felin. *in c. at si cleric.* §. *de adulter. col.* 3. *de jud.* tradit Salced. *vers.* 6. *limita.* Mantic. *n.* 38. *ubi supr.* 7

Limita 6. quando prohibetur res alienari ex dispositione contrahentium, quæ tamen ex juris communis dispositione alienari non poterat: nam concurrente ista duplici prohibitione, non potest fieri alienatio, etiam in casibus, aliàs in jure permissis, & impeditur dominii translatio, text. *in auth. de non alien. aut permut.* §. *sanctissimas, coll.* 9. Bald. *n.* 5. *vers.* 6. *ubi supr.* Ruin. *cons.* 23. *num.* 11. *vol.* 5. Rod. Suar. *alleg.* 9. *n.* 14. ubi omnes cum hac limitatione transire, dicit Loaz. *in d.* §. *Divi, n.* 85. *vers. limitatur.* Salced. *d. reg.* 208. *vers.* 7. *limita.* Mant. *d. tit.* 30. *num.* 37. 8

Limita

Limita 7. nisi in contractu venditionis, vel donationis vendatur,vel donetur res ad tempus certum, vel incertum : ut si dictum sit,vendo tibi,vel dono hanc rem retinendam per te quoad dominium ,vel possessionem, quousque eam alienaveris, vel quandiu penes te, & hæredes tuos permanserit,& non ultra. Bald. *in d. l. ea lege,num.*8. Roman. *in d. l. qui absenti*, §. 1. *n.* 3. *vers.* 3. *cautelam.*Salced. *ubi supr. vers.*10. *limita.* Est enim ratio hujus limitationis , quia dominium temporaliter dari potest non solum in ultima voluntate , sed etiam per contractum , *ex l. ult. Cod. de legat.* Ang. *cons.*35. Aretin. *in d.l. vi absenti*, §. 1. *ff. de acq. poss. col.*3. ubi latè disputatSalced.*ubi supr.* Contra hanc limitationem tenent Castr. *in d.l.qui absenti*,§. 1.*sub num.*3.*vers. tu potes ponere.* Alex.*num.*8. Ambros.de Opiz.*in d. l. filiusfamilias*, §. *Divi*, *n.*104. *ff. de legat.* 1. ubi dicit aliud se pridie consuluisse.Loaz.*ibi*, *n.*90. *vers.6.limitatur.*Ruin. *cons.*109.*n.*24.*vers. nec obstat etiam*, *lib.*4. Gomez. *in l.*40. *Taur. num.* 25. Mantic. *d. tit.* 30. *n.* 33.

10 Nec obstat ratio deducta ex text. *in l.ult. C. de leg.* quia loquitur in legato, & fideicommisso , in quibus ipso jure dominium transferri potest, *l. Titia,*§. *ult. ff. delegat.* 2. quia dominium rei legatæ, vel per fideicommissum relictæ ipso jure transit in legatarium , vel fideicommissarium absque traditione, *l. legatum ea, delegat.*2. *l. à Titio, ff. de furtis*, ideo sine traditione potest etiam à legatario in hæredem transire. Glos. *in d. l. ult.* & faciunt tradita *infra n.*22. idque in contractibus dici non potest, quia sine traditione dominium regulariter non transfertur, *l. traditionibus, C. de pact.* & quod *in d. l. ult.* dicitur, quòd legatum potest dari ad tempus ad exemplum contractuum , intelligitur quoad hoc, ut res ad tempus utroque modo concedi possit, & per contractum , & per ultimam voluntatem , sed in modo resolutionis æquiparatio non procedat : nam quando resolvitur ex testamento, dominium revertitur ipso jure ; & ex contractu actio tantum personalis datur , non vero dominium , nec possessio, nec actio realis, ut docent Pereg. *de fideicommiss. art.*51.*n.*75. Rober.*rer.judic. lib.*3. *c.*14. *vers. pro Seij hæredibus.* Fab. *in suo Cod. lib.*4.*tit.*36. *de pact. inter empt. defin.* 9. Mantic. *d. tit.*30. *n.*35. *&* 36. Gomez. *l.*40.*n.*27. ubi latius explicat, Fontan. *claus.* 4. *gloss.*25. *num.* 55. ubi declarat.

11 Sublimita hanc doctrinam in contractu donationis,in quo substitutiones fieri possunt, & ex eo dominium ipso jure in tertium transfertur. Vide Add. Gloss. 3. *l.*7. *tit.*4. *n.* 1. *cum aliis.*

12 Limita 8. in omnibus casibus, in quibus dominium ex solo pacto transfertur absque traditione, quia in eis per solum pactum potest prohiberi translatio dominii. Gloss. sing. *in l.*1. *in gloss. magn. in fin. C. de inoffic. donat.*Bald.*in l. peto,ff.fratre,ff.de leg.*2.*oppos.*5.& *ibi* Imol.2. *col.* Jas. qui valde commendat *in d.* §. *Divi,lect.*2. *num.*90. & Rip. *num.*92. *vers.6. limita.* Gomez. *n.* 16. *vers. ex quibus infero, n.*25. *in fin.* & *n.*27.*vers. facit etiam*, & *n.* 39. *in fin. ubi supr.* Salced. *reg.*208. *vers.*4. casus verus,in quibus absque traditione dominium transfertur.Vide in Add. *d.gloss.*3. *l.* 7. *tit.* 4. *sup.*

13 Limita 9. quando fieret contractus inter partes cum pacto de non alienando,& judex confirmaret talem contractum, & auctoritate, & decreto suo prohiberet alienationem mediante clausula ista, *quod si fiat fierique contingat contra pactum , gestum inter partes,sit irritum , l. si scient , ff. de contraben.empt. l. is,cui bonis,ff. de verb. oblig.*& argumen. text.*in l. judicem, ff. com. Divi, & in l. Divus, ff. de petit.hared.*Petr.de Bellap.*in d. l. ea lege,C. de condict. ob caus.pen.col.in fin.* Bart. *d.* §. *Divi, n.* 36. Bald. *in l. ult. num.*2.*Cod.de pact. inter empt.*Cravet. *cons.*201.*n.*3.Viv.*decis.*471. *n.*8. *&* 9. ubi rationem reddit,& Franch. *supr. decis.* 355. *n.*12. hoc procedere inquit, cum verba resolutiva respiciunt contractum gestum inter ipsas partes,ut diximus *in d. n.*12. Salced.*in d. regul.*208.*vers. limita* 13. Mantic. *d.lib.*4.*tit.*30.*n.*382. *&* 5. *sequentib.*ubi pro contraria opinione authoritates, & rationes adducit, & eis non obstantibus hanc sequitur , quia in hoc casu cessat judicis injuria,cum voluntas domini interveniat,& pro contraria opinione alios adducit Gomez. *in d. l.*40. *Taur.n.*23. *&* 24.

Et sublimita in judice arbitro, ut ex aliis tradit Covar. *in c.Raynal.n.*4.*de testam.* Rip. *in d.* §. *Divi, n.*94. ubi limitat hanc sublimitationem.

Limita 10. quando dominii translatio,non effet 14
de facili revocabilis : nam tunc ex prohibitione alienationis dominii translatio impeditur, *l.ea quidem,C. si mancip. ita fuerit alien.* Bald. & Angel. *in l. ea lege,Cod.de condict. ob caus.* Salced. *de reg.* 208. *vers.* 13. *limita* : ubi cum Bartol.*in d. l. ea quidem*, tradit ex hac ratione valere pactum de non faciendo rem sacram,vel religiosam, & præcise servandum esse ; de quo Gomez. *in l.* 40. *Taur. n.*17. ubi dicit communem, & alios allegat, & ex hoc infert valere pactum appositum in venditione, quòd non ædifices in re vendita castrum, vel fortalitium.

Limita 11. quando fuit pactum appositum de 15
non alienando, & in casu , quòd emptor ad aliquem actum alienationis devenerit, liceat venditori ingredi possessionem illius rei propria auctoritate , ut sentit Bald. *in l.* 3. *C. de pign.* Crotus *in d.*§. *Divi, n.*105. & *ibi* Ripa, *n.*87 Salced. *vers.* 8. *limit.ubi supr.*Mantic. *lib.*4.*tit.*30.*n.*44. *&* 45. ubi pro ea adducit, *l. si quis hoc pactum , ff. de contrab. empt.* & facit, quia tacite videtur res hypothecata ex pacto de ingrediendo possessionem propria auctoritate;de quo vide Add. ad Glos.fin.*l.*26. *tit.*13. *infr. n.*.... & quando adest hypotheca pactum de non alienando impetit dominii translationem, ut diximus, *supr. n.* 8.

Limita 12. si simul cum pacto de non alie- 16
nando juramentum interveniat: nam tunc dominii translatio impeditur , ut ex aliis tradunt Rip. *num.* 93. *vers.*7. *fallit,ubi supr.* Cæphal. *cons.*41.*à num.* 10.*lib.* 1. ubi latè confirmat Roland. *cons.*6. *num.*35. *&* 54. hanc sequitur , & pro ea adducit Jas. Ruin. & alios. Menoch. *cons.*63.*num.*20. hanc magis receptam opinionem dicit , & pro ea alios. laudat Carroc. *decis.*117. *n.*18.

Contrariam sententiam tuetur Crotus, *in dict.* § *Divi, à n.*94. quam magis probat Ruin. *cons.* 109. *num.* 26. *lib.* 4. & pro ista opinione alios affert Roland. *ubi supr. num.*26. *&* *cons.* 62.*num.*3. *&* 4. *lib.*2. Jas. *cons.*211. *n.*3.*vol.*2. Gomez. *in l.*53.*Taur. num.*58. *vers.* 2. *principaliter*, alios laudat Guttier. *de jur. conf.* 1. *p. c.* 45. *num.* 4. Gabriel, *cons.* 66. *num.*10.*lib.*2. Anton. Gabr. *tit. de pignor. concl.* 1. *num.*8. Thesaur. *lib.*2.*qu.*81.*num.*9.ubi communem dicit, & pro ea Senatum judicasse, *&* *num.* 12. alios laudat Seraph. *privil.* 158. & eam sequitur Mantic. *d.tit.*30. *num.*19. *&* *tit.*32. *num.*17. Surd. *cons.* 399. *num.*3. *&* 18. Tusch. *litt. A. concl.* 266. *num.* 1. Fontan. *claus.*4.*gloss.*25. *à num.*65. Giurb. *decis.* 92. *n.* 23.

17 Si vero cum pacto de non alienando, & juramento interveniat generalis hypotheca, quæ in omnibus instrumentis hodie adscribi consuevit, alienatio impedietur: ut in specie concludit Crotus, *in d.* §. *Divi, n.* 97. Socin. Jun. *consil.* 129. *num.* 11. *lib.* 2. Roland. 32. *à n.* 39. *& 62. num.* 34. 39. *& 40. lib.* 2. Guttier. *in rep. l. nemo potest, deleg.* 1. *n.* 45. *& de juram. c.* 39. *num.* 7. Seraph. & Font. *n.* 61. *ubi supr.* Mant. *d. tit.* 30. *n.* 20. *&* 21. & rationem reddit, & Thesaur. *d. q.* 81. *n.* 9. *vers. à quibus tamen*, ubi fundamenta refert, & per Senatum fuisse approbatam dicit.

18 Contrariam opinionem, scilicet quòd generalis hypotheca cum juramento non sufficiat, tenent Gabr. *d. cons.* 66. *à n.* 10. Surd. 399. *n.* 4. *vers. nec facit*, ubi dicit, quòd juramentum nihil operatur, quando fundans se in pacto non est in possessione, quia tunc juramentum non efficit, quòd generalis hypotheca habeatur pro speciali, & hanc opinionem veriorem, & receptiorem dici Peregr. *de fideic. art.* 51. *num.* 77. *& cons.* 102. *num.* 10. 12. 13. *&* 14. *lib.* 3. Sed prima est verior, & tenenda, quia in dubio pro juramento pronuntiandum est.

19 Si autem cum pacto de non alienando interveniat juramentum cum speciali obligatione rei, cujus alienatio prohibita est, sine dubio dominii translatio impeditur: ut post Boer. *decis.* 182. *n.* 53. tradunt Guttier. *d. c.* 45. *n.* 4. Thesaur. *n.* 18. ubi alios refert; sola enim specialis hypotheca cum pacto de non alienando impedit dominii translationem, ut diximus, *supra*.

20 Limita 12. quando cum pacto de non alienando apponitur pactum de præstando aliquid pro alimentis: nam tunc alimentorum favore tale pactum translationem dominii impedit, etsi de facto res alienetur, ejus dominium in concedentem ipso jure transfertur, vel in illum, in quem ex contrahentium conventione transferri debet: ut cum Aretin. tradit Salced. *vers.* 11. *limita, ubi sup.*

21 Sed de veritate hujus limitationis dubita, quia rationem hujus privilegii non invenio, nisi verbis resolutivis initum sit: si enim constituatur alicui pensio super certo fundo pro alimentis, hoc onus transit ad quemcumque possessorem fundi, & actio personalis contra eum exerceri potest, *l.* 2. *ff. de aliena. lega. l. hactenus*, *ff. de usufr.* & utrobique Gloss. Et regulam, de qua *in l. fin.* §. *fin. ff. de contraben. empt.* limitant in hoc casu Gloss. & DD. *ibi*. Rip. *in l.* 1. §. *si hæres*, *num.* 14. *ff. ad Trebell.* alios adducit, & ampliat ad relictum pro Missis dicendis, & Anniversariis celebrandis constitutum super domo, quæ in tertium fuit alienata, sed dominii translatio non impeditur.

22 Limita 13. si in contractu donationis hujusmodi prohibitio alienationis fuit appositа: nam hujusmodi pactum valet, & in casu contraventionis vocato competit rei vendicatio, & à quolibet possessore rem alienatam poterit vendicare: Vide Molinum *de ritu nupt. lib.* 3. *quæst.* 24. *num.* 250. *&* 251. ubi etiam Ecclesiæ donari posse dicit cum prohibitione de non alienando, etiam in causam redemptionis captivorum, ex Gloss. *in l. sancimus, in* §. *vers. etsi præfatam, C. de sacrosc. Eccles.* §. *sanctissimas, in auth. de non alienan.* Decian. *cons.* 31. *num.* 60. *lib.* 1.

23 In omnibus casibus, in quibus dominium in emptorem non transfertur, rei vendicatio datur contra tertium possessorem, aliàs tantùm agitur ad interesse contra alienantem; de quo vide Fontan. *clausul.* 4. *glos.* 25. *num.* 54. 55. Molin. *num.* 258. *ubi supr.*

SUMMARIUM.

1 *Pactum de non alienando non impedit dominii translationem in tertium.*

2 *Pater si fecit donationem tertiæ, & quintæ partis bonorum filio cum gravamine restitutionis inter descendentes, tunc dominii translatio, & alienatio est prohibita.*

3 *Idem in prohibitione alienationis per viam majoratus, & in particularibus absque Regis licentia institutis, & in melioriationibus tertii, & quinti inter liberos, & in Capellaniis, & anniversariis. Et si expressè non prohibeatur alienatio, tacitè ex verbo majoratus inducitur.*

4 *Dominium, & possessio an transferantur in sequentem gradum, si possessor majoratus rem alienet.*

5 *Pater, si unum ex filiis in tertio, & quinto melioraverit, & descendentes ex filio vocaverit, & bona perpetuò alienare prohibuerit, & verb. majoratus, aut vinculi non expresserit, an sit majoratus, & in ultimo descendente bona libera, & alienabilia remaneant?*

6 *Emptor, si erat informatus de pacto, dominium non transfertur.*

7 *Emptor, qui rem vendidit contra pactum, si pœna sit appositа, ad hujus solutionem tenetur.*

Item ad damna, & interesse, & probabitur juramento damnum passi, n. 8. *&* 9.

10 *Alia de materia hujus pacti, remissivè.*

In alienatione omnium bonorum non veniunt prohibita alienari.

ADDIT. GLOS. V.

AD Glos. 5. Nota 1. pactum de non alienando non impedire dominii translationem in tertium, in quem res alienari prohibita fuit translata titulo venditionis, vel alio legitimo; & adde *l. si ita quis*, §. *ea lege*, *ff. de verb. oblig.* & *ibi*, Bart. Bald. Jas. Alex. & communiter DD. *l. si sterilis*, §. *si tibi*, *ff. de act. empt.* Bart. & Bald. *in l. ea lege*, *C. de condit. ob caus. & in l. qui absenti*, §. 1. ubi DD. *ff. de acq. poss.* Paul. *in l.* 1. *C. de pactis inter empt.* Gomez. *in l.* 40. *Taur. à num.* 13. Bernard. Diaz, *regul.* 208. & *ibi*, Salced. ubi rationem reddit. Falcon. *reg.* 333. Crot. *in d.* §. *Divi, col.* 19. *cum sequentib.* & *ibi*, Rip. *num.* 87. Villalob. *in errario commun. verb. alienationis prohibitio, num.* 138. Curt. Jun. *cons.* 174. *n.* 19. Rolan. 62. *lib.* 2. Guttier. *in d. l. nemo potest, num.* 57. *& 58. & de jur. conf.* 1. *p. c.* 45. *num.* 1. Vasq. Mench. *de succes. creat.* §. 10. *lib.* 1. *num.* 82. *cum* 4. *sequent.* Matienz. *in l.* 2. *tit.* 10. *glos.* 8. *n.* 3. Azeved. *in l.* 11. *tit.* 6. *num.* 10. *lib.* 5. Franch. *decis.* 355. *num.* 1. & *ibi*, Amend. Surd. 254. *n.* 11. Vivi. 471. *n.* 1. *&* 2. ubi rationem reddit. Flam. Cartar. *decis.* 104. *n.* 5. Ludov. *Perus.* 68. *n.* 10. Mag. Florent. 112. Fontan. *clausul.* 4. *glos.* 25. *n.* 55. Thesaur. *lib.* 2. *q.* 81. *n.* 1. quem vide, *n.* 2. ubi *d. l. ea lege*, *C. de cond. ob caus.* declarat Castil. *lib.* 5. *c.* 80. *n.* 30. Giurb. *dec.* 79. *n.* 31. *&* 92. *n.* 22. multos refert Mantic. *d. tit.* 30. *n.* 3. *&* 2. ubi etiam reddit rationem. Ceval. *com. q.* 673. *&* q. 756. *num.* 1. *&* 2. Molin. *de rit. nupt. quæst.* 25. *lib.* 3. Tusch. litt.

litt. A. concl.266. à num.1.& concl.36. ubi ampliat, & limitat. Valas. *de priv. paup. quæst.22. part. 1. num. 6.*

2 Contra hanc receptam sententiam, & à lege, nostra approbatam,tenuerunt multi ex antiquis de jure communi,ut notat Glos. *hic,*pro quorum opinione facit text. *in l. sancimus,Cod. de reb.alien.non alien.* de cujus interpretatione vide Gloss. *verb. alien.in princ.vers. alii,* ut R.*in l. ea lege, 3. Cod. de condict. ob caus.*Fabian.*reg.*334.*n.6.*Ceval. *d.q.*756. *num.*9.& pro ea faciunt tradita per Gomez.*d.l.*40. *Taur.n.*16.*&* 17. quibus ipse satisfacit.Fab.*de err. pragm.decad.*87.*error.*5. Et limita hanc doctrinam, ut *in gloss. antec.*

3 Præterea limita ex Glos. *hic,* quando ex dispositione *l.*27.*Taur.*(quæ hodie est *l.*11. *tit.6.lib.*5. *recop.*) pater fecit donationem tertiæ,& quintæ partis bonorum, & apposuit gravamen restitutionis inter descendentes,& prohibuit alienationem: nam tunc alienatio impeditur, & dominii translatio. Adde Gomez. *ubi supr. num.* 36.Menchac. *de succ. creat.* §.10. *num.* 82. Molin. *de Hispan. lib.*1. *c.*12. *num.*30. qui in 31. 32. 33. tradit differentiam,quæ est inter prohibitionem alienationis factam in contractu, & eam, quæ in testamento fit. Azeved. *in dict.l.*11. *num.*14.*& conf.* 18. *num.*7. Matienz. *in l.*1. *tit.*7.*gloss.*1. *n.*11. Olan. *in reduct. antin. lit.M. num.*8. Ceval.*d.q.*756.*num.*4. *&* 5. Lara, *de anniver.lib.*1.*c.*6.*num.*19. Thesaur.*lib.*2.*q.*81.*n.*2.*circa fin.* ubi Molinæ opinionem sequitur in majoratibus.Mier.*de major.*3.*p.q.*9.*n.*6. ubi dictum hujus glossæ notandum reputat, & hanc legem peregrinam dicit Salced.*in d. reg.*208. *vers.*9.*limita.* Barz. *decis.*1. *n.*10. ubi ait, quòd alienationem cum expressione causæ, quòd bona perpetuò permaneant in agnatione, inducit, quòd omnes descendentes invicem ad restituendum sint gravati.

Ex quibus hanc limitationem extende ad prohibitionem alienationis per viam majoratus;etsi majoratus ex tertia, & quinta parte bonorum non fiat,sed ex aliis bonis ab eis, qui descendentes, vel ascendentes legitimos non habent. Molin. *de Hist. lib.*1.*c.*5.*n.*3.*&* 31. Mier. 4. *p.q.*1. *num.*157. *&* 65. alios adducit Castil. *lib.*4.*c.*9.*n.*84. Vel quando bona relinquuntur cum onere anniversarii cum prohibitione alienationis,ex Lara,*ubi supr. n.*18. Vide Castil. *d.c.*9.*à n.*9.*& c.*65. *lib.*5. *à n.*22. ubi in particularibus majoratibus absque Regia licentia erectis, & in meliorationibus tertii, & quinti vinculatis, in anniversariis, patronatibus & capellaniis, in quibus leges, quæ de majoratibus loquuntur, habere locum ait, & esse prohibitam eorum alienationem, & pro comprobatione refert Covarr. Menchac. Padil. Molin. Gomez. Matienz. Mieres, Azeved. Avend. Flor.de Men. Pichar. & alios, *& in num.* 27. ait,quòd si non adsit prohibitio expressa alienationis,sed majoratus institutio, *ex verb. majoratus* impediri alienationem, & dominii translationem, *& latè in n. seq.*

4 Quid si contra prohibitionem possessor majoratus alienet, an statim dominium, & possessio transferatur in sequentem in gradu. Vide Molin. *num.*33. Mier. *d.q.*9.*per tot.* ubi multos laudat, & quæstionem examinat. Quid de filio,si pater alienet,an possit in ejus vita rem alienatam petere? Vide Glos. 10.*in vers. & quid si pater,*& *ibi* Addit. *l.*24. *tit.*13. *infr.*

5 Quid si pater meliorationem tertii, & quinti fecerit,& descendentes ex filiis vocaverit, & bona alienari perpetuò prohibuerit, aut alia verba adjecerit perpetuitatem denotantia,vinculi tamen, aut majoratus verbum non expresserit, an perpetuus majoratus erit,vel in ultimo descendenti vocato bona ipsa libera, & alienabilia remaneant? Vide Castil. *lib.*2. *c.*22. *num.*44. ubi *per l. qui solidum,* §. *prædium, ff. de leg.* 2. *l. cum pater,* §. *libertatis, ff. de leg.* 2. *dict. l. pater filium,* §. *fundum Titium, ff. de leg.* 3. libera bona remanere resolvit.

Limita 2. quando emptor erat informatus de 6
pacto de non alienando: nam tunc dicitur esse in mala fide, & emptio videtur facta ad æmulationem.Thesaur. *lib.*2.*q.*81. *n.*14. ubi alios adducit,& Senatum hac ratione motum sic judicasse testatur, & faciunt tradita in Addit. *gloss.* 1. *l.*7. *tit.* 15. *infrà.*

Nota 2. ex Glos. quòd illud, quod fit inter vivos,quando potest revocari usque ad mortem,fortitur effectum à morte: & adde Molin. *de Hisp. d. lib.* 1. *c.*12. *n.*2. *&* 8.

AD Gloss. 6. Nota 1. ex text. emptorem, qui 7
contra pactum de non alienando rem vendidit,si pœna fuit appositа,ad ejus solutionem teneri. Adde Addita ad Gloss.2.*l.*34.*tit.*11.*infr.* & Gl.8. *l.*32.*sup.*Tusch.*litt.A. concl.*266. *n.*2. ubi alios laudat. Gail. *lib.*2. *obser.* 16. *n.* 6.

Nota 2. ex text. quòd tenetur etiam ad damna, 8
& interesse, qui contra conventionem, & promissionem de non alienando alienavit. Adde Gomez. *in d. l.*40. *num.*13. Nat.*conf.*474.*n.*14.*& conf.*531. Rolan.62.*num.*39. *lib.* 2. Menoch. 63. Magon. *decis. Flor.* 102. *num.* 19. Gaill. *d.observat.*16. *num.*6. Vivi. *decis.*471. *num.*3. ubi hanc inexpugnabilem scribentium sententiam dicit, & neminem ab ea dissentire. Mantic. *d. tit.*30. *n.* 1. *&* 3. & citatos in Addit. Glos. 5. *num.*1. *supr.* Giurb.*decis.*71.*num.*31. *&* 92. *num.*22. Molin. *d. q.*24. *à n.*255. ubi tradit, quòd non datur actio contra acquisitorem, sed ad interesse contra eum, qui pacti legem non servavit,& plures laudat.

AD Gloss. 7. Nota in actionibus bonæ fidei 9
damnum probari juramento damnum passi præmissa judicis taxatione. Add. *l.* 5. & *ibi,* Glos.4. *& l.* 11. Glos.6. *&* 10. *tit.*11. *p.*3. & *ibi,* Addit. ad Glos. 6. 7. *&* 8. *l.* 8. *tit.* 3. *hac part.* ubi vide, an judicis taxatio sequi, vel præcedere juramentum debeat: & Addit. Gloss. fin. *l. fin. tit.* 1. *supr.*

Alia de materia hujus legis,& de prohibita re- 10
rum alienatione,vide per Tepat. *tit.* 396. *cum* 2. *sequent.* & Tusch. *litt. A. à conclus.* 159. *usque ad* 270. ubi ait, quòd in alienatione universali omnium bonorum,non comprehenduntur prohibita alienari.

LEX XLIV.

SUMMARIUM.

1 *Prohibitio alienationis facta à testatore cum causa dominii, translationem impedit, num.* 2.

Et, si in quacumque ultima voluntate fiat, valet, num. 6.

Si sine causa sit facta, non valet, etsi ab ipso fuisset jurata, seu ab hærede, num. 3.

4 *Limitatur*

4 *Limitatur, si res fuisset majorum.*

5 *Item, quando res est talis, in qua cadit affectio favore ipsius rei.*

7 *Item, quando respectu certæ personæ fuit facta prohibitio. Quando non valet.*

8 *Testator relinquens rem pluribus, & vetans eos alienare, videtur vicissim fideicommissum relinquere, si contingat alterum eorum sine alterius consensu alienare.*

9 *Limitatur, si ex verbis, seu conjecturis appareat, prohibitionem esse factam favore hæredum.*

10 *Idem si testator plures hæredes instituit, seu fecit legatum, & ultimo descendenti mandaverit, quòd restituat hæreditatem, seu legatum.*

11 *Alienans an postea admittatur, & possit repetere partes ab aliis alienatas, & si habeat filium, an aliis præferatur.*

12 *Alienans pro parte, an toto privetur.*

13 *Successio majoratus an transeat ad illum, qui tempore alienationis erat proximior, seu ad proximiorem, qui postea natus est.*

14 *Dispositio testatoris, ut impediatur alienatio, non debet conferri ad tempus, quo res jam sit alienata.*

15 *Alienans rem prohibitam alienari, tenetur fideicommissario ad æstimationem, & an teneatur ejus hæres.*

16 *Minor, vel Ecclesia alienans contra voluntatem testatoris, & alterius persona privilegiata an acquirat jus, ut possit restitui.*

17 *Alienans si non sit solvendo, fideicommissario datur regressus ad rem.*

ADDIT. GLOSS. I.

1 NOta 1. ex Gloss. *hic* quare prohibitio alienationis facta in testamento per testatorem valeat, & ex ea impediatur dominii translatio, & non ex ea, quæ fit in contractu scilicet, quia sicut ex sola voluntate testatoris dominium transfertur in hæredem universalem additione habita, & in legatarium, vel fideicommissarium sine aliquo actu traditionis, vel apprehensionis, *l. cum hæredes ff. de acq. poss. l. facta, l. restituta, ff. ad Trebell. l. à Titio, ff. de furtis, l. cum pater, §. furdo, ff. deleg. 2. l. si tibi homo, §. cum servus, ff. deleg. 1.* ita sine traditione per ipsam ultimam voluntatem potest dominium amitti, & de uno in alium transferri, & alienatio impediri, *l. fin. Cod. deleg.* & vide Addita ad Gloss. 4. *l. anteced. à num. 20.* Gomez. *in l. 40. Tauri, n. 38. vers. & ratio vera.* Vasq. Menchac. *de succes. creat. lib. 1. §. 10. n. 87.* ubi hanc rationem ex Abb. *in c. Rainaldus, 5. col. ad fin. de testament.* tradit, quòd secùs est in contractibus, ex quibus dominium ab sque traditione transferri non potest, *l. traditionibus, C. de pact.* de quo vide Add. ad Glos. 1. *l. 7. tit. 4. supr. hac p. notabil. 2. num.* & pactum non debet plus operari prohibendo, quàm disponendo, argum. *l. 3. ff. de servit. restit. præd.* Menchac. *ubi supr.* Guttier. *in repet. l. non potest, à num. 24. ff. deleg. 1.* ubi hanc rationem differentiæ tradit. *& de juram. confirm. 1. p. c. 45. num. 2. & 5.* Mier. *de major. 4. p. q. 1. n. 59.* ubi tradit, prohibitionem alienationis appositam in contractu non esse tam fortem, quàm ea, quæ apponitur in ultima voluntate, & alios adducit; & vide Jas. *in l. filiusfamilias, 117. §. Divi, num. 86. & 87. ff. deleg. 1.* ut tradit Gabr. Valasc. *de privil. paup. 1. part. quæst. 22. num. 5.* ubi plures recenset. 2

Nota 2. ex Gloss. valere prohibitionem alienationis cum causa legitimè factam in qualibet ultima voluntate. Adde Jas. *in d. §. Divi, num. 88.* ubi ad prohibitionem factam in donatione causa mortis hanc doctrinam extendit, & latè comprobat. Guttier. *pract. lib. 2. quæst. 115. à num. 1.* ubi consilium à se præstitum refert, super prohibitione alienationis, & constitutione hypothecæ facta per testatorem sub pœna privationis bonorum. Valasc. *à n. 7. ubi supr.*

AD Gloss. 2. Nota 1. ex text. & Gloss. ult. non valere prohibitionem alienationis sine causa factam per testatorem, etsi Castellum, vel turris alienari prohibeantur, contra doctrinam Gloss. *in l. quoties, C. de fideicommiss.* ubi Bald. notab. dicit quam *hic* Gloss. refert, & eum sequuntur Menes. *ibi, num. 10.* quem adde, *& d. §. Div.* & *ibi* Gloss. Bart. Paul. Alexand. Jas. & Rip. & communiter DD. *l. pater filium, §. Julius Agrippa, de legat. 3.* Menchac. *d. §. 10. à num. 87.* Gomez. *in l. 40. Taur. num. 37.* Guttier. *de jur. 1. p. c. 45. num. 1.* Molin. *de Hisp. lib. 1. c. 6. à n. 30.* Petra, *de fideicom. q. 1. à n. 1.* Thesaur. *qq. for. lib. 3. q. 117. n. 2.* Peregr. *de fideicom. art. 14. n. 2. 3.* Castil. *lib. 5. c. 85. num. 15.* Ceval. *q. 725. n. 10. 11.* Mier. *de major. 2. p. quæst. 5. num. 61.* 3

Amplia, etsi præceptum de non alienando ex parte testatoris tantùm sit juratum, vel ex ipsius hæredis. Rip. *in d. §. Divi, n. 21.* Gom. *n. 39.* Guttier. *n. 5. ubi supr.*

Limita hanc legem ex Gloss. *hic in vers. forte,* quando Turris, vel Castellum fuisset majorum testatoris: nam propter affectionem prohibitio alienationis sine expressione causæ valeret. Adde Raphael. Fulgos. Paul. Corn. & Jas. *in d. l. quoties.* Alex. Jas. Ferd. de Loaç. & Crotum, *in d. §. Divi,* quos sequitur Tiraquel. *de retract. lign. in præf. num. 39.* Gomez, *num. 38. vers. imo tacite videtur.* Alvarad. *de conjectur. mente testat. lib. 2. c. 4. num. 26.* ubi alios adducit Molin. *num. 32. ubi supr.* ex omnium scribentium doctrina tradit, quòd causa expressa, vel ex rei, seu personarum qualitate subintellecta reddit prohibitionem alienationis efficacem, & non esse nudum alienationis præceptum illud, quod ex causa tacita, vel subintellecta vestitur. Roland. *cons. 23. num. 24. lib. 4.* Surd. *decis. 125. n. 3. & 8.* ubi sic placuisse Senatui dicit Matienz. *in l. 6 tit. 7. lib. 5. recop. glos. 1. num. 2.* Castil. *lib. 5. quotid. c. 85. n. 15.* ubi alios allegat, & quòd ex qualitate rerum præsumptio sumatur; per totum illud capitulum comprobat; & antea *in lib. 4. c. 9. n. 65.* ubi multos congessit, quia cum una sola ratio potest testatorem movere, talis ratio habetur pro expressa, ut Gloss. *hic.* Raph. Fulg. Paul. & Jas. *num. 6. in d. l. quamvis.* Alex. *cons. 100. num. 10. lib. 4. & 24. n. 44. lib. 2.* Socin. Sen. *12. n. 5. vol. 3.* Dec. *15. num. 2. vers. & licet Bart.* ubi plurimos refert, & *64. num. 6. & 574. n. 5. vers. & nulla alia.* Socin. Jun. *167. n. 21. & 168. num. 13. in fin. & n. 54. & 181. n. 37. vol. 2.* Felin. *in c. translato, de constit. n. 11. ad fin. & in c. si quando, de rescript. à n. 11.* Curt. Sen. *cons. 1. col. 3. & 20. col. 5.* Paris. *16. n. 36. lib. 3.* Tiraq. *in l. si unquam. C. de revoc. donat. in princ. l. n. 62.* Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 6. tit. 14. n. 20.* Molin. *de Hisp. lib. 1. c. 6. à num. 9.* ubi multa in propositum tradit. Mier. *de major. 2. p. q. 5. n. 89. 90. & 91.*

Limita 2. valere prohibitionem alienationis factam à testatore sine expressione causæ, quando res 5

prohibita alienari est talis, in qua cadit affectio favore ipsius rei prohibitæ alienari; ut cum testator prohibet vasallos alienari. Adde Jas. *in d. §. Divi, in 1. lect. à num. 25. & 26. & in 2. lect. à num. 43.* Rip. *ibi, num. 38.* ubi valere prohibitionem alienationis Bart. doctrinam sequendo docent. Dubitant an in casu alienationis contra prohibitionem testatoris vasalli efficiantur liberi à jure vasallagii, & subjectionis, prout servus prohibitus alienari libertatem consequitur, si alienetur, *l. generaliter, §. si pretium, ff. de fideicom. liber.* ex quo text. DD. inferunt ad vasallos.

6 AD Gloss. 3. Nota 1. valere prohibitionem alienationis factam per testatorem in ultima voluntate, si justam causam prohibitionis exprimat. Adde Gloss. 1 *in l. ea lege, vers. tertii distinguunt, C. de condit. ob caus.* & ultra ordinarios, *in d. §. Divi.* Gomez. *in d. l. 40. Taur. num. 38.* ubi justam, & legitimam causam esse dicit, si res erat majorum suorum, vel si eam habuit à Rege, vel Imperatore, vel si hæres, aut legatarius, cui rem reliquit, erat minor, vel si fuit facta prohibitio favore alicujus certæ personæ, ut si prohibuit rem alienari, quia voluit rem pervenire alicui de genere, vel alteri personæ; Molin. *de Hisp. prim. lib. 1. c. 6. num. 32. & 33.* Spin. *in spec. test. gloss. 19. n. 79.* Azeved. *in l. 11. tit. 6. lib. 5. recop. num. 10.* Lara *de anniversf. lib. 1. c. 6. n. 1. & 2.* Guttier. *pract. lib. 2. q. 115. per tot.* & vide Fabr. *de error. decad. 87. error. 50.* ubi de hac prohibitione alienationis per testatorem facta agit. Gabr. Vala. *ubi supr.*

7 Nota 2. ex Gloss. quòd non requiritur expressio causæ, quando prohibitio alienationis respectu certæ personæ facta fuit, ut si quis in casu alienationis expresè vocatur. Adde Gloss. *verb. respectu, in d. §. Divi,* & *ibi* Crot. Jas. *n. 8. 1. lect. & n. 11. in 2. lect.* Loaç. Rubeum, & Marant. *num. 156.* & text. *in l. unica,* ibi, *quam in præcipiendo ad alias personas eas transferri, Cod. de bis quæ pœn. nom. relinq.* Grivel. *decis. Dolan. 22. num. 7. & n. 22. & decis. 52. num. 17. & 18.* ubi sic Senatum judicasse dicit, & *num. 20.* dicit conditionem, & personam, in quam res pervenire debet, facta alienatione, esse loco causæ; ut post Raph. Cum. & Crot. optimè declarat Rip. *in d. §. Divi, num. 19. & 37.* Alex. *num. 2.* Alciat. *n. 7.* Marant. *d. n. 159. & 247. vers. modo,* & Paul. *n. 1. & 2.* ubi inquit, tria esse, quæ faciunt videri prohibitionem non esse nudam.

Primum, quando continet causam rationabilem.

Secundum, si apparet persona, cujus contemplatione facta sit.

Tertium, quando apparet persona, in quam res venire debet facta alienatione. Thesaur. *lib. 3. q. 11. n. 4.* Menes. *in l. quoties, n. 11. C. de fideicom.* & licèt hoc casu prohibitio alienationis facta favore, & contemplatione alicujus personæ valeat ab initio, tamen si ex postfacto casus eveniat, quo prohibitus, & is, cujus contemplatione facta est prohibitio, in unum concurrant; tunc prohibitio efficaciter non ligat, quia res dicitur deveniisse ad casum meri nudi præcepti, & nullius est momenti. Grivel. *d. decis. 22. & 21.* ubi exemplificat.

8 Nota 3. ex Gloss. quòd si testator relinquit rem pluribus, & vetat eos alienare rem, eo ipso videtur fideicommissum vicissim relinquere, si contingat alterum eorum sine alterius consensu alienare. Hanc proponit Gomez. *in d. l. 40. n. 52.* & pro nostra Gloss. jura expendit, & tandem concludit hujusmodi præceptum esse nudum, & non valere, vel ex eo nullum induci fideicommissum; & pro hac est Gloss. *in d. l. filiusfam. §. Divi, verb. eos,* ibi, *vel etiam in hæredem, vel hæredibus.* Alexan. *col. fin. ibi,* Paul. *n. 5.* Jas. *in 1. lect. n. 19. & in 2. n. 31.* Rip. *n. 33.* ubi hoc contra Bald. ampliat, etsi hujusmodi probitio facta esset inter filios.

Limita 1. hanc opinionem, nisi ex aliquibus verbis, vel conjecturis appareat, quòd favore cohæredum esset facta prohibitio, ut si testator jussit eos invicem cavere de non alienando, quia aliàs cautio præstaretur in vanum, vel aliqua alia verba, ex quibus talis conjectura capi possit, *l. pater filium, §. pater filios, l. fideicommissa, §. hæc verba, l. Pamphilo, ff. deleg. 4. l. unum ex familia, §. fin. l. cum proponebatur, in fin. deleg. 2. l. si frater, in fin. l. quamvis, C. de fideic.* & cum Salyc. Rip. & Feder. Loaç. tradit Gomez. *d. n. 52.* 9

Limita 2. si testator plures hæredes instituit, vel pluribus fecit legatum, & gravavit ultimo loco descendentem, ut restituat totam hæreditatem, vel rem: nam per hoc videtur inter hæredes, vel legatarios tacitè fideicommissum inductum, ut primo loco decedens restituat aliis supervenientibus, *l. Titia Seio, §. Seia, deleg. 2.* quam singularem & unicam reputant Bart. Paul. & Imol. *ibi,* & alii, quos sequitur Gomez. *n. 53. ubi supr.* 10

Sed quid, si unus alienet, an postea admittatur, & possit recuperare partes ab aliis alienatas? dic quòd non: nam qui venit contra voluntatem defuncti, in eo quòd est causa fideicommissi, ab ejus petitione repellitur, *l. cum pater, 79. §. libertis, ff. deleg. 2.* Magon. *decis. Flor. 50. n. 1. & 2.* Guttier. *in repet. l. nemo potest, n. 25. ff. deleg. 1.* 11

Si alienans habeat filium, an aliis præferatur, vide Grivel. *decis. 52. n. 3.* ubi non præferri respondit. De quæstione an pro parte alienans toto privetur, vide Petram, *de fideic. q. 10. n. 79.* Magon. *decis. 19.* Fachin. *contr. lib. 7. c. 99.* Thesaur. *lib. 3. q. 59.* ubi communem dicit, quòd tota re non privetur, sed tantum parte alienata, & pro ea alios adducit *num. 2.* & veriorem esse, quòd re tota non privetur, & Senatum Pedemon. cum communi transisse, quam limitat *in n. 4. & 5.* si dictum sit in testamento, quòd non liceat alienare in totum, vel in partem, vel quòd in casu contraventionis bona alteri applicentur. Vide Guttier. *lib. 2. q. 115. n. 7.* ubi solùm rem alienatam amitti resolvit, & est verum, nisi aliud ex verbis, vel mente testatoris colligatur. 12

De quæstione, utrùm successio majoratus transeat ad illum, qui tempore alienationis proximior erat, seu ad proximiorem, qui postea natus fuit ante mortem ultimi possessoris, quando alienatio fuit prohibita, & in casu alienationis proximior vocatus? Vide Molin. *de Hispan. lib. 3. c. 10. num. 44. & 45.* qui in favorem postea nati magis se inclinat, & eum sequuntur Alvarad. *de conject. ment. test. lib. 2. c. 3. num. 102.* & alios adducit Castil. *lib. 5. c. 91. num. 51.* ubi hanc quæst. proponit; & pro contraria opinione, quòd ad proximiorem tempore alienationis pertineat, expendit Mier. *de major. 4. p. q. 1. num. 66.* Men. ad Gam. *decis. 27. num. 4.* P. Mol. *disp. 634. col. 7. & 8.* vide eum *à num. 51. usque ad 57.* ubi de stricto juris rigore hanc partem veriorem esse agnoscit: sed Molinæ opinionem de æquitate, & ejus fundamenta refert, quæ alios secutos esse dicit. 13

AD

14 AD Gloſſ. 4. Nota ad impediendam alienationem, & dominii translationem, teſtatoris diſpoſitionem non eſſe conferendam in tempus, quo res jam ſit alienata: ut ſi utatur verbo futuri ſubjunctivi, ſcilicet ſi alienaveris, res perveniat in Titium, ſed in tempus, quo hæres, vel legatarius rei legatæ, & prohibitæ alienari dominus ſit. Vide Addit. Gloſſ. 4. *l. antec.* Jaſ. *in l. filiusfam.* §. *Divi, num.* 73. 2. *lect. ff. delegat.* 1. *& in.* 1. *lect. num.* 37. ubi contra hanc reſolutionem opponit, & latè explicat. Rip. *ibi, à num.* 44. ubi objectioni traditæ per Jaſ. reſpondit, & vide Menoch. *conſ.* 63. *n.* 5. 6. *&* 15. ubi declarat, & alios refert.

15 Alienans rem alienari prohibitam in caſibus, in quibus alienatio valet, tenetur fideicommiſſario ad æſtimationem: nam ſicut teſtator legando rem alienam cenſetur gravare hæredem ad præſtandam æſtimationem, *l. ſi alienam rem, Cod. delegat.* §. *non ſolum, inſt. delegat.* Gloſſ. *in l. ea lege, Cod. de condit. ob cauſ.* ſic cum legat rem propriam eo tempore, quo futura eſt aliena, quia utroque caſu eadem militat ratio, *l.* 5. §. *ſi quis ita, ff. de adimen. legat.* Bart. *num.* 6. *in d.* §. *Divi, & ibi,* Jaſ. *in* 1. *lect. num.* 37. Rip. *num.* 49. ubi dicit, quòd tenetur ad omne intereſſe, & *in num.* 49. quòd legatarius, qui contra teſtatoris præceptum alienat, tenetur, & non hæres, niſi diſponat, ut in caſu *d.* §. *ſi quis ita,* Grivel. *deciſ. Dolan.* 52. *num.* 261. Valaſ. *in d. q.* 22. *num.* 1.

16 *Si* minor, vel Eccleſia contra teſtatoris præceptum alienaverint, & jus alteri Eccleſiæ, vel minori acquiratur, utrum poſſit alienans reſtitui adverſus contractum alienationis? Vide Guttier. *lib.* 2. *q.* 15. *à num.* 9. ubi poſſe reſtitui defendit etiam adverſus pariter privilegiatum, & ſic pœnam evitare.

17 Si alienans non ſit ſolvendo, fideicommiſſario in ſubſidium ad rem ipſam alienatam datur regreſſus, eamque vendicare poterit, *l. planè* 97. §. 1. *ff. deleg.* 1. Curt. Jun. *conſ.* 137. *num.* 1. *lib.* 1. ubi Paul. Socin. Sen. Alex. & Jaſ. refert Rip. *d. n.* 49. Menoch. *conſ.* 63. *à num.* 21. *lib.* 1. Menchac. Graſſ. §. *fideicom. q.* 96. *n.* 5. *verſ. ſed quæro,* ubi de communi teſtatur Grivel. *num.* 27. *ubi ſuprà,* ubi hanc ſequitur, licet ab ea diſſentiat Alciat. *in d.* §. *Divi, num.* 12. Franch. *deciſ.* 198. *num.* 8. 9. *&* 10. ubi alia in confirmationem tradit Padil. *in auth. res quæ, num.* 13. *verſ. ſed adverte, C. comm. delega.* Vivus, *deciſ.* 516. *num.* 20. *lib.* 4.

Et hæc maximè procedunt, ſi emptor ſit conſcius oneris rei. Menoch. *n.* 23. *ubi ſupr.* Amendol. ad Franch. *in d. deciſ.* 198. *num.* 1. Quid ſi res prohibita alienari erat hæredis, vide Addit. ad Gloſſ. fin. *hic.*

SUMMARIUM.

1 *Prohibitio alienationis, ut res conſervetur in familia, facta à teſtatore valet, de intel.* l. 6. tit. 11. par. 6.

2 *Prohibitio alienationis eſt perſonalis, imperſonalis, & realis, n.* 3. *&* 4.

5 *Verba familia, cognatio, & agnatio, quid ſignificent.*

6 *Prohibitio alienationis cum clauſula, ut in familia res conſervetur, an inducat fideicommiſſum non ſolum in caſu alienationis, ſed & mortis.*

Contrarium, n. 7.

8 *Prohibitio alienationis, ſi ſine cauſa ſit facta, ſed alicujus favore, ſeu familiæ fideicommiſſum in caſu alienationis tantùm inducitur, valet prohibitio tempore teſtatoris, & gravatus extraneum hæredem poteſt inſtituere.*

9 *Idem, quando reſpectu certarum perſonarum limitativè ſit facta prohibitio adjecta cauſa, ut conſervetur in familia.*

10 *Idem, quando ad tempus fuit facta.*

11 *Poſt prohibitionem alienationis in favorem certarum perſonarum, ſeu familiæ factam, ſi teſtator adjecerit, quia volo bona in familia perpetuò manere, fideicommiſſum eſt abſolutum, etiam in caſu mortis, & fortius ſi clauſula,* quia volo in familia manere, *prohibitioni præcedat, ſeu concipiatur verbis perpetuitatem denotantibus.*

12 *Idem procedit, ſi poſt prohibitionem apponantur verba denotantia tractum ſucceſſivum.*

13 *Idem, ſi dicatur, quia volo perpetuò bona in familia, & penes ſubſtitutos manere. Cujus effectus ſit dictio* perpetuò *in majoratibus.*

14 *Idem, ſi relictis certis hæredibus, & ſubſtitutis particulariter vocatis, ſubſtituatur alius de familia.*

15 *Idem, ſi fuit dictum ex bonis meis majoratum inſtituo.*

16 *Ex prohibitione alienationis, quando fideicommiſſum abſolutum, & ex quibus conjecturis majoratus, ſeu fideicommiſſum judicatur.*

18 *Qua differentia ſit inter fideicommiſſum ſimplex, abſolutum, & conventionale.*

18 *Prohibitio, ut res ſemper maneat apud ejus filium, vel hæredem, utrum perpetua ſit.*

Prohibitio alienationis extra familiam non egredi facit, primum ex familia ſucceſſorem, & num. 21.

19 *Limitatur, ſi bona prohibita alienari erant illuſtria, quia præſumitur illud onus perpetuum.*

20 *Idem ſi in diſpoſitione adſit terminus comprehenſivus totius agnationis, ſeu familiæ.*

22 *Bona prohibita alienari, ſeu fideicommiſſo ſubjecta, in quibus caſibus alienari poſſint.*

ADDIT. GLOS. V.

AD Gloſſ. 5. Nota ex text. alienationis prohibitionem valere, ſi teſtator, ut res ſemper maneat penes filium, vel hæredem, rem alienare prohibeat. Sed obſtat, *l. 6. tit.* 11. *p.* 6. ibi: *Otro ſi dezimos, que ſi el teſtador bizieſſe manda alguna de Caſtillo, o de otra heredad cierta, en tal manera, que no la pudieſſen vender, ni enagenar, mas que ſiempre fincaſſe a el, è a ſus herederos, &c.* Ubi Gloſſ. 5. inquit ideò, *leg.* dicere, *y a ſus herederos,* ne aliàs præceptum alienationis dicatur nudum: ſed prohibitio ex text. *hic,* ultra filium, & hæredem non procedit, ergo eſt præceptum nudum, & non tenet. Vide *ibi* Add. 1

Pro explicatione hujus materiæ ſciendum eſt, quòd prohibitio alienationis, quædam eſt perſonalis, ut quando hæres ſub nomine proprio alienare prohibetur, & hæc perſonam hæredis prohibiti non excedit, *l. Lucius Titius, ff. deleg.* 3. ubi

Bart. Capic. *decis.* 108. *num.* 2. & vide Addit. Glos. 1. *l. antec.* & in hoc casu procedit *d. l.* 6. *tit.* 11. *p.* 6. Nam prohibitio alienationis non valeret ibi, nisi respectu hæredum prohibitio facta fuisset, quia est præceptum nudum, *l. pater filium*, §. *Julius Agrippa*, *deleg.* 3. *l. filiusfamil.* §. *Divi*, *ff. delegat.* 1. & præcepto de non alienando facto in favorem ipsius hæredis, poterit ipse renuntiare, ut *in dict.* §. *Julius Agrip.* & *ibi* Bart. & *in d.* §. *Divi*, & *ibi* DD.

3 Quædam personalissima, ut si testator dixerit; quòd ipsi hæredes non alienent, & hæc prohibitio alienationis personam hæredis non excedit. De quo vide Addit. Gloss. 1. *num.* 10. & Capit. *d. num.* 2.

4 Quædam impersonalis, ut quando adjicitur nomen, & fit in rem; videlicet ne alienetur, de qua loquitur *l. peto*, §. *fin. delegat.* 2. & ista transit ad filios filiorum, ut cum Imol. *in d.* §. *Divi*, *col.* 4. tradit Capic. *ubi supr.*

Quædam est realis, ut quando non est adjectum nomen, sed res prohibetur alienari adjecta causa, quia testator vult, quòd semper res apud filium, vel hæredem remaneat, ut *hic*, vel quia vult ne exeat de familia, agnatione, vel cognatione, aut quòd in familia remaneat, non enim est de substantia apponere verbum *quia*, vel simile, ut contra Bart. *in d. l. pater filium*, §. *fundum*, *num.* 3. cum Paul. tradit Capit. *d. num.* 2. & sentit Gloss. *hic*, Burg. Paz. *cons.* 44. *num.* 10. Ceval. *q.* 725. *num.* 3. Quando prohibitio alienationis dicatur realis, vide Fontanel. *claus.* 4. *gloss.* 25. *num.* 44. & 45. Castil. *lib.* 4. *cap.* 93. §. 6. *num.* 21. & 22. ubi alios laudat, quem

5 vide *ibi in* §. 16. ubi latè explicat verba † *agnatio*, & *cognatio* quid significent, & quid contineant, & comprehendant; & vide Addit. ad Gloss. 5. *l.* 6. *tit.* 11. *p.* 6.

6 Sed dubium est, an ex hujusmodi prohibitione alienationis cum clausula, quia vult, ut non exeat de agnatione, vel ut in familia remaneat, fideicommissum inducatur, & non solùm in casu alienationis, sed mortis? In hac quæst. duæ sunt opiniones, una eorum, qui tenent, quòd fideicommissum in casu alienationis tantùm, & non in perpetuum, nec in casu mortis censetur inductum: ex quorum numero sunt Alex. *in l. qui Romæ*, §. *cohæredes*, *col.* 2. *ff. de verb. oblig.* & *ibi* Socin. Jun. & *cons.* 217. & 231. *lib.* 2 ubi dicit communem, Socin. Sen. 170. *num.* 48. *lib.* 2. & 30. *num.* 4. *lib.* 4. Curt. Sen. 40. *num.* 18. & Curt. Jun. 22. *num.* 20. & 161. & 167. & *cons.* 114. ubi dicit communem opinionem, Dec. 218. *num.* 43. & 427. *num.* 7. & 377. *n.* 6. ubi de communi testatur. Ruin. 128. *num.* 12. *lib.* 1. & *cons.* 89. *num.* 14. *lib.* 2. & *cons.* 96. *num.* 14. & 15. & 147. *num.* 2. *lib.* 2. Ripa, *in d.* §. *Divi*, *num.* 123. & *ibi* Alciat. *num.* 41. & 53. Cephal. *cons.* 134. *num.* 39. & 275. *num.* 6. & 330. *num.* 29. *lib.* 3. Covar. *in c. Raynaldus*, *num.* 8. *de testam.* & *lib.* 3. *var. c.* 5. *num.* 4. Cacher. *decis. Pedem.* 50. *à num.* 7. & *num.* 14. ubi hanc amplectitur, quando prohibitio alienationis est simplex, & cum ratione, quia vult dicta bona remanere in familia, vel agnatione. Crotus, *cons.* 52. *à num.* 8. & 65. *lib.* 1. Roland. 34. *num.* 65. *vol.* 4. 23. *num.* 9. *vol.* 3. Bursat. *cons.* 52. *num.* 39. & 97. *n.* 13. & 17. *lib.* 1. 195. *num.* 5. & 6. *lib.* 2. 343. *num.* 9. *lib.* 3. ubi magis communem dicit Bertran. 18. Alciat. 31. *à num.* 19. & 35. *num.* 20. *in fin. lib.* 9. ubi pro hac adducit text. *in authent. de restitut. fideic.* ubi erat ratio generalis, quòd bona permanerent perpetuò in familia, & nunquam exirent, & tamen non intelligitur simplex, & absolutum fideicommissum. Peregr. *de fideic. art.* 14. *num.* 14. ubi ex professo quæst. disputat, & hanc ut veriorem constanter defendit Menoch. *cons.* 85. *num.* 103. & *cons.* 197. *à num.* 9. *lib.* 2. & 274. *num.* 46. *lib.* 3. Parisi. *cons.* 75. *num.* 33. *lib.* 2. Thesaur. *quæst. for. lib.* 3. *quæst.* 117. *num.* 6. ubi hanc magis communem dicit, & secundum hanc speciem intelligendos esse omnes textus, quibus disponitur ex prohibitione alienationis, non induci fideicommissum absolutum, licet ipse de ea dubitet Mantic. *de conject. ultim. vol. lib.* 6. *tit.* 14. *num.* 24. D. Casanat. eruditus vir, *cons.* 36.

Altera opinio est ei contraria, scilicet quòd fi- 7
deicommissum absolutum inducatur, non solum in casum alienationis, sed etiam mortis, quando alienatio prohibetur cum clausula, ut res non exeat de familia. Et eam sequuntur Socin. *in dict.* §. *cohæredes*, *vers.* 4. & *ultimus casus*, & *in l. connatis*, *ff. de reb. dub.* & *cons.* 13. *vol.* 3. Alexand. *cons.* 56. *vol.* 1. ubi omnes DD. ita tenere dicit, & plures refert Petr. à Petra, *de fideicomm. q.* 5. *num.* 43. & 44. ubi dicit communem, & magis veriorem. Oddus, *de fideicomm. per alienat. prohibit. induc.* 3. *p. q.* 51. *art.* 3. ubi latissimè, & hanc tuetur; & alios pro ea referunt Anton. Gabr. *lib.* 4. *comm. opin. tit. de fideicom. num.* 11. Mantic. *d. num.* 24. *vers. sed contrariam opinionem*. Cach. *d. decis.* 50. *num.* 1. & eam sequuntur Menoch. sibi contrarius, *cons.* 1078. *num.* 1. *lib.* 1. ubi 26. DD. recensent, & esse magis communem dicit Molin. *de Hispan. lib.* 1. *c.* 5. *num.* 6. Peregr. *de fideicom. d. art.* 1. *num.* 16. Fontan. *claus.* 4 *gloss.* 25. *n.* 32. Ceval. *q.* 725. *num.* 1. *cum* 12. *seq.* & *num.* 33. hanc magis consonam voluntati testatoris dicit Fachin. *lib.* 4. *c.* 49. contrariis respondit Castil. *lib.* 2. *c.* 22. *à n.* 82. & *lib.* 5. *c.* 93. §. 6. *p.* 6. & 7. ubi plures laudat, & majoratibus Hispaniæ hanc veriorem esse profitetur.

In hac varietate, pro vera cognitione hujus ma- 8
teriæ, & concordia, dicendum est, opinionem eorum, qui prohibitione alienationis fideicommissum absolutum induci negant, procedere, primum quando prohibitio non adjecta ratione, vel causa fuit facta, sed alicujus favore, vel familiæ tantum, ut si testator dicat, prohibeo alienare extra familiam: nam tunc valet prohibitio in favorem familiæ tempore testatoris existentis, & fideicommissum in casu alienationis tantum inducitur, ut cum Mich. Crat. *in* §. *fideicommissum*, *quæst.* 5. *num.* 3. Decian. *cons.* 31. *num.* 102. *lib.* 2. tradit Thesaur. *lib.* 3. *quæst.* 117. *num.* 4. & 5. Molin. *ubi supr. c.* 6. *num.* 34. ubi dicit, in hoc casu gravatum posse hæredem extraneum instituere, & alios laudat Fontan. *num.* 92. & 93. *ubi supr.*

Secundò, quando alienationis prohibitio respe- 9
ctu certarum personarum limitativè fuit facta ratione adjecta, ut bona conserventur in familia, vel remaneant in agnatione, ut sunt exempla *in l. peto*, §. *fratre*, & *in l. cum pater*, §. *libertis*, *ff. delegat.* 2. Nam tunc fideicommissum non est absolutum, sed tantùm in casum alienationis. Petra, *de fideicomm. q.* 5. *num.* 26. & *q.* 6. *num.* 41. ubi vide. Cum prohibitio respicit certas personas, tunc non extenditur de persona ad personam, etiam adjecta ratione generali, *l. pater* 36. §. *filium*, *ff. deleg.* 3. Petra, *quæst.* 2. *num.* 26. *quæst.* 11. *num.* 42. Ruin. *cons.* 127. *num.* 9. *lib.* 2. Cavalcan. *decis.* 5. *lib.* 3. ubi dicit ita Rotam judicasse. Fachin. *lib.* 10. *c.* 19. ubi *decis. Pisan.* refert Thesaur. *num.* 11. *ubi supra*.

Tertiò,

10 Tertiò, quando prohibitio alienationis ad tempus fuit facta: nam per talem prohibitionem ad tempus factam, fideicommissum in casum alienationis post tempus factæ non inducitur, ut ex aliis tradunt Osasch. *decis.* 85. Menoch. *cons.* 151. *n.* 90. Mantic. *de conject. lib.* 3. *tit.* 17. *num.* 11. ubi pro utraque parte plures refert. Surd. *cons.* 294. *à n.* 5. *& decis.* 75. *num.* 5. Thesaur. *num.* 24. *vers. nunc obiter*, ubi Senatum Pedem. sic judicasse dicit, apud quos vide.

11 Contrariam eorum, qui fideicommissum absolutum induci tuentur, dicendum est procedere in casibus sequentibus: Primus est, quando testator post factam prohibitionem alienationis validam favore certarum personarum, vel familiæ postea addidit rationem, quia vólo bona mea manere in familia: nam tunc fideicommissum est absolutum, & etiam in casu mortis est inductum, *l. cum. pater*, 77. *ff. deleg.* 2. *l. hæredes mei*, §. *ult. ff. ad Senat. Conf. Treb.* Socin. Sen. *in d. l. qui Romæ* 22. §. *coheredes.* Socin. Jun. *cons.* 140. *num.* 7. *& cons.* 43. *vol.* 3. Curt. Jun. 116. *num.* 8. & plures tradit Mantic. *ubi supr. lib.* 6. *tit.* 14. *num.* 24. *vers. quod igitur*; qui distinguit, & primam procedere inquit, quando processit simplex alienationis prohibitio, quæ invalida erat, & postea testator dixit, quia volo rem prohibitam alienari in familia remanere; & istam opinionem affirmativam in casu isto Osasc. *dec.* 50. *num.* 14. Surd. *cons.* 67. *num.* 39. *& 11. seq.* ubi notabiliter loquitur in hac materia. Peregr. *de fideicom. art.* 14. *num.* 15. Thesaur. *ubi supr. num.* 8. *& 9.* hanc magis receptam in tribunalibus dicit Fontanel. *d. n.* 92. *& 93.* Castil. *lib.* 5. *c.* 93. §. 2. *à n.* 20. ubi latè materiam explicat, & §. 6. *n.* 6. *& 7.* ubi iterum eam prosequitur.

Amplia, multo magis procedere, si clausula illa, *quia volo in familia remanere*, alienationis prohibitioni præcedat: nam tunc fideicommissum absolutum inducitur, quia clausula dispositiva eo intuitu ut validet alienationis prohibitionem posita dici non potest, cum præcedat Raph. & Socin. *in l. cognatis*, *ff. qe rebus dubiis.* Alciat. *respons.* 484. *num.* 3. *per l. is, qui cum plures, deleg.* 3. & multò magis procedit, si illa clausula dispositiva, seu ratio sit generaliter concepta verbis perpetuitatem significantibus. Menoch. *cons.* 85. *num.* 104. *lib.* 1. Thesaur. *n.* 10. Castil. *in d.* §. 2. *ubi supr.*

12 Secundò procedit, si testator prohibeat alienationem certis personis, seu hæredibus institutis, & addat rationem, quia & vult ipse testator, rem prohibitam alienari pervenire in posteros, & liberos masculos legitimos, & naturales institutorum, & ex eis in perpetuum descendentes: vel si dicat; prohibeo alienationem bonorum, quia volo bona illa remanere descendentibus de familia, vel familia, quæ concernunt tractum successivum, & favorem descendentium, quia tunc hæ rationes absolutum fideicommissum inducunt. Mich. Cras. §. *fideicom. q.* 5. Molin. *d. c.* 5. *num.* 16. *& 17.* Decian. *cons.* 31. *num.* 108. *lib.* 1. Menoc. 1078. *num.* 8. *lib.* 12. Petra. *de fideicomm. quæst.* 5. *ex num.* 43. Thesaur. *d. quæst.* 17. *num.* 13. Surd. *d. cons.* 67. *num.* 44. ubi ampliat, etsi prohibitio facta sit hæredi sub nomine proprio, si facta est cum clausula, *quia vult bona remanere in agnatione*, Castil. *d.* §. 2. *num.* 24. *& §. 6. num.* 15. ubi alios plures adducit, & *in num. seq.* in majoratibus sine dubio procedere comprobat.

13 Tertiò, quando testator alienationem prohibuit, & addit rationem, quia vult perpetuò bona in familia, vel penes substitutos remanere: nam tunc etiam inducitur perpetuum fideicommissum. Cæphal. *cons.* 249. *n.* 10. *lib.* 2. Dec. *num.* 19. Thesaur. *num.* 15. *ubi sup.* ubi stante hac, vel simili dictione, nullum esse contradictorem dicit Castill. *lib.* 2. *c.* 22. *n.* 81. *& in d.* §. 2. *& 6.* ubi, *in n. fin.* etsi dictio *perpetuo* non fuerit apposita per testatorem, & cujus effectus sit dictio *perpetuo* in majoratibus tradit.

Quartò procedit, quando relictis certis hæredi- 14
bus, & aliis substitutis à testatore particulariter vocatis, substituit alium de familia, eo casu, quo prædicti instituti, & substituti sine filiis decessissent, & prohibuit tam institutis, quam substitutis rerum alienationem, illa ratione adjecta, quia mens, & intentio ejus est, quòd bona, seu res ab eo specialiter deveniant ad hæredes prædictos, & substitutos, & semper remaneant in ejus familia: nam (licet variant DD.) inductum videtur fideicommissum absolutum, & non solum vocati expresse, & substituti censentur gravati semper casu, quo sine filiis decesserint; sed etiam omnes alii ab eisdem descendentes in infinitum: ut mens testatoris, qui voluit bona in familia semper remanere, conservetur, quæ aliàs tota destrueretur. Soc. Sen. *cons.* 250. *num.* 15. *lib.* 2. Curt. Jun. 12. *num.* 15. Cravet. 98. *col.* 2. 306. *col. pen. & 878. num.* 9. *lib.* 5. Ruin. Dec. Gozad. Rimin. Jun. Cephal. & alii, quos sequitur Petra, *d. quæst.* 5. *num.* 16. *& 17. & quæst.* 11. *n.* 568. *& quæst.* 2. *num.* 39. Surd. *decis.* 67. *n.* 20. Peregr. *de fideicom. art.* 14. *num.* 47. Thesaur. *d. quæst.* 117. *n.* 17. *cum* 5. *seq.* ubi latissimè hanc defendit contra Menoch. *cons.* 972. *& 253. num.* 3. *& 376. num.* 49. *& 327. n.* 82. *& 94. in vers.* 3. *eß dubit. & n.* 105. ubi plures refert Castil. *d. c.* 93. §. 2. *à num.* 20. *& §. 6. num.* 6. *& 7.*

Quintò procedit, quando testator dixit ex bo- 15
nis meis majoratum instituo, aut vinculum facio, aut volo, quòd jure majoratus deferantur, etsi aliud non adjiciat: nam tunc ex vi verbi *majoratus*, vel *vinculi* perpetua majoria inducitur, ut aliis multis relatis ex nostris comprobat Molin. *de Hispan. lib.* 1. *c.* 4. *per tot. max. à num.* 13. Burg. à Paz. *q.* 2. *num.* 118. Avend. *in l.* 40. *Taur. glos.* 1. *num.* 29. *& de cens. b. c.* 62. *ex num.* 5. Covar. *lib.* 3. *var. c.* 5. *n.* 6. Flor. de Mena, *lib.* 1. *c.* 18. *num.* 19. *& 32.* Castill. *d. lib.* 2. *c.* 22. *à num.* 3. ubi alios allegat, *& lib.* 5. *c.* 65. *à num.* 27. & eo ipso, quòd majoratum instituit, alienationem tacite prohibere videtur, ut ex aliis tradit *num.* 29. 30. *& 31.* quem vide, & *d. lib.* 5. *c.* 93. §. 6. *à num.* 10. ubi hanc quæst. eruditissimè explicat, & de ea agentes, & fundamenta refert.

Ex prohibitione alienationis, quando fideicom- 16
missum absolutum, seu contraventionale inductum videatur, & ex quibus conjecturis fideicommissum, vel majoratus inducatur. Vide per Menoch. *lib.* 4. *præs.* 64. *& 67.* Gomez. *in l.* 40. *Taur.* Ludovic. Molin. *de Hispan. primog. lib.* 1. *c.* 4. 4. *& 6.* Mier. *de major.* 2. *p. q.* 5. *per tot.* plura cumulat Petra, *de fideicom. art.* 14. Peregr. *d. art.* 14. *n.* 5. *& 6.* Thesaur. *d. q.* 117. Ceval. *q.* 725. Thesaur. *n.* 8. *ubi supr.* Alvar. *de conject. ment. tex. lib.* 2. *c.* 5. Avend. *in l.* 41. *Taur.* Chassan. *cons.* 36. *per tot.* Fachin. *cons.* 47. *lib.* 1. & Castil. *d. c.* 22. *d. c.* 93. §. 2. 3. 4. 5. 6. *& 7.* ubi latissimè plures laudat, & alias quæst. resolvit; & vide Add. ad Glos. *6. tit.* 11. *p.* 6.

Quæ autem differentia sit inter fideicommissum 17
simplex, & absolutum, & contraventionale, hoc est in casu alienationis; vide per Fontanel.

d. glos. 25. *à n.* 46. Magon. *decis. Luc.* 33. *& num.* 3. Castill. *d. cap.* 93. §. 6. *num.* 14.

18 Sed quid in casu nostræ legis, ubi testator alienationem prohibuit, ut res semper maneat apud ejus filium, vel hæredem, utrum hujusmodi prohibitio perpetua sit, & fidicommissum absolutum ex ea inducatur, vel cum persona filii vel hæredis extinguatur? in hoc casu prohibitionem alienationis ultra personam filii non extendi comprobatur. Primò *ex* §. *non igitur. in authent. de restit. fideic. collat.* 9. ubi Glos. *verb. voluisse*, notat prohibitionem alienationis extra familiam primum ex familia successorem non egredi. Ex quibus deducit Covarr. *d. cap.* 5. *num.* 4. prohibitionem alienationis factam filio, non censeri factam nepoti, & alios refert; & de interpretatione, *d.* §. latè agit, & vide Addit. Glos. *num.* 6. *l. anteced.* Secundò probatur, nam post mortem filii, non est aliquis vocatus ad successionem fideicommissi, & quoties deficit vocatus, bona remanent libera, & alienabilia, ut multis comprobat Mier. *de major.* 4. *p. q.* 29. *per tot.* Tertiò facit, prohibitio alienationis de per se nihil poterat operari, & adjecta illa causa, ut remaneat penes filium, vel hæredem, operatur validitatem prohibitionis alienationis, & in casu alienationis inducitur fideicommissum: ergo fideicommissum non est absolutum, nec personam filii egreditur. Quartò facit ratio tradita, *sup. n.* 19,

Cui resolutioni non obstat dictio *semper*, quæ perpetuitatem importat, quia non est novum, quòd perpetuum dicatur, quod durat interim, dum aliquis vivit, *l.* 1. ubi Glos. & DD. *ff. pro socio.* Castill. *d. cap.* 22. *num.* 60. & de hac dictione *semper* vide Boër. *decis.* 158. & quos refert Cened. *post. fing.* 44.

19 Limita, si bona prohibita alienari erant illustria, & digna, ut conserventur perpetuò in agnatione, & familia testatoris; quia tunc præsumitur onus illud esse repetitum, de uno in alterum usque in infinitum: ut in specie docet Bart. *in dict. l. filius familias*, §. *Divi*, *num.* 3. *ff. de legat.* 1. ubi Jas. *in* 1. *lect. n.* 26. Paul. *cons.* 343. *vers. nam istud Castrum*, *lib.* 2. ubi ex qualitate rei, hoc est Castri, ita respondit: & in domo nobilissima, aut insigni palatio loquitur Glos. *in l. quoties*, *C. de fideicom.* Dec. *consil.* 27. *col. pen. vers. cum dos*, & 38. *col.* 2. *vers.* 5. *etiam ex qualit.* Rip. *in* §. *Divi*, *n.* 4. Menoch. *consil.* 117. *num.* 19. *&* 20. *lib.* 2. *præsumpt.* 79. *num.* 18. *lib.* 4. ubi alios adducit Capic. *decis.* 108. *num.* 4. Mich. Cras. *in* §. *fideicommissum*, *quæst.* 4. Hieron. Leo. *decis.* 90. *num.* 11. qui *in num.* 28. *&* 29. *&* 38. non obstante hujusmodi conjectura qualitatis bonorum fideicommissum non valere, pluries in illa Audientia judicatum fuisse testatur, & idem placuisse Senat. Mant. scripsit Surd. *decis.* 125. *n. fin.* quando prohibitio absque expressione causæ fuit facta, nisi turris fuisset alienari prohibita. Vide eos, & Addit. ad Gl. 2. *sup.* & latè diximus alibi.

20 Intellige hanc limitationem veram esse, si indispositione inveniatur aliquis terminus comprehensivus totius agnationis, vel familiæ; nam tunc non solùm personas nominatas; sed etiam agnationem, seu cognationem, seu familiam comprehendit; ut cum Molin. tradit Castill. *lib.* 4. *c.* 9.

21 *num.* 13. quos vide. Nec obstat, quòd prohibitio fuit realis, ut diximus, *sup. n.* 7. quia attendi debet ratio, quæ dictum declarat, & secundùm eam est limitandum; unde cum hic prohibitio alienationis facta sit respectu filii, vel hæredis, & non reperiatur ratio generalis, quòd vult rem perpetuò in familia remanere, non egreditur persona filii, vel hæredis, ut cum Bart. *in l. peto.* 69. §. *fratre*, *n.* 2. *&* 3. *ff. de leg.* 2. Paul. *in d.* §. *Divi*, *num.* 5. & *ibi* Rip. *num.* 66. resolvunt Dec. *cons.* 94. *n.* 24. Peregr. *q.* 2. *num.* 2. quos sequitur Fontanell. *claus.* 4. *glos.* 25. *n.* 48. *cum* 9. *seqq.* Sed nudum præceptum dici potest, quia non est vocata persona in casum alienationis, in cujus favorem alienatio sit prohibita de quo *supra*, *num.* 4.

Hujusmodi bona prohibita alienari, & fidei- 22
commisso subjecta, in quibus casibus alienari possint, ut pro constitutione dotis, & alimentis, vide in Addit. Glos. 4. *cum seq. l.* 6. *tit.* 11. *par.* 6. & Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 189. 190. *&* 191. Cevall. *comm. q.* 743. ultra ordinarios, *in* §. *Divi*, *ff. de leg.* 1. ubi Rip. *à num.* 9. *usque ad* 28. undecim tradit casus, in quibus alienatio permittitur. Fontanell. *d. glos.* 25. *à num.* 50. duos casus refert, in quibus licet testatoris voluntati non parcatur, fideicommisso contraventionali desinit esse locus. Primus, si illi quorum factorum prohibitio alienationis fuit facta, ei consenserint: Secundus, si nullus ex vocatis extat: & an paupertas sit legitima causa, vide Gabr. Valasc. *de princip. pau.* concludens affirmativè *quæst.* 22. *à num.* 35. & Addis. ad d. Glos. 4. ubi latiùs.

De quæstione utrum hujusmodi bona alienari prohibita possint præscribi, vide Castill. *quotid. lib.* 5. *cap.* 93. §. 8. *per tot.* de quo suo loco latius diximus.

SUMMARIUM.

1 *De effectibus divitiarum, & an conferant nobilitatem, & alia, num.* 2. 3. *&* 4.

ADDIT. GLOSS. VI.

EX Glos. 6. Nota effectus divitiarum, & primò, 1
ibi, *Divitiæ adducunt amicos plurimos. Prov. cap.* 19. Addit. dictum Horat. *lib. epist.* 1. ibi, *scilicet uxorem cum dote, fidémque amicos. Et genus, & formam regina pecunia donat.* Plaut. *in Stich.* ibi: *Nam hoc tu facito, cogites, ut cuique homini res parata est. Firmi amici sunt: si res lasse labant, iidem amici collabascunt. Res amicos invenit.* Menander apud Stobæum, *serm.* 86. ibi, *Pete quicquid voles, assequeris omnia agrum, domos, servos, argenta, pocula, (vasa mallem dicere) Amicos, judices testes largiri solent.* Ovid. lib. 2. *de Ponto*, *Turpe quidem dictu, sed si modo vera fatemur, Vulgus amicitias utilitate probat.* & infrà. *Turpe sequi casum, & fortuna accedere amicum, & nisi sit felix, esse negare suum.*

Nota 2. ex Glos. ibi; *Divites pauperibus im-* 2
perant. Proverb. cap. 2. Add. Tiraquell. *de nobil. c.* 3. *per tot.* & Vazq. à Mench. *controvers. illustr. in præfatio.* Rebuff. *in l. bonorum* 49. *de verb. sign.* Hier. Leo. *decis.* 60. *num* 14. Cevall. *comm.* 4. *tom. in præfat. ad lect. num.* 42. *& in quæst.* 674. *num. fin.* qui ex pluribus Poëtis latè divitias potentiam parare comprobant.

Nota 3. ex Glos. & Proverb. *cap.* 10. ibi, *Sub-* 3
stantia divitis urbs fortitudinis ejus, pavor pauperum egestas eorum. Adde Tiraquell. *à num.* 25. qui de paupertate plura recenset, & Fachin. *consil.* 47. *num.* 16. *lib.* 1. Fontan. *de pact. nupt.* 2. *p. claus.* 7. *gl.* 3. *part.* 15. *à num.* 55. Gabr. Valasc. *de princ. pauper.* 1. *part. quæst.* 6. ubi latè, an ad officia dives anteponatur pauperi, agit, & nos latè in addit. Gl. 16.

in

in proem. p. 1. & in gloss. 5. leg. 2. tit. 7. part. 2.

Nota 4. ex Gloss. quòd divitiæ augent, & conservant nobilitatem si sunt antiquæ; vide Addit. ad Gloss. 4. *l. 6. tit. 9. p. 2.* etsi non sint, an conferant nobilitatem; & an sit satis nobilis, qui dives sit, vide *ibi*, & in Addit. ad Glos. 6. *l. 4. tit. 29. p. 7.* ubi probatur ex text. *ibi*, divites debere gaudere privilegio nobilium in carceribus, in quibus custodiuntur? & an veniant in considerationem ad minuendam pœnam? & de commodis divitiarum: vide Addit. ad Gloss. 4. *l. 25. tit. 4. p. 1.* & de dictis quæstionibus latè agit Tiraquell. *ubi supr.* & in variis locis, Mench. Cevall. Gabr. Valasc. *ubi suprà.* Bald. *in cap. super eo, l. 2. de test.* & DD. *in l. nobiliores. C. de commerc. & merc.* & Matienz. *in l. 7. gloss. 4. tit. de las donationes, lib. 5. recop.* Mascard. *de prob. concl.* 1392. Mierez. *de major. q. 1. à n. 30.*

SUMMARIUM.

1 *Præceptum de non alienando, donec hæres, vel legatarius perveniat ad legitimam ætatem, validum est.*

2 *Prohibitio alienationis, ut valeat, causa debet esse rationabilis.*

3 *Prohibitio alienandi bona ipsius hæredis favore alicujus personæ valet, sed non impedit dominii translationem.*

4 *Hæres, si alienet contra voluntatem testatoris, tenetur ad pœnam, vel ad æstimationem.*

ADDIT. GLOSS. VII.

1 EX Gloss. 7. & 8. Nota præceptum testatoris de non alienando, donec hæres, vel legatarius perveniat ad legitimam ætatem, vel donec redeat ad civitatem, validum esse. Addit. Gomez. *in l. 40. Taur. num. 38.* De quæstione, si minor prohibitus alienare alienet, & juramento alienationem confirmet, utrum juramentum operetur confirmationem ratione ætatis? Vide Addit. ad Glos. *6. leg. 3. tit. 12. infra hac part.*

2 EX Gloss. 9. & 10. Nota causam debere esse rationabilem, ut prohibitio alienationis valeat, & non quamlibet causam sufficere; vide *sup.* Addit. ad Glos. 1. & 2.

3 Nota extra Gloss. si testator bona ipsius hæredis favore alicujus personæ alienare prohibeat, prohibitionem valere, sed per eam translationem dominii non impediri, Bart. *in l. si filiusfamilias, 117. §. Divi, n. 8. ff. de leg. 1.* ex *l. hæres proprium servum, ff. qui, & à quibus, l. si quis inquilinos, §. 1. & l. hæredis servus, ff. de legat. 1.* Rip. nuncupans communem *in d. §. Divi, num. 54.* & assignat differentiam inter expressam prohibitionem de alienando rem testatoris & rem hæredis, quod latiùs declarat Crot. *ibi, n. 35.* & Ferdin. à Loaçes, *n. 222.* Alciat. *n. 23.* Franch. *decis. 298. à num. 2.* rationem differentiæ reddit, & dicit tenendam contraria sententia refutata.

4 Si vero hæres alienet contra testatoris voluntatem, ad pœnam tenetur, vel ad rei æstimationem, ex Bart. & aliis, *ubi supr.* si vero solvendo non sit, in subsidium contra emptorem agi potest, ut diximus in Add. Gloss. 4. *num.* ... Sed non dari in subsidium actionem, quia actio personalis non rem, sed personam sequitur, Franch. *num. 8. 9. & 10. ubi supr.* Statil. Pacific. *de salv. inter. in fin. decis. 178. & 179.*

De actione, quæ competit, quando res contractu, seu testamento fuit prohibita alienari; vide Font. *de pact. nupt. claus. 4. glos. 25. à num. 54.* & Addit. ad Gloss. 4. *l. anteced.*

LEX XLV.

Ad tit. C. si mancipium ita fuerit alienatum, ut manum. & ff. qui sine manum. ad libert. perven.

SUMMARIUM.

1 *Servus venditus, ut in certum tempus manumittatur, adveniente die liber efficitur.*

2 *Limitatur, si venditor non perseveraverit in eadem voluntate. De conciliat.* l. 3. qui sine manumis. & l. 3. de serv. export. *cum* l. 1. ff. qui sine manum. *n. 3. 4. & 5.*

6 *Libertate concessa, quando emptori placuerit, emptore in vita non declarato, eo mortuo, servus efficitur liber.*

7 *Morte voluntas finitur.*

8 *Morte Principis jurisdictio concessa ad beneplacitum non finitur.*

9 *Officialis creatus ad beneplacitum, an possit sine justa causa revocari. Et quid de notariis mortuo Episcopo, qui eos nominavit.*

10 *Exilium impositum ad voluntatem judicis, vel offensi, an morte judicis, seu offensi finiatur.*

11 *Servus post duos menses liber efficitur, si actum sit, quòd emptor servum manumitteret, cum potuerit.*

ADDIT. GLOSS. I. II. &c.

AD Gloss. 1. Nota servum venditum, ut ad certum tempus manumittatur, adveniente die liberum effici. Adde, *l. 1. & l. eum qui, ff. qui sine manu, ad libertat. procur.* Petr. Greg. *syntagm. jur. lib. 14. c. 6. num. 6.* etsi obligatus esset servus generaliter inter alia venditoris bona, *l. si quis obligatum, ff. qui sine manumis.* Mantic. *de tacit. convent. lib. 11. tit. 2. num. 13.* 1

Limita, si venditor non perseveraverit in eadem voluntate, sed factum revocaverit, quia tunc servus libertatem non consequitur, *d. l. eum qui, l. 3. ff. de serv. exporta.* ubi dominum servum vendentem sub pacto, quòd intra certum tempus manumittatur, pœnitere posse, taléque pactum revocare indulgetur, *l. pecuniam 5. §. si servum, ff. de condit. causa data.* † Seu huic limitationi obstat, *l. 1. ff. qui fine manum. ad libert. perven.* ibi: *Sed etsi mutaverit voluntatem venditor, nihilominus libertas competit, l. quæsitum, ff. de servit. exportand.* † Has leges ad concordiam reducere conatur Gloss. *in dict. l. 1.* & ultra solutiones ab ea traditas respondit Paul. & post eum Corn. *cons. 68. num. 11. lib. 3.* & eis non relatis Gomez. *in l. 40. Taur. n. 13. vers. vel aliter, & secundo*, quos omnes refert Perein. *de jure emphyteusis, lib. 4. de emphyt. extinct. cap. 19. num. 31.* dicens ideo *in d. l. 3.* potuisse venditorem pactum revocare, quia erat initum in favorem servi, cui tanquam inhabili, & incapaci nullum prorsus ex eo pacto fuit jus quæsitum, nec actio; ex regula *l. in personam, & l. quod attinet, ff. de regul. jur.* Sed obstat, *l. qui Romæ, §. Flavius, ff. de verb. obligat.* ubi 2

3

4

servo

servo ex simili pacto conceditur ad libertatem proclamare, quòd, *ibi* DD. communiter notant; cui respondit Corn. *in d. n.* 11. illud licere servo judicis officio tantùm, quòd nullam actionem præsupponit, aut obligationem, *l. quæ per collusionem*, §. *pretii fortem, ff. de act. empt. l. 5. ff. de ann. leg.* Nec est in consideratione tanquam remedium extraordinarium, & particulare, donec imploretur, *l.* 4. §. 1. *de fideicom. liber. l. fin.* §. *fin. ff. de cond. indeb.*

5 Rejectis solutionibus traditis à Gloss. Pereir. *ubi supr. n.* 32. *&* 33. aliter respondit, dicens, quòd ut servus ipso jure liber efficiatur adveniente die, ex rescripto Divi Marii oportet venditorem in eadem voluntate persistere, aliàs si eum pœniteat, & pactum revocaverit, cessare ipso jure ex Divi Marii rescripto libertatis dationem, & hoc esse, quod Jurisconsult. tantùm probat *in d. l.* 3. secundùm Divi Marii rescriptu, propter venditoris pœnitentiam lapso termino libertati præscriptum servum ipso jure libertum non fieri, ut probatur *in l.* 1. 2. *& fin. C. si mancip. ita fuerint alienat. ut manu. & in d. l. eum qui*, & licet libertas ipso jure deficiat, quia Dominus variavit, & non possit servus rescripto Divi Marii juvari, extraordinario remedio judicis officio implorato libertatem obtinere poterit, *ex d.* §. *Flavius, & d. l.* 1. *ff. qui sine manumiss.*

6 AD Gloss. 2. Nota libertate servo concessa, quando emptori placuerit, emptore in vita non declarante, eo mortuo servum liberum effici. Adde Gam. *decis.* 128. & ibi alios adducit, & agit de libertate servorum relicta in testamento, cum hæredi videbitur. Sed quare hic moriens voluisse præsumatur, cum in contractibus potius moriens in dubio præsumatur noluisse, ut tradit Gl. 3. *l.* 30. *t.* 9. *p.* 6. *& gloss.* 3. *in fin. l.* 4. *tit.* 4. *supr.* (vide utrobique Add.) *ex l. centesimis*, §. *fin. ff. de verb. oblig.* Peralt. *in l. unum ex familia, deleg.* 2. *n.* 5. *&* 6. hoc favore libertatis inductum esse dicit, hanc rationem veram non esse dixit Sarmien. *lib.* 2. *select. c.* 6. *n.* 23. *vers. & licet DD.* & fatetur rationem, *d.* §. non intelligere. Morl. *in empor.* 1. *p. tit.* 9. *q.* 9. *num.* 13. Sarmiento non obstante. Peraltæ rationem (eo non relato) veram esse dicit. Subtilis Acosta, *lib.* 2. *select. c. fin. n.* 6. *&* 9. dicit in specie nostræ legis, venditorem in potestatem emptoris non reliquisse si vellet manumittere: nam si hoc esset, nihil in pactum deduceret, cum semper in voluntatem dominorum sit servos manumittere, sed tempus, quando vellet manumittere: unde cum morte finiatur voluntas (ut tradit Gloss. seq.) ab eo tempore libertas competit, & nihil contra prædictum pactum prodesset ejus contradictio: at *in d.* §. *fin.* promittens nunquam se obligavit, sed obligationem in tempus suæ voluntatis reservavit; ex quo (ut *in d.* §. *patet*) quidam inutilem esse stipulationem dixerunt, sed verius est non esse inutilem, nisi moriatur antequam constituat, & declaret se velle, & usque ad hoc tempus non erit inutilis, licet antea constituat se nolle: & text. *hic*, solùm declarat tempus, in quo servus consequitur libertatem, quæ per pactum sine temporis assignatione erat ei debita, & text. *in d.* §. *fin.* agit de tempore, in quo obligatio, quæ non est orta, & sine expressa & clara voluntate oriri non potest, oriatur, quæ multum diversa sunt.

7 AD Gloss. 3. Nota, quòd morte voluntas finitur. Adde Bart. Alexand. Castren. Jas. & Dec. quos sequitur Covar. *lic.* 3. *variar. c.* 15. *n.* 4. ubi latè declarat, & respondit ad *c. majores, de bapt.* ex quo quidem deducunt voluntatem morte non extingui. Acost. *lib.* 2. *select. c. fin. num.* 2. Sarmien. *lib.* 2. *select. c.* 6. *num.* 22. *vers. item Pomponius.* Morl. *in empor. tit.* 9. *q.* 9. *num.* 13. Gaill. *lib.* 2. *observat.* 60. *num.* 16. Fontanel. *claus.* 4. *gloss.* 10. 1. *p. num.* 145. nec tunc jam ampliùs quis habet nec velle, nec nolle, *l.* 1. *C. de sacros. Eccles.* Pereir. *in l. si curatorem habens, indefin. super verb. sua facilitate, num.* 85. *C. de in integr. restit.* ubi agit de pacto, quòd possit quis, quando voluerit, rem retrahere. Menoch. *de arbit. lib.* 1. *q.* 69. *à n.* 1. ubi agit quando arbitrium finiatur, si judex jussit aliquem esse in possessione, donec sibi placuerit, vel donec voluerit, vel ad voluntatem suam, vel beneplacitum, & in his casibus arbitrium hoc morte finiri resolvit: & *in n.* 9. limitat 8
hanc resolutionem, quando Princeps concessit jurisdictionem ad suum beneplacitum: nam tunc morte illius non extinguitur, sed necessariam esse successoris revocationem dicit, & hoc quia publicus favor, & utilitas versatur in illo arbitrio. Vantius, *de nullit. tit. de jurisdictione ex defectu jurisd. deleg. n.* 104. Carroc. *docis.* 18. *n.* 4. *&* 5. Barbos. *in l. quia tale, n.* 85. *ff. solut. matr.* Fontan. *n.* 150. *ubi supr.* Mascard. *claus.* 188. *n.* 5. *&* 6. ubi pro ea alios adduxit, & *n.* 26. dicit morte beneplacitum finiri, quando judex dixit, donec volueris.

Sed dubium est, utrùm officialis creatus ad be- 9
neplacitum possit sine causa revocari, & pro parte affirmativa facit, quod beneplacitum nulli legi subjacet, *l. fideicommissum, vers. quamquam*, & Gloss. *verb. volueris, ff. deleg.* 3. Natta, *cons.* 908. *n.* 5. Gail. *d. observ.* 60. *n.* 15. & alios adducit Fontan. *d. num.* 145. *&* 146. qui non alia ratione, & fundamento hanc opinionem tenentes moveri dicit, nisi quia per mortem præsumitur inducta tacita revocatio voluntatis, cum per eam finiatur, *ex traditis supr.* ergo multo magis dici debet, illud revocari posse per contrariam voluntatem concedentis, & pro ea alias adducit rationes, *ibi à n.* 152. Mastril. *infra* citandus, *n.* 1. *cum* 14. *seq.* In contrarium, imò quòd hujusmodi beneplacitum ad libitum, & ad nutum non possit absque justa causa revocari, est communis opinio DD. quos referunt, & sequuntur Gullielm. Bened. *in c. Raimutius, verb. duas habens filias, n.* 37. *de testam.* Raudens. *de anal. c.* 40. *n.* 59. ubi dicit de privilegio ad beneplacitum idem esse judicium, ac de perpetuo. Cancer. *lib.* 3. *variar. c.* 1. *de act. & obligat. n.* 99. *&* 100. *& c.* 12. *de offic. judic. tabul. num* 190. ubi alios allegat Burg. Paz. *cons.* 21 *num.* 4. *&* 5. Gloss. *verbo, mantenerle en el, in l.* 1. *tit.* 10. *p.* 2. *& in l.* 4. *tit.* 4. *p.* 3. *verbo, acabar en el su tiempo*; vide *ibi*, Addit. Menoch. *ubi supr.* Padil. *in l. cum quis, num.* 34. *C. de jur. & facti ignor.* Boër. *decis.* 149. *num.* 11. *& de auctor. magn. cons. num.* 154. Guttier. *lib.* 3. *q.* 11. *à num.* 2. Mascard. *concl.* 188. *num....* Bobad. *lib.* 1. *c.* 16. *n.* 28. *lit. H.* Ceval. *q.* 425. *à n.* 14. plures laudat, & rationibus confirmat. Mastril. *de magist. lib.* 1. *cap.* 27. *& à num.* 16. *usque in fin.* octo ampliationes refert, & alios allegat. Mieres, *de major.* 4. *p. q.* 10. *à num.* 32. ubi pro hac opinione alios laudat, & Tabellionem semel electum ad aliquod officium non posse absque causa removeri, ex aliorum auctoritate latè comprobat, & de Notariis mortuo Episcopo, qui eos nominavit, idem tradit Ceval. *ubi supr.* ubi casum de facto decisum refert, & alia plura, quæ optimè conducunt ad hanc materiam; vide per Mier. *in d. q.* 10. *per tot.*

Si autem per magistratum dictum sit; Pono te ad 10
confinia,

confinia, donec removero; vel ſi conſtituat, aut nominet aliquem in aliquo officio donec eum revocaverit, morte judicis, aut magiſtratus non dicitur revocatus; quia aliud eſt, quòd voluntas morte finiatur, ut *ſup.* diximus, aliud quòd per eam inducatur revocatio, *l. mandatum, C. mandati,* & contra Bart. tradunt plures relati à Menoch. *d. caſu* 69. *à num.* 12. ubi latiſſimè explicat Maſcard. *dict. concluſ.* 188. *num.* 8. *& ſeq.* Carroc. *deciſ.* 18. *num.* 6. Fontanell. *dict. gloſſ.* 10. *part.* 1. *à num.* 148. Covarr. *lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 5. ubi dicit communem. Alex. Rauden. *reſp.* 54. *n.* 72. *lib.* 6. *& de annal. c.* 40. *num.* 61. De eo, qui condemnatus fuit in exilium ad voluntatem judicis, vel ad voluntatem offenſi, vide Gomez. 3. *tom. var. c.* 13. *n.* 39. *verſ.* 10. *caſus eſt,* & Menoch. *d. caſu* 69. *num.* 5. ubi alios recenſent, & morte finiri reſolvunt.

11 NOta ex text. & Gloſ. 4. ſi actum fuit, ut emptor ſervum manumittat cum potuerit, ſi ſervus præſens eſt, poſt duos menſes liberum eſſe, ſi antea non manumittatur ab emptore. Vide Addit. ad Gloſ. 1. *l.* 10. *ſup. num.* 12. ubi qui promiſit vendere transactis duobus menſibus liberatur. Surd. *deciſ.* 226. *n.* 6. ubi alios refert, ſi vero ſervus non fuit præſens, ſi poſt quatuor menſes non manumittat, liber efficitur.

LEX XLVI.

Ad Titulum, C. Qui non poſſint ad libertatem pervenire.

SUMMARIUM.

1 *Servi naturaliter ſunt inimici dominorum.*
2 *Servorum natura eſt furari, fidelis diligendus eſt, & ſapiens dominabitur filiis, n.* 3.
4 *Servus malevolus tortura, & compedibus debet mitti in operationem ne vacet.*
Quandiu timor ſervilis eſt in homine, non ſalvatur.
5 *Pactum, quòd ſervus non poſſit manumitti, validum eſt, cum ob offenſam domino factam appoſitum præſumatur, niſi contrarium appareat.*
Una præſumptio aliâ tollitur.
6 *Servus libertatem conſequitur, ſi domino terræ proditionis tractatum revelet.*
7 *Servus necem domini vindicans conſequitur libertatem.*
8 *Caſus, in quibus propria auctoritate licet occidere.*
9 *Servo non licet occidere domini occiſorem, niſi lata ſententia contra occiſorem.*
Contrarium, & quòd is, qui ſibi jus dicit, non conſequitur præmium legale, & de aliis caſibus, in quibus ſervi libertatem conſequuntur, num. 10. *&* 11.

ADDIT. GLOSS. I. II. &c.

1 AD Gloſ. 1. Nota 1. ex text. & Gloſ. ſervos naturaliter dominorum inimicos eſſe. Adde Senecam. *epiſt.* 47. Macrobium *lib.* 1. *Saturnalium,* quos refert, & ſequitur Queſad. *diverſ. q. jur. c.* 16. *n.* 15. & refertur illud antiquum proverbium, quot habemus ſervus, tot habemus inimicos: ex hoc enim edicto conſtitutum fuit, ne ſervi dominos accuſarent, cujus mentio fit *in l.* 1. §. *quod autem, ff. de offic. præfecti urb. l. familia, ff. ad leg. Julian. Majeſt. l. ſi adulterium,* §. *liberto, ff. ad leg. Jul. de adult.* Queſada *ubi ſupr. n.* 16. *l. pen. C. qui accuſ. non poſſ. cap. ſi quis* 3. *q.* 11. & ſervi, qui contra dominos accuſationem proponunt, puniuntur.

Nota 2. quod natura ſervorum eſt furari, & valere conſequentiam, ſi ſervus, ergo fur. Addit. Grammat. *conſ.* 49. *num.* 8. *& deciſ.* 38. *num.* 15. ubi ex hac ratione dicit procedere, quòd perſuaſor ſervi ad furtum ex perſuaſione punitur, licet delictum non fuerit ſecutum, *l. item Julianus,* §. *qui furem, ff. de act. empt.* Azeved. *in l.* 8. *tit.* 9. *num.* 12. *lib.* 3. *recop.* & Conrad. Lycoſthenis *in Apophtegmata, cap. de fure, & furto.* refert. Zen. Curt. ſervum in furto deprehenſum cædi juſſiſſe, & ſe excuſantem dixiſſe, ſibi fuiſſe in fatis, ut furaretur. 2

Nota 3. quod ſervus fidelis diligendus eſt, & ſapiens dominabitur filiis. Adde Tiraquell. *de leg. connub. l.* 1. *gloſ.* 1. *part.* 1. *num.* 50. ubi multis auctoritatibus comprobat dominari debere, qui viribus animi præſtat. Matienz. *in gloſſ. rubr. tit.* 1. *lib.* 5. *recop. num.* 96. 3

AD Gloſ. 2. ſervum malevolum tortura, & compedibus debere mitti in operationem ne vacet, & ex Eccleſiaſt. *cap.* 33. *ibi,* hinc dicitur timor ſervilis, qui quandiu eſt in homine, non ſalvatur. De hac materia, vide D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 19. & alios Theologos *in* 3. *ſentent. diſt.* 34. Gregor. de Valencia 3. *tom. diſp.* 2. *q.* 2. *per tot.* Sot. *in* 4. *ſentent. diſt.* 14. *q.* 2. *art.* 5. *per tot.* 4

Nota pactum in venditione appoſitum, quòd ſervus non manumitteretur, non poſſe apponi, niſi ſit domino demeritus, & cum apponitur valere, quia præſumitur offenſa, niſi ex aliis conjecturis contrarium appareat. Unde nota unam præſumptionem per aliam tolli, *l. Divus, ff. de in integr. reſtit.* & *ibi* Gloſ. *in verb. æſtimari, l. non ſolum, ff. de ritu nuptiar. l. qui autem,* §. *non ſimpliciter, ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſt. l. mater, C. de calum.* & *ibi* Angel. & Salyc. *l.* 1. *in fine, C. qui, & adverſus quos, cap. tranſmiſſa, qui filii ſint legit.* Alciat. Curt. Jun. Bald. Guid. Pap. Marſ. Bart. Socin. Grammat. Boër. & Cravet. quos ſequitur Menoch. *lib.* 1. *præſumpt. q.* 30. *num.* 1. *ubi per tot.* illam quæſtionem de hac materia agit, de ea etiam agit Maſcard. *de prob. concluſ.* 1230. *per tot.* & ultra ab eis citatos adde etiam Tiraquell. *in repetit. l. ſi unquam ſuper verb. donatione largitus, num.* 146. Surd. *conſil.* 112. *n.* 72. 73. *& 74.* 5

Quæ vero præſumptio altera validior, & fortior dicatur, vide apud Menoch. *de arbit. caſu* 472. & *lib.* 1. *q.* 29. Maſc. *ubi ſup.*

Nota ex Gloſ. 6. & text. quòd ſervus libertatem conſequitur, ſi tractatum proditionis domino terræ revelet; Adde alios caſus, *in l.* 2. *cum aliis, Cod. quibus ex cauſis ſervit. pro remedio libertatem accipiant,* & tunc domini à fiſco pretium accipiunt. 6

AD Gloſ. 7. Nota 1. ex text. quod ſervus vendicans necem domini conſequitur libertatem; & Adde *l.* 1. *C. qui ex cauſis ſervi pro præmio libert.* Petr. Gregor. *ſyntagm. jur. lib.* 4. *cap.* 6. *n.* 7. Vigel. *method. jur. cauſ.* 22. *lib.* 6. *c.* 4. & licet ei concedatur libertas, non poteſt eam propria auctoritate accipere, ſed à judice petere. *d. l.* 1. Gl. 2. *in c. paſtoralis,* 7

Nota

Nota 2. caſus, in quibus propria auctoritate licet occidere. Ad alios per *l. 3. tit. 3. p. 7.* & *ibi* Addit. & per *l. 1. tit. 17. lib. 4. fori*, & *ibi* Mont. *l. 4. tit. 23. lib. 8. recop.* & *ibi* Azeved. & per Gomez. *l. 73. Taur. n. 15.*

Nota 3. ex Gloſ. non licere ſervo occidere domini occiſorem, & dato pro inimico juxta *leg. 76. Taur.* hic eſt verus intellectus *hujus leg.* nam extra illum caſum non eſt in jure permiſſum propria auctoritate aliquem occidere, imo & in hoc caſu, non eſt ſine dubio, ut conſiderat Olan. *in reduc. antin. list. B. à n. 17.* de quo videndi ſunt. Gom. *ubi ſup.* & Azeved. *in l. 1. tit. 10. lib. 4. recop.* quod enim filiis occiſi non eſt permiſſum, non debet ſervis permitti; nam prohibitio, quæ impedit dominum accuſare; impedit & ejus ſervum, ut ex aliis tradit Menoch. *de recup. poſſeſſ. remed. 1. n. 59.*

Nota 4. ex Gloſſ. *in fin.* quòd is, qui ſibi ipſi jus dicit, non conſequitur præmium legale. Adde Gomez. *in l. 82. Taur. n. 63.* & intellige, quod non conſequitur præmium, quòd aliàs ex bonis occiſi haberet, ſi eum propria auctoritate non interemiſſet, ſed ſecùs eſſe de præmio, quod de bonis domini, cujus injuriam vendicat, lex ei concedit, ut in lege noſtra *hic* in quo jura in contrarium adducta non loquuntur.

Nota extra Gloſ. plures caſus, in quibus ſervi libertatem conſequuntur. De quibus latè in Addit. *l. 3. uſque ad 7. tit. 22. part. 4.*

LEX XLVII.

Ad tit. C. ſi ſervus exportandus veneat.

SUMMARIUM.

1 *Venditio ſervi cum pacto, quòd ad certum locum non revertatur, aliàs quòd poſſit vendicare, valet.*

2 *Item pactum manus injectionis, & unde hoc pactum deſcendat, & quid ſit, n. 3.*

4 *Ante manus injectionem an dominium in venditorem transferatur.*

Et quid ſi abſque ſcientia, & contra voluntatem emptoris in loco ingrediatur.

5 *Hic non agitur de materia ſi ſervus proſtituatur.*

6 *Gabella ſemel debita non repetitur, etſi ob pacti inobſervantiam ad venditorem ſervus revertatur.*

ADDIT. GLOSS. I. &c.

1 AD Gloſſ. 1. Nota 1. ex text. valere pactum, quòd ſervus exportetur, & ad locum, ſeu civitatem non revertatur, aliàs, quòd poſſit eum venditor capere, & in ſervitutem redigere. Adde Petr. Gregor. *ſyntagmat. juris, lib. 25. cap. 17. num. 15.*

2 Nota 2. ex text. valere pactum manus injectionis: & ut venditor eo uti poſſit contra ſervum venditum, tria, quæ hic à Gloſſa referuntur, requiri. Adde Pereir. *de empt. & vendit. c. 25. n. 39. & 43.* ubi hanc Gloſ. refert, & ſequitur; & ſine judicis auctoritate venditorem in ſervum venditum manus injicere poſſe dicit; ſed hoc ſpeciale eſſe in ſervis hoc pacto venditis, quia pars pretii eſt, & *in l. ſi curatorem habens, in definit. ſuper verbo ſua facilitate, n. 57.* ubi *jura* allegat.

Nota 3. hinc deſcendere pactum manus injectionis, de quo ſunt *in l. ſed ſi hoc, §. 1. ff. de in jus vocan. l. in cauſam 30. ff. de menumiſſ. l. Titius, ff. de ſerv. exportan. l. Imperator noſter 7. ff. qui ſine manumiſ. ad liber. perv. l. 1. §. ſimili modo, C. de lat. libert. toll. l. 1. & 2. C. ſi ſervus export. veneat. l. 1. C. ſi mancip. veneat ne proſt. l. 1. C. de ſervis exportand. l. ſi quis ſub hoc pacto 56. ff. de contrab. empt.* Tiraquell. *de retract. lign. §. 29. gloſ. 3. num. 24.* ubi explicat manus injectionem eſſe, cum nulla expectata judicis auctoritate, nobis ipſis veluti jus dicentes perſonam quampiam, aut rem noſtram, vel nobis debitam apprehendamus, vel ſiſtimus. Briſon. & Othom. *de verb. juris, verbo manus.* Pereir. *dicto num. 57.* 3

Nota 4. quòd ante manus injectionem non transfertur ex hoc jure dominium in venditorem. Adde Gl. *ult. verſ. vel demum, in l. 1. C. ſi ſervus exportand. veneat*, Gloſ. 1. *in d. l. ſi quis ſub hoc pacto, gloſ. ult. in traditionib. C. de pactis*, & *ibi* Salyc. Jaſ. & Alex. *n. 7.* Curt. *n. 29.* Gozad. *num. 8.* ubi hanc receptiorem dicunt. 4

Contrariam opinionem cum Ugolino relatam per Gloſſ. *in d. l. 1.* ſequitur Pereir. *in d. n. 57. verſ. quod tamen*, ubi ex eo, ipſo jure dominium in venditorem tranſire dicit, ſicut ex pacto legis commiſſoriæ, & addictionis in diem; ea motus ratione, quia hoc pactum non vidit, quod alterius effectus ſit, quam rei vendicationis, quæ tanquam actio realis datur in quemcumque poſſeſſorem. Sed poſſet videre, quod antea dixerat, ſcilicet quòd virtute hujus pacti poteſt venditor propria auctoritate jus ſibi dicere, & rem capere à quocumque poſſeſſore, quod agenti rei vendicatione non licet.

AD Gloſſ. 2. Nota 1. ex text. *in verſ. o por falago, que le bizieſſe enganoſamente el vendedor*, quòd ſolæ blanditiæ abſque dolo non ſufficiunt, ut venditori, qui ſervum perſuaſit, ut ingrederetur in locum prohibitum, retractatio contra emptorem ex pacto de ſervo exportando competat. & de his perſuaſionibus, & blanditiis, & quando donatio, vel majoratus perſuaſionibus factus, vel revocatus valeat, & ex quibus dolus in hoc caſu probetur, vide latè per Mier. *de major. 1. p. q. 25. per tot.* qui *in num. 26.* hanc legem, & aliàs partitarum ponderat. Caſtill. *quotidian. lib. 3. cap. 1. num. 109. & num. 122. & lib. 4. cap. 22. à num. 18. & num. 107. & 118.* Cevall. *comm. q. 348.* Theſaur. *lib. 1. q. 56.*

Nota 2. quòd hic non agitur de pacto ne ancilla proſtituatur, & de hac materia, vide Addit. ad Gloſſ. 5. *l. 36. ſup. l. 4. tit. 22. p. 4.* 5

Ex venditione vero cum pacto manus injectionis, ſi ſervus proſtitutus, aut non exportatus fuerit, ſemel debita gabella non repetitur, etſi ob non obſervantiam pacti ſervus ad venditorem revertatur. Laſart. *de decima vend. c. 14. n. 35.* plura de iſtis pactis, vide in Addit. ad *d. l. & ſeq. d. tit. 22.* 6

LEX XLVIII.

Ad tit. ſi quis alteri, vel ſibi ſub alterius nomine, vel aliena pecunia emerit.

SUMMARIUM.

1 *Emens nomine alterius ſuis propriis pecuniis, tenetur ei rem cum fructibus reſtituere, ſi geſtum ratificaverit; ſi non, emens ſibi acquirit, num.* 4.
2 *Ratum habere non poſſum, quod non eſt nomine meo geſtum.*
3 *Hæres illius, cujus nomine contractus geſtus eſt, poteſt eum ratificare.*
5 *Jus accreſcendi quando habeat locum in contractibus.*
6 *Dominium eſt venditoris, donec is, cujus nomine res empta fuit, ratificaverit, niſi emens pretium ſolverit, & ei tradita ſit poſſeſſio; ſecus ſi nomine illius, cujus emit, tradatur.*
7 *Abſenti ratificanti emptionem ipſius nomine factam actio competit.*
8 *Conſenſus ſimultaneus in emptione requiritur.*
9 *Dominium, ut acquiratur domino, qualiter concipienda ſunt verba procuratoris.*
10 *Emptio poteſt fieri pro perſona nominanda, & nominatione dominium in nominatum transfertur, & actio perſonalis, & nominans liberatur ab obligatione.*
Et unica debetur gabella, etſi in emptorem, & nominatum novum fiat inſtrumentum.
11 *Emptor, ſi antequam nominet, obliget omnia bona ſua, res empta manet obligata.*
Contrarium, num. 13.
12 *Emens, ſi non nominet, ſibi acquirit, & an ſit ſimulata, ſi non nominet uxorem ſuam.*
13 *Facultas nominandi quanto tempore duret.*
14 *Nuntius qualiter verba concipere debet.*
15 *Venditio per nuntium, & epiſtolam valet.*

ADDIT. GLOSS. I.

1 AD Gloſſ. 1. Nota 1. quòd emens nomine alterius, & tanquam ejus negotiorum geſtor ſuis propriis pecuniis, ſi dominus ratum habeat, tenetur ei rem emptam cum fructibus reſtituere. Intellige ex Gloſſ. *hic*, ſi contraxit formando verba in ſuam perſonam, dicendo vendis mihi talem rem, quam emo nomine talis, cujus negotia gero? quia ratificatio non fit, niſi de eo, quod nomine ratificantis eſt geſtum. Adde *cap. cum ad ſedem, de reſtitut. ſpol.* Federic. de Sen. *conſ.* 15. *verſ. ſecundo probo.* Bald. 498. *num.* 3. *lib.* 2. Mantic. *de tacit. convent. lib.* 4. *tit.* 32. *num.* 13. Geſtum enim, vel promiſſum nomine meo, per ratificationem efficitur meum, *l. ſi pupilli, §. ſed ſi ego,* & *ibi* Gloſſ. & DD. *ff. de neg. geſt.* Gomez. *in l.* 45. *Taur. n.* 82. & 83. ubi tradit, quòd, ſi ante ratificationem alteri vendatur, valet venditio.

2 Amplia 1. quòd ratum habere non poſſum, quod nomine meo non eſt geſtum, etiamſi negotium ad me pertineat, *cap. ratum,* & *ibi* Dyn. *de reg. juris, in* 6. *d. §. ſed ſi ego,* & *ibi* Bart. Gloſ. *in l. mater. C. de rei vend. verb. non prohiberis.* Bart. *in l.* 1. *§. ſed cum quis, ff. de vi, & vi armat,* ubi declarat; unde neceſſe eſt in his, quæ nomine mandatis geſta non ſunt, quòd præcedat mandatum, & non ſufficit, quòd ſequatur. Alexand. *conſil.* 146. *num.* 14. & 15. *lib.* 5. Tuſch. *litter. R. concluſ.* 10. ubi hanc concluſionem tradit, & ampliat, & limitat; & vide Addit. ad Gloſſ. 4. *l.* 45. *infrà, & ad gloſſ.* 5.

Amplia 2. quòd hæres illius, cujus nomine geſtum eſt negotium, ſi ante ratificationem deceſſerit, poteſt contractum ratificare, & eum ratum habere, *l. ab uno, C. de negot. geſt.* & *ibi* Bald. Bart. *in l. bonorum, ff. rem. rat. hab.* Alex. *in l. ejus, qui in provincia, num.* 7. *ff. ſi cert. petat.* poſt Gloſſ. *ibi, in verb. negotiorum,* & dicit bene notandum, & allegat, *l. ſi ſine, §. ſi procuratori, ff. rem. rat. hab.* Ang. *conſ.* 161. *col. fin. in prin. verſ. aut ergo.* Dyn. *conſ.* 15. *n.* 2. Tuſch. *ubi ſup.* Et etiam tacitè contractum ratum habere poterit. De quo vide Addit. ad Gloſ. 1. *circa fin. num.* 10. *l.* 2. *tit.* 8. *infra hac part.* Eo verò non ratificante, cujus nomine res empta fuit, emens ſibi acquirit, *l. ſi abſentis, C. ſi cert. pet.* Bart. *in l. fundum mihi, ff. de act. empt.* Gabr. *conſ.* 80. *n.* 2. Lingl. *deciſ.* 34. *q.* 2. *num.* 96. quod intellige, quando quis emit pro ſe, & nomine alterius, nam tunc, ſi ille, cujus nomine emptio facta fuit ratum non habuerit, totum acquiretur ementi ratione juris accreſcendi, quod locum habet etiam in contractibus, ut docent Alexan. & Jaſ. *in l. ſi mihi Titio, ff. de verb. oblig.* Fachin. *conſ.* 9. *num.* 4. & 7. *lib.* 2. † Et hoc jus accreſcendi in contractibus quando habeat locum, vide Guttier. *in repet. l. unicæ, C. quando non petentium partes, à n.* 30. ubi latè explicat, & locum habere dicit. Parlad. *lib* 2. *rer. quotid. c.* 3. *n.* 28. & Addit. ad Gloſſ. 2. *l.* 7. *tit.* 11. *infra hac p. n.* 7. 8. & 9. † Si enim quis nomine alterius emit, & pro eo de rato promittit, interim antequam ratum habeat is, pro quo fit emptio, dominium eſt venditoris, non autem emptoris. Bart. *in l. ſi ego, ff. de negot. geſt.* Paul. *in l. qui hominem, §. ſi debitorem, ff. de ſolut.* ubi dicit non acquiri dominium ementi nomine alterius, vel recipienti, quia talis mens venditoris, ſive dantis non fuit, nec ipſius emptoris, ſive recipientis. Alex. *conſ.* 232. *n.* 5. ubi alios, laudat, & hanc ſequitur, reprobata Gloſ. *in d. §. ſi ego.* Fachin. *d. n.* 7. & faciunt tradita per Bald. *conſil.* 162. *lib.* 3. quem refert Tuſch. *litt. R. concluſ.* 16. *n.* 5. ubi dicit, quòd ſi mater faciat conditionem nomine filiorum, ſi filii non ratificant contractum, non obligantur filii, nec mater tenetur, quia nomine filiorum facta fuit conductio.

Si emptio facta ſit nomine alterius, & emens pretium ſolverit, & ei tradita ſit poſſeſſio, dominium ei quæritur, quia nomen ejus, pro quo fuit res empta, debet intelligi ſimulatè ſcriptum. Bald. & Salyc. *in l. ſi filii, C. de donat. inter vir.* Angel. *in l. quamvis, C. ſi quis alteri, vel ſibi,* Berojus. *q.* 46. *n.* 5, Marc, *deciſ.* 506. 2. *part.* Tuſch. *verb. emptio. concl.* 132. *n.* 15. & 16. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *caſu* 407. *n.* 19. & 20. Dec. *conſ.* 545. *n.* 16. 17. & 18. Grat. *diſcept. c.* 207. *n.* 9. Simulatio enim probatur à priori, quia emptor numeravit pretium; & à poſteriori, nam ei fuit tradita poſſeſſio, maximè ſi emptor percepit fructus. Aliud vero eſſet, ſi poſſeſſio ei, pro quo facta fuit emptio, tradita eſſet. Bald. *in l. multum intereſt, Cod. ſi quis alteri vel ſibi.* Socin. Jun. *conſ.* 129. *n.* 12. *lib.* 4. Grat. *n.* 10. & 11. Mantic. *lib.* 4. *tit.* 22. *num.* 22.

Nota 2. de jure noſtro Regio, *ex l.* 3. *tit.* 8. *lib.* 3. *ord.* quæ hodie eſt *l.* 2. *tit.* 16. *lib.* 5. *recopil.* abſenti ex venditione ejus nomine facta, ratificatione

tenuta venditore in eodem consensu permanente, actionem competere. Vide in Glos. *l. l. 4. tit. 4. sup. à num. 27.*

8 Nota 3. quòd consensus simultaneus requiritur in contractu emptionis, & venditionis. Adde Addita ad Glos. 1. *l. 8. sup.*

9 Verba procuratoris, ut dominium domino acquiratur, qualiter sunt concipienda, vide Barbos. *in rubr. ff. solut. matr. 3. p. à num. 80.*

10 Nota 4. extra Gloss. quòd emptio fieri potest pro persona, seu personis, nominandis, *l. secundum responsum, C. de contrahend. & commit. stipul.* ubi Ang. notat. Bald. *in l. cum post, §. gener. in lect. antiq. vers. extra quæro ff. de jur. dot. & in l. 1. in fi. in prin. vers. ult. q. ff. de pact.* Fabian. de Monte *de empt. q. 3. princ. n. 19.* Mantic. *decis. 336. n. 1.* Peregr. *de nomin. emphyt. lib. 2. q. 7. num. 10.* Tusch. *litt. E. conclus. 132. & 133.* ubi latissimè. Emptione facta pro persona nominanda, facta nominatione dominium transit in nominatum. Alexand. *cons. 232. à num. 8. lib. 6.* ubi dicit, quòd interim, quod declarat, est acquisitum jus emptori. Dec. *543. à num. 4.* Surd. *decis. 181. num. 16. & 17. & 226. num. 1.* Marta *decis. 127. n. 15.* Mantic. *d. tit. 22. n. 10.* & qui nominat, eximit se ab obligatione priùs contracta, & non remanet prius obligatus, sed in illum nominatum transfunditur obligatio, & onus, quod primus obligatus habebat, ut cum Alex. Dec. & Ancharran. tradit Rot. Genuens. *decis. 14. num. 53.* Intellige quòd acquiritur nominato actio personalis, si præsens fuerit, vel si per nuntium, vel epistolam nominatio sit facta; nam de jure communi ex contractu absenti jus non acquiritur absque nuntio, vel epistola, *l. consensu, ff. de act. & oblig. l. centum, §. si quis absenti, ff. de confes.* & ejus ratificatio requiritur ex text. *bic.* Fabian. de Monte, *n. 19.* Magon. *decis. Flor. 77. n. 3.* Mantic. *n. 12. & 13.* ubi explicat, & de jure Regio vide Addit. ad Gl. 1. *l. 7. & 4. l. 8. tit. 11.* utilitas, quæ principaliter movet ad sic contrahendum, est, quòd facta nominatione solvitur unica gabella, tanquam de unico contractu, quia nominatio fit pro executione prima contractus, ut pulchrè probat Riminald. *consil. 163. per tot.* quem refert, & sequitur Surd. *decis. 182. n. fin. & 226. num. 2.* Mant. *d. decis. 336. num. 2.* & persona illius attenditur, cujus nomine, & contemplatione actus geritur, ut *in l. fideicomm. §. interdum, ff. de leg. 3.* Bart. *in l. 2. §. interdum. n. 2. ff. ad Tertull.* & qui actum facit alieno nomine, nudum præstat ministerium, *l. & licet, ff. de constit. pecun.* & non ille, sed Dominus videtur contrahere. Glos. *in l. ei qui*, ubi Bald. *n. 4. Cod. qui cum eo.* Ruin. *cons. 1. n. 10. vol. 2.* Surd. *d. decis. 182. num. 16. & 17.* & dicitur unicus contractus, etsi inter emptorem, & nominatum novum instrumentum fiat, & ei novam dilationem solutionis pretii emptor dederit; quia substantia venditionis consistit in primo contractu, & alter, qui sequitur, est executio primi, & non novus; quando non fit variatio circa pretii quantitatem, ut si emisset centum, & venderet ducentis; sed circa modum, & formam solvendi, ut latè comprobat Fachin. *cons. 6. à num. 1. lib. 3.* ubi sic declarat, Dec. *in dict. cons. 543.* Surd. *d. decis. 226. n. 1.* quatenus docent, nominantem esse merum executorem, & ideo alterare non posse, & vide ad Glos. *fin. n. fin. infrà.*

11 Sed quid, si emptor, antequam nominet, contrahat, & obliget omnia bona sua, utrum res empta maneat obligata? hanc quæstionem disputat Marta *decis. 127. & 132.* ubi resolvit, quod emptor pro persona nominanda sibi quærit dominium antequam nominet, *ex d. l. secundum responsum, C. de contrahend. & commit. stipul.* Bart. *in l. fundum, n. 3. ff. de act. empt.* Alex. *d. cons. 232. num. 2. volum. 6.* Anchar. *127.* Surd. *decis. 226. n. 12. & 325. num. 1.* Gabr. *lib. 3. tit. de verb. obligat. conclus. 2. num. 1.* & obligando omnia bona sua, quòd comprehendit rem emptam, super qua jus acquisitionis erat fundatum in ejus persona, & cujus dominium habebat; & ampliat, etiam si rem emisset ex pecunia ipsius nominati, & non propria emptoris, ex *leg. multum interest, C. si quis alteri, vel sibi*, non solam eam obligare poterit; sed & alteri vendere, & eum nominare. Mart. *d. decis. 127. num. 2. &* 14. ubi alios laudat. Tusch. *litt. E. concl. 132. n. 4. & 6.* ubi declarat, emens enim pro persona nominanda sibi acquirit, si non nominet; vel si nominatus ratum non habeat, & ipse manet obligatus, juxta ea, quæ diximus, *supr. n. 7.* & quæ tradunt Fabian. de Monte, *de empt. & vend. 3. q. princ. n. 19.* Surd. *d. decis. 226. n. 12.* & Mantic. *in d. decis. 336. num. 1. & 2. & d. lib. 4. tit. 22. num. 9. &* 14. Peregr. *de nomin. emphyteutic. lib. 2. q. 7. n. 10.* Tusch. *concl. 132. n. 2. & 11.* Contrarium, imo quòd facta nominatione per emptorem dominium in nominatum transferatur liberum ab obligatione, & hypotheca interim contracta per emptorem, resolvit Rota apud Ludovic. Censium, *post tract. de censib. decis. 163. per tot.* ubi contrariæ opinionis fundamenta traduntur, quæ magnam difficultatem dominis Rotæ fecerunt, ita ut pluribus oppositionibus non potuerit haberi resolutio, & tandem unanimi sententia in hac fuerunt, per ea quæ tradunt Dec. *cons. 543.* & Surd. *decis. 182. à n. 16.* ubi dicit, quòd facta nominatione dominium transit in nominantem, nec aliquo tempore dicitur penes nominantem fuisse: & res empta si esset comprehensa sub hypotheca, cui dominium fuisset acquisitum commutabiliter, & revocabiliter, resoluto dominio per nominationem fuit pariter resoluta hypotheca, & in hoc casu resolutionem esse ex causa necessaria, vide *ibi.*

Quid si vir emat pro persona nominanda, & 12
ipse uxorem nominet, an hujusmodi nominatio simulata videatur, & infirma sit, vel valeat, vide Magon. *decis. Flor. 77.* ubi pro utraque parte multa tradit, & Senatum ibi pro validitate nominationis judicasse testatur; & Marc. *decis. Delph. 506.* ubi quòd contractus simulatus si dicatur, resolvit; & de emptione facta pro marito, & uxore, vide Addit. ad Glos. *8. l. seq.*

Hæc autem facultas nominandi quanto tempo- 13
re duret, vel si extinguatur, vide Surdum *decis. 226.* ubi refert quinque opiniones: una est eorum, qui tenent esse perpetuam, quia quando lex indeterminatè loquitur de tempore, sufficit actum quocumque tempore fieri, *l. qui fundum, ff. de contrab. empt. l. 1. §. meminisse, ff. de ventre inspiciend.* Secunda eorum, qui dicunt anno perire nominandi facultatem, per *l. fin. §. sed etsi quis, Cod. comm. de legat. 2.* Bald. *in l. cum quidam, num. 2. vers. tertio oppono, ff. de legat. 2. ibi*, Imol. Bald. *cons. 470. n. 2. vol. 2.* Tertia eorum, qui hanc potestatem perire sexaginta dierum lapsu dixerunt, per *l. quod si nolit, §. si quid ita, ff. de ædilit. edict.* De quo in Addit. Glos. 1. *l. 10. n. 12. sup. hoc tit.* Quarta eorum, qui dicunt nominationem statim, & sine mora esse faciendam, per doctrinam Bart. *in d. l. cum quidam, n. 8.*

Quinta

Quinta eorum, qui hanc facultatem durare dicunt, donec is, qui debet eligere, conſtituatur in mora litis conteſtatione, ex Bart. *in l. fin. §. ſed etſi ſi quis, C. com. deleg. & in d. l. cum quidam, n. 8.* & in hac varietate opinionum Senatum Mantuan. tenuiſſe nominationem intra annum fieri debere, *& in deciſ. 325. n. 1.* ſibi acquirere, ſi intra annum non nominaverit, ait.

Nota ult. ex Gloſ. quòd factum falſi nuntii non poteſt ratificari; nam non reperitur ſubjectum, in quo poſſit fundari ratificatio; cui Adde Mart. *de juriſdict. Eccleſ. 1. part. cap. 34. num. 5.*

14 AD Gloſſ. 3. Nota, qualiter nuntius verba concipere debet; & vide Addit. ad Gloſ. 1. *n.* 17. eſt enim nuntius, qui factum aliquod ad faciendum nuntiat verbo, vel per epiſtolam, & alieno nomine, unde dicitur eſſe velut pica, ſeu vox, & organum mittentis, & ſic debet concipere contractum in perſona domini; ut vendis Titio domino meo. Gloſſ. *in l. 1. ff. de procurat. gloſſ. in l. multum intereſt, C. ſi quis alteri, vel ſibi.*

15 AD Gloſ. 4. Nota, valere venditionem inter abſentes per nuntium, vel per epiſtolam: & vide Addit. ad Gloſ. *1. l. 8. ſupr.*

SUMMARIUM.

1 *Procurator, ut nomine domini emere, ſeu vendere poſſit, ſpeciale mandatum debet habere.*

2 *Generalis omnium negotiorum alienare non poteſt, niſi ſit cum libera, n. 3.*

4 *Mandans vendere intelligitur juſto pretio, & tenetur ſtare contractui, ſi ipſius nomine celebretur, n. 5.*

Si vero exceſſit fines mandati non tenetur, niſi ipſius patientia, & ſcientia adfuerit, n. 6.

7 *Emens nomine mandantis ex ſua pecunia oblato pretio tenetur etiam ei rem tradere cum fructibus.*

8 *Idem ſi nomine proprio, & procuratorio; ſeu ſi mandatum inſerat in contractu; ſeu ſi mandatum eſſet ſpeciale ad emendum certam rem & ſimpliciter emat.*

Declaratur procedere reſpectu mandantis, non vendentis, cui procurator obligatur.

9 *Et ſi res evincatur emptori, tenetur de evictione, ſi ab ipſo evincatur, poteſt retinere pretium, n. 10. & 11.*

12 *Procurator cum mandato generali ſibi, non domino, & n. 13. 14. emit.*

15 *Item, quando eſſet ſpeciale, ſi ſuo nomine emat, ſed tenebitur domino rem tradere, ſeu intereſſe, ſi non habeat facultatem tradendi.*

Item ad cedendum omnia jura re integra, & an ſi ante ceſſionem moriatur in ſubſidium actio adverſus cedentem.

Et interim quòd à domino pretium offertur, fructus ſuos facit, ſecus ſi nomine domini, etſi ex pecunia ſua emat; actio autem ei datur ad petendum intereſſe, n. 14. 15. 16. 17.

18 *Procurator non tenetur cedere ſi emiſſet ſub pacto, quod pretium die præfixo redderetur, ſeu ſi nomine alicujus ignorantis emerit, n. 19.*

20 *Procurator ſpecialis, ſi non emit rem, tenetur ad intereſſe.*

21 *Procurator, ſi accepit mandatum ad emendam rem, quam cum alio habebat communem, tenetur partem ſuam domino vendere.*

Hermoſilla in v. Partit. Tom. 11.

22 *Emens nomine declarando, antequam declaret, ſi petatur, quòd recogneſcat cenſum, an ad id poſſit compelli.*

23 *Procurator ad emendum, ſeu vendendum an poſſit alium ſubſtituere.*

24 *Mandatum ad vendendum an revocari poſſit, & an dominum obliget, ſi ignorans revocationem, ſeu mortem domini contraxerit.*

25 *Dominus, ſi procurator ad vendendum faciat actum à lege prohibitum, non tenetur, niſi ratificet, ſeu expreſſe mandaſſet. An uxor vendens frumentum extra taxam abſque licentia mariti teneatur.*

26 *Procurator, ſi fecit contractum uſurarium, an in foro exteriori, ſeu interiori teneatur, ſi lucrum ad dominum ſpectet.*

27 *Procurator ad vendendum an poſſit ſibi ipſi vendere, vel per interpoſitam perſonam.*

28 *Habens mandatum ad vendendum, an cenſeatur habere ad exigendum, & quando maneat obligatus, ſeu ſolum obliget dominum.*

ADDIT. GLOS. V.

AD Gloſſ. 5. Nota 1. ex text. quòd ſpeciale mandatum requiritur, ut procurator emptionem, & venditionem pro domino celebrare poſſit. Adde, *l. 6. tit. 8. p. 3. & ibi*, Add. ad Gloſ. *1. l. procuratorem, 16. C. de procurat.* & *ibi* Doct. Fabian. de Mont. *de empt. q. 3. priacip. n. 22.* Mozz. *de contract. tit. de empt. & vendit. cap. de perſ. quæ poſſ. emere, num. 28.* Bertaz. *clauſ. 5. gloſſ. 1. n. 1. & gloſſ. 2. n. 4.* Pereir. *de empt. & vend. cap. 15. n. 1.* non enim ſufficit, quòd ſit procurator generalis omnium negotiorum, ut rem domini alienare poſſit, *l. mandato, 60. l. procurator tutorum, ff. de procurator.* Riminald. *in §. 1. Inſtit. quib. alien. licet, vel non, n. 104.* Alex. *conſ. 1. n. 5. lib. 4.* ubi dicit in generali mandato non contineri poteſtatem locandi in perpetuum; quia eſt alienatio: iſte vero procurator poterit emere. 1 2

Limita, niſi procurator generalis eſſet cum libera adminiſtratione, nam tunc æquiparatur procuratori habenti ſpeciale mandatum, & venditio ab eo facta valebit, *l. procurator, cui liberam 58. ff. de procur.* Gloſſ. *verb. ſpecialiter, in d. l. procuratorem,* & utrobique DD. Fabian. de Mont. Moz. Bertaz. & Pereir. *num. 2. ubi ſuprà*, Pichard. *d. in §. venditæ 40. num. 7. inſtit. de rerum diviſ.* Inter mandatum ſpeciale, & generale cum libera nullum eſſe diſcrimen, tradit Covarr. *lib. 1. var reſol. cap. 6. n. 3.* & Pereir. *num. 3. in dict. cap. 15.* & de hac materia procuratoris cum libera adminiſtratione, & de his, quæ ab eo geri poſſunt, & de aliis clauſulis, quæ in mandatis apponi ſolent, & de earum effectibus; vide Addit. ad Gloſ. 2. *l. 5.* & ad Gloſ. *1. n. 4. & 5. l. 7. tit. 14. infr. hac part.* & de caſibus, in quibus ſpeciale mandatum deſideratur, vide Addit. ad d. Gloſſ. 2. *l. 5. num....* 3

Nota 2. ex Gloſſ. quòd mandans vendere intelligitur pro juſto pretio, de quo vide Add. ad Gl. 1. *l. 41. ſup. hac part. n. 3. 4. & 5.* 4

Nota 3. ex text. ſi emptio fuit facta nomine mandantis, quòd mandans tenetur ſtare contractui, ac ſi ipſe illum feciſſet, & idem eſſe, ſi mandaſſet vendere, nam facta venditione non poterit revocare conſenſum, & prohibere ne res tradatur. Adde, *l. ſi ego, ff. de public. leg. qui ſaxum, ff. de donatio. l. quidam ex parte, ff. de evict. l. ſi fundum per fideic. in pr. l. nihil, §. 1. ff. de leg. 1. l. codicil.* 5 6

§. *insulam, ff. deleg.* 2. Fabian de Mont. *d.q.3. princip. n.*24. Quid si excessit fines mandati procurator specialis ad vendendum? Vide Matienz. *in leg.* 1. *tit.* 11. *lib.* 5. *recop. glos.* 8. *num.* 14. ubi tradit, quòd si dominus non ignoravit excessum mandati valet venditio, ut *cap. fin. de jurejurando, in* 6. Pinel. *in l.* 2. *C. de rescind. vendit. 2. part. cap.* 1. *num.* 18. dicit, quòd scientia, & patientia domini extendit mandatum, quando mandatum præcessit, non vero illud inducit, nec potest inducere contra plures, quos refert; quem vide, & Matienz. *in num.* 15. & 17. an scientia sufficiat ad ratificandum? & quòd si procurator emptoris, & venditoris fuerint in dolo animo fraudandi dominum, quòd non valet venditio, tradit. Et de quæstione an dominus possit agere remedio *l.* 2. *Cod. de rescind.* Vide Addita ad Glos. 4. *l.* 56. *infrà.*

7 Nota ex text. ementem rem nomine mandantis teneri eam ei cum fructibus restituere sibi oblato pretio, quia statim in eum fuit dominium, & possessio translata. Add, *l. si procurator. de acquir. rer. domin. l.* 1. §. *per procuratorem, leg. possessio*, §. *fin. l. communis*, §. *procurator. de acquir. possess. l. si procurator, C. de acquir. rer. domin.* §. *ex his itaque*, & *ibi.* Pichard. *Instit. per quas pers. nobis acq.* Paul. *in l. qui in aliena*, §. *si is qui, n.* 3. *ff. de acquir. hæred.* Bald. *in rubr. C. de contr. empt.* Alex. *in lect. nov. ad l.* 2. §. *mutui datio, si cert. pet.* Pereir. *de empt. & vend. cap.* 7. *n.*27. Mantic. *de tac. conv. lib.* 7. *tit.* 18. Brun à Sole, *in loc. com. verb. empt. n.*4. Gratian. *discept. cap.* 500.

8 *n.*23. & 24. Amplia si proprio, & procuratorio nomine emat. Jas. *in l.* 1. §. *nuntiatio. de nov. oper. nunt. n.*4. Mascard. *de prob. concl.* 1254. *n.*19. Tiraq. *de retr. lign.* §. 10. *glos. unic.* Ludov. *concl.* 46. *ampl.* 11. Pereir. *n.* 21. & 22. declarat nisi inter contrahentes declaretur, ut nomine proprio, & non procuratorio contractus erat celebrandus, *ubi sup.* Idémque ex ipso, *in num.* 17. & 19. dicendum est, si mandati mentio inseratur contractui, *l.*4. *ff. de solut.* Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 49.

9 Amplia 2. quando habuisset speciale mandatum ad emendum certum fundum, etsi simpliciter pecunia sua emat, emisse procuratorio nomine censeri, & rem cum fructibus teneri restituere. DD. *in l.* 4. §. *si ab ignoto, vers. unde quæri, ff. de manumiss.* Jas. *in l. Titia*, 134. §. *idem respondit, n.* 2. *de verb. oblig.* Tiraq. *de retr. conv. ad fin. tit.* 117. Rot. Genu. *decis.* 57. *n.*9. Surd. *decis.* 325. *n.* 8. Ricc. *decis. cur. Archiepisc.* 2. *par.* 139. Bertazol. *de claus. claus.* 5. *glos.* 1. *num.* 1. Menoch. *d. lib. præsumpt.* 49. *num.* 1. Mantic. & Pereir. *à n.* 11. *ubi sup.* Et Mantic. *in n.*17.

10 & Pereir. *num.* 24. declarant procedere, quando agitur inter mandantem, & mandatarium, non vero inter procuratorem, & ementem, cui procurator

11 & obligatur. Unde Mont. à Cuev. *decis.* 14. & Frana. Claper. *decis.* 39. 2. *p.n.*2. ajunt, vendentem simpliciter rem, mentione non facta mandati, obligari emptori, & teneri de evictione, licet juris interpretationis procuratorio nomine intelligatur facere. Fachin. *cons.* 6. *lib.* 3. ubi ait ementem nomine domini, & promittentem ex pecuniis suis solvere, si emineat evictio in limite contractus, non posse retardare solutionem, & pretium retinere, prout licet emptori, & mandattario, ut *sup.* diximus, *in l.* 32. secùs, si simpliciter emat.

12 Limita 1. si haberet generale mandatum, & simpliciter emisset non facta mentione mandati, quia nomine proprio intelligitur emisse. Menoch. *lib.* 3. *præs.* 39. *n.*8. & 22. Jas. *n.* 3. Pichard. *n.*7. 17. & 19. *ubi sup.* ubi latè comprobat, & alios refert.

Limita 2. quando proprio nomine emit, licet 13
ad illam rem emendam haberet speciale mandatum, quia sibi acquirit, *l. res ex mandato, de acq. rer. dom.* & *ibi* Gl. & DD. Glos. *in l. qui mihi verb. acquiritur, ff. de don.* Mantic. *n.*13. Cald. *n.*27. *ubi sup.* Barbos. *in rubr. ff. de solut. matr.* 3. *par. num.* 82. Gratian. *discept. c.* 207. *n.*5. Sed inter istam, & pri- 14
mam limitationem ea est differentia, quia in hac actione mandati procurator compellitur ad cedendum jura sua soluto ei prius pretio, & interim procurator suos fructus facit, quasi ex re sua perceptos, ut ex Bald. tradit, Mantic. *d. l.* 7. *tit.* 19. *n.*6. Pereir. *num.* 27. Gratian. *ubi supr.* † Si vero nomine 15
domini emat, licet ex pecunia sua, fructus tenetur restituere absque ulla compensatione usurarum pretii, argum. *l. curavit*, de qua in Glos. 2. *l.* 28. nisi forsan interpellatus, ut pretium resolveret non solvit, seu ratione damni, seu lucri. Covarr. *l.* 3. *var. c.* 4. *n.*7. *vers.* 16. Pereir. *à num.* 26. & 28. Mantic. *ubi supr.* † In casu autem primæ limitationis non 16
tenetur procurator ratione mandati tradere rem, & cedere jura mandati. Item, quando venditor noluit rem mandanti vendere, sed procuratori, quia tunc non fallit fidem mandantis, nec de ipso dominus potest conqueri, *l. qui mihi, ff. de donat.* Pereir. *num.* 17. *ubi supr.* quam aliàs falleret: & ut tradit Pereir. *à num.* 11. in crimen stellionatus incurreret, & latè comprobat. † Nec à traditione rei li- 17
berabitur præstando interesse, si habet facultatem rei tradendæ, quia præcisè ad id cogi potest. Gratian. *discep. cap* 160. *n.* 2. & 3. & *decis. March.* 190. *n.*11. Pereir. *n.* 26. nec re integrâ à cessione actionis. Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 49. *n.*16. & latè diximus in Add. ad Gl. 4. *l.* 8. *tit.* 11. *infrà hac parte.* ubi an si ante cessionem moriatur, detur in subsidium actio adversus vendentem.

Limita nisi mandatarius emisset cum pacto, ut 18
die præfixa pretium redderetur sibi cum usuris, & post multum tempus offerat; nam tunc non tenetur cedere, si nomine proprio emit, sed potest pro se fundum retinere. Zas. *in l. si ita quis promiserit*, §. *Seia, num.* 1. *ff. de verb. obligat.* Paul. *num.* 12. Alciat. *n.*11. *vers. si non multo, ibi.* Gratian. *d. c.* 207. & *in num.* 2. & 3. ampliat, etsi nihil mandatario interesset, & id quod eius interest offerat restituere, & *in n.*30. † Idem tradit, si nomine Titii igno- 19
rantis emerit, & posse illud retinere ex *l. mandatum, in fin.* & Glos. *verb. tradita, C. si quis alter. vel sibi*, & Jas. *ubi sup.* & idem tradit, *in n.*29. si conventum sit, ut emeres domum vicini, & cederes mihi partem aliquam, & limitat an in contractu societatis ex *l. cum duobus in princ. ff. pro soc.*

Item nota, quòd si procurator non emit rem, te- 20
netur ad interesse, *leg. si procuratorem*, §. *mandati actio*, & §. *dolo. l. si mandavero*, §. *fin. ff. mandat. l. tutor.* §. *si post, ff. de admin. & pericul. tut.* Honded. *cons.* 39. *n.*3. *vol.* Gabr. *cons.* 26. *n.* 8. *lib.* 2.

Nota, quòd si procurator suscepit mandatum 21
emendi fundum, qui pro parte erat ipsius procuratoris, & aliorum portiones emit, ipsum teneri justo pretio suam mandanti tradere, *l. si fundum, cum seq. ff. mand. l. cum eo, ff. de pact.* Jas. *in* §. *sequens Instit. de action. n.* 36. Alex. *in d.* §. *Seia, n.*9. Cald. *n.*26. *ubi sup.* Gratian. *discept. cap.* 160. *num.* 4. & *cap.* 207. *à n.* 31. & *decis.* 32. *in fin.*

Sed dubitatur, si ementi pro nomine declaran- 22
do, antequam declaret, petatur, quòd recognoscat censum, aut aliud jus super re empta, an ad id possit compelli? vide Cartar. *decis.* 114. ubi affirmativè fuisse decisum ait.

Quæro

23 Quæro 2. an procurator ad vendendum, vel emendum constitutus possit alium substituere? dic, quòd aut ei est data certa forma in mandato, ut ad emendum, vel vendendum talem rem pro tanto pretio; aut non est præscripta forma, sed totum remissum arbitrio mandatarii, ut communiter fit. Primo casu poterit substituere ex regula, *l. si procuratorem*, §. 1. *ff. mandati*. Secundo verò non, cum censeatur electa industria personæ, & ita intelligitur, *l. pen. §. item alii*, ubi Bart. declarat, *ff. de diverf. & tempor. præscript.* & tenent communiter DD. *l. quod quis*, *C. de procurat.* Jas. *in l. 1. in fin. ff. de offic. procur. Cæsar.* Felin. *in cap. fin. §. cæterum, de offic. deleg.* Pinel. *in l. 2. C. de rescind. vend. 2. p. cap. 1. n. 17.* & alios refert Bertazol. *clausul. 5. gloss. 1. n. 5.* Considerata natura negotii continentis maximam summam, & ponderositatem dicitur electa industria personæ, & non est locus substitutioni. Paul. Paris. *cons. 47. num. 88.* & *89. lib. 1.* Matienz. *in l. 1. tit. 11. lib. 5. recop. glos. 8. n. 17.* Pereir. *de empt. c. 50. n. 15.* hancque parum utilem in foro esse dicit, quoniam de jure communi constitutum est, nullum procuratorem, nisi in mandato substituendi potestatem habeat, substituere posse, *l. quòd quid, C. de procur. cap. 1. §. 1. de procur. in 6.* Unde si procuratori hæc facultas tributa est substituere poterit, secus vero si non, & idem cum Jason. *ubi sup. num. 24.* admittendum esse dicit, quando generalis procurator ad vendendum constitutus est. 24 Et an mandatum ad vendendum revocari possit? & si revocationis tempore res adhuc integra erat, & procurator ignorans revocationem rem vendat, & tradat, an obliget dominum? & hujusmodi mandatum revocari posse probat, *l. si mandassem tibi, ff. mandati*, Glos. *ult. ibi*, & DD. *l. 1. ff. de contrab. empt.* Fabian. Mont. *de empt. 3. q. princ. n. 25.* Boër. *decis. 48. num. 10.* Surd. *cons. 52. num. 18.* Bertazol. *clausul. 5. glos. 1. num. 3.* ubi alios adducit, & vide, *l. 51. infr.* & *ibi* addita ad Glos. *fin.* Post revocationem mandati, si mandatarius contrahat nondum certioratus de revocatione, dominum obligat; sed dominium rei venditæ transferri non potest, ut cum Cyn. & Salycet. *in l. mandatum*, *Cod. mandati*, & Bald. *in l. 1. in fin. principii*, tradunt, Fabian. & Bertazol. *ubi supr.* qui pro ea refert Felin. *in cap. ex parte Decani, à n. 14. de rescript.* Et quid si morte mandantis exspiret, vel si revocatio fiat post venditionem, sed ante traditionem rei, vide Pereir. *de empt. cap. 15. à n. 22.* ubi tradit domini revocationem non impedire quominus procurator, qui vendit, possit rem tradere ex *l. Papinianus*, *ff. de publican. in rem. act.* quam ad hoc notat Jas. *in l. ejus qui*, §. *quas vero, ff. si cert. petat.* & de revocatione per mortem mandanti, vide Add. Glos. 3. *l. 5. tit. 14. hac part. n. 5.*

25 Quæro 2. si procurator ad emendum, vel vendendum faciat actum à lege prohibitum, an dominus ex eo ad aliquam pœnam teneatur? dic, quòd nunquam censetur constitutus ad faciendum actum, per quem principalis in aliquam pœnam incidat, enim quòd mandatum sit factum cum clausula generali cum libera administratione; & quod possit procurator omnia, quæ dominus, si præsens fuisset, posset facere, *l. si procurator*, & ibi Bartol. *de condict. in dub.* Alex. *cons. 32. num. 7. 33. n. 6. 83. num. 4. lib. 3.* Angel. Socin. Jacob. de sancto Georgio, & alii, *in l. si quis 3. §. si procurator, ff. si quis, jus dicent. non temp.* declarat latè Jas. per multas ampliationes, & limitationes, *in d. l. si procurator.* Berojus *cons. 188. lib. 3.* Joseph. Ludovic. *decis. Peruf. 51. n. 4.* Menchac. *contr. usufr. lib. 2. c. 18. num. 2. & 4.* Cancer. *var. 2. p. cap. 14. de procurat. n. 3.* plures refert, qui hanc communem dicit. Fontan. *claus. ful. 4. glos. 15. n. 31.* Pereir. *cap. 15. n. 13.* Farin. *decis. 128. lib. 2. cons.*

Declara hanc resolutionem procedere, quando non constat dominum expresè mandasse procuratori, vel post factum rem illicitam eam ratam habuisse, ut cum Bart. *in l. filiusfamil. ff. de donat.* Menoch. *de arbitr. casu 315. num. 23. 24. & 25.* Cancer. *num. 7. & 8. ubi suprà.* Capic. *decis. 67. num. 2.* tradit Fontanell. *ubi suprà, num. 32. & 33.* Uxor, si absque jussi mariti vendat frumentum extra taxam, an incurrat pœnas lege Regia impositas Girond. *de gabell. 9. p. n. 24.* incurrisse dicit, quia absque licentia contractus fuit nullus. Parlad. *definit. 30. num. 12. & 15.* ait uxorem ad pœnas teneri, & non maritum.

Quæro 3. si procurator contractum usurarium 26
fecit, an in foro exteriori, & interiori ad restitutionem, & pœnas contra usurarios statutas teneatur? Hanc quæstionem in terminis disputat Lupus, *allegat. 93. ex num. 3.* ubi dicit, quod procurator, qui nomine domini administrat, si totum lucrum, & commodum ad dominum spectat, non tenetur ad restitutionem usurarum; secus vero si partiarius sit, nam tunc ad restitutionem est obnoxius. Sylvest. *in summ. verb. usur. 7. q. 4.* Molin. *disput. 331. verb. negotior. gest.* qui Sot. Navar. & Medin. allegat. Lessio *de just. lib. 2. c. 20. dubit. 21. n. 183.* Rebell. *de oblig. justit. lib. 8. quæst. 16. sect. 4.* Aragon. *de justit. & jure, quæst. 78. art. 3. 2. dict.* Pat. Suar. *in sum. verb. usur. n. 12.* Franc. Luc. *in compend. sum. c. 17. del mandamiento. 5. §. 28.* Rodr. *c. 106. n. 7. verb. usur.* Vega *2. p. in sum. c. 121. verb. usurar. casu 40.* Toletus *in sum. c. 36. lib. 5. num. 2.* Azor. *p. 5. lib. 5. cap. 8. versic. quæritur.* Palat. *de contract. lib. 4. c. 10. vers. secus autem in fin. fol. mihi 1354.* P. Valer. Reginald. *in praxi pœnit. 2. tom. lib. 10. sect. 3. n. 411.* Navar. *de restit. 2. p. lib. 3. c. 2. n. 442.* Naldes. *in q. pract. verb. usur. n. 16.* Joan. Lupus, *in cap. Naviganti de usuris, comm. 3. §. 1. num. 33.* Lud. Roman. *singul. 275.* Fachin. *controv. jur. lib. 2. cap. 55. vers. quod vero attinet.* docent, hujusmodi procuratores, institutores, & administratores ad restitutionem usuratum in subsidium teneri, videlicet cum is, in cujus utilitatem versa est pecunia, solvendo non est; etsi contrarium tenuerit Navarr. *in manual. cap. 17. num. 266.* qui absolutè eos teneri respondit citra ullum excussionis beneficium, & quod nec in solidum, nec in subsidium in foro exteriori teneatur procurator, seu institutor, qui est nudus minister, longè veriorem opinionem esse dicit, & defendit Lautent. Rodulph. *de usuris, verfic. 57. num. 44.* ibi: Quod extorquente alieno nomine, & partiente in quota, quod non est dubium, quòd teneatur; sed ubi non est partiarius, sed simplex extorquens, tunc non tenetur, licet aliqui dicant eum teneri, si mandans non est solvendo. Abb. *cons. 16. num. 1. vers. 2. principali*, & facit Gloss. 3. *c. Michaël. de usur.* ibique DD. quòd nudus minister ad usuram exercendam non obligatur ad restitutionem, cum solus fuerit præpositus ad mutuandum, & lucrum recipiendum, ideo ultra id quod gerit tenent, non nasci obligationem; facit etiam, nam leges Regias de usuris loquentes, quæ sunt *l. 2. 3. 4. & 5. tit. 6. lib. 8. de recop.* solum comprehendunt dominos principales, & non procuratores, seu institutores, ut constat ex verbis, *d. l. 4.* ibi, *y por ende mandamos, que qualquiera Christiano,*

o Christiana de qualquiera estado , y condicion que sea,que diere a usura,que pierda todo lo que diere, o prestare , y que sea de aquel que recivio el empres-tido , y peche otro tanto como fuere la quantita que diere à logro. Quæ verba quatenus dicunt, quod amittatur pecunia data sub usuris , non possunt convenire ei,cujus non sunt pecuniæ, & sic cessat ejus dispositio in procuratoribus , & institoribus : quibus enim non conveniunt verba legis , non convenit ejus dispositio,*l.4.§. toties,ff. de damn. infect.* Alex.*conf.*212.*n.*1.*& seq. lib.*6. Felin.*in c. nonnulli, n.*34.*vers. ubi verba de rescriptis.* Et in terminis alios plures referens, quòd procurator non teneatur,respondit Bertaz.*conf.*3.*lib.*1. *num.*35. & in tutoribus tradit Grammat.*conf.*104.*num.*13.*&* 14. quòd sine dubio procedit , quando non constat lucrum aliquod,ad procuratorem perveniſſe. Cravet.*conf.*75.*num.*13. & Portius Imol. 95.2.77.quos alios refert Bertazol.

27 Quære 8. nunquid procurator habens mandatum à domino ad vendendum possit sibi ipsi vendere,vel per interpositam personam emere ? vide Bertazol.*claus.*5. *gloss.*1. *num.*6. ubi de facto hanc quæstionem habuisse dicit, & examinat quæstionem tutoris , an possit semet auctore à pupillo emere ; & tandem concludit, quòd debet à domino emere , & putat posse substituere , & à substituto emere,vel alio amico, de quo confidere possit, vendere, qui ex postfacto sibi revendat,& venditionem à semetipso sibimet factam defendi. De quo vide Addit. ad Gloss.9. *leg.* 4. *tit.* 1. *hac parte.*

28 Quæro 9. utrùm habens mandatum ad vendendum, censeatur illud habere ad exigendum pretium rei venditæ?vide Addit.ad Glos.3.*l.*5. *tit.* 13. *infr. n.*24. ubi latè diximus, & quando ex contractu maneat obligatus , vel solum obliget dominum, vide Addit. ad Glos. 4. *l.* 7. *tit.*1.

SUMMARIUM.

1 *Dominium rei emptæ in emptorem non transfertur, si pro minori parte, quam dimidia justi pretii procurator vendidit.*

2 *Si constitutus ad vendendum pro certo pretio pluris vendat, illud plus ad quem pertineat.*

ADDIT. GLOSS. VI.

1 AD Gloss. 6. Nota ex doctrina Alber. quem *hic* Gloss. refert , quòd dominium rei venditæ in emptorem non transfertur , si procurator eam vendidit pro minori quàm dimidia parte justi pretii, vide Addita ad Gloss. 4. *n*..... *leg.* 56. *infrà.* ubi egimus de quæstione, utrùm , si res vendita fuerit per procuratorem ob læsionem citra dimidiam possit contractus rescindi , & negativè eam resolvimus : ex quibus colligitur hanc Alberici doctrinam veram non esse ; & ab ejus errore cavendum esse admonet Pinell. *in l.*2. *de rescind.* 2. *p. cap.*1 *n.*16. *vers. ex prædictis.*

2 Quid si procurator fuit constitutus ad vendendum fundum,vel aliam rem pro certo pretio,& pluris vendat, illud plus ad quem spectavit, ad dominum rei,vel ad procuratorem ? Dic ad dominum rei, qui eum constituit, ad quem incommodum pertineret,si minori summa venderetur. Vide Add. ad Gloss.7. *l.*23. procurator enim nullum jus habet in re, ex quo hoc plus ad eum spectare possit,ita hanc q. resolvit Purpur. *l. si cum servum* 7. *num.* 22. *ff. si cert. pet.* ubi inquit, sed cogitetis, quid si vendidit majori pretio,quàm sit expressum in mandato, aut quàm sit commune pretium, an ad illud majus competat actio domino,& videtur quòd sic , quia quamvis procurator vendiderit nomine proprio , tamen quantum ad utilitatem mandantis perinde est,ac si nomine ipsius domini vendidisset, &c. De hac q. fuisse interrogatum dicit Perez. *in l.*1. *tit.*23. *lib.*2. *ord. gloss.*1.*col.*8. *verf. hic quærendum est , pag.* 432. ubi refert. Angel. *in summa.verb.empt.* §.17. dicentem, quòd procurator non tenetur illud plus reddere domino;quia si excedit justum pretium , tenetur restituere ementi, si verò non excedit,& sua industria habuit,quod sibi acquirit : ipse verò distinguendum esse ait, quòd aut rem industria sua, cum ad id non teneretur, melioravit, & sibi illud plus acquirit , secus verò,si ex mercede sibi tradita ad meliorandum esset adstrictus, tandem cum Joann. Fabro, Joann. de Plat. & Jas. *num.* 87. *in* §. *actionum instit. de actio.* qui hanc quæstionem quotidianam esse dicunt, distinguit , quòd aut periculum mercedis pertinet ad dominum,aut venditori ; si domino,ei competit illud plus;si venditori ex natura contractus, vel ex conventione partium similiter ei , & lucrum competere debet,quia non dedit rem vendendam dominus pro decem , quin vult habere duodecim, si possit,& hoc maximè procedere inquit, si casu pretium crevit.

LEX XLIX.

SUMMARIUM.

1 *Res empta ex pecunia aliena efficitur ementis, nisi ad emendum à domino esset interpositus, num.* 6.
Et quæ actio domino ad pecuniam recuperandam detur, n. 5.

2 *Item , si ex pecunia communi nomine proprio ematur.*

3 *Item , si ex pecunia depositа ad emptionem prædiorum ematur.*

4 *Emptor in dubio sibi, & non alii videtur emere, & in dubio nomine proprio actus gestus præsumitur.*

7 *Pecunia pro re empta soluta in dubio ementis præsumitur, etsi nomine proprio , & fratris emat ; etsi alienam rem,seu fisci administrasset, num.* 8. *&* 9.
Nisi extent conjecturæ in contrarium,n. 10.

11 *Dives brevi tempore factus , si est parum industriosus, de alieno acquisivisse præsumitur, maximè si erat pauper , & aliena administrabat.*

12 *Si vero non constat,ex quibus pecuniis emisset, de pecuniis ad manus ementis perventis præsumitur. Et de probatione , quòd aliunde haberi non potest.*

ADDIT. GLOSS. I.

AD Glos. 1. Nota 1. Regulam , quòd res empta ex pecunia aliena efficitur ementis, & ei dominium acquiritur , & non domino pecuniæ. Adde Gloss. *in l. ad probationem,C. de probat,*Socin. *Reg.*343. Tiraq. *de retract. lig.*§.32.*glos.unic. n.*16. 1

Gomez,

Gomez. *in l.* 53. *Taur. n.* 36. ubi communem dicit, & aliis juribus comprobat. Molin. *de Hiſpan. prin. lib.* 4. *c.* 4. *num.* 35. Eſcob. *de rat. c.* 14. *n.* 45. Menoch. *lib.* 3. *præſ.* 51. *num.* 43. Matienz. *in l.* 8. *tit.* 11. *lib.* 5. *recop. gloſſ.* 4. Mart. *deciſ. ſeu voto*, 127. *num.* 3. Proſp. Petr. *in Add. ad* Grammat. *deciſ.* 103. *num.* 111. Trentacinq. *var. lib.* 3. *tit. de empt. & vend. reſol.* 1. *num.* 2. D. Tuſch. *verb. emens, concluſ.* 138. *à n.* 1. ubi latè ampliat, & limitat. Fontanel. *clauſ.* 7. *gloſſ.* 3. *p.* 13. *n.* 27. 2. *tom.* ubi alios laudat. Anton. Monach. *deciſ. Lucenſ.* 25. *n.* 58. Ludov. Cenſ. *poſt tract. de cenſibus, deciſ.* 149. *n.* 1.

2 Amplia 1. etiam ad rem emptam per ſocium, vel fratrem ex pecunia communi nomine proprio: vide Add. ad Gloſ. 3. *l.* 7. *tit.* 10. *infra*, ubi latè Matienz. *num.* 2. Tuſch. *num.* 7. Trentacinq. *à num.* 2. *ubi prox.*

3 Amplia 2. ad rem emptam ex pecunia depoſita ad emptionem prædiorum, *l. ſi pecunia, Cod. de rei vendic.* ubi nullam actionem ad rem emptam domino pecuniæ depoſitæ competere reſpondit Imperator. Molin, *d. lib.* 4. *c.* 4. *n.* 35. *verſ. nihil tamen*, ubi loquitur de pecunia depoſita, vel ſi ex illa in locum alterius rei venditæ alia emeretur, & ſubrogaretur in majoratu.

4 Nota 2. quòd res empta in dubio præſumitur pro emente empta, & non pro eo, cujus eſt pecunia. Adde *l. ut magis, ff. de ſolut. l. ſi ita ſtipulatus*, §. *Chriſogonus, ff. de verb. oblig. l. Titium, & Mevium*, §. *Præfectus, ff. de adminiſtr. tit.* ubi eum ſic ſummat Bart. Alex. *conſ.* 132. *num.* 8. & 134. *num.* 6. *lib.* 5. Dec. 213. *num.* 11. 446. *num.* 2. & 3. Pariſ. 84. *num.* 9. *lib.* 1. Cravet. 129. *à num.* 2. Matienz. *in l.* 2. *tit.* 9. *gloſſ.* 1. *num.* 14. & 38. *lib.* 5. *recop.* Eſcobar. *c.* 14. *num.* 33.

Actus enim, qui poteſt geri nomine proprio, & alieno, in dubio nomine proprio geſtus cenſetur ſecundùm Bart. *in l. gerit*, 3. 4. *princ. verſ.* 2. *modo, ff. de acq. hæred.* Matienz. *ubi ſupr.*

5 Domino pecuniæ, quæ actio ad ejus recuperationem detur? dic quòd poterit eam ab emptore repetere, *ex ſuprà citatis*; ſi non ſit ſolvendo, in ſubſidium poterit, ad rememptam agere, licet non ſit ei obligata. Vide *gloſ.* 4. *l.* 54. & *ib.* Addit. *infra*, & ad Gloſſ. 7. *num.* 18. *hac l.*

6 Limita ex Gloſ. *bic*, principalem concluſionem, quando emptor interpoſitus eſſet ad emendum ab eo, cujus eſt pecunia: nam tunc ejus nomine emiſſe præſumitur. Adde Eſcob. *in d. num.* 33. & Addit. Gloſ. 5. *num.* 9. *l. antec.* ſi ſimulate nomen ementis appoſitum fuit, res empta ex pecunia aliena non efficitur ementis, *l.* 3. *in princ. C. ſi quis alteri, vel ſibi.* Caſtrenſ. *in l. multum, n.* 3. Ludov. Cenc. *poſt tract. de cenſib. n.* 2. & 3. ubi ſimulationem probari reſolvitur ex confeſſione partium, & recognitione bonæ fidei.

7 Nota 3. ex Gloſ. quòd in dubio pecunia ſoluta pro re empta, ſolventis eſſe præſumitur. Adde Bar. *in l.* 2. *notab. C. pro ſocio, l. ſi defunctus, Cod. arbit. tutelæ.* Barbat. *conſ.* 22. *num.* 2. *vol.* 1. Roman. *ſing.* 440. *verſ. emeram rem.* Abb. *conſ.* 46. *omnipotentis Dei, n.* 3. *verſ. circa* 3. *lib.* 1. Cæpol. *caut.* 138. *ſi unus ex fratribus.* Bart. *in l. ſi patronus, num.* 4. *verſ. aut dubitatur, C. commun. utr. jud. & ibi*, Bald. *num.* 1. *& in l.* 1. *in fin. Cod. ſi quis alteri, vel ſibi.* Alexand. *conſ.* 78. *à num.* 4. *lib.* 2. Corn. 98. *num.* 10. *lib.* 4. Dec. 348. *num.* 4. Maſcard. *concl.* 612. *num.* 4. & 5. Matienz. *in l.* 2. *tit.* 9. *gloſſ.* 1. *num.* 36. *lib.* 5. *recompil.* Eſcobar. *de rat. c.* 14. *num.* 34. Surd. *deciſ.* 15. *num.* 1. Brun. à Sole *in loc. comm. verb. emptio, num.* 13. *in fin.* Mantic. *lib.* 4. *tit.* 22. *à num.* 17. ex quo ſequitur, quòd ſi quis emat proprio, & fratris nomine, ſi ſolvat pretium, videtur de propra pecunia ſolvere, & partem pecuniæ poteſt à fratre repetere. Dec. *conſ.* 237. *n.* 5. Rolan. 4. *lib.* 4. Rom. *d. ſing.* 440. Surd. *d. n.* 1. alios refert.

Amplia procedere etiam in eo, qui alienas res 8
adminiſtrabat: nam ſi erat vir induſtrioſus, vel poſſidebat bona, præſumitur acquirere de proprio, & non de alieno, *l. ſi defunctus*, C. *arb. tutelæ.* Gloſ. *verb. ex ejus ſubſtantia, in l. cum oportet, C. de bon. quæ liber.* Roman. *conſ.* 13. 1274. & 346. *num.* 16. Alexand. 134. *in fin. vol.* 5. Corn. 122. *col.* 3. *verſ. nec ergo, vol.* 2. & 98. *col.* 4. *verſ. cenſetur, vol.* 4. Joann. Amicis, 124. *num.* 7. Dec. 21. *num.* 10. & 628. *n.* 2. Cravet. 129. *num.* 2. 3. & 4. 131. *num.* 12. Pariſ. 80. *num.* 7. 21. 22. & 26. *lib.* 1. Surd. *deciſ.* 15. *num.* 2. Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 52. *num.* 1. Maſcard. *concluſ.* 53. *num.* 4. & *à num.* 1. alias præſumptiones tradit Peregr. *de jur. fiſci, lib.* 6. *tit.* 3. *à num.* 7. ubi quando adminiſtrator, vel officialis rerum fiſcalium 9
ex eis præſumatur ditatus. Farinac. *in fragm. verb. adminiſtrator, à num.* 35. ubi hanc ampliationem pro regula ponit, & communiter receptam eſſe dicit, & eam late declarat *à num.* 37. & 38. ubi & in adminiſtratore rerum fiſcalium, vel reipublicæ, & officiali procedere inquit, & alios refert.

Limita, quando extant conjecturæ in contra- 10
rium: nam tunc non præſumitur ex propriis bonis emiſſe, Surd. *in d. deciſ.* 15. *n.* 26.

Dives ex brevi tempore factus, qui eſt parum 11
induſtrioſus, præſumitur de alieno acquiſiviſſe, maximè ſi erat pauper, & aliena bona adminiſtrabat. Vide Surd. *ubi ſupr. num.* 10. & 27. Pariſ. *conſ.* 80. *à num.* 12. & *num.* 22. & 23. *lib.* 1. Maſcar. *concl.* 612. *à num.* 18. & *dict. concluſ.* 53. Farinac. *ubi ſuprà, num.* 36. ubi etiam limitat, quando non bonam rationem ſuæ adminiſtrationis reddiderit, & fidelem.

Si vero non conſtat, ex quibus pecuniis ſit res 12
empta, ex pecuniis ad manus mentis perventis empta præſumitur, *l. fin. ff. de privil. credit.* Magon. *deciſ. Florent.* 16. *num.* 6. Rota Avenionenſ. 65. *n.* 4. Giurb. *deciſ.* 111. *num.* 20. *in fin.* qui in prin. *d. numeri*, ex emptoris brevitate, quòd emptio ex pecunia habita facta præſumatur, multorum auctoritate comprobat, inter quos ſunt Urſil. ad Afflictum, *deciſ.* 369. *n.* 10. Capic. *deciſ.* 194. *num.* 15. Peregr. 2. *num.* 3. Magon. *d. n.* 5. & alios adducit. Giurb. *n.* 22. *ubi ſupr.* & de probatione, quòd aliunde habere non potuit.

SUMMARIUM.

1 *Res empta ex pecunia militis ipſi acquiritur, etſi emens non ſit ipſius procurator.*
Contrarium, & de aliis privilegiis militum, & an idem in Clerico ſit dicendum, n. 2. & 3.

4 *Militi in re empta ex ſua pecunia datur tacita hypotheca.*

5 *Hoc privilegium competit ſolum illis, qui dant operam rei militari; & militibus armatæ militiæ, & quæ requirantur, ut quis miles dicatur, num.* 6.

7 *Milites qui actu militant, & qui vacant armis, gaudent militum privilegiis.*

8 *Item, & magnifici domini, qui dediti ſunt exercitiis armorum.*

9 *Item civibus stipendiariis, qui in exercitio armorum se exercent.*

10 *Item militibus navalibus.*

11 *Item illis, qui in servitio Regis morantur.*

12 *Item militibus ordinum militarium.*

13 *Et qui ad utilitatem exercitus in eo sunt: Et Medici an militum privilegiis gaudent, & alia de militibus, & eorum privilegiis.*

ADDIT. GLOSS. II. &c.

1 AD Gloss. 2. Nota ex text. limitationem ad regulam, de qua in Addit. *Gloss. antecedentis*, scilicet in re empta ex pecunia militis: nam si ex ejus pecunia res ematur, statim sua fit, & talis res, & ejus dominium loco pecuniæ succedit militis favore, nisi potius vellet agere ad pecuniam, *l. ut proponis, C. de rei vend.* & *ibi*, Gloss. ord. & communiter DD. Gomez. *in l. 53. Taur. num. 68. vers. Primus.* Socin. *reg. 143. lim. 3.* Trent. *tit. de empt. resol. 1. n. 4. vers. 1.* Ayal. *de jure bel. lib. 3. c. 7. n. 7.* ubi alia privil. militum refert.

2 Amplia 1. ex Gloss. etsi emptor non sit procurator, vel administrator militis, sed extraneus, ex magis recepta opinione, quam *hic* Gloss. sequitur. Adde Gomez. *in d. n. 68.* ubi duas contrarias opiniones etiam refert, & hanc sequitur.

3 Contrariam sequitur ex Bald. Trentac. *ubi sup.* & nititur optima ratione, & ex Bar. Abb. privilegium militis extenditur ad Clericum.

4 Amplia 2. in re empta ex pecuniis militis, quòd etiam ei datur tacita hypotheca pro exactione ejus, cum prælatione omnibus aliis creditoribus. Vide Addit. ad Gloss. 2. *l. 30. tit. 13. hac p. num. 3.*

5 Nota 2. ex Gloss. *vers. similiter, & de jure communi*, quòd privilegium hujus legis non competit omnibus militibus, sed tantùm illis, qui dant operam rei militari, & vacant armis; & non illis, qui stant in domibus inermes, & in delitiis. Adde ultra antiq. Paris. de Puteo, *de re militari, lib. 7. §. nobilis à progenitorib. num. 8.* Perez. *in l. 1. tit. 1. lib. 4. ordin. pag. 763. vers. ex quibus infertur.* Avend. *in diction. verb. Cavalleros, vers. item milites.* Mantic. *de conject. lib. 6. tit. 1. à num. 34.* ubi tradit, quòd non gaudent, nisi qui actu militant. Vincent. Carroc. *de locat. 2. p. rub. quibus non est permiss. conductores esse, num. 3.* Gomez. *in l. 53. Taur. num. 68. vers. unum tamen est.* Gam. *decis. Lusit. 366.* & ibi, Flores de Mena, *in addit.* Hering. *de fidejuss. c. 7. à num. 161.* Thesaur. *decis. Pedem. 111. num. 5.* Neguss. *de pignor. 2. memb. 5. p. num. 20.* Statil. Pacif. *de Salvian. interd. injunct. 3. c. 2. num. 634.* Sfortia *de restit. in integr. 1. p. q. 6. art. 6. n. 18.* Guttier. *de jur. confir. 1. p. c. 6. num. 9.* Farin. *in frag. verb. concubina, n. 568. & 569.*

6 Nota 3. ex Gloss. *in vers. sed quæro*, quòd milites armatæ militiæ hoc gaudent privilegio, & quæ requirantur, ut quis miles dicatur. Adde Perez. *in d. l. 1. tit. 1. lib. 4. ordin. vers. quæritur, quis dicatur miles, & in fin. vers. quæro quot sint genera*, ubi tria esse genera militum dicit: & Balt. Ayala, *lib. 3. de jure belli, c. 4. num. 3.* ubi hos milites esse dicit, qui Sacramento rogati, adactique, & in numeros relati sunt. Mascard. *de probat. conclus. 1058. num. 8.* Matienz. *in l. 6. tit. 17. lib. 5. recop. gloss. 2. n. 2.* Garc. *de nobilit. gloss. 2. n. 34.* Avend. *in d. verb. cavalleros.* Pichard. *in rubr. inst. de re milit. num. 7. 13. & 16.* Villa. *in rubr. tit. 2. lib. 9. fori just. n. 51. & in c. ibi, n. 7. & relati supr.*

Nota 4. quod hodie, etsi ordo, & solemnitas desierit esse in usu, milites, qui actu militant, & vacant armis, gaudent hoc, & aliis privilegiis militibus concessis: & adde Paul. *cons. 414. num. 2.* Perez. *ubi supr. vers. aut loquitur.* Mantic. *lib. 6. tit. 1. num. 32.* Sfortia, *d. num. 18.* Tusch. *verb. milites, concl. 232. num. 2. & 4.* Padil. *in l. 1. C. de juris, & facti ignor. num. 12. vers. ex istimo sane.* Minsing. *in rub. inst. de milit. testam. num. 4.* & *ibi.* Pichar. *n. 16. & 17.* Villadieg. *dict. num. 51.* Farin. *d. num. 569.* & Gam. & alios *suprà* citatos; & hæc est verior, & tenenda, licet plures contrariam sequantur, quos referunt, & sequuntur Bobadil. *in polit. lib. 4. c. 1. num. 14.* Baëça *de inope debitore, c. 16. num. 88.* ubi solùm, qui militant, privilegiis gaudere dicit, nisi aliud admittat consuetudo. Quatenus milites nostri temporis cum veteribus militibus comparari queant. Vide quos refert Hering. *de fidejuss. c. 7. num. 192.* Capel. Tholos. *decis. 141.* & Steph. Aufr. *& decis. 130. pag. 414.* ubi tradit 4. modos, quibus militia probatur. 7

Amplia 1. ex Gloss. *hic*, procedere in magnificis dominis, qui dediti sunt exercitiis armorum. Adde Mantic. *tit. 1. n. 38.* ubi alios allegat, & declarat procedere in Regibus, Ducibus, & aliis, qui potestatem habent derogandi juri communi, & alios laudat, & *num. 39.* agit de Regibus, & Principibus. 8

Amplia 2. ex Gloss. *in vers. & adde ad hoc pulchrum dictum*, privilegia militibus concessa etiam competere civibus stipendiariis, qui exercitium armorum exercent. Adde Avendann. Gomezium, *num. 68.* Guttier. Villadieg. *d. l. 1. num. 7. ubi supr.* & de his militibus, qui sunt in certo loco belli causa parati pro defensione Reipublicæ, vel Principis latè agit Alvar. Valasc. *decis. seu consul. 104. n. 33.* Fontanel. *de pact. nupt. claus. 3. gloss. 3. num. 17. 18. & 19.* ubi multis auctoritatibus comprobat privilegiis militibus concessis gaudere debere: & cum casus de facto incidisset in Senatu Cataloniæ, quemdam militem stipendiarium suæ Majestatis in navalibus illius civitatibus relaxandum esse à catceribus, in quibus pro debito civili detinebatur, contendisse dicit, & non potuisse obtinere, quia huic privilegio renuntiaverat; vide eum. 9

Amplia 3. ex Gloss. *in vers. etiam Navali*, quòd hoc privilegium etiam navalibus, & pedestribus militibus competit, & alia militibus concessa. Adde Fontanel. & alios *supr.* citatos, Vasq. Mench. *de succes. creat. §. 30. num. 14.* ubi de milite navali plura refert. 10

Amplia 4. ex Gloss. *in vers. similiter, & militantes*, ad milites, qui in curia, vel in servitio Regis morantur: nam & hi privilegiis militum gaudent. Adde Avend. *verb. Cavalleros, vers. item milites.* Perez. *in l. 1. tit. 1. lib. 4. ordin. vers. ex quibus infertur*, Baëç. *d. c. 16. num. 87.* & *l. 29. & 31. tit. 14. infra hac p.* & *ibi* Addit. Padil. *in l. 1. C. de juris, & facti ignor. n. 12. in fin.* 11

Amplia 5. extra Gl. ad Armigeros, hoc est, *hombres de armas de la guarda de Castilla, o del Reyno de Granada*, & Gomez. *n. 68.* Perez. Avend. Guttier. *ubi supr.* 12

Amplia 6. ad milites D. Joan. Perez. *in vers. ex quibus.* Baëç. *n. 88.* Guttier. *n. 8.* ubi ampliat ad milites Sancti Jacobi, & de Alcantara. Et quid de his, qui causa exercitus, & utilitatis illius in bellum eunt, licet non militent, ut Doctores, Quæstores Judices, Medici, & his similibus. Vide Sfort. Odd. *d. q. 6. à n. 19.* 13

Alia

Alia de militibus, & de eorum privilegiis, vide Avend. & Villadieg. *ubi supr.* & Ayal. *lib.* 3. apud quem, & Bobadil. *lib.* 4. *c.* 6. *n.* 67. *&* 68. vide quis eorum judex sit.

SUMMARIUM.

1 *Re empta per curatorem, tutorem, seu administratorem ex pecunia minoris efficitur minoris, si velit vendicare.*
Idem si ex pecunia furiosi, seu prodigi, & ad hæredes ipsorum hoc privilegium transit, n. 2. *&* 3.
Secus si pro parte velit eas vendicare, n. 8.
Seu si res sit feudalis, n. 9.
4 *A tutore, si ex pecunia pupilli redemit censum, potest minor annuum reditum cum reditibus repetere.*
5 *Res empta ex pecunia minoris per extraneum an efficiatur minoris, seu ei detur tacita hypotheca in re cum prælatione, n.* 6. 7.
10 *Si lucratus sit cum pecunia minoris, minor non poterit totum lucrum petere.*
11 *Minoris non efficitur res empta ex pecunia redacta ex sua re. Pecunia redacta ex re furtiva non dicitur furtiva.*
12 *Pecunia ex quibus fuisse minoris præsumatur.*
13 *Tutor non præsumitur ditatus si inops suscepit officium.*
Secus in matre tutrice, n. 14.

ADDIT. GLOSS. III.

1 AD Gloss. 3. & 4. Nota 1. quòd res empta per tutorem; curatorem, seu administrationem nomine proprio ex pecunia minoris efficitur minoris, si minor eam velit vendicare. Adde *l. si ut proponis, C. de rei vendic.* & *ibi*, Gloss. 1. Bart. *num.* 1. Paul. *num.* 2. Bald. *num.* 6. *in l. si patruus, C. commun. utrius judic.* Bart. *in l. Titium, & Mevium*, §. *altero, vers. quæro, ff. de administr. tutor.* Paris. *cons.* 86. *num.* 17. *&* 18. ubi alios laudat. Gomez. *in l.* 53. *Taur. n.* 36. Baëz. *de decim. tutor. c.* 18. *num.* 24. Mascard. *de probat. conclus.* 612. *num.* 7. Trentacinq. *variar resolut. lib.* 3. *de empt. & vend. resol.* 1. Guttier. *de tutel.* 3. *p. c.* 1. *num.* 83. Barbos. *in* 3. *p. rubr. num.* 44. *ff. sol. matr.* Escobar. *de ratiocin. c.* 14. *num.* 34. Mantic. *de tacit. conv. lib.* 11. *tit.* 14. *n.* 1. Petram, *in addit. ad Gramat. decis.* 103. *num.* 112. *&* 113. Tusch. *litt. E. concl.* 140.

2 Amplia 1. hanc limitationem procedere etiam in re empta ex pecunia furiosi, vel prodigi, cui bonis interdictum est, vel alterius, qui sub cura sit. Adde Gloss. singul. *in l.* 2. *Cod. quando ex fact. tutoris.* Everard. *in locis legalib. in loco de minorib. ad furios. prodig. mente, c.* 70. *num.* 4. *vers. ex illo sequitur.* Gomez. *vers.* 2. *casus.* Guttier. Trentacinq. *ubi supr.*

3 Amplia 2. ad hæredes minoris hoc privilegium transire ex Paris. & aliis, *ubi supr.*

4 Amplia 3. si tutor non emit rem ex pecunia pupilli, sed redemit censum quem solvebat ad rationem quatuordecim, cum pecunia pupillari: nam si eo tempore potuit pecuniam pupillarem in emptionem alterius census collocare pro eodem pretio, pro quo censum redemit, erit in electione minoris petere annuum reditum redemptum ex sua pecunia cum reditibus, ut latè comprobat Escob. *n.* 40. *&* *n.* 34. *in princ.*

Limita 1. in re empta per extraneum ex pecunia pupilli: nam non efficitur minoris, cujus erat pecunia. Adde Gomez. *n.* 56. Barbos. *n.* 84. *&* 85. Guttier. *n.* 85. Trentacinq. *vers. contra.* Escob. *n.* 36. qui alios referunt. Mascard. *num.* 8. Petra, *num.* 112. Tusch. *num.* 3.

Amplia etiam in subsidium, emptore facto non solvendo, minori non dari rei vendicationem ad rem emptam ex sua pecunia ex Gloss. *hic*, quam sequuntur Barbos. Guttier. *num.* 85. *cum* 4. *seqq.* ubi contrariis satisfacit. Trentacinq. & Escobar. *ubi supr.*

Contrariam opinionem, scilicet quòd minori 6
detur rei vendicatio cum Bart. *in l. si ut proponis, C. de rei vend. & in l. filiæ, num.* 1. *per text. ibi, ff. de solut.* & *ibi*, Paul. *num.* 2. tenent Negus. *de pignor.* 5. *p.* 1. *memb. num.* 40. *vers. præterea*, ubi eam dicit magis æquitatis juri consonam. Paris. *cons.* 80. *num.* 20. *lib.* 1. ubi alios laudat. Gomez. *in dict. l.* 53. *Taur. num.* 36. *vers. quod subintellige.* Mascard. *dict. conclus.* 612. *num.* 9. & fundamenta hujus opinionis refert Guttier. & Anton. Negus. *ubi supr.*

Gloss. *hic*, & relati pro prima dicunt, minori in 7
hoc casu competere tacitam hypothecam in re empta ex sua pecunia, cum prælationis privilegio aliis creditoribus anterioribus expressam hypothecam habentibus: de quo vide *l.* 25. & Addit. ad Gloss. 1. *&* 2. *l.* 30. *tit.* 13. *infra hac p.*

Limita 2. si tutor, vel curator plures possessio- 8
nes ex pecunia minoris emit, & minor pro parte eas velit, & pro parte suam pecuniam cum usuris, nam non erit audiendus, nisi omnes possessiones capiat. Baëz. *de decim. tuto. c.* 18. *n.* 24. Escob. *d. c.* 14. *n.* 34. *vers. quod si plures.* Rodr. *de annuis redit. lib.* 3. *quæst.* 10. *num.* 6.

Limita 3. si per tutorem, vel curatorem cum 9
pecunia pupilli, vel minoris ematur res feudalis: nam tunc minoris non efficitur, ut latè fundat Petr. *in addit. ad Gramm. decis.* 103. *num.* 114. quia assensus est stricti juris, & non extenditur de persona in personam, & agitur de domini interesse.

Limita 4. si tutor, vel curator rem in specie 10
cum pecunia minoris non emit, sed aliter cum ea multas pecunias superlucratus est: nam tunc non poterit minor totum lucrum petere, sed tantùm suam pecuniam cum legitimis usuris. Escobar. *dict. c.* 14. *num.* 37. 38. *&* 39. ubi etiam resolvit quæstionem de administratore, qui pecuniam à Rege, vel Republica recepit, & eam in suos usus convertit.

Limita 5. si res ematur ex pretio rei minoris, 11
seu pupilli, quia tunc non efficitur minoris, nec eam vendicare poterit, sed emptori quæritur: nam multum differt, aliquid esse emptum ex pecunia pupilli, vel ex pecunia redacta ex venditione rerum pupilli, ut tradit Gloss. Bart. & alii, *in dict. l. Titium, Mevium*, §. *altero. ff. de administrat. tutor.* Gloss. *in l. si patruus, C. commun. utriusque judic.* & *ibi*, Bald. Salyc. & Paul. Corn. *cons.* 213. *col.* 2. *&* 3. *vol.* 3. Paris. 80 *num.* 10. *lib.* 3. Menoc. 213. *num.* 66. Surd. *decis.* 15. *num.* 6. Trentacinq. *vers. secundo, ubi supr.* Tusch. *litt. E. conclus.* 140. *num.* 9. *&* 10. Et est ratio quoniam pecunia redacta ex re furtiva non dicitur furtiva, *l. qui vas*, §. *fin. de furtis, l. quemadmodum*, §. *si servus, ff. de Noxali*; & quia pecunia redacta ex re communi non dicitur communis. Bald. & Salyc. *in dict. l. si patruus,*

Alexand.

Alexand. *conf.* 30. *num.* 5. *vol.* 2. Paris. *dict. conf.* 80. *num.* 11.

12 Pecunia, ex qua res empta fuit, fuisse pupilli, vel minoris, ex quibus præsumatur. Vide Paul. Paris. *à num.* 18. *& num.* 22. *& 23. ubi supr.* & Add. ad Glos. 1. *supr.* Mascard. *de probat. conclus.* 612. *à num.* 28. ubi nonnullas præsumptiones refert, & *conclus.* 53. Tusch. *litt. S. conclus.* 337. Giurb. *decis.* 111. *num.* 20. ubi brevitate temporis præsumi dicit.

13 Tutor, qui tutelæ onus inops suscepit, si finita tutela dives evasit, ex pecuniis pupilli non præsumitur dictatus, *ex l. si defunctus*, ubi notant Gloss. & DD. *C. de arbitr. tutel.* Cremensis, *singul.* 6. *vers. sed quid id in tutore.* Alexand. *conf.* 62. *num.* 13. & 14. Fatin. *consil.* 7. *num.* 10. & 96. *num.* 7. & *seq. lib.* 1. & *in fragm. vers. administrator, num.* 39. & 40. ubi limitat in matre vidua, & tutrice, quæ ex pecuniis pupilli filii sui acquisiviſſe præsumitur, ex Alexand. *num.* 14. *ubi supr.* Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 51. *num.* 39. Paris. *conf.* 80. *à num.* 8. *lib.* 1. ubi de communi testatur, & contrariis respondit Mascard. *concl.* 30. *n.* 5. *vers.* 2. *intellige.* Cavalc. *de tutore, & curat. num.* 223. & 224. Bursat. *conf.* 209. *num.* 24.

Nota ex Gloss. 3. quòd minor, Ecclesia, seu miles possunt ante sententiam, seu executionem convenire debitorem sui debitoris, si ex pecunia sua descendat debitum. Vide Addit. ad Gloss. 2. *l.* 23. *tit.* 13. *infr. hac part.* ubi latè quando debitor debitoris possit conveniri.

SUMMARIUM.

1 *Res empta per Prælatum, seu œconomum ex pecunia Ecclesiæ, Ecclesiæ acquiritur.*

De minori ad Ecclesiam valet argumentum, num. 2.

Contrahentes non possunt facere, quòd in eorum contractibus dispositio legis non habeat locum.

ADDIT. GLOSS. V. &c.

1 AD Gloss. 5. & 6. Nota 3. limitationem ad regulam, de qua in additione Gloss. 1. scilicet quòd res empta ex pecunia Ecclesiæ per Prælatum, œconomum, administratorem, vel syndicum nomine proprio acquiritur Ecclesiæ. Adde Bald. & Salyc. *in l. si ut proponis, Cod. de rei vend.* Socin. *in regul.* 343. *in* 5. *fallent.* & idem sequi videtur Tiraq. *de retract. lign.* §. 32. *gloss. unic. num.* 16. Gomez. *in l.* 53. *Taur. num.* 36. *vers.* 3. *casus est.* Petr. *in addit. ad Grammat. decis.* 103. *num.* 101. ubi eam contra Lupum *alleg.* 72. *num.* 1. sequitur Mascard. *de probat. conclus.* 5. & 6. ubi limitat, quando ab alio, quàm ab administratore sit emptio. Tiraquel. *de privil. piæ causæ, privil.* 120. ubi ad pias causas extendit, & alios allegat. Tusch. *litt. E. concl.* 139. *à num.* 1. ubi latè declarat, & limitat, & *concl.* 138. *num.* 29. & 30.

2 Amplia, & limita, ut in Gloss. *anteced.* nam de minore ad Ecclesiam, valet argumentum, ut late comprobat Everard. *in locis legal. in loco de minoribus ad Ecclesiam.* Bernard. *regul.* 219. Mench. *contro. usufreq. lib.* 1. *c.* 9. *per tot.* ubi latissimè.

Nota ex Gloss. *in vers. & quid, si sit actum*, quòd contrahentes non possunt facere, quòd in eorum contractibus legis dispositio non habeat locum. Adde Tiraquell. *de retract. lign.* §. 9. *gloss.* 2. *num.* 59. ubi tradit, quòd non possunt contrahentes facere tacitè, nec expressè, quòd retractus non habeat locum, *l. nemo potest, ff. delegat.* 1. & DD. *ibi*

SUMMARIUM.

1 *Emptum per maritum de pecunia dotali ex consensu uxoris efficitur uxoris: & an ejus utilitas debeat concurrere?*

2 *Si pecunia non est dotalis, etsi uxor consentiat, non efficitur dotalis, etsi sit minor.*

3 *Emptum ex pecunia dotali sine uxoris consensu, vel non dotali in subsidium, quando vir non est solvendo, efficitur dotale.*

4 *Idem, etsi ab extraneo fuisset emptum, dum de pecunia dotali.*

5 *Emptor rei emptæ ex pecunia dotali uxoris, vel extraneus emens pecuniis dotalibus, si conveniantur ab uxore rei vendicatione liberantur, si æstimationem offerant.*

6 *Rei emptæ à marito, & uxore dominium, cui acquiratur? & ex qua pecunia præsumatur facta, etsi simul petant aliquid sibi dari, an utrique actio acquiratur? num.* 7. & 10.

8 *Uxor emens rem nomine suo, cui acquiratur, & ex quibus pecuniis emptio præsumatur facta.*

9 *Si uxor secunda concurrat cum filiis primæ ad exactionem dotis, si bona mariti non sufficiunt, & in primo matrimonio nihil lucratum fuit, sed dos prima fuit deperdita; & in secundo matrimonio lucratum fuit, an prior dos sit præferenda, etsi ad ipsius satisfactionem omne capitale mariti, cum lucris constante secundo matrimonio factis, & dos secundæ consumatur; an vero secunda præferatur primæ, & defenditur secundam præferri, & in quibus bonis præferatur.*

In uxorem transfertur possessio rerum emptarum constante matrimonio.

Uxor, seu ejus hæres tenetur marito, seu ejus hæredi pretii medietatem bonorum, quæ non fuerunt lucrata, solvere.

In maritum, & uxorem de jure regio inest tacita societas.

Creditores mariti, qui ante matrimonium cum marito contraxerunt, non debent admitti ad bona acquisita constante matrimonio, quæ attinent ad uxorem.

Refertur cautela ad obviandam hanc contrarietatem.

Emptum à Thesaurariis Regiis, vel ab administratoribus bonorum fisci, vel annonæ ex pecunia Regis, vel annonæ sit fisci, & annonæ.

10 *Officialis fisci, si dives sit effectus, an ex pecunia fiscali præsumatur?*

11 *Si emptor vendat rem emptam ex pecunia minoris, fisci, Ecclesiæ, vel militis, eis servatur dominium.*

12 *In electione eorum est agere ad rem ex pecunia sua emptam, seu ad pecuniam.*

ADDIT. GLOSS. VII.

AD Gloss. 7. & 8. Nota 4. limitationem ad regul. de qua in Gloss. 1. *supr.* ex text. *hic;* Scilicet quòd emptum per maritum nomine proprio ex 1

pecunia

pecunia dotali de consensu uxoris efficitur uxoris, & ei dominium acquiritur. Adde Socin. *regul.* 343. *vers. fallit.in re empt.* Gomez. *in l.*53.*Taur.num.*36. *vers. quid autem in re,* ubi declarat, Honded. *cons.*41. *num.*27. *vol.*1. ubi dicit, quòd copulativè requiritur consensus uxoris, & utilitas, & 14. *num.*56. Roland. 86. *num.* 15. *lib.*4. Alvan. 451. *num.* 37. & 746. *num.*1. Guttier. *lib.*3. *quæst.*87. *num.*4. & 18. & *de tutel.*3.*p.c.*1.*num.*87. Barbos. *in rubr. ff. solut. matrim.*3. *p.num.*78. & 79. ubi resolvit consensum uxoris, & ejus utilitatem requiri, aliàs consensum per se non sufficere ad liberationem mariti, si ei utilis non sit, quem vide *in num. seq.* ubi latè, maximè *num.*85. & 86. ubi iterum eam reassumit. & declarat Giurb. *decis.* 111. *num.*16. plures refert Tusch. *litt.E.conclus.*138. *num.*39. & 40. Matienz. *in l.*2. *tit.*9. *lib.*5. *recop. glos.*2.*num.*4. ubi idem esse ait, si fundus dotalis cum alio permutetur, vel si ex pretio fundi alterius ex conjugibus venditi alius ematur: nam tunc in ejus locum subrogatur, & commutatus cum primo esse censebitur, & alios laudat. Quod intellige, si conjugum consensus intervenit & utile sit mulieri, *l. si lapidicinis, ff. de jur. dot.* Glos. *in l. ex pecunia, Cod. de jur. dot.* ubi declarat, & sentit Bart. *in rubr. ff. solut. matrimon. num.*20. Socin. Jun. *p. ult. num.* 22. Barbos. 3. *p. num.*73. Barz. *decis.*27.*num.*23. Guttier. *d.quæst.*87. *num.* 4. & 18.

2 Nota ex Glos. si pecunia non est dotalis, etsi uxor consentiat rem emptam non effici uxoris. Add. Socin. *d. reg.* 343. Alex. Raud. *decis. Pisan. post feudal.*1. *n.* 24.

Amplia, etsi uxor sit minor 25. annor. emptum ex pecunia uxoris ei non acquiri, nec dominium rei emptæ in eam transire, ut contra Glos. 2. *ad fin. in l. ex pecunia,* 12. *de jur. dot.* tradit Barbos. *ubi supr. num.* 84.

3 Nota 3. ex Glos. 8. emptum ex pecunia non dotali, sine uxoris consensu, vel ex pecunia non dotali, quæ marito ab uxore fuit donata, vel aliàs erat uxoris propria in subsidium, quando vir non est solvendo, effici dotale, & uxori dari rei vendicationem. Adde, *l. res, quæst.* 55. *ff. de jure dot. l. uxor marito,* 56. *de donat. inter l. si mulier, ff. de pact. dot.* Bart. *in l. si cum dotem, ff. solut. matrimon.* Bald. Novel. *de dote, part.*7. *privileg.*15. Campeg. *de dote,*4.*p.q.*8. Roland. *cons.*86.*n.*2. & 15. *lib.*4. Cost. *de remed. subsid. remed.*61.*n.*3. Marc. *decis.*508.*n.*24. *p.*1. Mart. *vot.*127.*n.*5. Tusc. *litt. D. concl.*726.*n.*13. & *litt. E. concl.*141.*num.*7. & 8. & 138. *num.*42. *cum* 4. *seq.* ubi materiam subsequitur. Guttier. *d.n.* 4. & 18. & *de tutelis,*3.*p.c.*1.*num.*88. *vers. non obstat* 2. Barbos. *num.*76. *ubi supr.* ubi agit de conciliatione, *l. ex pecunia,*12. *C. de jure dot. & l. res quæ, ff. eodem;* quem vide, *à num.*73. ubi eruditè hanc materiam explicat, & *in num.*85. *col.* 2. *vers. similiter,* ubi *d. l. uxor marito,* procedere inquit in re empta ex pecunia uxoris, etsi non sit dotalis, nec viro ab uxore donata, quia in utroque casu militat eadem ratio, scilicet quòd maritus non fuit effectus dominus pecuniæ, contra Bald. quem, *ibi,* allegat. Giurb. *d. decis.*111. *n.*15. ubi alios plures refert, qui in hac sententia conveniunt. Monach. *decis. Lucens.*42. *n.* & 6.

4 Amplia ex Glos. *hic,* etiam si emptio ex pecunia dotali ab extraneo, & non à marito fieret. Adde Guttier. *d.c.*1.*n.*89. Barbos. *ubi proxim.n.*85. *vers. & juxta hoc,* ubi agit de quæstione, utrùm decisio, *d. l. uxor marito,* procedat non solùm in re empta ex pecunia uxoris per maritum, sed etiam à quacumque alia persona, & causa datis paribus terminis.

Nota 4. ex Gl. quòd si extraneus, qui emit ex pecunia dotali, vel cui maritus rem emptam ex pecunia uxoris vendidit, conveniatur in subsidium ab uxore, quia maritus non est solvendo utili actione in rem, liberatur à rei vendicatione, si æstimationem offerat; & vide addita ad Glos. 2. *l.* 34. & ad Glos. 3. *l.*18. *tit.*13. *infr.* Barbos. *in d.*3.*p. rubr.n.*87. quem vide, *à num.* 85. ubi disputat, utrùm contra tertium detur rei vendicatio, & dispositio, *dict. l. uxor marito,* ad quoscumque alios, quorum pecunia res empta sit, si debitor non est solvendo extendit. 5

Sed extra Glos. quæro, si maritus, & uxor simul emunt prædium, vel domum, cui dominium acquiratur, & ex cujus pecuniis emptio facta videatur, hanc quæstionem examinat Cacher. *decis.* 140. *per tot.* Mantic. *d. tacit. conven. lib.*4. *tit.*22. *à num.*4. *usque ad num.*8. & pro utraque parte tam affirmativa, quàm negativa fundamenta afferunt, & tandem concludunt, quòd utrique eorum pro dimidia dominium acquiritur, & hanc veriorem, & receptam dicunt: Et probari *in l.*1. & *in l. multum interest, vers. nam si quidem, C. si quis alteri, vel sibi,* ubi uxori, quæ emit prædium nomine suo ex pecunia mariti, & ei traditum fuit, dominium acquiri deciditur, & quòd marito & ejus hæredibus personalis actio pro pretio contra uxorem, & ejus hæredes datur, & actio ad rem emptam eis denegatur: & idem tenet Bartol. *in l. si ex instrumento, num.* 6. *C. de fide instrument.* Paris. *cons.* 80. *num.*4. & 9. *lib.* 1. Alciat. *de præsumpt. reg.*3. *præsumpt.* 26. *num.* 13. Macerat. *variar. resolut. lib.* 2. *resol. fin. casu* 47. ubi dicit, quòd neque ad pretium hæredibus competit actio, si maritus in alio instrumento fuit confessus, ex pecuniis dotalibus uxoris emptionem factam fuisse, & contrariis respondit; & quòd dicitur de tota re empta, idem de parte dicendum est, *l. quæ de tota, ff. de rei vend.* Guttier. *de jur. conf.c.*3. *num.*15. *lib.*1. in dubio semper præsumi commune, etsi alter ipsorum dicat rem fuisse emptam ex pecunia alterius ait. Vide addit. Glos. 2. *n.* 25. & 27. *l.* 55. *infr.* 6

Adducunt etiam in confirmationem hujus doctrinæ, quòd si maritus, & uxor conjunctim stipulantur aliquid sibi dari, utrique eorum actio acquiritur, ex doctrina Bald. *in l. si uxor tua, Cod. de cond. inser. col.*2. *vers. idem si stipulatus,* quem sequitur Alex. *cons.*133. *num.*3. *lib.*4. Tellus, *in l.*16. *Taur. n.*25. *vers. sed annuamus.*

In subsidium, si uxor non sit solvendo, marito, & ejus hæredibus conceditur, ut possit rem emptam pecunia sua vendicare, & in hoc casu contrariam opinionem Abb. *in c.* 2. *in fin. de donat.* defendi posse dicunt, & sic Senatum Pedem. sensisse inquit Cacher. & idem tenent Barbos. *dict. num.* 85. *vers. contrariam verò,* ubi tradit, quòd rei vendicatio datur in subsidium, cuilibet etiam extraneo; de quo vide Glos. 4. *l.* 54. *infr. hoc tit.* Tusch. *litt. M. concl.*92.*n.*1. ubi quod tenetur uxor reficere pretium pro sua rata, quia acquiritur ei dominium. Matienz. *in l.* 2. *glos.*2. *l.*9. *n.*6. 7

De quæstione, quando uxor nomine suo emit aliquam rem, cui acquiratur, & ex quibus bonis emisse præsumatur: Vide Joseph. Ludovic. *decis. Perus.* 28. Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 51. Rot. *decis.* 219. *p.*2. *in novissim.* Hieronym. Leo, *decis.*43. Fontanel. *de pact. nupt.* 2. *tom. claus.* 7. *glos.* 3. *p.*15. *num.*32. Monach. *decis. Lucens.*25. *à num.*24. qui 8

qui alios plures recenſent, & de ea latè agunt.

De jure noſtro Regio fundus emptus, vel alia res ex pecunia mariti conſtante matrimonio, quæ quidem pecunia ad matrimonium per ipſum pro ſuo capitali fuit delata, efficitur communis, & ſoluto matrimonio ei datur actio ad integram rem, quam ſuo capitali emit, ſeu ad pecuniam, quam ad
6 matrimonium adduxit, quia per *leg.2. tit.9. lib.5. recop.* omnia acquiſita, & empta per conjuges conſtante matrimonio utrique conjugi acquiruntur, & in dubio omnia bona communia præſumuntur, niſi contrarium probetur, *ex l. 1. ejuſdem tit.* ex quo infert. Guttier. *lib.2. q.117. n.2.* hodie attenta, *dict. l.2.* correctas eſſe, *l. 1. & l. multum intereſt, C. ſi quis alteri, vel ſibi*, ubi emptum ab uxore ex pecunia viri, vel communi erat proprium uxoris, & è contra: & idem tenet Pala. Rub. *rubr. de donat. inter vir. & uxor*, §. 62. *n.4.* licet cogitandum reliquerit. Matienz. *in d. l. 2. gloſſ.2. n. 6. & gloſ.3. n.11. & 13.* & Greg. Lop. *in gloſ.2. l.56. in fin. infr.* Guttier. *de jur. conf.1. p. c.3. num.* 15. ubi dicit, quòd uxor poteſt ſolvere capitale viri, & ſibi retinere lucra, ubi vide Addit. *n....* Molin. *de ritu nupt. lib.3. q.76. n.6.* ubi in ſpecie de hac quæſtione agit, & ſic eam reſolvit, & ſic eſt tenendum, licèt contrarium velit Rod. Suar. *in l.1. tit. de las ganancias, lib.3. fori leg.n.25.* ut teſtatur Valdeſ. in Addit. *l. ad eum in §. 2. limit. litt. B.* ex Matienz. *in d. n.6.* & Guttier. *ubi ſupr.* qui tradit, quod emptum ex pecunia, quæ adducitur ad matrimonium efficitur communis.

9 Ex his inferebam ad deciſionem quæſtionis, quæ in foro quotidie verſatur, cujus facti ſpecies ſic ſe habet. P. contraxit matrimonium cum M. à qua mille aureos nummos in dotem accepit, quæ relictis filiis dote conſumpta, & inope marito deceſſit P. ad ſecundas tranſivit nuptias cum A. quæ ei 500. aureos nummos pro dote dedit in pecuniis, & aliis rebus mobilibus æſtimatis, & ipſe pro ſuo capitali biſcentum aureos ad matrimonium adduxit: hoc matrimonio conſtante, vir & uxor ſimul emerunt quædam bona, & vir nomine ſuo alia bona, & deceſſit. Facto acervo bonorum valor eorum ad 900. nummos aureos aſcendit, ex quibus deductis capitalibus viri, & uxoris, biſcentum aurei lucrati ſunt, ex quibus 100. ad ſecundam uxorem nomine lucrorum ſpectant: filii primi matrimonii pro dote ſuæ matris in omnibus bonis ſecundæ uxori præferri petunt, quorum jus ſine dubio procedere videtur: nam eorum actio eſt anterior cum hypotheca expreſſa, vel tacita privilegiata, ut in rubro, & nigro, *Authen. ut ex actione inſtante dotis primæ, & ſecundæ, viro ad ſecunda vota migrante, præponatur uxor prima, vel ex priori matrimonio filii, collat.7. l.33. tit.13. infra*, & *ibi* Gregor. Lop. *in gloſſ.5.* ubi vide Addita, & adeo recepta eſt hæc doctrina in omnibus tribunalibus, & inter cauſidicos, & calculatores, quòd ſi contrarium aliquis reſponderet, ſomniare, & juris principia ignorare dicent.

Ego verò ſub melius ſentientis correctione uxorem ſecundam pro ſua dote, & lucris primi matrimonii filiis præferendam eſſe cenſeo in bonis ſequentibus: Primò, in bonis exiſtentibus in ſpecie ſuæ dotis, *ex dict. authent. ut exactione inſtante dotis*, §. 1. & ex traditis per me, *in gloſſ.7. d.l.33.* ubi vide Addit. Secundò, in medietate domus, ſeu fundi, qui nomine mariti, & uxoris, ſeu mariti ſolùm fuit emptus, quia etiam de jure communi dominium dictæ medietatis ſtatim fuit ei acquiſitum, ut diximus *ſuprà, num. 6.*

Nec obſtabit dicere, quòd dominium, & poſſeſſio, quæ conſtante matrimonio, transfertur in uxorem, eſt medietatis bonorum, quæ inter maritum, & uxorem lucrifiunt, & non aliorum, & quòd lucrum intelligitur deductis capitalibus tam uxoris, quam viri, & ære alieno, quibus deductis medietas lucri, quæ ad uxorem ſpectat, ſunt centum nummi aurei, pro quibus in bonis lucratis dominium prætendere poteſt. Gregor. Lop. *in gloſſ.2. l. 55. infr. hoc tit. in 4. q. verſ. & facit hoc, & in 3. quæſtione*: nam dominium in uxorem tranſit non ſolum lucrorum, ſed etiam aliorum bonorum, quæ conſtante matrimonio per virum, vel uxorem emuntur, etſi nomine proprio, quilibet eorum, & ſuis propriis pecuniis emptionem fecerit, *ex d. l. 2. tit.9. lib.5. recopil.* ibi, *toda coſa que marido, y muger ganaren, o compraren*; dictio enim, *o* pro *vel* accipitur de ſui natura inter diverſa, & non idem ſignificantia collocatur, ut *in rubr. de acquirenda, vel amittenda hæreditate.* Bartol. *in l. ſupra*, §. *officium in fine, ff. de aqua publ. arcen. & in l. ſi is qui ducenta*, §. *utrum in 6. oppoſit. num.1. ff. de reb. dubiis.* Bald. *in l. filiæ, in 1. oppoſitio. C. de collat.* Alexand. *in rubr. ff. de vulg. & pupill. num.4.* Cevedo, *in præt. qq. ſingul. 29. num.8.* ergo idem dicendum eſt de rebus emptis, quòd de bonis lucratis; & in ſpecie de re empta per maritum propriis pecuniis loquuntur Guttier. Molin. Valdeſ. & Matienz. *ubi ſup. num.* 28. & faciunt tradita *ſupr.* Barboſ. *in l.1. ff. ſolut. matrim.1. p. n.38.* & vide Add. ad Gloſ. *2. l.55. infr. à n.25.*

Tertiò, in bonis emptis per maritum conſtante hoc matrimonio pro reſiduo ſuæ dotis filiis primi matrimonii præfertur, & aliis creditoribus, quia ex pecunia dotali fuerunt empta, & in ſubſidium, quando vir non eſt ſolvendo, efficiuntur dotalia, & dominium tranſit in uxorem, ut diximus, *ſuprà, num.* 1. & quod emptio fuerit facta ex pecunia dotali, probatur in ſpecie hujus quæſtionis, quia vir non habebat alia bona, ex quibus pretium poſſet ſolvere: & quoties adminiſtrator, vel alius, qui habet bona aliena, non habet bona propria, nec eſt induſtrioſus, præſumitur ex bonis adminiſtrationis ſolviſſe, ut diximus *ſuprà*, in Additione Gloſſ. 1 *num.*10. & latè comprobant Auctores *ibi*, laudati.

In his enim bonis ſecunda uxor prætendit dominium, & illud in eis habet, ut eſt probatum, ideo nec dos prior, nec alii creditores cum ea concurrere poſſunt: nam dominium in re habens omnibus jus in ea prætendentibus præfertur, ut *in d. authent. ut exactione inſtante dotis*, §. 1. Gregor. Lop. *in gloſſ. 6. leg. 11. tit. 14. infr.* ubi vide Addita, & in ſpecie tradit Garc. *de expenſ. & melior. num.* 13. *in fin.* ubi dicit, quòd uxor ſecunda jure dominii, & non conſiderando an bona mariti ſint ſolvendo, vel non, conſequitur omnia bona ſtantia, quorum domina eſt, ſive venerint per lucrum, ſive per dotem, & faciunt auctoritas Ayor. & Cancer. *infr.* relata. Magon. *deciſ. Lucenſ.* 31. *n. fin.* ubi dicit, dominium eſſe ſuffocativum omnium aliorum minoris jurium potentiæ.

Sed aliud ſe offert dubium: nam licet verum ſit prout eſt, quòd in uxorem ſtatim tranſit dominium medietatis bonorum emptorum conſtante matrimonio, etſi vir nomine ſuo, & ſuis pecuniis ea acquirat, tamen ipſa uxor tenetur marito, & ejus hæredibus pretii medietatem bonorum, quæ non lucratus fuerit ſolvere: &, ſi non eſt ſolvendo,

in

in ſubſidium rei vendicatio eis datur, *ſuprà, num. 2. cum aliis, & num. 17.* ſi enim uxor pretium ſolvere debet marito, vel ejus creditoribus, ea, quæ dicta ſunt parvæ, aut nullæ utilitatis ei erunt. Huic dubio reſponde, quod uxor poteſt ſe tueri, opponendo debitum jam eſſe compenſatum cum debito ſuæ dotis: nam etiam ante oppoſitionem in omnibus caſibus, in quibus expedit compenſanti, ipſo jure fit compenſatio, ut multis auctoritatibus probavimus in Addit. Gloſſ. 1. *legis 26. tit. 14. infrà*, ubi rejecta opinione, quæ oppoſitionem hominis neceſſariam eſſe, ut compenſatio fiat, dicebat, hanc veriorem eſſe diximus: ultra quod nihil intereſt, quòd compenſatio non dicatur facta uſque ad oppoſitionem, ſi de ea uxor excipiat, cum à creditoribus convenitur.

Sed adhuc reſtat ſcrupulus, nam filii tanquam creditores hypothecarii anteriores poterunt avocare ſolutionem uxori factam, quæ eſt poſterior in ſua dote, ex his, quæ diximus in Addit. Gloſ. 1. *l. 27. tit. 13. infrà, in ampliat. 9.* nec eis obſtabit, ſi replicetur pecuniam ſolutam non extare, quia per viri manus dominis rerum emptarum fuit ſoluta: nam etiamſi bona fide pecunia poſteriori creditori ſoluta fuerit conſumpta, creditori anteriori datur repetitio condictione ex lege, quando creditor habet privilegium prælationis, & hypothecam, prout ſunt uxor, & ejus filii pro exactione dotis, ut ex multis reſolvimus, *in d. gloſſ. 1. l. 27. in ampliat. 10.* Reſpondetur inter pariter privilegiatos jus avocandi ſolutionem locum non habere, ut diximus in Addit. Gloſſ. 3. & 4. *l. 11. tit. 14. infr.* ubi latè.

Item comprobatur, inter virum, & uxorem de jure noſtro Regio eſt tacita quædam ſocietas bonorum contracta, & lucrata conſtante matrimonio æqualiter inter eos (jure ſocietatis obſervato) dividuntur *ex l. 2. 3. & 4. tit. 9. lib. 5. recop.* & *ibi*, Lupus de Palacios Rub. *in repet. rubr. de donat. inter* §. 61. *in princ. &* §. 64. *num. 11.* Gregor. Lop. *in gloſſ. 2. l. 55. infr. hoc tit.* ubi vide Addit. *n.....* Garcia, *de æqualit. conjugal. num. 11.* Matienz. *d. l. 2. gloſſ. 1. n. 1. & in gloſſ. 1. & 2. l. 4. in d. tit. 9.*

Quæ tanta ſocietas non minori privilegio, quàm expreſſa fruitur ex Baldi ſententia, quem cæteri ſequuntur *in l. rei judicatæ,* §. *ſocero, ff. ſolut. matrim.* Segur. *in repet. l. 3.* §. *fin. ff. de lib. & poſth. n. 77.* & *in tract. de bonis lucrat. n. 27.* & *in l. unum ex familia,* §. *ſed ſi fundum, num. 34. ff. de deleg. 2.* Burg. à Paz, *in prooem. l. Taur. n. 12.* Roxas, *de ſucceſſ. ab inteſt. c. 33. num. 17.* Gabr. Valaſc. *conſul. 103. num. 23.* ubi ait, quòd ſocietas, quæ ineſt in noſtro Regno inter maritum, & uxorem, habet ſe ad inſtar ſocietatis particularis, & recipit eaſdem limitationes. Matienz. *in d. gloſſ. 1. l. 2. num. 7.* Guttier. *lib. 2. q. 118. num. 8.* ubi diſpoſitum in ſociis, in conjugibus habere locum dicit, & *in num. 9.* quòd iſta ſocietas non eſt minus privilegiata, quam illa, quæ inter ſocios expreſſe contrahitur, & alios allegat, & uterque conjux ſuum capitale in hac ſocietate deducit, quia non communicatur niſi tantum fructus. Matienz. *in gloſſ. 2. l. 4. tit. 9. lib. 5. recop.* & vide Addit. ad Gloſſ. 2. *l. 55. infr. hoc tit.*

Sed in aliis ſocietatibus creditores unius ex ſociis anteriores ſocietati, ex ea plus prætendere non poſſunt, quàm partem ad ſuum debitorem ſpectantem, & capitale, ſi quod ſocius à principio habuit, & miſit in ſocietatem, nec jus habent ad capitale alterius ſocii, nec ad partem lucri ad eum ſpectantem: ut in ſortioribus terminis de creditore particulari unius ſocii, qui præferri poſteriori creditori contendebat, qui merces credita pecunia ſociis vendidit, reſpondit Magon. *deciſ. Lucenſ. 1.* Fontanel. *de pact. nupt. claus. 4. gloſſ. 9. p. 2. num. 51. uſque ad 63.* ubi latè fundat, & Senatum Cataloniæ poſteriorem creditorem ſocietatis in bonis in ea lucratis creditori particulari anteriori unius ex ſociis præferendum eſſe declaraſſe refert; & vide Addit. ad Gloſſ. 1. *tit. 10. infrà*; ergo eodem juris ordine ſervato, creditores mariti, qui cum eo ante ſocietatem initam cum ſecunda uxore contraxerunt, non debent admitti ad bona conſtante matrimonio acquiſita; ſed tantum ad capitale mariti, & partem lucrorum, quæ ad eum ſpectant, deducta prius dote ſecundæ uxoris, quæ eſt capitale ipſius, & medietate lucrorum, in quibus de jure dominium habet; & ita tenet Azor. *de part. 1. p. c. 3. in fin.* ibi: *Cum ergo in illa medietate maritus dominium non habeat, non poſſunt creditores ejus dominium, alterius puta uxoris pro ſuo debito, quod eis à marito debetur, avellere.* Et facit *titulus, Cod. ne uxor pro marito, nec maritus pro uxore conveniatur.* Cancer. *var. reſolut. lib. 3. cap. 1. num. 167.* ibi: *Conſulut, quòd cùm dicta uxor ſecunda haberet dicta lucra ex titulo oneroſo: ex contractu nempè ſocietatis contracto inter eam, & virum ſuum tempore ſui matrimonii, & cum dicta lucra utriuſque conjugis diligentiæ & induſtriæ tribuerentur, dictam ſecundam uxorem juſtitiam fovere;* & quod ex titulo oneroſo lucra pertineant uxori, tenet etiam Azor. *ubi ſupr.* Pinel. *in l. 1. C. de bon. mater. p. 1. num. 36. & 37. & in l. 4. n. 2. & 3.* Tellus *in l. 14. Taur. col. 2.* Alvar. Valaſc. *conſult. 103. num. 30.* ubi alios congerit. Matienz. *in l. 6. tit. 9. lib. 5. recop. gloſſ. 2. n. 2.* & facit à Segur. *in tract. de bon. lucrat. conſt. mat. n. 6. traditum ex l. Sed neque as alienum, & l. as alienum,* ubi notat, quòd uxor debita ante matrimonium contracta non tenetur ſolvere ex ſua parte lucrorum conſtante matrimonio quæſita. Montal. *in l. 5. tit. 18. lib. 3. for. gloſſ. 1. in princ.* Matienz. *in l. 7. tit. 3. lib. 5. recop. gloſſ. 1. n. 2.* Azeved. *in l. 9. tit. 9. lib. 5. recop. num. 9.* ubi dicit, hoc eſſe ſine dubio, & pro ea expendit text. *ibi, durante el matrimonio*, & ex eo dubium, quod in hac quæſtione, erat fuiſſe ſublatum; ergo à fortiori ſequitur uxorem ſecundam præferri immedietatè bonorum conſtante matrimonio quæſitorem, cum filii primi uxoris ante matrimonium ſint creditores.

Nec obſtabit uxori, quòd pecuniæ, & aliæ res dotales ſint per maritum diſtributæ, venditæ, aut conſumptæ, ſi ex eis maritus locupletior reperitur, vel alias res emerit, quæ penes maritum nunc ſunt: nam cum agitur de prælatione creditorum, primum locum obtinent domini, qui non fuerunt in creditum debitoris; non ſolum in re propria, ſed in eis debita, & occaſione rei ſuæ creata, & in parte ex re ſua facti locupletiores, ut ſi mandatarius merces vendiderit, & alias emerit, *l. cum ſervum, ſi cert. petat.* Bar. *in l. ſi me, & Titium, num. 3. ff. eodem.* Stracha, *in tractat. de adject. q. 12. n. 2.* uxor enim non ivit in creditum marito. Barb. *in l. dotalem, ff. ſolut. matr. n. 9. verſ. ex his.* Joan. Dom. Gait. *de cred. c. 4. quæſt. 11. n. 1493.* Guizz. *deciſ. 1. num. 39.* Sed patrimonium ſuum ei tradidit, ut ſua induſtria illud augeret, & onera matrimonii ſuſtineret, & mediante uxoris labore, & cum hodie augmentum reperitur non in eiſdem

bonis in specie, quæ ei ab uxore fuerunt tradita, sed in aliis: nam alias onera matrimonii sufferre non potuisset, nec augmentum haberent, unde jure & æquitate nititur, quòd rebus suis, aut occasione suarum rerum habitis, & acquisitis uxor non privetur, & in eis aliis creditoribus præferatur, ne marito, & bonis privata, & filiis onerata relinquatur.

Nec huic resolutioni obstat privilegium primæ dotis, quæ de jure secundæ doti præferri debet, ut *in d. authent. ut exactione instante dot. prima, & secunda cum aliis juribus concord.* nam hæc jura, & hoc privilegium intelligenda sunt, quando concurrunt contra bona propria ipsius mariti, ut sunt capitale, quod ad secundum matrimonium adduxit, si enim soluto matrimonio non esset nisi capitale marici, & secunda dos esset consumpta, dos prior secundæ præferenda est: nam ea, quæ de prælatione secundæ dotis diximus, intelligenda sunt, quando ultra viri capitale sunt alia bona constante secundo matrimonio acquisita, & capitale in specie non reperitur, sed alia bona, item & dos in eis conversa, & in eis prima dos præferri desiderat.

Sed consultò faciet secunda uxor, ut in bonis à marito constante matrimonio acquisitis eis pro sua dote, & lucris præferatur, quòd loco instrumenti dotalis, quòd communiter fit, pactum nuptiale inter eos fiat in hunc modum: *P. & M. coram me, & testibus infra referendis dixerunt, inter eos actum esse de contrahendo matrimonio in facie Ecclesiæ (& sine præjudicio societatis legalis omnium bonorum, quæ tacitè beneficio, & ministerio legis inter maritum, & uxorem contrahitur, potius addendo ei robur, & quæ tacitè in ea continentur, & insunt in pactum expressum deducendo) velle societatem expressam conjugalem, & conventionalem contrahere pro tempore, quo inter eos matrimonium duraverit sub capitulis, & conditionibus sequentibus.*

In primis d. Maria nomine capitalis in dicta societate immittit bona, & res sequentes, quæ bona æstimata secundum eorum justam æstimationem faciunt tantam summam, & ea tradit dicto P. marito suo futuro, & ipse ea recepit in mei Notarii & testium præsentia, de quo fidem facio: quam traditionem facit ad effectum, ut ea administret, & eis utatur, & cum eis agat, & emat quicquid ei utile fore videbitur, & ultra prædicta bona consentit, ut ipse etiam recipiat omnia alia, quæ ad eam titulo hæreditario, legati, donationis, vel alio quovis titulo constante dicto matrimonio spectaverint, & pertinuerint, ut ea pro accepto capitalis habeat, & administret sub communi, quòd dominium verum, & reale omnium dictorum bonorum prout nunc est, semper sit dict. M. & non intelligatur translatum in dictum maritum futurum, ei tamen permittit, ut de pecuniis, & bonis mobilibus, & se moventibus possit disponere, & ea alienare, permutare, aut alio titulo oneroso in alium transferre, & in usus communes consumere. Item, quòd si durante inter eos matrimonio, & hac societate aliquid fuerit superlucratum, quòd æqualiter inter eos fit dividendum. Item, quòd in casu restitutionis dotis omnia, quæ ab ea nomine capitalis, vel ejus occasione constante matrimonio receperit, bona immobilia in specie, aut eorum æstimationem prout d. M. aut eis hæredi placuerit, & secundum bonorum mobilium æstimationem, in quo de præsenti æstimantur, non obstante quod prædicta aut pars eorum casu fortuito cujuscunque sit speciei perierint, aut sint consumpta durante societate in commerciis, in quibus ipse P. exercitorus sit, nam semper capitale (ut de jure maritus ad restitutionem dotis tenetur) integrè ei, vel ejus hæredibus restituendum esse; & in reliquis, quæ hic non sunt expressa, servanda sunt ea omnia, quæ inter conjuges de jure servantur, prout utilius ipse M. fuerit, & post hæc reliquæ clausulæ generales, quæ de stylo in instrumentis publicis apponi solent, apponantur.

Pro hac parte secundæ dotis, quam defendimus, æquitas, & favor publicus assistit, nam hujus periculi ratione multa matrimonia impediuntur; Nova sunt, & ab alio tacta non inveni fundamenta, quæ in publicum offero, ut unusquisque valeat de ea judicare, in praxi jam semel secundum eam obtinui. Et decisum fuit in Granat. Prætorio.

Limita 5. regulam, de qua in Glos. 1. extra limitationes, *hic* à *l.* traditas in Thesaurariis Regiis, & administratoribus bonorum fiscalium, & publicæ annonæ: nam emptum ab eis suo nomine cum pecuniis fiscalibus, vel annonæ, fit fisci, vel annonæ, & in eis transfertur dominium ad instar exemplum minoris, militis, & Ecclesiæ. Bald. *in l. si cum servum, ff. si cert. petat. per l. si ut proponis, Cod. de rei vend. & in l. curator, Cod. arbitr. tute.* Peregr. *de jure fisci, lib. 6. tit. 12. num. 12.* Escob. *de ratioc. c. 14. num. 38. & 39.* ubi de facto sic decisum vidisse refert.

Fisci enim officialis, vel Principis, si dives factus sit, utrùm ex re fiscali, vel Principis ditatus præsumitur. Vide Pereg. *in d. tit. 3. à n. 6.* ubi duas contrarias opiniones refert, & sex casus distinguit, & ea quæ diximus *supr.* 10

AD Gloss. 9. Nota militem, Ecclesiam, mulierem, minorem, & fiscum in re empta pecuniis eorum, si emptor eam vendat, dominium non habere; & adde Addit. ad Glos. 4. *supr. num. 13. 14. & 15.* 11

AD Gloss. 10. Nota in electione Ecclesiæ, militis, & mulieris esse, agere ad rem emptam, seu pretium cum usuris repetere. Vide Addit. ad Gloss. 3. *supr. n. 1.*

LEX L.

SUMMARIUM.

1 *Re duobus vendita ille præfertur, cui fuit prius tradita, etsi Ecclesia, seu clericus vendat, num. 19.*

2 *Idem procedit in donatione. Idem in contractu locationis. Contrarium, n. 3.*

4 *Si secundus conductor actu non retinet, præfertur primus, seu si res locata primo est, & generaliter, seu specialiter hypothecata, n. 5.*

6 *Si res in emphyteusim duobus concedatur, præfertur, cui fuit tradita.*

7 *Idem in feudis.*

8 *Item, si prior venditio juramento fuisset confirmata.*

9 *Item, si solum per actum fictum in secundo sit translata possessio, & prima fuisset tradita postea per actum verum, licet pro observatione contractus rei ipsi esset specialiter hypothecata, n. 36.*

20 Si

10 *Si venditio eſſet conditionalis, nihil operatur clauſula conſtituti, licet eſſet primus emptor, ſi ante conditionis eventum per actum verum ſit tradita poſſeſſio, nihil operatur clauſula conſtituti.*

11 *Idem, ſi eſſet procurator, qui ſe conſtituit nomine emptoris poſſidere, cum non poſſideat. Domino verò quærere poſſeſſionem per actus fictos poteſt, & num.* 12.

13 *In venditione facta ad menſuram nihil clauſula conſtituti operatur ante menſurationem. Idem quando venditio eſt incerta, & n.* 14.

15 *Quando res erat penes primum emptorem abſque venditoris voluntate, ſi vendat ſecundo, & conſtituat ſe nomine ipſius poſſidere, primus præfertur.*

16 *Clauſula conſtituti nihil operatur, ſi emptor erat abſens, antequam ratificaverit, licet Notarius receperit, & emptor ſecundus ei præfertur. Alia de d. clauſula, n.* 7.

18 *Primus emptor, ſeu donatarius, cui res non eſt tradita, non poteſt ſe opponere pro ſuo intereſſe, & impedire ne alius emptor mittatur in poſſeſſionem rei, & refertur cautela pro primo emptore.*

19 *Primus, cui jus ſpirituale fuit conceſſum, præfertur ſecundo. Idem in ceſſione jurium ſpiritualium, & n.* 21.

22 *Eccleſia, ſeu pius locus, cui res fuit vendita, ſeu donata, ſi ſecundo vendatur, ei præfertur.*

23 *Idem in omnibus contractibus, & caſibus, in quibus ſolo titulo dominium transfertur. Et de aliis caſibus remiſſivè, n.* 25.

24 *Primus, cui res fuit donata, ſeu conceſſa à Principe, præfertur ſecundo.*

16 *Primus in contractu locationis, ſecundo actualiter rem non detinente, præfertur.*

27 *Secundo ſcienti rem alteri primo eſſe venditam primus præfertur: ex ſola ſcientia venditoris præſumitur fraus.*

28 *Idem ſi primus titulum oneroſum, ſecundus, cui res fuit tradita, lucrativum habeat.*

29 *Idem, quando in alienatione eſſet neceſſaria licentia primi.*

30 *Filius, in cujus favorem majoria fuit facta ex Regia facultate, præfertur ſecundo, etſi ei poſſeſſio eſſet tradita. Contrarium, n.* 31.

32 *Si primus pro obſervatione contractus haberet rem ſpecialiter hypothecatam cum pacto de non alienando præfertur ſecundo, & an ſufficiat hypotheca generalis, n.* 33. 34. & 35.

37 *Secundus an præferatur primo, cui prius res fuit vendita, & tradita, ſi nondum ſolvit pretium, ſi ipſe ſolvat: & quid ſi de anterioritate inter ipſos agatur, an præferatur, qui prius pretium ſolvit? Et quid ſi non conſtat de anterioritate, an præſumatur, qui prius emit, n.* 38. 39.

40 *Locus eſt* noſtræ l. & l. quoties, *quando eadem res duobus diverſis temporibus vendita eſt vel uno inſtrumento in ſolidum.*

41 *Habitio fidei de pretio eandem vim habet, ac ſolutio, quoad translationem dominii.*

42 *Emptor, ut poſſit agere rei vendicatione, quid debeat probare? & quid, ut publiciana, ut præferatur alteris?*

43 *Venditor, qui ex parte ſua non adimplevit contractum ad damna, & intereſſe tenetur.*

44 *Vendens rem duobus pœna falſi tenetur.*

45 *Limitatur, ſi primus emptor non ſolvit pretium.*

46 *Dominus, in quibus caſibus repellatur publiciana.*

47 *In caſu noſtræ* l. utrum ſint duæ emptiones, & duplex debeatur gabella, *& quid ſi inter eoſdem contrahentes pretium augeatur.*

ADDIT. GLOSS. I. &c.

AD Gloſ. 1. Nota ex hoc text. regulam, quòd ſi duobus ſit res vendita, ille præfertur, cui fuit prius tradita. Add. *l. quoties, C. de rei vendic.* & *ibi* Gloſſ. & DD. *l. qui tibi, Cod. de hæred. vel actio. vend. l. ſi ancillam, Cod. de actio. empt. l. qui tibi, Cod. de bis qui à non domin. manum. l. multum intereſt, verſ. fin. C. ſi quis alteri, vel ſibi.* Gloſ. magna, *in l. ſive autem* 11. §. *ſi duobus, ff. de publ. in rem actio,* & text. ibi, Socin. *reg.* 155. Covar. *lib.* 2. *var. c.* 19. *n.* 1. Gomez. 2. *tom. var. cap.* 2. *de empt. & vend. num.* 20. Girond. *de gabell. p.* 5. §. *unic. n.* 11. Matienz. *in l.* 7. *tit.* 11. *gloſſ.* 6. *num.* 24. Valaſc. *de jur. emphyt. quæſt.* 14. *à num.* 4. Bernard. Diaz, *reg.* 152. Guttier. *de jur. conſ.* 1. *p. c.* 30. *num.* 2. ubi *num.* 3. alios refert. Mozz. *de contract. tit. de empt. capit. de natur. empt. num.* 32. Theſaur. *qq. for. lib.* 4. *quæſt.* 54. *num.* 1. Honded. *conſ.* 51. *num.* 1. & 22. *lib.* 1. qui alios plures referunt. Gabr. *lib.* 3. *comm. opin. tit. de empt. & vend. concl.* 2. *num.* 1. Tuſch. *litt. E. verb. empt. n.* 17. *concluſ.* 144. *num.* 1. & *concl.* 64. *num.* 1. Cardoſ. *in prax. jud.* rationem hujus deciſionis traduntGloſ. *d. l. quoties,* ibi DD. Covar. Gomez. Gabr. *num.* 2. Mozz. Tuſch. *d. concluſ.* 64, *num.* 4. *ubi ſupra,* ſcilicet, quia in emptorem, cui eſt facta traditio, translatum eſt dominium, & plenum jus rei mediante titulo, & traditione, & ſic præfertur alteri, qui ſolum titulum, & actionem perſonalem habet contra venditorem, etſi ejus titulus ſit prior, quia abſque traditione ex contractibus regulariter dominium non transfertur, ut diximus in Addit. Gloſ. 8. *l.* 23. *n.* 4. & 5. *ſupr.* & ex eo ſolum actionem perſonalem emptori competere, quæ contra tertium poſſeſſorem non poteſt exerceri, ut in Addit. Gloſſ. 7. *l.* 42. *ſupr. num.* 2. & 3. & eandem rationem tradit Faber, *de error. pragm. decad.* 24. *error.* 10. *num.* 4. & 5. 1

Amplia 1. idem eſſe in donationibus, ſcilicet ut re donata pluribus, ille prævaleat, cui primo eſt tradita. Alex. *conſ.* 14. *lib.* 1. *col. fin.* Hypol. *ſingul.* 82. Socin. Jun. *conſ.* 93. *vol.* 2. Ruin. 121. *vol.* 1. Roland. 19. *lib.* 1. Gomez. *d. c.* 2. *num.* 20. *ver. quam ſententiam.* Jul. Clar. *recept. ſentent.* §. *donatio, q.* 13. *n.* 3. *verſ. ego vero.* Gabr. *n.* 8. Mozz. *n.* 32. *verſ. amplia etiam.* Covar. *n.* 1. Guttier. *n.* 1. *ubi ſupr.* Cavalcan. *deciſ. Fivizan.* 421. *p. num.* 31. Joſeph. Ludov. *deciſ. Peruſ.* 29. *n.*..... Cæphal. 468. *n.* 21. & *ſeq.* & *n.* 109. *vol.* 4. Cald. *de empt. c.* 34. *n.* 7. Azor. *inſtit. mor. p.* 3. *lib.* 8. *c.* 18. *q.* 7. Leſſius, *de juſtit. & jur. lib.* 2. *c.* 21. *dub.* 20. *num.* 140. Tuſch. *litt. D. concluſ.* 699. *num.* 1. ubi declarat, & limitat, quando prima donatio non eſſet perfecta, nam poſt ejus perfectionem non poteſt revocari. Faber, *de error. decad.* 85. *err.* 10. & vide Addit. ad Gloſ. 3. *l.* 4. *tit.* 4. *ſupr. num.* 2. & declara ut ibi.

Amplia 2. in contractu locationis, nam ſi quis locavit rem ſuam duobus, vel pluribus præfertur ille, cui res prius fuerit tradita ex Gloſ. *hic in verſ.* 3

& in quantum, & ultra Rotæ decisionem Alex. & Socin. ab ea traditos. Adde Covar. *d. c.* 19. *num.* 8. Gomez. *d. c.* 2. *num.* 20. *vers.* 2. *principaliter*, ubi hanc opinionem fundat, & contrariis satisfacit, *& in l.* 40. *Taur. num.* 16. *vers. quarto deducitur.* Cathel. Cot. *in memorab. verb. locatio, vers. tamen Adde.* Flores de Men. *in addit. ad Gamm. decis.* 130. ubi quando secundus retinet rem, per viam exceptionis præferendum esse primo conductori, cum dominis de Rota, & Covar. *ubi supr.* sequitur Ursil. *in annot. ad Afflict. decis.* 238. *num.* 7. Mozz. *in dict. c.* 1. *num.* 32. *vers. & ampliat.* Ricc. *collect.* 439. *vers.* 2. Marta, *voto* 35. *à num.* 12. 14. *& 15.* ubi Rotæ decisionem sequitur, & contrariis satisfacit. Faber. *de error. decad.* 24. *error.* 10. *per tot.* qui *in num.* 24. *& 25.* secundum conductorem, cui possessio fuit tradita, vel qui absque traditione suo jure re frui cepit, primo referendum esse ait, & 4. *p. decad.* 86. *error.* 10.

Contrariam opinionem, imò quòd prior locator præferatur, etsi secundo res locata sit tradita, cum Jason. sequuntur Gamma, *decis.* 130. *num.* 1. ubi pro hac opinione Senatum Lusitan. judicasse testatur Ceval. *q.* 756. *à num.* 52. ubi etiam, si secundus conductor possessioni incumbat, primum præferendum esse dicit, saltem in foro sæculari, quia talis conductor non dicitur possidere proprio nomine, sed nomine ipsius locatoris, quia in locatione ad modicum tempus semper dominium remanet apud locatorem, & eam sequitur Mozz. *de contract. in tit. de locat. & conduct. c. de naturalib. locat. num.* 11. Cardos. *in praxi judic. verb. empt. num.* 17. Tusch. *litt. L. conclus.* 429. *num.* 2. & sic componunt has contrarias opiniones, ut prima procedat in locatione ad longum tempus ultra decennium, & hæc in locatione ad modicum tempus.

Sed non ex hoc, quòd dominium, vel possessio transferatur in conductorem, secundus conductor, cui fuit tradita possessio, vel qui jure suo cepit propria auctoritate re uti, primo conductori præfertur, sed ex eo quòd inducit implementum contractus: nam locator tenetur conductori præstare & ei licere uti, frui re conducta, quòd melius facere non potuit, quàm eam conductori tradendo, & licet locationis contractus solo consensu perficiatur, tamen prævalet posterior, in cujus implementum præcessit, ut docet Ant. Fab. *d. error.* 10. *num.* 22. Ex quibus constat Gloss. opinionem esse veriorem, cui assentiunt Mozz. Cardos. & Tusch. in locatione ad longum tempus. Castil. *quot. lib.* 5. *c.* 80. *num.* 44.

4 Quam ampliationem limita 1. si secundus conductor actu non retinet rem conductam, & in possessione insistit: nam tunc primus conductor potior erit, etsi possessio secundo tradita fuisset ex Glos. *hic, in vers. in uno tamen casu.* Cui adde Covar. Gomez. Flor. de Men. Fabr. & alios, qui jure retentionis secundum conductorem, cui res fuit tradita, se tueri posse docent *in locis suprà* relatis.

5 *Limita* 2. si pro observatione contractus locationis primo esset res locata specialiter, vel generaliter hypothecata: nam tunc, etsi secundo possessio esset tradita, primus præfertur. Gamm. *d. decis.* 130. *n. fin.* & *ibi*, Men. Fabr. *d. decad.* 24. *error.* 10. *num.* 23. *& 24.* tunc enim poterit rem avocare à secundo emptore, & eam retinere, ut cum Oldr. tradit Gabr. *lib.* 3. *comm. opin. tit. de empt. conclus.* 2. *num.* 29.

Amplia 3. in re emphyteutica duobus in emphyteusim concessa. Valasc. *de jure emph. q.* 14. *n.* 7. Pereir. *de potestate eligendi, c.* 62. *n.* 22. Gam. *decis.* 116. & vide *infr.* ubi declaratur, & Castil. *dict. num.* 44.

Amplia 4. in feudis, Afflict. *c.* 1. *n.* 5. *qui successores teneantur, lib.* 1. *fol.* 61. *& in c.* 1. *quid sit investit. n.* 11. *lib.* 2. *fol.* 6. Mars. *sing.* 82. & *ibi* Addit. quem vide Valasc. *ubi prox.* Tusch. *litt. V. conclus.* 64. *n.* 5. Cardos. *prox. judicum verb. lex, n.* 32. Castil. *ubi supr.* 7

Amplia 5. etsi prior venditio esset juramento confirmata. Covar. *de sponsal.* 1. *p. c.* 5. *n.* 9. *&* 12. *& in repetit. c. quamvis pactum,* 1. *p.* §. 4. *n.* 2. Gomez. *d. c.* 2. *num.* 20. *vers.* 7. *princip.* Gabr. *lib.* 3. *tit. de empt. concl.* 2. *num.* 3. Barbos. *in* 2. *p. rubr. ff. solut. matrim. num.* 85. Tusch. *litt. E. concl.* 144. *num.* 5. Mantic. *de tacit. conv. lib.* 4. *tit.* 3. *num.* 7. Guttier. *de jur. confir.* 1. *p. c.* 30. *num.* 4. ubi alios plures laudat, & *c.* 45. *n.* 4. Menoch. *cons.* 84. *num.* 29. Cæphal. 42. *lib.* 1. Molin. *disp.* 369. *vers.* 8. Azor. *instit. moral.* 3. *p. lib.* 8. *c.* 18. *quæst.* 2. Rebell. *de oblig. just. lib.* 9. *quæst.* 17. *sect.* 3. *num.* 22. 8

Amplia 6. etsi traditio rei facta esset uni ex pluribus emptoribus primo peractum fictum, & alteri postea peractum verum, nam adhuc præfertur, cui primò per actum fictum fuit res tradita, quia jus, possessio, traditio, & affectus, qui resultat ex actu ficto dicitur esse verus, & perfectus, sicut ille, qui resultat ex actu vero, & naturali, text. *in l. certe,* §. 1. *ff. de precario*; quem ad hoc commendat, & notat Bart. & communiter DD. & tanquam tertius possessor debet citari, & est audiendus, Alvar. Valasc. *consult.* 55. & Bald. *in l. unica,* §. *ne autem, C. de caduc. tollend.* & in specie hanc ampliationem tenent Andr. *in addit. ad Specul. in tit. de empt. & vend.* §. *sciendum, vers. nota quòd si res vendita.* Bald. *in rubr. C. de contrab. empt.* 4. *col. q.* 16. *& in præludiis feud. num.* 29. Abbas, *in c.* 2. *de consuet. col. fin.* Jas. *in l. fin. C. de sacrosanct. Eccles. n.* 27. *& in d. l. quoties, num.* 14. *&* 15. Paris. *cons.* 69. *col.* 17. *vol.* 3. Decius 226. Ruin. 53. *vol.* 1. Ferrar. *de cautel. cautel.* 48. *num.* 2. *vers. primum remedium, & num.* 3. ubi tradit differentiam inter clausulam constituti simpliciter, & constitutum precarii, ex Bart. *in l. creditores, Cod. de pignor. num.* 11. *&* 12. Roland. *cons.* 19. *à num.* 16. ubi in hac specie consuluit Cancer. *var. resol.* 1. *p. tit. de donatio. num.* 13. Tiraq. *in tract. de constit.* 1. *p. n.* 21. ubi alios adducit. Bern. Diaz. *regul.* 229. ubi ex hac ampliatione regulam constituit. Gabr. *lib.* 3. *com. opin. de empt. concl.* 2. *num.* 18. ubi plures recenset. Brun. à Sole, *in locis com. verb. dominium, n.* 4. Cacher. *decis.* 36. *n.* 1. Gomez. *d. num.* 20. *vers.* 4. *principaliter*, ubi alios laudat; & *in l.* 45. *Taur. n.* 92. ubi ampliat dupliciter Mozz. *de contract. tit. de empt. c. de natur. empt. n.* 33. ubi communem, & non referre, an constitutum simpliciter factum fuerit, vel precario nomine. Capic. *decis.* 182. Pereir. *de jure emphyt. de potestate eligendi, c.* 8. *n.* 4. *& de resolut. emphyt. c.* 10. *num.* 23. Cardos. *praxi judicum, verb. emptio, n.* 18. Sarayn. *in addit. ad Petr. Gerard. sing.* 98. Tusch. *litt. V. concl.* 64. *n.* 8. *&* 9. Thesaur. *q. forens.* 4. *c.* 64. *num.* 3. Falcon. *reg.* 471. *n.* 4. Fontan. *de pact. nupt. claus.* 4. *gloss.* 12. *n.* 130. Castil. *lib.* 5. *c.* 80. *n.* 24. ubi ex Menoch. *cons.* 153. *lib.* 12. *n.* 62. *cum aliis,* hanc doctrinam sequitur, qui fere omnes de clausula constituti loquuntur. Sunt etiam alii plures actus ficti, ex quibus dominium, & possessio transferuntur, ut diximus *sup.* in Addit. Gloss. 8. *à n.* 8. *l.* 23. *hujus tit. & in addit. Gloss. l.* 1. *l.* 3. *n.* 49. *tit.* 4. *sup.* 9

Limita

10 Limita 1. hanc ampliationem in venditione conditionali cum clauſula conſtituti: nam ſi pendente conditione venditor rem alii vendat, & tradat, & poſtea conditio veniat, præfertur ille, cui prius res tradita fuit per actum verum, quia ad hoc ut fictio translativa habeat locum, & actus conditionalis retrotrahatur, requiritur habilitas in utroque extremo, ſcilicet in tempore, quo actus fuit celebratus, & in tempore, quo verificatur, & purificatur conditio, *ex l. bonorum, ff. de rem. ratum haberi, & l. neceſſario, §. quod ſi pendente, verſ. ſanè ſi pendente conditione, ff. de pericul. & comm. rei vendit.* & in ſpecie tradit Gomez. *l. 45. Taur. n. 93.* Guttier. *in repet. §. ſui, num. 197. Inſtit. de ſuis & legit. hæred.*

11 Limita 2. ſi procurator alicujus cum ſpeciali, vel generali mandato ad vendendum, vel alienandum, & etiam poſſeſſionem tradendam vendat, vel alienet rem domini, & conſtituat ſe nomine emptoris poſſidere, quia non transfertur in eum poſſeſſio, nec per conſequens dominium, vel alius effectus poſſeſſionis, quia cum procurator non poſſideat, nihil operatur clauſula conſtituti. Gomez. *in d. l. 45. Taur. num. 53. 54. 55. 57. & 91.* ubi dicit notandum in praxi, & extendit ad tutores, curatores, ſyndicos Eccleſiæ, executores, & ad hæredes poſt additionem hæreditatis, & ante apprehenſionem poſſeſſionis, qui cum non poſſideant, non poſſunt per actus fictos transferre poſſeſſionem. Ex quo ſequitur, quòd ſi poſtea dominus vendat, & rei poſſeſſionem ſecundo emptori tradat, quòd iſte ſecundus erit præferendus, ut cum Angel. *conſ. 387. per tot. & 388.* tradit Tuſch. *pract. litt. V. concluſ. 64. num. 9.* etſi contrarium teneat Mozz. *in d. tract. de empt. & vend. c. de natur. empt. num. 33. verſ. quæ concl.* ex Socin. *conſ. 131. num. 16. lib. 4.*

12 At tamen procurator nomine domini, tutor, & curator poſſunt per actus fictos dominis poſſeſſionem quærere, ut latè comprobat Gomez. *num. 19.* ubi pro contraria opinione arguit, & hanc ſequitur, & contrariis ſatisfacit, *num. 82. & 63.* ubi quid ſi non erat præſens ille, cujus favore clauſula conſtituti fuit appoſita, ſi antequam ratificet, venditor rem alienet, dominii translationem donec abſens ratum habeat, non operari, reſolvit: & idem tenet Peguera. *deciſ. 48. num. 9. & 10.* Cancer. *var. reſolut. 2. p. c. 8. de donat. num. 16. verſ. & ſic videmus.*

13 Limita 3. in venditione facta ad menſuram: nam donec res vendita menſuretur per clauſulam conſtituti, non transfertur dominium, & ideo ſecundus emptor, cui traditio facta fuit, præfertur. Bar. *conſ. 74. num. 3. ad fin. lib. 1.* Aretin. *in l. 3. §. in certam, num. 14. ff. de acquir. poſſeſſ.* Natta, *conſ. 263. n. 2. & 3.* Pariſ. *conſ. 59. n. 10. & ſeq. & n. 17. lib. 1.* Mantic. *de tacit. conven. lib. 4. tit. 17. num. 4.* Tuſch. *litt. E. concl. 144. n. 17.* & vide Addita ad Gloſſ. *2. l. 24. ſup. hoc tit.*

14 Limita 4. quando venditio, in qua eſt conſtitutum, eſſet incerta, ut puta de tribus jugeribus ex tali fundo ad electionem, & res alteri vendatur, & tradatur: nam is præfertur Bart. *dict. conſ. 74.* ubi *Apoſtilla verb. poſſeſſio*: & Tuſch. *num. 16. ubi ſupr.* & eſt ratio, quia res incerta poſſideri non poteſt, de hac quæſtione, quando incertitudo vitiet acquiſitionem poſſeſſionis. Vide Gomez. *in d. l. 45. Taur. num. 96.* ubi magiſtraliter hanc quæſtionem reſolvit, & 2. *tom. var. c. 11. num. 7. cum aliis*, ubi tradit, quando incertitudo vitiet contractum. Magon. *deciſ. Lucenſ. 21. num. 1.*

Limita 5. quando res vendita tempore primæ venditionis erat penes emptorem, etiam ſine voluntate venditoris, & apud eum de voluntate venditoris remanſit, ſi poſtea vendat ſecundo emptori, & conſtituat ſe ejus nomine poſſidere: nam tunc primus emptor, penes quem res erat, præfertur ſecundo. Gomez. *in d. l. 45. num. 69. & 70.* ubi ampliat, & declarat, & rationem reddit. Magon. *deciſ. Lucenſ. 31. num. 13. & 14.* Cancer. *ubi ſupr.* Quando, quis rem, quam conductam habebat emit, quòd non requiratur nova traditio probatur *ex l. qua ratione, §. interdum, ff. acquir. rer. domin. l. ſi ſervus meus, in ver. fin. ff. eod. l. 3. §. illud quoque, ff. de acquir. poſſeſſ. l. ſi rem, quæ apud te eſſet, ff. de evict. l. ſive autem, verſ. ſi quis rem, ff. de public. l. 47. in princ. tit. 28. p. 3.* & vide Addit. ad Gloſſ. *1. l. 28. n. 54. & 55. ſupr. hoc tit.*

Limita 6. ſi traditio facta ſit per conſtituti clauſulam à venditore appoſitam, cum emptor eſſet abſens, cujus nomine Notarius rem agnoverit, ac receperit, ſi antequam emptor geſta rata habuerit; venditor alii eamdem rem vendiderit, & verè tradiderit: nam tunc poſterior, cui verè res tradita fuit, primo præferri debet. Dec. *in l. contractus, num. 22. ff. de reg. juris, & conſ. 226.* Curt. Jun. *55. num. 9.* Bertrand. *304. lib. 3.* Anton. Rub. *132.* Cagnol. *in l. l. quo tutela, §. ultim. ad fin ff. de re jud.* Valaſc. *conſult. 55. num. 2.* Gomez. *num. 83. ubi ſupr.* & Suar. *in addit. ad eum in 2. tom. variar. c. 2. litt. F.* ubi non obſtare dicit, quòd Notarius poſſit abſenti quærere, & quòd venditor non poſſit à contractu diſcedere, quia ſunt diverſi termini.

Alias limitationes ad hanc ampliationem ex clauſula conſtituti, & alia notabilia in ejus materia, & in acquiſitione dominii & poſſeſſionis ex ea; vide ultra tradita per Tiraq. *de conſtit.* Gomez. *in d. l. 45. à n. 78.* & Gabr. *d. tit. de empt. concluſ. 2. à num. 20.* Addit. ad Gloſſ. *5. l. 14. tit. 13. infra hac part.*

Amplia 7. principalem concluſionem, ut quòd primus emptor, vel donatarius, cui res non eſt tradita, non poſſit ſe opponere pro ſuo intereſſe, & impedire aliquo remedio juris, ne alius emptor, vel donatarius mittatur in poſſeſſionem, vel detentionem rei ſibi prius venditæ. Bald. *in c. 1. num. 3. in tit. quid ſit inveſtitura in uſib. feud.* Jaſ. *in d. l. quoties, n. 3. C. de rei vend.* Pal. Rub. *in l. 17. Taur. n. 24.* Roman. *ſingul. 292. & ibi* ejus Addit. Gomez. *dict. c. 2. num. 20. verſ. 5. prin.* ubi rationem reddit, nec contra ſecundum emptorem datur ei actio. Matienz. *in l. 7. tit. 11. lib. 5. recomp. gloſſ. 6. n. 24.* cautelam in hoc caſu tradit Innoc. quem ſequitur Jaſ. *ubi ſupr.* ſcilicet, quòd prius emptor appellet à venditione facienda; de quo vide Gerard. *ſing. 95.* & Covarr. *de ſponſ. 1. p. c. 5. n. 10. in fin.*

Amplia 8. ut procedat, & habeat locum dicta regula in Eccleſiis, Clericis, & perſonis Eccleſiaſticis vendentibus, ut ſemper præferatur emptor, cui prius res ſit tradita, ex Gloſſ. *hic, in verſ. & primo quatenus.* Adde Covar. *lib. 2. var. c. 19. n. 4.* ubi rationem reddit, & alios allegat. Ant. Gom. *d. n. 20. verſ. 6. prin.* Tiraq. *de privil. pia cauſa, verſ. ſed quid quando Eccleſia,* ubi contraria refutata, hanc ſequitur Capic. *deciſ. 182. num. 10.* Gabr. *lib. 3. tit. de empt. concl. 2. n. 34.* ubi plures recenſet. Tuſch. *lit. E. n. 15.* Fachin. *lib. 2. c. 33. per tot.*

Limita 1. in conceſſione jurium ſpiritualium, quia in eis transfertur jus abſq; aliqua traditione ex

Gloſſ. *hic in verſ. in conceſſione jurium.* Adde Jaſ. *in d. l. quoties, num.* 12. *&* 22. ubi loquitur in beneficialibus. Gabr. *d. concl. 2. num.* 33. ubi pro hac limitatione Dyn. Bald. Paul. de Caſtro, Salyc. Abb. Alexand. & Socin. refert, & *num.* 38. ubi de matrimonio prius contracto loquitur. Hieron. Gonz. *in reg. 8. cancell. gloſſ. 15. num.* 17. ubi in beneficiis loquitur Barboſ. *2. p. rubr. ff. ſolut. matr. num.* 83. ubi de matrimonio. Mier. *de major. 1. p. quæſt. 26. num.* 18. Tuſch. *verb. vendens, num.* 16. *&* 17. ubi de ſpiritualibus, & matrimonialibus. Gail. *lib. 2. obſerv.* 55. *n.* 9. de beneficiis, & *num.* 12. in cauſis matrimonialibus.

21 Limita 2. in ceſſione jurium incorporalium: nam is potior eſt, cui prius ceſſio facta fuit, quia res incorporales propriè non poſſidentur, cum non recipiant traditionem, *l. ſervus, incorporales, ff. de acquiren. rer. domin.* §. 1. *inſt. de reb. incorp.* & in his juribus patientia habetur loco traditionis, *l. ſi ego,* §. 1. *ff. de publ. l.* 3. §. *dare, ff. de uſufruct. l. ſi hæres,* §. *fin. ff. de ſervit. urb. l.* 1. §. *fin. ff. de ſervi. reſtit. prad.* & *ibi* Gloſſ. & DD. Marc. *deciſ. Delfin.* 422. *num.* 8. *& per tot.* Gloſſ. 7. *l.* 15. *tit.* 14. *n.* 99. *&* 100. *infra hac p.*

22 *Limita* 3. in venditionibus, aut donationibus factis Eccleſiis, Monaſteriis, Hoſpitalibus, & aliis piis locis, quibus absque traditione transfertur dominium, *l. ult. C. de ſacroſ. Eccleſ.* & *ibi* DD. *l.* 1. & *ibi*, Gloſſ. & DD. *C. de donatio. quæ ſub modo,* & ſic præferuntur aliis, quibus poſtea res vendita, vel donata traditur, virtute primæ, aut poſterioris venditionis, *ex gloſſ. hic verſ. ſi tamen in Eccleſia.* Adde Gloſſ. *verſ. petentis, in princ. in l. ſive autem* 11. §. *ſi duobus,* & *ibi,* DD. *ff. de public. in rem.* Tiraquell. *de privil. piæ cauſæ, privil.* 107. *in princ.* Socin. *regul.* 148. *fall.* 1. Gabr. *d. concluſ. 2. num.* 16. ubi plures adducit. Covarr. *c.* 19. *num.* 2. *verſ. 2. deducitur.* Gomez. *d. num.* 20. *verſ. nunc vero, & in l.* 40. *Taur. num.* 16. *ex quo.* Marta, *de juris Eccleſ. 4. p. q.* 19. *num.* 5. ubi alios refert. Pereir. *lib. 4. de emphiteuſis extinctione, n.* 20. Morl. *in empor. tit.* 9. *de contrab. empt. in præm. num.* 15. Molin. *diſp.* 360. *verſ. quintum.* Leſſ. *lib. 2. c.* 21. *dub.* 20. *n.* 141. Rebell. *de oblig. juſti. 1. p. lib. 1. q.* 8. *ſect.* 4. *num.* 17. *&* 2. *p. lib.* 9. *q.* 17. *ſect. 1. n.* 23. Salas, *de contract. tract. de empt. dub.* 49. *n.* 4.

23 *Limita* 4. generaliter in omnibus perſonis, & contractibus, in quibus ex ſolo titulo transfertur dominium, & jus reale ſine aliqua traditione vera, vel ficta, ex Petr. Cyn. Butrig. Alber. Bald. Salyc. & Paul. & communiter DD. *in l. quoties, C. de rei vend.* Gloſſ. *verb. petentis.* Covar. Ant. Gom. Gabr. & aliis, *ubi ſupr.* Mozz. *de contract. tit. de empt. c. de natural. empt.* 34. & in emphyteuſi traduut. Jaſ. *in d. l. quoties, n.* 11. Gomez. *n.* 16. *verſ. 2. infertur.* Avend. *de cenſ. c.* 16. *n.* 2.

24 *Limita* 5. in venditionibus, & donationibus factis per Principes: nam tunc prior venditio, vel donatio gratioſa, ſecunda alteri facta cum traditione poſſeſſionis, potior eſt. Adde ultra antiquiores quos referunt citandi. Covar. *lib. 2. var. c. 9. n.* 3. ubi plures recenſet, & procedere ait, quando ex Principis voluntate conſtat, quòd voluit dominium transferre, vel quando eſt conceſſio gratioſa, ſecùs vero ſi Princeps contraxiſſet. Gabr. *n.* 39. *cum 7. ſeq.* ubi eandem diſtinctionem ſequitur. Moz. *num.* 33. *in fin.* ubi quando de gratia, vel privilegio Principis alicui aliquid conceditur. Gail. *dict. obſervat.* 55. quod prima gratia, & donatio debeat prævalere, & poſteriori præferri tradit, & in contractibus ſecùs eſſe dicit. Cabed. *deciſ.* 30. *num.* 2. *p.* Hering. *de fidejuſſor. c.* 27. *num.* 45. *cum aliis, & num.* 53. *&* 300. Narbon. *in l.* 11. *tit.* 5. *lib.* 7. *recompil. gloſſ.* 2. *num.* 7. Mier. *de major. 1. p. q.* 26. *num.* 13. 16. *&* 27. ubi multos pro hac opinione adducit; & vide Gloſſ. 6. *l.* 53.

Ratio enim eſt, quia ex contractu Principis 25
dominium transfertur abſque alia traditione, & inductione in poſſeſſionem, *c. ſibi, c. gratia de reſcriptis in 6. d. l. ſibi abſenti, de præbendis, eod. lib. c. inter dilectos, de fide inſtrument.* Jaſ. *in d. l. quoties, num.* 5. *&* 10. *& conſ.* 145. *num.* 26. *& ſeqq. vol.* 2. Dec. 187. *num.* 4. *&* 341. *num.* 14. *&* 640. *num.* 7. *&* 689. *num.* 20. Bald. 345. *num.* 4 *vol.* 1. Caſtr. 94. *vol.* 2. Boſſ. *in tract. crimin. tit. de Principe, num.* 67. Covar. Mozz. Gail. *n.* 6. *ubi ſupr.* tu vide Addit. ad Gloſſ. 3. *l.* 53. *infr. hoc tit. num.* 3. *cum aliis*; ubi ex omni contractu Principis dominium tranſire probatur, Alios caſus, in quibus absque traditione dominium transfertur, Vide in Addit. Gloſſ. 3. *l.* 7. *tit.* 4. *hac part.*

Et intellige has limitationes datis terminis ha- 26
bilibus, ſcilicet ſi res certa vendita ſit, ſecùs vero ſi contra bonorum alicujus hæreditatis, vel ex duobus rebus, quam venditor tradere voluerit, quia tunc ratione incertitudinis non transfertur dominium, vel ſi venditio eſt conditionalis, aut ſi pretium non eſt ſolutum ab Eccleſia, aut de eo eſt habita fides: nam ut procedat fictio, requiritur ſubjectum habile, ut comprobat Pariſ. *conſ.* 77. *n.* 4. *uſque* 13. ubi in ſpecie *noſtræ l.* declarat prædictas limitationes; & vide Addit. ad Gloſſ. 2. *l.* 55. *infr. hoc tit. n.* 3.

Limita 7. ſi ſecundus emptor conſcius vendi- 27
tionis alteri factæ rem emerit: nam licet ſecundo res tradita ſit, & emptio valeat, licet dicat, trado tibi ſalvo jure tertii, cui primò vendidi, tamen primò datur actio revocatoria ad revocandam emptionem in fraudem factam. Add. Jaſ. *in* §. *item ſi quis, Inſt. de act. num.* 116. & *ibi*, Aretin. *num.* 11. idem Jaſ. *in l. quoties. C. de rei vendic. num.* 26. ubi refert Salyc. & Bald. Thom. Ferrar. *cautel.* 48. *n.* 5. Palat. Rub. *in rubr. de don. inter.* §. 81. *num.* 11. Gabr. *d. concl. 2. num.* 30. Covar. *lib. 2. variar. c. 2. num.* 20. *verſ. 2. princip.* Roland. *conſ.* 19. *n.* 27. *lib.* 1. Boër. 37. *num.* 6. Honded. 52. *num.* 2. *vol.* 1. Mozz. *tit. de empt. c. de natur. empt. num.* 33. Gail. *lib. 2. obſerv.* 55. *n.* 11. Morl. *in emp. jur. tit. de empt. in præm. num.* 50. Gutt. *de jur. conf.* 1. *p. c.* 30. *num.* 8. Ceval. *comm. q.* 756. *num.* 48. 49. *&* 50. Cald. *de empt. c.* 26. *num.* 30. Caſtil. *quotid. c.* 80. *num.* 24. *verſ. 2. nequit,* & hanc debemus ſequi, licet in puncto juris contraria maximum robur habeat, cujus fundamenta refert Gomez. *ubi ſupr.* & eam ſequitur Faber, *de error. tom.* 4. *decad.* 85. *error.* 8. *&* 9. *& decad.* 86. *n.* 1. & hæc ultima ſententia, & Andr. de Iſer. à Gloſ. relat. & Affl. *in c.* 1. *qui ſucceſſ. ſen. n.* 7. Jacob. *de feud. verb. inveſtivit,* eſt intelligenda, quando ſimpliciter eſt poſita clauſula, *ſalvo jure Titii*, alio non expreſſo, nota quando exprimitur *ſalvo jure Titii, qui prius emit*, & quando ſcientia adeſſet ante perfectum contractum; ſecus vero ſi ſolum ſuperveniat ante rei traditionem, ex Gloſſ. *hic*, & relatis DD. qui communiter tenent fraudem probari ex ſcientia primæ emptionis, & Fab. *d. error.* 8.

Limita 8. ſi primus emptionis titulum, vel alium 28
oneroſum habeat, poſterior vero, cui res fuit tradita, donationis, vel alium lucrativum: nam tunc etſi donatarius prioris emptionis inſcius ſit, ac bona fide ſe geſſerit, primus emptor eam ab eo

revocare

revocare poterit: quia licet in emptione, & alienatione titulo oneroso verum sit, utrumque participem fraudis esse oportere, ut alienatio revocari possit, *ut supr.* diximus & Addit. Glos. 9. *l.* 7. *tit.* 15. *infra*, in eo, qui titulo donationis, vel alio lucrativo rem possidet, nulla fraudis scientia exigitur, *l. ignoti c. de revocan. his quæ in fraud. cred. l. qui autem*, §. *similique modo, ff. eodem*, & diximus in Addit. Glos. *d. l.* 7. *num.* 3. & in specie hanc limitationem tradunt Palat. Rub. §. 81. *in repet. rubr. de donat. inter, num.* 12. ubi pro hac doctrina Jas. & alios refert. Covarr. *d. l.* 2. *var. cap.* 19. *num.* 5. *in fin.* Gomez. *d. c.* 2. *num.* 20. *vers. ex quo deducitur.* Gab. *d. conclus.* 2. *num.* 32. Azor. *Instit. moral. part.* 3. *lib.* 8. *cap.* 18. *num.* 5. Contrariam tradit. Faber. *de error. decada.* 85. *error.* 9. 4. *part. per tot.* ubi multis rationibus subtiliter defendit, contra donatarium actionem revocatoriam primò emptori non dari, & vide *supr. num.*...

29 Limita 9. quando in alienatione esset necessaria licentia alterius, nam tunc si virtute licentiæ alienet, primus emptor potior erit secundo emptori, cui res tradita fuit; quia per primum actum licentia exspiravit, & secunda venditio non valet ex Glos. *hic in vers. adverte etiam*, cui Adde Valasc. *de jure emphyt. quæst.* 14. *num.* 9. & Pereir. *de emphyteusis extinctione, libr.* 4. *cap.* 10. *num.* 36. & 37. ubi eam latè corroborat. & ex Bald. & Jas. *num.* 33. & 39. *in d. l. quoties, C. de rescind. vendit.* tradit, in omni materia illum actum, seu contractum prævalere, in quo prius concurrunt omnes qualitates ad illius validitatem, & omnimodam perfectionem necessarias; & quòd ex duobus emptoribus ille prævalere debet, qui prius domini consensum fuit assecutus, quamvis alii inutiliter tradita fuerit possessio, sive is primus, sive secundus fuerit emptor. Thesaur. *lib.* 4. *quæst.* 64. *num.* 4. ubi ampliat, etsi alteri emptori res per constitutum esset tradita; nam præfertur prior à domino investitus & vide *suprà*.

30 Ex hoc autem inferri posse inquit Glos. *hic* (*in vers. ex quo inferes*) quod majoratus institutus cum Regia facultate in favorem unius filii valet, & præfertur secundo facto in favorem alterius, etsi ei possessio esset tradita; quia licentia data intelligitur de prima, pro qua illatione faciunt tradita per Dec. *cons.* 512. *à num.* 2. ubi dicit, quod licentia data ad testandum intelligitur de primo testamento, etsi revocetur, quòd ejus virtute aliud facere non poterit Socin. Jun. *cons.* 89. *num.* 24. Covarr. *in cap. cum in officiis, num.* 8. *de test am.* Tiraq. *in repetit. l. boves* §. *hoc sermone, num.* 128. & latissimè tradit Mieres. *de major.* 1. *p. quæst.* 18. *num.* 1. *usque ad* 14. & de hac illatione latissimè vide in Gl. 3. *l.* 32. *tit.* 9. *part.* 6. *quæst.* 17. *glos.* & *ibi* Addit.

31 Sed hoc restrinxit Gregor. Lopez. *hic ex l.* 44. *Taur.* quando possessio fuit tradita, vel fuit facta ex causa onerosa, de quo vide in Addit. Glos. 1. *lib.* 3. *tit.* 3. *suprà*. Adde Molin. *de Hispan. primog. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 44. & 45. Mier. *num.* 15. *cum seq. ubi supr.* ubi pro hac parte contra Decian. laudant Navarr. *in repetit. cap. fin.* 16. *quæst.* 1. *in* 3. *q. princip. num.* 22. *cum seq.* Tell. *in l.* 4. *Taur. num.* 6. Sarm. *de redit. Eccles.* 4. *p. cap.* 4. *num.* 3. Cæphal. *cons.* 359. *à num.* 14. *lib.* 3. & aliis auctoritatibus eam comprobant Alvarez *de conject. ment. testat. lib.* 3. *cap.* 2. §. 2. *num.* 21. & 22. & non obstat auctoritas nostri Lop. quem pro contraria opinione *supr.* citavimus, nam loquitur in majoratu jam per filium acceptatum, & qui jam semel sortitus fuit effectum, *hic* vero de majoratu revocabili ex dispositione *d. legis* 44. *Taur.*

Notat etiam Glos. *hic in fine* ad *d. l.* 44. *Taur.* quòd facta majoria inter vivos poterit donatarius agere, ut sibi tradatur possessio, cui Adde Azeved. *in l.* 4. *tit.* 7. *lib.* 5. *recomp. num.* 6. ubi eam refert, & sequitur, & Addit. ad Glos. 1. *tit. part.* 6.

Limita 10. si primus emptor pro observatione contractus haberet rem venditam specialiter hypothecam cum pacto de non alienando; nam virtute hujus pacti secunda venditio est nulla, & sic prima emptio prævalet, de quo pacto, & ejus virtute vide Addita ad Glos. 4. *l.* 43. *supr.* & in specie istam limitationem tenent Jas. *in d. l. quoties, num.* 28. & alii, quos sequitur Tiraq. *de retract. conven.* §. 3. *gl. unic. num.* 5. Covarr. *lib.* 2. *var. cap.* 19. *num.* 7. Guttierrez *in repetit. l. nemo potest, num.* 40. & 41. *ff. de leg.* 1. & *de jura. conf.* 1. *part. cap.* 30. *num.* 7. Gomez. 2. *tom. var. cap.* 2. *num.* 20. *vers. limita.* 4. ubi hoc novum, & singulare dicit. Mench. *de succes. creat. lib.* 1. §. 10. *num.* 84. *vers.* 2. *ex hoc.* Pereir. *de empt. cap.* 26. *num.* 37. Morla *in empor.* 1. *p. tit.* 9. *de contrab. emption. in præmis. num.* 49. Molin. *disp.* 368. *vers.* 6. Castill. *quotid. lib.* 5. *cap.* 80. *num.* 24. *vers. respondetur, & num.* 25. *cum aliis*, ubi alios recenset, & generalem obligationem cum pacto de non alienando sufficere dicit. 32

Amplia hanc limitationem, generalem hypothecam rei venditæ sufficere, ut primus emptor secundo, cui res fuit tradita, præferatur, ita docent Ferrar. *in tract. cautel. caute.* 48. *num.* 4. *ex l. si creditor*, ubi Bar. *ff. de distract. pign. idem.* Bar. in terminis *in l. qui absenti*, §. 1. *in fin. ff. de acquir. poss.* Jas. *cons.* 5. *num.* 1. *col.* 5. *vers.* 6. *pro ista, vol.* 3. ubi per hypothecam generalem favore primi donatarii impediri dominii translationem in alium, dicit. Magon. *decis. Lucens.* 21. *n.* 4. & 5. ubi primum emptorem cum hypotheca speciali secundo, cui res fuit tradita, præferri dicit, & generalem hypothecam non sufficere, & alios allegat. Mozzi, *c. de natural. lib. empt. & vend. num.* 33. ubi vigore hujus hypothecæ primum emptorem omnibus aliis præferri inquit, quia habet tantam vim, quòd impedit translationem dominii, & plures adducit. Thesaur. *lib.* 4. *quæst.* 64. *num.* 2. ubi primum emptorem habentem hypothecam in contractu potiorem esse affirmat, & alios laudat. Molin. *disput.* 369. *vers.* 4. 33

Contrarium defendit Tiraq. *d.* §. 3. *gloss. unic. num.* 6. vel ex sola hypotheca dominii translationem non impediri, etsi cum suo onere transeat in emptorem docet ex *l. si debitor* 12. *C. de distract. pignor.* & ibi Glos. *fin.* ubi concordantes tradit, & novissimè Faber. *de errorib. decade* 24. *error.* 10. *num.* 19. & 20. ubi etiam tentat probare, quòd hypotheca ipsius rei venditæ etiam ante traditionem non valet, & Castil. *d. num.* 24. *vers. remanet ergo, & num.* 25. ubi cum Guttierrez *ubi supr.* resolvit pactum de non alienando per se solùm non sufficere absque hypotheca bonorum, nec hypotheca in, vel obligationem bonorum absque prædicto pacto de non alienando. Faber. *ubi suprà, decade* 87. *error.* 1. *per totum.* vide Addit. ad Glos. 2. *l. fin. infr. hoc tit.* Retenta hac opinione Tiraq. salvat ampliationem, ut per indirectum primus emptor consequatur intentum contra secundum emptorem, avocando rem emptam ab eo per hypothecariam, & retinendo eam quousque sibi satisfiat de interesse, quod ascendit ad rei valorem, ut ex Oldraldo *consil.* 114. & Socin. *regul.* 118. *fallac.* 3. tradit Gab. *d. conclus.* 2. *num.* 29. potest enim emptor interesse prætendere, si habet alium fundum juxta eum, quem emerat, vel si fuit majorum suorum, vel si est majoris 34 35

joris valoris, *l.44. supr. ibi* Glos. 2. & ei addita. Sed in hoc casu præcedere debet excussio in bonis venditoris, *l.14. tit.* 13. & ibi Addit. ad Glos. 5. Castill. *lib.5. quotid. cap.80. num.*30. 31. *&* 32. de hac doctrina Gabr. dubitat, & retentionem non dari docet, quia rem non possidet ; sed Gabr. non negavit, sed per hypothecariam posse rem alteri venditam avocare,& post avocationem, & missionem in possessionem retinere dixit; nam retentio absque possessione dari non potest.

36 Limita 11. si primo emptori pro observatione contractus sint bona venditoris hypothecata , & specialiter res vendita,& deinde secundo vendatur cum clausula constituti, & postea primo tradatur ; nam in hoc casu secundus emptor virtute clausulæ constituti poterit possessionem à primo emptore avocare,de quo vide Addit. ad Glos. 5. *l.14. tit.*13. *infr. in* 1. *limit.* etsi venditor reperiatur solvendo, secundus emptor potiorerit primo,cui res erat hypothecata, & postea tradita. Cacher. *decis.* 133. in duobus creditoribus jus secundi defendit.

37 Limita 12. si primus emptor pretium rei emptæ, & sibi traditæ non solvit venditori, nec de eo fuit habita fides; nam tunc secundus,qui pretium solvit, præfertur. Bald. *in rubr. num.*28. *Cod. de contraben. emptio.* Guid Papa *decis.* 112. *vers. & hoc verum.* Tiraquell. *de constit.* 1. *p. num.*27. Grat *consil.* 18. *num.* 1. *lib.*1. Gabriel. *d. conclus.* 2. *num. fin.* Dec. *in l. contractus* 23. *n.*19. *ff. de reg. jur.* Honded. *cons.* 52. *num.*41. *vol.* 1. Carrot. *de excussio. bonorum,quæst.*13. *quæst.*10. *princ. num.* 43. Gratian. *discept. cap.* 523. *num.*9. *&* facit *d. l. quoties* ibi *ac pretium exolvisset,*ubi Jas. *num.* 43. & DD. *& in l. apud Celsum* , §. *si à Titio* , *ff. de doli except.* sed

38 hæc limitatio non est tuta,& restringe ex his , quæ diximus in Glos. 1. *l.28. hoc tit.* & ita intellige, si secundo emptori res tradita sit, & de anterioritate inter eum, & primum, cui res fuit tradita, agatur; nam tunc si ante traditionem secundo factam prior emptor pretium non solvit, secundus ei præfertur in dominio rei venditæ,quod non ex pretii solutione, sed ex traditione transfertur, si justam habet causam, *l. nunquam nuda* 31. *l. traditio* 20. *in princ. &* §. *ult. ff. de acquir. rer. domin.* solutio enim pretii nihil confert ad translationem dominii nisi tanquam conditio , sine qua dominium non transfertur; nam *l.*12. *tabular.* sic cautum nominatim fuerat,ut ad transferendum ex causa venditionis dominium non sufficeret emptionem præcessi sse,nec secutam traditionem, nisi pretium solutum esset,vel aliter eo nomine satisfactum, *l. quod vendidi* 19. *l. ut res* 53. *ff. de contraben. empt. l. Paulus respondit.* 38. §. *quæsitum,ff. de liber. caus.* §. *vendita. Instit. de rer. divis. d. l.* 28. *supra hoc tit.*Faber. *decad.* 86. *error.* 4. *&* 5. interpretatur, *d. l. quoties,*duobus enim emptoribus rei vendicatione agentibus, quibus diversis temporibus res tradita fuit, is præfertur , qui prius pretium solvisse probaverit, & aliàs re non tradita, de anteriori pretii solutione curandum non est, ut ex *l. nostra* probatur; nam dominium,ut transferatur,tria concurrere debent, emptio, traditio, & pretii solutio, cum agitur cum ipso venditore, vel cum eo, qui ab eo causam habet,hæc tria probanda sunt : & si cum alio tertio,quartum addi debet, scilicet quòd auctor suus, hoc est venditor, esset dominus. Cartar. *decis.*96. & vide Addit. ad Glos. 1. *l.*18. *tit.*13.

39 Si vero de prioritate traditionis non constiterit, quia probatum est eodem die,& eadem hora utrique emptori rem fuisse traditam , vel quia de traditione constat; sed non de prioritate : tunc præsumendum est pro eo, qui prior emerit, & solverit ex Glos. *hic,*aut si alius prius emisse,alius prius solvisse probetur, pro eo, qui pretium prius solverit, ut ex eo, quod jure fieri debuit, facti conjectura sumatur,ex Areti,Cyno.& Jas. *num.*37. *in d. l. quoties,*C. *de rei vendit.* Bald. Angelo, Roman. & Alexand. tradunt Covarr. *lib.*2. *variar. cap.*19. *num.*6. Gabr. *lib.* 3. *com. opin. de empt. & vendit. conclus.*2. *num.*51. Gom. 2. *tom. variar. cap.*2. *num.*20. *vers.*3. *in princ.* Mozz. *de empt. & vendit. cap. de naturali empt. num.*34. *in fin.* Gratian. *discept. cap.* 523. *n.*4. quibus assentitur Faber. *de error. pragm. decade* 86. *error.* 5. *vers. eoque casu* 4. *part.*

AD Gl. 2. Nota hanc *l. & l. quoties,*procedere, 40
quando eadem res diversis temporibus duobus emptoribus vendita est,vel in uno instrumento,cuilibet insolidum. Adde Fabrum. *d. decad. error* 1. *per tot.* ubi latè, & subtiliter explicat, *& error.* 2. *&* 5. *ad fin.*

AD Gl. 4. & Nota 1. ad translationem dominii 41
rei venditæ eandem vim habere realem solutionem pretii, vel quod de eo fides sit habita, & vide Addit. ad Glos. 1. *l.28. suprà.*

Nota 2. in directa rei venditione,ut diximus, quòd emptor tenetur probare emptionis titulum, pretii solutionem,& rei emptæ traditionem; in Pu- 42
bliciana in rem actione, ut emptor agere possit, & cui res tradita non fuit, præferatur, non requiritur (ex Glos.) solutionis pretii probatio. Adde Fabrum,*error.* 5. ubi de hac differentia vindicationis & Publicianæ circa pretii solutionem agit.

AD Glos. 5. Nota 1. *ex text.* venditorem,qui 43
ex parte sua non adimplet contractum , ad damna,& interesse teneri ; de quo vide *l.*42. & ibi,Addita ad Glos. 10. *& l.*43. & ibi Addita ad Gl. 6. *&* 7. ubi etiam de probatione damni egimus.

Nota 2. quod vendens rem duobus pœna falsi 44
tenetur, si criminaliter agatur. Adde Menoch. *de arbitr. lib.*2. *casu* 381. *à num.*10. Farinac. *in prax. crimin.* 5. *p. quæst.* 150. *de falsit. & simulat. n.*219. ubi ampliationes, & limitationes tradit, & plures refert.

Limita ex eodem Farinacio *ibi, num.* 230. quan- 45
do primus emptor non solvit pretium conventum; nam tunc impune potest venditor eandem rem alteri vendere. Alex. *ad Bartol. in l. qui duobus, lit. A. vers. & intellige hanc legem, ff. ad legem. Cornel. de falsi. & in l. à Divo Pio,*§. *sed si emptor. num.*6. *ff. de re judic.* Menoch. *d. casu* 381. *num.*18. ubi alios plures laudat. Surd. *decis.*220. *&* 344. *est duplicata, num.* 16. *&* 17. *& cons.* 15. *num.* 16. Gratian. *discept. cap.* 523. *num.* 5. 6. *&* 7. & reddit rationem, quia postquam primus emptor non servat fidem solvendo pretium, potest venditor alteri vendere,& primo emptori fidem impune non servare : quia frangenti fidem, fides frangatur eidem, *l. cum proponas l.*2. *C. de pactis.* Maresc. *lib.*2. *var. cap.* 19. *num.* 16. quando autem ratione non soluti pretii ab emptione discedere liceat, diximus in Addit. Gl. 1. *l.*28. *num...* vide ibi, nam in illis casibus etiam rem alteri vendere licebit.

AD Glos. 6. Nota, quòd si bonæ fidei possessor
rem alienam vendiderit, vel dominaverit duobus,vel pluribus diversis temporibus, ille præfertur in quasi dominio, & publiciana, cui prius res

fuit

fuit tadita. Add. ultra DD. *in d. l. sive autem*, §. *si duobus*, *ff. de publicia*. Bald. *in l. si ea res*, §. *fin. ff. de action. empt.* Gomez. 2. *tom. var. cap.* 2. *num.* 20. *vers.* 3. *princip.* Gabr. *lib.* 3. *conclus.* 2. *num.* 9.

46 AD Glos. 8. Nota, quòd dominus non repellitur Publiciana, nisi in casibus notatis per Glos. *in l. fin. ff. de publicia in rem. action.* Adde Jas. Zasi. *in* §. *sed ista quidem*, *num.* 27. Minsinger. *in* §. *namque si cui* 4. *num.* 35. *Instit. de action.* & *ibi* Pichard. ubi latè.

47 *Sed* in casu nostræ *leg.* utrùm duæ sint emptiones, & duplex debeatur gabella, vel una? vide Lasar. *cap.* 13. *num.* 1. *cum* 6. *seq.* ubi resolvit, quòd quamvis in hac specie duplex venditio sit, una gabella debetur, quia unicum est pretium: at Guttier. *lib.* 7. *pract. cap.* 19. *per tot.* resolvit duplicem gabellam deberi, sed æquior est Lasart. opinio maximè in casibus, quibus emptori licèt, absque pœna rem alteri vendere, de quibus vide Addit. Glos. 5. *suprà.*

48 SEd quid si inter eosdemmet venditorem, & emptorem pretium rei venditæ augeatur, vel alia qualitas, an duplex, vel una venditio sit, & duplex gabella debeatur: vide Addit. Glos. 1. *l.* 15. *tit.* 14. *hoc part. num...* ubi resolvimus ex Joseph Sesse, *decis.* 22. & Guttier. *quæst.* 20. & Lasart. *n.* 12. *ubi suprà.*

LEX LI.

SUMMARIUM.

1 *Emptor primus, cui res fuit tradita præfertur secundo, etsi tempore primæ venditionis non esset dominus.*

2 *Secundus præfertur primo, qui à non domino emit, & rem accepit, licet post traditionem factam secundo, dominus primam ratificasset & venditori successerit, & num.* 3.

4 *Creditor, cui facultas vendendi concessa est, si vendat uni, & dominus postea vendat alteri, præfertur, qui priùs emit.*

5 *Idem de eo, qui emit à procuratore, nisi secundo prius à domino fuisset res tradita.*

6 *Mandatum ad vendendum revocatur eo ipso, quòd dominus vendidit rem.*

ADDIT. GLOSS. I. II. &c.

1 AD Glos. 1. Nota quòd si res aliena vendatur, & emptori tradatur à non domino, & postquam dominium ei supervenit, eam alteri vendat, quòd primus emptor præfertur. Adde *l. apud Celsum*, §. *à Titio*, *ff. de doli exceptio.* Gomez. 2. *variar. cap.* 20. *num.* 20. *vers. principaliter*, ubi rationem hujus decisionis esse dicit, quia primo emptori res prius fuit tradita, & sic merito debuit præferri, quia confirmatus fuit primus titulus, & traditio, & jus ejus ex supervenienti jure venditoris, & antiquiores laudat. Boër. *decis.* 23. *num.* 13. & 4. *seq.* ubi latè explicat, quando ex superveniente dominio venditio confirmetur, & materiam *l. cum vir*, *ff. de usucap.* & distinctionem traditam *ibi* per Bar. & Castr. Zasi. *in* §. *sed ille quidem*, *num.* 27. & Minsinger. *in* §. *namque si cui*, *num.* 35. *instit. de action.* Anton. Gabr. *lib.* 3. *comm. opinio. tit. de empt. conclus.* 2. *num.* 7. Mozzi. *de empt. c. de naturâ empt. & vendit. num.* 32. *in fin.* Pereir. *de empt. cap.* 11. *num.* 6. *Si* verò secundo emptori prius traditio fieret, ipse potior erit in re vendita Gabr. *ubi suprà*, Covarr. *lib.* 2. *var. cap.* 16. *num.* 7. *vers.* 8. Marsil. *sing.* 82. *vers. unum tamen.*

AD Glos. 2. Nota, quòd secundus emptor, qui emit à Domino, præfertur primo emptori, qui à non domino emerat, & amplia etsi ei à non domino tradita fuisset, & etiam si post secundam venditionem, & traditionem dominus venditionem primo factam suo nomine ratificet, quia in præjudicium juris quæsiti illi, qui medio tempore accepit, non potest retrotrahi. Glos. *in l. si in debitum*, §. 1. *& ibi.* Bald. & alii *ff. rem. rat. hab. per l. bonorum*, *ff. eod.* Jas. *in l. quoties*, *num.* 38. *C. de rei vendit.* Gabr. *d. conclus.* 2. *num.* 48. 2

Amplia, etsi venditori dominus succedat, & post venditionem à se factam, & rem traditam ratificet venditionem, quam antea venditor, cui ipse succedit, cum non esset dominus, fecerat; nam etsi confirmetur venditio facta à non domino, quando ei succedit valet, ita ut illam revocare non possit ex *l. venditrici secundum lecturam* 2. *gl. Cod. de reb. alien. non alien. l. Seia*, & *ibi* Bar. & Bald. *ff. de evict. l. cum à matre*, *C. de rei vendit. l.* 1. *ubi est casus*, *ff. de except. rei venditæ, & tradit.* Boër. *decis.* 23. *num.* 17. ubi latè explicat; non tamen statim, quod venditori dominus successit, dominium rei venditæ fuit in emptorem translatum, & à secundo emptore per ratificationem dominium antea quæsitum non potuit auferri, *ex suprà traditis.* 3

AD Glos. 3. Nota, quòd si dominus hypothecavit rem suo creditori cum facultate, quòd possit illam vendere, si intra terminum debitum non solverit, & ipse illam vendat uni, & dominus eandem rem vendat alteri, præfertur qui priùs emit à creditore. Intellige nisi secundo emptori à domino res sit tradita; nam tunc potior erit primo, & Adde Bald. *in l. si debitor*, *C. de distract. pign.* Jas. *in l. quoties*, *C. de rei vendit. num.* 38. *vers. fortius.* Alex. *in apost. ad Bart. in l. sive autem*, §. *si duobus*, *ff. de publ. in rem. action.* Gabr. *d. concl.* 2. *num.* 6. *lib.* 3. Mozzi. *d. c. de naturalib. empt. num.* 32. *vers. amplia etiamsi dominus.* 4

AD Gloss. 4. Nota 1. eum, qui emit à procuratore, qui mandatum ad vendendum habebat, præferendum esse secundo emptori, qui à domino rem emit; nam mandans tenetur stare venditioni, ac si ipse eam feciffet, de quo vide Addita Glos. 5. *l.* 48. *num.* 6. *suprà.* Limita, nisi secundo emptori prius fuerit res tradita; nam tunc primo potior erit, de quo vide Addit. ad Glos. 1. *hujus legis.* 5

Nota 2. quòd mandatum ad vendendum eo ipso, quòd dominus vendit rem, quam vendere mandavit, censetur revocatum, etsi de venditione procurator scientiam habuit, venditionem postea ab eo factam non valere: vide Addit. ad Gl. 5. *l.* 48. *sup. hoc tit. n.* 26. 27. & 28. ubi diximus, quando mandatum ad vendendum revocari possit, etsi valet venditio ab eo post revocationem facta. 6

LEX LII.

Ad Tit. c. si in causam judicati , & c. de exactoribus tributor. & c. si propter publ. pensita.

SUMMARIUM.

1 *Ex venditione facta jussu judicis dominium in adversarium transfertur , & factum judicis , factum partis reputatur , & debitor manet obligatus, ac si ipse vendidisset , n.2. & 3.*

4 *Qui judices sententias suas exequi possunt.*

5 *Exactores tributorum Regis ex ipsius delegatione si res debitorum vendant, in emptores transferunt dominium, quæ quidem judicialis executio ipsis committenda non est 6.*

7 *Res mobiles , in quibus executio fit, debent subhastari , & quid si sint, in quibus non cadit affectio, & quid sit subhastatio. 8. 9.*

10 *Res , quæ subhastatur, pluries debet præconicari, & an singulis diebus : & si non sit præco in loco , an sufficiat , si fiat per edictum, num. 11.*

12 *Res mobiles intra quod tempus possint addici, hoc est* hazer el remate.

13 *In subhastatione statuta loci servanda sunt.*

14 *Terminum signatum ad subhastationem, an liceat judici minuere.*

15 *Executio prius in mobilibus , & se moventibus facienda est, & an obmissio ordinis vitiet executionem 16. 17. & 18.*

19 *Bona mobilia non adesse ex relatione nuntii probatur, & an sufficiat manere debitorem, ut bona mobilia assignet.*

20 *Si ex pretio rei venditæ aliquid supereat , debitori est restituendum, & an , si ex eo judex aliquid emerit, sibi acquirat : & an executio vitietur, si rei venditæ valor excedat debitum 21. & 22.*

ADDIT. GLOSS. I.

1 AD Glos. 1. Nota 1. ex *text.* & Glos. ex venditione facta jussu judicis pro executione sententiæ in emptorem dominium transire , perinde ac si ipse dominus vendidisset. Addo *l. at si quis*, §. 1. *ff. de sump. relig. fun.* ubi inquit Jurisconsultus, bonæfidei possessor est , & dominium habet, qui auctore judice comparavit. DD. Glos. Bart. *ibi & in l. si finita*, §. *Julianus*, *ff. de damno infecto*, *& in l. Titia* , *ff. de solutio.* Covarr. *lib. 2. var. cap.* 11. *num.* 3. Parl. *lib. 2. rer. quotid. cap. fin. 5. part.* §. 16. *in fin.* Pereir. *de empt. & vend. cap.* 12. *num.* 1. *&* 2. ubi multos citat. Roland. *consil.* 21. *num.* 6. *vol.* 2.

Intellige, si rei venditæ traditio sequatur ; nam quemadmodum in venditione facta per dominum requiritur pretium, res, & consensus, ut diximus in Addit. Glos. 1. *l.* 1. *num.* 4. *suprà*, ita in hac venditione, quæ mandato judicis fit, hæc omnia requiruntur, & ultra hæc debet res subhastari, de quo vide *infrà* in Addit. Glos. 3. 4. & 5.

2 Nota 2. ex Glos. quòd factum judicis reputatur factum partis , & ultra jura *hic* à Glos. adducta, Adde *l. servus hac lege* 9. *ff. de manumiss.* ubi prohibitio judicis, testatoris, & contrahentis æquiparantur, *& text. in* §. *fin. instit. de offic. judic.* ubi judex potest mutare dominium, *& in l. qui restituere*, *ff. de rei vendic. & in l. justè possidet*, *ff. de acquirend. possess. & in l. eleganter* , *ff. de noxali action.* Glos. *verb. alienare, in* §. *contra autem. Instit. quib. alien. licèt* , *vel non.* Tiraq. *de retract. lign.* §. 1. *glos.* 14. *num.* 13. Avend. *resp.* 13. *num.* 7. Sarmien. *de rediti Eccles. 2. p. defens. in* 4. *monit. num.* 5. Pereir. *d. cap.* 12. *num.* 2. ubi latè comprobat, & multis auctoritatibus exornat. Tusch. *litt. F. conclus.* 30. ubi ampliat, & limitat.

Intellige 1. quantùm ad obligandum ipsum debitorem , cujus res venditur , & transferendum dominium in emptorem; nam ex facto judicis perinde debitor manet obligatus, ac si ipse vendidisset, ut declarat Bart. *in l. ab hostibus*, §. *sed quod simpliciter, num.* 7. *ff. ex quib. caus. major. per text. ibi in l.* 1. C. *si in caus. judicati*, & vide Addit. ad Glos. 1. *l.* 32. *num.* 25. *suprà. hoc tit.* ubi ex hujusmodi venditione debitorem de evictione teneri diximus. Judices vero , qui olim sententias exequi poterant, vide per DD. *in l. à Divo Pio* , *in princ. ff. de re judic.* & per Henriq. *in repetit. illius legis, quam ad literam refert.* Morla *in emporio, titul. de.*. Hodie omnes judices ordinarii habentes merum, & mixtum Imperium, & delegati, possunt sententias exequi, de quibus, & apud quem judicem executio sententiæ, vel instrumenti petenda sit, vide Parlad. *lib. 2. rer. quotid. cap. fin. 2. p.* §. 1. 2. *&* 3. ubi de judicibus ordinariis, & delegatis , quibus executio commissa, est latè agit. 3 4

AD Glos. 2. Nota exactores regiorum redituum , si pro eorum exactione *res debitorum* vendant, dominium earum in emptorem transferre, & intellige, si ex delegatione Principis ad hoc fuerunt deputati, aliàs ipsi auctoritatem non habent pignora capiendi pro tributis , nec vendendi ; sed judices ordinarii vendunt, juxta *l. 2. tit. 7. lib. 9. recomp. & aliàs l. illius tit.* ubi ordo, qui est servandus in litibus Regiorum redituum traditur, & ad instantiam conductorum exactio solet committi juxta *cap.* 23. *novor. apuntat. gabell.* & sic hanc legem ex Glos. *hic* intelligendam , & interpretandam esse docent *Lasart. de decima venditio. c.* 18. *n.* 56. Guttier. *lib. 7. pract. q. de gabellis, q.* 169. *num.* 9. 10. *&* 11. 5

De officio autem exactorum regiorum redituum , vide Peregr. *de jur. fisc. lib. 6. tit. 3. num. 2.* ubi dicit esse eos, qui minutas pecunias à singulis debitoribus exigunt, quas camerariis referunt, de quibus habetur *in* §. *coges* , *in authent. de mandat. Princ.* & teneri scripturam susceptorum claram facere, per quem, & quantum, pro qua re, & pro quibus annis sit facta solutio , sub pœna amputationis manus, &, si plus exegerunt, duplum reddere. 6

Nota 1. ex Glos. quòd istæ venditiones habent eadem privilegia, & fiunt perinde, ac si fiscus venderet. De privilegiis venditionum fiscalium vide Peregr. *lib. 6. tit. 4.* Alfat. *glos. 34.* & nos de singulis suo loco egimus.

Nota 2. ex Glos. quòd executio judicialis non est committenda exactoribus. Adde Guttier. *ubi suprà, num.* 10.

AD Glos. 3. Nota 1. quòd etiam res mobiles, quæ venduntur ratione alicujus executionis, debent prius publicè subhastari. Adde *l.* 1. *& seq. C. de fide instrum. & jur. hast. fisc. lib.* 10. *l. ordo, C.* 7

de

de execut. rei judic. l. fin. C. si adversus fisc. lib. 19. *tit.* 21. *lib.* 4. *recompil.* Platea, & Bart. *in l. si tempora, C. de fide instrum.* Fabian. *de empt.* 3. *p. num.* 83. Rebuff. 2. *tom. tractat. de præc. licitat. & subhast.* ubi latè materiam prosequitur. Peregr. *de jur. fisc. lib.* 6. *tit.* 4. *num.* 14. Parlad. *lib.* 2. *cap. fin.* 5. *p.* §. 8. *num.* 1. *&* 2. Rodr. *de exec. sent. cap.* 5. *num.* 77. alios refert. Pinel. *in l.* 2. *C. de rescind. vendit.* 2. *p. cap.* 2. *num.* 26. ubi hanc subhastationem necessariam esse dicit, cum pro executione rei judicatæ res condemnati venduntur, & idem dicit Matienz. *in l.* 9. *tit.* 11. *lib.* 5. *recompil. gloss.* 2. *num.* 2. ubi *à num.* 1. alias necessarias subhastationes recenset. Paz. *in l. filii. l.* 220. *num.* 2. est enim subhastatio
8 fraudis exclusiva, ut notant Avend. *in dictionem verb. al monada, & in cc. prat. cap.* 12. *num.* 1. Azeved. *in dict. l.* 19. *num.* 26. Cacher. *decis.* 109. *num.* 3. de ejus definitione, & unde hoc nomine *subhastatio* usurpatum fuit, vide Fabian. *num.* 83. & Parlad. *num.* 2. *ubi supr. de verb. al moneda* vide *l.* 6. *tit.* 27. *p.* 3. & *ibi* Addit. Avend. *ubi sup.*

9 Limita doctrinam ex Glos. *hic, in vers. si sint mobilia*, venalia in foro publico, ut vinum, oleum, caseus, frumentum, & alia victualia, in quibus non cadit affectio, & functionem recipiunt in genere suo, sufficere, quòd vendantur in foro publico absque alio præconio, de quo vide Addit. ad Glos. 3. *l.* 4. *supra hoc tit. num.* 5. & hæc sine ullo dubio procedunt, quando pretium est à lege taxatum, ut in tritico, & hordeo, & ad taxam venditur, quia cessat omnis fraus; aliàs subhastatio requiritur, & ita semper vidi in praxi servari, & Peregr. *ubi supra, in fine*, ait unica subhastatione deliberari, nisi aliud res exegerit. Amat. Rodr. *dict. num.* 77. *in fin.* Coler. *de proces. execut.* 3. *p. cap.* 9. *num.* 51. ait dicta bona frustra subjici subhastationi, & æstimationem sumendam esse ex foro publico, & secundum eum valorem statim esse applicanda creditori.

10 AD Glos. 4. Nota, quòd pluries debet res vendenda præconicari; sed quæstio est, an singulis diebus præconium dari debeat? & Glos. *hic* pluries præconisari, licèt non quolibet die præconicetur, sufficeret, docet, & eam sequitur Azeved. *in l.* 4. *tit.* 5. *lib.* 7. *recomp. num.* 16. *&* 17. Amator. *num.* 80. *ubi supra.* Contrariam opinionem tenet Guttier. *lib.* 4. *quæst.* 58. *per totum*, ubi pro ea alias leges Regni ponderat. Sed prima est verior, & tenenda in venditione bonorum, quæ pro executione sententiæ venduntur, dum tria præconia dantur de triduo in triduum juxta formam *l. fin. tit.* 21. *lib.* 4. *recompil.* in locatione verò, & conductione rerum civitatum, oppidorum, & populorum hujus Regni opinio Guttier. procedit, & quolibet die debent præconisari, & in venditionibus bonorum minoris, Ecclesiæ, & immobilium debitoris sic in praxi servatur, ut latius suo loco.

11 Et quid si non sit præco in loco, ubi fit venditio, & præconisari res vendenda non possit, dico, quòd sufficiet tunc per edictum fieri proclama apponendo schedulam, quæ continet id, quod est præconisandum in loco publico. Plate. *in l. loca omnia, Cod. de locatio. prad. fisc. lib.* 10. Avenda *in capit. Prat. cap.* 12. *num.* 2. *in fin.* Plotus *in l. si quando,* §. 5. *num.* 3. *unde vi.* Escob. *de raticin. cap.* 16. *num.* 19. *&* 20. Amat. *d. num.* 80. *in fin.* Parlad. *lib.* 2. *rer. quotid. cap. fin.* 5. *p.* §. 8. *num.* 5. ubi dicit solitum esse licitationem per judicem, apparit rémque, aut per notarium, aut per edictum fieri ubi præco non deficit.

AD Glos. 5. Nota bona mobilia debitoris, quæ 12
pro executione sententiæ subhastantur, non posse addici, hoc est *hazer el remate*, nisi transactis decem diebus, & immobilia viginti, vide *l.* 19. *tit.* 21. *lib.* 4. *recompil.* ubi hoc est immutatum, & novem dies venditioni rerum mobilium, & novem venditioni rerum immobilium viginti, & septem assignantur, & ibi Azeved. Covarr. *lib.* 2. *variar.* 13
cap. 11. *num.* 3. Cevall. 2. *tom. quæst.* 633. in hujusmodi enim subhastationibus servanda sunt statuta, & consuetudines loci, ubi fiunt, ut post Bald. *in l. ordo* 3. *num.* 9. *C. de executio. rei judic.* tradunt Jadocus, *in tract. de subhast. cap.* 2. *num.* 2. Coleri. *de proces. execut.* 3. *p. cap.* 9. *num.* 92. Gratian. *discept. cap.* 7. *n.* 2. *&* 3.

Terminum assignatum ad venditionem, seu lo- 14
cationem bonorum in subhastatione, licet judici non liceat minuere, est in eius arbitrio illum augere. Bart. *in l. etsi tempore, C. de fide instrum. & jure hastæ fiscalis, lib.* 10. Fabian. de Monte, *de empt.* 5. *p. princ. num.* 86. *in fin.* Peregr. *de jur. fisci lib.* 6. *tit.* 4. *num.* 5. *vers.* 4. judices verò delegati, aut executores, quibus res intra certum tempus finienda committitur, tempus restringere possunt. Glos. *in l. de causis, de offic. delegat.* Amat. Rod. *d. num.* 80. Alfar. *de offic. fiscal. glos.* 34. *num.* 34.

Et pro executione prius bona mobilia, & se 15
moventia, quàm immobilia capi debent, *l. à Divo Pio,* §. *in venditione, ff. de rei judic. l.* 3. *tit.* 27. *part.* 3. *& d. l.* 19. ibi: *En bienes muebles*, ubi Azeved. *num.* 34. Marant. *in suo specul. p.* 6. *actu.* 3. *& ultim. num.* 9. Coler. *d. cap.* 9. *num.* 19. Scacc. *de judic. lib.* 1. *cap.* 96. Amator Rod. *in d. c.* 5. *n.* 30. *&* 32. *in fin.* etsi hujusmodi ordo non servetur, executio est nulla. Imol. *in d.* §. *in venditione, col.* 2. *vers. præterea etiamsi diceret*, ubi Alex. *num.* 13. Felin. *in cap. quoad consultationem, vers.* 5. *remedium, de re judicat.* & hanc magis communem esse affirmat Jas. *in d.* §. *in venditione, num.* 19. (quamvis ipse eam non sequatur) Afflict. *decis.* 358. *num.* 1. & ibi Ursil. Azeved. *ubi supra, num.* 38. *&* 39. ubi alios adducit, & sic communiter DD. tenere testatur. Coleri. *d. cap.* 9. *num.* 17. quem refert Oswald. Iliger. *in annotat. ad Donel. lib.* 27. *cap.* 3. *litt. R.* & alios allegat. D. Pichard. *præcept.* 8. *num.* 10. *ubi supra.*

Sed contrarium est verius, scilicet quod omis- 16
sio ordinis non vitiet executionem, quia non est datus pro forma, sed ad instructionem judicis glos. *verb. jubentur in d.* §. *in venditione*, & *ibi* Bar. *num.* 8. Socin. *consil.* 158. *vers. neque obstat, num.* 26. *lib.* 2. ubi ab hac opinione non esse recedendum dicit. Idem dicit Imol. *in d.* §. *in venditione, col.* 2. *ad medium, post vers. & idem in dubio.* Surd. *consil.* 39. *num.* 22. *lib.* 1. Gratian. *discept.* 1. *tom. cap.* 17. *num.* 26. *&* 27. ubi hanc veriorem opinionem testatur, & ab ea non esse recedendum. Moheda *decis.* 185. ubi sic fuisse judicatum dicit. Avendan. *in c. prator.* 1. *part. cap.* 17. *num.* 4. Paz. *in prax.* 4. *part.* 1. *tom. cap.* 2. *num.* 32. Cevall. *quæst.* 813. *num. fin.* ubi ordinem *dict.* §. *in venditione*, non esse substantialem dicit. Azeved. *num.* 4. *ubi supra*, ubi executionem valere, si executatus non contradicat, verius sibi videri dicit, & alios laudat, & in *numeris sequentibus*, bona in quibus executio fieri potest tradit, de quo vide *d. l.* 3. *tit.* 27.

p. 3. & *ibi.* Addit. Guttier. *lib.* 1. *quæſt* 131. ubi valere ipſo jure executionem, ſed appellari poſſe tanquam à gravamine, communem dicit, & eum ſequitur Oſwald. *ubi ſupr. litt. R.* D.Pichar. *de præcept.* 8. *num.* 10. & 11. ubi non vitiari executionem, & partem poſſe appellare, quia judex ordinem non ſervat, ait Surd. *conſ.* 33. *num.* 7. plura tradit Flores *in Gramm. deciſ.* 40. *ſuprà, num.* 3. *in fin.* ubi dicit, quòd lex in hoc caſu non dat formam, nec reſiſtit executioni alio modo facta, & vide *ibi,* quando actus factus contra legem ſit nullus, vel valeat.

18 Hæc maxime procedunt, ut docent Surd. *n.* 21. Gratian. *num.* 28. *ubi ſuprà,* quando virtute obligationis cameralis executio fit, & apud nos inſtrumenti publici cum clauſula guarentigia; quia omnia bona videntur conſtituta in pignus prætorium per dictam clauſulam guarentigiam, ita ut debitor illius occaſione habeatur pro condemnato.

19 Bona mobilia non eſſe, ex relatione nuntii probatur, ſi ipſe ea non invenifſe teſtetur, ut ex aliis docent Surd. *num.* 16. Gratian. *num.* 27. *ubi ſuprà,* ubi etiam dicunt ſufficere, quòd fiat monitio, ut bona mobilia aſſignentur, ſi extant, ut executio fiat.

20 AD Gloſſ. 6. Nota 1. quòd ſi ex pretio rei venditæ aliquid ſupereſt, debitori reſtituitur. Adde *l. fin. tit.* 27. *p.* 3. & *ibi* Add.

21 Nota 2. quod, ſi ex pretio ſuperfluo judex, vel officialis aliquid emerunt, ſibi acquirunt dominium, & non debitori, cujus erat pretium, vide Add. ad *l.* 49. *ſupr. hoc tit.*

22 Nota 3. *ex text.* quod executio non vitiatur, quando rei venditæ valor excedit debitum, pro quo fuit facta. Adde Azeved. *in l.* 19. *tit.* 21. *lib.* 4. *recopil. num.* 41. Surd. *conſil.* 39. *num. fin.* ubi dicit, quòd judex, qui exequitur, uti debet regulato arbitrio, & pro modico debito non capere rem magni valoris, *ex l. quamvis, ff. de diſtract. pign.* ſed etſi eo arbitrio non benè utatur, non tamen vitiatur executio: idem tradit Alfar. *de offic. fiſcal. gloſſ.* 34. *num.* 33. & 34. ubi de ſubſtantia ſubhaſtationis non eſſe tradit, licèt pro requiſito referat Peregr. *d. tit.* 6. *num.* 7.

SUMMARIUM.

1 *Venditio facta à judice, non ſervato juris ordine, nulla eſt. Et ſubhaſtatio, ſi habita ſit fides pretii etiam pro parte, quia judex habere non poteſt, num.* 2. 3. & 4.

5 *Conditionalis oblatio in ſubhaſtatione non admittitur. Ex partium conſenſu fides habetur de pretio, & admittitur conditionalis oblatio. num.* 6. *Item, ex conſuetudine loci n.* 7.

8 *Item, ſi creditor tanquam extraneus rem emat.*

9 *Subhaſtatio præſenti pecunia quando dicatur facta: & an ſufficiat ſatisfactio de redimendo cenſu, ſeu ſolvendis debitis debiteris, ſi effectus non ſequatur.*

10 *Dominium rei venditæ in ſubhaſtatione non acquiritur, ſi in depoſito deficiat unus nummus.*

11 *Adjudicatio nulla eſt, ſi quod excedit debitum, creditor non deponat, ſeu debitori ſolvat.*

12 *Retrahere rem licet in publicis venditionibus ob non ſolutum pretium.*

13 *Remedia, quibus creditor poteſt uti ad conſecutionem ſui crediti, ut res captas poſſideat in cauſam pignoris, & quomodo ipſi conſulatur, ut non teneatur compenſare in ſortem, num.* 19.

14 *Item, ſi non reperiatur emptor, poſt ſubhaſtationem ei adjiciantur, & an debeat præcedere æſtimatio judicis, & ut dominium in creditorem tranſferatur, ei debent tradi, & etſi ſit in actuali poſſeſſione, neceſſaria eſt actualis adjudicatio, num.* 15. & 21.

16 *Item, quod licitando emat, ad quod creditor debet admitti.*

17 *Item, quod impetret à Principe dominium.*

18 *Item, quod judex det in ſolutum pro juſta æſtimatione.*

20 *Quæ remedia venditoribus competant adverſus dictas venditiones.*

22 *Datio in ſolutum, ſi ſit pro majori quantitate, quàm eſſet debitum, an ſit nulla, & quid ſi adjudicata eſſet res majoris valoris, quàm eſſet debitum, &* 23.

24 *Res majoris valoris ſi capiatur in executione, executio non eſt nulla, & ab hoc gravamine an poſſit appellari.*

25 *Nullitates, ex quibus adjudicatio poteſt impugnari, & ſi nulla intervenit, non poteſt reſcindi, niſi prætextu læſionis.*

26 *Ad retrahendas res mobiles, ſeu immobiles, qui dies dentur, &* 27.

28 *Pendente appellatione poteſt debitor, quandocumque tam coram inferiori judice, quàm appellationis retrahere rem ſolvendo debitum, & impenſas.*

29 *Debitor ſi ratione læſionis reſciſſionem intentet, ipſi reſtituitur res cum fructibus.*

30 *Venditio judicialis, etſi ſit nulliter facta, non debet annullari abſque declaratione, quod debitor refundat debitum, & creditori retentio detur.*

31 *Primus licitator an liberetur, ſi accedat ſecundus, n.* 32. & 33.

34 *Licitatio fieri poteſt coram notario, & tabellione, ſi is, cui commiſſa fuit ſubhaſtatio, non ſit præſens, & quis licitator præferatur, ſi unus coram notario, alter coram commiſſario licitaverit, & quid ſi de prioritate non conſtat.*

35 *Licitatio ſecunda an dicatur acceptata, ſi ſcribatur, & ſi major ſumma offeratur, primus an remaneat liber.*

36 *Subhaſtans ſi plus dicat ſibi dari, quàm revera debebatur, ut emptores alliciat, plus offerens comperta veritate, an teneatur, vel conditione indebiti majus pretium, quod obtulit, poſſit repetere.*

37 *In licitatione regiorum reditunm per ſecundum licitatorem primus non liberatur, num.* 38. *Ordo in conductionibus tàm pro majori, quàm pro minori Regiorum reditunm, & rerum fiſcalium ſervandus.*

39 *Si licitator idoneos fidejuſſores non dederit, interim ſubhaſtatur, ſi inveniatur, qui plus det, ei pertinet, ſi minus ab eo exigitur.*

40 *Additione facta ſervata forma non admittitur aliqua pretii adjectio, etſi res eſſent Eccleſiæ, civitatis, ſeu minoris, niſi in viam reſtitutionis, & an requiratur læſio, & qua læſio ſufficiat, n.* 41. 43. & 44. *Declara ut in n.* 48.

42 *In*

42 *In venditionibus fiſcalibus quarti adjectio admittitur, & intra quod tempus.*

45 *Minori, & Eccleſiæ, quando non vendiderunt tempore opportuno, rei reſtitutio conceditur.*

46 *Si debita ſolemnitas in venditione rerum minoris, Eccleſiæ, ſeu civitatis non fuit ſervata, ipſo jure venditio non valet.*

47 *Quando bona debitoris ad creditoris petitionem ſubhaſtata ſunt, & de eorum intereſſe agitur, an admittatur oblatio contractu perfecto, & quid ſi creditor ſit minor.*

49 *Creditor poſt adjudicationem ei factam, ſi in nominibus debitorum executio fiat, executivè poteſt agere, ut executio in eis fiat, debitores debitum debent confiteri, & quid ſi nomen creditori ſit hypothecatum, n. 50. & 51.*

52 *Si res adjudicata creditori evincatur, quibus remediis ſuccurratur.*

53 *Gabella ex addictione, vel ex datione in ſolutum an debeatur, & an ſtatim facta addictione, num. 54. & 55.*

56 *Alia de executione ſententiæ remiſſivè.*

57 *Si creditor, cui addictæ ſint res, ſit clericus, & ſecundus creditor offerat debitum, ſeu debitor agat ex remediis ipſi competentibus, coram quo judice debeat conveniri.*

ADDIT. GLOSS. VII.

1 AD Gloſ. 7. Nota venditionem factam à judicibus non ſervato ordine à jure ſtatuto non valere, & dominium ex ea non tranſire in emptorem, quia tunc factum judicis non reputatur factum partis. Bald. *in l. ob cauſam, Cod. de evict. & conſil. 61. col. 2. vol. 1.* Socin. *conſil. 58. num. 16.* Surd. *46. num. 37. & 68. num. 22.* Gratian. *c. 326. num. 7.*

2 Nota extra Gloſ. nullam eſſe venditionem, ſi judex rem vendat habita fide de pretio. Urſil. ad Afflict. *deciſ. 385. num. 4.* Farin. *deciſ. 50. & 63. in noxit. noviſ.* Leo. *deciſ. Valent. 6. num. 2.* Alex. Ludovic. *deciſ. 23. num. 1.* ubi ſæpius ſic fuiſſe per Rotam firmatum aſſerit, & plures deciſiones ipſe, & ejus additionator reçenſent. Giurba *deciſ. 53. num. 2.* alios refert; non enim poteſt judex habere fidem de pretio rei venditæ pro ſatisfactione cre-
3 ditoris, *l. à Divo Pio 15. §. oportet, ff. de re judic.* ubi Gloſſ. *verb. liberatam.* Bart. *in §. ſed ſi emptor.* Alexand. *num. 5. & 6.* Angel. *num. 2.* Jaſ. *num. 1.* Caſtrenſ. *ibi num. 2.* Imol. *num. 3.* Afflict. *d. num. 4.* Daumod. *tit. de ſubhaſtatione, cap. 5. n. 3.* Masnerius *in prax. tit. de ſubhaſtat. num. 35.* Coler. *de proceſſ. execut. p. 3. cap. 9. num. 94.* Peregr. *de jure fiſci lib. 5. tit. 4. ſub num. 9.* Menoch. *de arbitr. caſu 381. num. 19. & 20.* Rebuff. *in conſ. tit. Gallit. tom. 2. tract. de ſubhaſtatio. art. 7. gl. 1. num. 2.* Ferrarienſ. *tit. de execut. ſent. gloſ. per publicum nuntium, num. 6.* Farinac. *ubi ſuprà, & deciſ. 247. num. 5.* Surd. *conſ. 168. num. 24.* Gratian. *cap. 321. num. 4.* ubi tradit, quòd
4 non valet venditio facta partim præſenti pecunia, partim habita fide de illa, quia in totum debet eſſe præſens. Fontan. *de pact. nupt. 2. tom. clauſ. 7. gloſſ. 3. p. 7. num. 20.* ubi hoc male apud Cathal. judices obſervari dicit. Leo *deciſ. Valent. 6. num. 1.* ubi deciſionem illius Senatus refert. Giurb. *deciſ. 53. n. 1.* ubi plures alios laudat. Præſentia enim pecuniæ pro forma in ſubhaſtatione requiritur, & ejus obmiſſio etiam vitiat ipſo jure. Barboſ. *in l. univerſa, ſub num. C. de præt. Imperator, offeren.* Bald. *in rubr. C. de reſcind. vendit. num. 5.* Aretin. *conſ. 69. num. 2.* Felin. *in c. cum dilect. ſub num. 6. verſ. 4. ſignum, de reſcript.* Alex. Ludovic. *deciſ. 23. num. 2.* ubi contra Bart. qui de conſilio præſentiam pecuniæ requiri dixit, Rotam declaraſſe tradit, & contrariis ſatisfacit.

Nec conditionalis oblatio, ſeu licitatio in ſub- 5
haſtatione eſt admittenda, & ſi admittatur eſt nulla, quia, qui conditionaliter eam facit, non dicitur meliorem conditionem afferre. Alexand. *conſil. 78. num. 29. lib. 5.* ubi dicit oblationem conditionalem non valere in debito. Gratus. *93. n. 75. lib. 1.* Neviz. *38. num. 14.* Gratian. *diſcept. cap. 7. n. 4.* ubi ſic per Rot. ſæpius deciſum fuiſſe dicit.

Limita 1. niſi omnes intereſſati conſentiant, 6
quòd venditio bonorum fiat habita fide de pretio, & quòd conditionales oblationes admittantur. Gratian. *diſcept. cap. 326. num. 5.* ubi pro hac doctrina duas Rotæ *deciſ.* recenſet. Farinac. *deciſ. 3. num. 1. & 2. & deciſ. 105. num. 3.* Beltram. *in addit. ad Alexand.* Ludovic. *deciſ. 23. n. 5.* Giurb. *deciſ. 53. num. 7. & 8.* ubi alios laudat, & §. *ſed ſi emptor. l. à Divo Pio, ff. de re judic.* in favorem creditoris, cui pecunia ſolvenda eſt, & ad cujus utilitatem bona debitoris venduntur, introductum fuiſſe dicit. Caſtill. *deciſ. Siciliæ 7. num. 8.*

Limita 2. ſi ita eſſet de more, & conſuetudine 7
regionis, quòd venditio non fieret præſenti pecunia, dum tamen conſuetudo in ſpecie probetur. Gratian. *dicap. 7. num. 5. & 6.* Beltram. *num. 7.* Giurb. *num. 12.* Coler. *num. 95. ubi ſuprà.*

Limita 3. in creditore executionem cauſante, ſi 8
ipſe tanquam extraneus rem emat, & licitationem faciat; nam ſi res ei addita ſit, & oblatum pretium cum ſuo credito compenſat, venditio valet, ut cum Maſne. Intrig. *deciſ. 15. num. 58. & 29.* Caſtill. *deciſ. 7. num. 7. & 8.* tradit Giurb. *ubi ſuprà, num. 6.*

Præſente autem pecunia dicitur facta venditio, 9
etſi aliter, quam in pecunia numerata emptor ſatisfaciat de pretio, *l. 4. §. ait prætor, & §. condemnatum, in fin. verſ. ſolviſſe, ff. de re judic. l. ſi procurator, 5. §. ſi ab eo,* ubi Gloſ. *verb. ſoluto, ff. de jure fiſci.* Gratian. *num. 14. 15. & 16.* ubi dicit ſufficere, quòd ſatisfactio interveniat, & non eſſe ſatisfactionem promiſſio de redimendo cenſum, aut ſolvendo debita debitoris, ſi cum effectu ſolutio non ſit facta, & ſic deciſum fuit per Rotam, ut teſtatur Alexand. Lud. *deciſ. 29. per totum.* Giurb. *deciſ. 53. num. 3.* ubi alios laudat.

Et ſi unus nummus deficiat in depoſito facto 10
per emptorem de pretio rei emptæ, quæ ex mandato judicis in publica ſubhaſtatione fuit vendita, emptor non efficitur dominus, etiam ſi per errorem depoſitum pretii diminuti factum fuiſſet. Hier. Leo. *num. 3.* ubi ſic deciſum fuiſſe in illo Senatu teſtatur, & eum ſequitur Fontanel. *num. 18. ubi ſuprà.*

Amplia procedere in ipſo creditore, qui ſi plus, 11
quàm in ſua executione eſt, offerat pro re, quæ pro executione venditur, & illud plus ad commodum debitoris non deponat, vel ſolvat, adjudicatio, ſeu venditio ei facta erit nulla ipſo jure, ut cum Nicol. Intriglio. & aliis tradit Giurb. *num. 4. ubi ſuprà,* ubi declarat, niſi penes depoſitarium à judice electum omnis pecunia depoſita fuerit, vel niſi ſuperfluum illud cum alio ſuo debito, etiam executivo compenſaſſet, quòd ei fieri licet, ut in Gloſſ. 4. *l. 22. tit. 13. infrà hac parte*, diximus, & Coler. *de proceſſ. executionum,*

p.3. cap.9. num. 72. ubi ex Maranta totam adjudicationem non vitiari, tradit, ſi pignus adjudicetur ultra quantitatem debitam.

12 Licet etiam propter pretium non ſolutum rehabere rem, & aliis vendere, quod in privatis venditionibus non permittitur, ut cum Alexand. Jaſ. & aliis tradunt Urſil. ad Afflict. *d. deciſ.* 358. *n.*4. ubi rationem eſſe dicit, quia neceſſarium eſſet contra emptorem executionem, & venditionem iterum facere ſervato ordine, *l. à Divo Pio*, §. *in venditione*, *ff. de re judic.* Surd. *conſ.*168. *num.*24. Gratian. *d. cap.*7. *num.* 4. & *cap.*321. *num.*20. ubi tradit, quòd habetur pro renunciante, ſi non comparet in termino præfixo. Scaccia. *de judic. lib.* 1. *cap.*96. *num.*41. ubi ex *text. in* §. *ſed ſi emptor*, *l.*1. *à Divo Pio*, cum Caſtr. tradit oblatores poſſe pœnitere, & recedere ab oblatione, quia alias daretur proceſſus in infinitum, intellige altera parte conſentiente.

13 Quatuor remedia, quibus creditor pro executione ſententiæ, & ſui crediti conſecutione poteſt uti, tradit Gloſſ. *verb. addicuntur*, *in l. à Divo Pio*, §. *pignora*, *ff. de re judic.* Primum, quòd res ceptas poſſideat, in cauſam pignoris tandiu ipſis utendo, fruendoque donec fructus percepti reſpondeant ſorti, qui in ſortem imputantur, de quo vide Addit. ad Gloſ. 4. *l.* 1. *tit.* 13. *infrà hac parte.* & Jaſ. Zaſ. & alii *in* §. *item Serviana. Inſt. de act.* Ferrar. *praxi*, *Pap. tit.*26. *de form. ſentent. execut. gloſ.*1. *num.*29. Neguſ. *de pignor.*3. *p. in princ.* Coler. *de proceſ. execut. cap.*9. *p.*3. *num.*77. & quandocumque licet debitori recuperare offerendo debitum, ut diximus in Gloſ. 3. *l.*2. *&* *l.*21. *d.tit.*13. ubi cum Felician. 2. *tom. lib.*1. *cap.* 3. *num.*5. diximus, quòd etſi *d. jur.* loquantur in pignore conventionali, procedunt etiam in judiciali, & prætoriano, & ex Felicia. in *num.*6. & Parlad. *lib.*2. *rer. quotid. cap. fin. p.* §. 13. *num.*13. dicta procedere in addictione, quæ perſonæ ſuppoſitæ à creditore facta fuit, quæ ſtatim jus creditori cedit, & tunc non contrahi veram venditionem, ſed pignus.

14 Secundum remedium eſt, ſi non reperiatur emptor poſt ſubhaſtationem pignorum, quod addicantur creditori, de quo *in d.* §. *ſi pignora*, & Gloſ. & DD. *ibi*, & vide Addit. ad Gloſ. 6. *l.* 6. *tit.* 27. *p.* 3. & ad Gloſ. 4. *l.*56. *infrà*, & ad Gloſ. 1. *tit. hac parte*, ubi de interpretatione *d.*§. *pignora*, egimus, & *l.*2. *C. ſi in cauſ. pignor. judic.* & concludimus, ſi creditor ſimpliciter pignora inſolidum acquirit, pro toto debito videri accepiſſe; ideo debere eſſe cautum in declarando quantitatem, pro qua in ſolutum recepit, & vide Ferrar. *num.*25. *&* 26. *ubi ſuprà.* Rebuff. *in conſt. Gal. tit. de lig. obligat. art.* 12. *gloſ. unic. num.*11. Pereir. *de empt. & vendit. cap.*17. *à num.*20. ubi alias opiniones refert, & hanc comprobat, & *in cap.* 12. *num.*4. Scacc. *de jud. lib.*10. *n.*96. *n.*4. Fabr. *de error. decada* 16. *error.*2. *&* 3. *cum aliis*, ubi latè de interpretatione *d.*§. *agit.* Matienz. *in l.*6. *tit.*11. *lib.*5. *recompil.* Gloſ. 1. *à num.*4. *& gl.*2. ubi de datione in ſolutum neceſſaria latè agit. Coler. *d.c.*9. *num.*114. *&* 115. & in dictis locis etiam diximus, quòd fructus à die addictionis ſuos facit, & vide Fabr. *d. err.*3. *&* *err.*5. *verſ. & ita num.*37. Surd. *n.*50. Et ita ſervatur de facto, quando non juſtus emptor, vel nullus reperitur, nam paria ſunt non reperiri emptorem, vel juſtum pretium non offerri, ut ex Bald. *in l.*2. *C. ſi in cauſam jud.* tradit Afflict. *dec.*358. *num* 6. Et ut talis datio in ſolutum valeat, & ex ea dominium in creditorem transferatur, æſtimatio debet præcedere. Paul. *conſ.* 156. *lib.*2. *&* *in l. ſi quos* 16. *num.*2. *C. de reſcind. vendit.* Afflict. *ubi ſupra*, *num.*5. *verſ.*4. *ratio.* Jadoch. *de ſubhaſtat. cap.*3. *num.*11. *tom.* 6. *p.*1. *fol.*79. Coler. *de proceſ. execut. p.* 3. *cap.*9. *num.*97. Surd. *conſ.*256. *num.*5. Gratian. *diſcept. cap.*7. *num.*19. *&* 20. *cum aliis*, *& cap.*545. *num.*8. 9. *&* 22. ubi tradit *d. l. ſi quos*, dum vult, quòd æſtimatio fiat ante adjudicationem, procedere etiam in debito privato. Cum enim ſunt licitatores, hujusmodi æſtimatio non requiritur, nec eſt neceſſaria, etſi ipſi creditori tanquam plus offerenti res ſubhaſtata vendatur, ut cum Afflict. *d. num.* 5. tradunt Surd. *d. conſ.*256. *num.*6. Gratian. *d. cap.*7. *num.*19. *cum aliis*, *& d. cap.*545. *num.*11. ubi ſic concordari opiniones contrarias cum Roland. Paul. Fulgoſ. & aliis dicit, & *in n.*24. tradit Rotam, etiam in datione in ſolutum ſervare contrarium, *& d. l. ſi quos*, ſolum habere locum in ſubhaſtatione, quæ fit pro exactione publicarum functionum, quem vide, *in num. ſeq.* De communi ſtylo ſervatur, quòd bona æſtimentur, & æſtimata in ſolutum creditori tradantur, ut ex Ferrar. & aliis tradit Alberic. *in l.* 10. *tit.*21. *lib.*4. *recompil. num.*4. 129. *&* 130. Amat. Rodrig. *de execut. ſentent. cap.* 6. *num.*45. & apud nos eſt *l.* 6. *tit.*11. *lib.*5. *recompil.* & vide in Addit. Gloſſ. 4. *l.* 56. *infra hoc tit. num.*... Ut enim domi- 15
nium in creditorem transferatur, traditio requiritur, nam per ſententiam nec dominium, nec poſſeſſio transfertur abſque traditione, Gloſſ. *in* §. *fin. Inſtit. de offic. judic.* Bart. *in l. ex hoc jure*, *ff. de juſtit. & jur.* Alex. *conſ.*1. *num.*4. *lib.*5. *&* 50. *num.*9. *lib.*2. Gratian. *d. cap.*545. *num.*38. 39. *&* 40. ubi procedere inquit, ſive tractemus de ſententia rei corporalis, ſive juris incorporalis adhærentis juri corporali, ut ſunt jura ſervitutum prædialium, quæ adhærent prædiis, jurisdictio, quæ adhæret Caſtro, & territorio, etſi dictum fuerit in ſententia, quòd bona libera ipſo jure revertantur cum ſuis pertinentiis, & omninò reverſa, & incorporata eſſe intelligantur. Surd. *conſ.* 168. *num.*31. ubi in terminis tradit, quòd ſententia non privat poſſeſſorem ſua poſſeſſione, nec eam transfert in alium, quia eſt facti, & requirit actum corporis, neque qui ſententiam obtinuit in favorem, poteſt auctoritate propria ingredi poſſeſſionem, ſed committit ſpolium, & perdit jura ſua. Pichar. *in d.* §. *fin. inſtit. de offic. judicis*, *num.*3. ubi expendit jura, quæ in contrarium faciunt, & hanc ſequitur generaliter in omnibus judiciis, exceptis judiciis familiæ Erciſcundæ communi dividundo, & finium regundorum, & alios plures laudat.

Amplia, etſi creditor eſſet in poſſeſſione bono- 16
rum ante decretum adjudicationis; quia ſemper opus eſt expeditione mandati, & actuali adjudicatione per miniſtrum judicis in vim ejusdem mandati ad acquiſitionem tituli, & dominii translationem, ad quam non ſufficit ſimplex decretum judicis mandantis adjudicari; quia non poteſt obtinere vicem actualis adjudicationis; nam mandatum de adjudicando non eſt adjudicatio, prout mandatum de vendendo, non eſt venditio, ut in ſpecie Rotam declaraſſe tradit Gratian. *diſcept. cap.* 54. *num.* 49. limita, ut per Aloyſ. Riccium *in ſua collectan. lib.* 5. *collectan.* 1719. *limitat*, 3. *&* 4.

Hujusmodi enim datio in ſolutum, & adjudicatio habet vim emptionis, & venditionis, & eisdem regulis regulatur, *l. ſi prædium*, *C. de eviction.* Bart. *in l. eleganter*, *in princ. ff. de pignorib.* Alberic. *in l. cætera*, §. *ſed ſi ſeparavit*, ubi Jaſ. *col.*2. *ff. de delegat.* 1. Tiraquell. *de retract. lign.* §. 1. *gloſ.* 14. *num.* 1.

num. 1. Rota *diverſ. deciſ.* 662. *num.* 5. *part.* 1. Matienz. *in l.* 6. *tit.* 11. *lib.* 5. *recompil. gloſ.* 1. *num.* 6. Guttierrez. *quæſt.* 22. *n.* 1. & 2. Gratian. *d. c.* 545. *n.* 45. & 46. ubi tradit, quòd quemadmodum in venditione requiritur pretium, res, & conſenſus, ita hæc omnia debent intervenire in adjudicatione: & creditum, quod eſt pretium rei adjudicandæ, debet eſſe certum per ſe, vel per relationem ad aliud, ſi non exprimatur, ex Ancharrn. *quæſt.* 28. *num.* 3. *lib.* 1. Surd. *conſil.* 225. *num.* 9. *in fin.* Alex. Ludovic. *deciſ.* 224. *d. cap.* 545. *num.* 48. ubi ex aliis tradunt, quod liquidatio crediti requiritur, prout in venditione requiri diximus, *in l.* 9. & 10. *ſuprà hoc tit.* & requiritur rei traditio, ut dominium transferatur, ut diximus in Add. ad Gloſ. 8. *l.* 23. *ſuprà hoc tit. num.* 4. requiritur etiam conſenſus, *ut in l.* 8. *ſuprà* in Add. ad Gloſ. 1. *num.* 2. ex defectu enim conſenſus hoc remedium improbat Faber. *de error. decad.* 56. *err.* 2. *verſ. quærimus enim*, ubi dicit, quod datio inſolutum eſt contractus, qui non niſi ex voluntate debitoris fieri poteſt, quique venditionis vicem obtinet: ſed ejus impugnatione non obſtante dationem inſolutum valere dicendum eſt; nam judicis conſenſus, & factum perinde eſt, ac ſi ab ipſo debitore præſtaretur, ut diximus *ſuprà*, & non eſt ratio differentiæ, quare venditio auctore judice valeat, & non datio inſolutum.

16 Tertium remedium eſt, quod creditor licitando emat ab executore tanquam tertius, & extraneus, & hoc tutius eſſe docent Gloſ. *in d.* §. *ſi pignora*, & ibi Bart. Alexand. *num.* 11. *l.* 1. & 2. C. *ſi in cauſ. judic.* ubi Bald. dicit, quòd melius eſt, quòd vendatur pignus creditori tanquam extraneo, quàm quòd detur in ſolutum. Surd. *conſ.* 246. *num.* 5. & 6. Ferrar. *num.* 28. *ubi ſuprà.* Parlad. *libr.* 2. *rer. quotid. cap. fin.* 5. §. 13. *num.* 13. ubi alios refert. Et quod creditor admittatur ad licitandum probat Salyc. *in l. ordo, Cod. de execut. rer. judic.* Franch. *deciſ.* 64. *num.* 4. & 10. & ibi Flam. *num.* 3. & 7. ubi dicit contrarium, & male reſpondiſſe quemdam advocatum nimis de ſe præſumentem, *& deciſ.* 430. *num.* 3. Carrot. *de oblation.* 2. *emptoſ.* 1. *n.* 12. Seraphin. *deciſ.* 1478. ubi dicit, quòd venditio iſta non poteſt reſcindi niſi prætextu læſionis. Felic. *de cenſib.* 2. *tom. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 4. ubi dicit, quòd tunc creditor loco extranei habetur, & quòd debitor non admittitur ad reſciſſionem contractus, niſi probetur læſio ultra dimidiam, & intra quadriennium petatur, & fructus ad emptorem pertinere. Amatis, *deciſ.* 67. *num.* 12. ubi reſolvit creditorem per ſe, vel per alium poſſe offerre pretium, quando venditio fit per executorem, ſecus vero, ſi ipſe creditor vendat. Alexand. Ludoviſ. *deciſ.* 12. *num.* 1. 2. & 3. Pereir. *de empter. cap.* 11. *num.* 26. quem vide *à num.* 10. ubi tradit creditori rem pignori datam ſibi emere non licere per ſe, nec per interpoſitam perſonam, quando poſt terminum præfixum ſolutioni eam alienat, quia hoc caſu cenſetur procurator conſtitutus ad vendendum ab ipſo debitore *ex text. in l. pro debito*, *Cod. de bon. author. judic. poſſid. l. qui ſub imagine*, *Cod. de diſtract. pignor.* ſecus vero quando judicis officio res diſtrahitur, & tanquam quilibet de populo rem emit, quia tunc ab ipſomet debitore emit, cum judicis factum, ejus factum reputetur, ut diximus in addit. Gloſ. 1. Caldas, *d. tit. cap.* 17. *à num.* 19. & 20. ubi idem comprobat, Scacc. *de judiciis*, *libr.* 1. *cap.* 96. *num.* 40. ubi alios adducit, & dicit, quòd licet *text. in d. l.* 2. C. *ſi in cauſam judic. pignor.* & Galles, *in tract. de form. cam. oblig. in q. incident. poſt proceſ. num.* 30. *fol.* 161. loquantur cum grano ſalis, ut ſcilicet creditor, quando non reperitur alius emptor, admittatur, tamen mens illius *text.* eſt; ut tunc creditor non ſolum admittatur; ſed cogatur: quaſi velit dicere, quòd non reperto emptore debet ſibi adjudicari, & dari in ſolutum, ut diſponunt, *d. l. à Divo Pio*, §. *ſi pignora*, *ff. de re judic. & d. l. ordo*, *Cod. de executio. rei judic.* ideo *d. l.* 2. *in fine*, ait ex officio emere debere, & quod idem creditor admittatur inter alios, imo ſit præferendus, ſequitur ex Marant. *diſput.* 8. *n.* 29. Fabet. *de error. decada* 56. *error.* 2. *verſ. ſimile aliud*, ubi quod admittitur ad licitandum, ſive nullus alter emptor ſit, ſive alius quidem ſit; ſed qui non ſatis dignum pretium offerat. Oſwald. *in annot. ad Donell. lib.* 27. *cap.* 3. *litt. X. & litt.* CC. ubi idem docent, & quòd in venditione bonorum debitoris præferatur creditor, & cognatus extraneo, probat *text. in l.* 1. *ff. de privil. creditor.* Parlad. *lib.* 5. *rerum quotid. cap. fin.* 5. *p.* §. 13. *num.* 10. Amat. Rodrig. *de execut. ſententiæ*, *cap.* 6. *num.* 37. *in fin.* Cur. Philippica. 2. *p.* §. 12. *num.* 5. qui hoc intelligunt in pari cauſa.

Quartum remedium eſt, quòd impetretur à Principe dominium, quando debitor per dolum efficit, ut emptor non inveniatur, de quo vide Surd. *d. conſ.* 256. *num.* 5. & Fabr. *de errore pragm. decada* 56. *error.* 4. & 5. 17

Item judex poteſt dare inſolutum pro juſta æſtimatione, ut diximus *in num.* 14. 18

Creditoribus, qui ſunt miſſi in poſſeſſionem bonorum debitoris, & jure pignoris judicialis remedio, de quo *ſuprà*, ea poſſident, quomodo conſulatur, ut fructus non teneantur compenſare cum debito, & ut non ſint adſtricti reddere rationem adminiſtrationis horum bonorum, vide Addit. ad Gloſ. 1. *l.* 44. *tit.* 13. *infra hac parte.* 19

Debitoribus etiam quibus remediis ſuccurratur adverſus hujusmodi venditiones, vide Affict. *deciſ.* 258. & ibi Urſillum. Parlador. *lib.* 2. *rerum quotid. cap. fin.* 5. *p.* §. 16. ubi quatuor remedia tradit, & Petr. Surd. *conſil.* 39. *per totum.* Gamma *deciſ.* 77. & Flores, in Addit. ad eum, *in deciſ.* 40. *ubi alios adducit.* Rodriguez. *de execut. ſentent. cap.* 6. *num.* 55. ſcilicet, appellationis, nullitatis, in integrum reſtitutionis, & læſionis, datio verò inſolutum eſt nulla, quando æſtimatio non præceſſit, vel bona non fuerunt legitimo tempore ſubhaſtata (de quo *ſuprà*, egimus) & quando datio in ſolutum fuit pro majori quantitate, quàm eſſet debita, & pars, vel judex errarunt in ſumma debiti, quia credebant deberi certum, cum tamen minus deberetur; nam tunc datio in ſolutum eſt nulla, etſi in uno nummo foret erratum, *l. ſi non ſortem*, §. *ſi centum*, *ff. de condict. indebit.* ubi DD. Roman. *in l.* 1. §. *penult. ff. de verb. obligat.* Alexand. *in l. juſtè poſſidet, num.* 20. *ff. de acquir. poſſeſſ.* Ruin. *conſ.* 136. *num.* 5. *vol.* 1. & 160. *num.* 26. *vol.* 2. Pariſ. 81. *n.* 36. *vol.* 2. & 110. *n.* 20. *lib.* 1. Tiraquell. *de retract. lign.* §. 23. *gloſ.* 1. *n.* 23. multos cumulat. Matſil. *in l. fin. num.* 44. *ff. de juriſdict. omn. judic.* Affict. *deciſ.* 358. *num.* 7. Capyt. 51. *num.* 1. Cott. Jun. *conſil.* 170. *num.* 8. Roland. 7. *n.* 87. *vol.* 3. Cæphal. 198. *n.* 1. Rota. *deciſ.* 33. *n.* 6. *p.* 2. Maranta. 6. *p. in* 3. *actu princ. n.* 20. Surd. *d. conſ.* 39. *num.* 5. & *deciſ.* 74. *n.* 8. ubi à fortiori nullam eſſe dicit, quando debitum

eſt falſum in totum, *& deciſ. 45. num. 3.* qui à *num. 8.* tradit, quòd, ſi ex iſto capite datio in ſolutum annullatur, debet res reſtitui cum fructibus. Hier. Leo. *deciſ. Valent. 25. num. 2.* alios allegat, & dicit hujusmodi dationem in totum corruere, quando datio fuit facta pro majori quantitate, quam ſit debitum; quia ſententia eſt individua, & non poteſt valere pro parte. Afflict. *deciſ. 218.* ex eadem ratione dicit ſententiam corruere in totum, ſi lata fuit partim ſuper bonis obligatis, & partim non obligatis. Statil. Pacif. *de Salvi. interdict. inſp. 3. cap. 2. num. 562.* & creditorem in hoc caſu non facere fructus ſuos; ſed quod tenetur eos reſtituere, docent Bald. *in cap. quoniam, §. ſin autem, num. 2. in fin. ut lite non contest.* Jaſ. *in d. l. ſi non ſortem.* Pariſ. *d. conſil. 110.* ubi procedere dicit, ſive datio in ſolutum ſit facta à parte, vel à judice. Afflict. *d. deciſ. 218. num. 4.* Surd. *45. num. 8. & 9. & conſ. 115.* quem vide. Mareſcot. *deciſ. 21. part. 1.* Menoch. *de recup. poſſeſſ. rem. 15. num. 598.* Pacif. *ubi ſuprà, num. 568.* qui in *num. antec.* pro contraria parte alios adducit. Magon. *deciſ. Flor. 109. à num. 5.* ubi adjudicationem factam in majori quantitate debiti, etiamſi in obolo eſſet exceſſum, nullam eſſe multis auctoritatibus comprobat; ſecus verò ſi res majoris valoris, quàm ſit debitum, fuiſſet adjudicata; nam tunc datio in ſolutum annullatur, ſed valet in quantum ſe extendit creditum: quod enim nullitatem in dationem inſolutum cauſat, eſt error in debito principali, non autem in æſtimatione rei adjudicatæ ex traditis *ibi* per eum, quem ſequitur Franchi. *deciſ. 224. num. 4. verſ. conferunt*, & alios allegat. Marcus Anton. Maceratenſ. *variar. reſolut. lib. 2. reſolut. 15. num. 12. 13. & 14.* ubi dationem in ſolutum nullam eſſe, quod eſt error in debito, & cauſa, ſecus ſi in æſtimatione rei, quo caſu ſaltem uſque ad concurrentem quantitatem debiti valere dicit, & alios allegat, & ſic procedere, quod dixit Gabr. *lib. 3. comm. opin.*

23 *tit. de empt. concluſ. 1. num. 65.* ſcilicet, quòd vitiatur datio in ſolutum, ſi res data eſt majoris valoris credito, & ita reſpondit Gamma *deciſ. 40. num. 4. verſ. in caſu autem*, ubi ſic tenere omnes dicit.

24 Si vero res majoris valoris capiatur in executione, executio non eſt nulla, quia pignora ita in valore proportionata debito ut neque excedant valorem debiti, neque quid deſit, ad ſupplendum, capi non poſſunt: judex enim regulato arbitrio, uti debet, & pro modico debito non capere rem magni valoris, *l. quamvis, C. de diſtract. pignor.* Tamen ſi eo arbitrio non benè utatur, pars gravata poterit appellare; ſed non vitiatur executio, ut reſolvunt Bart. *in l. à Divo Pio, §. in venditione, ff. de re judic. num. 5.* Imol. *num. 1.* Alex. *num. 4.* & Jaſ. *qui in num. 10.* cum communem dicit, quos ſequitur Surd. *dict. conſ. 39. num. fin.* Gamma *deciſ. 77. num. 4.* ubi dicit, quòd tunc addictio revocari convenit per *l. 2. C. de fide inſtrum. lib. 10.* & Bart. *in d. num. 5.* & per Gloſ. *in l. quamdiu, C. de diſtract. pignor.* & quòd ab hoc gravamine poteſt appellari, & vide Gamma *in deciſ. 40. num. 4.*

25 Aliæ nullitates, & cauſæ, ex quibus venditio, ſeu adjudicatio bonorum poſſit impugnari, & annullari ex *ſuprà* traditis, & auctoribus citatis colligi poſſunt.

26 Si enim legitimè omnia præceſſerint, venditio ſeu datio in ſolutum revocari non poterit, niſi prætextu læſionis ultra dimidiam juſti pretii, ſi forſan in ea intervenit, de quo vide Addita ad Gloſſ. 4. *l. 56. infrà.*

His omnibus deficientibus Albornoz. *de arte de los contratos, tit. 3. fol. 101. ad fin.* ex beneficio *hujus legis* debitori decem dies ad retrahendas res venditas in judiciali ſubhaſtatione dari exiſtimavit, quem meritò reprehendit Guttierrez. *lib. 2. quæſt. 161. num. 6.* nam lex iſta de hoc non loquitur, & terminus, quem aſſignat, eſt ad venditionem rerum pro executione ſententiæ captarum. De communi conſuetudine hujus regni (de qua teſtatur Caſtill. *in l. 70. Taur. verb. del remate.* Covarr. 27 *lib. 2. var. cap. 11. num. 3.* Perez. *in l. 4. tit. 8. lib. 3. ordin. col. 1072.* Matienz. *in l. 9. tit. 11. lib. 5. recomp. gloſ. 3.* Laſar. *de decim. vendit. cap. 7. num. 57.* Paz. *in prax. 4. part. 1. tom. cap. 3. num. 48.* Felic. *de cenſib. lib. 1. cap. 3. num. 10. verſ. nec ignoro.* Parlad. *lib. 2. cap. fin. part. 5. §. 16. num. 6.* Rodrig. *de exec. feud. cap. 6. num. 54.*) debitori triduum ad retrahendas res mobiles, & novem dies ad immobiles conceduntur; intra quos dies pœnitere poteſt, & à venditione rerum ſuarum facta recedere ſoluto debito creditori, vel emptori, & in hoc caſu gabellam non deberi ex venditione tradunt.

Transactis etiam dictis diebus in ſupremis tri- 28
bunalibus, ſi ab executione, ſeu taxatione fuerit appellatum, aliàs non judices creditori jubere ſolent, quod reſtituat rem ſibi additam cum fructibus, & debitori, quòd ſolvat debitum, & expenſas litis, & uſuras, ſeu reditus debiti pro tempore, quo rem creditor poſſedit, ad rationem cenſus redimibilis. Covarr. *d. num. 3.* Padilla *in l. 2. C. de reſc. vendit. num. 3.* Azeved. *in l. 19. tit. 21. lib. 4. recomp. num. 127.* Parlad. *§. 16. num. 7.* dicit debitore non petente ſolitos etiam eſſe ſupremos magiſtratus, qui de appellatione cognoſcunt, æquitatis intuitu, dum definitivè pronuntiant, executionem confirmare, & jubere debitorem intra certam diem debitum, & impenſas ſolvere, & bona ei reſtitui. Rodriguez. *num. 55.* & Felic. *verſ. nec ignoro, ubi ſuprà, & 2. tom. in append. ad d. cap. 3. num. 1.* cum tradit, inferiores judices hujusmodi humanitatis exemplum uſurpantes culpandos non eſſe, quia velut à fonte rivulos, & à majoribus doctrinæ exempla derivare honeſtiſſimum eſt. Cevall. *quæſt. 633. num. 6.* hic practicari dicit, & quòd res cum fructibus reſtituatur, etſi res vendita ſit penes tertium, & non in poteſtate creditoris. Et *quæſt. 763. n. 48.* Flor. de Mena. *in addit. ad deciſ. 40. circa fin. princ. & deciſ. 94.* dicit, quòd in his venditionibus judicialibus, ſi læ- 29
ſio ſit enormis, & ex ipſa agit debitor, ipſi reſtituitur res cum fructibus, ſoluto emptori cenſu pro pretio ad rationem quatuordecim, hodie viginti pro uno, & hoc potius ex æquitate practicari in tribunalibus, & vide Addit. ad Gloſ. 8. *l. 56. infrà*, ubi latè egimus de reſtitutione bonorum debitoris cum fructibus. Et hanc praxim procedere, etiamſi tempore venditionis quadriennium labatur, vel majus tempus, Flores *d. add. ad deciſ. 40.* ubi menti tenendum eſſe admonet.

In his caſibus addictio judicialis quantumcum- 30
que nulliter facta abſque declaratione, quòd verus debitor refundat debitum, non debet annullari, *l. ſi majori, C. de jure fiſc. lib. 10.* quod non eſt ſpeciale in fiſco, quia idem in privato diſponitur *in l. 1. Cod. ſi vendit. pignor. agat. l. 3. Cod. de eo, quod met. cauſ. l. ſi cum militaribus, C. de reſt. milit. l. pen. ff. de reſcind. vendit.* Gamma *deciſ. 77. num. 1.* Surd. *conſil. 39. num. 24. & 25.* ubi tradit, quòd creditor poteſt rem retinere donec ſibi ſuum debitum

tum ſolvatur, & quod fructus extenuant debitum. Covarr. *d. cap.* 11. *num.* 1. *in princ.* Gamma *deciſ.* 40. *num.* 1. ubi additionem non ſolere retractari, niſi ſoluto debito inquit.

31 Quid ſi poſt primam oblationem pretii factam pro re, quæ in ſubhaſtatione venditur, accedat ſecundus licitator, & plus offerat, utrum per iſtam ſecundam liçitationem primus licitator liberetur? in hac quæſtione duæ ſunt opiniones, una affirmativa eorum, qui tenent primum licitatorem liberari: altera negantium, quòd non liberetur. Pro affirmativa ſunt, *l. Valerianus*, *ff. de prætor. ſtipul. l. ſi ſtipulatus eſt*, *ff. de fidejuſſ. l. cum plures*, §. *lege*, *ff. locatio*, ubi per ſecundum actum ante rem perfectam videtur recedi à primo actu, per quæ jura Bald. eam ſequitur Caſtrus *in l. licitatio num.* 3. *ff. de public. & veſtig.* & Grem. *ſingul.* 40. & Addit. *ibi* Boër. *deciſ.* 248. alios refert Pinel. *in l.* 2. *C. de reſcind. vendit.* 2. *p. cap.* 2. *à num.* 29. & 30. ubi contrariis reſpondit. Strachà. *de decoct.* 5. *p. num.* 9. Avenda. *in cap. præt. cap.* 12. *num.* 8. Aviles *eodem tract. cap.* 32. *in gloſ. verb. de pujar, num.* 7. & 8. Azeved. *in l.* 4. *tit.* 5. *lib.* 7. *recompil. num.* 26. alios allegat Guttierrez. *lib.* 4. *quæſt.* 71. *num.* 18. & 19. & *de gabell. quæſt.* 134. *num.* 2. Hering. *de fidejuſſ. cap.* 6. *num.* 18.

32 Pro negativa ſunt Bart. *in dict. leg. licitatio*, ubi primo licitatori non licere reſilire docet, argum. *l. Sabinus*, *ff. de in diem additio*, & licere judici, Fiſco, vel creditori, qui bona ſub haſta vendunt, abjicere ſecundum, & eligere primum, & ex facto idem placuit Bald. *conſ.* 327. *vol.* 2. & eam ſequuntur, quos referunt Boër. Guttier. & Azeved. *ubi ſuprà*, Fabian. *de empt. ſ. q. princ. num.* 92. 93. & 94.

33 Harum opinionum communis, & accepta conciliatio eſt, ut affirmativa procedat, quando ſecunda licitatio fuit acceptata, & admiſſa à parte legitima; & negativa, quando non fuit acceptata tacitè, vel expreſsè, & eam ſequuntur fere omnes *ſuprà* citati: & tutiorem dicit Pinel. *d. n.* 30. & Parlad. *differ.* 75. *num.* 7. & 9. Limita, *ut infrà*, *num.* 10.

34 Hujusmodi licitationes coram notario ſeu tabellione, coram quo ſubhaſtatio fit, etſi quibus commiſſa eſt venditio ſubhaſta, præſentes non ſint, fieri poſſunt, ut per *l. licitatio*, *ff. de public. & veſtig.* Plat. *l. ſi tempora*, *C. de fide inſtrum. & jure haſtæ fiſci, lib.* 10. tradunt Aviles, *num.* 5. & eo non relato Guttierrez. *d. quæſt.* 71. *num.* 12. Unde ſi unus licitationem faciat coram notario cauſæ, & alius coram commiſſario, & alio notario, qui prior fuit tempore, potior erit jure, ſi verò coram commiſſario tantùm eſſet facta, qui coram notario licitavit præfertur, quia fuit prius obligatus, alias ſi uterque ſit legitimè obligatus, & de prioritate non conſtat, gratificationi erit locus.

35 Licitatio verò non dicitur acceptata ad effectum excludendi, ſeu liberandi primum licitatorem ex eo, quòd ſcribatur, ſeu in ſcriptis detur, nec ex oblatione majoris ſummæ dicitur melior conditio allata, *l. eum*, *qui emit*, §. *melior cum* 2. *ſeq. ff. de in diem adject.* Lucas à Penna *in l. congruit*, *Cod. de locat. prædicat. civit. lib.* 11. Rebuff. 2. *tom. tit. de præconiis*, & *ſubhaſtat. artic.* 7. *gloſſ. unic. num.* 21. Azeved. *in d. l.* 4. *tit.* 5. *lib.* 7. *recompil. num.* 24. & 25. Sed requiritur acceptatio, & quòd ſuper ea ſubhaſtatio continuetur.

36 Quid ſi in ſubhaſtatione bonorum ſubhaſtans affirmet, plus ſibi dari, quam reverà dabatur, & ſic alios emptores alliciat, ut plus dent, utrùm plus offereus comperta veritate minoris pretii ad id, quod promiſit ex aſſertione falſa ſibi facta majoris pretii, teneatur? vel conditione indebiti poſſit id repetere? de hac quæſtione, vide Addit. ad Gloſ. 2. *num.* 33. *tit.* 26. *part.* 2. ubi Gloſſ. pro utraque parte fundamenta refert, & cogitandum relinquit, & Guttierrez. *de gabell. quæſt.* 147. *num.* 1. 2. & 3. dicit, quòd ſi ſcienter ſubhaſtans plus ſibi dari affirmat, vel ſi ſuppoſuit tertium, qui id faceret, tenetur decepto ad reſtitutionem pretii in utroque foro, & ſi fuit ſolutum per conditionem indebiti datur licitanti repetitio, & ante ſolutionem poterit petere, quòd ſibi de toto pretio tantumdem tollatur, & propter crimen ſtellionatus ſubhaſtans puniri poterit, ſi vero ignoranter, ipſe non punictur, ſed licitatus poterit falſum pretium repetere: cujus reſolutio in foro exteriori vera eſt, ſed in foro interiori recurrendum eſt ad juſtum rei venditæ pretium, & ſecundum illud hæc quæſtio eſt decidenda: aliàs ei reſtitueretur, quod ipſe reſtituere deberet, ſi apud ipſum eſſet.

In licitationibus Regiorum redituum per ſecun- 37
dum licitatorem primum non liberari cum Caſtillo *in l.* 70. *Taur.* tradit Azeved. *in dict. l.* 4. *tit.* 5. *lib.* 7. *recompil. per l.* 11. *tit.* 11. *lib.* 9. *recompil.* Contra eos inſurgit Guttierrez *d. lib.* 4. *quæſt.* 71. *n.* 20. ubi dicit, quòd *d. l.* 11. non probat id, ad quod allegatur, quod verum eſt, ſed errore impreſſorum pro lege 12. lex. 11. fuit ſcripta, ad quod debuit Guttierrez animadvertere, & obmittere literam *dict. l.* 11. referre, & doctrina Caſtilli probatur *in l.* 11. *tit.* 12. & ſequitur Parlad. *differ.* 75. *num.* 8.

Ordo, qui in conductione Regiorum redituum 38
& venditione bonorum fiſcalium, quando ultimus licitator non idoneos fidejuſſores præſtat, ſervandus, in conductionibus pro majori traditur *in d. l.* 11. 12. & 14. *tit.* 11. *lib.* 9. *recompil.* & in conductionibus pro minori *in l.* 10. & 11. *tit.* 12. quæ jura eis, quibus licitatio commiſſa eſt, facultatem præſtant, in ſe res conductas aſſumere, ſi eis expedire videbitur, vel eas iterum ſub haſta ponere, vel ſi ſunt alii licitatores intra terminum *ibi* præfixum ad eos redire, & de uno in alium procedere ſervata forma *ibi* tradita, uſquedum veniatur ad primum, qui ſi idoneos fidejuſſores non dederit, iterum ſubhaſtatur, & ſi licitator non re- 39
peritur, in adminiſtratione ponitur, & quod minus ex re locata, aut vendita procedit, ab eo exigitur, de quo *in tit.* 8. latius egimus. Ad petitionem licitantis non fit reductio ad alios licitatores, hoc eſt *torno*, ſed ſolum ex arbitrio licitatoris pendet. Sed quid ſi inveniatur, qui plus det pro re locanda, quàm ille, qui idoneè fidejubere non potuit, hoc plus ad quem ſpectabit? dic ad eum, qui damnum ſentire debebat, ex regula *qui ſentit commodum*, *de reg. jur. in* 6.

Poſt addictionem verò factam abſque dolo, 40
fraude, & colluſione, ſervata forma à lege tradita, non admittitur aliqua pretii adjectio, nec res ab emptore amoveri, & dari novo licitatori poteſt, *l.* 1. & 2. *C. de vendit. rer. civit. lib.* 10. *l. eos*, *C. de diviſ. præd. lib.* 11. *l. Lucius*, §. *fin. ff ad municip.* ubi Gloſ. alia jura allegat Bart. & Decian. *in l. ſi tempora*, *C. de fide inſtrum. & jure haſtæ fiſc. lib.* 10. Marc. *deciſ.* 566. Boër. 219. Magon. *Florent.* 132. *à num.* 1. Maſtrill. *Sicil.* 84. *à num.* 2. ubi refert Luc. de Penna *in l. congruit*, *Cod. de locat.*

cat. prædic. civit. lib. 11. dicentem, quòd locationes non sunt admittendæ, ne dum commodum quæritur, locatores mutentur, & non inveniat respublica, qui cum ea contrahat, & alios citat. Ricc. *collect.* 1726. ex aliis tradit, post extinctionem candelæ primum licitatorem securum esse, & quoad eum venditionem esse perfectam, & non esse locum pœnitentiæ. Et ex nostris Avend. *in cap. præt. seu de exeq. mand. lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 9. Azeved. *in l.* 4. *tit.* 5. *lib.* 7. *recompil. num.* 19. *&* 20. *& in l.* 2. *tit.* 13. *lib.* 9. *à num.* 1. Parlad. *lib.* 2. *cap. fin.* 5. *part.* §. 13. *num.* 14. 15. *&* 16. qui alios laudat. Curt. *de gabell. quæst.* 146. *num.* 6. & probat *l.* 5. *tit.* 13. *lib.* 9. *recompil.*

41 Amplia post addictionem factam, etiam adjectionem quarti non admitti in locatione, vel venditione rerum civitatis, Ecclesiæ, minoris, vel aliorum privatorum, etsi Divites, vel Marchiones sint. Avend. *num.* 10. *ubi suprà*, Azeved. *in d. l.* 2. *num.* 1. Guttierrez. *d. quæst.* 146. *num.* 6. Lasart. *de decim. vendit. cap.* 18. *num.* 24. Girond. *de gabell.* 2. *p.* §. 1. *à num.* 8. *& num.* 96. Bobadill. *lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 115.

42 Limita 1. in rebus, & reditibus fiscalibus venditis, vel locatis, in quibus post secundam additionem, quarti adjectio admittitur, si intra 9. dies fiat in locationibus pro minori, & intra tres menses in locationibus pro majori, & cum solemnitatibus, de quibus *in l.* 6. 7. 8. *&* 15. *cum aliis, tit.* 13. *lib.* 9. *recompil.* Avend. Azeved. & Guttier. *ubi suprà.*

43 Limita 2. in minori Ecclesia, & republica, quibus datur restitutio adversus venditionem factam in subhastatione, si alius novus licitator post aliquot dies plus offerat, & eis magnum commodum afferat, *l. etsi fine*, §. *quæsitum*, *ff. de minoribus.* Maur. *de restitut. in integr. cap.* 219. Oddus *eod. tract. quæst.* 57. *art.* 2. *num.* 22. Afflict. *decis.* 340. & *ibi*, Ursil. Guidon. Papa. 536. ubi indistinctè dicit minorem, & rempublicam adversus venditionem factam restitui, si alius plus post aliquot dies offerat. Avilef. *c. præt. cap.* 31. *glos. verb. d. pujas*, 11. ubi in hoc casu rempublicam sæpè restituisse dicit, & quòd in Cancellaria fuit confirmatum. Mastrill. *decis.* 84. *num.* 6. alios refert, & sequitur, & apud nos est *l.* 5. *tit.* 19. *part.* 6. *vers. Otrosi dezimos.* vide Glos. & ibi Addit. idem firmat Guttier. *lib.* 1. *quæst.* 38. *& lib.* 7. *de gabell. quæst.* 142. *num.* 8. ubi adjectionem quarti in rebus minoris, & reipublicæ ex beneficio restitutionis admittendam esse dicit.

44 Intellige 1. quando utilitas effet magna, aliàs restitutio non effet concedenda, ut tradunt Avendann. & alii, quos ipse, & Mastrill. referunt, *ubi suprà*, Guttierr. *d. quæst.* 38. *num.* 40. *per tot. & d. lib.* 7. *quæst.* 140. *à num.* 10. læsionem in sexta parte sufficere ex Afflict. *num.* 3. tradit Mastrill. *num. fin.* Et judicis arbitrio relinqui cum Covarr. tradit Guttier. *d. num.* 4. qui rectè arbitrabitur, si Afflicti opinionem sequatur.

45 Intellige 2. quando minor, Ecclesia; vel respublica fuerit læsa, quia vendidit tempore non opportuno; nam tunc eis restitutio conceditur, ut ex Alberic. tradit Lopetius in Glos. *d. l.* 7. vide ibi Addita, ubi hanc doctrinam menti tenendam esse dicit, quia ex ea obtinuit in causa gravissima. Mastrill. *d. num.* 26. Guttierrez. *à num.* 3. *ubi suprà.*

46 Si debita solemnitas in venditione, seu locatione bonorum minoris, Ecclesiæ, vel reipublicæ non fuit servata, tunc ipso jure venditio non valet, nec opus est restitutione, *l.* 1. *&* 2. *C. de instrum. & jure hastæ fiscal. lib.* 10. Mastr. *d. num.* 6. Guttier. *num.* 2. *ubi suprà.*

In casibus, in quibus restitutioni est locus, ab ipso minore, Ecclesia, vel republica est petenda, & non à secundo licitatore, quia hoc beneficium nisi ab habente speciale mandatum intentari non potest, *l. illud*, §. *si talis*, *ff. de minor.* Amat. *decis.* 97. *num.* 6. & vide Addit. *l.* 19. *tit.* 5. *part.* 3. quia beneficium non confertur in invitum.

Limita 3. conclusionem, de qua *suprà num.* 85. 47 ex Aloys. Ricc. *collectan.* 1726. *limit.* 3. quando bona debitoris ad petitionem creditorum subhastantur, & de eorum interesse agitur, quia tunc admittitur oblatio contractu perfecto, & candela extincta, ut dicit. Additionat. Anton. Capyc. *in decis.* 36. ita Senatum Neapolitanum judicasse, dixisse: sed in meo libro hanc Additionem non inveni, & contrarium resolvit *ibi* Capyc. *num.* 5. ubi dicit, quod postquam est jus quæsitum tertio, licitationem amplius fieri non posse, & idem comprobat Magon. *decis.* 132. ad quem etiam se remittit. Riccius, *ubi suprà.* Ex quibus sequitur hanc limitationem fundamento carere, & contrariam esse veritatem; nam hoc privilegium de jure creditoribus, etsi minores sint, concessum non reperitur, nec quod specialiter in venditione rerum suarum eis concessum est, ad eorum debitores licet extendere.

Limita 4. si civitas, vel domini bona sua sub 48 forma, & conditionibus, quibus Regiæ Gabellæ locantur, licitassent, vel nisi esset consuetudo antiqua, ut in locationibus bonorum civitatis post perfectam licitationem adjectio quarti admittatur, ex Avendan. *dict. cap.* 12. *num.* 10. Guttierrez *dict. quæst.* 142. *num.* 7. alios citat.

Alia de locatione bonorum minoris, Ecclesiæ & reipublicæ, vide in Addit. ad Glos. 1. *l.* 2. *tit.* 8. *hac p.* & quando novus licitator admittatur, *en los abastos*, *y carnicerias*, vide *in d. tit.* 8. in Addit. ad Gloss. *l.* 1.

Si in nominibus debitorum executio fiat, post 49 addictionem, & adjudicationem creditori de eis factam, creditor contra eos executivè agere poterit, si creditori eorum jus exequendi competebat virtute instrumenti guarentigii, aliàs enim via ordinaria conveniendi sunt, & coram suis judicibus. Suarez. *in l. post rem judicatam, notabil.* 3. §. *addas alium casum, num.* 3. *fol.* 595. *in novis.* ubi pro hac doctrina adducit, Alexand. *in l. à Divo Pio*, §. *sic quoque*, *ff. de re judic.* qui singulariter in materia loquitur, & practicam procedendi contra debitorem debitoris tradit. Rebuff. *de lit. obligat. art.* 6. *glos.* 3. *num.* 64. & vide Addit. ad Gloss. 2. *l.* 23. *tit.* 13. *infrà.* Ut enim nomina 50 debitorum possint in executionem capi, ipsi debitores confiteri tenentur summam à se petitam debere, & tunc judex jubet, quòd nomen loco pignoris habeatur, ex *d. l.* §. *sic quoque*, & *ibi* Bart. Paul. Alex. & Jas. *l.* 1. *C. de prætor. pign. l.* 5, *qui fisco*, C. *de conven. fisc. debit. lib.* 10. Rebuff. *ubi supra, glos.* 9. *num.* 31. Glos. *verb. cap. in d.* §. *si quoque.* Si nomen creditor habeat hypothecatum, vi- 51 de Modeum. *de pignor. & hypothec. in l.* 1. *C. quæ res obligentur, vel obligatæ, num.* 21. Guttier. *consil.* 19. *num.* 1. 2. 7. 11. *&* 18. *vers. non etiam obstat.* Surd. 4. *lib.* 1. ubi latè.

Si res creditori adjudicata evicta fuerit, quibus 52

remediis

remediis creditori, succursum sit? expeditum est, cum res addicta creditori evincitur, non posse illam rursus ad primævas actiones reddere, & executionem prosequi, quia prior actio omninò sublata fuit, *d. l. à Divo Pio, §. si post addictum.* Bart. Paul. & Alexand. *in l. debitor, ff. ad Senat. Consult. Trebell.* Joseph. Ludovic. *decis.* 101. Parlador. *lib. 2. rer. quotid. c. fin. §. p. §. 16. num. 20. 21. & 22.* Ceval. *q. 897. num. 865.* Fachin. *decis. 50. à num. 1.* ubi evicta re data in solutum pro executione sententiæ arbitrorum, non agi ex compromisso, sed ex contractu donationis in solutum decisum fuisse tradit: nisi recipiens in solutum reservaverit sibi antiqua jura; unde pro resolutione hujus quæstionis vide Addit. ad Glos. 1. *l. 2. tit. 14. hac p.* Tiraquell. *in l. si unquam, C. de revocan. don. super verb. susceperit liberos, num. 182. cum 3. seq.* Parlad. Franch. *ubi supr. num. 4.* ubi ex primæva actione posse agere cum Bart. Barbat. & Lanfranc. tradit, quando condemnatio continet factum successivum; secus verò, quando continet actum, qui momento expeditur, ut est, cum quis condemnatur ad solvendum, quo casu facta solutione condemnatio habuit suum effectum.

53 Sed restat videre, an gabella ex addictione bonorum debitoris, quæ creditori fit, vel ex datione in solutum debeatur? Quando bona debitoris, quæ pro executione capta sunt, creditori addicuntur juxta formam, *d. l. à Divo Pio, §. si pigno. & l. si finita, 15. §. si postea, ff. de damno infecto*; aut *authent. hoc nisi debitore, C. de solutio. & l. 3. tit. 14. infr. hac p.* gabellam non deberi, probant Bertach. *de gabellis, 3. memb. 8. partis princip. q. 4. num. 10. vol. 11. tract. diversi.* Parlad. *lib. 1. rer. quot. c. 3. §. 2. n. 29.* Lasart. *de decima vend. cap. 7. n. 5.* Guttier. *lib. 7. quæst. 23. num. 9.* quia tunc non fit venditio, sed adjudicatio, ut diximus *suprà, num....* & vide Addit. ad Glos. 2. *vers. quæro 5. in l. 3. tit. 14. infr. hac p.*

54 Si vero in publica subhastatione virtute sententiæ addictionis plus offerenti (sive is creditor, sive alius tertius sit) addicuntur; vel facta bonorum æstimatione creditori in concurrenti quantitate sui debiti dantur, gabella debetur, quia vera venditio contrahitur, & debitor, tanquam si ab ipso fuisset facta, de evictione tenetur, ut diximus in additione *l. fin. tit. 13. infr.* & in terminis resolvunt Parlad. *d. §. 2. num. 29.* Gironda, *5. p. in princ. sub num. 49. cum sequent.* Avend. *resp. 13. num. 4. & 6.* Lasart. *d. c. 7. sub num. 54.* ubi sic receptum esse dicit, & eam tam de jure communi, quàm Regio probat Molin. *2. tom. disput. 566. vers. illud vero.* Guttier. *dict. q. 23. num. 10. & 11. & q. 22. à num. 7.* ubi latè materiam explicat, & in hoc casu gabellam deberi resolvit: † non vero statim facta addictione gabella

55 debetur, & peti potest; sed postquam capta est bonorum possessio secundùm Azeved. quem sequitur Guttier. *ubi supr. n. 12.* Intellige nisi antea acceptata fuerit per creditorem, & addictioni sibi factæ consenserit.

56 Alia de executione sententiæ, vide in additione ad Gloss. *l. 42. tit. 13. infr. hac part.* & ad *tit. 27. part. 4.*

57 Sed quid si creditor, cui bona debitoris fuerunt addicta in solutum, vel jure pignoris, sit clericus, & ex causa juris offerendi à secundo creditore conveniatur, vel ab ipsomet debitore, qui ex remediis, de quibus *suprà, à num.....* vult additionem impugnare, utrum coram Judice sæculari possint cum convenire? Et coram Judice Ecclesiastico debere conveniri probatur argum. text. *in l. à Divo Pio, §. si post addictum,* & extraditis à Vivio, *decis. 527. num. 3. & 7.* & Caputaq. *decis. 172. num. 4.* Socin. *regul. 10. fallent. 1. & 2.* Guzm. *de evict. q. 7. à num. 62.*

LEX LIII.

AD L. BENE A ZENONE cum similibus, C. de quadr. præscrip.

SUMMARIUM.

1 *Habens rem à Rege ex titulo oneroso, seu lucrativo, statim est securus, & potior sive agendo, sive excipiendo.*
Domino rei intra quadriennium datur regressus contra Regem, seu ejus fiscum, num. 3. & 6.

2 *Emens à fisco, an gaudeat privilegio fisci, & an contraria pars teneatur ei edere instrumenta.*

4 *Idem de eo, qui habet titulum à Summo Pontifice, seu à Principe.*

5 *Idem, si emit ab officialibus Regis.*

6 *Idem, si essent bona damnati, si fiscus possessionem cepisset.*

7 *Res debet possideri à fisco bona fide, ut emptor gaudeat dicto privilegio, secus si alienam esse sciebat, etsi vendiderit, quòd facit de plenitudine potestatis.*
Sum, es, fui, *denotat proprietatem, & essentiam, num. 8. 9. 10.*

11 *Idem si apposita esset clausula,* juribus alienis semper salvis.

12 *Rex solum videtur alienare jus, quod in re habet, nisi pretii præsumptio sit in contrarium.*

13 *Princeps nulla subsistente causa an possit dominium tertio quæsito auferre cum clausula* de plenitudine potestatis, *& quid operetur dict. clausula,* & certa scientia, *& aliæ similes.*
Et an per modum jurisdictionis acquisita per modos civiles possit auferre? & an dominium utile? & quid si adsit causa publicæ utilitatis, seu necessitatis, & an pretium Princeps teneatur solvere, num. 14. usque ad 19.

20 *Justa causa, an præsumatur in Principe, qui rem alteri tollit.*
Et Principi aliquid attestanti an plena fides adhibeatur, n. 21.

22 *Princeps, an possit tollere, seu mutare testatoris voluntatem, & quid in Episcopo, seu si aliter possit utilitati publicæ consulere, & an debeat præcedere causæ cognitio.*

23 *Privilegium immunitatis à Principe concessum seu donationes, seu alii contractus ab ipso revocari non possunt.*

24 *Item privilegia jurisdictionalia, si intervenerit pecunia.*
Contrarium. Conciliatio, n. 25. & 26.

25 *Pretium debet restitui, quando ex causa Princeps privilegium pecunia captum revocat.*

26 *Princeps potest remittere pœnam publicam, seu fiscalem, non vero pecuniariam parti delatam, nisi ob publicam utilitatem.*

27 *Princeps dominium nondum quæsitum, sed in spe, an tollere possit.*

28 *Privatus ob delictum à majoratu restitutus in pristinum statum, an recuperare possit majoratum à successore, cui erat delatus.*
29 *Princeps leg. generalem condendo, an subditos rebus suis privare possit.*
30 *Imperator an mundi dominus dicatur, n.* 31.
32 *De potestate Principis circa legitimationem filiorum, & tollendi appellationem, & citationem.*
33 *De potestate Principis an liceat disputare.*
34 *Judex æquitatem sequi debet.*
35 *Levis occasio erroris*, l. bene à Zenone, *impedit vigorem.*

ADDIT. GLOSS. I. &c.

1 AD Gloss. 1. Nota 1. ex text. quòd emens à Rege, vel à fisco rem alienam, vel ex donatione, aut alio titulo eam accipiens, statim est securus, & non potest ab aliquo molestari, domino autem rei intra quadriennium datur regressus contra Regem, aut ejus fiscum, & eo transacto, amplius non auditur. Adde *l. bene à Zenone, C. de quadr. præscrip. & l.* 2. *C. eod.* text. *in* §. *fin. instit. de usucap.* & ultra DD. *ibi*, Felin. *in c. quæ in Ecclesiarum, de constit. num.* 35. Jas. *in authen. quas actiones, n.* 3. *C. de sacros. Eccles.* Roder. Suar. *allegat.* 11. *n.* 1. Socin. *reg.* 424. Bern. Diaz, *reg.* 426. Duenn. 238. *in princ.* Franc. Balb. *de præscript.* 2. *p.* 5. *partis, quæst.* 8. *num.* 1. Gabr. *lib.* 6. *com. tit. de acquir. possess. concl.* 2. *num.* 1. Grammat. *decis.* 65. *num.* 78. Peregr. *de jure fisc. lib.* 6. *tit.* 4. *num.* 15. & 16. ubi dicit, quòd neque actione reali, nec personali inquietari potest, qui à procuratore fisci emit: nam per *dict. l. bene à Zenone, & l.* 2. *C. de quadr. præscr.* denegatur actori audientia, & judicibus jurisdictio cognoscendi. Boss. *in praxi crim. in tit. de Princip. num.* 86. Villalob. *in suis comm. litt. L. num.* 25. ubi etiam ex aliis appellat communem. Ceval. *q.* 533. *q.* 822. *num.* 19. & 20. *cum aliis.* Vinc. Honded. *cons.* 38. *num.* 41. *vol.* 2. Castil. *quotid. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 2. ubi multos refert. Alfar. *de offic. fisc. gloss.* 34. §. 1. *num.* 29. & 30. Boër. *de empt. & vend. c.* 12. *num.* 19. & 20. & de quæstione, an emptor habens causam à fisco, si conveniatur, gaudeat privilegio fisci? Vide Capic. *decis.* 17. *num.* 4. ubi de privilegio, quòd teneatur altera pars ei edere instrumenta, & resolvit affirmativè; de quo vide Decium, *in cap.* 1. *de probat. num.* 31.

2 Amplia 1. ad ementem à Regina, vel habente titulum ab ea, *ex d. l. bene à Zenone.* Peregr. *num.* 16. Cald. *n.* 24. *ubi supr.*

3 Amplia 2. ad eum, qui habet titulum à Pontifice, vel ab alio Principe, vel cive non recognoscente superiorem: nam etiam ad eos in suis territoriis ampliantur, ut ex aliis tradit Gabr. *d. concl.* 2. *num.* 5. 6. 7. 8. 9. 10. & 11. ubi contrariè auctores refert, & hanc dicit communem. Duenn. *d. reg.* 238. *limitat.* 5. ubi de jure veriorem esse dicit. Cævallos, *q.* 823. ubi pro utraque parte plures recensèt, & in judicando, & consulendo sequendam esse ait. Pereir. *d. c.* 12. *num.* 24. & 25. Castil. *d. lib.* 2. *c.* 5. *n.* 71. & 72. ubi impugnat Pinel. *in consil.* 90. *num.* 9. qui *dictas leges* non procedere in donatione, vel alie-
4 natione facta à Principe Ecclesiastico, dixit, sed solùm in Principibus sæcularibus, ea ratione motus, quia sicuti Ecclesia non recipit illa jura contra se, ita nec pro se recipere potest, & etiam in Principe Ecclesiastico procedere defendit.

Amplia 3. ad ementes ab officialibus Regiis, ut à fisco, & aliis, qui ejus nomine vendunt, ut cum Bald. *cons.* 363. *vol.* 1. & 359. *vol.* 3. & Corn. 229. *volum.* 1. tradit. Gabr. *dict. conclus.* 2. *num.* 12. & 13. 5

Amplia 4. ut tam agendo, quam excipiendo habens titulum à Rege potior sit, ut cum Bald. *in d. l. bene à Zenone, n.* 1. per text. & *ibi, & in* §. *fin. inst. de usucap.* tradit Peregr. *d. lib.* 6. *tit.* 4. *n.* 16. *vers. tertio amplia.*

Amplia 5. in emente à fisco bona alicujus damnati, cujus possessionem fiscus cepit, ut cum Castr. *in l. fin. col.* 1. *C. si advoc. fisc.* tradit Peregr. *ubi supra, num.* 17. *vers.* 6. *amplia*, ubi etiam ampliat ad quascumque res mobiles, vel immobiles, jura, & actiones. 6

Hanc regulam sic ampliatam limita 1. ex Gloss. nostra *hic*, quando Rex rem, quam vendidit, vel donavit, bona fide possidebat, & suam esse credebat, secùs verò, si sciebat alienam esse. Adde Bald. *in l. fin. n.* 2. *C. si contra jus, vel utilitatem pub.* & pro hac doctrina est Gloss. *in l.* 1. *C. comm. rer. alien. verb. proprium, in fin.* & *in l.* 1. *verb. distrahatur, C. de vendit. rer. fisc. lib.* 10. Abb. *in c.* 2. *prope fin. de reb. Eccles. non alien.* Felin. *in d. c. quæ in Ecclesiarum, num.* 35. Afflict. *in c.* 1. *in fin. in verb. & bona committentium, n.* 68. *quæ sint reg. in usib. feud.* Balb. *d.* 2. *p.* 5. *p. princ. q.* 8. *n.* 2. *vers.* 4. *limita.* Duenn. *reg.* 238. *limit.* 5. Gabr. *d. concl.* 2. *num.* 14. Gramm. *decis.* 55. *n.* 33. 7

Nam requiritur, quòd Rex, aut fiscus rem, quam alienat, vel donat, possideat tempore contractus, & traditionis uti suam, & bona fide, & sic intelligunt *d. ll.* cum quibus *nostra* concordat. Bar. *in l. fin. n.* 2. *C. si contra jus, vel util. publ. vers. fallit ratione possess.* ubi dicit in hoc casu posse Principem auferre dominium rei mex. Abbas, *in c. quamvis*, 25. *num.* 13. *vers. quo infero, de rei judic.* ubi dicit, quòd, *d. l. bene à Zenone*, procedit, quando Princeps tradit rem suam ratione possessionis, quàm habebat, & quòd contractus tunc tenet, & dominus rei agere debet ad pretium contra fiscum, quòd dicit multum notandum, quia multi errant in intellectu *illius legis*, & hic intellectus probatur *in l.* 1. *Cod. de comm. rer. alien.* & ex text. *hic, in fin.* & Gloss. 7. & *ibi* Add. per argumentum ab speciali: nam ratione communionis fisco totam rem vendere permittitur; ergo si non habet partem in re privati non poterit illam vendere. Abb. *cons.* 3. *num.* 8. *vers.* 1. *quod illa lex, lib.* 2. Felin. *num.* 35. *vers. si, & pro istis, ubi supra*, hanc Abbatis doctrinam sequitur Curt. *cons.* 50. Balb. *in d. q.* 8. *n.* 2. *vers.* 3. *limita.* Roman. *singul.* 737. Socin. *reg.* 441. *fallent.* 2. Ruin. *cons.* 31. *num.* 18. *lib.* 5. Dec. 445. *num.* 50. *vers. & quia lex.* Socin. Jun. 69. *num.* 65. *lib.* 1. Duenn. *dict. reg.* 238. *num.* 6. ubi plures citat. Gabr. *conclus. num.* 2. Menoch. *cons.* 2. *num.* 333. *in princ. lib.* 2. Peregr. *d. tit.* 4. *num.* 18. *vers.* 3. *limit.* ubi alios adducit. Ceval. *q.* 82. *num.* 38. ubi pro hac limitatione ponderat verba *hujus l.* ibi, *como seya*, & ex suo proprio matrimonio, quia † *sum, es, sui,* 9 denotant proprietatem, & essentiam, ex Gloss. *in l. mercis appellatione, ff. de verb. signif.* Honded. *consil.* 38. *num.* 57. Pereir. *de empt. c.* 12. *n.* 36. ubi multos laudat, qui hanc communem dicunt, & hanc bonam fidem semper in Principe præsumi, & actori onus probandi contrarium incumbere dicit, & in emptore bonam fidem non desiderari. De verbo *sum*, quo utitur, *l. hic*, vide Gloss. 2. *l.* 55. *infr. hoc tit.*

Amplia

10 Amplia hanc limitationem procedere, etsi Rex donaret, ut suum, cum sciret esse alienum, ex Gloss. *hic, in princ.* & *ibi* Addit.

11 Limita 2. quando Rex in venditione, vel concessione rei apposuit clausulam juribus alienis semper salvis, ex Gloss. *hic*, ubi hanc clausulam utilem esse dicit. Add. Afflict. *n.* 178. Duenn. *reg.* 238. *n. fin.* Peregr. *d. tit.* 4. *n.* 18. *vers. sexto limita.* Gabr. *d. n. fin. ubi supr.* Azeved. *in l.* 2. *tit.* 14. *lib.* 4. *recomp. num.* 32. *& in aliis antec. & sequent.* ex aliis tradit, quòd hæc clausula semper intelligitur in rescriptis Principum.

12 Limita 3. quando Rex alienat rem, in qua nullum jus habet, nam aliàs Rex videtur tantum jus, quod habet concedere, ex Gloss. *hic, ver. imo dicit Socin.* Adde Fabr. & Ang. *in* §. *fin. inst. de usucap.* ubi concludit Faber, quod fiscus simpliciter alienando aliaqua bona, videtur solum vendere, & alienare jus, quod habet in re. Gabr. *concl.* 2. *n.* 28. Peregr. *d. vers. sexto declara*, ubi intelligit, nisi pretii quantitas, vel scheda, & verba aliud indicarent, quia emptor decipi non debet. Ceval. *dict. q.* 822. *n.* 35. ubi dictum Fabri refert, & vide Gloss. 4. *infr.* & *ibi* Add.

13 Nota ex Gloss. quæstionem, si Rex concedat rem alienam scienter, si dicat, quòd facit de plenitudine potestatis, & quòd donat, seu vendit ut suam, & vult quòd ita sortiatur effectum, an procedat, *d. l. bene à Zenone cum simili*, & primò refert opinionem Bald. tenentis *dict. l.* locum habere, & Principem posse auferre dominium rei à tertio nulla subsistente causa. Cui adde Angel. *in l. item si verberatum, ff. de rei vend.* Dec. *cons.* 198. *num.* 6. *& 269. num.* 11. *& 337. col. ult.* Mart. Laudens. *de Princip. q.* 11. Duenn. *reg.* 238. *num.* 4. ubi alios refert. Felin. *cons.* 30. *vol.* 6. Barbat. 64. *vol.* 4. Jas. 56. *col.* 3. *vol.* 1. *& 213. & 227. col. ult. & 333. & 336. vol.* 2. *&* 107. *vol.* 4. & veriorem nuncupat. Cagnol. *in princ. prooem. ff.* & pro ea faciunt plures, quos congerunt Mench. Molin. & Ceval. infra referendi, & pro ea expendunt, *l. item si verberatum*, §. 1. *de rei vend. & d. l. bene à Zenone, & alia jura.*

14 Contrariam, & tenendam opinionem sequitur Gloss. *hic*, Principem non posse privare quem dominio rei suæ sine causa. Add. Gloss. fin. *C. si contra jus, vel util.* communiter receptam. Felin. *in c. quæ in Ecclesiarum, de const.* Fortun. Garc. *in l. Gallus*, §. *quid si tantum, num.* 290. *& 300. cum seq. de lib. & posthum.* Anan. *cons.* 81. *num.* 4. Roman. 310. Socin. 266. & 164. *&* 120. *vol.* 4. Cravet. *c. n.* 3. *&* 7. *n.* 10. *&* 735. *à n.* 7. Curt. Jun. 1. *n.* 29. *&* 138. *n. f.* Fulgos. 61. Gozad. 5. *n.* 18. *&* 9. *n.* 48. Alexand. 136. *lib.* 1. *&* 93. *lib.* 4. Covar. *lib.* 3. *variar. c.* 6. *num.* 8. miratur Jurisperitissimos usos fuisse distinctione ordinariæ potestatis, & absolutæ. Pinel. *in rubr. de resc. vend.* 1. *p. c.* 2. *num.* 25. ubi rationibus, auctoritatibus, & fundamentis eam comprobat, *& à num.* 20. de clausulis, *ex certa scientia, proprio motu, & de plenitudine potestatis*, agit Bald. *consil.* 297. *in princ. part.* 3. clausulam, *plenitudine potestatis*, & alias similes in rescriptis impositas non aliter, quàm de laudabili, & non tirannica potestate esse intelligendas, & absolutam potestatem in Principe negat. Alciat. *in l. censore, ff. de verb. signif.* Bart. *in d. l. fin. num.* 2. ibi, *non dedit Deus jurisdictionem peccandi, & auferendi alienum.* Rimin. Jun. *cons.* 18. *num.* 117. *& seq. & num.* 121. ubi ait, quòd plenitudo potestatis non est super iniquo, quia plenitudo potestatis intelligitur clave non errante. Cravet. *cons.* 141. ubi ait, neminem habere æqualem potestatem, quàm Deus: & plenitudo potestatis ad malum, & iniquum non extenditur, quia id dicitur, quis posse, quod juste, & salva sua dignitate potest. Mench. *contr. usufreq. c.* 1. *num.* 6. ubi pro hac opinione plura adducit, & in puncto juris veriorem nuncupat, & juribus, qui contrariam defendentes pro se ponderant, satisfacit, & plura pro nostra expendit, & *contr. illustr. lib.* 1. *c.* 5. *n.* 14. Gabr. *lib.* 3. *comm. opin. tit. de jur. quæst. non tol. concluf.* 1. *num.* 1. Sarmient. *lib.* 1. *select. c.* 8. *num.* 19. *&* 29. ubi multa cumulat. Molin. *de Hispan. prim. lib.* 2. *c.* 7. *num.* 28. ubi, etsi dominium ex solo jure civili fuisset quæsitum, absque causa publica tolli non posse tuetur. Mendoz. *disput. jur. de pact. lib.* 1. *c.* 5. *num.* 53. ubi contra Cagnolum rem à Principe tolli non posse, etsi det compensationem, tradit. Pereir. *de empt. c.* 12. *num. fin.* Peregr. *de jure fisc. lib.* 6. *tit.* 4. *num.* 18. *vers.* 9. *limit.* Alfar. *dict. gloss.* 34. *num.* 29. Avend. *de cons. c.* 62. *num.* 18. Fachin. *contr. lib.* 8. *c.* 68. pro hac opinione expendit, *l. quoties, & 3. & 7. C. de præc. Imper. l. fin. Cod. si contr. jus, vel util. l. jubemus, C. de sacrosanct. Eccles. l.* 3. *&* 4. *Cod. de nat. rest. l. prædia, Cod. de loc. præd. civit. lib.* 11. *l. digna vox, C. de leg. l. causas, C. de transf. l. fin. Cod. sentent. resc. non poss. l.* 2. *C. de incest. nupt. l. auctoritate, C. unde vi, l. nec avus, C. de mand. liber. l.* 2. §. *merito, &* §. *si quis à principe, ff. ne quid in loc. pub.* & contrariæ fundamentis respondit Menoc. *cons.* 1. *à num.* 422. *&* 103. *à n.* 76. Matienz. *in l.* 3. *tit.* 10. *gloss.* 12. *& l.* 6. *gloss.* 1. *num.* 14. *&* 15. qui *à num.* 1. est videndus. Mier. *de major.* 1. *p. q.* 26. *à num.* 40. *&* 4. *p. q.* 1. *à n.* 101. Salced. *in notat. ad Bern. Diaz, reg.* 209. *vers.* 4. *amplia.* Falcon. *reg.* 403. Azeved. *l.* 1. *tit.* 1. *lib.* 4. *recompil. num.* 23. ubi nec in contentioso, nec in foro conscientiæ principi licere docet. Guttiet. *in repet. l. nemo potest, à n.* 70. Ceval. *q.* 577. Ign. Villar. *in silva resp. jur. lib.* 2. *resp.* 8 *num.* 20. ubi plures congerit. Castil. *q. lib.* 3. *c.* 6. *à num.* 5. ubi ultra hic laudatos, alios recenset, inter omnes commendat Rim. *in cons.* 199. *ex num.* 146. *usque ad* 188. *lib.* 2. *& in cons.* 45. *ex num.* 41. *lib.* 1. sed ipse, *à num.* 45. *usque ad* 60. pluribus rationibus comprobat, & *usque ad* 91. contrariis satisfacit, & *in c.* 28. *in princ.* etiam veriorem nuncupat. Guzm. *de evict. q.* 52. *à n.* 4. *&* 5. & pro ea faciunt *infr.* relati *in n....* Et in hujus opinionis confirmationem jure Regio *in l.* 1. 2. *&* 8. *tit.* 4. *lib.* 4. *recomp.* juffum est, si aliquæ literæ Regiæ contra jus expeditæ fuerint, etiam cum clausul. *motus proprii, ex certa scientia, de potestate absoluta, & aliis*, quòd non executioni dentur, quia eorum voluntas est, quòd justitia prævaleat. Azeved. *in d. l.* 2. ubi latè materiam prosequitur.

15 De effectu dictarum clausularum, vide Covarr. Pinel. Azeved. Matienz. Molin. *à n.* 10. & Cravet. *in d. cons.* 241. *ubi supr.* & ultra eos Mandos. Menes. Gabr. Perez. Oxed. Rebuff. Vital. Gomez. Paris. Puteum, Lancellot. Mier. in locis relatis à Valdes. *in addit. ad alleg.* 12. *Roder. Suar. litt. H.* Menoch. *de arbitr. c.* 101. *&* 102. *&* 201. *ex num.* 80. *& n.* 142. *& lib.* 2. *præsumpt.* 9. *à num.* 18. *& præsumpt.* 13. *à num.* 9. *& cons.* 1. *ex n.* 384. *& in num.* 424. *&* 425. tradit clausulam *de plenitudine potestatis nihil operari, & in seq.* de clausulis, *ex certa scientia, & suppleutes omnes, & quoscumque defectus, & motus proprii, & non obstantibus*, & *in cons.* 36. *à n.* 87. ubi de dictis clausulis, & quando omnes sunt simul junctæ, *& cons.* 103. *à n.* 76. *&* 250. *à n.* 87. *& num.* 117. Petra, *de potest. Princ. c.* 30. *concl.* 2. *n.* 54. ubi de eis multa tradit, & inquit non operari ultra naturam dispositi,

diſpoſitionis, cui adjiciuntur, nec eam ampliare, vel immutare, & de dictis clauſulis de per ſe, & ſimul junctis, & ipſarum effectu agit *in dubio 2. & ſeq.* Tuſch. *litt. G. concluſ.* 340. *cum dub. ſeq. & litera P. concluſ.* 669. 670. 682. *n.* 6. *& concluſ.* 683. & Caſtill. *lib.* 3. *quotid. cap.* 28. *num.* 14. & nos latè in Addit. *ad l.* 2. *tit.* 1. *part.* 2. *& ad l.* 31. *tit.* 18. *p.* 3. & aliis in locis.

16 Amplia 1. ſine cauſa per modum jurisdictionis Principem non poſſe à ſubditis auferre ea, quæ ab ipſis acquiſita ſunt per modum juris civilis per ſententiam, aut præſcriptionem, *ex l. ſi quando, C. de inoffic. teſtam.* & eam ſequuntur, *ſuprà* citat. Bart. *in l.* 1. *ff. de acquir. rer. dom.* Jaſ. *in l. ex hoc jure, de juſtit. & jur. & ibi.* Oroſc. *num.* 11. Alexand. *in l. cum hæredes, de acquir. poſſeſſ.* Felic. *in cap. quæ in Eccleſiarum, num.* 49. *de cenſ.* Caſtr. *conſil.* 10. *col.* 6. *&* 120. *col.* 6. *verſ. aliquando, vol.* 3. Cravet. 251. *num.* 12. Gabr. *d. concluſ.* 1. *num.* 17. Covarr. *in regul. poſſeſſor.* 3. *p.* §. 1. *num.* 5. Sarmient. *lib.* 1. *ſelec. cap.* 8. *num.* 17. *& in* 18. ampliat, ut nec jus ad rem poſſit tollere. Pinel. *in rubr. de reſcind. vendit.* 1. *p. cap.* 2. *à num.* 3. Molin. *num.* 28. Salced. *in* 1. *ampliat, ubi ſuprà.* Mench. *controv. uſufruct. cap.* 1. *num.* 9. *&* 10. *lib.* 1. ubi comprobat, & contrariis ſatisfacit, & ampliat ad dominium utile acquiſitum per emphyteuſim, *& in num. ſeq.* de acquiſito per ſententiam, & præſcriptionem. Cevall. *quæſt.* 906. *à num.* 356. Fachin. *controverſ. lib.* 8. *cap.* 63. & ita eſt tenendum, licet contrariam ſe-

17 quantur Dec. *in d. cap. quæ in Eccleſiar.* Jul. Clar. *recep. ſent.* §. *teſtam. quæſt.* 2. *in fin.* & alii relati à DD. *ſuprà* citatis, & vide Gregor. Lop. *in l.* 31. *tit.* 18. *p.* 3. & *ibi* Addita.

18 Ex quibus colliges, quod ex cauſa publicæ utilitatis, pacis, & aliis ad reipublicæ conſervationem neceſſariis Principes poſſint jus quæſitum à ſubditis tollere, *l. Lucius, ff. de evict. l. item ſi verberatum,* §. 1. *de rei vendit. l. Lucius, l. quod ſemel. decret. ab ord. faciend.* Bald. *in l. bene à Zenone,* & Jaſ. *de quad. præſcript.* Abb. & communiter DD. *in d. cap. quæ in Eccleſiar.* Bart. *in l.* 1. *ff. de conſt. princ. & in l. Barbarius, Phil. & ibi* Bald. & Jaſ. *de offic. prætor.* Joan. Andr. *in cap. in noſtra de injur.* Alexand. *conſil.* 47. *&* 94. *vol.* 5. *&* 101. *&* 136. *vol.* 1. *&* 217. *vol.* 2. Jaſ. 233. *vol.* 2. *& in l. Gallus,* §. *& quid ſi tantum.* Paul. *in d. l. dignæ vox. C. de leg. & conſ.* 34. *&* 46. *vol.* 2. *&* 317. *col.* 1. Pariſ. 9. *&* 101. *vol.* 1. Cagnol. *in l. id quod noſtrum, ff. de reg. jur.* Covarr. *in reg. peccatum* 2. *p.* §. 9. *num.* 6. Afflict. *deciſ.* 36. *à num.* 4. & *ibi* Urſil. ubi de reſtitutione bonorum ob pacem. Capit. *deciſ.* 69. *&* 166. *num.* 6. Cabed. *deciſ.* 19. Mart. *vota* 166. *à num.* 21. Peguer. *deciſ.* 88. *num.* 1. *&* 5. *& deciſ.* 8. ubi ratione peſtis poſſe Principes ſubditos à domibus ſuis ejicere, & bona eorum mobilia comburi mandare. Guevar. *in ſpecul. princ. cap.* 54. *num.* 41. Bellug. *rubr.* 9. *num.* 29. Camil. Borrell. *in addit. rubric.* 6. *litt. A. verſic. limita.* 3. Tapia, *in rubr. de conſtit. cap.* 1. *num.* 95. Boſſ. *in prax. crimin. tit. de princip.* Topius, *de poteſt. princ. à num.* 9. Patrit. *de Reg. & Regn. Inſtit. lib.* 2. Gabr. *in d. tit. de jur. quæſt. non tol. concluſ.* 2. ubi alios refert. Cravet. *de antiquit. temp.* 1. *p. in princ. num.* 49. Menchac. *num.* 6. *ubi ſuprà, & controverſ. illuſt. cap.* 5. *num.* 1. *&* 16. *lib.* 1. Acoſt. *in d.* §. *& quid ſi tantum, pag.* 79. Lara. *in l. ſi quis à liberis,* §. *item reſcripſit, num.* 156. *de liber. agnoſc.* Molin. *de primog. lib.* 1. *cap.* 8. *à num.* 28. *& lib.* 3. *cap.* 3. *à n.* 11. Menoch. *lib.* 2. *præſumpt.* 10. Mier. *de major,* 4. *p. quæſt.* 1. *num.* 116. *&* 1. *p. quæſt.* 29. *num.* 57. Bobadill. *tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 3, *num.* 14. *& cap.* 5. *n.* 26. Cevall. *d. quæſt.* 406. *à num.* 4. qui poſtquam contrariam defendentes retuliſſet, hanc ſequitur. Peregr. *de fideic. art.* 52. *num.* 128. *& de jur. fiſc. lib.* 5. *tit.* 2. Caſtil. *controverſ. cap.* 89. *à num.* 93. *lib.* 5. Haumad. *in l.* 1. *tit.* 1. *p.* 2. *gloſ.* 23. *à num.* 2. vide Addit. ad Gloſ. *d. l.* 2. *& ad l.* 31. *tit.* 18. *p.* 3. ubi contrariam defendentes retulimus. Guzm. *de evict. quæſt.* 52. *num.* 6. *& in num.* 11. aſſerit, non poſſe quem dominio privari, niſi ex juſta cauſa, & limitat in dominio utili rei emphyteuticæ, vel feudali, quod de perſona in perſonam ex quacumque cauſa transferri poſſe, ait, etſi privatam utilitatem reſpiciat, ex Beroj. & Jaſ. & comprobat argumento ex eo, quod fecit Philippus III. noſter Rex, qui tranſtulit cenſus, qui erant impoſiti ſuper domibus plateæ antiquæ villæ Matriti, ut conſtrueretur platea magna, ſed abſolutè ex dictis, & dicendis ejus opinio ſequenda non eſt, niſi cum verſatur publica utilitas.

Nota ex Gloſ. dicta de Principe, quòd ex cau- 19
ſa publicæ utilitatis, neceſſitatis jus quæſitum ſolvere poteſt, intelliguntur ſoluto pretio, vel dato bono cambio, *l.* 2. *tit.* 1. *p.* 2. *& l.* 31. *tit.* 18. *p.* 3. ubi vide Addit. *& l. venditor* §. *ſi conſtat, ff. com. prædic. cap.* 2. §. *ſed & permittere,* Gloſ. & Jaſ. *in l. Barbarius, de offic.* Gabr. *in d. concluſ.* 2. *num.* 25. Pinel. *d. cap.* 2. *num.* 14. *verſ. ex quibus.* Gratian. *diſcept. cap.* 520. *num.* 23. Marta, & Peregr. *ubi ſuprà.* Puteus, *deciſ.* 38. *lib.* 3. *n.* 3. Cabed. *deciſ.* 20. *num.* 5. Matienz. *in l.* 6. *tit.* 10. *lib.* 5. *gloſ.* 1. *num.* 7. Salced. *in* 3. *ampliatione.* Guzm. *num.* 8. *ubi ſupr.* & Addit. ad Gloſ. 1. *&* 4. *l.* 3. *hoc tit.* & an pretium ſtatim debeat ſolvi, vide *in d.* Gloſ.

De quæſtione utrum in Principe, qui jus quæ- 20
ſitum, & dominium ſubdito tollit, juſta cauſa præſumatur? vide noviſſime Caſtill. *lib.* 3. *quotid. capit.* 28. *num.* 15. 16. 17. *&* 18. ubi tres DD. opiniones refert, una eorum, qui tenent non ſolum cauſam in Principe præſumi; ſed etiam juſtam eſſe præſumi debere, & ejus aſſertioni ſtandum eſſe, pro qua refert Gabr. *d. tit. concluſ.* 3. *num.* 4. ubi hanc magis communem eſſe dicit, & ampliat, & limitat. Menoch. *lib.* 2. *præſumpt.* 10. *num.* 55. *&* 56. Maſcard. *de probat. concluſ.* 276. *&* 1228. *num.* 107. *&* 108. Menchac. *cont. illuſtr. lib.* 1. *cap.* 25. *num.* 17. Tuſch. *litt. P. concluſ.* 632. altera eorum, qui juſtam cauſam in Principe, cum de præjudicio tertii agitur, non præſumi defendunt, nec aſſertioni illius ſtandum eſſe, quos refert Gabriël. *num.* 1. 2. *&* 3. Menoch. *num.* 52. *ubi ſuprà,* ubi hanc veriorem, & receptiorem dicit, quando ſumus in his, quæ ſine cauſa facere non poteſt Princeps, & alios pro ea adducit, & in eam magis ſe inclinat. Maſcard. *d. concluſ.* 726. ubi ponit exemplum cum multis ampliation. Et eam ſequuntur alii, quos recenſet Caſtill. *num.* 17. Tertia opinio eſt Alciati *de præſumpt. regul.* 3. *præſumpt.* 8. *num.* 8. ſcilicet, quòd juſta cauſa præſumatur in Principe, ſi eam exprimit, & tunc ejus aſſertioni ſtandum eſſe, ſecus ſi nullam exprimit cauſam, vel minus idoneam. Menoch. *ex num.* 57. *ubi ſuprà.* Fachin. *cont. lib.* 8. *cap.* 63. *verſ. ſexta quæſtio eſt.* Caſtill. *d. cap.* 28. *num.* 18. deficientibus fraudis conjecturis quibuslibet in contrarium, & non exiſtente præſumptione aliqua ſubreptionis, vel obreptionis, aut alterius ſimilis, hanc ſequitur, quem vide, & ultra ab eo laudatos Pinel. *in rubr. de reſcind. vend.* 1. *p. cap.* 2. *num.* 7. ubi attendendam eſſe

qualitatem

qualitatem negotii, ut justa causa præsumatur, Ceval. *q.* 529. ubi duas communes contrarias refert,
21 *& q.* 906. *n.* 59. Falcon. *reg.* 403. *e.* 17. de quæstione, utrùm Principi aliquid atteſtanti plena fides adhiberi debeat, vide Caſtill. *ubi ſuprà, num.* 12.
22 ubi plures refert: de quæstione, utrùm Princeps valeat tollere, aut mutare teſtatoris voluntatem quoad fidei commiſſa, aut majoratus, & jure vocatorum, vel ſubſtitutorum, eorúmve, qui ſucceſſionem ad ſe pertinere contendere poſſunt, derogare, ſeu præjudicare. Vide Caſtil. *d. cap.* 28. *n.* 1. ubi multos de hac quæstione agentes congeſſit, & reſolvit ex causa publicæ utilitatis poſſe. Ceval. *d. q. fin.* 906. *num.* 59. ubi etiam quærit, utrùm Epiſcopus poſſit voluntatem teſtantium commutare, tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegatus, ex text. *in c.* 6. *ſeſſio.* 22. *Concil. Trident.* Salced. *in addit. ad Bernard. Diaz. regul.* 209. *ampliat.* 7. de quæstione, an hæc doctrina procedat, quando Princeps aliter providere, aut conſulere publicæ utilitati non valet; non vero quando aliter ei conſulere poteſt. Vide Caſtil. *d. c.* 28. *à num.* 2. ubi ſufficere inquit, quòd Princeps cum causa juſta, & legitima faciat, ut valeat, licèt aliter fieri poſſit, quem vide: nam latè de hac quæstione agit, & pro utraque parte auctores refert, *& in num.* 13. agit de quæstione, an ſit neceſſe, quòd Princeps procedat cum cauſæ cognitione, probatione, & citatione, quando de mutatione voluntatis teſtatoris agitur.
23 Privilegium immunitatis, vel alterius rei à Principe conceſſum, utrùm Princeps revocare poſſit. Vide Matienz. *in d. l.* 6. *tit.* 10. *lib.* 5. *recompil. gloſſ.* 1. *cum aliis.* Ignat. de Villar. *in ſylva reſponſ. lib.* 1. *reſponſ.* 8. *per tot.* ubi non poſſe illud revocare reſolvunt, quando per viam contractus conceſſum fuit: pactis enim, & contractibus Princeps contravenire non poteſt, quia ad eorum obſervantiam præcisè adſtringitur. Innoc. *in c. novit. de judic.* Abb. Felin. & alii, quos ſequitur Pinel. *in rubr. Cod. de reſcind. vend.* 1. *p. c.* 2. *num.* 31. Borrell. *in addit. ad Bellug. in ſpecul. Princ. rubr.* 1. *n.* 13. *verſ. naturam contractus*, ubi alios plures adducit. Menoch. *conſ.* 264. *n.* 23. Cabed. *deciſ.* 20. *n.* 2. *p.* 2. Valaſc. *conſul.* 72. *num.* 5. Guttler. *in l. nemo poteſt, ff. deleg.* 1. *n.* 176. Caſanat. *conſ.* 43. *n.* 50. *&* 51. ubi alios allegat. Gratian. *diſcept. c.* 167. *n.* 30. Maſtril. *de magiſtr. lib.* 1. *c.* 27. *à n.* 35. *&* 36.
24 Amplia etiam in jurisdictionalibus Principem privilegium revocare non poſſe, ſi conceſſio jurisdictionis per pactum, vel pecunia interveniente facta ſit. Mendoz. *de pact. lib.* 1. *c.* 5. *n.* 51. Foller. *in prax. cenſ.* §. *& ſubmiſſionis, n.* 4. *&* 15. *uſque in fin.* Menoch. *d. conſ.* 264. *per tot.* Cravet. 592. Maſtril. *d. c.* 27. *n.* 37.
25 Contrariam opinionem tenuit Bald. *in l. qui ſe patris, num.* 14. *C. unde liberi*, ubi docet in jurisdictionalibus Principem libere conceſſiones revocare poſſe, etiam pecunia interveniente factas, & eum ſequitur Bellug. *in ſpeculo Princip. rubr.* 22. §. *quia, num.* 31. *rubr.* 23. §. *ſed pone, num.* 13. ubi dicit Bald. multum ſingulariter loqui. Roder. Suar. *alleg.* 7. *num.* 8. & alios refert eruditus Caſanat. *ſupr. num.* 42. *&* 43.
26 De conciliatione harum opinionum, vide Caſanat. *à num.* 44. *uſque ad* 65. ubi doctiſſimè hanc materiam revocationis jurisdictionis explicat, & quando Princeps jurisdictionem quoad dominium utile, vel directum alicui conceſſit, & non quoad exercitium, non poſſe eam revocare concludit, & in hoc caſu loqui pro contraria opinione allegatos, & quando fuit conceſſum ſuper exercitio cum pacto non revocandi: ſecùs vero ſi non adeſſet pactum, quia tunc revocare poterit conceſſionem causa interveniente. Et quando privilegium pecunia emptum ex causa révocat Princeps, ſad pretii reſtitutionem tenetur. Pinel. *in l.* 1. *God. de bonis mater.* 3. *p. num.* 62. *illatio.* 16. Bellug. *in ſpecul. Princ. rubr.* 26. *verb. Princeps, num.* 4. Maſtril. *d. cap.* 27. *num.* 37. ubi alios allegat.
De quæstione, an Princeps poſſit remittere pœ- 27
nam publicam, vel fiſcalem, vide Pinel. *in d.* 1. *p. rubr. C. de reſc. vend. c.* 2. *n.* 12. ubi cum Alciato reſolvit, remittere poſſe; non vero pecuniariam alicui delatam, etiam de jure poſitivo, & plures adducit: ipſe vero contrarium aliquando factum vidiſſe dicit, & Principem partem pœnæ officiali delatam abſtuliſſe, quod & ipſe ſuſtinuiſſet, quando eſſet pœna odioſa, prout circa vectigalia, & alia impedimenta circa eos, qui ferunt pecuniam extra regnum; & in quæſt. de pœna parti applicata duas communes contrarias refert. Ceval. *q.* 581. & pro negativa adducit. Gloſſ. fin. *l. venia*, 2. *Cod. in jur. vocand.* quæ non poſſe remitti comprobat, *& ibi* ſequuntur omnes, & dicit communem Pariſ. *conſ.* 1. *n.* 31. *vol.* 4. & eam ſequitur ex ratione, quam *ibi* tradit, & alios adducit Mier. *de majorat.* 4. *p. q.* 1. *num.* 118.
Limita hanc reſolutionem, niſi publica utilitas aliud exigat, nam tunc Princeps non ſolum pœnas parti applicatas, ſed & damnum privatis illatum remittere poterit. Afflict. *deciſ.* 361. *à n.* 4. Capic. 96. Mench. *contr. illuſtr. lib.* 1. *c.* 5. *n.* 11. Gratian. Fal. *reg.* 403. *n.* 25. ub pro bono pacis injurias, & damna ſingularium perſonarum remittere poſſe dicit.
De quæstione, ſi quis propter delictum fuit majoratu privatus, & per Principis indulgentiam in priſtinum ſtatum reſtitutus, utrùm majoratum recuperet, qui ſucceſſori erat delatus. Vide Gloſſ. 4. *l.* 6. *tit.* 11. *p.* 5. *q.* 2. *& ibi addit.*
Quid vero de dominio nondum quæſito, ſed 28
in ſpe, utrum Princeps illud tollere poſſit? affirmativè reſpondent Gabr. *lib.* 3. *com. opin. concluſ.* 1. *n.* 30. ubi antiquiores refert. Fachin. *lib.* 8. *c.* 63. *verſ.* 4. *quæſtio.* Mier. *d. q.* 2. *num.* 125. Caſtil. *lib.* 2. *c.* 24. qui alios recenſent.
De quæstione, an Princeps legem generalem 29
condendo ſubditos rebus ſuis privare poſſit abſque pretii reſtitutione; vide Addit. ad Gloſſ. 2. *l.* 31. *tit.* 18. & Menoch. *conſ.* 701. Peregr. *de jur. fiſc. lib.* 5. *tit.* 2. *n.* 52. Matienz. *in dial. relator.* 4. *p. c.* 12. *num.* 3. Caſtil. *lib.* 3. *c.* 28. *n.* 19. *&* 20. qui affirmativè reſpondent, & alios laudant. Vide Guzm. qui contrarium defendentes refert.
De quæstione, utrùm Imperator mundi dominus 30
dicatur, vide pro affirmativa, *l. de præcario, ff. ad l. Rhodiam de jactur.* & ibi communiter DD. ſecundùm Alberic. *n.* 19. Jaſ. *in l.* 1. *C. de Summa Trinitate, n.* 10. & qualiter hoc intelligatur, explicat Roland. *conſ.* 88. *n.* 8. *vol.* 1. Covar. *in reg. peccatum*, 2. *p.* §. 9. *n.* 5. Burg. de Paz, *in l. ſi quis à liberis*, §. *ſi quis ex his, n.* 98. *ff. liber. agnoſ.* Mendoz. *diſp. juris, de pact. c.* 5. *n.* 25. Bellug. *in ſpecul. Princip. rubr.* 14. §. *veniamus, num.* 6.
Contrariam tenet Oldrad. *conſ.* 69. quem ferè 31
omnes DD. ſequuntur, & pro ea plures refert Gabr. *lib.* 3. *comm. tit. de acquir. rer. dom.* & eam ſequitur Gloſſ. *bic*, quam pro ea citat. Ceval. *q.* 576. *& q.* 906. *à n.* 31. ubi hanc ſequitur, & alios laudat, & contra-

riam.

riam opinionem procedere, & intelligendam esse quoad protectionem, & jurisdictionem. Menchac. *lib. 1. contr. illustr. c. 20. & 21.* ubi latissimè quæstionem explicat Soto, *de just. & jur. lib. 4. quæst. 4. art. 2.* Azeved. *in l. 1. tit. 1. lib. 4. à num. 20.* Borrel. *in addit. Bellug. spec. Princip. rubr. 6. litt. A.* ubi plures laudat, & multis modis declarat.

32 Alia de potestate Principum circa legitimationem filiorum spuriorum, & validationem scripturarum legitimis solemnitatibus carentium, quando ex ejus nullitate jus tertio est quæsitum. Vide Pinel. *in d. c. 2. rub. de rescind. vend. p. 1. n. 13. & per totum illud capitulum*, ubi multa notabilia tradit, & circa potestatem tollendi appellationem, citationem, & alia remedia à jure introducta, vide *suprà* laudatos in quæstionibus antecedentibus, ubi multa notatu digna invenies.

33 De potestate Principis utrùm sit licitum disputare pro parte negativa, vide plura, quæ cumulat Pela. Mier. *de major. 4 p. q. 1. n. 85. 86. 87. 88. & 89.* & pro parte affirmativa, *à n. 9.* multa refert, scilicet quòd ejus potestas secundum rationem, & justitiam sit limitanda non solum in Principe Christiano, qui legem Evangelicam servare tenetur, sed etiam in Principe pagano, & Silv. Aldobr. *cons. 1. n. 110. 148. & 155.* ubi doctrinam, quæ habet, sacrilegium esse de potestate Principis disputare, contemnendam esse ait, ubi concurrit materia injustitiæ; & ultra ab eis tradita, vide *authent. in medio litis, §. si autem, collect. 8. vers. sed si quis, & in fin. text. l. ficut, C. de pagan. & sa.* Gloss. fin. *in authent. ut determ. sit num. cleri. §. in aliis, per text. ibi, col. 1.* Gram. *cons. 45. n. 38. & 39.* Decian. *14. n. 100. & 102. vol. 2.* & alios *supr.* laudatos.

34 Nota 2. ex Gloss. *vers. judex autem*, quòd judex æquitatem sequi debet. Gloss. *verb. fidejussorem, §. si quis igitur, auth. de fidejussor. gloss. unde, l. cum exceptione, §. aliquando, ff. quod met. caus.* Gloss. 1. *& 2. in l. placuit, C. de jud.*

35 Nota 3. *in vers. contrarium tamen, ante medium*, quod levis occasio erroris impedit hujus legis vigorem. Adde Roder. Suar. *alleg. 1. in fin.* Grammat. *decis. 65. n. 79.* Castil. *lib. 2. quotid. contro. c. 5. n. 6.* ubi cum Purpurat. Petr. Anton. & aliis tradit hanc decisionem, *& sibene à Zenone*, rigorosam, & restringendam esse, & cum Hond. *cons. 38. n. 52. lib. 2. & aliis*, doctrinam nostræ Gloss. sequitur, de qua mentionem ibi fecit.

SUMMARIUM.

1 **Lex**, bene à Zenone, *non procedit, quando res vendita à Principe erat Ecclesiæ, seu Clerici, sive piæ causa, num. 2. & 3.*

4 *Idem si res aliena à Principe Ecclesiæ vendatur. Contrarium, n. 5.*

6 *Dispositio* l. bene à Zenone, *habet locum, & si res vendita à fisco esset minoris.*
Elapso vero quadriennio restitutio ipsi conceditur, & an detur ad rem ipsam, n. 7. & 8.

9 *Idem, si esset Respublica, nisi sit ultra quadriennium aliud quadriennium lapsum.*

10 L. bene à Zenone, *non habet locum in re dotali vendita, seu doti hypothecata.*
Contrarium, n. 12.

11 *Lex, seu statutum generaliter loquens, non intelligitur loqui in causa dotis.*
Declaratur, n. 17.

13 *Fiscus non tenetur præstare fidejussionem* l. Toleti.

14 *Bona dotalia in casu, in quo non reperiuntur privilegiata, judicantur ut cætera bona.*

15 *Privilegia dotis, remissivè.*

16 *Dispositio generaliter loquens comprehendit personas, aliàs privilegiatas.*

17 *Rex, si in venditione exprimat causam, ex qua res dicit esse suam, si non est vera, solum videtur donare jus, quod habet.*

18 *Rex debet possidere rem, quam vendidit.*

19 *Si rem habens à Principe possideat, præsumitur Principem possedisse.*

20 *Princeps rem debet tradere, ut dominium transferatur. Contrarium, 21. 22. 23. & 24.*

ADDIT. GLOSS. II. &c.

NOta ex Gloss. 2. limit. ad regul. de qua *in princ. gloss. antec.* (scilicet ut non procedat, quando res vendita per Principem, vel ejus fiscum erat Ecclesiæ. Adde Gloss. *in s. cuicunque militum, verb. consensu, 12. quæst. 2. per text. in c. placuit & l. 1.* ubi Gloss. *verb. annos 16. quæst. 3.* Gloss. *in c. 2. de reb. Eccles. non alien.* ubi dicit, *l. bene à Zenone, C. de quadr. præscript.* non procedere secundùm Canones. Abb. *n. 6.* Barbat. & Imol. *n. 3.* Bero. *n. 20. ibi.* Socin. *reg. 424. vers. 6. lim.* Duenn. *reg. 238. num. 2. vers. limit. 2. & vers. 3. limit.* Gabr. *lib. 3. com. opin. tit. de acquir. possess. concl. 2. n. 18.* Franc. Bald. *de præscript. in 2. p. 5. p. princip. q. 8. vers. 8. limita.* Afflict. *decis. 361. n. 41.* & *ibi* Ursil. *n. 41.* Paris. *21. n. 88. vol. 1.* Guillelm. *in repet. c. Raynutius, verb. & uxorem nomine Adelasiam, n. 384.* Alex. *cons. 52. n. 8. vol. 7.* Roman. *sing. 612.* Felin. *in c. quæ in Ecclesiarum, num. 36. de const.* Peregr. *de jure fisc. lib. 6. tit. 4. n. 18. vers. limita.* Pereir. *de empt. c. 14. n. 27.* Vincen. Hond. *cons. 67. n. 28. vol. 1.* Castil. *lib. 2. quotid. c. 5. à n. 25. & 26.* ubi rationem hujus limitationis tradit Ceval. *q. 822. n. 63. 64. & 65.* ubi dicit hoc certissimum, & verissimum esse, sed contrarium in praxi observari vidisse per supremum Senatum in casu de quo, *ibi.* 1

Amplia 1. hanc limitationem procedere etiam si esset alicujus clerici, cujus res à Principe sæculari donaretur, vel aliter alienaretur. Socin. *cons. 46. n. 14. & 25. vol. 4.* Gabr. *n. 29.* Castil. *n. 28. & 29. ubi supr.* 2

Amplia 2. si res esset piæ causæ, & à Principe sæculari donetur, vel aliter alienetur, cum Bar. Soc. & aliis tradit. Castil. *n. 30. ubi supr.* 3

Amplia 3. ut sicut in damnum, aut præjudicium Ecclesiæ non procedit nostra *l.* nec *d. l. bene à Zenone, & l. omnes, C. de quadr. præsc.* sic nec procedere debeat in ejus favorem, aut commodum, si à Principe sæculari res privati, Ecclesiæ quovis titulo concederetur, ex Gloss. *hic. in vers. & quid si donaretur Ecclesiæ*, cui adde Portic. *lib. 2. reg. 42. vers. 6. limita.* Roder. Suar. *allegat. 11. num. 3. & 4.* Menoc. *2. n. 333. vers. respondetur 3.* Alex. Jas. Salyc. Felin. Balb. Afflict. & Paris. quos & sequitur Gabr. *d. n. 20.* Guillel. *n. 383.* Rom. *dit.* Perez. *n. 27. & 28. ubi supr.* 4

Contrariam, quòd dispositio *d. l. bene à Zenone*, in Ecclesiarum favorem locum habeat, quando res privati ipsi Ecclesiæ à Principe donaretur, vel concederetur, & Ecclesiam statim secutam esse, tenent Abb. & apertiùs Barbat. *num. 3. ubi suprà*, ubi dicit, ponderandum esse, quòd *d. l. bene à Zenone*, loquitur in rebus donatis sacrosanctis Ecclesiis, & sic in quantum lex illa favet Ecclesiis, est approbata per jus canonicum. Bero. *ibi*, ubi eruditè loquitur.

loquitur,& hanc sententiam approbat *ex num.* 21. *usque ad* 26. & multis rationibus comprobat , & contrariis satisfacit ; & Castill. *d. c.*5.*n.*48. *cum* 17. *seqq.* ubi etiam explicat *tit. ff. quod quisque jur. in alium statu. ipse eo* , & *num.* 67. *cum aliis* , & examinat,utrum *decisio, l. omnes, & l. bene à Zenone*,procedat de jure canonico, aut in terris Ecclesiæ etiam inter laïcos , & contra Laur. de Pinu, in donatione,aut venditione facta à Principe Ecclesiastico dictas decisiones procedere defendit : & hanc opinionem sequitur Honded. *consi.* 38. *num.* 42. *&* 43. *lib.* 2. ubi dicit doctrinam eorum, qui dicunt de jure canonico , non servari inter laïcos, *dict. l. bene à Zenone*, in locis , in quibus jus canonicum servatur , id intelligendum esse, quòd non habeat locum secundum canones,quoad bona Ecclesiæ , quia inter laïcos etiam de jure canonico servatur,& pro hac opinione plures allegat, & ipse eam sequitur *ibi* , & *in consi.* 67. *n.* 28. *lib.* 1. Peregr. *d.n.*18. *vers.*13. *limita.*

6 Nota 2. ex Gloss. quòd dispositio *hujus l.*habet locum,etiam si res donata, vel vendita per fiscum esset minoris. Add. Peregr. *d. tit.* 4. *num.* 17. *vers. in amplia.* Castill. *d. c.*5. *num.*11. 12. *&* 13. ubi in specie hanc Gloss. doctrinam sequitur, quia lex, generaliter comprehendit omnes , & quascumque personas, etiam privilegiatas, si in ea re, de qua agitur, non reperiatur privilegium aliquod speciale habere,*l.in fraudem*, §. *fin.* ubi ad hoc eam notat Bald. *ff.de testam.militis.* Tiraquell. *de retract. lignag.*§.1.*gloss.* 14.*num.* 96. *&* de *præscriptio.* §. 1. *gloss.* 11. alios refert Menchac. *de success. progress. lib.*1. §. 2. *num.*31. Menoch. *consi.*190.*num.*12.*lib.*2. DD. *in l. fi fine,l. Lucius,ff.de administ.tut.* Baëza,*de inope debitore,c.*8.*num.*1. Mier. *de major.* 4. *p. q.* 1. *illatio.* 2. *num.* 12. ubi multos congregat. Castill. *ubi suprà.*

7 Nota 3. ex Gloss. *hic* , quòd si minor intra quadriennium non recuperat pretium rei suæ à fisco, vel à Principe venditæ, datur ei beneficium in integrum restitutionis, ut etiam transacto quadriennio possit à fisco pretium exigere , & recuperare. Adde Socin.*reg.*342.*in* 7.*fallent.*Duennas, *reg.*238. *limit.*10. Gabr. *lib.*5. *num.*24. Peregr. *num.*18. 16. *limit.* apud quos omnes antiquiores invenies laudatos,& Castill. *c.*5.*num.*14. *cum* 4. *seq. ubi suprà*, ubi hanc doctrinam comprobat ex ratione generali , & certa , quòd restitutio in integrum minori læso regulariter competit, nisi aliqua lege reperiatur expressè prohibitum, per *l. necnon*, §. *quoties,ff. ex quibus caus. major.* Dec. *consi.* 559. *ad fin.* Cravet. 210.*num.*37.Afflict.*decis.*370.*in princ.* Menoc. *lib.*3.*præsumpt.*82.Gironda, *de gabell.* 3. *p. num.*27. *fol.*59.*&* 4.*p.*§.2. *num.*37. & favorabilis est, quæ non tollitur per verba generalia legis , vel statuti. Tiraquell. *de retract. lign.*§.35. *gloss.*4.*num.*32. ubi multos refert. Nec per generalem exclusionem alicujus. Gloss. *in l. postquam liti, C. de pact. & in l.*1. *Cod. de silentiar. lib.* 10. & ex multis comprobat Castill.

8 Nota 4. ex Gloss. quòd hujusmodi restitutio minori non datur ad rem ipsam recuperandam, contra Gloss. *in l. fin.Cod.si adversf.fisc.* quam ultra *hic* à Gloss. citatos sequitur Duenn.*ubi suprà.*Adde Castill. *num.*20.21.*&* 22. qui opinionem sequitur Glossæ, & pro ea alios refert, Pereir. *num.*30. ipse vero contrariam veriorem esse dicit , & late fundat , dicens minoribus restitutionem esse concedendam etiam contra possessores bonorum, qui titulum à fisco habent , ejus opinio satis æqua est ; vide eum *à num.* 30. *usque ad num.* 32.

Amplia hæc omnia procedere in republica, quæ 9
minori æquiparatur,& jure minoris utitur, ut cum Menoch. *consi.*2.*num.*334. *lib.*1. tradit Castill. *dict. c.*5.*n.*23.& cum Jas. *consi.*227. *col.*9. *&* 10. *vol.* 2. limitat, quando ultra quadriennium, quòd à jure datur ad pretium repetendum à fisco , aliud quadriennium fuit transactum.

Nota 5. ex Baldi opinione , quam refert Gloss. 10
hic , *in vers. quid autem in re dotali* , *hujus legis decisionem* , & *legis bene à Zenone* , *Cod. de quadriennia præscript.* non procedere in re dotali vendita , aut donata per Regem , nec in rebus pro dote hypothecatis. Adde Tiraquell. *de retract. lig.* §.1.*gloss.*14.*num.*91. *in fin. & num.*92. Anton. de Fano,*de pignorib.*8.*p.princ.num.*23. Duenn. *vers.*11. *limita*, ubi pro hac opinione allegat. Gloss. *in l.* 2. *C. de privil. fisc.*ubi probatur,quòd fiscus non utitur privilegio contra dotem. Peregr. *vers.* 15. *limita,ubi suprà.*Gabr. *lib.*5.*comm. opin. tit. de acquir. possess. conclus.* 2. *num.* 29. & eam sequitur Barbos. *in l.*1. *ff. solut.matrim.*1.*p.num.*14. ubi dicit privilegium dotis tanquam magis speciale limitare hoc privilegium fisci generale. Pereir. *in dict. c.* 12. *à num.*33. ubi contra emptorem posse agere tuetur, & hæc opinio confirmatur ex ratione *hic* à Gloss. tradita , quòd lex , vel statutum generaliter lo- 11
quens, non intelligitur loqui in causam dotis, nec in ea habet locum:cui adde Salyc. *in l. ultim. vers. in quo nota bonum argum. num.*3. *C. de dotis promis.* Jas. *in l.*1.*ff.solut.matrim.num.*9.*& in l. quod dicitur, n.*183.*ff. de verb. oblig.* Socin. *consi.*76. *num.*8. *lib.*4. & hanc doctrinam sequuntur, quos refert Tiraq. *in d.*§.1.*gloss.*14. *n.*91. Negus. *de pignor. p.*8.*princ. memb.* 1.*n.*26. Mier. *de major.*4. *p. q.*1. *illat.*2. *n.*3. ubi alios refert Barbos.*in d.l.*1.*p.*1.*ff. solut.matr.num.* 1. *vers. nam cum text.* ubi latè prosequitur hujus rationis fundamenta.

Contrarium, quòd etiam in rebus dotalibus di- 12
spositio hujus legis procedat, tenet Gloss. *hic* , & optimis fundamentis eam confirmat , & Cevall. *q.*822.*à n.*49. *usque ad n.* 62. ubi in ejus confirmationem multa adducit,& ponderat verba *d.l.omnes, C. de quadr. præscript.* ibi : *vel legibus , seu sacratissimis constitutionibus descendentes , vel quaslibet alias , licet nominatim præsenti sanctione non sint comprehensæ.* Quæ verba causam dotis comprehendere dicit , & affert Baldi verba *in consi.* 359. *vol.* 3. ubi dubiè loquitur , & non resolutivè , & pro ea refert Odd. *consi.*99.*num.*7.ubi Baldi procedere inquit , quando fiscus non est solvendo , & sic facta excussione contra fiscum poterunt tertii bonorum possessores conveniri , & hanc opinionem magis juridicam esse, *in num.* 59. *&* 60. ait, & apud nos non habere difficultatem ex generalitate *nostræ l.* propter auctoritatem nostræ Gloss. quia fiscus semper est idoneus,& solvendo,*l.* 2. *ff. de fundo dot. l.*3.§. *Item sciendum,ff. si cui plusquam per l. Falc.l.*1. §. *si ad fiscum, ff. ut legat. nomin. cave.* Garc. *de nobilit. gloss.* 3. *n.*5.

Ex quo tradit Gironda , *de gabell.* 4. *p. in princ.* 13
num. 14. quòd fiscus non tenetur præstare fidejussionem legis Toleti : & licet contraria opinio sit magis æqua, hanc magis juridicam iterum dicit Cevall. *num.* 42. & pro ea sæpius vidisse judicatum.

Nota 6. ex Gloss. *in vers. & quia regulariter,* 14
quòd bona dotalia in omnibus casibus, in quibus dos non reperitur privilegiata, judicantur,ut cætera bona non dotalia,& in illis standum est juri communi,

muni,& regulæ generali, *l. ab ea parte, ff. de probat.* Gloſſ. *in l.omnis definit. ff. de regul.jur.* Crot. *l. ſi conſtante,2.lect.num.64. ff. ſolut. matrim.* Barboſ. *num.3. verſ. dos reperitur*,ubi tradit,quòd lex comprehendit omnes caſus, quamvis in uno videatur major ratio,quàm in alio,quem vide *ibi,num.* 19. ubi in dote aliter eſſe dicit. Tiraquell. *ubi ſuprà, n.* 103. Surd. *deciſ.*164. *n.3.& deciſ.* 318. *num.*4. ubi hoc ex multis comprobat. Carroc.*deciſ.ſeu caſu* 25. *n.* 1. & Fontanel.*de pact. nupt. 2. tom. claus.*5. *gloſſ.*8. *p.*13. *n.* 58. *&* 59.

15 Nota 7. quòd Gloſſ. *in l.*1. *ff. ſolut.matr.* laboravit in oſtendendo ſpecialia privilegia dotis. De his autem privilegiis peculiarem tractatum fecit Novellus,qui latiſſimè materiam explicat, & Federic. Solis ubi dotium privilegia collecta videre poteris,& nos in Addit. ad Gloſſ. *l. tit. p.*4. & variis in locis.

16 Nota 8. quòd diſpoſitio , quæ generaliter loquitur, intelligitur, & includit caſus, & perſonas alias privilegiatas.Adde *ſupr.*tradita, *n.*19. & ultra *ibi* laudatos Barboſ.*in d. n.*3. ubi latè comprobat,& vide eum ibi *à n.*5. *uſque ad* 14. ubi examinat quæſtionem,utrùm diſpoſitio generalis comprehendat caſus in ea materia ſpecialiter privilegiatos,ubi latè diſtinguit,& explicat.

Nota 9. lex , vel ſtatutum generaliter loquens comprehendere cauſam dotis, quando non reperitur in illo caſu ſpecialiter privilegiata ; & adde Mier. *de major.*4.*p.q.*1. *illat.* 2. *num.* 12. 13. *&* 14. Barboſ.*in d.l.*1.*n.*14.*verſ. ſed illa opinio,& num.*15. apud quos alios plures invenies. Pereir. *de empt. c.*11.*n.* 34. *&* 35. ubi differentiam conſtituit inter generalem,& univerſalem diſpoſitionem.

17 AD Gloſſ. 4. Nota , quòd ſi Rex in donatione, ſeu venditione alicujus rei exprimat cauſam,ex qua dicit eſſe ſuam, ſi illa cauſa non eſt vera, *hujus l.* diſpoſitio ceſſat, quia tunc ſolùm videtur vendere,vel donare jus,quod habet in ipſa re: & Add. Bald. *in l.*1.*C. de hæred. vel act. vend. & in prooem.Decretal. num.*15. Bellon. *conſ.*51. *num.*5. Duenn.*reg.*238.*num.*ubi multos laudat.Peregr.*dict. tit.* 4. *num.* 18. *verſ.* 5. *declara.* Gabr. *concluſ.* 2. *num.*26.ubi alios refert,Rod. Suar. *allegat.*11. *n.*2. *&* 5. Gramm. *deciſ.*65. *num.*79. Menoch. *conſ.* 2, *num.* 333. ubi dicit, *d. l. bene à Zenone* procedere, quando Rex vendit rem tanquam ſuam cauſa non adjecta,qua oſtendat quomodo res illa ſua ſit. Ceval. *quæſt.* 822. *num.* 27. *&* 28. ubi alia tradit, *& in num.*30.dicit,ſi vendit jure creditoris,creditorem antiquiorem ſuas actiones exercere poſſe. Pereir. *de empt. c.*12. *num.*37. ubi quando vendit jure creditoris, vel exprimens cauſam, quæ non eſt vera,& plures adducit ; & vide Addita ad Gloſſ. 1. *ſupr. num.*...

Quid ſi Princeps ceſſerit jura ſua? Vide Hond. *conſ.* 38. *lib.* 2. *à num.* 54. ubi in hoc caſu *hujus l.* deciſionem non procedere docet, ut enim locum habeat jure proprio, rem ut ſuam Princeps debet alienare, ut tradit *ibi* ; de quo vide *ſupr.* ubi de verbo *ſuya* diximus.

18 AD Gloſſ. 5. Nota 1. quòd Rex debet poſſidere rem,quam vendidit, vel donat ut ſuam,ut diximus.

19 Nota 2. quòd ſi emptor , vel donatarius, qui rem à Principe habuit, poſſidet, præſumitur Principem poſſediſſe.Adde Menoch. *lib.6.præſumpt.*64. *&* 65. ubi latè explicat , quando ex poſſeſſione de præſenti, de præterito poſſeſſio præſumatur, & è contra quando ex poſſeſſione de præterito,præſumatur poſſeſſio de præſenti. Et *in præſumpt.* 66. tradit ex poſſeſſione præteriti , ac præſentis temporis quando medii temporis poſſeſſio præſumatur : & *in præſumptionibus antecedentibus* , easdem quæſtiones excitat circa dominium; de præſumptione tradita à Gloſſ. vide Franc. Balb. *de præſcript.* 2. *p. partis* 5. *princ. quæſt.* 8. *verſ. tertio limita.*

Nota 3. ut hæc *l.* locum habeat, quòd ultra 20
venditionis , aut donationis titulum requiritur, quòd Princeps, vel fiſcus rem tradat. Adde Duennas, *regul.* 238. *verſ.* 9. *limita*, ubi Balb. Præpoſitum , & Afflict. pro hac declaratione tradit. Gabr. *lib.* 5. *comm. opin. tit. de acquir. poſſeſſ. concluſ.* 2. *num.* 25. ubi antiquiores refert. Rebuff. *in conſtit. Galliæ* , 3. *tom. tit. de materia poſſeſſor. art.* 9. *gloſſ. unic. num.* 3. Peregr. *de jure fiſc. lib.* 6. *tit.* 4. *num.* 18. *verſ.* 4. *declarat* : ubi cum Bald. tenet ultra rei traditionem requiri, quòd in ipſa traditione non ſit contradictor. Bellug. *in ſpeculo Princip. rubr.* 22. *in princ. num.*8. ubi Bald. ſequitur in contractu emptionis, & venditionis,& in aliis præter donationem.

Et etiam in Principe vendente, vel donante ex 21
contractu ab eo facto abſque traditione dominium non transferri, omnium latiſſimè comprobat Lucas de Penna, *in l. ult. Cod. de locat. præd. civil. num.* 2. *&* 16. *lib.* 11. Jacob de S. Georg. *de feudis*, §. *Princeps, vol.* 2. Boſſ. *in prax. crimin. tit. de Principe , num.* 67. Caldas , *de empt. dict. c.* 12. *num.*40. ubi in hoc caſu traditionem requiri dicit, ne dentur plures ſpecialitates, quamvis in aliis caſibus ex contractu Principis tranſire dominium abſque traditione, ſequantur plures , quos refert Covarr. *lib.* 2. *var. c.* 19. *num.* 3. ubi poſt relatas antiquiores opiniones hanc quæſtionem difficilem eſſe profitetur. Valaſc. *de jure emphyteut. q.* 8. *num.* 30. ubi dominium ex contractu Principis tranſire ſine traditione docet, quando de Principis voluntate conſtat ; de quo vide Addit. ad Gloſſ. 1. *l.* 50. *ſupr. hoc tit. num.*27. *&* 28. Gaill. *lib.* 2.*obſervat.* 52. *num.* 6. ubi diſtinctionem traditam per Covar. ſequitur, & comprobat. Et quòd gratia Principis dicatur privilegium , vide Gloſſ. 3. *l.*27. *tit.* 18. *p.* 2.

Limita hanc doctrinam, quando in contractu 22
Principis clauſula conſtituti intervenit, ut ex aliis tradit Bellug. *in ſpecul.Princip.rubr.*22.*in princ.n.*9. *&* 10. ubi in terminis diſpoſitionis *l.bene à Zenone*, loquitur Gram. *conſ.* 110.*n.*9.

Contrarium, imò quòd ex donatione, & con- 23
tractu Principis abſque traditione ſtatim transferatur dominium, apud nos eſt ſine dubio, ex text. noſtro *hic* ibi: *paſſe el ſennorio de aquella coſa al que la vende,o à el que la da.* Nec ſervanda eſt limitatio noſtræ Gloſ. ſcilicet traditione ſequuta,& interveniente,prout optime conſiderat Mier. *de major.*1. *p.q.*26.*n.*10.11.12.*&* 13. ubi apud nos hanc legem ſervandam eſſe dicit ; & de jure communi, quòd dominium ex donatione, vel contractu Principis etiam abſque traditione transferatur, tenent Bald. & Iſern. *in c.*1.§. *inveſtitura, n.*2. *de nova forma fidei.* Archin.*in l.*3.*in princ. ff. de acquir. poſſeſſ.* Rip. *reſponſ.*114.*n.*10.Dec.*in l. certi conditio*, §. *ſiu. n.* 7. *ff.ſi cert. petat.& in l. in traditionibus,n.*4. C. *de pact.* Roder. Suar. *allegat.*11. *& alleg.* 9. & *ibi*, Valdeſ.*in addit.* Pereir. *in l.ſi curatorem habens, verb. læſis, n.*119. *C. de in integr.reſt.*Dec. *reſp.*18.*n.*389.*lib.*1.

Tiraquel.

Tiraquèl. *de nobilitat. c.57.num.37.*ubi plures citat, alios adducit Mier. *ubi supr. & in d.n.11.*inquit,doctrinam Bald. quam pro se citat gloss. *hic*,incertam esse,& totum contrarium dicere.

24 Verba enim hujus legis ita clara, & manifesta sunt,quòd ex eis juris communis correctionem induci,non esset dubitandum, si aliud ex eo dispositum inveniretur ; & sic ab eis non esse recedendum,maximè cum juri communi conveniant, dicendum videtur.Vide Add.ad Gloss. 2. *l.* 55.

SUMMARIUM.

1 *Res,si duobus à Rege sit vendita, præfertur ille, cui res primò fuit vendita, etsi secundo sit tradita ; etsi unus ab uno Principe, alius ab alio ; etsi non sit hæres illius, qui contraxit, sed per electionem eligatur, & quando nomine dignitatis, seu proprio dicatur quis contrahere, n. 2. 3. & 4.*

5 *Limitatur,quando in secunda concessione dixit, se velle primam concessionem annullare, etsi jus parti ex privilegio, seu donatione esset quæsitum.*

Contrarium, n. 6.

7 *Si prima sit in vim contractus pretio intervenient, vel ob servitia æquivalentia privilegio, seu donatione, sine causa non potest Princeps revocare, & soluto bono cambio, sit sit ex causa lucrativa,si sit expressa clausula derogatoria in secunda, secunda valet, num. 8. & 9.*

10 *Privilegium secundum quando tollat, seu non tollat primum.*

11 *Princeps præsumitur circumventus impetrantis importunitate, aut oblivionem concessisse, quod antea alteri concessit.*

12 *Lis super validitate dictorum privileg. seu donationum coram quo judice sit agenda.*

13 *Papa an sine causa possit quem privare suo Episcopatu, seu beneficio. Papa an sit dominus beneficiorum, & possit derogare juri positivo?*

Principis voluntas an justa causa reputetur, n. 14. usque ad 23.

14 *Princeps,seu Papa causam debent ostendere,cum exigitur causa.*

25 *Officia concessa ad vitam, vel ad certum tempus, sine causa Princeps non potest tollere.*

Contrarium, n. 26.

27 *Officium concessum ob benemerita non potest revocari absque causa.*

Idem si à Rege sit venditum, & 28.

29 *Inferior à Principe absque causa non potest removere officialem.*

30 *Item etsi officium sit ad beneplacitum concessum.*

31 *In officiis, quæ conceduntur ratione sufficientiæ, semel examinatus amplius iterum examinari, seu approbari non potest, nec approbatio data potest revocari.*

32 *Confessores examinati ad audiendas confessiones pœnitentiales non possunt iterum examinari, etsi data sint cum clausula limitata ; & sine causa videtur facere cum approbationes annuales generaliter sine differentia omnibus regularibus concesserit, & etsi ob rationem imperitiæ apponat,si sit idoneus, etsi Episcopus nolit admittere præsentatum,poterit facere ac si fuisset admissus.*

33 *Limitatur quoad alias Diœceses.*

34 *Item quoad Episcopos successores.*

35 *Electores facta electione non possunt revocare,& aliam facere.*

36 *Causæ,ex quibus quis ab officio possit removeri.*

37 *Remoto absque causa succurritur remediis possessoriis.*

38 Nostra l. & l. bene à Zenone *excluditur non solum qui movet quæstionem dominii,sed hypothecariam.*

39 *Emens à fisco hæreditatem, semper est securus, ut nec quis rem singularem possit dicere suam, si fiscus eam possideret.*

40 *Creditores hæreditatis contra emptorem agere debent.*

41 *Princeps vendens jure creditoris sciente creditore,qui jus anterius habebat,videtur jus remisisse.*

Solemnitates, quæ ad venditionem rerum fiscalium, seu suorum debitorum requiruntur.

ADDIT. GLOSS. VI.

AD Gloss. 6. Nota 1. *hujus legis* decisionem non procedere contra habentem titulum anteriorem à Rege : nam quando eadem res duobus à Rege venditur, vel donatur, primus præfertur, etsi secundo possessio tradatur, & hæc est alia limitatio ad doctrinam, de qua in addit. Gloss. 1. Adde ea quæ diximus *suprà* in addit. Glos. 1. *l.* 50. *supr. hoc tit.* Roder.Suar. *allegat.9.num.9.vers. & per illud*, ubi Romani doctrinam, quam Gloss. *hic* refert, singularem dicit, & sequitur Ludovic. de Penn. *in l. 1. Cod. de locat. prædio. civi. lib. 1.* Afflict. *in c. 1. verbo, & bona committentium crimen,num.* 175. *quæ sint Regalia in usibus feudor. & decis.12. n.10.* & *ibi*,Grammat.Curt.Jun. *cons.*143. *num.5.6.& 7.* Grammat. *decis.65. num.43.* Duenn. *reg.238. vers.12. lim.* Gabr. *lib.5. comm. opin. tit. de acquirend. possess. conclus.2. num.34.* Peregr. *de jure fisc.lib.6.tit.4.num.18. vers.7. limit.* Matienz. *in l.6. tit.10.lib.5.recomp.glos.2.n.6.*ubi per secundam concessionem Commendæ Indorum, primam non revocari,nervosè defendit Pereir. *de empt. c.12. n.41.* ubi hanc sequitur, & alios adducit. Castill. *lib. 2. quotid. 5. num. 5.* & pro hac opinione est *l. prædia, Cod. de locat. prædio. civi, lib. 11.* ubi text. dicit, quando aliqua prædia jure perpetuo fuerunt alicui per Principem concessa, transferri ad alium perpetuò non oportere, quem vide. Fachin. *controv. lib. 7. c. 33.* ubi disputat quis ex duobus à Principe investitis feudo præferatur, & vide Addita ad Gloss. 3. *l.* 15. *supr. hoc tit.* 1

Amplia, etsi secundus emptor, vel donatarius habeat titulum ab uno Principe, & alius ab alio, & sic à diversis Regibus, de quo Gloss. *hic*, *in vers. si verò à diversis.* Cum enim in vim contractus Princeps aliquid concedit, non solum se, sed & successores obligat ad ejus observantiam: text. *in c. si super gratia,de offic. deleg. lib.6.* & *ibi* Gloss. ordin. & communiter DD.*in c. si gratiosè,. de rescr. in 6. c.fin. de præc.l.fin.ff.de const. Princ. l. Imper. &* §.1. *vers:sed etsi talis,C. de nupt.*ubiBart.& aliiBald. *in c.1. de prob.& in l. digna vox, n.3. de legib.* Rod. Suar. *d. allegat.9.num.4.per tot. & allegat.8.n.4.* ubi Valdes. plures aggregat. Matienz. *in l. 11. tit. 7. lib. 5. recomp. gloss. 5. num.* 3. ubi plures adducit,& *in glos.13. n.fin. in l.3.tit.10.eod. lib.*Rolan. *cons.66. n. 33. cum aliis, lib.2.* ubi receptam opinionem dicit, 2

& pro conclusione à jure approbata præmittit, quòd Princeps tenetur servare contractus cum subditis initos, *& in num.* 37. ampliat, ut non solum à se factos, sed & ab ejus prædecessoribus. Castill. *d. cap.* 5. *num.* 5. ubi casum proponit in habentibus titulum à diversis Regibus. Ursil. *in annot. ad Afflictum decis.* 17. *ubi alios citat.* Gabriël. *lib.* 3. *tit. de jure quæsito non tollendo, concl.* 5. ubi pro hac sententia recenset Bald. Cyn. Castr. Abbat. Alberic. Roman. Felin. Aret. Dec. Jas. Alexand. Afflict. Ruin. Boer. Rebuff. Grammat. & alios. Subamplia procedere non solum in Principe, qui est hæres illius, qui contraxit, & per viam legitimæ successionis venit ad principatum : sed etiam in eo, qui non tanquam hæres, sed per electionem ad eum ascendit, ut in Papa, & Imperatore. Bald. *cons.* 359. *vol.* 1. Albert. *in l. digna vox, vers. cum quæritur, C. de legib.* Jofred. *cons.* 38. Gabr. *d. conclus.* 5. *num.* 16. Capic. *decis.* 121. *à num.* 2. ubi latè de hac quæstione agit, & explicat quando nomine dignitatis, vel proprio contrahere dicatur. Mieres, *de majorat.* 1. *p. quæst.* 26. *num.* 50.

3

4 Cujus rei ea est ratio, quia Regiam majestatem decet prædecessoris sui promissa servare, ut notat Cardin. *consil.* 11. *tit. de privil.* Decian. 165. *n.* 2. Oldrad. 94. Afflict. *decis.* 2. *num.* 2. & *ibi.* Grammat. *littera A.* & vide Addit. ad Glos. *l.* 14. *tit.* 5. *part.* 2.

5 Limita doctrinam hujus Gloss. *in princ.* quando Princeps in secunda concessione, se velle primam concessionem annullare, & quòd ea non obstante posterior valeat, declaravit, si prima concessio gratiosè, & nulla subsistente causa subdito fuit facta ; nam tunc sola voluntate Principis potest revocari, ex Gloss. *hic in vers. nam quod Princeps.* Cui Adde *l. qui fundos, Cod. de omni agro deser.* *lib.* 11. qui secundum communem DD. intellectum loquitur in privilegio Principis gratuito, quod Principem revocare posse, etiam postquam jus parti ex eodem privilegio fuit quæsitum, fatentur. Bald. *in l. qui se patris, num.* 10. *Cod. unde liberi,* ubi ait speciale esse in Principe, ut possit revocare suum privilegium, ex quo est alteri jus quæsitum, & etiam sine causa, Afflict. *decis.* 128. *num.* 10. *vers. secus vero,* & *ibi* Grammat. Paul. Paris. *cons.* 2. *num.* 20. Gozad. 5. *num.* 27. Ruin. 130. *n.* 13. *vol.* 5. Roland. 66. *à num.* 8. & alios refert, *lib. & consil.* 13. *lib.* 3. ubi latè, & Covarr. *lib.* 1. *variar. cap.* 6. *num.* 1. Paz. *in proœm. l. Taur. num.* 325. Menchac. *controvers. usufreq. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 2. Molin. *de Hispan. prim. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 30. Guttier. *in l. nemo potest, ff. de leg.* 1. *num.* 177. Matienz. *l.* 6. *tit.* 10. *lib.* 5. *recompil. glos.* 2. *num.* 3. & hæc opinio est apud nos confirmata *in l.* 15. *tit.* 10. *lib.* 5. *recompil.* ibi : *Las mercedes que se bizieren por servicios pequennos, mandamos se moderen, de manera que respondan a ellos.* Ubi Matienz. & Azeved. Sylva *resp.* 8. *num.* 29. alios allegat.

6 Contrariam opinionem, imò quod Princeps sine causa non possit privilegium à se concessum revocare, & jura pro contraria, eam non probare eleganter tuetur Molina *de Hispan. lib.* 4. *cap.* 3. *à num.* 16. & de eorum intellectu agit, & plures laudat, & dictæ *l.* 15. satis contradicere inquit *l.* 6. *eod. tit. ibi, las cosas que el Rey donare a alguno, que no se las pueda quitar el, ni otro alguno sin culpa,* quæ verba Regiæ majestati magis conveniunt, de quarum conciliatione vide Matienz. *ibi,* & pro hac opinione, alia tradit Villar. *d. num.* 9. *vers. at tamen,* ubi dictis Molinæ inhæret.

Si vero ex causa onerosa in vim contractus pretio interveniente, vel ob servitia privilegio, aut donationi æquivalentia prima concessio facta fuit, per secundam ejusdem rei concessionem non revocatur, nisi causa justa interveniente fiat, & dato bono cambio ei, à quo aufertur, ex dictis *suprà, in glos.* 1. *num.* 25. *cap.* 1. *de nova forma fidelitatis, in feudis.* Bart. *in l. quod semel, ff. de decretis.* Pinell. *in rubr. C. de rescind. vendit.* 1. *p. cap.* 2. *fin.* Valasc. *consult.* 52. *num.* 5. Afflict. *decis.* 128. *num.* 10. *& ibi.* Grammat. & Ursil. *in decis.* 361. *num.* 6. ubi dicit in concessione Principis non venire illud, quod alteri fuit priùs datum, maximè quando concessio fit sine causæ cognitione, & alios allegat. Guttier. *in d. l. nemo potest, à num.* 75. ubi ampliat, etsi in revocatione privilegii usus fuerit clausula *non obstantibus.* Et ex hoc infert, quod, si Rex revocat omnia privilegia, gratias, & concessiones factas de officiis rectoriæ, vel tabellionatus, etiam cum clausula *non obstantibus,* per hujusmodi revocationem, & clausulam non censebuntur revocata privilegia, & gratiæ supradictorum officiorum, quæ interveniente aliquo pretio, vel ob servitia concessa fuerunt, quia transierunt in viam contractus. Perein. à Castr. *decis.* 120. *n.* 7. hanc comprobat in officiis pro pecunia emptis, vel in compensationem meritorum cum Valasc. *ubi suprà, num.* 6. & *in* 12. *&* 13. tradit ex causa publica posse Principem donationes revocare ; & alios adducit, & hanc quæstionem explicat. 7

Et quòd secunda concessio Principis contra primam non valet, probat, *l. prædia, Cod. de locat. præd. civit. lib.* 11. quia causam habens à Principe à nemine molestari, sed perpetuò tutus esse debet ex *text. hic,* & *in l. omnes,* & *l. bene à Zenone, C. de quadr. præscr.* & hoc adeò verum est, ut etiam si prior ordinatio motu proprio facta sit, non valere per *d. l. prædia* concludunt Alex. *cons.* 3. *num.* 7. *lib.* 5. Decian. 287. *num.* 7. *&* 432. *num.* 2. Gozad. 14. *n.* 13 Curt. Jun. 143. ubi plures. Gaill. *lib.* 2. *observ.* 55. hos, & alios adducit ; & ita etiam tenet Mench. *controvers. usuf. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 4. ubi dicit, quòd si judex judicaverit pro secundo privilegio, sententia est nulla. Mieres *de major.* 1. *p. quæst.* 26. *num.* 13. 27. *& num.* 68. aliis auctoritatibus confirmat, & faciunt tradita per Molin. *d. num.* 16. Villar. *d. respons.* 8. ubi latè de quæst. utrum Princeps possit privilegium subditis concessum revocare, vel modificare. 8

Et quando duo privilegia concurrunt, primum præferendum esse est dispositum in *l.* 27. *tit.* 18. *p.* 3. & Glos. 1. & *ibi* Addit. si autem Princeps velit primam donationem cum expressa clausula derogatoria revocare, tunc secunda donatio valebit, si prima ex causa lucrativa, & non onerosa processit, ut tradunt Alex. Curt. Jun. & Gozzad. *ubi suprà.* Felin. *in c. quæ in Ecclesiarum, num.* 48. *de constit.* & plures, quos sequitur Gaill. *d. observ.* 55. *n.* 7. & in hoc casu locum habebit sublimitatio, & declaratio tradita à Gloss. *hic.* 9

Et quando privilegium secundum tollat, vel non primum non facta de eo mentione, vide Glos. 3. *in d. l.* 27. & Glos. 2. *l.* 29. *tit.* 18. *p.* 3. & Addit. Valdes. *ad Suarez. alleg.* 28. *litt. C. super n.* 13. 10

Nota 2. ex Glos. *in vers. cum fundamentum Romani,* quòd Princeps præsumitur circumventus importunitate impetrantis, quando uni concedit, quod antea alteri concesserat propter ejus bene merita ; aut priorem concessionem oblivioni tradidisse. Adde Jas. *in l. quoties, Cod. num.* 7. *de rei vendit.* 11

vendit. Dec. *conſ.* 291. *num.* 9. Suar. *allegat.* 9. *num.* 9. Palat.Rub.*rubr. de donat.inter.* §.81. Felin. *d.c.quæ in Eccleſ. n.*65. Perez, *in l.*24. *tit.*4. *lib.* 2. *ordin.* Peralt.*in l.ſi quis, in princ. num.* 6. *ff. de leg.* 3. Gail. *ubi ſupr.n.*2.Mier.*d.q.*26.*n.*8.*in.* 1.*edit.* ubi ex Bald. & aliis tradit,quòd Princeps fingitur circumventus , quando revocat illud , quod prius fecit,etiam ſi ex proprio motu revocaretur, adeo ut contra hanc præſumptionem probatio non admittatur.

12 Lis autem, ſi ſuper validitate harum donationum moveatur, coram quo judice ſit diſcutienda. Vide Ceval. *q.*822. *n.* 68.

13 Nota ex Gloſſ. (*in verſ. ubi dicit*) Papam ſine cauſa poſſe quem privare ſuo Epiſcopatu, ſeu beneficio ex ſententia Bald. quam *hic* Gloſſ. refert, Adde Gloſſ. *in c.per principalem,*9.*q.*3. *verſ. ad nos.* Felin. *n.*40. Dec.*n.*26. *in c. quæ in Eccleſiar. de conſtit.* Domin. *in c. gratioſe, de reſcript. in* 6. *num.* 16. Barbat. *in c.quod translationem,de offic. deleg. n.*121. *& conſ.*13.*col.*1. *lib.*3. Monach. *in c.* 2. *de præbend. lib.* 6. Innoc. *in c. niſi cum pridem. col.* 1. *in fin. de renun.* Natta,*conſ.*259.*n.*6. Paul.414. Corn.90. *col. fin. lib.*4. Feder. de Sen.200. *col.* 1. Alex.2. *num.* 20. *lib.*1.Rip. *lib.*2. *reſponſ.* c.19. *n.*5. Cravet. *de antiq. temp.* 1. *p. ſect. non commiſto , à n.*33. Gabr. *concl.* 1. *tit. de jure quæſito,dict. lib.*3.Gigant. *de penſio. q.*10. *n.*6.*&* 7. *&* q. 37.Simonet.*de reſervat. q.*2. *n.*6. Zabarel,*in c. perpendimus,de ſent. evcom.* Oxed. *de incompat. benef.c.*13.*n.*58.Ant.Burg. *in rubr. de empt. n.*28.Zened.*collect.*21.*ad ſextum,n....* Navar. *in c.ſi quando , de reſcrip. excep.* 5. *ad fin.* Joan. Selva, *de benef.*2.*p.q.*1.*n.*42. Flamin.Pariſ.*de reſign. lib.*2. *q.*4. *num.*34. Menchac.*controver.uſufr.lib.*1.*c.*2.*num.*5. Joan.Lup. *de benef.vacant.in Cur.Roman.* §.1.*col.*3. Gonzal. *ad reg. Cancell. de menſ.* §. 1. *proœm. à n.* 3.

14 ubi ait,† quòd naturaliter Papa ſolus eſt dominus beneficiorum. Garc. *de benef.*1. *p. c.*1. Maſtrill. *de magiſtr. lib.*1. *c.*27.*n.*12. qui DD. his nempe rationibus moventur.

15 Primò,nam omnis poteſtas, ſeu jurisdictio conferendi fluit à Papa,tanquam à fonte,*c.* 1. *de præb. lib.* 6. *& c. relatis,eod. tit.*

16 Secundò , quia Pontifex poteſt juri poſitivo derogare , & contra illud diſpenſare ad ſui libitum etiam ſine cauſa.Domin.*in c. ſi eo tempore, n.* 1. *de elect.* Felin. *in c. ad audientiam,*2.*num.*4. *de reſcript.* Pont. *de ſpol,n.*100.*lib.*3.Mandeſ.*reg.*30. *cancel.q.*5. Sanch.*de matrim.lib.*8.*diſp.*18.*n.*3. nam in habente poteſtatem ſupremam ad removendum ſufficit cauſa motiva.Bald. *in l. fin.col.ult. C. de præcib. imper. offer.* Ruin. *conſ.*230.*n.*9. Gratian. *diſcep.* 1.*p.c.* 167. *num.* 49.

17 Principis enim voluntas pro juſta cauſa reputatur. Gloſſ. *in l. relegati, ff. de pœn. & in d.c.ſi gratioſe.* Alex. *conſ.*155. *n.*8.*vol.*6. *&* 94.*vol.* 1. *num.* 5. Dec. 241. Ceval. *q.* 578. ubi refert,quòd in Principe ſemper præſumitur juſta cauſa, ex Alex. & aliis, & *in n.*9. defendit , quòd Principis voluntas habetur pro juſta cauſa.

18 Contrarium autem, videlicet quòd ſine cauſa non poſſit Summus Pontifex quem privare à ſuo beneficio, tenent Felin. *in d. c.quæ in Eccleſ. n.*42. *& in c. cum olim,*2.*exemplo de re judic.* Gambar. *de offic. deleg.lib.*10.*num.*385. *&* 386. Abb. *in c.fin. de confirm.util. vel inutil.* Rom. *conſ.*345. Cardin.141. Corraſ. *de benef.*aliàs,*de Sacerdote,*1.*p.c.*1. *à num.*2. Gabr. *d. concluſ.*1. *à num.* 9. Suarez, *recept. ſentent. litt. B. num.* 20. Cened. *collect.* 21. Menoch. *lib.*2. *præſumpt.*10.*n.*20.Salced.*ad Bernar. Diaz, reg.*109.

*ampl.*5.Navar. *de ſpoliis,* §.3. *& de redit. Eccleſ. q.*1. *num.*21.Rebuff.*tractat.nominat.q.*21. *prin. num.* 5. Pinel. *rubr.de reſcin.*1.*p.c.*2.*num.*30. Menchac.*dict. n.*1. *verſ. contrariam partem.*Sotus.*de juſt. lib.*3.*q.*6. *art.*2. Ceval. *q.*528. Et hæc ſententia corroboratur *ex c. non liceat Papæ,* 12. *q.* 2. *c.* 1. *de cauſ. poſſ. & prop.* ubi Pontifex fatetur ſe non poſſe contra inauditam partem procedere,ne eum ſpoliare, & *in c. non inquam,* 2. *q.* 1.

Salva in omnibus poteſtate Summi Pontificis, 19 hæc quidem ſententia tenenda eſt, nam decet beneficium conceſſum à Principe eſſe manſurum, *c. decret, de reg. jur. in* 6. & in maximum damnum ſubditorum vergeret, removendo quem à ſuo beneficio,cum auferat ipſi honorem, & maxima injuria afficiatur : nam ſemper præſumitur ob delictum, culpam, & malam adminiſtrationem, & vitam fuiſſe à beneficio remotum. Carol. Tapia *in l. fin. de conſtit.Princip.c.*9.*p.*2. *à num.*37. Flor. à Mena,*q.*10.Guttier.*lib.*3.*quæſt.*11.Gonzal.*gloſſ.*5. *&* 6. *num.*41.Maſtrill.*num.*19. *ubi ſupr.* & ait eſſe maximum dedecus, & contrarium honeſtati, & quieti Eccleſiæ. Pinel. *n.* 30.

Nec obſtant rationes pro contraria adductæ, 20 *num.* 1. nam procedunt circa proviſionem beneficiorum , & verba *pleniſſimæ poteſtatis* important, non eſſe in terris ei ſuperiorem,ut optime intellexerunt Salced. Pinel. & relati DD. Petra *de poteſt. Princip. c.* 29. *n.* 27.

Plenitudo poteſtatis procedit in conferendo, 21 non vero in auferendo, quod ſemel contulit. Et diſtinctio ab aliquibus allata inter poteſtatem Principis ordinariam , & abſolutam,dicentibus quod hæc omnia poteſt,falſa eſt, ut tradit Covar. *lib.* 3. *var. c.* 6. *num.* 8. Sarmient. *lib.* 1. *Select. c.* 8. *num.* 20.

Omnia enim, quæ Princeps facere poteſt, ad 22 poteſtatem ordinariam pertinent, nihil enim facere prohibetur Principi cauſa juſta ſubſiſtente ; & in hoc eſt magna ejus poteſtas , id enim dicitur quem poſſe, quòd de jure, & honeſtè poteſt : atque ideo ſine cauſa in his,quæ ſunt juris humani; in præjudicium alicujus parum poteſt.Mentionem enim *abſolutæ poteſtatis* fugere debemus , ſi illud ſignificatur,quod ſine injuria fieri non poteſt. Vide addit. Gloſſ. *l.* 1. *ſupr.*

Unde nec ſecunda ratio obſtat , nam licet ve- 23 rum ſit, quòd Summus Pontifex poteſt jus poſitivum derogare; id tamen intelligendum eſt cum cauſa,quando eſt in præjudicium tertii ; peccaret autem , ſi ſine cauſa ipſi derogaſſet , ut habet Dec. *in dict. c. quæ in Eccleſ.* Covarr. *de ſponſal.* 2. *p. c.*6. *num.*10. ubi tenet, quòd etiam ſi de nullius præjudicio agatur , peccat diſpenſando ſine cauſa.Soto,*de juſt. lib.* 1. *quæſt.*3.*art.*3. *circa fin.* Sarmient. *dict. c.*8. *num.* 16. *&* 19. ubi eſſe de mente Divi Thom. tenet: major enim dignitas, & eminentior qualitas perſonæ,minorem licentiam præſtat ad iniqua. Gloſſ. *in l. pen. ff. de hæred. inſtit.* & ubi Bald. & facit,*c. homo Chriſtianus, c. ſi Papa,*40. *diſt.* & illud Divi Ambroſii,*de dign. Sacerdot. c.* 3. Magna ſublimitas, magnam debet habere cautelam, honor grandis, grandiori debet ſollicitudine circumvallari,cui plus creditur, plus ab eo exigitur. Ex quibus conſtat tertiam rationem, nihil obſtare , nam licet dici ſoleat , quòd in Principe ſemper præſumitur cauſa; id tamen eſt intelligendum, ubi de nullius præjudicio agitur, ex Covar. *ubi ſupr. num.* 9. Sarmient.*in dict.num.*19. ubi tenet, quòd quando exigitur cauſa, ut † Summus 24

Pontifex, seu Princeps possit alicui præjudicare, opus est, ut causa ostendatur, & idem probat Gratian. *c.* 167. *num.* 51. & ait non esse credendum, quòd Princeps, cujus officio magis incumbit jura tueri, ea suo imperio velit subvertere, *l. meminerint, Cod. unde vi*, nam si dicta ratio haberet locum, & procederet, induceretur, ob illam plenitudinem potestatis, ut injustum justificaretur, obstante dictamine rationis naturalis, & divini juris.

25 Ex quo Salced. *in reg.* 209. & Pinel. *d.c.* 2. *num.* 3. inferunt officia concessa ad vitam, vel ad certum tempus, illa sine causa Principem non posse tollere, & faciunt proximè adducta, & *l.* 2. *tit.* 2. *part.* 2. ibi: *La primera poniendo a cada uno en su lugar, o por su bondad, o por su servicio: otro si mantenerlo en el, no faciendo porque le deviesse perder*; vide *ibi* Addit. Bart. *cons.* 229. *lib.* 3. Brun. *inter cons. feud. cons.* 117. *num.* 92. Grammat. 6. *n.* 5. Boër. *decis.* 149. Cabed. 20. *n* 1. *p.* 2. Peguer. 227. *n.* 12. Tap. *d.c.* 9. *à num.* 77. Ponte, *de potest. Proregis, tit. de elect. offic. num.* 5. Vital. de Camp. *de claus. in claus. general. non obstan. l.* 2. Molin. *de Hispan. primog. lib.* 4. *c.* 3. *num.* 18. ibi: *Nihil magis Regiæ Majestati indignum dici valeat, quam quòd Princeps absque causa possit propria privilegia revocare, cum inconstantia, & variatio in Principe, præsertim in beneficiis à se concessis, reprobetur: & Princeps debeat esse immobilis sicut polus, & sicut lapis angularis.* Bobadil. *lib.* 1. *c.* 16. *n.* 27. *& in n.* 19. plura tradit significando injuriam, & ignominiam, qua afficitur, qui removetur ab officio. Menoch. *de arbitr. q.* 55. *n.* 5. *in addit. n.* 10. Mastr. *d.c.* 27. *num.* 20. Gratian. *d. c.* 167. *n.* 31. *&* 40. Guttier. *in l. nemo potest, n.* 177. *ff. deleg.* 1. Mier. *de major.* 4. *p. q.* 10. *n.* 28. qui legem Regiam servari debere tenet, quæ expressè loquitur. Ceval. *q.* 425. *n.* 27. Fontan. *de pact. nupt. claus.* 4. *gloss.* 10. 1. *p. num.* 145.

26 Contrariam autem sententiam tenuerunt Bald. *in l. rescrip. C. præcib. Imper. offerat.* Rub. *in repet. rub. de donat. inter vir. num.* 7. Suar. *allegat.* 12. *num.* 52. Valdes. *ibi, litt. R.* Gramm. *decis.* 16. *n.* 2. Afflict. 128. *n.* 10. *& in c.* 1. *verb. potestas, n.* 14. *quæ sint regalia, lib.* 3. *feudor.* Dec. *cons.* 292. *n.* 7. *&* 390. *n.* 7. Boër. *decis.* 149. *num.* 18. & plures relati à Pinel. & post eum, Salced. *ubi supr.* Gratian. *d.c.* 167. *num.* 49. ubi in habentibus potestatem supremam satis esse causam motivam ad revocationem officii inquit; sed absque legitima causa Principem eum removere non debere multis comprobat *ibi*, & *in seq.* Mastril. *ubi supr. n.* 16. & diximus, *n.* 7.

27 Sed 1. sententia tenenda est de jure nostro Regio, quæ sine dubio procedit: primò in concessione officii facta ob benemerita, quæ non potest revocari absque causa. Felin. *in c. novit. de judic.* Palac. Rub. *part.* 10. *num.* 5. Afflict. *ubi supr. & in dict. c.* 1. *num.* 23. *& in c.* 1. *num.* 29. *de natur. feudor.* Capit. *decis.* 121. *num.* 15. Marc. 796. *num.* 1. Guttier. *ubi supra, à num.* 176. Salced. *in d. reg.* 119. *vers. sexta ampl.* Tiraquell. *in l. si unquam, verb. donatione, num.* 13. Pinel. *d.c.* 2. *num.* 31. Gratian. *d.c.* 167. *à num.* 32. *usque ad* 39. Mastrill. *de magist. lib.* 1. *c.* 27. *à num.* 30.

28 Secundò procedit in officio à Rege vendito, *c.* 1. *de natura feudi, text. in* §. *fin. qui feud. dare poss.* Guilliel. Bened. *in c. Rainutius, in ver. decis.* 20. *n.* 2. *par.* 2. Afflict. *n.* 10. Guttier. *n.* 177. Gratian. *n.* 30. Mastrill. *n.* 35. *ubi supr.*

29 Tertiò procedit in inferiore à Principe, qui etiam habens facultatem eligendi, non potest sine causa removere officialem per eum deputatum, *l. solet, ff. de offic. Proconf. authent. jusjuran. de defensorib. civitat.* Guill. *num.* 45. & Tapia, *num.* 77. *&* 81. Mastril. *n.* 41. Bobadil. *num.* 28. Gratian. 4. *ubi supr.* Boër. *decis.* 249. *n.* 23. *&* 24. Azeved. *in l.* 10. *&* 11. *n.* 5. *&* 6. *tit.* 5. *lib.* 3. *recomp.*

Amplia 1. etiam si officium fuisset concessum ad beneplacitum, cujus officii revocatio non erit 30
licita sine causa: nam dicti officiales dicuntur perpetui, *c. Rainutius, vers. duas habens filias, num.* 37. *de testament.* Bart. *in l.* 1. §. *si quis ipsi prætorio, q.* 3. *num.* 12. *ff. de novi oper. nuntiat.* Alexand. *cons.* 213. *n.* 6. *vol.* 6. Mandos. *reg.* 4. *cancell. q.* 7. *num.* 7. Cancer. *lib.* 3. *var. c.* 1. *de act. & oblig. n.* 99. *&* 100. Valasc. *de jur. emphyt. q.* 29. *n.* 4. Mier. *n.* 29. & Fontanell. *n.* 147. *ubi supr.* Cevall. *q.* 425. *num.* 16. Guttier. *lib.* 3. *q.* 21. *à n.* 2. Gratian. *n.* 46. Mastril. *n.* 26. *ubi sup.* vide *infrà*, Addit. & Gloss. 2. *l.* 5. *supr.*

Amplia 2. in officiis, quæ ob causam suæ suffi- 31
cientiæ aliquibus conceduntur: nam semel approbatus, & examinatus, non potest amplius reprobari, nec examinari sine causa, *l. sicut ab initio, ff. de act. & oblig.* regula, *quod semel, de regul. juris in* 6. *l. quod semel, ff. de decret. ab ord. facien. l. & gradatim,* §. *sed & reprobarit, ff. de mun. & honor.* Ægid. Conink. *tom.* 2. *de Sacram. pœnit. cap.* 7. *num.* 59. Ex quibus sequitur approbationem semel datam non posse valide revocari sine justa causa, quia hæc approbatio non est gratia, ut possit pendere à voluntate concedentis, sed tantùm authenticum instrumentum sufficientiæ talis personæ: testimonium verò semel datum non potest revocari. Dueñ. *reg.* 233. Enriq. *in Sum. Theol. moral. lib.* 6. *c.* 6. §. 6. Navar. *in sum. c.* 27. *num.* 266. Vega, *tom.* 1. *c.* 62. *cas.* 8. Cordub. *in addit. ad compendium verb. absolutio,* §. 16. *& verb. præsentatio.* Villalob. *tract.* 9. *difficult.* 73. Rodrig. 1. *p. qq. regul. q.* 59. *art.* 4. *& in explicat. bullæ,* §. 9. *num.* 31. Ledesm. 1. *p. summ. tract. de pœnitent. c.* 13. *dub.* 1. qui omnes tenent, quòd regulares, id est Religiosi, semel examinati ad au- 32
diendas confessiones pœnitentiales non possunt iterum examinari. Et ampliat Rodrig. etiam si datæ sint cum clausula limitata, *in q.* 59. *tom.* 1. *art.* 2. Enriq. *de Sacrament. pœnitent. lib.* 3. *c.* 6. *num.* 8. ibi: *Non tenetur obedire in ea restrictione*, & alios allegat Emanuel Rodrig. *in compend. Fratr. Minor. in lib. parvo, fol.* 79. ibi: *Tunc sine causa facere censebuntur, quando omnibus cum regularibus generaliter sine differentia ita se habuerit approbationes annales eis tantùm indulgentes.* Vega *dict. c.* 62. *casu* 7. Villalob. *ubi suprà, difficul.* 53. *num.* 1. *&* 3. Barbos. *de potestat. Episcop.* 3. *p. allegat.* 25. *num.* 16. Zerola, *in prax. Episcop.* 1. *p. verb. confessores,* §. 2. ubi limitat, nisi in ipsis approbationibus appositum sit ob causam imperitiæ, & incapacitatis: nam rectè licentia limitata potest dari, nisi dolosè cum homo sapiens, & idoneus esset, id faceret Episcopus, aut generaliter in omnibus licentiis apposuerit: nam tunc bene poterit audire confessiones, & confirmatur ex traditis à Navarr. *dict. c.* 27. *num.* 264. ibi: *Tertium, quod Episcopo sine justa causa nolente admittere, possunt præsentari facere illa, ac si fuissent admissi, quia hujusmodi præsentatus ita ab Episcopo rejectus habetur pro approbato ab eo*, nec obstat text. Concil. Trident. *in c.* 15. *de reformat. sess.* 25. quod aliqui dicunt derogasse dispositum, *in Clement. dudum*, §. *si vero, de sepultur.* quæ jura ipse Navarr. *in num. seq.* conciliat, & efficacius nostra conclusione probatur ex *Bulla* Greg. XIII. (*quæ vocantur plumbeæ*) *concessa*

anno

anno 1373. quæ fuit prorogata per *Clem. VIII. anno* 1603. & per Paul. V. *anno* 1605. ibi : *Conceditur, ut possint eligere confessorem secularem, vel cujuscumque etiam mendicantium regularium, ex his, qui ab ordinario, & quod regulares semel tantum approbati fuerint.*

33 Sed limita hoc, quod dicimus, quòd religiosus semel approbatus non potest sine causa reprobari, nec examinari: primo quoad alias Diœceses. Rodrig. *in explic. Bullæ* §. 9. *num.* 31. *& tom.* 1. *qq. regular. quæst.* 59. *art.* 5. Guttierrez. *lib.* 1. *canon. quæst.* 27. *num.* 6. Garc. 5. *p. de benefic. cap.* 8. *n.* 87. Sanchez *in sum. disput.* 44. *num.* 10. *&* 48. *num.* 13. Quarant. *in vers. confessor. fol.* 195. ubi tenet ita esse decisum à S. Concilii Congregatione, *& in compend. Bullar. bul. Romani Pontificis* 133. *col.* 2. *data anno* 1571. à Pio V.

34 Secundò limita, quando Episcopus successor voluerit iterum examinare, vide *d. bullam Pii V. in num.* 133. ibi: *Semel ab Episcopo approbatos, non ab eodem, sed ab Episcopo successore examinari posse,* quam tenent aliqui fuisse revocatam per Gregor. XIII. sed contrarium censuit S. Congregat. Illustriss. DD. C. ut refert *in compendio bullarum in relato loco in Schol.* 1. *fol.* 73. contra Eman. Rodr. & ita de facto fuit observatum contradicentibus omnibus religionibus in Episcopatu Cordubensi, anno 1629. cujus Episcopus Bullam specialem ad hoc impetravit, & in Regio Senatu vim non facere ordinarium fuit declaratum.

35 Amplia 6. electores semel facta electione non posse mutare propositum, eam revocando, & aliam de novo faciendo, *cap. cum inter*, & *ibi* Gloss. *cap. publicato, cap. in causis, de electione.* Aliax. *in cap. sacrosanct. de electio.* Alexand. *in directorio clericorum, cap.* 8. *part.* 1. *& cap.* 34. *part.* 3. Pereira *consil.* 80. *à num.* 52. Surd. 264. *num.* 33. *vol.* 2. Bald. 359. *vol.* 1. Bapt. Costa. *de remed. subsid. remed.* 78. *num.* 9. Capit. *decis.* 121. *num.* 2. Cabed. *decis.* 84. *num.* 11. *part.* 2. qui tenet, quòd hoc casu electus potest adire superiorem, maximè ubi electio esset confirmata à Principe. Molin. *de Hispanor. prim. lib.* 1. *cap.* 15. *num.* 10. Mastrill. *de magistr. lib.* 1. *cap.* 27. *num.* 49.

36 Quæ causæ dicantur justæ, ut quis possit ab officio removeri, refert Menoch. *de arbitr. lib.* 4. *cap.* 55. *in addit.* Bobadill. *lib.* 1. *cap.* 16. *num.* 31. & alii relati ab ipso. Gratian. *discept. cap.* 167. *num.* 53.

37 Nota quòd remoto ab officio absque causa succurritur remediis possessoriis, *cap. ex tenore, de restit. spoliator.* & Tapia *de constit. princ. fin.* 9. *n.* 74. Marc. *decis.* 795. *à num.* 3. Cevall. *quæst.* 425. *n.* 19. Capit. *num.* 26.

38 Nota 4. ex Gloss. *in vers. sed cum hac lex dicat,* quòd ex dispositione *hujus l.* excluditur non solum, qui movet quæstionem dominii contra eum, qui rem habet à Principe, sed etiam qui actionem hypothecariam, vel aliud jus, vide Addit. ad Gloss. 3. *suprà*, & ibi adductos, qui ex speciali favore dotis in hypothecis dotalibus non habere locum *hujus l.* dispositionem voluerunt. Cevallos 3. *tom. quæst.* 822. *num.* 38.

39 Nota 5. ex Gloss. *in vers. Angel. in l.* 1. si fiscus vendat hæreditatem, emptorem perpetuò esse securum, ut nemo possit hæreditatem, vel rem singularem dicere suam, intellige, si fiscus illam possidebat; secus vero si ut vacantem vendiderit; nam jus tantum, quod ad eam habebat, vendidisse videtur, & contra emptorem jus ad eam habens non prohibetur agere, *ex l. etiam si putaverit*, §. *sed & si quis, ff. de petit. hæredit.* quem non esse correctum dixit Cevallos, *in d. quæst.* 822. *num.* 32. & vide Peregr. *de jure fisc. lib.* 6. *tit.* 4. *num.* 16. *vers.* 1. *ampliat.*

Nota 6. creditores hæreditarios agere posse contra emptorem hæreditatis ex Gloss. *hic, in vers. sed bene,* nam fiscus cum hæreditatem vendit, jus tantum quod habet, vendidisse dicitur, & non liberam à debitis, vide Addita ad Gloss. 1. *suprà.*

Nota 7. *ex vers. si tamen venderet*, si Princeps, 41 vel fiscus jure creditoris, vendit pignus, sciente creditore, qui jus anterius habebat, & non contradicente, quòd videtur jus pignoris remisisse. Adde Gloss. Bald. Salyc. & Angel. *in l. si hypothecæ, C. de remis. pignor.* Peregr. *d. tit.* 4. *n.* 20. Negus. *de pignor.* 3. *p. memb.* 6. *n.* 25. & de doctrina Castr. *hic* à Gloss. relata vide Peregr. *ubi suprà*, Alfar. *de offic. fisc. gloss.* 34. *num.* 31. & de quæst. quando tacens consentire videatur, & sibi præjudicet, vide Addit. ad Gloss. 1. *l.* 19. *suprà n.* 22.

Nota 8. ex Gloss. *in fin.* quòd dispositio *hujus l.* tunc habet locum, & transit dominium rei venditæ, quando venditio est valida, & solemnis. Adde *l.* 1. *& l. si tempora, in l. duplex ratio Cod. de fide instrument. & jure hast. lib.* 10. Duenn. *reg.* 238. *vers.* 8. *limit.* Peregr. *d. tit.* 4. *num.* 18. *vers.* 18. *intellige*, Roder. Suar. *allegat.* 11. *num.* 2. Grammat. *decis.* 65. *num.* 78. Menoch. *cons.* 2. *num.* 133. *vers. respondetur.* Percir. *de empt. cap.* 12. *num.* 38. qui in venditione subhastationem esse necessariam dicit, non vero in donatione. Alfaro, *de offic. fisc. gloss.* 34. *num.* 32. De solemnitatibus, quæ in venditione rerum fiscalium intervenire debent, vide Alfarum, *ubi suprà.* Peregr. *d. tit.* 4. *l.* 14. *usque ad* 18. *tit.* 7. *lib.* 9. *recompil.* & ibi Azeved. ubi etiam, quæ in venditionibus bonorum debitoris requiruntur: de quibus suo loco agemus.

SUMMARIUM.

1 *Fiscus ratione communionis invito socio potest totam rem vendere, & pignorare, etsi modicam partem habeat, & res commodè dividi possit, num.* 2. 3. 5. 6.

4 *Fiscus potest ratione hypothecæ rem vendere, & creditori qui prior fit, satisfacere, nisi sint alia bona, quibus possit consuli, num.* 9.

7 *Fiscus rem cum alio communem non potest in totum infendare.*

8 *Fiscus, si tantum habeat usumfructum, non potest rem vendere.*

10 *Socius an possit ratione communionis pro eodem pretio rem retrahere.*

14 *Princeps, qui rem communem donat, debet æstimationem partis parti præstare.*

15 *Causa justa in Principe non requiritur ad rem communem vendendam.*

16 *Emens à fisco rem communem ei integrum pretium debet præstare, & fiscus partem parti.*

17 *Condemnationis pretium totum parti, & fisco applicatum, totum debet solvi fisco, & ipse privato solvet, & quid quando bona condemnati non sufficiunt, num.* 18.

ADDIT. GLOSS. VII.

AD Gloss. 7. Nota quod Rex, vel fiscus ratione communionis, seu partis, quam in re

habet, potest totam vendere socio etiam invito. Adde Duenn. *reg.* 375. Fabian. de Monte *de emptor.* 3. *q. princ. num.* 56. Negus. *de pignor.* 2. *part.* 3. *memb.* n. 36. Lauden. *de fis.* 1. *p. num.* 35. Peregr. *de jure fisc. lib.* 6. *tit.* 4. *num.* 23. Alfar. *de offic. fisc. gloss.* 34. *num.* 23. Felic. *de societ. cap.* 28. *num.* 10. Castil. *quotid. lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 23.

2 Amplia 1. etsi modicam partem in re communi fiscus haberet, *d. l.* 1. *Cod. de vendit. rer. fisc. commun. cum* Duenn. *num.* 1. Fabian. Peregr. *vers. amplia etiam*, & Felic. *num.* 12. Alfar. *num.* 25. *ubi suprà.*

3 Amplia 2. etsi res commodè dividi posset, & Rex, vel fiscus non haberet ex venditione totius rei majorem utilitatem, quàm ex venditione partis; nam adhuc ei totam rem vendere licet, ex Gloss. *nostra hic, in medio, & in fin.* Adde Castill. *in d. num.* 23. *vers. verum etiam*, ubi pro ea expendit Accur. & Odofred. *in d. l.* 1. Salazar. *de usu, & consuet. cap.* 11. *num.* 4. & Carol. de Tapia *in rubr. C. de constit. Princip. cap.* 1. *num.* 72. & non solum de jure isto partitarum; sed etiam de jure communi veriorem esse profitetur cum Gregor. Lopez, *hic*, & eam sequitur Fabian. *ubi suprà, d. num.* 36. Et sic est tenendum, licet contrarium velit Bart. *in d. l.* 1. *num.* 2. ubi hoc procedere inquit, dummodo interfit fisco rem totam vendi respectu majoris pretii, quo tota res integra venditur, quàm pars, ut *in l. Mevius, in fin. ff. famil. herciss.* aliàs si nulla ei utilitas sequatur, ei non licere, quem sequuntur Salyc. *in l.* 2. *C. commun. rer. alienand.* Plat. *in l. unica, C. de vendit. rer. fisc. lib.* 10. *n.* 1. *col.* 1. Duenn. *num.* 5. Felic. *num.* 12. Peregr. *in* 1. *ampliat.* Castill. *vers. Bartol. tamen, ubi suprà*, ubi ejus fundamenta tradit.

4 Amplia 3. in hypothecis, si est alius, qui prior sit fisco, posse fiscum vendere hypothecam, & primis satisfacere, & residuum sibi retinere, vide addit. Gloss. 3. *l.* 33. *tit.* 13.

5 Amplia 4. ex Glos. *hic, vers. an autem sicut potest vendere*, fiscum posse rem communem alii pignorare, sicut, & vendere. Addit. Gloss. *in l. unic. C. si communis res pignor. data sit.* Bellapert. Salyc. & Bald. *in l. multum interest, Cod. commun. rer.*

6 *alienand.* Platea. Duenn. *num.* 4. *ubi suprà.* Contrariam sequitur Castill. *num.* 24. *vers. mihi autem, ubi suprà*, ubi contrarium sibi durum admodum videri dicit, nec juribus à Glossa adductis probari, nam aliud est concedi privilegium fisco, ut vendere possit totam rem, dummodo statim pretii partem rei socio solvat, aliud vero in præjudicium socii obligationis, aut pignoris facultatem concedi. Quæ ratio urget, sed difficilè erit in praxi obtinere.

7 Limita 1. hanc regulam, & doctrinam, ut non possit fiscus rem communem cum alio in totum infeudare, in emphyteusim dare, vel locare in perpetuum, ut contra Bald. *consil.* 336. *lib.* 5. tradit Peregr. *d. tit.* 4. *num.* 23. *vers. amplia item.* Castill. *in d. cap.* 6. *num.* 18. *cum* 5. *seq.* ubi eam late fundat, & rationibus Bald. respondit, & Baldi admittit in locatione ad modicum tempus; nam tunc observari debent, quæ de locatione rei communis diximus in Addit. ad Glos. 3. *l.* 29. *tit.* 8. *infrà*, & sic est tenendum, licet Bald. sequatur Felicianus, *num.* 13. *ubi suprà.*

8 Limita 2. si fiscus tantum habet usumfructum, nam ratione ususfructus non licèt ei rem vendere, nisi pro jure suo. Bald. *in d. l.* 1. *C. de comm. rer. alienat.* Peregr. *vers. nam cum fiscus.* Alfar. *num.* 25. Duenn. *vers. limitat.* 1. D. Castill. *num.* 27. *ubi suprà*, ubi rationem hujus limitationis tradit.

Limita 3. si fiscus tantum habeat jus hypothecæ in re, nam tunc si ei in aliis bonis consuli potest, non licebit rem vendere, prout de facto decisum fuisse testatur Peregr. *d. num.* 23. *vers. & secundum*, & hanc limitationem indistinctè rejecta modificatione sequitur Castill. *num.* 26. & rationem reddit. 9

Nota 2. ex Glos. quod si res communis per Principem vendatur, si velit socius eam pro eodem pretio retrahere, aliis præfertur; & æquum esse, quòd Princeps, antequam vendat, socium interpellet, an velit emere partem suam, ex Bald. cui Adde Ripa. *in l. servi electione, in §. Labeo, num.* 15. *ff. de leg.* 1. Jas. *in l. fin. num.* 11. *C. de jure emphyteusis.* Duenn. *regul.* 375. *in fin.* & quòd fiscus requisito prius consorte alienare debeat, licet non præcisè ad hoc teneatur, tradit Alfar. *d. glos.* 34. *num.* 23. Hypol. *singul.* 441. *num.* 2. Tiraq. *de retract. lign. §.* 1. *glos.* 18. *num.* 7. Peregr. *d. num.* 23. *in princ.* 10

Contrarium, quòd socius pro eodem pretio non possit rem à Principe, vel à fisco venditam retrahere, nec fiscus cum requirere teneatur, sequitur Castill. *lib.* 1. *de usufruct. cap.* 74. *à num.* 10. & *in dict. cap.* 6. *num.* 16. sed Glos. est sequenda. 11

AD Glos. 8. Nota Regi non solum rem communem invito socio vendere licere, ut in Gloss. *antec.* diximus, sed etiam posse eam donare in totum, & hoc speciale esse de nostro jure partitarum. Adde Villalob. *in antin. juris civ. & Reg. verb. Princeps, num.* 63. Castill. *dict. cap.* 6. *num.* 14. *in princ.* ubi non ita de jure communi reperiri expressum cum Glos. profitetur. Tapia. *n.* 73. *ubi suprà*, quòd ista lex cum jure communi conveniat probare conatur. Olan. *in reduct. in d. n.* 63. & verb. *Princeps vers. hæc antin.* ubi dicit esse contra *l. bene à Zenone. C. de quadrien. præsc. sed d. l.* ut diximus procedit; quando Princeps alienat credens esse suam. 12 13

Nota 2. ex Gloss. & *text. hic*, Principem, qui rem communem donat, debere æstimationem partis prius domino præstare. Adde Castill. *ubi suprà*, & Addit. ad Glos. 1. 14

Nota 3. ex Glos. *in fin.* quòd causa justa non requiritur in Principe, qui rem communem cum alio habens donat. Adde Carol. de Tapia, & Castill. *ubi suprà.* 15

AD Gloss. 9. Nota 1. quòd emens à fisco rem communem tenetur ei integrum pretium solvere, & solvendo fisco liberatur; & quòd fiscus pretium partis reddet privato, & ab eo illud exigere debet. Adde Bald. *in l.* 2. *Cod. de comm. rer. alienat.* & Salycet. ibi, *num.* 2. Platea. *in l. unic. C. de vendit. rer. fisc.* & *ibi* Glos. *verb. redigatur.* Duenn. *reg.* 375. *num.* 6. 16

Nota 2. quòd, si condemnatio fit per legem, vel sententiam parti, & fisco applicata, totum debet solvi fisco, & fiscus privato solvere, quòd utile est, quia fiscus in exactionibus favorabilior est, quàm privatus, vide Addit. ad Gloss. 1. 17

LEX LIV.

Ad tit. C. de rebus alien. non alien.

SUMMARIUM.

1 *Venditio facta nomine domini valet, & dominium ipso ratificante transit in emptorem.*
2 *Venditio rei alienæ nomine vendentis non transfert dominium, & an dominus eam possit ratificare, n. 3. 18. & 23.*
4 *Venditor nomine suo videtur vendidisse, si simpliciter vendat.*
5 *Emens à negotiorum gestore, etsi dicat dominum ratum habiturum, malæ fidei possessor est.*
6 *Præscriptio cum mala fide non procedit, & quid sit præscriptio, & usucapio, & in quibus differat.*
7 *Et non solum emptor, sed nec ejus generalis successor præscribere poterit.*
8 *Bona fides semper præsumitur, nisi mala probetur.*
9 *Mala fides à principio impedit præscriptionem, & post completam facit præscribentem, non esse tutum in conscientia. Contrarium, n. 10.*
11 *Domino rei quomodo consulatur, si res sit præscripta, & venditor sit inops, & an ex capite justæ ignorantiæ possit restitui.*
12 *Rei mobilis emptor per triennium usucapit, & quid debeat concurrere.*
13 *Res immobilis præscribitur decennio inter præsentes, viginti inter absentes.*
14 *Emptor an possit excludere venditorem à petitione.*
15 *Re præscripta, vel perempta, vel si est difficilis ejus persecutio, vero domino ex æquitate adversus venditorem ad pretium condictio datur, n. 16. & 17. & 18.*
19 *In subsidium an possit quis agere ad rem emptam sua pecunia, & quid si sint alii creditores potiora jura habentes, n. 20.*
21 *Res empta non succedit loco pretii.*
22 *Dominus non potest agere ad pretium contra venditorem, si ei alia actio competit.*
23 *In casu* hujus legis *pretium loco rei succedit, & regulariter in universalibus judiciis. In particularibus vero pretium ex re pignorata proveniens non succedit loco pignoris. Pretium redactum ex bonis mariti, an sit tacitè hypothecatum pro dote, & reductum ex bonis sequestratis loco earum succedat, num. 24. 25. & 26.*
27 *Limitatur* hæc l. *multis modis, remissivè.*
28 *Item, quando actum fuit inter partes, quòd pretium loco rei succedat.*
29 *Item si ea lege fuit venditum, quod in alterius rei emptionem implicaretur.*
30 *Res empta ex pecunia truncali an efficiatur truncalis.*
31 *Pretium loco rei non succedit, quando rem non vendidit, sed donavit.*
32 *Exactionem sui debiti in subsidium ratam habere quis potest.*
33 *Debitor venditionem pignoris factam per creditorem ratam habere potest.*
34 *Primus creditor non potest convenire secundum creditorem, qui pignus distraxit.*

ADDIT. GLOSS. I. II. &c.

AD Glos. 1. Nota venditionem rei alienæ factam nomine domini valere, & dominium ad emptorem transire, si dominus ratum habuerit, vide Add. ad Glos. 1. *l.* 48. *hoc tit.* & ad Gl. 1. *l.* 19. *num.* 19. 1

Ad Glos. 1. Nota *ex text.* venditionis rei alienæ quando vendens nomine suo vendidit, dominium non transire, vide Addit. ad Glos. 1. *l.* 48. & de quæstione utrum venditio rei alienæ valeat, & qualiter sint jura, quæ dicunt valere, intelligenda, & facta venditione an tradere teneatur venditor? vide *l.* 19. *suprà.* 2

Nota extra Glos. quòd dominus rei non valet hujusmodi venditionem ratificare, quia nomine suo non fuit facta ex vulgari regula, *& l. mater tua, C. de rei vendit.* Glos. *verb. non prohiberis,* ubi quoad ejus præjudicium ratificare posse ait. Bald. & Paul. *ibi* Barbos. *in l. quæ dotis* 34. *num.* 140. *vers. est.* 3. *q. & num.* 141. *&* 142. & an pretium videatur donare, vide *infrà num.* 18. *&* 23. 3

Nota 2. *ex text.* quòd vendens rem alienam, nomine suo dicitur vendidisse, & non nomine domini, quando suum exprimit, ut Addit. ad *dict. glos. 1. l.* 48. Idemque procedit, si nullo expresso nomine simpliciter vendat, quia etiam tunc nomine suo dicitur vendidisse, *l. & magis, ff. de solution.* Mantic. *de tacit. convent. lib.* 4. *tit.* 22. *n.* 26. *&* 27. 4

Nota 3. ex *text.* & Glos. *hic,* quòd emens à negotiorum gestore, etsi promittat rem ratam dominium habiturum, est malæ fidei possessor *hic*; venditio enim nomine proprio, & quæ nomine domini rei venditæ facta fuit, æquiparantur, si dominus venditionem ratam non habuerit, & utroque casu emptor præscribere non potest, & domino eam vendicare licet. Adde Addit. ad Gl. 1. *l.* 19. *num.* 19. *cum aliis, suprà hoc tit.* Bart. *in l. cum virt. num.* 16. *vers. præterea.* Imol. *num.* 16. *vers. item adde de usucapioni.* Cornell. *consil.* 269. *n.* 11. *lib.* 1. Pet. Ben. *decis. Bonon.* 38. ubi quòd tenetur ad fructus tanquam malæ fidei possessor Mantic. *d. tit.* 22. *&* 23. ubi dicit idem esse in emente à procuratore, nisi mandatum probetur, ex Bart. *in d. l. cum vir, num.* 17. & Alexand. *in l. qui in alien. in princ. num.* 11. *in fin. de acquirend. hæredit.* & quemlibet errorem non sufferri in hoc contractu emptionis, & venditionis, ut si venditor dicat se mandatum habere, sed justissimum desiderari, quia in duobus temporibus bona fides requiritur, scilicet emptionis, & traditionis tempore. 5

Nota 4. quòd præscriptio cum mala fide non procedit. Addit. Covarr. *in d. regul. possessor. de regul. juris, in* 6. Quid sit præscriptio, & quid usucapio, & de temporibus in quibus præscriptio, & usucapio complentur, & in quibus differant, & conveniant, vide in Addit. ad *tit.* 29. *part.* 3. 6

Et non solùm qui malam fidem habet, sed nec universalis successor illius præscribere potest, etiam de jure civili: quoniam jus procedit in successore universali, & censetur eadem persona cum defuncto, & constituitur in illa mala fide, & facit *text.* ubi DD. *in l. cum hæres, ff. de diverf. temp. præf.* Abba *in cap. nihil, num.* 8. *de præscript.* & sufficiet probare, quòd possidens cum mala fide incepit possidere, & originem præscriptionis fuisse vitiosum, 7

sum. Gloss. *verb. bona fides, in capit. fin. de præscript.*

8 Bona enim fides semper præsumitur, nisi mala probetur, *l. verius*, ubi DD. *ff. de probat.* Glos. *verb. qui bona fide, in princ. instit. de usucap.* Gloss. *verb. bona fides*, ubi Abb. *num.* 14. *in cap. si diligenti, de præs. l. penult. C. de evict.* Menchac. *dict. lib. 2. controvers. illustr. cap.* 18. *num.* 4. & sic sufficit allegare bonam fidem, licet non probetur, ut tenent Bald. & Angel. *in l. super longi. colum. 2. & 3. vers. dixi* 1. *Cod. de præscript. long. temp.* & de bona fide, vel mala vide possessoris, quando præsumatur, vide Menoch. *lib. 2. præsumpt.* 130. ubi diligentissimè materiam explanat,

9 & plures laudat, & mala fides à principio non solùm impedit præscriptionem, sed etiamsi superveniat post completam præscriptionem facit præscribentem non esse tutum in conscientia; ut tenent Angel. Peru. *in l.* 1. *num.* 59. *C. de judic.* ubi hanc communem esse Theologorum dicit. Sylvestr. *verb. præscr.* 1. §. 13. & facit *text. in cap. vigilanti, &c. fin. de præscr.* & plures quos refert. Falcon. *regul.* 450. Cevall. *quæst.* 657. *in princ.*

10 Contrarium, quòd tutus sit in conscientia, etsi post præscriptionem cognoverit rem alienam esse, & quòd non teneatur eam vero domino restituere, tenent Duenn. *regul.* 344. *num.* 4. ubi multos adducit, & communem dicit Menoch. *de recuper. poss. remed.* 16. *num.* 17. Gomez. *in l.* 3. *Taur. num.* 125. Garcia *de nobil. glos.* 6. *ex num.* 5. *&* 26. ubi exornat. Spino. *in speculo testament. glos.* 33. *princ. n.* 70. Sebastia. Medic. *in sua summ. peccat.* 2. *p. tit.* 8. *p.* 40. *num.* 54. Menchac. *controvers. illustr. lib.* 2. *cap.* 74. *& de succes. creat. lib.* 3. §. 2. *limit.* 7. *à num.* 117. Guttierrez. *lib.* 2. *pract. quæst. quæst.* 1. *num.* 24. Covarr. *reg. possessor.* 3. *p.* §. 2. *num.* 1. Mexit. *in pragm. taxæ panis, conclus.* 3. *num.* 133. Soto, *lib.* 4. *de justit. & jure, quæst.* 5. *art.* 4. Medic. *de restit. q.* 18. Cevall. *ubi suprà, vers. sed contrarium*, ubi alios pro hac parte refert. Fachin. *controvers. lib.* 1. *c.* 64. *per tot.* ubi fundamenta tradit, & pro ea facit, *ff. de itin. actu. quæ privat.* & est ratio, quia contractus, & dispositio juris semel perfecta non vitiatur ex causa superveniente de novo, *l. fin. Cod. de nupt.* Gomez. *l.* 48. *Taur. num.* 5. Tiraq. *tract. cessant. cauf. limit.* 12. *num.* 16. *&* 17.

Si enim de titulo vitioso, seu injusto respectu rei, de qua agitur, constaret, præscriptio etiam immemorialis nihil prodesset, quoniam ex titulo injusto resultat mala fides, qua interveniente, nulla currit præscriptio, *cap. fin. de præscript. cap. possessor, de reg. juris in* 6. Alciat. *conf.* 28. *lib.* 1. *à n.* 39. Cravet. *de antiq. temp.* 4. *part. sessione. materia singularitatis, num.* 13. Honded. *conf.* 85. *num.* 18. *lib.* 1. ubi sic judicatum fuisse refert. Alex. Ludov. postea Pap. Gregor. XV. *decis.* 467. *à num.* 7. *& concluf.* 353. *num.* 11. *&* 12. *& ibi* Oliver. Beltram. *in addit. ultim.* ubi de concordia opinionum in hac materia agit. Fachin. *consil.* 28. *lib.* 1. *à num.* 39. Unde habentibus pro se præscriptionem longissimi temporis, cujus memoria non extat, quòd simpliciter dicant se præscripsisse tanto tempore ex justa causa (sed caveant ne allegent titulum) consulitur.

11 Sed quid si res sit præscripta, & venditor inops, à quo pretium repeti non possit, utrum aliquo remedio domino rei consuli, & subveniri de jure possit? dic post præscriptionem completam ex capite justæ ignorantiæ posse adversus eam restitui, etiam si sit major, *l.* 1. §. *si quis autem, ff. de itin. act. quæ privat.* ubi Bart. Glos. *in l. si partem*, §. 1. *ff. quib. modis servit. amitt.* Jas. *in l.* 2. *num.* 105. *Cod. de jure emphyt.* Balb. *de præscript.* 4. *part. princ. quæst.* 29. Socin. *consil.* 129. *num.* 137. *lib.* 1. Decian. 108. *n.* 23. *lib.* 3. Mohedan. *decis.* 13. Maresc. *lib.* 2. *variar. cap.* 57. *num.* 3. & procedit etiam adversus præscriptionem quadraginta annorum. Roman. *consil.* 149. *&* 166. & dicit communem Alexan. 169. *num.* 15. *lib.* 2. *&* 71. *num.* 3. *&* 84. *num.* 3. *lib.* 1. Decian. 36. *num.* 9. & magis communem, & ita judicatum dicit Paris. 66. *num.* 117. *lib.* 3. Felin. *in cap. vigilanti, col.* 2. *de præscript.* Ruin. *consil.* 26. *in fin. lib.* 1. Cravet. *ubi suprà, 4. p.* §. *materia ista, num.* 54. Boër. *decis.* 39. *num.* 9. Cacher. 66. *num.* 16. Mohedan. 13. Afflict. 37. *&* 324. Maresc. *ubi suprà num.* 4. & verior, & tenenda est, licet contrarium defendat Dec. *conf.* 29.

Si autem res vendita erat mobilis, emptor per triennium continuum eam usucapione acquirit, si immobilis spatio 10. annorum inter præsentes, & 20. annorum inter absentes interveniente bona fide, justo titulo, & continua possessione sine intermissione usque in finem præscriptionis; vide Addit. ad Glos. *tit.* 29. *p.* 3. ubi de hac præscriptionis materia late egimus. 12 13

Ex text. *hic*, & Gloss. 3. infert. Perez. *in glos. lit. tera A. l.* 1. *tit.* 7. *lib.* 5. *ordin. col.* 36. numerandos eos à Principio *d.* Glos. *vers. quid autem esset, si res*, ad resolutionem quæstionis, utrum emptor possit excludere venditorem rei alienæ à pretii petitione, & non posse respondit ponderando verba illa *en todas guisas*, sed *text.* & Glos. in diverso casu loquuntur. 14

AD Glos. 4. Nota 1. quòd perempta, vel prescripta re vendita à non domino, ita quòd vendicari non possit, ex æquitate vero domino adversus venditorem ad pretii restitutionem condictio datur. Adde *l. si cum servum* 23. *ff. si cert. petat. & ibi* DD. Suarez. *allegat.* 28. *num.* 11. ubi hanc doctrinam sequitur. Afflict. *decis.* 369. *num.* 9. *& ibi* Ursil. *n.* 8. ex hac doctrina regulam constituit Purpurat. *in d. l. cum servum, à num.* 4. *ff. si cert. petat.* ubi ampliat, & limitat. Socin. *reg.* 371. *in* 8. *fallen.* Barbos. *in d. l. quæ dotis* 34. *num.* 142. *ff. solut. matrim.* Pereir. *de empt. cap.* 10. *num.* 2. *&* 3. ubi procedere inquit etiam in venditione rei mobilis. Gratian. 2. *tom. cap.* 304. *num.* 6. Surd. *decis.* 306. *num.* 14. Carroc. *de depos. t. p. tit. de excus. depos. num.* 5. & vide *ibi, num.* 3. Si plures sint factæ venditiones, contra primum agere debere venditorem, & alias quæstiones refert. 15

Amplia idem esse, etsi res non sit perempta, si est difficilis ejus persecutio, quia ad partes remotas fuit portata. Adde Pereir. *dict. num.* 2. Carroc. *num.* 6. *ubi suprà*, paria enim sunt non esse, & non apparere, *l. duo sunt Titii, &* ibi Bald. *ff. de testament. tit. cap. solemnitas, l.* 2. *de conserv. distinct.* 1. Roland. *dict. consil.* 8. *num.* 18. *vol.* 3. Cacher. *decis.* 79. *num.* 50. Menoch. *consil.* 15. *n.* 15. Surd. *decis.* 306. *num.* 14. ubi Tiraquel. Alciatum, & alios adducit. 16

Amplia 2. procedere, etsi res extet, si difficulter vendicari possit à possessore. Bald. *in l. water, num.* 17. *Cod. de rei vendit.* & Castr. *ibi num.* 7. *l. fin. in fin. ff. de neg. gest.* Grammat. *decis.* 21. *num.* 2. Jas. *in l.* 2. *num.* 42. *ff. solut. matrim.* ubi Baldi doctrinam sequitur Purpurat. *in d. l. si cum servum, num.* 17

num.

num. 14. *&* 15. ubi latè comprobat, quòd hæc actio subsidiaria non datur, quando dominus potest agere rei vendicatione ex Gloss. *ibi*, & *in fin.* ex doctrina Bartoli infert, quòd si venditorem faciliùs convenire possit, contra eum agere potest. Barbos. *in d. l. quæ doctis*, 34. *num.* 141. Carroc. *ubi suprà, dict. n.* 6.

17 Nota 2. ex Gloss. rationem hujus doctrinæ esse, quia in hoc casu domino rei permittitur habere ratam venditionem, etli suo nomine vendita non fuisset. Adde Fulgos. & Castr. quos refert, & sequitur Pereir. *in d. cap.* 11. *à num.* 2. ubi hanc dicit veram rationem. Purpurat. *in d. l. si cum servum, num.* 11. *vers. secundo infertur*, & hæc est una exceptio ad regul. de qua *suprà* in Addit. ad Glos. 1. *leg.* 48.

18 *Si* res exstaret, licet dominus rei ratam haberet venditionem, non daretur ei actio negotiorum gestorum ad repetendum pretium, ut contra Mart. quem refert Glos. *in verb. non prohiberis, l. mater, Cod. de rei vendit.* defendit Paul. *ibi num.* 4. & asserit receptum Alciat. *in l. cum servum, num.* 4. *ff. si cert. pet.* & tenet *d. Glos. ibi*, quam communiter recipi dicunt Paul. *ubi suprà*, & relati à Petro Barbos. *d. n.* 142. qui cum Bart. & aliis Martini opinionem veriorem esse dicit, & contrariis satisfacit, unde etiam re stante poterit pretium repetere, ex eo, quòd ratificando venditionem, hoc est ei consentiendo, negotium venditoris fecit, quem ab evictione liberavit. Vide eum *ibi*, & Purpur. *in d. l. si cum servum, num.* 16. & DD. citatos, *num.* 2. 3. *&* 4.

19 Nota 3. ex Gloss. *in vers. an idem erit.* In subsidium, quando nulla alia actio potest competere, quòd possum a ere ad rem emptam ex pecunia mea, si emptor non est solvendo. Adde Pereir. *de empt. d. cap.* 11. *num.* 2. *vers. concedi namque potest*, ubi hanc opinionem veram esse dicit, quando pecunia titulo lucrativo, & non oneroso ad emptorem pervenit. Sed quòd non probatur *in d. l. mater, Cod. de rei vendit.* advertit Alciat. & non esse alienum à jure, si dicatur, quod officium judicis in hoc casu domino pecuniæ tribuatur.

20 Intellige hanc Glossam, quando non sunt alii creditores potiora jura habentes contra emptorem; nam tunc, & in re empta domino pecuniæ potiores erunt: prout in mercibus, & rebus venditis dominis, qui eas vendiderunt, agentibus pro pretio præferuntur, ut diximus in Addit. ad Glos. 1. *l.* 28. *tit.* 13. *hac part.* & Glos. 1. *d. l.* 28. *suprà, num....* quia nulla specialis ratio considerari potest in domino pecuniæ, ut in re empta ex ea præferatur, in domino rei, & qui pro pretio in re, quæ antea sua fuit, non debet præferri; cum utroque casu dominium sit penes debitorem, ut de emente ex pecunia aliena diximus in Addit. Glos. 1. *l.* 49. *suprà, num.* 1. & de alio *in d. l.* 28. & comprobatur per argumentum ab speciali; nam pupillo, si tutor emit, & mulieri pro sua dote dominium earum rerum, quæ ex eorum pecuniis fuerunt emptæ, ex speciali privilegio acquiritur, ut diximus in Add. Glos. 2. 3. 4. *&* 5. *l.* 49. *suprà*, in rebus emptis ex eorum pecunia ab extraneo, seu ex pecunia militis, seu Ecclesiæ tacita hypotheca cum privilegio prælationis à jure datur, ut diximus, *in d. l.* 28. *tit.* 13. ergo jus commune est in contrarium.

21 Res enim empta non succedit loco pretii, *l. sed. etsi lege*, §. 1. *ff. de petit. hæreditat.* ubi Bart. notat, sicut nec pretium loco rei, ut *infrà* diximus, quia longè difficilius est, ut notat Rota Genu. *decis.* 117. *num.* 10. Molin. *de Hispan. lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 24. & hoc est verum, nec aliud voluit Glossa nostra *hic*, nec Glos. *fin. l. Proculus* 68. *ff. de jure dotium*, quæ hanc quæstionem citavit; nam *ibi* agitur de actione, quæ domino pecuniæ datur contra eum, qui eam consumpsit in emptione alicujus rei.

Nota 4. quòd dominus non potest agere ad pretium contra venditorem rei suæ, si ei alia actio competit, quia est subsidiaria. Adde *suprà citatos, num.* 1. *&* 3. 22

AD Glos. 5. Nota in subsidium posse dominum rei venditæ habere ratam venditionem ab alio alieno nomine, & non suo factam, contra regulam, de qua in Addit. Glos. 1. *d. l.* 48. *num.* 4. & Adde additos ad Glos. *anteced. num...* & hæc est una limitatio ad illam regulam, alias vide apud Tusch. *littera R. conclus.* 10. & in Glos. *seq.* 23

AD Gloss. 6. Nota 1. in casu *hujus l.* pretium loco rei succedere, vide Addit. ad Gloss. 4. *suprà.* 24

Regulariter in universalibus pretium loco rei succedit, *l. si rem, & pretium, ff. de petit. hæredit.* Bart. *cons.* 124. *punctus quæstionis, num.* 4. *lib.* 1. Alexand. *consil.* 58. *num.* 12. *& seq. lib.* 3. *&* 70. *n.* 4. *&* 79. *num.* 7. *lib.* 5. Jas. *in l. ex pluribus, ff. de acquir. possess. n.* 43. *per l. Imperator*, §. *fin. ff. deleg.* 2. *l. si cum servum, num.* 4. *&* 5. *ff. si cert. petat.* Tusch. *littera P. conclus.* 490. *à num.* 1. ubi late Gratian. *discept. cap.* 25. *num.* 12. 25

In particularibus verò judiciis pretium loco rei non succedit, *l. venditor, ff. de hæredit. vel act. vendit. l. si quis uxori*, §. *si Titius, l. qui vas.* §. *fin. ff. de furt. l. si servum*, §. *fin. ff. de verb. oblig.* Socin. *reg.* 371. ubi hanc doctrinam pro regula constituit. Alex. *d. cons.* 58. *n.* 13. *vers. unde licet habeamus.* Jas. & Tusch. *num.* 21. *ubi suprà.* Afflict. *decis.* 369. *num.* 4. Roman. *singul.* 615. & *ibi*, ejus Addit. Molin. *de Hispan. prim. lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 24. Narbon. *in l.* 25. *tit.* 21. *lib.* 4. *recompil. glos.* 16. *num.* 60. qui *à num.* 56. latè comprobat pretium ex re pignorata proveniens non succedere loco pignoris. 26

Et de pretio redacto ex bonis mariti, an sit tacitè hypothecatum pro dote, vide Negus. *de pignor.* 4. *membr.* 2. *part. n.* 58. & Ursil. *ad Afflict. decis.* 190. *num.* 2. Et de pretio ex bonis sequestratis redacto, quando loco earum succedat? vide Surd. *decis.* 306. *per tot.* & Addit. Glos. 1. *l.* 27. *tit.* 13. *in* 8. *ampliat. hac part.* 27

Limita primo hanc legem in casu hujus legis, & nostræ Glossæ. Limita aliis undecim modis ut per Socin. & Tusch. *ubi suprà.* 28

Limita alio modo, ut per Surd. *in decis.* 307. *num.* 13. quando actum fuit inter partes, ut pretium loco rei succederet. Molin. *dict. cap.* 4. *num.* 32. 29

Limita etiam, quando ea lege res vendita fuit, ut pretium in alterius rei emptionem implicetur. Tiraquell. *de retract. lign.* 32. *glos.* 2. *num.* 25. Magon. *decis. Floren.* 16. *num.* 49. Bapt. Cost. *de remed. subsidiar. rem.* 61. *num.* 17. *& de quot. & rata, quæst.* 188. *num.* 5. Peregr. *de fideic. art.* 44. *num.* 23. Simon de Præt. *de interpret. ultim. volunt. lib.* 3. *solut.* 1. *num.* 6. *&* 7. Surd. *consil.* 311. *num.* 29. Franch. *decis.* 435. *num.* 21. *&* 22. Scisse 130. *n.* 11. *&* 14. Giurb. *decis.* 11. *num.* 22. *&* 23. ubi alios allegat. 30

In hoc casu rem emptam ex pecunia truncali truncalem 31

truncalem non effici, nec in ejus locum subrogari defendit Guttierrez. *lib.3.quæst.87.num.19. & 20.* Faber. *in suo, C. lib. 5. tit. 42. de locat. defen. 5.* ubi tradit, quòd emptum ex pretio unius rei venditæ loco alterius non succedit, nec una res loco alterius, de quo vide Molin. *ubi suprà num. 24.* ubi tradit, quando una res loco alterius succedat. Mieres *de majorat. 1. p. quæst. 11.* Sesse *d. decis. 130. lib.2.* Giurb. *111. num.21.* Ricc. *collect. 740.* qui latissimè hanc materiam discutiunt,& nos *in tit.6.l.* Glos. *& in tit. 13.*

Limita ex Glos. *hic*, in alio casu, scilicet quando non vendidit, sed rem donavit, ex quo contractu nullum pretium ad eum pervenit. Adde Glos. *in l. mater 3. Cod. de rei vendit. verb. non prohiberis, vers. item si tu vendidisti.* Purpur. *in l. si cum servum 23. num. 12. in fin.* ubi limitat etiam in casu venditionis, quando venditor ex pecunia non fuit factus locupletior, argum. à cessante ratione illius legis, *& in num. seqq.* comprobat, quòd in dubio locupletiorem factum fuisse præsumitur, de quo vide Mascard. *concl. 1169. à num. 1.* Menoch. *l.6. præsumpt. 27.* ubi materiam plenè tractatam invenies, & vide *d. glos. in l. mater*, & *ibi* Doctores.

32 Nota 2. ex Glos. in *vers. & nota*, quòd possum in subsidium habere ratam exactionem debiti mei, licet ille, qui exegit nomine meo, non exegerit, Glos. *verb. negotiorum gestorum, in d. l. ejus, qui* & *ibi* Bart. *num. 15.* ubi menti tenendum esse dicit.

33 Nota 3. ex vers. *etsi creditor*, quòd debitor potest habere ratam venditionem pignoris factam per creditorem, qui non habebat jus vendendi, & ab eo pretium exigere.

34 Nota 4. ex Glos. *in fin.* quòd primus creditor non potest convenire secundum creditorem, qui pignus distraxit; sed debere pignus persequi, nisi in subsidium, vide Addit. Glos. *1. l. 27. tit. 13. infrà*, ubi latissimè de his, & aliis quæ egimus.

LEX LV.

Ad Titul. C. communium rerum alienatione, & Titul. C. communi dividundo, & ad Tit. C. de commun. servo manumisso, ad l. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. & 14. tit. 11. lib. 5. recompil.

SUMMARIUM.

1 *Habens rem communem cum alio liberè eam potest alienare.*

2 *Socius potest retrahere partem rei venditam à consocio, etsi res sit mobilis, seu se movens, & an consanguineus.*

3 *Verbum* res *est generale, & par jus est vocum* res, *&* bona.

4 *Retractui est locus in juribus, & actionibus communibus alienatis.*

5 *Colonus tenetur vendere frumentum, & alios fructus domino fundi potius, quàm extraneo. Contrarium, num. 6.*

7 *Vasallus tenetur dominum præferre in fructibus feudi venditis.*

8 *Frumentum venditum exteris vicinus pro eodem pretio potest retrahere.*

9 *Colonus pro usu suo potest fructus retinere.*

10 *Si dominus fructus ipsi oblatos noluit emere; postea non potest retrahere.*

11 *Cessionarius domini non potest fructus retrahere, etsi sublocasset fundum.*

12 *Sal facientes in suis salinis tenentur eam fisco vendere.*

13 *Iniquum est prohibere, quod nomisi unus sal, seu aliam mercem vendat, nisi pretium esset justum.*

ADDIT. GLOSS. I. & III.

AD Glos. 1. & 3. Nota 1. ex *text.* quòd habens rem communem cum alio, potest eam liberè alienare, ac perinde de ea disponere, ac si res divisa esset. Adde *l. dudum, C. de contrah. empt.* ubi reprobata observatione antiqua, libera unicuique facultas conceditur disponendi de re propria. Bart. *in l. servi electione, §. Labeo ait, num. 1.* & *ibi* Cuman. & Paul. *num. 1.* Aretin. *num. 4.* Alex. Jas. & Socin. *num. 1. ff. deleg. 1.* Bald. *in l. 1. num. 1.* Salyc. *num. 1.* Paul. *num. 3.* Jas. *num. 1. 2. & 3.* Decian. *n. 2. & 3.* Cornell. *num. 2. & 4. C. qui testament.* Decian. *in l. id quod nostrum. num. 4. ff. de reg. jur.* Portol. *de consortibus ejusdem rei, & fideicommisso legali, cap. 9. num. 3. & 13.* ubi hos, & alios laudat, & dide Glos. 8. *infrà*, & *ibi* Addit. & ad Glos. *1. l. 3. suprà hoc tit.* 1

In Regno verò Aragon. consortibus ejusdem rei non licet partem suam alienare in extraneum ante divisionem, de quo foro latissimè agit Portoles *in tract.* Sesse *decis. 229. per tot.* Et limita ut in Glos. *final.*

Nota 3. ex *l. 14. tit. 11. lib. 5. recompil.* si socius vendat partem rei communis cum alio, consocium posse eam retrahere, ut latè in Glos. 7. *& 8. infrà*, & ex Glos. quòd retractus habet locum etiam in re mobili, vel se moventi, quæ communiter possidebatur, si unus partem suam alienet. Adde Castill. *in l. 74. Taur. glos. magn.* Cifuent. *quæst. 22.* Palat. Rubr. *num. 30.* Gomez. *num. 2. in l. 70. Taur.* Covarr. *lib. 3. var. cap. 11. num. 4.* Matienz. *in l. 13. tit. 11. lib. 5. recompil. glos. 3. num. 3.* ubi dicit retractum jure communionis habere locum etiam in rebus mobilibus, licet retractus jstre sanguinis solùm in rebus immobilibus procedat, non obstante quòd Lopetius *hic* dubitet, quòd in praxi hæc lex extendatur ad omnia bona mobilia. Albornoz. *lib. 3. del arte de controvers. vol. 120. col. 4. vers. la 2.* Guttierrez. *lib. 2. quæst. 165.* ubi utriusque partis fundamenta adducit, & hanc veriorem esse profitetur, & in praxi sic esse observandum dicit, quamvis hunc casum nunquam in praxi viderit, prout Glos. *hic* profitetur, & respondit *ad l. 75. Taur.* quæ obstare videtur in illis verbis: *Si alguno vendiere la parte de alguna heredad, &c.* Parlad. *in seq. differen. 109. §. 2. num. 7.* ubi in re communi hanc sequitur, licet in retractu jure sanguinis aliud sit. Castill. *lib. 1. de usufruct. cap. 74. num. 30. 31. & 32.* ubi doctrinam Guttierrez. *in d. quæst. 165.* sequitur, in rebus mobilibus retractum communis procedere inquit. Avend. *de censib. cap. 87. n. 2.* & sic est tenendum in judicando, & consulendo, licèt contrariam opinionem sequutus sit Azeved. *l. 13. num. 7.* & licet Molin. *2. tom. disput. 371. vers. cum autem*, admittat hanc opinionem, ut tempore venditionis socius præferatur, & post venditionem perfectam dari verum retractum neget, nam loquitur sine lege, & auctoritate. 2

Nota

3 Nota 4. quòd verbum *res* eſt generale, & omnia comprehendit. Adde Pinell. *in rubr. C. de bon. mater. in princ. num.* 5. ubi in diſpoſitione legis, vel hominis harum vocum *res* , & *bona* par jus eſſe , & antiquiores laudat. Matienz. *in d. gl.* 3. *num.* 3. *verſ. cum verbum illud* , & alios allegat. Azeved. *num.* 7. & Guttierrez. *ubi ſuprà.* Morl. *in empor.* 1. *p. tit.* 8. *de rebus credit. ſi cert. petat. in proœmi. num.* 9. ubi reſpondit *ad l. ſi rem* 6. *verſ. appellatio* , *ff. de rei vendit.* qui contrarium probare videtur, & ſequitur ſecundam ſolutionem Gloſ. *in l.* 1. *ff. ſi cert. petat.* quam communiter receptam eſſe dicit, & aliis contrariis ſatisfacit.

4 Nota 5. ex Gloſ. in juribus,& actionibus communibus alienatis retractum habere locum , vide Gloſ. *ſeq.* & ibi Addita.

5 Nota 6. ex Gloſ. quòd colonus tenetur vendere frumentum, & alios fructus domino fundi potiùs, quàm extraneo. Adde Alexand. *in l.* 1. *ff. ſolut. matrim.* Oroſc. *in l. Imperator* , *num.* 16. *ff. de pact.* Boer. *deciſ.* 107. *num.* 2. ubi antiquiores laudat. Tiraquell. *de retract. lign.* §. 1. *gloſ.* 18. *num.* 2. ubi juſto pretio oblato hoc facere debere dicit. Azeved. *in l.* 7. *tit.* 11. *lib.* 5. *recomp. num.* 2. *&* 33. ubi tradit, quod licèt retractus non detur niſi in caſibus à jure expreſſis; datur tamen prælatio in pluribus caſibus. Mexia. *in pragm. taxæ panis* , *concluſ.* 5. *num.* 112. *& in verſ. quidquid.* Bart. receptiſſimam eſſe dicit. Parlad. *in ſexq. differt.* 109. §. 1. *num.* 5. *&* 6. ubi communem affirmat. Caſtill. *d. lib.* 1. *cap.* 74. *num.* 15. Joſeph. Ludovic. *deciſ. Per.* 24. *num. fin.* ubi hoc procedere dicit, niſi aliud pactum ſit. Pereir. *de extinct. emphyt. cap.* 3. *n.* 15. ubi contra *infrà* referendos hanc veriorem eſſe, nec aliud in praxi receptum vidiſſe, ait Surd. *conſil.* 205. *à num.* 1. ubi licet in caſu ibi propoſito colonum partiarium,à quo fructus exigebantur, jus fovere defendat,hanc doctrinam veram eſſe cognoſcit. Gratian. *diſcept. cap.* 149. *à num.* 1. ab hac non eſſe recedendum profitetur , licet in caſu ibi propoſito aliud eſſe dicat. Collan. *in prag. Agric. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 5. *& lib.* 3. *cap.* 3. *ad fin.* Narbon. *l.* 25. *tit.* 21. *lib.* 4. *recompil.* Gloſ. 15. *num.* 8.

6 Contrarium, imò quod colonus non ſit cogendus domino potiùs vendere fructus, quàm extraneo,probatur ex eo, quòd rerum ſuarum quilibet eſt moderator, & arbiter, *l. in re mandati, Cod. mand.* & nemo cogendus eſt vendere, nec emere, nec uni potiùs, quàm aliis rem ſuam tradere, de quo *ſuprà in addit. l.* 3. Surd. *d. conſil.* 205. *num.* 9. 10. *&* 11. & jure non probari inquit Covarruv. *lib.* 3. *cap.* 18. *num.* 5. & eam tenuit M. Mantua. *de jure protbomiſ. pag.* 127. *verſ.* 11. & in emphyteuta & conductore eam ſequitur Valaſc. *de jure emphyt. quæſt.* 24. *in fin.* ubi praxim ſic eam recepiſſe inquit. Rotger. Ruſandt. *in theſaur. jurium emphyteu. quæſt.* 24. *num.* 3. 25. *differen.* Sed à prima opinione non eſt recedendum.

7 Quam Amplia 1. in vaſallis, qui tenentur dominum præferre in fructibus feudi vendendis. Afflict. *in cap.* 1. §. *poſt natal. de pace tenen.* Marin. Frec. *de feud. auctoritate* 38. Surd. *num.* 5. Gratian. *num.* 5. Collant. *num.* 15. *ubi ſuprà*, & non ſolum fructus feudi vaſalli domino vendere tenentur, ſed omnia victui neceſſaria, equos locare, & in operibus ſuis juſta mercede ſoluta laborare prout in Senatu Granatenſ. deciſum fuit in favorem Comitis S. Stephani.

8 Amplia 2. in frumento vendito exteris , quod collectum fuit in territorio ; nam vicini illud pro eodem pretio retrahere poſſunt, de quo vide Addit. ad Gloſ. 2.

9 Limita 1. niſi colonus velit fructus pro uſu retinere ; nam tunc non eſt cogendus eos domino præſtare. Surd. *à num.* 12. Gratian. *num.* 19. *ubi ſup.* & vide Addit. ad *d.* Gl. 1. *l.* 3.

10 Limita 2. ſi antea colonus obtulerat fructus domino , & renuit eos emere ; nam poſtea non eſt admittendus ad beneficium, quod oblatum neglexit accipere, *l. qui Romæ*, §. *cohæredes* , *ff. de verb. oblig.* Surd. *à n.* 17. *&* 24. vide Addit. ad Gloſ. 6. *l. fin. tit.* 8. *infrà.*

11 Limita 3. in ceſſonario domini ; nam hoc privilegium eſt perſonaliſſimum, & perſonam domini non egreditur. Caſtrenſ. *in l. ad offic. in fin. C. commun. divid.* Tiraquell. *de retract. lign.* §. 1. *gloſſ.* 16. *num.* 1. Surd. *conſil.* 205. *num.* 20. 21. 22. *&* 23. ubi latè comprobat. Gratian. *diſput. cap.* 117. *num.* 18. *&* 149. *num.* 10. & *ſequentib.* Azeved. *in l.* 7. *tit.* 11. *lib.* 5. *recompil. num.* 30. Mexia. *d. num.* 112. Narbon. *in d. l.* 25. *gloſ.* 16. *num.* 9. Amplia hanc limitationem procedere, etſi is, qui in emptione fructuum præferri vult, ſublocaverit fundum, ex quo collecti fuerunt fructus à ſecundo locatore, qui à primo habet cauſam; nam ei non datur hoc privilegium, ſed domino fundi. Surd. *num.* 24. 25. *&* 26. Gratian. *d. cap.* 149. *à num.* 10.

12 Nota 7. ex Gloſ. *in verſ. ibique etiam*, quòd facientes ſal in propriis ſalinis tenentur illud fiſco, vel ejus conductoribus vendere. Adde Gloſ. 3. *l.* 11. *tit.* 28. *part.* 3. *&* ibi *addit.* ubi hoc in legibus quaterni ſalinarum ſtatutum eſſe dicitur. Barboſ. *in l. divortio.* 8. §. *ſi vir, num.* 29. *verſ. quin imo*, ubi alios allegat,& latè de hac materia ſalinarum agit, & an ſint de regalibus, de quo vide *addit. d.* Gloſ. 3. & Dec. *conſil.* 291. *num.* 1. & *ibi* ejus Addit. & non ſolum ſal, ſed omnes ſalinæ fuerunt in Regio patrimonio incorporatæ,dato dominis bono cambio per *l.* 19. *tit.* 8. *lib.* 9. *recompil.* quam vide,ubi pro ſubditorum levamine,& ut damna *ibi* narrata obviarentur, factum fuiſſe dicitur.

13 Nota 8. *in verſ. licet bonum foret*, iniquum eſſe prohibere,ne alius,niſi unus ſal vendat,vel aliquod genus mercium,niſi pretium juſtum ſit; nam tunc ceſſaret iniquitas. Adde Pen. *in l.* 1. *verſ. quicquid autem, C. de metal. lib.* 11. *&* ibi Platea Perez. *in l.* 2. *tit.* 23. *lib.* 2. *ordin. col.* 713. *verſ. ista tamen.* Azeved. *in l.* 1. *tit.* 18. *lib.* 5. *recompil. num.* 1.

SUMMARIUM.

1 *Cenſors quis appelletur.*

2 *Si unus ex pluribus emphyteotis alienat rem communem pro indiviſo requiſito domino, alii poterunt retrahere.*

3 *Dominus emphyteuſis præfertur conſanguineis partem habentibus in retrahendo, & ceſſionarius dominii directi. Limitatur ſi res plurium dominorum in emphyteuſim ſint data, & reductæ in unum corpus, n.* 4.

5 *Dominus poteſt retrahere rem in feudum conceſſam, ſi feudatarius alienet.*

6 *Superficiarius , & ſocius præferuntur conſanguineo.*

7 *Dominus cenſus reſervativi , ſi cenſatarius velit rem vendere , non poteſt eam retrahere. Item nec dominus cenſus conſignativi : ſecus ubi Bulla Pii V. eſt recepta, & ei præfertur conſanguineus, ſeu vicinus. Retrahens totum pretium tenetur reddere, nec auditur compenſans*

compenſans reditus decurſos. Facta denuntiatione dominus an poſſit ſtatim fundum vendere, num. 9.

8 *Jure Regio dominus an poſſit retrahere, ſi ſit appoſitum pactum dictæ Bullæ, facta denuntiatione intra quod tempus poterit retrahere. Conſanguineus non poteſt retrahere cenſum venditum.*

10 *Item nec res, quæ datur in emphyteuſim, niſi fiat in fraudem, aut penſio conſtituatur cum pacto redimibili, aut ultra paucam penſionem detur ingens pretium. Si res datur in cenſum reſervativum poteſt retrahi, & à quo die incipiant currere novem dies.*

11 *Unus ex pluribus uſufructuariis, ſi partem vendat, alii retrahere poſſunt, & an conſanguinei. Si proprietarius vendat proprietatem, uſufructuarii non poterunt retrahere, ſecus conſanguinei.*

12 *Conſors, ſi uſum domi, vel ſervitutem paſcendi vendat pro ſua parte, retractui eſt locus.*

13 *Vendito uſufructu proprietarius an poſſit illum retrahere.*

14 *Servitutes, quæ adhærent rebus immobilibus, judicantur bona immobilia.*

15 *Si unus ex habentibus actionem perſonalem pro fundo vendat ſuam partem, alii poſſunt retrahere.*

14 *Actiones an judicentur inter immobilia, an non, & jure ſanguinis retrahi poſſint? & quid ſi vendatur facultas rem patrimonialem redimendi, ſeu jus percipiendi undecimam partem fructuum aliquorum prædiorum, ſeu ſi jus pedagii, ſeu paſſagii vendatur.*

15 *Dominus directus, ſi vendat ſuum dominium, utilis non habet jus retrahendi. n. 16.*

17 *Si hæres vendat rem patrimonialem, & legatarius quintæ partis velit retrahere, & præferri conſanguineis ratione communionis, non auditur, & quando dominium in legatarium tranſeat.*

18 *Uxor non poteſt retrahere res acquiſitas conſtante matrimonio ratione medietatis dominii.*

19 *Lucra non dividuntur niſi ære alieno, & capitalibus utriuſque conjugis deductis, etſi dos conſiſteret in bonis mobilibus, vel ſe moventibus inæſtimatis, & abſque culpa viri vivente uxore ſint conſumpta, n. 20. & 21.*

22 *Item, etſi vir ludens partem ſui capitalis amiſſerit, debet deduci. Intellige ſi eſt immixtum bonis lucratis, ſecus ſi in ſpecie aliquam rem ſui capitalis.*

23 *Dominium acquiſitorum conſtante matrimonio tranſit in uxorem ſtatim, quòd maritus emit, etſi ei ſoli traditio facta ſit, num. 25. & 27.*

24 *Socius an teneatur rem proprio nomine emptam communicare, & acquiſita poſt ſocietatem contractam an ſint ejus, qui eam acquiſivit?*

26 *Societas, quæ eſt inter virum, & uxorem, an ſit lucri, & quæſtus, ſeu omnium bonorum?*

28 *Bona omnia, quæ habent maritus, & uxor, ſunt communia, & ut hæc præſumptio elidatur, quid debeat facere maritus.*

29 *Verbum* ſunt *eſt de præſenti, & includit perfectè ſubſtantiam rei, verbum* ſint *non ſignificat ipſo jure.*

30 *Mulier poteſt conveniri ad debita contracta conſtante matrimonio?*

31 *Mulier debitores mariti, quorum debita communia ſunt, & lucra an executivè, vel ordinariè poſſit convenire.*

32 *Maritus, ſi pro aliquo fidejuſſit, & ab eo debitum exigitur, nunquid pro medietate hujus debiti uxor poſſit conveniri.*

33 *Mulier relevatur ab onere ſolvendi debita contracta conſtante matrimonio, renuntiando lucris quæſitis. Et quid ſi velit renuntiare lucris reſpectu ſuorum creditorum, ſeu legitimæ filiorum.*

34 *Mulier in favorem mariti an poſſit renuntiare lucra acquiſita, & acquirenda, & quid in initio contractus matrimonii, ſeu eo ſoluto, num. 35. & 36.*

37 *Vir an poſſit hanc renuntiationem facere.*

38 *Renuntiatio ſeu acceptatio fit à muliere ad inſtantiam mariti, ſeu ejus hæredis, ſive creditoris, & ſolet judex eis decem dies ſignare, & poſt acceptationem ſemel factam mulier poteſt pœnitere, & ſine dubio declaratur procedere in minori, n. 39. & 40.*

41 *Dominium jure gentium acquiſitum traditione ex ſola voluntate non remittendi poſſeſſionem amitti non poteſt, ſecus ſi per legem transferatur.*

42 *Differentia quare in legato quotæ hæreditatis non transferatur dominium, & in uxorem medietatis lucrorum tranſeat.*

43 *Dictum gloſ. quod mulier poſſit ſolvere capitale viri, & retinere ſibi lucra, quomodo debeat intelligi.*

44 *Dominium bonorum quæſitorum conſtante matrimonio in mulierem tranſit ipſo jure, non ex eo quod ſint lucrata, ſed quia fuerunt, matrimonio conſtante, empta, etſi ab altero ex conjugibus fuerint acquiſita: & renuntiatione lucrorum dominium rerum conſtante matrimonio quæſitarum non amittitur, n. 44. 45. 46. 48. & 49.*

47 *Renuntians lucra ſocietatis capitali non præjudicat.*

49 *Dominium, & poſſeſſio, quæ ipſo jure in acquiſitis durante matrimonio acquiritur, non eſt cum effectu, ſeu in actu, ſed in credito, ſeu habitu.*

50 *Uxor conſtante matrimonio non poteſt à marito petere diviſionem bonorum.*

51 *Adminiſtratio bonorum acquiſitorum eſt in perſonam viri.*

52 *Maritus de bonis conſtante matrimonio lucratis poteſt diſponere, & donare. Contrarium, donatio valet de re modica, ſi non veniat ex mera liberalitate, n. 53. & 54.*

55 *Maritus an donationem ad pias cauſas facere poſſit.*

56 *Maritus, ſeu uxor in teſtamento, ſeu ultima voluntate, de bonis lucratis non valet diſponere, etſi rem acquiſitam conſtante matrimonio legaverit maritus, mulier poterit dimidium legati retinere, & an maritus totam rem videatur legaſſe, vel tantum partem ad eum pertinentem, & 57.*

ADDIT. GLOSS. II.

AD Gloſ. 2. Nota 1. conſortes propriè appellari, qui dominii communionem, & participationem

pationem ejusdem rei habent. Adde Jaſon. *conſ.* 185. *num.* 2. *col.* 4. *verſ.* 5. *vol.* 2. Ruin. 27. *num.* 12. *vol.* 4. Alex. 40. *num.* 3. *vol.* 2. Gozadin. 79. *num.* 2. Socin. Jun. 20. *num.* 4. *vol.* 1. Portoles *de conſortibus, cap.* 1. *num.* 3. *in fin.* Seſſe, *deciſ. Aragon.* 229. *n.* 4. Avend. *de cenſib. cap.* 68. *num.* 10. *verſ. cum enim villa,* aliis etiam modis accipitur hoc verbum conſors, ut pro participibus infortunii, & felicitatis: & hac ratione maritus, & uxor conſortes dicuntur, *l. ſi cum dotem, §. ſi maritus, ff. ſolut. matrim. l. fin. Cod. de nupt.* & pro his, qui de eadem parentela ſunt, ut cum Dec. *in c. cum M. num.* 1. *&* 2. & *ibi,* quoque Aldobrandin. *in Addit.* & Rip. *n.* 9. *&* 32. *de conſtit.* & aliis tradit. Portoles, *ubi ſuprà.*

Intellige hanc legem, & *l.* 75. *Taur.* de ſocio, qui habet partem ejusdem rei per participationem ejusdem dominii in qualitate: nam is dicitur verè ſocius atque particeps rei, *l. ſi quis duos, §. ſi quis partem, ff. comm. præd. l. rectè dicimus, ff. de verb. ſignific.* Caſtill. *in d. l.* 75. *Taur. num.* 5. Avend. *reſponſ.* 12. *num.* 16. Avend. Junior. *d. num.* 10. *in princ. & in verſ. infertur.* Parlad. *in ſexquic. diſſert.* 109. §. 7. *num.* 2. *&* 3. ubi explicat.

2 Nota 2. quòd ſi unus ex pluribus emphyteutis habentibus rem communem pro indiviſo alienat partem ſuam extraneo requiſito domino, alii poterunt rem retrahere, qui habent utile dominium. Adde Alex. *conſ.* 27. *num.* 3. *lib.* 6. Matienz. *in l.* 13. *tit.* 11. *lib.* 5. *recompil. gloſſ.* 3. *num.* 2. Parlad. *num.* 9. Avend. *cap.* 68. *num.* 10. *verſ. ex quo, ubi ſuprà, & cap.* 87. *num.* 3. ubi rationem eſſe dicit, quia utilis dominii ſunt participes per participationem ejus in qualitate.

Nota 4. ex Gloſſ. in *verſ. nam & iſti,* quòd emphyteota habet utile dominium in re in emphyteoſin conceſſa. Addit. ad Gloſ. 1.

3 Nota 5. & ex *l.* 75. *Taur. hodie* 13. *tit.* 11. *lib.* 5. *recompil.* ſi domino requiſito emphyteota rem emphyteuſis, aut ejus partem vendat, dominum emphyteuſis conſanguineo, aut ſuperficiario, aut partem habenti, ſi concurrunt in retractu, præferri. Adde Tiraquell. *de retract. lign.* §. 1. *gloſſ.* 3. *num.* 2. §. 21. *gloſ. unic. num.* 3. *&* 4. ubi antiquiores refert. Gomez. *in l.* 70. *Taur. num.* 31. ubi eleganter. Matienz. *in d. l.* 13. *gloſ.* 4. Azeved. *num.* 3. Cancer. *var.* 1. *p. cap.* 12. *à num.* 45. Tuſch. *litt. E. concluſ.* 109. *num.* 1. Franc. Marc. *deciſ.* 578. *num.* 1. 1. *p.* Magon. *deciſ. Flor.* 570. Capit. *deciſ.* 99. *num.* 4. ubi quòd præfertur, etſi fuerit requiſitus. Giurb. 52. ubi ex Oſaſch. & aliis tradit, conſanguineo, & ſocio præferri. Avendann. *de cenſ. cap.* 87. *num.* 1. ubi ait, quòd, ſi domino irrequiſito rem vendiderit, nulla eſt venditio, & ſi eo requiſito fiat intra duos menſes, poterit eam retrahere, ex *l. fin. tit.* 8. *infrà,* ubi vide Addit. Amplia ad ceſſionarium domini directi, quando fuit ei ceſſum. Guidon. Pap. *deciſ.* 411. Chaſſan. *in conſuet. Burg. tit. de cenſ. §.* 1. *gloſ.* 4. Avend. *num,* 4. *ubi ſuprà.* Si verò conſanguineus retractum intentet, auditur ex Gloſſ. *hic* Tiraq. *ubi ſuprà.* Ciſuent. & Caſtill. *in gloſſ. magn. d. l.* 75. Palac. Rub. *in l.* 70. *num.* 22. Matienz. *in l.* 7. *tit.* 18. *gloſ.* 1. *num.* 8. Avend. *de cenſ. cap.* 89. *num.* 16. & *in num.* 17. non eſſe locum retractui, ſi ſolum commoditas emphyteoſis vendatur retento ſibi utili dominio, ex Caſtill. Pinel. Matienz. *num.* 16. *ubi ſuprà*, ait & ita eſſe tenendum, licet pluribus, quos refert Tiraquell. videatur dicta reſervatio in fraudem conſanguineorum facta.

4 Limita 1. ſi plures res ab emphyteuta plurium dominorum in unum redactæ ſint, & pro indiviſo poſſideantur, & quod cujusque directi domini fuerit, per ſuos confines non poſſit dignoſci; nam tunc ſi emphyteuta rem vendat, conſanguineus præfertur, quia domini directi ad retrahendum non audiuntur, etſi res commodè dividi poſſit, ut ſi ex pluribus domunculis in emphyteuſim conceſſis palatium ſit conſtructum, ſi ob diviſionem deformaretur palatium. Guidon. Pap. *deciſ.* 508. Giurb. 52. *num.* 29. *& in num.* 37. ait, quòd ſi confines dignoſci poſſunt, ſi unus ex dominis vult ſuam partem retrahere, auditur, & in ea tantum auditur, non in alia, quia ſolùm ratione illius rei ipſi jus retrahendi competit, nec invitus tenetur totam retrahere. Tiraquell. *de retract. lign.* §. 23. *gloſ.* 2. *num.* 1. *&* 5. de quo vide *infrà.*

Nota 6. ex Gloſ. quòd dominus feudi poteſt 5
rem in feudum conceſſam per feudatarium cum ipſius licentia alienatam retrahere, quia in eo militat eadem ratio, ac in domino emphyteuſis. Adde Tiraquell. *in d.* §. 1. *gloſ.* 3. *num.* 11. *&* 12. Matienz. *in d. l.* 13. *gloſ.* 3. *num.* 2. Avend. *ubi ſuprà,* ubi refert Afflict. & Fabr. Itidem conſanguineus admittitur, ut diximus in re emphyteotica. Matienz. *in d. l.* 7. *gloſ.* 1. *num.* 28. & *in num.* 29. ampliat ad Indorum commendas, ſi forte earum venditio permittatur, cum utplurimum feudis comparentur, maximè ſi ſint perpetuæ.

Nota *d. l.* 13. *&* 14. *Taur.* ſuperficiarium, & 6
ſocium præferri conſanguineo, ſi dominus vendat ſolum, ſeu aream, ſeu ſocius partem, Matienz. *gloſſ.* 2. Azeved. & Tauriſt. *ibi,* Avendan. *de cenſ. cap.* 88. *num.* 3.

Nota extra Gloſſ. an ratione communionis, & 7
ex hac l. & 14. *d. tit.* 11. *&* 75. *Taur.* poſſit dominus cenſus reſervativi retrahere rem, & partem in ea videatur habere ex eo, quòd ex fructibus rei partem ſibi reſervaſſe videatur, & negativè reſpondetur, quia non habet partem rei per participationem dominii, ut eruditè reſolvit Avendan. Sen. *repet.* 23. *per tot.* Avend. *num.* 5. *ubi ſuprà.* Ludovic. Cenſ. *part.* 1. *cap.* 1. *quæſt.* 1. *art.* 1. *num.* 22. *&* 23.

Idem venit dicendum in cenſu conſignativo. Covarr. *lib.* 2. *variar. cap.* 11. *num.* 5. *in fin.* Caſtill. *in l.* 74. *Taur. in gloſ. magn. verſ. ex quo unum ſingulare.* Joan. Lup. *in l.* 70. *Taur. num.* 28. Avend. *reſponſ.* 12. *&* 23. Guttierrez *pract. lib.* 2. *quæſt.* 166. Felic. *deciſ. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 6. & hæc de jure noſtro regio eſt ſequenda, cum in eo Bulla Pii V ſuper forma creandi cenſus non ſit recepta, *l.* 10. *tit.* 15. *lib.* 5. *recompil. inquater,* & in hac parte non reſpicit peccatum. In locis vero ubi Piana conſtitutio recepta eſt ex verbis Bullæ, ibi: *Ubi autem vendenda ſit res, volumus dominum cenſus aliis omnibus præferri, eique denuntiari conditiones, quibus vendenda ſit, & per menſem expectari.* Scacc. *de comer.* §. 1. *q.* 1. *d.* 245. Bapt. Leon. *in gl.* 14. *d. Bullæ* ineſt *poſſ. tract.* Ludovic. Cenſ. Molin. *diſp.* 372. *n.* 6. Navarr. *in comment. de uſur. à n.* 106. Felician. *ubi ſuprà.* Ludovic. Cenſ. *de cenſ. p.* 2. *c.* 2. *q.* 1. *art.* 3. ubi ait, ex Navarr. Molin. Scacc. & ex una *deciſ. Rot. in n.* 9. *&* 10. quòd ſi concurrunt dominus cenſus, & conſanguineus, ſeu vicinus ad retrahendam rem, præferri conſanguineum, ſeu vicinum, & aſſignat rationem, & *art.* 4. *per tot. & in deciſ.* 156. 157. 158. *per totas, & in* 159. tradit deciſum fuiſſe, teneri dominum cenſus ſubire easdem conditiones, quibus cum alio fuit contractus celebratus, & non eſſe audiendum, ſi velit computare in pretio creditum ipſius domini

cenſus, ſed totum pretium ſolutum ab emptore ei teneri ſolvere, *& in dict. art. 4. in num. 14. & 15.* contra alios contrarium tenentes defendit idem Cenſ.

8 *Sed* ineſt dubium, ſi à partibus ſit appoſitum pactum in dicta Bulla contentum, an jure Regio facultas retrahendi concedatur domino cenſus? Olanus *in ſuis concord. littera A. num.* 107. *&* 108. ait, ex tali pactione reddi deteriorem conditionem venditoris, & dictum pactum minuere rei æſtimationem, & tanquam non appoſitum habendum eſſe. Matienz. *in l.* 7. *tit.* 11. *gloſ.* 1. *num.* 17. Flor. Diaz de Mena, *in Addit. ad Grammat. deciſ.* 359. in cenſibus dictum pactum nihil operari, & non eſſe audiendum dominum retrahentem, etſi cum pacto apponatur hypotheca ſpecialis, & ita practicari, & ſic ſemper conſuluiſſe. Contrariam, non citato domino cenſus, ſequuntur Guttierrez. *pract. lib.* 2. *quæſt.* 168. ubi fundamentis contrariæ ſatisfacit. Relician. *de cenſ. lib.* 1. *cap.* 10. *à num.* 8. Quæ quidem ſententia eſt amplectenda, ſi pro obſervatione pacti ipſamet res ſit hypothecata, ut conſiderat Felician. *ubi ſuprà*, ubi etiam tradit virtute dicti pacti intra quod tempus poterit rem retrahere; quia nulla eſt differentiæ ratio, ut prætendit Mena, quod dictum pactum apponatur in cenſu, aut in aliis contractibus, in quibus retractui virtute ipſius eſſe locum annuit, & ut relati DD. latè comprobant, dictum pactum eſt juſtum, nec ipſius conditio deterioratur in cenſu, & latiùs patet ex dicta Bulla. Et nota quod ſi dominus citetur, & intra tempus ſignatum in Scriptura cenſus ad retrahendam rem non retrahat, ampliùs non auditur ex his, quæ tradit Ludovic. Cenſ. *in art.* 2. 3. *&* 4. & Scacc. & Bapt. Leo, *ubi ſuprà.* Et in eo, quod Ludovic. Cenſ. *in art.* 2. *à num.* 18. ait, quòd facta denuntiatione cum ſuis conditionibus, & qualitatibus dominus fundi non poteſt ſtatim fundum illum vendere, ſed debet expectare transcurſum menſis, prout occurrit, ſcilicet ſi denuntiatio ſit facta in nono die menſis Februari, menſis, quem requirit dicta Bulla, erit completus nono die Martii; & ſimiliter, ſi in Martio ſit, facta in nono die Aprilis, & aſſignat rationem. Sed licet quantum in computatione temporis poſſit ſuſtineri; at Bullæ interpretatio, in quantum venditorem non poſſe in illo menſe rem vendere, ſed transcurſum illius debere expectari, non videtur congruere literæ Bullæ; quia dictum pactum non poteſt ſuſtineri, eo quòd redditur deterior conditio venditoris, ſi ita intelligatur: cum ipſi per menſem auferatur facultas vendendi, & emptorem, quem nunc invenire poteſt, aut habet poſt menſem, nec habebit, nec inveniet, & quia implicatur verbis anterioribus Bullæ, ubi pacta reſtringentia facultatem vendendi annullantur. Item, quia antea non poteſt venditio ſuis conditionibus nota fieri, cum ex tractatu cum emptore conditiones, & ex effectu contractus oriantur; & raro ſecundum vendentis intentionem venditio celebratur, & verba Bullæ, licet ſint futuri temporis, ita debent intelligi, & ſolùm fieri debere denuntiationem antequam res tradatur, ut dominus eiſdem conditionibus ſi velit emere, emptori præferatur, ſi vero res tradita ſit, dabitur ei facultas per menſem rem retrahendi à die denuntiationis computandum. Salva in omnibus correctione, cui me ſemper ſubjicio.

9 Secundò dubitatur, an vendito cenſu, ſcilicet jus percipiendi penſionem conſanguineus poſſit illum retrahere, jure noſtro, concluditur negativè, Roder. *de annul. redit. lib.* 1. *quæſt.* 14. Joann. Lup. *in l.* 30. *Taur. à num.* 30. Caſtill. *in l.* 74. *gloſ. magn. col.* 5. Cifuent. *in l.* 40. *Taur.* Covarr. *lib.* 3. *var. cap.* 11. *num.* 5. Guttierrez. *pract. quæſt.* 146. Matienz. *in d. l.* 7. *gloſ.* 1. *num.* 22. *&* 23. Intrigliol. *de cenſ. quæſt.* 95. *num.* 4. Molin. *diſput.* 377. Micr. *de major.* 1. *p. quæſt.* 40. *num.* 12. Avend. *de cenſ. quæſt.* 89. *num.* 22. Ludovic. Cenſ. *de cenſ. part.* 1. *cap.* 13. *quæſt.* 1. *art.* 2. *num.* 2. qui contrariam defendentes refert, & probatur ea præcipua ratione, quia *l. noſtra*, loquitur de bonis verè immobilibus, & non eſt extendenda ad annuos reditus, qui juxta propriam ejus naturam nec veniunt appellativè mobilium, nec immobilium.

Tertiò dubitatur, an retractus ſanguinis habeat locum, quando res datur in emphyteuſim communis, & recepta reſolutio eſt, non eſſe retractui locum. Covarr. *lib.* 3. *var. cap.* 11. *num.* 3. Matienz. *num.* 10. *& in ſequentibus*, latè diſcutit, quid ſit tenendum in locatione perpetua, ſeu ſi in perpetuum res in emphyteuſim detur. Et in *num.* 14. contra Covarr. & alios concludit, retractui ſanguinis non eſſe locum. Caſtill. *ubi ſuprà.* Tiraquell. *de retract. lign.* §. 33. *gloſ. unic.* Guttierrez. *d. lib.* 2. *quæſt.* 45. Avend. *de cenſ. cap.* 89. *num.* 1. Et limitatur, quoties contractus emphyteuſis fieret in fraudem, ut ex Afflict. Matienz. Covarr. tradit Guttierrez. *num.* 3. & Avend. *num.* 7. *ubi ſuprà.* Item limitatur, quando penſio in emphyteuſi, conſtituta ſit ex pacto redimibili. Covarr. Caſtill. & Guttier. *ubi ſuprà*, ea præcipua ratione, quia redemptione res habita, & patrimonialis ad extraneos perveniret. Item, limitatur, ſi ultra penſionem, qui emphyteuſim recipit, dat pecuniam, & modica eſt penſio, & ingens pretium. Faber. *in §. adeo num.* 10. *Inſtit. de locat.* Tiraquell. *de retract. lign.* §. 3. *gloſ.* 1. *num.* 9. *& in d. gloſ. unic. in princ.* Matienz. *ubi ſupr.* Afflict. *deciſ.* 72. *num.* 9. *&* 10. Quando vero res datur in cenſum reſervativum, ſive perpetuum, ſive redimibilem retractui ſanguinis eſt locus, cum in cenſuarium tam directum, quam utile dominium transferatur. Matienz. *num.* 26. *& ubi ſuprà*, ubi etſi dominus reſervaverit ſibi dominium, donec cenſus ab emptore redimatur, eſſe locum retractui, ait. Avend. *num.* 7. *ubi ſuprà*, & an à die celebrati contractus currant novem dies dati ad retrahendum, quando in cenſum redimibilem datur, an vero expectanda ſit redemptio? vide Covarr. *num.* 5. Guttierrez. *num.* 5. *&* 6. Avend. *num.* 9. & à die celebrati contractus currere tenent, & alios laudant.

Nota 7. ex Gloſ. *in verſ. idemque eſt dicendum,* 11
& verſ. ſi tamen plures. 1. col. quòd ſi plures habent uſumfructum communem alicujus rei pro indiviſo, & unus ex conſortibus partem ſuam vendat, alii poterunt eam retrahere pro eodem pretio. Adde Matienz. *in l.* 13. *tit.* 11. *gloſ.* 3. *num.* 3. *lib.* 5. Guttierrez. *lib.* 2. *quæſt.* 165. *num.* 1. Caſtill. *lib.* 1. *de uſufruct. cap.* 74. *num.* 27. qui omnes noſtræ Gloſſæ opinionem ſequuntur, poteſt enim uſusfructus commoditas vendi, de quo vide *infrà.* Conſanguineus vero commoditatem uſusfructus non poteſt retrahere de jure noſtro Regio, licet contrarium ſequuti ſint Tiraquell. *de retract. lign.* §. 1. *gloſ.* 7. *num.* 55. *&* 61. Afflict. *in tract. protom. in princ. l. num.* 4. *ineſt in vol.* 5. *tract.* ut defendunt Montalv. *in l.* 13. *tit.* 10. *gloſſ. magn. verb. item, quæro an habeat locum.* Matienz. *dict. gloſ.* 1. *num.* 32. Covarr. *d. cap.* 11. *num.* 4. Guttierrez. *d. lib. quæſt.* 157.

Nota

Nota 8. *ex verſic. ſed quid ſi dominus*, quod ſi dominus proprietatis vendat ſuam proprietatem, uſusfructuarius ex beneficio, quod conſortibus ejusdem rei competit, non poterit eam retrahere, & Adde Gomez. *in l.* 70. *Taur. num.* 32. ubi hoc meritò procedere inquit, quia uſufructuarius non eſt dominus, nec quaſi dominus directus, nec utilis ipſius rei. Matienz. *num.* 12. ubi huic opinioni adhæret, & fundamenta ejus tradit. Guttierrez. *lib.* 2. *quæſt.* 166. *num.* 2. Caſtill. *d. cap.* 74. *num.* 37. *& in num.* 40. reprobat reſolutionem Cavalcan. *de uſufruct. mulier. relicto, num.* 173. exiſtimantis proprietarium volentem alienare proprietatem, potiùs uſufructuario, quàm alteri alienare debere. Avend. *reſponſ.* 12. *num.* 7. *& reſponſ.* 23. *in fin.* Avend. *de cenſib. cap.* 87. *num.* 7. Sed obſtat *text. in l.* 4. *ff. de uſufruct.* ubi, uſumfructum in multis caſibus partem dominii eſſe, dicitur; nam reſpondetur cum Glos. noſtra *hic in verſ. eſt enim uſusfructus*, quòd uſusfructus eſt pars dominii integralis, ſive legalis, non prædicativa, ſeu ſubjectiva, quia ſimul cum proprietate facit integrum, & plenum dominium, ſicut paries, & ligna ſimul cum cæteris ædificiis, & materialibus faciunt domum. Adde Gomez. *dict. num.* 32. Matienz. *in d. glos.* 3. *num.* 12. Avend. *in d. num.* 7. Caſtill. *in d. lib.* 1. *cap.* 32. *per totum*, ubi de *hujus legis* interpretatione agit, & uſusfructus quomodo ſit pars dominii declarat, & varias interpretationes, *ad d. l.* 4. adducit, & omnes qui de ea ante eum egerunt cumulat. Conſanguineo autem jus retrahendi proprietatem conceditur. Tiraquell. *num.* 62. *ubi ſuprà*, ubi etſi uſufructuario vendatur. Matienz. *in l.* 7. *tit.* 11. *glos.* 1. *num.* 45.

12 Ex Gloſſ. *in d. verſ. ſi tamen plures.* Nota quòd ſi unus ex pluribus conſortibus, qui habent uſum communem pro indiviſo alicujus fundi, ſeu habitationem domus, vel ſervitutem paſcendi pecora in alieno agro, vel aliam ſervitutem, partem ſui juris vendat alicui extraneo, conſortes illius juris, & ſervitutis admittuntur ad retractum. Matienz. *in dict. glos.* 3. *num.* 45. Caſtill. *d. cap.* 74. *num.* 28.

13 Extra Glos. quæro, vendito uſufructu, an proprietarius poſſit illum retrahere, & præferatur conſorti, qui partem habet in uſufructu? vide Gomez. *in d. l.* 70. *num.* 33. Matienz. *glos.* 3. *num.* 14. *&* 15. Caſtill. *num.* 33. 34. *&* 35. *ubi ſuprà*, ubi hanc quæſtionem diſputant, & non eſſe admittendum ad retractum reſolvunt, & Caſtill. *d. lib.* 1. *cap.* 69. rationibus, & fundamentis eam fulcit, *& in n.* 36. *d. cap.* 14. reprobat reſolutionem Carroc. & Cavalcan. qui dicunt, quòd proprietarius debet requiri in locatione uſusfructus, & præferri aliis conducere volentibus, alia vide per Tiraquell. *de retract. lign.* §. 1. *glos.* 7. *à num.* 55. ubi agit, an uſusfructus immobilis dicatur, & in eo ſit locus retractui examinat. Et de quæſtione, an poſſit uſusfructus vendi, vide Gomez. 2. *tom. variar. cap.* 15. *num.* 17. & Caſtill. *d. cap.* 69. *num.* 17. ubi poſſe vendi defendit.

14 Ex Glos. *in d. verſ. ſi tamen plures*, nota 10. quòd ſervitutes, quæ adhærent rebus immobilibus, judicantur bona immobilia. Adde *l. peceris, ff. de ſervit. ruſtic. prædior.* §. *inter ruſticorum, inſtit. eodem tit.* Decian. *conſil.* 483. *verſ. non obſtat dictum*, quidquid enim ſolo cohæret, immobile eſſe cenſetur. Alexand. *conſ.* 221. *verſ. præterea negari, lib.* 6. *l. ſi alienat.* §. *hoc jure, ff. de uſucapion.* Phil. Franc. *in cap.* 2. *de rebus Eccleſiæ non alien.* Tiraq. *de retract. lign.* §. 1. *glos.* 5. *per totum*, ubi quam ſpeciem bonorum ſervitutes conſtituant, declarat, & in ſervitute paſcendi, & ſimilibus retractui ſanguinis eſſe locum. Matienz. *l.* 13. *tit.* 11. *glos.* 3. *num.* 4.

Nota 11. ex Gloſſ. *in verſ. cum illa noſtra lex*, quòd ſi plures habeant actionem perſonalem pro fundo, & unus vendat actionem ſuam extraneo, alii admittentur ad retrahendam partem actionis venditæ, Adde Matienz. *in d. l.* 13. *tit.* 11. *lib.* 5. *recomp. glos.* 3. *n.* 3. *in fine.* Guttierrez. *d. q.* 165. *in princ.*

De quæſtione, utrum actiones judicentur inter immobilia, vel mobilia, vide Tiraquell. *de retract. lign.* §. 1. *glos.* 7. *à num.* 1. Mantic. *de conject. ult. volun. lib.* 9. *tit.* 2. *num.* 1. Pinel. *in rubr. Cod. de bonis mater.* 1. *p. num.* 24. *cum ſeq.* ubi latiſſimè, & eruditè explicat. Ex quibus nota verius eſſe, jura, & actiones tertiam ſpeciem bonorum conſtituere, & aliquando regulari, & cenſeri ſecundum naturam rei ad quam competunt, ut in minore, & Eccleſia, quibus ſi actio competit ad rem immobilem, immobilis reputatur, & abſque ſolemnitatibus requiſitis in bonorum immobilium alienatione non poſſunt diſtrahi, & ita tenent Simoncel. *de decretis, lib.* 1. *tit.* 3. Vivi. *deciſ.* 138. *à num.* 46. Colet. *de proceſ. executio.* 1. *p. c.* 3. *à num.* 236. Menoch. *conſil.* 300. *num.* 41. *lib.* 3. & *lib.* 4. *præſumpt.* 142. *à num.* 16. Valaſc. *conſult.* 77. *in princ.* Percir. *de reſolut. emphyt. cap.* 12. *num.* 9. *&* 10. *& de emptione, cap.* 13. *num.* 11. Cenſus an inter immobilia computentur, vide Addita ad Gloſ. 2. *l.* 4. *ſuprà hoc tit. num.* & de aliis juribus vide apud Tiraquel. *in d.* §. 1. *glos.* 4. 5. 6. *&* 7. Matienz. *in l.* 2. *tit.* 9. *glos.* 1. *num.* 8. *lib.* 5. ubi actiones, an ſint bona mobilia, vel immobilia, & in quo loco ſtare dicantur agit.

Conſanguineus verò an admittatur ad retrahendam actionem ad rem immobilem à conſanguineo venditam? regulariter conclude, quòd non. Decian. *conſil.* 194. *col.* 1. *lib.* 2. Tiraquell. *d.* §. *glos.* 7. *num.* 31. † Limita ex ipſo ſi quis vendat facultatem redimendi rem, quam eo pacto vendidit, quia tunc conſanguineus hanc actionem retrahere poterit, ſi res eſſet patrimonialis, & vide Addit. *ſuprà* ad Gloſſ. *l.* Idem ex ipſo, ſi jus percipiendi decimam, ſeu undecimam partem, ſeu portionem, aliquam fructuum in fundo alieno vendatur, ex Alexand. Bald. & aliis à Tiraquel. relatis *in num.* 33. cui ſe remittit Matienz. *in gl.* 1. *d. l.* 7. *num.* 49. Item ſi jus pedagii, paſſagii, aut alicujus vectigalis vendatur, ut ex Zaſ. Par. Din. Aretin. *in num.* 34. tradit Tiraquell.

Et nota circa jus percipiendi partem fructuum, ſi fructus defraudantur, poſſe dominum dicti juris, ſi undecima pars à dominis fundi defraudetur petere, quòd in ſegete detur undecima pars, ut deciſum fuit in Granatenſi Prætorio in Fab. Comitis S. Stephani.

Nota 12. ex 2. Gloſ. quòd ſi dominus directi 15
dominii vendat ſuum dominium, habent utile dominium ſed tanquam conſors in re non habet jus retrahendi, quia utilis dominus non habet dominium commune cum directo per participationem ejusdem dominii in qualitate. Adde Caſtill. *in l.* 74. *Taur. num.* 44. Parlad. *d.* §. 7. *num.* 3. *&* 4. Avend. *reſponſ.* 12. *num.* 7. *lib.* 1. *de uſufruct. cap.* 74. *à n.* 44. pro ea expendit doctrinam Sarmien. *lib.* 3. *ſelectar. cap.* 7. *num.* 2. ubi aſſerit, emphyteuſim finitam non teneri renovare dominium conſanguineis emphyteutæ, ſed cui velit dare poſſe, & Gloſ. *hic* Avend. *de cenſib. cap.* 88. *num.* 1. *&* 2. ubi contrariis ſatisfacit, *& in num.* 3. tradit novum intellectum

ad l.74. Taur. quatenus disponit, quòd superficiarius in retractu præferatur consanguineo, quem vide. Et sic est tenendum, licet Boër. *decis.* 107. *per totum.* & Rub. *in l.* 70. *Taur. num.* 22. *& in l.74. num.*5. contrarium sequantur: & ita consanguineus ad retractum admittitur. Castill. *in d.l.*74. *glos. vers. part.* Pal. Rub. *in l.* 70. *num.*22. Aveud.

16 *de censib. cap.*89. *num.*18. & relati DD. Dominium directum, & utile quid sit, & in quo differant, seu conveniant? Vide Bart. & Castrens. *in l. si quis vi, §. differentia, ff. de acquir. posses.* & Adde Glos. 1. *l.1. tit.*28. *part.* 3. Gomez. *in l.*45. *Taur. à num.*2. Mench. *controv. illustr. lib.* 1. *cap.* 17. Azeved. *in l.*13. *tit.* 11.*lib.*5. *recompil. num.*1. Parlad. *in sexq. disser.*28. *per tot.*

17 Nota 13. ex Glos. *in* 3. *q. vers. quid autem,* si hæres vendat rem patrimonialem, & eam retrahere velit legatarius, & ex eo, quod in ea habet partem,ratione legati quinti bonorum, & communionis ratione velit præferri consanguineis, ex *l.*74.*Taur.* non esse audiendum; quia in eum non transit dominium,cum sit legatum quotæ. Adde Rip. *in l.*1. *ff. de legat.*1. *num.*50. *&* 53. ubi tradit rationem, quia cum legatum sit partis bonorum, incertum est, quid sit futurum in solutione, & communem esse profitetur, & Jas. *n.* 115. *&* 118. ubi explicat,quando dominium recta via in legatarium transeat, & Rip. *ibi à num.* 48. *usque ad num.*61. limitationes 13. assignat ad regulam,quæ habet, quod dominium legati transit à die mortis testatoris in legatarium,& pro eo actione rei vendicationis agere posse.Mench. *de succes. creat.* §.7. *num.* 128. *&* 129. ubi 17. limitationes recenset ad dictam regulam. Paris. *consil.*77. *à num.*4. Gomez. 1. *tom. var. cap.* 11. *num.* 21. ubi de hoc legato quotæ agit, Surd. *consil.*300. *num.*25. ubi ex legato quantitatis ratione incertitudinis dominium non transire docent, quia est incertum, quid sit in solutione,& alios laudant. Angul. *in l.*4. *tit. de las mejoras, lib.*5. *recompil. glos.* 4. *à num.* 1. *&* 2. ubi etiam agit, à quo tempore fructus legatario quotæ debeantur.

18 Nota 14. ex Glos. *in* 4. *quæst. vers. & facit hoc,* quòd uxor ratione medietatis dominii,quod in rebus acquisitis constante matrimonio sibi quæritur, non potest retrahere rem venditam à marito constante matrimonio.Matienz.*in l.*13. *tit.*11.*num.*13. ubi glos. sequitur. Azeved. *in l.*7. *d. tit. num.*45. Guttierrez.*lib.*2. *quæst.*163.*per tot.* Molin. *disp.*371. *vers. dubium præcedenti.*

19 Nota 15. ex Glos. *in vers. de ducto ære alieno,* quòd lucra non dicuntur, nisi alieno deducto, & ante divisionem lucrorum ita constante matrimonio contracta deducenda esse, *l.* 14. *titul.*20. *lib.* 3. *fori,* & *ibi* Montal. *glos.* 1. *ad fin. l.* 207. *Styli, & ibi.* Paz. *in scholio.* 1. *l.* 60. *Taur.* & *ibi.* Gomez. *l.*9.*tit.* 9. *lib.*5. Azeved. & Matienz.*l.*3.*d.*7.*recompil.* & *ibi.*

20 Ex *vers. & cum ante divid.* nota, quòd antequam lucra dividantur, debent utriusque conjugis capitalia deduci ex acervo bonorum.Adde Addit. ad Glos. 7. *l.* 26. *tit.* 11. *part.* 4. Gomez. *in l.* 50. *Taur. num.*69. Suar. *in l.*1. *lib.* 3. *fori. tit. de bonis acquir. conflit. matrim. num.* 61. & ibi Valdes. ubi multos refert.

21 Amplia 1. etsi dos, quam maritus recepit, esset in bonis mobilibus, vel se moventibus inæstimatis, & constante matrimonio absque culpa mariti sint consumpta (quo casu non debetur uxori aliqua æstimatio, sed ei pereunt juxta, *l. plerumque, ff. de jure dot.l.*18. *tit.*11. *part.*4. Gomez. *in l.* 50. *Taur. cum seq. num.*4. vide Addit. ad Glos. 5. *l.* 18. & Addit. Glos. 5. *l.*22. *suprà hoc tit.*) Nam tunc, si sint bona lucrata constante matrimonio,ex ipsis resarciendum est decrementum, & deterioratio, quam habent,& hoc non solum procedit in rebus usu consumptis, vel deterioratis ab uxore in matrimonium allatis; sed etiam in ipsius mariti,quia non possunt lucra dici, nisi deductis capitalibus sociorum, vide Addit. ad Glos.3. *d. l.* 18. & ad Glos.1. *l.*20. *ejusdem tit.* Gomez. *in d. l.* 50. *Taur. num.*69. ubi dicit, quòd deducuntur capitalia, sive fuerint bona eorum vendita, vel consumpta, & meritò, quia quando inter aliquos simpliciter contrahitur societas,intelligitur bonorum futurorum remanente salvo capitali, ex *l. coiri societatem,cum l. seq. l.*1.§.1.*& l. cum duobus,§. damna, l. si societatem universar. ff. pro socio.* Matienz. *in lib.*3. *glos.*7. *num.*1. *& in l.*4. *glos.*2. *num.*2. *tit.*9. Palat. Rub. *in rubr. de donatio. inter.* §. 66. *num.*3. Azeved. *in l.*2. *tit.*9.*lib.*5. *num.*12. Ayora, *de partit.*5. *part. cap.*7. *num.*38. Guttierrez. *de matrimon. cap.*109. *num.* 29. & sic communiter, & latè diximus in d. Addit.

Amplia 2. ex Glos. *in vers. & practicatur,* quòd utriusque capitale deducitur, etsi vir amiserit ludens,vel in alios malos usus. Adde Addit. ad Gl. 5. *l.* 13. *tit.* 10. *infrà*, ubi cum Roder. Suarez. Gomez. Matienz. Azeved. Guttier. Mena. Garcia. Morquec. & aliis diximus, si aliquid ex lucratis constante matrimonio maritus luserit, si animo fraudandi uxorem non fecit,non esse illud in suam partem computandum. Contrarium, quòd æstimatio bonorum capitalis mariti,quæ culpa suâ perierunt,vel consumpta sunt,ex bonis lucratis constante matrimonio deducenda non sit, nec hujusmodi damnum à marito resarciendum esse, retulimus ibi, & vide Pala. Rub. *vers. damnum ergo, ubi suprà.* Montal. *in l.*1. *titul.* 3. *libr.* 3. *fori, in glos. verb. per medio, versic. est tamen notandum.* Matienz. *dict. l.*4. *glos.* 1. *titul.* 9. *in fin.* & latè in dicta Glos. ubi traditur differentia inter bona lucrata,seu quando capitale secerni non potest à bonis lucratis, & ea quæ capitalis mariti in specie sunt.

Nota 17. ex Glos. *in* 4. *q. vers. veritas tamen hujus,* valde controversum esse, utrum dominium acquisitorum constante matrimonio transeat in uxorem,statim quòd maritus emit, vel aliter acquisivit,etiamsi soli viro traditio facta sit. Pro parte negativa, scilicet quòd dominium non transeat in uxorem, arguit usque ad *vers. contrariam sententiam*, & eam sequuti sunt Pala. Rub. *in l.* 16. *Taur. num.*6. Castill. *ibi, super verbo ha de aver, num.*41. & eam latè tuetur Tellus *à num.* 9. *vers. attende quæso,& à num.* 11. hanc exornat, & contrariis satisfacit, & dominium, & possessionem in uxorem tunc transire dicit,quando ab utroque conjuge fuit facta emptio,*ex l.*2. *tit.*9.*lib.*5.*recompil.* secus vero in aliis casibus, & alios adducit. Avend. *in l.* 14. *Taur. glos.* 1. *num.* 5. & veriorem judicat Angul. *in l.*3. *tit. de las mejoras, recompil. glos.* 2. *num.* 7. *in fin.* & in *num.* 8. cum Tello tenet, quòd uxori solum datur actio personalis ex lege,ut maritus ei lucra communicet.

De quæstione, an socius teneatur communicare socio rem,proprio nomine emptam, de qua in Gl. *hic, vers. tamen si postea faciat*, vide Glos.2. *l.* 7. *tit.*10.ubi & an acquisita post societatem sint propria illius, qui ea acquisivit. De verbo *habeat*

an

an significet ipso jure, de quo Gloss. *hic*, Tellus *in d. l. 16. Taur. num. 13. & 15.* dicit non esse directum, sed commune, & secundum subjectam materiam esse interpretandum. Matienz. *in l. 2. tit. 9. lib. 5. recompil. gloss. 2. num. 5.* ubi secundum subjectam materiam generale esse dicit, comprehendens dominium & possessionem, & detentionem, & Guttier. *lib. 2. quæst. 118. num. 3.* commune esse dicit. Tiraquell. *in repet. l. si unquam, verb. revertatur, n. 119. C. de revocandis donatio.*

25 Contrariam, quòd dominium, & possessio bonorum, quæ constante matrimonio quomodocumque acquirantur per virum, statim transeant in uxorem, sequitur Gloss. *hic, in vers. mihi vero, & in vers. advertendum tamen est*, & pro ea adducit Palat. Rub. & fundamenta, quibus ipse movetur *in rubr. de donation. inter*, §. *66. num. 24. ad medium*, §. *65. num. 11. & 12.* & Adde Avend. *respons. 20. num. 1. 2. & 3.* ubi antiquiores. Covarr. *lib. 3. var. cap. 19. num. 2. vers. 4. ex præmissis*, ubi dicit posse defendi sententiam Bald. Seguræ, & Roderi. de jure nostro Regio, qui tenent dominium rerum constante matrimonio à marito acquisitarum in uxorem quoad partem dimidiam transferri sine traditione. Gomez. *in l. 50. Taur. num. 76.* ubi de jure communi dominium non transire comprobat, & hodie correctum esse dicit, & sine traditione pro medietate in uxorem transire resolvit, *& in l. 60. num. 1. vers. item etiam, & in l. 77. num. 2. & 2. tom. var. cap. 5. num. 3.* Gomez. de Leon. *in sua centuria, inform. juris, inform. 1.* Matienz. *in l. 2. tit. 9. lib. 5. recompil. gloss. 3. num. 2. cum 15. seq.* ubi in contrarium traditis per Tellum satisfacit, & quid de jure communi, & regio in hac quæstione decisum extat, per conclusiones tradit. ibi, *num. 13. & in num. sequent.* infert ad alias quæstiones, & eandem opinionem tenet *in l. 7. gloss. 1. ejusdem tit. num. 2.* ubi pro hac opinione expendit *text illum*, quem pro contraria adducit Tellus, & ei respondit, & *in l. 10. gloss. 2. num. 1. & in l. 11. gloss. 3. num. 2. eod. tit.* Baëz. *de non melioran. filiab. ratio dotis, num. 106. & 120. & de decim. tut. præstan. cap. 31. num. 5.* Guttierrez. *lib. 2. quæst. 118. à num. 4.* qui *à num. 1. & 4.* hanc fundat, & contrariis satisfacit. Burg. de Paz. Jun. *qq. civil. quæst. 9. per tot.* ubi multa tradit, & *à num. 14.* hanc tuetur, & in fine ei accedit, quia fortioribus fundamentis fulcitur. Avenda. *in l. 14. Taur. gloss. 4. num. 2. 5. & 6. in l. 16. gloss. unica, num. 21. & de censib. cap. 75. num. 5. & 6.* Garcia *de expens. & melior. cap. 13. num. 11. 12. & 13.* de quæstione conjugali *num. 4. 157. & 158.* receptissimam appellat, & quòd destruerentur omnia, si contraria opinio reciperetur. Parlad. *lib. 2. rerum quotid. cap. 5. num. 14.* Ayora *de partitio. 2. p. quæst. 41. num. 44. & 45.* Azeved. *in l. 2. tit. 9. lib. 5. recompil. num. 17.* Rodriguez. *de ann. redit. lib. 2. quæst. 9. num. 67. vers. moventur primo.* Paz. *in l. 205. styli.* Valdes. *in addit. ad Roder. Suar. in tit. de las ganancias, §. quæritur ulterius litt. A. num. 58.* ubi hanc sequitur, & pro ea plures laudat. Cornejo, *in addit.* Gomez. *in d. l. 50. Taur. num. 76.* Barbos. *in l. 1. ff. solut. matrim. 1. p. num. 37.* ubi dominium transire ipso jure, & contrariam opinionem admittendam non esse dicit cum Glossa nostra *hic*, & Valençuela, *cons. 13. num. 6. & 7.*

Amplia hanc communicationem bonorum procedere, etiamsi maritus veniat dives ad matrimonium, & uxor pauperrima, ut diximus in Glos. *l. 7. tit. 10.*

26 Ex Glos. *vers. mihi vero.* Nota quòd hæc societas, quæ est inter virum & uxorem, non est omnium bonorum, sed lucri tantum, & quæstus: de hac enim societate loquuntur *text. in l. coire, cum l. sequent. ff. pro socio, & Gloss. 1. l. 7. tit. 10. infrà* 27 *hac parte*, ubi vide Addit. in Gloss. *ibi & primò moveor per l. 47. tit. 28. part. 3.* hoc fundamento moventur omnes supra citati pro hac opinione, & eum maxime ponderant Matienz. *in d. gloss. 3. n. 14.* Guttierrez. *à num. 5.* Garcia *de expens. num. 13. ubi supra*, ubi rejiciunt interpretationes traditas per Tellum.

Ex Gloss. *vers. 2. moveor ex verbis legis styli.* nota 28 quòd omnia bona, quæ habent maritus, & uxor, sunt communia, & æqualiter inter eos dividenda, nisi quilibet eorum probaverit esse sua, quæ est recompilata *in l. 1. tit. 9. lib. 5. recompil.* ubi vide Matienz. *in gloss. 2.* & Azeved. *num.* ubi alios plures laudant. Garcia *de quæst. conjugali. num. 158.* Hæc præsumptio cessat, & probatio, quæ difficilis est, & excusatur maritus, si tempore, quo contrahit matrimonium, præsente uxore, si est major 25. annorum, vel ejus procuratore, aut curatore ad litem, aut patre faciat inventarium bonorum, quæ eo tempore habet, & ipsa ad calcem ipsius inventarii confiteatur coram testibus ea præsente factum fuisse, & verum esse, & tabellio præstet fidem. Palac. Rub. *in rubr. de donat. inter*, §. *60. in fin.* Roder. Suarez. *in tit. de las ganancias, num. 24.* & ibi Valdes. *vers. scriptur. public.* Gomez. 57. *Taur. n. 70.* Matienz. *l. 1. gl. 2. n. 2. tit. 9. lib. 5.*

In eadem Glos. ibi. *Pondero verbum sunt*, No- 29 ta, quòd verbum *sunt* est verbum substantivum, & de præsenti effectu, & includit perfectissimè substantiam rei, & non est aliud verbum ita substantivum. Adde Glos. *in l. mercis appellatione, ff. de verb. oblig.* Bart. *in l. maritus*, §. *legis, ff. ad legem. Juliam. de adulter.* Bald. *in l. quæ fortuitis, ff. de pignor. action.* Cœpha. *consil. 135. num. 28.* inter *consil. ultim. vol. tom. 2.* Honded. 57. *num. 29. vol. 1.* Matienz. *in l. 2. tit. 9. gloss. 3 num. 15.* Castill. *num. 33.* Pereir. *de empt. c. 10. num. 1. & 2.* Cevall. *quæst. 842. num. 35.* Guttierrez. *d. quæst. 118. num. 10.* In eadem Glos. ibi, *sed verbum sint.* Nota verbum sint non significare ipso jure. Adde Guttierrez. *ubi suprà*, de hoc verbo vide Tiraquell. *in repet. l. si unquam super verbo revertatur, num. 180. fallentia 60.* ubi plures laudat, & declarat, an sit verbum directum, & latæ sententiæ.

In eadem Glos. *hic vers. Tertiò hoc probatur.* No- 30 ta, quòd mulier potest conveniri ad debita contracta per maritum constante matrimonio. Adde Matienz. *in l. 3. tit. 9. lib. 5. recompil. gloss. 7. num 2.* Azeved. *in l. 9. eodem num. 18.* Rodrig. *de ann. redith, lib. 2. quæst. 9. num. 7. col. 2. vers. 2. moventur.* Valasc. *consult. 103.*

Sed quid è contra, poterit me uxor soluto matri- 31 monio debitores mariti, quorum debita communicata sunt ex instrumento debiti, executivè, vel ordinariè convenire & pensiones decursas census exigere? Aut obligatio, & emptio census expressè facta fuit in favorem mariti, & uxoris simul, & poterit pro sua parte convenire, quia verè domina est: aut obligatio facta fuit soli viro, & tunc si divisio bonorum facta fuit, & cessit ei nomen debitoris, poterit etiam agere, aut non est facta divisio, & tunc absque cessione non poterit; nam licet ipso jure dominium bonorum corporalium, quæ acquirantur constante matrimonio in uxorem transeat (ut diximus *suprà*) jura vero, & actiones ei non communicantur, nisi per cessio-

nem *ex l. 3. ff. pro ſocio*, quamvis enim jura, & actiones per alterum ex ſociis quæſita ad quæſtum pertineant, abſque ceſſione alter ſocius non nominatus, in inſtrumento rectè illis non expetitur, *ex dict. Gloſſ. 3.* Guttier. *lib. 2. q. 118. num. 15. 16. & 17.* ubi in hac quæſtione ſic diſtinguit, & contrariis reſpondit. Avendann. *reſponſ. 20. num. 3.* Pereir. *in l. 4. tit. 4. lib. 3. ordin.* Garcia, *de quæſt. conjug. num. 157. & 188.* ubi eandem diſtinctionem amplectitur. Roder. *de annu. redit. lib. 2. quæſt. 9. num. 67.* Contrarium tenent Parlador. *dict. c. fin. 3. part. §. 1. num. 4.* ubi pro ea tria fundamenta refert, & Azeved. *in l. 2. tit. 9. lib. 5. recompil. num. 19.* Sed horum fundamentis reſpondit Avendann.

32 Sed quid ſi maritus pro aliquo fidejuſſerit, & ab eo tanquam fidejuſſore debitum exigatur: nunquid etiam uxor pro medietate hujus debiti poterit conveniri: vide *l. 7. tit. 3. lib. 5. recomp.* quæ eſt in terminis, & *ibi* Matienz. *gloſſ. unic. & in l. 3. tit. 9. gloſſ. 7. num. 3.* Azeved. *in l. 5. eod. num. 20. & 21.* Guttier. *lib. 2. q. 128. per totam.* Ayor. *de par. c. 8. num. 12.* Garcia. *de aqueſt. conjug. num. 149.* Molin. *de ritu nupt. lib. 3. quæſt. 78. à num. 13.* Mena. *ad Gamm. in deciſ. 40. num. 1.* Paz. *q. 8. civil. num. 19.* qui ad hujusmodi debiti ſolutionem non teneri reſolvunt; niſi ratione alicujus conductionis maritus ſe cum aliis obligaverit, animo lucrandi in conductione. Alia vide in Addit. *gloſſ. 5. l. 13. tit. 10. hac p.* & de hoc non inveni contradictorem.

33 In eadem *ibi, & facit ad idem.* Nota, quòd mulier liberatur ab onere ſolvendi debita contracta per maritum, renuntiando lucris acquiſitis conſtante matrimonio. Adde Gomez. *in l. 6. Taur. num. 1.* Covar. *de ſponſal. 2. p. c. 7. §. 1. n. 11.* Matienz. *in l. 4. tit. 9.* & *ibi* Azeved. qui latè de hoc agunt & Garcia, *ubi ſupr.* ſed quid, ſi velit renuntiare lucris in præjudicio ſuorum creditorum, vel legitimæ parentum, vel filiorum? Vide Addit. ad Gloſſ. 2. *l. 12. d. t. 19. & prox. citatos.*

34 De quæſtione utrùm mulier poſſit renuntiare in favorem mariti lucris acquiſitis, & acquirendis conſtante matrimonio? vide Covar. *d. §. 1. num. 11.* Matienz. *in d. l. 9. tit. 9. gloſſ. 1. num. 2. & 5.* Azeved. *ibi, num. 2.* Spin. *in ſpecul. teſtam. gloſſ. 8. princ. n. 29.* Garc. *de conjug. aqueſt. num. 147.* Gomez. *in l. 60. & in l. 11. Taur. num. 66. in 1. caſu, verſ. ex quibus, & 2. tem. var. c. 4. num. 10. in fin.* ubi dicit in hujusmodi renuntiatione inſinuationem non requiri. Perez, *in l. 4. tit. 4. lib. 5. ordin. col. 2. verſ. dubitatur ulterius.* Guttier. *q. 126. per tot. & 127. num. 4. & 5.* Sanchez, *de matrimon. lib. 6. diſput. 5. num. 3. & 8.* qui idem docent, niſi ex hujusmodi renuntiatione reſpectu bonorum acquiſitorum legitimis aſcendentibus, ſeu deſcendentibus debitis præjudicetur, aut ſuis creditoribus.

35 Contrarium, ſequitur Gloſſ. *in l. 5. tit. 11. p. 4.* Paz. *q. 9. num. 10.* Mench. *cont. uſufreq. lib. 1. c. 13. num. 6.* Molin. *diſput. 289. verſ. ex hac.* Sed contra Lopetium tenent *ſupr.* relati, & Molin. *diſput. 435. verſ. quod attinet,* & multa cumulat Mieres *de majorat. 4. p. q. 23. n. 154.* Et in hac renuntiatione non requiritur licentia mariti: nam conſenſus ipſius pro licentia habetur. Caſtil. *in d. l. 60.* Azeved. *in l. 2. tit. 3. lib. 5. recomp. n. 16.* Garc. *n. 147.* Paz, *n. 11. & 13.* qui alios adducunt *ubi ſupr.*

36 Hujusmodi renuntiationem ab initio contractus matrimonii factam validam eſſe, omnes abſque controverſia amplectuntur. Roder. Suar. *in l. 1. tit. 3. de las ganancias, lib. 3. fori, num. 24.* Gomez. *in d. l. 60.* Guttier. *d. q. 126. à num. 1.* Mier. *à n. 154.* Azeved. *in l. 9. tit. 9. num. 2. & 6. lib. 5.* & *ibi.* Matienz. *gloſſ. 1. num. 1.* Ayora. *de partit. 4. p. in addit. ſequitur quarta ſpecies, verſ. nec hoc obſtat.* Alvarad. *de conject. mente teſtat. lib. 2. c. 1. num. 28.* Sanchez, *num. 1.* Garcia, *num. 147.* Paz, *num. 9. ubi ſupr.* vide addit. ad gloſſ. 3. *l. 15. tit. 11. p. 4.* Soluto matrimonio etiam ſine dubio procedit hujusmodi renuntiatio. Guttier. *num. 3. ubi ſupr.*

De quæſtione utrùm vir poſſit hanc renuntia- 37
tionem facere in uxoris favorem; vide Sanch. *ubi ſup. n. 7.* ubi non poſſe lucris jam acquiſitis renuntiare dicit, & alios allegat.

Renuntiationem, vel acceptationem hujusmodi 38
lucrorum ad inſtantiam mariti, vel ejus hæredum, vel creditorum, mulier, vel ejus hæres facere debet: ſolet etiam judex eis aſſignare terminum decem dierum, intra quem ea acceptet, vel repudiet, alioquin quod habebitur pro repudiante, juxta notata *l. fin. §. fin autem. C. de jure deliberan.* Pala. Rub. *in repet. rubr. de donat. inter. §. 66. num. 3.* Matienz. *in d. l. 9. tit. 9. lib. 5. recomp. gloſſ. 1. num. 8.* & Guttier. *d. q. 126. num. 4.* & durat hoc jus acceptandi, vel repudiandi triginta annis, ut *in l. licet, l. cum antiquioribus, C. de jure deliberandi*, & dantur ei centum dies ad deliberandum, niſi judex hoc tempus minuere voluerit, ut in caſu ſimili Juriſconſultus docet *in l. 2. ff. de jur. delib. & in l. 1. §. ſi intra, ff. de ſucceſſ. educ. §. liberis, Inſt. de bon. poſſeſſion.* & in aliis juribus per Palat. Rub. & Matienz. *ubi ſupr.* relatos.

Poſt repudiationem verò, vel acceptationem, etſi uxor læſa reperiatur, non poterit pœnitere, ut *in l. ſicut, C. de repud. hæred.* diſpoſitum extat in hærede, quia declaratio voluntatis non poteſt niſi ſemel fieri. Gloſſ. *in l. quidquid adſtringendæ, verb. ſecundum, ff. de verb. oblig.* quam *ibi* commendant Bart. Angel. Caſtr. & alii congeſti à Tiraquel. *in repet. l. beves, §. hoc ſermone, in Regno, num. 40. & ſeq.* & diximus in Addit. Gloſſ. *5. l. 7. tit. 4. ſup. in q. 15. limit. 3.* & Gloſſ. *4. l. ſeq. limit. 12. num.*..... Matienz. *in dict. l. 9. gloſſ. 1. num. 9.* & *ibi* Azeved. *num. 13.* Paz, *q. civil. 9. num. 12.* Parlad. *diff. 124. §. 1. num. 10.* Guttier. *dict. q. 126. num. 4. & lib. 4. q. 68.* ubi refert Ayoræ opinionem *in tract. de parti. 1. par. c. 8. num. 17.* Qui mulierem poſt acceptationem lucrorum poſſe ſe abſtinere à lucris docuit, ſi cœpta diviſione bonorum multa debita à marito contracta conſtante matrimonio appareant, & hujusmodi renuntiationem valere, ſi ante finitam diviſionem fiat, & ejus fundamenta proponit, & poſtea contrariam opinionem tuetur, & contrariis ab Ayoræ traditis pro ſua opinione reſpondit.

Ego verò, ſi debita apparerent, ſeu alia nova 39
cauſa ſuperveniſſet, Ayoræ opinionem in praxi tanquam veriorem, & æquiorem ſequendam eſſe judico ex fundamentis ab eo traditis, & à Guttier. repetitis; quia mulier lucra acceptavit, ut ipſa cogitabat, quæ non lucra, ſed damna ſunt. Rurſus lege non invenitur aliter diſpoſitum, nec *dict. l. 9.* hoc voluit: nam ſi voluiſſet, illud expreſsè diſpoſuiſſet: & prout providet hæredibus, ne ignoranter acceptando hæreditatem, quam lucroſam eſſe judicant, debitis involvantur, de beneficiis inventariis mulieribus etiam provideret, quia non minus periculum in acceptatione lucrorum eis imminet, quàm hæredibus. Facit etiam, nam *dict. l. 9. tit. 9. lib. 5. recompil. quæ eſt 60. Taur.* non ſtatuit certum tempus, intra quod mulieres

teneantur

teneantur lucris renuntiare: sed generaliter disponit, quòd mulier non teneatur ad debita constante matrimonio contracta renuntiando lucris matrimonialibus : ergo in quocumque tempore ad renuntiationem debet admitti, & hunc casum decidit *dict. l.* Facit etiam, nam hæres, qui inventarium non confecit, quoties ex creditorum confessione constat, quòd in hæreditate non erant tot bona, quæ ad creditorum satisfactionem sufficiant, ultra vires hæreditarias non tenetur, ut cum Bald. *in l. filium quem ercisc. col. penult. Cod. famil.* quem sequitur Alexand. *in l. fin. §. etsi præfatam, col. 2. in fin.* ubi etiam Jas. *col. 2. vers. limita tamen, C. de jur. delib.* & aliis tradit Roland. *de invent. quæst. 213. in nova edit.* ubi hanc sequitur tam respectu creditorum, quam legatariorum : (etsi Covarr. *in c. 1. de testament. num. 24. & 25.* in legatariis tantùm eam sequatur,) ergo eadem ratione, si constat ex divisione bonorum, quòd non sunt lucra, nec bona sufficientia ad satisfactionem creditorum, mulieribus subveniendum est, quæ agunt de damno vitando. Nec obstat, quòd declaratio voluntatis non potest nisi semel fieri: nam hoc procedit in hærede, cui datur tempus ad deliberandum, & beneficium inventarii, ne ultra vires hæreditarias teneatur : & etiam sunt de jure actus, ex quibus acceptatio præsumitur, ut si se hæreditati immisceat, de quibus *in l. gerit. ff. de acquir. hæred.* Quod secus est in mulieribus: nam in eis bonorum acquisitorum constante matrimonio statim dominium transfertur, absque eo quòd earum acceptatio requiratur, in quarum favore condita fuit *d. l.* 9. ut non obstante, quòd de jure secundum leges societatis ad debita erant pro sua parte obligatæ, renuntiando lucris, pro eis non possent conveniri, ne remaneant indotatæ.

40 In minoribus 25. annorum hæc sine dubio procedunt, quia adversus acceptationem lucrorum eis competit beneficium restitutionis in integrum, prout hæredibus minoribus adversus acceptationem, vel repudiationem hæreditatis. Guttier. *d. lib. 4. q. 68. num. 14. & 15.*

41 In eadem *ibi, si quis dicet.* Nota dominium acquisitorum de jure gentium per traditionem ex sola voluntate, & renuntiatione non dimittendo possessionem, amitti non posse. Adde Addit. ad Gloss. *7. l. 7. tit. 4. supr.* & ibi laudatos. Matienz. *in d. l. 1. 2. gloss. 3. tit, 9. n. 17.* Guttier. *d. q. 118. n. 8. vers. pro hac sententia.*

42 In eadem ibi, *hic vero tractamus.* Nota dominium, quod absque traditione per legem transfertur, etiam sine traditione ex solo pacto, seu renuntiatione amitti posse. Adde Addit. ad Gloss. 7. Matienz. Guttier. *ubi supr.* ex quo deducitur per renuntiationem lucrorum mulierem dominium, quod ex beneficio legis in eam translatum fuit, amittere.

43 In eadem ibi, *non obstat, quod objiciebatur.* Nota rationem diversitatis, quare in legato quotæ ratione incertitudinis dominium in legatarium à die mortis testatoris non transferatur, de quo *suprà, n.*....& in uxorem medietatis lucrorum transeat, etsi eadem incertitudo sit; scilicet, quia quota bonorum, in legato intelligitur de his bonis, quæ deducto ære alieno supersunt ; in lucris verò non solùm eorum bonorum, quæ deductis capitalibus utriusque conjugis, & debitis superlucrata sunt, dominium pro medietate uxori acquiritur, sed omnium bonorum acquisitorum, etsi non sint lucrata, ut diximus in Addit. ad Glos. *7. l. 49. supr. hoc tit. n.*....

Infert ex hoc Gloss. *hic*, quòd mulier potest 44
solvere capitale viri, & retinere sibi lucra. Hæc autem illatio contrarietatem in se habere videtur: nam esse lucra, quæ possit uxor retinere, & capitale marito deberi, repugnant his, quæ ex Gloss. notavimus *suprà*, scilicet non esse lucra, nisi deductis prius debitis, & utriusque conjugis capitalibus. Intellige hanc glossam non de lucris, quia non possunt stare, simul cum debito capitalis, sed de bonis emptis constante matrimonio cum pecuniis capitalis mariti, vel aliundè, quorum medietatem ratione dominii sibi acquisiti solvendo pretium eorum poterit uxor retinere, quia non solum dominium earum rerum, quæ lucrata sunt, pro dimidia in eam transfertur ; sed etiam omnium aliarum rerum, quæ empta sunt, licèt soluto matrimonio appareat, nihil deductis debitis, & capitalibus superlucratum esse, ut diximus *in gloss. 7. l. 49.*

Ex quo nota, dominium bonorum acquisitorum 45
constante matrimonio in uxorem statim transire, non ex eo quòd sunt lucrata, sed ex eo quòd fuerunt empta matrimonio constante, *ex l. 2. tit. 9. lib. 5. recompil.* ubi non sine mysterio dixit, cum de bonis acquisitis per conjuges ageret, omnia, quæ vir, & uxor acquisiverint, vel emerint, esse communia, ut *in d. gloss. 7.* diximus ; unde sequitur nullam connexitatem habere dominium, quod uxori acquiritur, cum lucris, & de per se unumquodque stare ; & licet non possint esse lucra, absque eo quòd eorum uxor dominium habeat, posse tamen habere dominium sine lucris.

Ex quibus infertur per renuntiationem lucro- 46
rum per uxorem soluto matrimonio factam, dominium rerum acquisitarum non amittere, & soluto pretio eas posse retinere, aut cum debito suæ dotis compensare, ut diximus *in gloss. 7. l. 49. suprà.*

Secundò, quia uxor per renuntiationem lucrorum, non videtur renuntiare his, quæ de jure communi ad eam spectare possunt : sed de jure communi, si vir, & uxor simul aliquam rem emant, aut vir nomine utriusque, & ipsa ratum habeat, & eis tradatur, dominium pro medietate in eos transit, & marito actio ad pretium tantùm datur, si ab eo sit solutum, nisi uxor non sit solvendo : nam tunc in subsidium potest ipsam rem vendicare, ut diximus *in dict. gloss. 7.* ergo prædicta renunciatio non extenditur ad dictum dominium, quod alio jure, quàm lucrorum, ad eam spectat.

Et idem hodie dicendum est de rebus emptis, vel acquisitis ab altero, ex conjugibus etiam nomine proprio, quia ex beneficio *l. 2. tit. 9. lib. 5. recomp.* statim alteri pro sua medietate dominium acquiritur, tanquam si ab utroque simul emptæ fuissent : jam enim per dictam legem correctæ sunt, *l. 1. & l. multum interest, Cod. si quis alteri, vel sibi,* ut notat Guttier. *lib. 2. q. 117. num. 2.* & diximus *in d. gloss. 7.*

Tertiò facit, renuntians lucris alicujus societa- 47
tis non videtur velle se in suo capitali præjudicare, & actionibus privilegiatis, aut juribus, quæ ei pro eo consequendo competunt, renuntiare: nam lucra dicuntur, quæ deductis capitalibus supersunt, ut *suprà* diximus ; & qui lucris renuntiat de amissione capitalis non cogitat; sed, si renuntiatio lucrorum facta per mulierem ad dominii renuntiationem extenderetur, sibi nimis præjudicaret, si esset dos primi matrimonii, aut alter antiquior creditor, & bona mariti omnibus non sufficerent:

sufficerent : nam bonis emptis, & acquisitis sua dote,& labore privaretur ; quia prior dos in his, in quibus secunda dos dominium non prætendit, potior est, & ei præfertur : ergo contra mentem, & voluntatem renuntiantis non debet renuntiatio lucrorum ad dominii renuntiationem extendi, & ampliari, quæ stricte est interpretanda, pro quo faciunt ea,quæ adduximus, *in d. l. gloss.7.*

Sed urget in contrarium, nam dominium bonorum acquisitorum constante matrimonio non transit in uxorem absque ejus acceptatione,prout dominium legatorum, quod transit in legatarium, *l. legatum ita dominium, ff. de legat.2. l. à Titio, ff. de furt. l.1. §. utrum, ff. si quid in frau. patro.* ibi: *Quamvis legatum retro nostrum sit, nisi repudietur.* Sanchez,*de matrimon. lib. 6. disput.4. num.* 8. & in specie, quòd dominium non transferatur in uxorem absque acceptatione, tenent Sanchez, *dict. lib.6. disput. 5. num.3. & 11.* Molina *disp.435. vers. ducuntur, & vers. anteced.* ait esse hujus opinionis tenentes constante matrimonio uxorem in favorem viri lucris renuntiare posse. Item comprobatur, quia dominium, quod est penès uxorem constante matrimonio, non est cum effectu, ut dicemus: ergo si acceptatio lucrorum ex parte uxoris requiritur, ut ei dominium acquiratur, cessant omnia à nobis *suprà* considerata.

48 Sed his non obstantibus resolutio supra tradita de jure procedit : nam ipso jure absque acceptatione in uxorem transfertur dominium medietatis omnium bonorum, quæ constante matrimonio lucrantur,vel emuntur per maritum, quod comprobatur ex traditis *suprà*. Rursus probatur ex text. *in l.60. Taur. hodie,l.9. tit.9. lib.5. recomp.* ubi speciali favore mulierum statuitur, quòd renuntiando lucris non teneantur ad debita constante matrimonio contracta ; sed renuntiatio supponit acquisitionem, ergo jam erat domina lucrorum absque acceptatione, aliàs nullam specialitatem contineret : nam hæres, & legatarii absque acceptatione hæreditatis,vel legati non tenentur creditoribus;& hanc opinionem tenet Molin. *ubi supr. vers. accedamus, col.4.* & in quantum dicit per renuntiationem amittere dominium,convincitur ex *suprà* traditis.

49 In eadem Gloss. *ibi*, *advertendum tamen est.* Nota,quòd dominium, & possessio, quæ ipso jure uxori acquiritur rerum, quæ constante matrimonio fuerunt lucratæ, vel acquisitæ, non est cum effectu,hoc est in actu,sed in credito, vel habitu: & adde Roder. Suar. *in l.1.tit.3. de las ganan. lib.3. fori, num. 58. vers. sed intellige.* Covarr. *lib.3. var. c.19.num.2.in fin.*Gomez. *in l.53. Taur. num.67. in fin.* Castill. *in l.46. Taur. col. 17. vers. ha de aver. col.1. vers. vel dic, & vers. solutio est.* Matienz. *in l.2.tit.9.lib.5.recompil.gloss.3.num.18.* ubi bene explicat, & *ibi* Azeved. *num.* 17. Avend. *in l. 14. Taur. gloss.1.num.6.* & idem tenent *supr.* citati *num.* qui conveniunt, hujusmodi dominium non esse cum effectu,donec solutum sit matrimonium; nec eo constante dominium residere in muliere propriè in actu, sed in credito, vel habitu, qui habitus non habet effectum reale, cum absque fraude maritus possit constante matrimonio acquisita alienare.

50 In eadem ibi : *nam de jure non potest agi ad divisionem lucrorum.* Nota ad divisionem lucrorum agi non posse, nisi societate soluta, & uxorem constante matrimonio non posse à marito petere divisionem bonorum. Adde Ancharan. *cons. 101. vers. ex quibus verbis.* Boër. *in consuet. Bituri. tit. des coustumes concernans les Juges, §. 10. col.1. vers. & non solum.* Benedict. *in c. Rainutius, verbo, & uxorem nomine Adalasiam, n.* 788. Castill. *in l. 46. Taur.col.3.vers.dic & melius.* Suar. *in d. l. 1. n. 58.* Avend. *d. gloss.1.n.3.*

In eadem Gloss. *ibi*, *præsertim cum constante* 51
matrimonio. Nota constante matrimonio administrationem bonorum acquisitorum esse in persona mariti, quod ipse potest alienare sine consensu mulieris. Adde Segura, *tract. de bon. lucrat. const. matrimon. num. 12. & num. 238. & ibi*, Perez, Matienz. *in l.5. gloss.6. tit.9. lib. 5. recomp.* & *ibi*, Azeved. *num.7.* & intellige si bona fide, & fraude cessante faciat. Garcia, *de exp. & mel. c. 13. num.* 18.

Amplia,ut possit maritus de bonis lucratis con- 52
stante matrimonio titulo lucrativo disponere,& ea donare,ut docet Gomez.*in l.53.Taur.n.73.*ubi eam quinque argumentis corroborat, & eam sequitur Garcia,*n.18.*Ayora.*de partit.p.2. q.41.num.46.* ubi dicit,Tellum audacter Gomezii opinionem reprobasse, & fundamenta refert, & expendit Matienz. *in l.5.tit.9.lib.5.recomp.gloss.6.n.5.cum 4.seq.*& eam sequitur Angul. *in l.3. gloss.2. n.9. & aliis,tit. de las mejoras,* ubi mero jure, donationem valere dicit, licèt veniat revocanda, si in fraudem facta fuisse probetur.

Contrariam, quòd maritus nullo modo possit 53
donare res acquisitas constante matrimonio veriorem esse dicunt,& sequuntur Pal. Rub. *in rubr.de donat. inter §.66. num.29.* Suar.*in l.1.tit. de las ganancias,lib.3. fori. leg. num.52.* ubi contra Anchar. cujus doctrinam,& rationes ponderat *ibi,num.49. & 50.* hanc rationem dicit. Perez. *in l. fin. tit.4. in gloss. verb. pueda,lib.5. ordin. pag.170. col.2.* Roxas, *de succes. ab intest. c.33. num.25.* ubi contrariam opinionem erroneam, & falsam appellat. Tell. Ferd. *in l.19. Taur. à num.2.* ubi latissimè contra Gomez. hanc tuetur. Matienz. *in l. 5. tit.9. lib.5. recompil. gloss.6. à num.10.*ubi postquam contrariæ opinionis rationes, & fundamenta à *num.6.* recensuit,hanc tuetur.Guttier.*lib.2.q.121.* ubi utriusque partis argumentis, & auctoritatibus propositis hanc veriorem,& receptiorem esse, dicit. Valdes. *in addit. ad Suar. in d.num.49. litt. D.*ubi communem dicit.

Nulla harum opinionum placet Molin. *de Hisp.* 54
prim. lib.2. c.10. num.67. & aliam mediam sententiam sequendam esse dicit,scilicet quòd maritus ex bonis multiplicatis possit aliqua moderatè,atque ex justa causa donare ; & concordat, scilicet quòd prima opinio procedat,quando maritus donat rem parvam, & moderatam ; contraria, quando rem magnam donasset ; & doctrinam Molinæ sequuntur Paz.*q.civil.9.num.23.* Guttier.*d. quæst.121.n.4.* Avend.*in l.17.Taur.gloss.4.n.4.* Azeved. *in d. l.45.* ubi prædictas opiniones non esse contrarias dicit,& omnes convenire, quòd donatio fraudulenter, & dolosè à marito facta de rebus acquisitis constante matrimonio non valet, fraude verò, & dolo cessante valere. Ut si pro maritanda filia communi donasset, vel aliquid modicum, vel in remunerationem servitiorum. Intellige ea,quæ dicta sunt de donatione modica, & moderata, nisi facta sit ex mera liberalitate, & sine justa causa, quia tunc, etsi alienatio facta titulo donationis tolleretur ex parte,quæ ad maritum donantem spectat, satisfiet uxori damnum,quod propter donationem passa est:

Ut

Ut cum Ayora *de part. q. 41. num. 47.* Avend. *in d. l. 17. Taur. gloss. 4. num. 4.* tradit Barbos. *in dict. l. 1. ff. solut. matrim. 1. p. num. 40.* ubi alios etiam laudat; & idem voluit ante eos Angul. *in l. 3. tit. de las mejoras, gloss. 2. à n. 9.* ubi donationes à marito factas de bonis lucratis valere dicit, & uxori damnum ex aliis bonis communibus esse resarciendum.

55 Limita hanc resolutionem in donationibus factis ad pias causas, seu pro donatione, & constructione capellæ, & in eleemosynis à marito de rebus acquisitis constante matrimonio factis: nam hujusmodi donationes valere, docet Matienz. *in d. gloss. 6. num. 12.* ubi hanc doctrinam exornat. Navarr. *in c. non dicatis, 12. q. 1. num. 37.* ubi dicit, quòd potest consumere in eleemosynis, & aliis piis causis; quia non est simpliciter donare, sed in suos utilissimos usus convertere, & *in manuali, c. 26.* Intellige ex Barbos. *ubi supra, num. 41. & 42.* quando donatio est moderata, & non excessiva, ita quòd uxor remaneret multum decepta, & defraudata.

56 Per testamentum, & ultimam voluntatem marito non licet de bonis lucratis disponere: & si aliquam ex rebus acquisitis constante matrimonio legaverit, poterit mulier dimidium legati retinere. Covar. *lib. 3. var. c. 19. n. 2. in fin.* Afflict. *decis. 350. n. 3.* Ayora *d. q. 41. n. 49.* Avend. *d. l. 5. n. 16.* Gartia, *de expensis, c. 13. n. 20.* ubi uxori hoc permitti dicit, non verò filiis hæredibus matris, *per l. 24. tit. 13. hac part.* ubi latè.

57 Quando uxor, vel maritus per testamentum relinquit rem acquisitam constante matrimonio, an totam rem, vel partem tantùm ad eum spectantem legasse videtur? Vide Garcia. *c. 22. num. 5. ubi prox.* Matienz. *in l. 3. tit. 6. gloss. 2. num. 5. lib. 5. recomp.* ubi suam tantùm partem legasse dicunt, & alios laudant. Et quid si maritus donat rem communem, an suam partem donare videatur? Vide Angul. *in l. 5. gloss. 2. tit. de las mejoras, num. 12. vers. non obstat,* ubi in totum valere dicit; sed vide Addit. *supr.*

SUMMARIUM.

1 *Verbum vendere in odiosa significatione non extenditur ad alium contractum, & in materia retractus non est favorabile.*

2 *Verba statuti debent accipi in proprio significatu.*

3 *Retractus an habeat locum in datione in solutum.*
Et quid in voluntaria, seu necessaria, & quid ratione communionis, seu sanguinis, num. 4. 5. & 6.

7 *Differentia inter retractum communionis, & sanguinis.*

8 *Retractui an sit locus in rebus æstimatis in datem datis.*

9 *Retractui an sit locus, si res mobilis pro immobili detur.*

10 *In permutatione retractui non est locus.*

11 *In transactione retractui sanguinis, seu communionis an sit locus.*

12 *Retractui jure sanguinis non est locus in locatione, secus jure communitatis.*
Plures conductores alicujus fundi, vel decimarum, si unus cedat partem suam extraneo, possunt consocii eam retrahere.

ADDIT. GLOSS. IV. &c.

AD Gloss. 4. Nota, quòd verbum *vendere* in materia non favorabili non est extendendum ad alium contractum. De hoc verbo *venditio*, & an prohibita, vel permissa venditione alii contractus prohibiti, vel permissi videantur, vide Addit. Gloss. 2. *l.* 43. *supr.* 1

In eadem Gloss. *ibi, sed cum non sit.* Nota materiam retractus non esse favorabilem, & verbum *vendere*, restringendum esse ad venditionem propriè sumptam. Adde Tiraquell. *in præf. de retract. lign. n. 56. usque ad 65.* ubi plures refert. Castill. *in l. 47. Taur. verb. vendita.* Montal. *in l. 13. tit. 10. lib. 3. fori, l. super verb. por otra heredad.* Covarr. *n. 29. n. 4. vers. 5. ex eo.* Gomez. *in l. 70. Taur. num. 1.* Peralt. *in l. 2. n. 8. ff. delat. 2.* Matienz. *in l. 7. tit. 11. lib. 5. recomp. gloss. 1. num. 22. & gloss. 7. num. 1. vers. moventur, & in l. 8. ejusd. tit. & gloss. 13.* ubi strictè juris esse dicit, nec licere à verbis legis discedere, & strictè juris quid dicatur, & quomodo accipiatur. Azeved. *in l. 7. tit. 11. lib. 5. recompil. num. 6. & 2.* etsi aliud velit Parlador. *diff. 109. §. 4. num. 4. & 5.*

In eadem *ibi, si de statuto, vel consuetudine.* Nota quòd verba statuti in proprio significatu accipi debent. Adde *l. 3. §. hæc verba, & ibi.* Bart. *de negot. gest.* Dec. *in l. non vult, de reg. jur.* Grivel. *decis. Dolan. 86. num. 27.* Matienz. *in d. gloss. 7. num. 1.* ubi alios adducit, & *num. 5.* tradit aliud esse, quando apparet de mente statuentis, & explicat quando de mente statuentis constare dicatur. Cacheran. *decis. 58. à num. 7.* Giurb. plures laudans *decis. 70. num. 15.* & ampliat, etsi menti verba sint contraria, vel adsit statutum, quòd statuta ad literam debeant intelligi. 2

In eadem *ibi, & idem videtur,* varii sunt DD. in quæstione, de qua Gloss. *hic,* utrum retractus jure sanguinis, seu communionis habeat locum in datione in solutum, & partem negativam, scilicet quòd res data in solutum non possit retrahi, cum Specul. & Andr. à Gloss. citatis tenent Pena, *in l. ult. col. 1. vers. item qui non potest, C. de præd. de cur. lib. 11.* Joan. Port. *in l. Sabinus, ff. delegat. 1.* Alex. *in addit. ad Bart. in l. litis, ff. pro empto, & consil. 76. col. 3. lib. 5.* Aretin. *124. col. penult.* Corn. *166. col. 5. lib. 2.* Guid. Pap. *decis. 257.* Dec. *cons. 18. col. 2. vers. nec obstat quod dicitur, & 578. col. 2.* Crot. *in repet. l. filiusfamilias, §. Divi, col. 16. vers. 3. adducitur, & col. 34. vers. 3. fit concl. & ibi,* Loaçez, *num. 483.* Rip. *num. 101. ff. delegat. 1.* Paris. *cons. 82. num. 18. lib. 3.* quos, & alios referunt Tiraq. *de retract. lign. §. 1. gloss. 14. num. 5.* & Matienz. *in l. 7. tit. 11. lib. 5. gloss. 7. num. 1.* 3

Contrariam opinionem in datione in solutum voluntaria, quando species datur in solutum pro quantitate, tenet Gloss. *hic,* cui adde Fabr. Bald. Dec. Crot. Fab. de Monte, & alios quamplures, quos sequitur Tiraquell. *in dict. gloss. 14. num. 2. 3. 4. & 7.* Matienz. *num. 2. & 3. in dict. gloss. 7.* qui *in n. 5. & 6.* contrariis respondit. Gomez. *in l. 70. Taur. num. 2.* Cifuent. *in quæst. 40.* Arias, *n. 29. ibi.* Guttier. *lib. 2. q. 157. vers. nihilominus,* hanc veriorem dicit, Azeved. *in d. l. 7. tit. 11. lib. 5. recompil. num. 72.* Ignat. Villar. *in sylva respons. 11. num. 38.* Parlad. *in sexq. diff. 109. §. 4. num. 4. & 5.* Gratian. *discept. c. 544. num. 14.* 4

In datione verò necessaria, quando res factis subhastationibus adjudicatur per judicem creditori, non

non esse locum retractui, docet Gloss. *hic*, cui adde Jas. *in l. cætera, §. sed si separavit, num. 12. col. 2. vers. item per istum text. ff. de legat. 1.* Afflict. Fabian. de Monte, Dec. Corras. & alios sequutos per Tiraq. *in d. §. 1. gloss. 14. num. 8.* Matienz. *in d. l. 7. tit. 11. gloss. 7. num. 9.* ubi pro hac opinione alios adducit. Ignat. Villar. *d. resp. 11. num. 38.* ubi hoc intelligit de datione in solutum, de qua *in l. 6. tit. 27. part. 3.* quando nullo reperto emptore bona æstimata traduntur creditori in solutum, de qua & egimus *supr.* in addit. ad Gloss. 7. *num. 37. l. 52. sup. hoc tit.* Gratian. *ubi suprà, à n. 21.* hanc sequitur, *& in 46.* plures pro hac retulit, & latè contrariis satisfacit.

6 Etiam in hoc casu, quando res æstimata per judicem creditori in solutum datur, locum habere retractum contra Gloss. *hic*, tenent Cisuent. *in l. 70. Taur. q. 40.* Arias, *num. 19.* Gomez. 20. *ibi.* Matienz. *num. 10.* Guttier. 157. Azeved. *in dict. l. 7. num. 72.* Gratian. *ubi supra, n. 18.* ubi ex Franch. *decis. 277. & 482. num. 1. & 2.* Asci. *determ. 200.* & Prosp. Rand. *de jur. protohom. in verb. non aliter, n. 65.* tradit sive adjudicetur ipsimet creditori, sive alii tertio: quos vide, & Tiraq. *n. 8. ubi supr.* & probatur *ex l. 9. tit. 11. lib. 5. recomp.*

Pro conciliatione assignatur differentia inter adjudicationem factam nulla præcedente æstimatione, quamvis pignora minoris valoris sint, de quo egimus *in d. addit. glos. 7. l. 52. suprà*, & quando æstimatione facta in concurrenti quantitate pignora creditori in solutum traduntur. Sed hac concordia non obstante generaliter retractui esse locum tenendum est, *ex d. l. 7.* ut latè comprobat Guttier. *ubi suprà.*

7 In retractu ratione communionis hæc omnia non procedere noviter tradit Villar. *in dict. resp. 11. num. 39.* Sed hæc opinio ita est minus juridica, quàm nova, quia eadem ratio militat, ut socius admittatur ad retractum, si socius rem vendat, ac si in solutum det, quòd multum interest sociis, & ideo datur eis jus retractus: & diversitatis ratio, quam Gloss. agnoscit inter retractum sanguinis, & communionis, est respectu rerum mobilium, in quibus militat eadem ratio, ut socius possit partem socii retrahere, quæ militat in rebus immobilibus, quòd secus est in retractu sanguinis, in quibus cessat ratio affectionis ad res majorum, & ideo in rebus mobilibus non datur eis jus retractus. Matienz. *in l. 13. tit. 11. gloss. 3. num. 3.* & faciunt tradita per Tiraquell. *de retract. lign. §. 1. gloss. 14. num. 18.*

8 Amplia 1. etiam procedere in rebus æstimatis in dotem datis: nam talis æstimatio facit emptionem. Adde Tiraquell. *d. §. 1. gloss. 4. num. 19. c. 108. & 109.* Matienz. *in l. 7. tit. 11. gloss. 7. num. 16.* & *ibi* Azeved. *num. 73.* Mutam *super consil. Panormit. c. 7. n. 31.* & Gratian. *discept. 145. n. 94.* De quæstione, quando æstimatio facit emptionem, vide Add. ad Gloss. 5. *l. 22.*

9 In eadem Gloss. *ibi, nisi tunc daretur.* Nota retractum habere locum, nisi res immobilis pro mobilibus detur, quia tunc idem est, ac si daretur pecunia. Adde Guttier. *lib. 2. q. 157.* ubi cum Glos. *hic* transit: & intellige, quando res mobilis, quæ datur pro immobili, consistit in pondere, numero, vel mensura, quia hujusmodi res recipiunt functionem in genere suo: Vide Tiraq. *§. 1. gloss. 14. n. 40.*

10 In eadem Gloss. *ibi, nec etiam procederet dispositio hujus.* Nota quòd non est locus retractui in contractu permutationis; & adde *l. 7. tit. 11. lib. 5. recomp.* ibi: *Mas si la quisiere por otra heredad tre-*

car, no le pueda mingun pariente contradezir; & ibi Matienz. *gloss. 10.* ubi examinat, an sit permutatio, quando species simul cum quantitate datur pro specie (de quo nos egimus in Addit. *leg. 1. tit. 6. infra*) & alias quæstiones; & Azeved. *n. 80.* Parlad. *in sexq. diff. 109. §. 4. n. 6.* & vide Tiraq. *de retr. lign. §. 1. gloss. 14. à n. 28.*

In eadem Gloss. *ibi, an autem habeat locum in transactione.* Nota in transactione habere locum retractum istum ratione communionis, & consortem posse consequi jus, quod transigens dimisit, ex Tiraquell. *in d. §. 1. gloss. 14. à num. 60. usque ad n. 76.* quem licet in retractu consanguineorum impugnet Matienz. *in d. l. 7. gloss. 7. num. 14. tit. 11. lib. 5. recomp.* & eum sequatur Azeved *ibi, num. 71. in l. 9. num. 2.* iterum reassumit quæstionem, & se remittat ad Tiraquell. & ratio diversitatis est, scilicet quia retractus sanguinis non ad jus, sed ad rem immobilem datur, quod in retractu communionis cessat, quia in eo etiam ad jus, & actiones competit, ut in addit. Gloss. 2. 11

In eadem Gloss. *ibi, quid in locatione.* Nota ex Tiraquell. *in d. §. 1. gloss. 14. num. 79.* quod retractus consanguineorum non habet locum in locatione etiam ad longum tempus; & *à num. 87.* ubi alios refert. Matienz. *in gloss. 1. num. 10.* Azeved. *num. 11. ubi supr.* & ex Parlad. & aliis tradit Guttier. *de gabel. q. 40. num. 6.* sed aliud est dicendum in retractu, quæ competit jure communionis. Si enim unus ex sociis rem communem locet, alter socius in locatione ratione communitatis præfertur. Gomez. 2. *tom. variar. c. 3. num. 14. col. 2. verfic. item adde*: ubi pro hac doctrina duas rationes tradit, quarum præcipua est, quia in hoc casu militat regula juris, quæ habet, quòd tenetur quis facere, quod sibi non nocet, & alteri prodest. Mastril. *decis. 4. per tot.* ubi sic fuisse decisum refert Cavalcan. *in reper. decis. in verb. jus congrui, limit. 7.* Carroc. *locati, & conduc. tit. de jure congrui, num. 2.* Menoch. *de arbitr. casu 442. à num. 14.* ubi latè fundat, & contrariis, quæ objici possunt, respondit. Marcus *decis. 52. num. 3. 1. p.* Surd. *cons. 43. num. 12.* Fontanel. *de pact. nupt. claus. 4. gloss. 9. p. 2. num. 12. 13. & 14.* & pro opinione ex antiquioribus laudant Socin. *in l. si socius, ff. si cert. petat.* & Flor. *in l. Sabinus, eod.*

Subamplia procedere etiam in prædio rustico communi, ex quo si unus socius locet partem suam, alter præfertur, ut cum Ruin. *cons. 147. n. 4. lib. 4.* Beroj. 137. *num. 12. lib. 1.* Rip. *in l. quaminus, n. 140. ff. de fluminibus*, tradit Surd. *d. cons. 43. sub num. 12.* quem sequitur Mastril. *d. decis. 4. n. 6.*

Subamplia 2. in pluribus conductoribus alicujus fundi, vel decimarum, vel aliorum redituum: nam si unus ex eis cedat partem suam extraneo, poterunt alii consocii eam retrahere, ex traditis *supr.* in Addit. gloss. 1. & gloss. 2.

SUMMARIUM.

1 *Socius si partem suam uni ex consociis vendat, alii non poterunt eam retrahere, & quid si emens fit rixosus, & quid in retractu sanguinis si consanguineo vendatur.*

2 *Rustici ex sua natura cum ditantur superbi efficiuntur.*

3 *Plures socii si concurrant simul ad retrahendum, an simul admitti debeant.*

Seu qui majorem partem habet præferatur, num. 4.

Et quid in retractu jure sanguinis, n. 5.

6 *Socius an poſſit partem, quam pro indiviſo cum alio habet, eo invito alienare, n.* 7. 8.

9 *Majorem partem in re habentes non poſſunt totam alienare invito ſocio, niſi res ſit expoſita alienationi.*

10 *Statutum prohibens vendere extraneo irrequiſito conſocio valet. Et quòd vicinus ſeu civis poſſit exteris venditum retrahere.*

11 *Volens jure communionis retrahere, debet ſolvere pretium ab emptore ſolutum, etſi ſit exceſſivum, & non tenetur ultra pretium conventum.*

Etſi adſit clauſula, ſi plus valet dono, n. 13. 14. *&* 15.

12 *An teneatur pretium ſtatim ſolvere emptori, ſi ſit habita fides de eo.*

16 *Retractui an ſit locus, quando in parte fuit vera donatio, in altera venditio.*

17 *Emptor ſi pretium ultra conventum ratione bonæ fidei auxerit, an teneatur retrahenti ſolvere.*

ADDIT. GLOSS. V. &c.

1 AD Gloſſ. 5. Nota quòd ſi ſocius partem ſuam uni ex conſortibus vendat, alii non poterunt eam retrahere, licet emptor minorem partem habeat. Adde quos adducit Tiraq. *de retract. lign.* §. 11. *gloſſ.* 6. *num.* 11. Matienz. *in l.* 13. *tit.* 11. *lib.* 9. *recompil. gloſſ.* 13. *n.* 10.

Contrariam opinionem tenent alii, quos refert Tiraq. *ubi ſupr. num.* 17. & eam ſequitur Parlador. *in ſexq. differ.* 109. §. *fin. num.* 14. ubi tradit, quòd ſi unus ex ſociis vendat alteri partem, quam habet, poterunt alii ſuo jure contra eum uti. Sed prima comprobatur ex textu noſtro, ibi: *puede la vender aqual quiera de los que han en ella parte, o a otro eſtranno;* & quando de facultate retrahendi agit, loquitur de venditione facta extraneo, & non de ea, quæ conſorti fuit facta, ibi: *quiſiere dar tanto por ella como el eſtranno,* & ibi: *è eſſe la deve aver, antes que el eſtranno.*

Intellige Parlad. & aliorum opinionem, quando ſocius, qui alterius ſocii partem emit, erat aliàs rixoſus, ex Gloſſ. *hic,* & Matienz. *in d. num.* 10. ubi eam ſequitur. In retractu verò ſanguinis, ſi res patrimonialis remotiori intra quartum gradum vendatur, proximior poterit eam retrahere, Cifuen. *in l.* 70. *Taur. in princ. q.* 1. Gomez. *ibi, n.* 13. Tiraq. *de retract.* §. 11. *gloſſ.* 6. *num.* 10. 14. *&* 15. Chaſſan. *in conſuet. Burg. tit. de retract.* §. 3. *in princ.* Montal. *in l.* 13. *verb. tanto por tanto, in fin. tit.* 10. *lib.* 2. *fori.* Matienz. *in l.* 17. *gloſſ.* 5. *à num.* 8. ubi contrariæ fundamenta refert, *& à n.* 12. hanc ſequitur, *& in n.* 13. ex Martin. Lauren. & Card. Alexan. ait, ſi vaſallus alienavit feudum paternum in agnatum remotiorem, poſſe proximiores retrahere, ac ſi in extraneum fuiſſet facta alienatio. Azeved. *dict. l.* 7. *num.* 59.

In Gloſſ. *ibi, quia etiam ratione, &c.* Nota, quòd quis dicitur conſors ratione minimæ partis. Adde Jaſ. *conſ.* 185. *col.* 4. *verſ.* 5. *in favorem, lib.* 2. Mari. Muta. *ſup. conſuet. Pavermit. c.* 28. *n.* 1. Felin. *in c. Eccleſia S. Mariæ, n.* 51. *verſ.* 6. *declaratio, de conſtit.* Joan. de Amic. *conſ.* 1. *num.* 46. 47. *&* 56. Gratian. *diſcept. c.* 4. *n.* 4. *&* 5. ubi communem ſolùm habere in puteo ſufficere dicit aut in balneo, aditu, acceſſu, fovea, fiſtula, aut canali, & hunc caſum eſſe, in quo minimum trahit ad ſe maximum, *& in c.* 745. *num.* 48.

In eadem Gloſſ. *ibi.* Nota de natura ruſticorum 2
eſſe, cum ditantur ſuperbire, & ſe in elationem extollere. Cicero. 4. *reth.*

In eadem Gloſſ. *ibi, vel ſaltim pro partibus, in* 3
fin. Nota quòd quando plures ſocii concurrunt ad retractum partis per unum ex conſortibus alienatam, pro virili parte, quam quis habet in re, eſſe admittendos. Adde Fabian. de Monte, *de empt. q.* 3. *prin. n.* 43. Cifuent. *in l.* 75. *Taur. q.* 2. Matienz. *in d. l.* 13. *tit.* 11. *gloſ.* 3. *n.* 8. Parlad. *ubi ſupr. differ.* 109. §. *fin. num.* 13. ubi hanc veriorem dicit, *ex l. reconjuncti, ff. delegat.* 3. Azeved. *in d. l.* 7. *tit.* 11. *lib.* 5. *recomp. num.* 54.

Contrarium, imò quòd habens partem aliis con- 4
ſortibus præferatur, tenuerunt Fabian. de Monte, *ubi ſupr. num.* 44. & Rota, *deciſ.* 474. *num.* 14. *p.* 1. & eadem Rota *in deciſ.* quam refert Azeved. *d. n.* 54. Gratian. *diſcept. c.* 745. *n.* 16. *&* 18. ubi alios refert, & comprobatur ex Guid. Pap. *quæſt.* 557. ubi ait, ſi duo ſunt ſocii habentes portiones inæquales in re, qui habet majorem partem, poſſe alterum compellere ad ſibi ſuam partem vendendam. Tepat. *in tit. de commu. divid. col.* 4. *verſ. jure communi.* Sed prima eſt verior, nec obſtat deciſ. Rotæ, quia procedit in re individua, ut reſpondit Azeved. *ibi,* & contra Guid. tenent Gratian. & Fontan. *infrà* relati.

In retractu verò ſanguinis, ſi jura retrahendi 5
ſunt æqualia, res dividitur æqualiter ex Azeved. *ubi ſupr.* & in comprobationem facit à Gomez. *in l.* 70. *Taur. num.* 13. & Matienz. *d. l.* 7. *in num.* 16. *ubi ſupr.* traditum, videlicet, ſi res vendatur uni ex conſanguineis, poſſe alterum conſanguineum ejuſdem gradus retrahere pro rata, quos ſequitur Azeved. *in num.* 59.

Ad Gloſſ. 6. Nota, quòd ſocius poteſt partem 6
quam communem habet cum alio, eo invito in extraneum alienare; vide Addit. ad Gloſſ. 8. *infrà.* Sed in contrarium facit, quia res communis ante diviſionem propria dici nequit, ut docet Gloſſ. *in l. id quod noſtrum,* & *ibi,* Dec. *num.* 4. *ff. de reg. jur.* & *in c. in ratione, num.* 9. *de præbend.* & *conſ.* 275. *num.* 10. Caſtrenſ. *conſ.* 121. *num.* 1. Ripa, *l. ſervi electione,* §. *Labeo, num.* 10. *ff. de legat.* 1. Rebuff. *in l. libertus,* §. *prædia, in princ. ff. de verb. ſignif.* ergo poſſidens bona communia, & indiviſa, de illis diſpouere nequit.

Secundò facit, nam quilibet ſocius habet par- 7
tem in qualibet minima parte rei communis indiviſæ, licet eam partem ad oculum demonſtrare non valeat. *l. Mevius,* §. *duobus,* & *ibi* Gloſſ. & Caſtr. *num.* 5. *ff. de legat.* 2. Gloſſ. *in l. plures* 27. *verb. adjecta, ff. de dam. infecto.* Vivian. *in l. ex mille,* §. *fin. ff. de evictio.* Bart. *in l. Atbecus,* §. *de eo tempore, in fine, ff. de aqua pluv. arcend.* Bald. *in c. Imperialem,* §. *præterea ducatus, num.* 7. *de probib. feud. alien.* Jaſ. *in l.* 3. §. *in certam, num.* 1. *ff. de acquir. poſſ.* Rebuff. *in l. rectè dicimus,* 27. §. *Quintus Mutius, verſ. quarto. ff. de verb. oblig.* Alciat. *lib.* 1. *diſpunct. c.* 24. & res communis dicitur mea, ut pro regula tradunt Bern. Diaz, *reg.* 108. Falcon. *reg.* 91. *num.* 1. Avend. *de conſt. c.* 68. *n.* 2. *verſ. adhuc.* Simoncel. *de decret. lib.* 2. *tit.* 4. *n.* 1. Sed hæc non obſtant, quoniam, etſi verum ſit rem indiviſam propriè meam dici non poſſe, hoc intelligendum eſt quoad diſpoſitionem totius, ſecus vero quoad diſpoſitionem partis, ut declarat Bart. *in d. l. ſervi electione,* §. *Labeo, ait, num.* 1. & *ibi,* Cum. *n.* 1. Paul. *n.* 1. Aret. *n.* 4. Alex: Jaſ. & Socin. *n.* 1. *ff. de leg.* Bald. *in l.* 1. *n.* 1. Salic. *n.* 1. Paul. *n.* 2. Alexand. *n.* 3 Jaſ. *num.* 1. 2. *&* 3. Dec. *n.* 2. *&* 3. Corn. *num.* 2. *&* 4. C. *qui teſtam. facere poſſ.*

Rebuff. *in l. litas*, §. *prædia, vers. 2. concluſ.* & *vers. 2. non poteſt, ff. de verb. obligat.*

8 Nec ſecundum, nam etſi verum eſſet ex alienatione rei indiviſæ alienationem rei alienæ reſultare, facta tamen poſtea diviſione tantundem, quantum ad eum intellectu juris ante alienationem ſpectabat, recepturus eſt, & in effectu conſors ex alienatione nullum damnum patitur. Odoffr. *in l. 1. & ibi* Salic. *num. 1. C. qui teſtament. fac. poſſ.* Paul. *in l. 1. num. 4. C. comm. utriusque judic. & in l. Julianus*, §. *idem Celſus, num. 3. ff. de act. empt.* Baron. *in l. qui Romæ*, §. *duo fratres, num. 22. & ibi.* Ripa, *num. 85. ff. de verbo obligat.*

9 Plus enim quam partem ſuam ſine voluntate ſocii, etiam ſi omnium bonorum ſocii ſint, ſocius alienare non valet, & ſi majorem partem habentes vendant, non tenetur minorem habens venditioni ſtare, niſi res communes ſint expoſitæ ad vendendum; quia in illis videntur inter ſe habere tacitum mandatum ad vendendum, *ut in l. nemo ex ſociis, & ibi* Glos. & Bald. *ff. pro ſocio*, Glos. Bald. Salyc. & Paul. *in l. famil. C. familiæ hercif.* ubi communiter ſcribentes id notant, & *in l. ſi unus ex ſociis, ff. pro ſocio, & in l. ſi ſocius, ff. ſi cert. pet.* Fabian. de Monte, *de empt. quæſt. 3. princip. num. 56.* pro ea refert Andr. & poſſe ad diviſionem provocare. Gratian. *deciſ. 169. per tot. & deciſ. 164.* Fontanell. *de pact. nupt. claus. 4. glos. 9. part. 2. n. 17.* & vide Addit. ad Glos. 4. *l. 5. tit. 15. infrà*, & de locatione rei communis, Gloſſ. 3. *l. 20. tit. 8.*

10 In eadem Gloſſ. ibi: *Valeret tamen ſtatutum.* Nota ſtatutum prohibens ſocium partem ſuam extraneo vendere irrequiſito conſorte, & jubens vendere potiùs conſorti, aut vicino, quàm alteri, & dans facultatem civibus retrahendi eodem pretio, quo exteris eſt venditum, valere. Adde Decian. *conſ. 83. num. 1.* Alexand. *51. num. 1. vol. 1.* Pariſ. *83. num. 3. vol. 3.* Ruin. *27. vol. 4.* Jaſ. *in l. 11. C. de jure emphyt.* Corn. *conſ. 29. num. 14. vol. 3.* Roland. *63. num. 1. vol. 1.* Tiraquell. *de retract. lign. in præf. num. 15.* ubi plures laudant, & eam ſententiam approbant alii plures, quos refert Mexias *in pragm. taxæ panis, concluſ. 5. num. 108. 109. & 120.* ſcilicet Bart. Bald. Paul. Anchar. Decian. Fulgoſ. Alexand. & alios plures. Et in Hiſpania multis in locis ſimilia ſtatuta, quòd vicini exteris venditum poſſint retrahere, extant. Azeved. *l. 7. tit. 11. lib. 5. recompil. num 3.* ubi ex Covarr. tradit frumentum exteris venditum poſſe à civibus retrahere. Et ex Baron. in quacumque re alienata cives præferendos, & in hoc conſuetudini loci erit ſtandum.

11 AD Gloſſ. 7. Nota 1. ex Glos. quòd ſocius, qui partem rei communis vult retrahere, debet ſolvere pretium, quod ab emptore ſolutum fuit, etſi illud ſit exceſſivum, & ultra juſtum valorem rei, ſive parvum, quia res tantùm valet, quantum vendi poteſt, ex Gloſſ. *hic*, & idem ſi jure ſanguinis conſanguineus retrahat. Tiraquell. *de retract. lign.* §. 1. *glos. 18. num. 8. cum ſeqq.* ubi ex antiquioribus multos recenſet. Covarr. *lib. 3. var. cap. 14. num. 6. col. 2. verſ. etiam.* Mexias. *n. 116. verſ. contrariam, ubi ſupra*, & multos enumerat. Matienz. *in l. 7. tit. 11. lib. 5. recompil. glos. 3. à n. 2.* Azeved. *in d. l. 7. num. 31. &* Surd. *conſil. 205. in fin.* ubi cum Cumano, Imola, Alex. & Jaſ. & aliis, hoc procedere dicit, quando lex mandat, quòd quis teneatur uni potiùs vendere, quàm alteri, ſecus verò, quando ſimpliciter diſponit, quòd teneatur vendere, quia tunc juſto pretio intelligitur. Pro contraria opinione, vide tradita per Tiraq. *n. 1. 2. & 3.* Mexia *num. 115. & 116.*

12 Sed quid ſi venditor habuerit fidem de pretio emptori, utrum ſocius, ſeu conſanguineus teneatur ſtatim pretium ſolvere, vel ſufficiat præſtare cautionem de ſolvendo pretium die adveniente. De jure noſtro Regio hæc quæſtio deciſa eſt *in l. 72. Taur.* quæ hodie eſt *l. 11. tit. 11. lib. 5. recompil.* ubi deciditur re vendita ad creditum conſanguineum teneri intra novem dies fidejuſſionem idoneam præſtare de ſolvendo pretio cum dies venerit Matienz. *in d. glos. 3. lib. 7. ejusdem titul. num. 6.* ubi tradit, quid de jure communi obſervatur, ex Tiraquell. *de retract. lign.* §. 1. *glos. 18. num. 34. & 45.* ex quibus verius eſt, ſocium non teneri ſtatim pretium ſolvere etiam de jure communi. Azeved. *in d. l. 11.* ubi juratoriam cautionem non ſufficere, nec dicere, fidejuſſiones offero, ex Bart. & Afflict. ubi aſſignat praxim, & quòd ſi nolit fidejuſſiones recipere, coram judice debet facere informationem idoneitatis, & omnia in actis ponere.

13 In eadem ibi, *& quid ſi res vendatur, &c.* No. to quòd, ſi in contractu venditionis ſit clauſula, *& ſi plus valet dono*, retrahens non tenetur ultra pretium conventum ratione dictæ clauſulæ aliquid plus ſolvere. Adde Tiraq. *d.* §. 1. *glos. 18. num. 11.* Matienz. *in l. 7. gl. 3. num. 5.* & Azeved. *ibi, num. 31.* qui alios refert.

14 Hæc enim clauſula perfunctoriè, & potius ex more, & ſtylo notariorum, quam ex mente contrahentium in venditionibus apponitur, ut notant Gloſſ. *hic*, & *ſuprà* citati. Si vero ex mente venditoris apparet, & ex affectione, & aliis conjecturis, quòd aliquam partem juſti pretii voluit donare, tenetur retrahens illud ſolvere, ex Gloſſ. *hic.* Cui adde Tiraquell. *num. 16. & 17.* Matienz. *d. glos. 3. num. 5.* & Azeved. *dict. num. 31.* ubi judicis arbitrio relinquendum eſſe dicit, an ex prædicta clauſula aliquid ſolvi debeat, & vide Addita ad Gloſſ. *l. ſeq.* & ad Gloſſ. 2. *legis 32. num. 16. & 17.* ubi egimus de quæſtione utrum hujusmodi clauſula de ſtylo notariorum appoſita valeat.

15 Et de quæſtione, an in hoc caſu locus ſit retractui, quando in partem fuit vera donatio? vide Tiraquell. *in dict. tractat. de retract. lign.* §. 30. & quæ diximus in Addit. Gloſſ. 1. *l. 1. titul. ſequenti.*

16 Quid verò ſi emptor pretium à principio conventum bonam fidem agnoſcens auxerit, utrum augmentum ultra pretium retrahens ſolvere teneatur, vide Tiraquell. *in d.* §. 18. *à num. 50.* Matienz. *in d. glos. 3. l. 7. tit. 11. num. 7. cum tribus ſequent.* & Azeved. *num. 32. ibi*, ubi reſolvunt non teneri, niſi in continenti, antequam ad alios actus eſſet digreſſio facta, emptor ſupplementum pretii faceret, vel ſententia judicis eſſet ad hoc compulſus.

SUMMARIUM.

1 *Socius ratione communionis rem ab extraneo venditam poteſt retrahere ſoluto eodem pretio, & de æquitate etiam jure communi præfertur.*

2 *Socius ſuam partem liberè poteſt alienare.*

4 *Convicimo potiùs quis teneatur vendere cæteris paribus. Contrarium; Noſtra intereſt bonos habere vicinos. Item, & confines fundos etiam majori æſtimatione habere, n. 6. 7.*

8 *Jure Regio ratione vicinitatis non datur jus retractus.*
Ecclesiis verò datur. n. 6.

10 *In retractu communionis debent eædem solemnitates intervenire, ac in retractu sanguinis.*

11 *Consors debet esse particeps ejusdem rei per participationem dominii.*

12 *Item res debet esse indivisa, & non dicitur divisa, si inter socios sit conventum, quòd alter habeat dimidiam ab una parte, & alter ab altera.*

13 *Si res sit partim divisa, & partim indivisa, ut molinum plurium molarum, an detur jus retractus.*

14 *Divisio quomodo sit facienda?*

15 *Retrahens debet pretium offerre, & si nolit recipere, consignare coram judice, & depositio debet fieri realiter, quia depositum confessatum non sufficit.*
Et in qua moneta sit deponendum, num. 16. & 17.

18 *Si pretium non est liquidum, quod certum est debet consignari, & pro incerto offerre fidejussores, & quid si sit de eo habita fides, num. 19.*

20 *Expensæ an simul cum pretio sint deponendæ, & an sufficiat offerre fidejussores, si non sunt liquidæ.*

21 *Si unus nummus deficiat in depositio, an jus retractus cesset.*

22 *Si fraus fiat super pretium, tempus retrahendi an currat, donec pretium verum probetur.*

23 *Retrahens debet curare sibi, & non alii velle retrahere.*

24 *Novem dies conceduntur ad retrahendum, & à quo tempore incipiant currere.*
Et an dies quo facta fuit venditio, computetur in termino, n. 25. 26. & 27.

28 *Si res in publica subhastatione vendatur, novem dies currunt à die subhastationis.*

29 *Novem dies an à die confectæ venditionis, seu scripturæ incipiant currere.*

30 *In venditione conditionali an à die contractus, seu existentiæ conditionis currant, & quid si deventum est ad traditionem.*

31 *Consanguineus, si velit, admittitur ad retractum ante adventum conditionis.*

32 *Novem dies currunt ignoranti, & minoribus, nisi malitia, vel fraude occulta sit venditio.*
Et quando hoc præsumatur, n. 33.

34 *Retractui locus est, etsi emptor sive venditor sit clericus, vel Ecclesia, & an coram suo judice sint conveniendi.*

35 *Item, etsi sit minor, vel pupillus, etsi sit hæres emptoris, & cui debeat fieri oblatio. Item, etsi venditio sit nulla ob defectum solemnitatis.*

36 *Quid si sit Rex.*

37 *Rex Hispaniæ potest retrahere castrum, seu fortalitium venditum, seu permutatum.*

38 *Emptore mortuo, quomodo debeat fieri oblatio.*

39 *Si Ecclesia, vel civitas sit emptrix, an sufficiat offerre Prælato, Syndico, seu œconomo.*

40 *Jus retractus communionis potest cedi, sanguinis non, in consanguineum potest fieri, sed proximior non præjudicatur, n. 41.*

42 *Si unus tantum retrabat in solidum admittitur.*

43 *Retrahens tenetur refundere omnes expensas; quas emptor fecit, ut gabellæ, evactionis instrumenta, laudemia. Si autem non solvit, si ei sint remissæ, non tenetur; & an teneatur solvere datum mediatoribus, & quid si fuerit protestatum, quòd non faciat expensas; & an litium teneatur solvere expensas, & an quod dedit consanguineo proximiori ne retraheret, & an ob hoc jus retrahendi impediatur, & an datum uxori nolenti venditionem ratificare.*

44 *Consanguineo, postquam obtinuit sententiam in suum favorem, an liceat pœnitere, & lite pendente cui pereat res.*

45 *Retrahens non tenetur nisi pretium verum restituere.*

46 *Retrahens an possit compensare cum pretio, quòd ei debet emptor, & an fructus minuant sortem.*

47 *Retrahenti fructus à quo die debeantur.*

48 *Ut retractui sanguini sit locus, res debet esse immobilis, & patrimonialis, scilicet paterna, aut avita ex parte patris, aus matris, & ex stirpe retrahentis, & quæ jure hæreditario ad venditorem pervenerit.*

49 *Si semel exit de familia, etsi postea ad ipsam revertatur, dum non ex necessitate præcedentis contractus, non est locus retractui.*
Secus si non exit, n. 51.

50 *Intra novem dies, etsi res per plures manus transierit, est locus retractui.*

52 *Res patrimonialis à filio vendita potest à patre, vel avo retrahi.*

53 *Hæreditatis venditæ an detur retractus.*

54 *Si res patrimoniales vendantur uno pretio, an consanguineus teneatur omnes retrahere: & quid si res patrimonialis, seu communis cum aliis rebus simul vendatur, an possit eam solum retrahere? & quid si omnes ei offerantur, an teneatur retrahere omnes? & quid quando verisimiliter constat unam, sine alia emptorem non empturum, & quando hoc præsumatur; & an sit in optione emptoris relinquere rem patrimonialem, & remanere cum alia.*

55 *Si in singulas res pretium constituatur, seu post factam venditionem in singulis distribuatur, consanguineus poterit retrahere unam sine alia, nisi ex qualitate rerum colligatur unam sine alia non esse empturum.*

56 *Consanguineo propinquiore non retrahente sequens in gradu usque ad quartum gradum admittitur. Computatio graduum quomodo debeat fieri.*

57 *Naturali filio jus retrahendi competit, spurio non; & quid si res veniat ex stirpe matris.*

58 *In retractu præfertur consanguineus utroque latere conjunctus.*

59 *Consanguineus, qui venditioni fuit præsens, seu consensit, an possit retrahere.*

60 *Habens prædium à republica conductum, aut à fisco, finita locatione, si alius plus locet, potest idem pretium offerre, & an hoc sit ampliandum ad conductores rerum privatarum, seu gabellarum.*

61 *Civitates , seu populi per viam incapitationis à conductoribus possunt gabellam retrahere.*

62 *Concilium , seu positus cujusque civitatis præfertur privato in emptione tritici, & datur eis facultas retrahendi à conductoribus redituum, medietatem tritici, hordei, & avenæ. Cives tempore inopiæ in emptione frumenti cæteris præferuntur.*

63 *Obligatis piscium datur jus retractus intra duos dies ad retrahendos pisces.*

64 *Vassallis an detur jus retractus, si à domino jurisdictionis vendantur.*

65 *Pendente divisione rei communis socius invito socio vendere non potest.*

ADDIT. GLOS. VIII.

1 AD Gloss. 8. Nota 1. *ex text.* & Gloss. *hic*, quòd consors , qui rem communem cum alio habet, pro eodem pretio potest partem per alium socium extraneo venditam retrahere. Adde *l.* 74. *&* 75. *Taur.* quæ hodie sunt *l.* 13. *&* 14. *tit.* 11. *lib.* 5. *recomp.* & Castill. *in d. l.* 75. ubi varias quæstiones in hac materia format. Gomez. *in l.* 70. *num.* 27. Matienz. *in d. l.* 13. *glos.* 3. ubi materiam prosequitur. Azeved. *ibi, n.* 7. *&* 8. Parlad. *in sexq. differ.* 109. §. 7. *à n.* 1. Castill. *quotid. lib.* 3. *c.* 6. *num.* 7. ubi de jure communi non fuisse ita expressum dicit; & vide Add. ad *Gloss.* 2. *supr.* Habens rem communem cum fisco an possit rem à fisco venditam retrahere? Vide Add. *ad Gloss.* 7. *l. antec.*

2 Nota 2. ex Gloss. *in princ.* de jure communi, socium, qui rem communem cum alio habet, liberè posse eam in extraneum alienare. Adde *Gloss.* 6. *supr.* & *ibi* Addit. *n.* 1. *&* 7. ubi de validitate statuti contrarium statuentis dubitatur. Parlad. *in §. 1. n.* 1. *ubi supr.* Gratian. *c.* 546. *n.* 1.

3 Nota tertiò , quòd socius de æquitate debet præferri etiam de jure communi, si vult partem venditam retrahere soluto eodem pretio, ex doctrina Bald. quam Gloss. refert , & eam sequuntur Jas. *in l. fin. num.* 11. *C. de jure emphyt.* Rip. *in l. servi electio, §. Labeo, n.* 15. *ff. deleg.* 1. Ruin. *cons.* 143. *n.* 19. *lib.* 4. Beroj. 137. *num.* 12. *lib.* 1. Guid. Pap. *sing.* 780. Marsil. *sing.* 441. *n.* 2. Felin. *in c. Ecclesia S. Mariæ, n.* 51. *de constit.* Surd. *cons.* 205. *num.* 3. Gratian. *decis. Marcb.* 169. *n.* 8. *& discep. c.* 526. *n.* 3. ubi hanc opinionem à Rota approbatam fuisse dicit, & plures pro ea refert, & *c.* 546. *n.* 4. & vide Addit. *ad Gloss.* 7. *l. antec. n.* 13. *&* 14. ubi de fisco egimus , & an teneatur partem à se venditam consorti dare.

4 In eadem *ibi* , *& dicebat Fabian. de Monte*: Nota ex Fab. de Monte, quòd cæteris paribus potius tenetur quis vendere convicino , & sic statutum est in urbe Romana , & in aliis multis civitatibus. Imò vendens debet prius requirere vicinos ; de quo vide Gratian. *discept. c.* 742. *per tot.* & maximè, *à n.* 70. ubi explicat, quæ major cohærentia, & vicinitas dicatur, si plures concurrant ad retractum ratione vicinitatis, & cessante statuto Fabiani doctrinam sequitur Bertach. *verb. vicinus præsumitur, num.* 1.

5 Contrarium tenet Gratian. *dict. c.* 546. *num.* 6. 7. *&* 8. ubi dicit, nullo modo admitti posse doctrinam Fabiani, quia est contra jura expressa, & adversus opiniones communes DD. de quibus *supr. num.* 2. Præsertim quia *lex quicumque* , *C. de omni agro deser. lib.* 11. hic à Glos. allegata non dicitur illud, ad quod eam adducit Fabian. & solum *ibi* dicitur, quòd in acceptione, seu distributione possessionum, quæ fiunt per decuriones, unicuique est assignanda portio terrarum , quæ sibi sunt finitimæ, & vicinæ , & in quantum fieri potest cohærentes, & non longè positæ, pro modo , & qualitate fertilium, si adsunt, ut explicant plures, quos sequitur Gratian. *d. num.* 8. §. 8. Parlad. *in sexq. differ.* 109. §. 1. *num.* 1.

In eadem , *ibi* , *quia interest nostra.* Nota quòd nostra interest, non habere malos vicinos. Adde Conrad. Lycosthen. *in Apothegmata, c. de vicinis, vers. tertio* , ubi refert , quod Themistocles, cum prædium, quoddam vendere vellet, hoc quoque præconem addere jussit , quòd vicinos etiam haberet bonos , quasi vicinorum commendatione futurum esset longè vendibilius , *& in vers.* 4. ex Marco Catone dicit , quòd admonebat eos, qui agros empturi essent, ut ante omnia animadverterent, ne malum haberent vicinum. 6

In eadem, *ibi* , *& confines fundos etiam supr.* Nota quòd interdum interest nostra, confines fundos etiam supra justam æstimationem habere. Adde Tiraquell. *de retract. lignag. in præf. num.* 9. *in princ.* 7

In eadem, *ibi* , *quæ tamen non servatur.* Nota in his Regnis non dari jus retractus ratione vicinitatis : & adde Matienz. *in l.* 13. *tit.* 11. *lib.* 5. *recompil. gloss.* 4. *num.* 3. Parlad. *d. differ.* 109. §. 1. *num.* 1. 8

Ratione enim vicinitatis Ecclesiis pro earum ampliatione datur non solum jus retractus, si domus ei contigua vendatur; sed vicinus compellitur vendere , quod eis deficiente vicinitate negatur; de quo vide Add. *ad Glos.* 1. *l.* 3. & ad Gloss. *ejusd. leg. supr. hoc titulo.* 9

In eadem, *ibi, & debet in isto retractu.* Nota quòd in isto retractu communionis debent eædem solemnitates intervenire, quæ in retractu sanguinis, *ex text. in l.* 75. *Taur.* quæ est *l.* 14. *tit.* 11. *lib.* 5. *recomp.* 10

Primò requiritur , quòd retrahens sit consors rei ejusdem venditæ per participationem ejusdem dominii; de quo vide Add. *ad Gloss.* 2. *supr.* 11

Secundò requiritur, quòd res non sit divisa, non enim dicitur divisa , etsi socii inter se conventionem faciant, quòd alter habeat medietatem fundi ad partem vicini sui , & alter ad partem Titii : quia non dicitur verè divisus, donec confinia, & termini realiter assignentur, *l. eos, ff. fini. regund.* ubi divisio debet fieri certis regionibus , id est finibus, vel certis demonstrationibus ; quo fit, ut verbalis divisio nihil operetur. Castill. *in l.* 74. *Taur. gloss.* 1. *col.* 1. *&* 2. Rub. *ibi, num.* 1. *per text. in l. si quis ædibus , ff. commun. prad.* Bald. *in l.* 1. *vers.* 3. *nota, C. commun. divid.* Matienz. *in l.* 13. *tit.* 11. *lib.* 5. *recompil. gloss.* 3. *num.* 5. ubi adducit *l. divisionis placitum, ff. de pact. & l. sciendum, §. si fundum, ff. qui satisd. cogan. l. inter omnes, & l. divisione*, & *ibi* Bald. *C. famil. erciscund. & l.* 1. *juncta gloss. C. com. utriusq. jud.* Parlad. *differ.* 109. §. 7. *num.* 2. & Ayend. *in dict. l.* 13. *num.* 6. 12

Sed quid, si res sit partim divisa, & partim indivisa, ut puta molendinum, cui plures inserviunt molæ frumentariæ sub eodem tamen tecto ; sed domini separatim habent molas, scilicet singuli singulas , si unus vendat, utrum cæteri habeant jus retractus ratione communionis? hanc quæstionem movet Parlador. *d. differ. §. 7. num.* 10. *&* 11. ubi resolvit jus retractus eis competere, quia id quod præcipuum est, nempe aqua, ædes, & rivus, sine quibus 13

molendinum

molendinum non constat, pro indiviso possidentur, & quod principaliter inest inspiciendum est, *l. cum in diversis, ff. de relig. & præsumpt. fin. l.2.*

14 *tit.5. lib.2.recomp.* † Divisio, si consortes de ea agere velint, quomodo sit facienda: Vide Addit. ad *glos. fin. l.3. tit.4. sup. hac p.*

15 Tertiò requiritur, quòd pretium à consorte, seu consanguineo offeratur emptori, & petatur, ut ei rem remittat, & si nolit recipere, quòd consignetur coram judice, quia nihil prodest consignatio, nisi prius pretium sit oblatum ei, cui solvi debet, nisi sit absens, *l. 2. & ibi* Salic. *in 1. notab. Cod. de usu. Gloss. fin. post princ. in l. acceptam, Cod. eod.* Tiraquell. *de retract. lignag. §.9. glos. 3. & ult. num.5.* Azeved. *in l.9. tit.11. lib.5. recompil. num.11.* De stylo enim emptor non solet extrajudicialiter requiri, nec ad obtinendum in hoc judicio requiritur, prout requiri docuit Azeved. *in dict. l.7. tit.11. lib.5. recompil. num.84. & 85.* sed Judex antequam pretium consignetur, jubet, quòd emptori intimetur, ut pretium recipiat, aliàs si illud recipere noluerit, quòd deponatur, & depositum ei iterum notum fiat, & sic in libello petitur: Vide Add. ad Gloss.3. & 4. *l.2. num. 36.*

16 Consignatio enim realiter debet fieri, & depositum confessatum non sufficit, ut diximus *in dict. glos. 3 num. 69.*

17 In qua autem pecunia pretium sit solvendum, vide Matienz. *in l.9. tit. 11. lib.5. recompil. glos. 4. num.8. & 9.* & *ibi* Azeved. *num.* 15. Parlad. *in sexq. diff.* 109. §. 5. *num.* 13. ubi docent, quòd, si pretium fuerit in moneta aurea, sufficit, quòd in moneta argentea, vel aurea, quæ communiter versatur, deponatur. De qua quæstione vide Add. ad Gloss. 2. *l.3. tit.14. infrà hac p.* ubi vide an in pecunia ærea solutionem fieri sufficiat.

18 Quid si pretium non est liquidum, vide Matienz. *in dict. glos. 4. l.9. num. fin.* & Azeved. *ibi, num.* 18. Parlad. *d. §.5. num.* 14. & addit. *ad d. glos. 3. num.8. & ad glos. 2. l.8. tit.14.* Si sit habita fides de pretio, debet fidejussores (ut diximus *in Gloss. antec.*) præstare, & expensas deponendas esse simul cum pretio principali, notavit Azeved. *num.19. per text. ibi,* in illis verbis, *y assi mismo.*

19 Sed contrarium tenet Parlad. *in d. differ.* 109. §.5. *num.16.* ubi dicit, quòd retrahens, si intra novem dies non deposuerit expensas, non amittet jus retractus, licet eas solvere emptori teneatur.

20 Hujusmodi enim expensæ, si non sunt liquidæ, & in instrumento venditionis continentur, aliquam quantitatem offerre sufficiet, & pro reliquis ad majorem cautionem fidejussorem præstare, ut de pretio illiquido diximus *suprà*: ex defectu enim consignationis expensarum retrahens à jure retractus non excluditur: nam lex solum jubet, quòd antequam res retrahenti tradatur, expensas emptori solvat, & ultra non procedit.

21 Si vero unus nummus in deposito deficiat, an ex hoc istud jus retractus cesset, vide Add. *ad dict. glos. 3. & 4.*

22 Quid verò si inter contrahentes fraus fiat super pretio, & forsan majus pretium adjecerint in fraudem retractus: Vide Tiraquell. *de retract. lign. §.4. glos.2. & 3.* & §. 36. *glos. 2. num.2.* ubi tradit tempus retrahendi non currere retrahenti, donec verum pretium probetur, & eum sequitur Parlad. *d. diff.* 109. §.5. *num.* 15. *& §.6. num.3.* ubi venditorem esse legitimum testem dicit Matienz. *in l.7. tit.11. lib.5. recomp. glos. fin. n.4. cum aliis;* ubi varias præsumptiones refert, ex quibus hujusmodi fraus probari potest, & multos, qui de probatione fraudis, & simulationis agunt, adducit, & vide Tiraquell. *ubi suprà cum in præfat. à num.* 78. *cum aliis.*

Quartò requiritur, quòd consors, seu consan- 23
guineus, qui vult retrahere, juret sibi & non alii velle retrahere, nec ad alterius commodum, nec fraude aliqua uti, argum. ejus, quod in consanguineo statuitur *in l.7. tit.11. lib.5. recomp. & ibi* Matienz *glos.12. & in l.8. tit.11. glos.14. n....* Azeved. *n.81. in d.l.7.* Parlad. *differ.*109. §. 5. *n.* 18. admittitur etiam probatio in hoc casu contra juramentum, ut ex Tiraq. *de retract. lign. §.5. glos. unic. per tot.* ubi varios casus refert, tradunt Matienz. *n.4.* & Azeved. *n.83.* Parl. *num.19. & 20. ubi sup.* & vide Add. ad *glos. fin. l. fin. tit.1. sup.* Fraus ex quibus præsumatur, vide Matienz. *in glos. fin. dict. l. 7. num. 1. 2. & 3.*

Quintum requisitum est, quòd intra novem 24
dies hæc omnia fiant: nam iste terminus datur retrahere volentibus, & omnibus consanguineis currunt simul, licet alii alios præcedant, ut intra illum possint pretium emptori solvere, & rem retrahere, *ex l.7. tit.11. lib.5. recompil.* ut tenent omnes DD. *supr.* relati, & referendi.

A quo tempore currant hæ novem dies: utrùm 25
à tempore venditionis, vel traditionis? à die venditionis currere decisum extat *in d. l.7.* ibi: *Y despues que fuere vendida hasta nueve dias.* Cisuent. *in l.70. Taur. col.5. vers.26. & col.9. vers.2. dubitatur utrum istæ novem dies.* Joann. Lupus, *num.* 34. & Gomez. Arias, *num.*12. *&* 14. *ibi.* Covarr. *lib.3. variar. c.11. num.2.* Azeved. *in dict. l.7. num.61.* & Matienz. *ibi, glos. 6. num.* 10. ubi *à num.* 3. hanc quæstionem disputat, & in confirmationem nostræ opinionis jura, & auctoritates adducit, & sic in praxi receptum esse affirmat, & sic vidisse practicari, prout etiam vidisse inquit Gomez. *in l.70. Taur. num.16.* Didac. Gomez. *in addit. ad dict. num.16.* Parlad. *differ.*109. §.5. *num.3.* Guttier. *lib.2. q.*152. ubi tenendum in judicando, & consulendo dicit.

Contrarium defendit Gomez. *in dict. num.* 16. 26
scilicet currere à die traditionis, Tepat. *lib. 2. tit. de retract. col. 3. in fin.* Palat. Rub. *in dict. l. 70.* Afflict. *de jur. prothom. in princ. num.* 20. Cavalc. *decis.*19. *n.*27. *p.2.* Pereg. 24. *n.* 11. Sed à prima non est recedendum, nam nostra de venditione loquitur, quæ perficitur ante traditionem, contraria autem procedit, ut inquit Giurb. *in decis.*80. *à n.26.* loquuntur de alienatione.

Secundò, utrùm dies, qua facta fuit venditio, 27
computetur in termino? & partem affirmativam sequuntur Pal. Rub. *in d. l.* 70. *n.*34. ubi sic tenendum esse dicit, quidquid dixerit Montal. Duenn. *reg.*197. ubi pro regula constituit, quòd dies termini computatur in termino, & in hoc casu computari inquit *in fin. d. reg.* Gomez. *in d. l.*70. *num.*25. concludit de momento ad momentum currere. Azev. *in d. l.7. n.*62 contra Matienz. hanc sequitur, & sic semper vidisse hujusmodi diem numerari, si constat, de hora factæ venditionis, aliàs si de ea non constat totam diem esse computandam. Salced. *ad Bern. Diaz. reg.*190. diem termini computandum esse in termino dicit in casu, *l.1. tit.18. lib.4. recomp.* ibi: *desde el dia, que fuere dada la sentencia,* & in casu, *l.3. tit.21. lib.4. recomp.* ibi: *desde el dia, que se pusiere a la execution,* & in nostro casu retractus: & pro hac opinione vide Tiraq. *de retract. lign. §. 1. glos. 11. à n.20.*

Contrariam opinionem, scilicet quòd dies venditionis non computetur in termino novem dierum cum Montalvo tenent Castil. *in l.*70. *supr. verbo, el dia, num.* 38. *& in l.*64. *super verbo, desde el dia, num.*82.& eum sequitur Matienz. *in d. l.*7. *glos. 6. tit.*11. *num.*1. Guttier. *lib.*2. *q.*154. ubi partem affirmativam exornat, & hanc opinionem tenendam esse dicit in hoc casu retractus, & in casibus *dict. l.*1. *tit.*18. *& l.*3. *tit.*21. *lib.*4. *recompil.* dictio *a* vel *ab* de sui natura excludit diem actus à termino, ex pluribus, quos laudat Tiraquell. *in d. glos.* 11. *n.*53. Castill. *ubi supra.* Parlad. *in d.* §. 5. *num.*2. ubi pro ea ponderat *d. l.*7. ibi: *y si despues que fuere vendida, hasta nueve dias*, ex quibus manifestè probari dicit, diem venditionis non computandum in termino: & quòd dies termini non computetur in termino, sequendam esse arbitratur Tiraquell. *in dict. glos.* 11. *num.* 22. pro qua plures adducit *ibi, num.* 17. 18. *&* 19. & de consuetudine observari dicit.

28 *Si* res in publica subhastatione vendatur, novem dies currunt à die subhastationis, non numerando diem subhastationis in termino, *ex dict. l.*70. *Taur.* & ibi, Castilio, quæ hodie est *l.*9. *tit.*11. *lib.*5. *recomp.* & etiam in terminis hujus legis, quòd dies termini non computetur in termino, tenet Guttier. *in d. q.*154. *num.*5. & Matienz. *in glos.* 3. *dict. l.*7. inquit hoc tempus numerandum esse post lapsum novem dierum, quæ ex communi stylo dantur ei, cujus bona venduntur per executionem ad ea retrahenda. De quo vide Add. ad Glos. 7. *l.* 52. *supr. hoc tit. num.* 60.

Quæstio tertia, utrùm terminus numerandus sit
29 à die venditionis, vel à dic confectæ scripturæ: & à die venditionis respondit Guttier. *dict. lib.*2. *q.*152. *num.*1. reprobata opinione Gomez. 2. *tom. variar. c.*2. *num.* 17.

Contrariam opinionem, scilicet à die confectæ scripturæ terminum currere, quando partes de conficienda scriptura mentionem fecerunt, tenet Parlador. *d.* §. 5. *n.* 5 *&* 6. si vero de ea non fecerunt mentionem, à die venditionis, quæ fuit opinio Gomez. de quo vide Add. ad glos. *l.*6. *supra hoc tit.*

30 Quartò se offert in venditione conditionali, an à die contractus, vel conditionis existentis tempus retractus currat; & à tempore existentis conditionis currere tenent plures, quos refert Tiraq. *de retract. lign.* §.1. *glos.*10. *num.*45. Montal. *in l.*13. *tit.*3. *fori, lib.*3. *verb. nueve dias, & in glos. magna, col.* 12. *versic. item quæro quid.* Cisuent. *in l.* 70. *Taur. vers.* 3. *dubitatur*, & *ibi*, Arias, *num.* 31. & Gomez. *num.*21. *&* 2. *tom. var. c.*11. *num.*29. *in* 4. *effectu.* Covar. *lib.*3. *var. resol. c.*11. *num.*1. Matienz. *in l.*70. *tit.*11. *glos.*6. *num.*39. Guttier. *lib.*2. *q.*153. ubi *à num.*3. hanc tuetur, & contrariis satisfacit. Et *num.*4. si deventum sit ad traditionem, licet ante impletam conditionem dominium transferatur, tempus non currere à die traditionis, sed à die impletæ conditionis, ait Covar. *vers. nec refert.* Gomez. *ad fin.* Matienz. *n.*4. *ubi supr.*

31 Si vero socius, seu consanguineus velit statim post venditionem ante adventum conditionis rem retrahere, admittendus est, ut docent cum Tiraq. *de retract. lign.* §.1. *glos.*2. *à n.*21. Matienz. *n.* 40. & Guttier. *ubi supr.*

32 Quinta quæstio, utrùm istæ novem dies currant ignoranti, & minoribus adversùs transcursum eorum; & majoribus ex capite justæ ignorantiæ detur restitutio in integrum, extat decisum *in l.* 8. *dict. tit.*11. *lib.*5. *recompil.* & contra ignorantes absque spe restitutionis hoc tempus currere probat Matienz. *ibi, glos.* 1. *n.*5. ibi secus esse de jure communi. Azeved. *n.* 11.

Limita, quando culpa, & malitia venditoris 33
ille, cui hoc jus retractus competit, venditionem ignoraverit, quia exivit extra locum habitationis ad celebrandum contractum, vel fuit rogatus aliquis Notarius foraneus de eo, vel aliàs apparet de fraude: nam tunc tempus non currit nisi à die sententiæ. Peret. *in rubr. tit.* 11. *lib.*3. *ordin. q.*48. *col.*470. Azeved. *in l.*7. *tit.*11. *lib.*5. *recomp. n.*63. ubi alios allegat, &, si diu stetit venditio occulta, fraudem præsumi dicit. Gut. *lib.*3. *q.*94. Parlad. *diff.*109. §. 5. *num.* 4.

Nota ex Gloss. *ibi*, *quid autem extraneus*, jus 34
retractus locum habere, etsi sit clericus, seu Ecclesia emptrix rei communis, vel patrimonialis. Adde Tiraq. *de retract. lign.* §.1. *glos.*13. *à num.*2. Cisuent. *in l.*70. *Taur. q.*51. Palat. Rub. *num.*15. *&* 16. Castill. *glos.*1. *à num.* 8. ubi activè, & passivè hoc jus in Clericis, & in Ecclesiis locum habere comprobat. Gomez. *num.*7. ubi impugnat Montal. & auctoritatibus exornat. Matienz. *in l.*7. *tit.*11. *glos.*2. *à n.* 10. latè comprobat, sive sint venditores, aut emptores. Azeved. *ibi, n.*24. Guttier. *lib.*2. *q.*156. ubi quatuor casus considerat, & in omnibus esse locum retractui, ait Felician. *de cens. lib.*1. *c.*9. *n.*5. *vers. ideoque.* Parlad. *diff.*109. §.3. *num.*19. ubi quando Clericus vendit Clerico, & laïcus vult retrahere, non esse locum retractui ait. Sed etiam in hoc casu esse locum Guttier. & omnes conveniunt. Gratian. *discept. c.*742. *num.*16. *&* 17. ubi refert Franch. *decis.*285. *num.*5. & Amend. *in addit. ad eum, in decis.* 390. *num.*1.

Quando vero res à Clerico retrahitur coram suo judice conveniendus est. Azeved. *n.*25. & Guttier. *n.*6. *ubi supr.* quando verò non est Clericus, potest adiri judex loci, ubi res sitæ sunt, seu domicilii emptoris, ut ex Innoc. Bald. Angel. & aliis tradit Tiraq. *in* §.8. *glos.*5. *n.*9. De quæstione, an jus retractus transeat ad Monasterium, in quo proximior consanguineus professus est, agit Matienz. *in n.*19. *ubi sup.* & concludit negativè, *& in num.* 22. idem tenet, quando Monasterium vendit rem patrimonialem Monachi.

Si emptor sit minor, vel pupillus, item ab ipsis 35
res patrimonialis potest retrahi. Tiraq. *dict. glos.*13. *n.*13. ubi etsi sine decreto rem non possit alienare, de quo nos latè *sup. in l.*4. Et *in n.*14. ampliat, etsi sit hæres emptoris: nam hæredi emptoris hæc oblatio potest fieri, & infert posse fieri hanc oblationem pupillo, infanti, aut furioso sine tutoris, aut curatoris auctoritate: nam consanguineus solum agit de conservando jus suum, non de constituendo pupillum in mora; & *in seq.* fundat, & demum concludit hanc quæstionem esse admodum dubiam, quia solutio fieri non potest pupillo, & ita nec oblatio, cum ei debebat fieri, cui solvi potest; de hac quæstione egimus in Add. glos. 1. *l.* 8. *tit.* 14. ubi te remitto. Item, etsi ipse sit venditor, & rem sine decreto alienasset, & venditio sit nulla, ut ex Paris. & Tiraq. trad it Matienz. *in d. glos.*7. *n.*36. Azev. *in l.*10. *tit.*11. *n.*12. *lib.*5. *recomp.* †*Si* emptor rei communis, seu 36
patrimonialis sit Rex, an consanguineus possit rem ab eo retrahere? vide Tiraquell. *ubi supr. n.*38.

Nota in Hispania esse aliud genus retractus, 37
de quo egimus *in l.* 1. *tit.*18. *p.*2. *glos.* ubi Gregor. Lop. ait, quòd si venditur castrum, seu arx, vel permutatur, venditorem debere Regem certiorare, qui

potest

potest eodem pretio castrum retrahere. Adde Matienz. *in d. l.* 13. *gloss.* 5. *num.* 5.

38 Si emptor mortuus sit, quomodo debeat fieri oblatio retractus? vide Tiraquell. *ubi suprà, n.* 37. & *in* §. 9. *glos.* 3. *num.* 27. & Adde addit. Glos. 4. *l.* 2. *tit.* 3. *suprà, num.* 90. Si Ecclesia, seu civitas

39 sit emptrix rei patrimonialis, & consanguineus velit retrahere, an sufficiat convenire Prælatum, aut syndicum, seu œconomum, vide Addit. ad Glos. 1. *num.* & Tiraq. *in d.* §. 13. *num.* 36.

40 Nota ex Glos. *in vers. sed quid*, quòd jus retractus, quòd jure communionis competit, potest cedi, & hæredi competit, quia non ratione personæ, sed communionis datur, & hoc si simul cum parte rei cedatur jus quoad aliam partem venditam. Adde Afflict. *in tract. prothomis.* §. 2. *num.* 23. Cisuent. *in l.* 75. *Taur.* Tiraquell. *de retract. lign.* §. 26. *glos.* 1. *num.* 39. Matienz. *in l.* 13. *glos.* 3. *n.* 9. retractus verò sanguinis cedi non potest, quia non competit ratione rei, sed personæ, nec hæres consanguinei admittitur, nisi ex propria persona, ut ex Cyn. Bald. Albert. Paul. Alexand. & aliis tradit. Tiraq. *num.* 1. *& per tot. glos.* Afflict. §. 1. *num.* 42. *&* §. 3. *ubi suprà.* Gomez. *num.* 8. *in fin.* Cisuent. *quæst.* 1. *in l.* 70. *Taur.* Montal. *in l.* 13. *glos. magn. col.* 14. *vers. item determinatur, tit.* 10. *lib.* 3. *for.* Matienz. *in d. l.* 7. *tit.* 11. *glos.* 2. *à num.* 23. Azeved. ibi, *num.* 30.

Limita 1. ex Tiraq. *in glos.* 2. *d.* §. *num.* 1. & Matienz. *in num.* 26. si cessio facta fuisset in remotiorem consanguineum; sed hæc cessio non præjudicat proximiori, & alios referunt.

41 Limita 2. respectu hæredis, si lis fuisset contestata à consanguineo, etsi sit extraneus. Tiraquell. *d. gl.* 1. *num.* 3. Cisuent. *dubitat.* 21. Gomez. *num.* 8. Matienz. *num.* 23. *ubi suprà.*

42 Nota ex Glos. *vers. quid si sint plures*, si plures sint consortes, & unus tantum retrahat, illum in solidum admitti. Adde Matienz. *in d. l.* 13. *glos.* 3. *num.* 7. Azeved. *in d. l.* 7. *num.* 48. 49. *&* Addit. Gloss. 5.

Nota ex Glos. *vers. est enim istud jus*, esse individuum jus retractus. Adde Tiraquell. *de retract. lign.* §. 1. *glos.* 13. *num.* 29. Azeved. *in d. num.* 48. unde nota, quòd, si duo emerint rem communem, seu patrimonialem, non sufficit, si uni offeratur, nisi in integrum rem possideat. Tiraquell. *d. n.* 29. *&* 30.

43 Nota ex Glos. ibi: *Adverte quod extrahens*, retrahentem ratione communionis, vel proximitatis teneri refundere omnes expensas, quas fecit is, à quo retrahitur. Adde *l.* 9. *tit.* 11. *lib.* 5. *recompil. aliàs* 70. *Taur.* Tiraquell. *de retract. lign.* §. 24. *gloss.* 1. *&* 2. ubi obligatione solvendi laudemium directo dominio. Et in *glos.* 3. ubi expensas instrumentorum, & ad eorum exactionem factas debere consanguineum solvere, ait, *& in glos.* 4. debere restituere ei gabellam, si solvit. Castill. *in d. l.* 70. *glos. verb. las costas.* Matienz. *in l.* 7. *d. tit.* 11. *glos.* 3. *à num.* 12. *cum aliis*, ubi de obligatione solvendi laudemia directo dominio. Et *in num.* 27. si dominus non exegerit ab emptore, an à retrahente debeat exigere, cum Tiraquell. *d. glos.* 2. concludit, debere exigere à consanguineo. In *num.* 30. quærit, si emptor sit clericus, & immunis à solutione gabellæ, an ei solvi debeat, de quo etiam Tiraquell. *in d. glos.* 4. *num.* 2. *& in seqq.* Quid, quando dominus donavit laudemia emptori, & concludunt solvere consanguineum non teneri, *& in num.* 32. ex Tiraquell. *in d. glos.* 4. *num.* 9. ait, consanguineum teneri datum proxenetis, seu mediatoribus emptori restituere, & omnes expensas instrumentorum, & datum notario ad exactionem. Azeved. *in d. l.* 9. *num.* 20. 21. *&* 22. Parlad. *in sexquic. differ.* 109. §. 5. *num.* 16. ubi datum proxenetis restitui debere tradit; nam debent emptores indemnes servari. Mexia. *in pragm. tax. concluf.* 5. *num.* 118. *&* 119. Surd. *consil.* 205. *num.* 30. Et nota ex Glos. *in vers. quid si protestetur*, utile esse, quòd retrahens emptori protestetur, ne faciat expensas in re empta, nec census constituat, aut redimat constitutos. Adde Boër. *decis.* 47. Azeved. *in d. l.* 7. *num.* 85. & latè per Tiraquell. *in d. glos.* 4. Unde colliges expensas factas ante protestationem teneri refundere, ut si litem quispiam super juribus rei venditæ sustineret defendendo, vel agendo, sive vincat, sive victus sit, nisi de sua injustitia notoriè constiterit, arg. *text. in l. jam tamen*, §. *in hac stipulatione, & glos. ibi, ff. judicat. solut.* & ex traditis à Tiraquell. *ubi suprà, num.* 12. Qui *in num.* 13. tradit, quòd si consanguineus obtulerit pretium emptori, & litigavit cum ipso, quia rem non esse subjectam retractui dixit, & obtinuit, & ipsi tradita est res, si postea consanguineus proximior, seu æquàlis gradus velit intra eosdem novem dies admitti ad retractum in totum, seu pro rata, teneri consanguineo expensas restituere, si ab emptore non fuit consequutus, & in 14. discutit, an quod emptor dedit consanguineo proximiori venienti ad retractum, ne veniret, possit retrahere à consanguineo remotiori postea venienti, & ex Boër. *ubi suprà*, concludit affirmativè, & hanc exceptionem transactionis non impedire retractum tenet. Parlad. *in d. different.* 109. §. 3. *num.* 21. Ex quo etiam videtur restituendum esse à retrahente, quod emptor dedit uxori venditor nolenti ratificare emptionem à marito factam, nisi quid sibi daretur, ut notat Tiraquell. *in d. num.* 11. *ubi suprà.*

Ex quo etiam colligitur, quòd si consanguineus 44
volens retrahere, si emptor rem non esse subjectam retractui litiget, & obtineat, & nolit uti sententia, potest emptor ab alio consanguineo retrahente, si justè litigavit, expensas exigere. Unde colliges, quod consanguineo licet pœnitere, & non uti sententia, & emptorem, quòd ea utatur, illum non posse cogere, ut resolvit Tiraquell. *de retract. lign. ad fin. tit. num.* 24. *&* 28. quem sequitur Matienz. *in l.* 12. *glos.* 2. *à num.* 2. *tit.* 11. *lib.* 5. *recompil. &* ibi Azeved. Secundò colliges, quòd si lite retractus pendente res pereat, non periit retrahenti. Matienz. *à num.* 7.

Sed dubitatur, an consanguineus teneatur resti- 45
tuere aliud pretium, quàm verum, & teneo consanguineum non teneri, nisi ad pretium, quòd reverà, & sine fraude fuit traditum. Tiraquell. *de retract. lign.* §. 2. *glos.* 3. Matienz. *in d. l.* 7. *glos.* 12. *num.* 12. ubi ex Afflict. & Cisuent. ait, quòd, si res patrimonialis magno admodum pretio fraudulenter distrahatur, ut consanguinei à retractu arceantur, potest moderari pretium: & in hoc multum prudens judex debet esse, ut cognoscat, si possit perpendere fraudem, ad quam multum faciet enormis læsio, ut tradit Tiraquell. *ubi suprà.*

Item dubitatur, an consanguineus possit com- 46
pensare cum pretio, quod ei debet emptor? & esse locum compensationi tradit Scacc. *commerc.* §. 2. *glos.* 5. *num.* 430. & non remanere excluſum à jure retrahendi propter lapsum temporis, si sit creditor emptoris in eadem summa, ex Tiraq. *de retract. lign.* §. 3. *glos.* 3. *num.* 2. Sed contrarium verius est,

& sequitur. Tiraquell. *in num.*7.in consanguinitatis retractu , & in retractu conventionali admitti compensationem: & ita bis est decisum in Rot. in retractu Bullæ Pii V. *super constit. cens.* quas refert Ludovic. Cens. *post tract. de censib. decis.* 71. *num.*7. *&* 159. *num.*3. & ipse hanc defendit *in* 2. *p. de censib. cap.*2. *quæst.* 1. *art.* 4. *num.* 14. *&* 15. Et idem dicendum venit circa fructus perceptos ab emptore post litem contestatam, licet eos teneatur restituere retrahenti, ex Tiraq. *in* §. 15. *glos.* 3. *in fin.* Poterit autem consanguineus uti hac cautela, offerre totum pretium, & deponere, ut requisita ad retrahendum adimpleat, & petere, quod integrum pretium depositum non tradatur, & deducatur quod ei debetur,seu quod ex fructibus fundi percepit.

47 Unde venit discutiendum, à quo die fructus retrahenti debeantur? dic quòd à die moræ,quæ erit contracta à die oblationis, & consignationis pretii,& notificationis depositi facti emptori. Gomez. *in l.*70. *Taur. num.* 28. Tiraquell. *de retract. lib.*1. §.15. *glos.* 2. Matienz. *in l.*7. *tit.*11. *glos.*12. *num.*8. *&* 9. & pendentes tempore venditionis similiter veniunt,ut latè Matienz. *d.num.*8. contra Covarr. defendit ex Gomez. De praxi,& forma concipiendi libellum, ut obtineatur in retractu, colliges ex dictis,& Matienz. *in num.*6.

48 Pro complemento hujus materiæ,& interpretatione *d. l. à* 7. *usque ad* 15. *recompil.* nota ex eis ultra notata primò in materia retractus sanguinis res debere esse immobiles, & patrimoniales, & non dari ad res emptas,seu alio jure quæsitas : atque ita jus retractus dari ad res paternas, & avitas ex parte patris, vel matris venditas,quæ scilicet jure hæreditario ad venditorem pervenerint. Tiraquell. *de retract. lign.* §. 32. *glos. unic. num.* 1. ubi de statuto Francisc. & aliarum provinciarum testatur. Montalv. *in l.* 13. *tit.* 10. *lib.*3. *for. glos.* 2. Lup, *in l.*74. *num.*8. *&* *in l.*75. *num.*1. & *ibi* Cifuent. Matienz. *in l.* 7. *tit.*11. *glos.*1. *num.* 50. *&* 51. *&* *l.* 8. *glos.* 16. *&* 23. *&* *l.*15. *glos.* 1. Azeved. *ibi.* Parlad. *in sexq. differt.* 109. §. 2. *à num.* 1. & ita concludunt, filium non admitti ad retrahendum vivo patre rem venditam à patre , ab ipsoque quæsitam, item necesse esse , quòd res perveniat ex stirpe utriusque tam venditoris quàm retrahentis,etsi non essent conjuncti ex utroque latere.

49 Sed dubitatur, an res desinat esse patrimonialis, si semel exierit de familia,extraneoque vendita sit, ab ipsoque non fuerit retracta?& concluditur affirmativè ex *l. pater,* §. *quindecim* , *ff. de legat.* 3. & *ibi* Bart. Alber. Tiraquell. *lib.* 1. *de retract.* §. 32. *glos. unic. à num.* 6. 7. *&* 8. plures refert Matienz. *in d. l.*7. *glos.* 8. *num.*2. Azeved. *ibi*, *num.*75. Parlad. *num.* 5. *ubi supra.*

Amplia, etsi postea fuerit reversa ad familiam, dum non ex necessitate præcedens contractus, ut ex pacto de retrovendendo , seu l. commissoriæ. Cifuent. Palat. Rub. Gomez. *in l.* 70. *Taur.* Matienz. *num.* 6. *&* 8. Parlador. *num.* 6. Azeved. *num.* 77.

50 Item locus est retractui intra eosdem novem dies adversus tertium,ut si primus emptor vendat alii,seu per plures manus res transierit. Tiraquell. *de retract. lign.* §. 8. *glos.*5. *num.* 9. *&* §.12. *glos.* 1. *num.*26. Paul. *in consil.* 74. *num.*2. *lib.* 2. Mansu. *de retract.verf. item retractum petens.* Chassan. *conf.* 22. Boer. *in constit. Butur. tit. de retract.* Montal. *in l.*13. *tit.*10.*lib.*3. *for.* Parlad. *in d. differ.*109. §.6. *à n.*1.Matienz.*in d.glos.*8.*n.*11.Azeved.*in d. l.*70.*n.*10.

Ex quibus deducitur,quòd si res non exierit de familia,erit locus retractui , ut si cum esset alienata extraneo,consanguineus vendat.Tiraquell. *num.*5. *&* 7. Matienz. *num.*10. Azeved. *ubi suprà.* 51

Item, quòd res à filio, seu nepote vendita, si fuerit patrimonialis ab avo, seu patre,potest retrahi. Tiraquell. *de retract. lign. ad fin. tit. num.*92. Parlador. §.3. *num.*7. *ubi suprà.* 52

Hæreditate vendita, an detur jus retractus, latè discutiunt Tiraquell. *d.* §.1. *glos.* 7. *num.*82. Matienz. *in d. l.* 7. *glos.* 1. *num.* 42. Parlad. *in d. differt.* 109. *num.* 8. *&* esse locum retractui concludunt,quia hæreditas est quid incorporeum , quod inter immobilia collocatur,& immobilia contenta in hæreditate trahere ad se mobilia. 53

Nota secundo *ex l.*10. *tit.*11. si plures res patrimoniales vendantur uno pretio,consanguineum teneri omnes retrahere, nec admitti, si vult unam retrahere. Adde Tiraquell. *de retract. lign.* §. 23. *glos.*1. *à num.*1. *usque ad num.* 20. ubi refert Boer. Pirr. Montal. & alios , & plurium Regnorum consuetudinibus esse statutum. Palat. Rub. Cifuent. & Castill. *in d. l.*71. Gomez. *in l.*70.*num.*15. Guttierrez. *pract. quæst.* 162. *lib.* 2. *num.* 1. ubi etiam in retractu communionis loquitur. Matieriz. *in l.*7. *tit.*11. *glos.*7. *num.*20. *lib.*5. *recompil.* Azeved. *in d. l.* 10.*num.*1. Si vero res patrimonialis cum aliis rebus non patrimonialibus simul vendatur uno pretio,tunc rem patrimonialem tantùm poterit retrahere, etsi absque fraude sit vendita, taxabiturque pretium boni viri arbitrio, scilicet judicis. Bald. *de jure prothom.* §. *item pone* , *num.* 23. Afflict. *eod. tract.* §. 6. *num.* 6. Carpan. *ad stat. Mediol.* 417. *num.* 38. Cifuent. *in l.*71.Gomez.*num.*15.Matienz. *num.* 31. Guttierrez. Azeved. *num.* 10. *ubi suprà,* Tiraquell. *d.* §. 23. *glos.*2. *num.*6. Guidon. Pap. *decis.*411.Giurb.*decis.* 52. *num.* 28. & in comprobationem expendunt *text. in cap. constitutus* , *de in integr.restit.*Controvertitur, an si emptor offerat retrahenti omnes res sibi venditas tam patrimoniales, quàm non,sibi restituto integro pretio, tenetur consanguineus retrahens omnes retrahere , vel omnes relinquere.Negativè respondit. Bald. *n.* 20. 21. *&* 22. Afflict. *num.* 5. 6. 7. Cifuent. *ubi suprà, & in l.*75. *verf.* 5. *dubitatur,* ubi ait,non posse retrahentem rem communem venditam uno pretio cum re non communi compelli ab emptore omnes retrahere. Affirmativam defendunt ex Tiraq. Matienz. *num.* 32. Guttierrez.*num.*4. Azeved.*num.*10. *&* 11. *ubi suprà per text. in l. tutor,* §. 1. *ff. de minor.* ibi : *Respondi eatenus rescindi , nisi emptor à toto contractu velit discedi , quod partem empturus non esset, & in l. communi,* §. *si debitor , ff. communi divid.* Concordari possunt hæ opiniones, scilicet hanc procedere,cum verisimiliter constat, unam sine alia emptorem non esse empturum. Tiraquell. *de retract.* §. 11. *glos.* 7. *num.* 3. Alteram cum id non appareat, & in casu, de quo fui consultus,consului esse locum retractui, quia res erant diversæ , & ex ipsarum qualitate non apparebat, quòd una sine alia non erat empturus. Quando hoc,seu contrarium præsumatur diximus *in Gl.* 1. *l.* 32. *à num.* 168. *suprà hoc tit.* Unde colliges, quòd, si fundus vendatur cum bovibus, vel aliis bonis mobilibus fundo cohærentibus, est in optione emptoris, si consanguineus velit retrahere, fundum relinquere consanguineo, & retinere ea quæ mobilia sunt ; aut totum relinquere restituto sibi integro pretio. Tiraquell. *de retract.* §. 1. *glos.* 7. *num.*86. ubi alios refert, quia unum sine alio non

erat

erat empturus,ex his,quæ diximus *in d.gl.*1.*n.*176. Item nota è converſo,quòd,ſi conſanguineus velit retrahere,quod patrimoniale & non patrimoniale eſt,invito emptore non auditur. Tiraq. *d.gloſ.*2. *n.*10. Cifuent. *in d.l.*71. *& in l.* 75.ubi in ſocio loquitur Afflict. *num.*8. Guttierrez. *num.*2. Matienz. *num.*33. Azeved. *n.*10. *ubi ſuprà.*

55 Nota 1. *ex d. l.* 10. ſi plures res patrimoniales vendantur uno contractu, & in ſingulis prætium conſtituatur, conſanguineum poſſe rem, quam voluerit, retrahere, aliis emptori dimiſſis; nam cenſentur eſſe plures venditiones,ut comprobavimus *ſuprà in d.gloſ.*1.*d.*32.*num.*Tiraquell.*in d.*§.23. *gloſ.*1. *num.*20. Matienz. *num.*27. Azeved. *num.*3. *ubi ſuprà*, qui in qualibet earum eſſe locum læſioni ultra dimidiam dicunt,& pro qualibet re deberi ſuam gabellam. Idemque erit dicendum, ſi plures unico pretio vendantur, ſi in inſtrumento in ſingulas res dividantur; nam ſimiliter,ut diximus *in d. gloſ.*1.*num.* ſunt plures venditiones. Tiraquell. *num.*21. Matienz.28. Azeved. *5. ubi ſuprà.*

Limita ex Tiraquell. *in num.*23. ſi conſtaret emptorem nonniſi omnes res empturum; nam licet in ſingula capita dividatur pretium,erit una venditio. Matienz. *num.*29. Azeved. *num.*6. *ubi ſuprà.* Item ex ipſo *in num.*25. limita,niſi res duæ ſeparatim diverſo pretio datæ ſint in ſolutum,ex ratione tradita *in d.l.*1.*n.*153. Matienz.*n.*30. Azeve l. *ſuprà.*

56 Nota 3. quòd, ſi conſanguineus propinquior non retrahat, ſequens in gradu uſque ad quartum gradum admittitur intra novem dies,*ex l.* 13. *d. tit.* 11. olim 73. *Taur.* hanc computationem graduum circa jus civile eſſe faciendam tradunt Cifuent. *in d. l.*73. Azeved. *in d. l.*12.*num.*6. Matienz. *in l.*7. *gloſ.*5. *num.* 6. *&* 7. quòd computatio graduum ſecundum jus canonicum ſit facienda, tenet Parlador. *à num.*16. *ubi ſuprà*, ea ratione, quia nimis reſtringeretur jus retractus, quia non transgrederetur ultra fratrum nepotes, & in comprobationem refert traditum à Gregor. Lopez. *in l.*11.*tit.*19. *p.*3.& reſpondit *text.in l.*3.*tit.*6.*p.*4.ubi computationem graduum ſecundum jus Pontificium ſolum obſervari,quando agitur de matrimonio, ſecus quando agitur de hæreditatis ſucceſſione,traditur. Prima juri conſona eſt; nam jus retractus redactum eſt ad inſtar ſucceſſionis. Caſtill. *in l.* 73. *Taur. num.*10. Gomez. *in l.*40. *num.*45. Matienz. *in d. l.*12. *gloſ.*1. *num.*1. Azeved. *num.*4.*in fin.*Par-

57 lador. *in d.* §.39. ¶ Unde diſcutiendum venit, an naturali,& ſpurio competat jus retractus?& naturali filio,ſeu baſtardo ex ſolutis conjugibus nato competere jus retractus,tenent Boër. *in conſtit. Bitur.d. tit.* §. 1. *in fin.* Cifuent. *in l.*70. *Taur.quæſt.*5. ubi ſic fuiſſe judicatum ait. Gomez. ibi *num.*4. Matienz. plures referens *in d.l.*7.*gloſ.*2. *num.*3. Caſtil. *in l.*9. *Taur. verb. herederos*, ubi etſi res ſit ex patrimonio patris,ſeu matris. Azeved. *in d. l.*7. *num.*22. Parlad. *num.*73. *ubi ſuprà*, & hæc eſt ſequenda, licèt contrariam ſint ſequuti. Tiraquell. *de retract. lign. in præf. à num.*33.*&* §.26.*gloſ.*1. *num.*38. & Perez. *in l.*1.*tit.*1. *lib.*4. *ordin.* & alii ab ipſis relati, & à Matienz.*ſuprà,num.*2. Filio ſpurio, ſeu inceſtuoſo, vel ex damnabili coitu nato non competere, quia non dicitur conſanguineus, nec de genere, tenet Matienz. *in num.*6.*ubi ſuprà.* Parlad. diſtinguit, an res patrimonialis perveniat ex ſtirpe paterna,& non habere jus retractus, quia nec jus ſuccedendi agnatis habet (de quo nos ſuo loco) ſi vero veniat ex ſtirpe matris, habere jus retrahendi in caſibus, in quibus poteſt ſuccedere cognato vendenti ab inteſtato, & quando hoc contingere poſſit,ineſt *in l.*7.*tit.*8.*lib.*5.*recomp.*& in Addit.Gloſ. .7.*tit.*7. *part.*6.ex illo Azeved. *in num.*43. *ubi ſup.* ait, quòd ſi fuerit à patre legitimatus non extante filio legitimo, nec naturali, qui retrahat, poteſt retrahere, quia tunc admittitur ad ſucceſſionem, de quo nos ſuo loco. Et *in num.*44. diſcutit, an bannito jus retrahendi competat, & ex Cifuent.affirmativè concludit, quia *ex l.* 3. *tit.* 4. *lib.*5. *recompil.* jam ad mortem condemnatus non efficitur ſervus pœnæ,& poteſt teſtari.

Et cum hoc jus retractus ſit redactum, ut 58
tenent DD. relati ad inſtar ſucceſſionis, utroque latere conjunctus præfertur in retractu uno latere conjuncto. Tiraquell. *lib.* 11. *de retract.* §. 11. & Matienz. *d. l.*7. *gloſ.*4. *num.*3. qui idem in eo per omnia ſervari, quæ ſervantur in ſucceſſionibus ab inteſtato, ait Azeved. *d. num.*43. ubi refert. Cifuent. Conſanguineus, qui venditioni con- 59
ſenſit, ſeu venditioni fuit præſens, an poſſit retrahere, dubitat Tiraquell. §.1. *gloſ.*9. *à num.*31. & 146. Matienz. *in d. l.*7. *gloſſ.* 13. *num.* 13. *&* 14. Gomez. *in l.* 70. *Taur.* qui reſolvunt venditioni conſentientem non poſſe retrahere;qui ſolum fuit præſens, poſſe.

Nota plura alia eſſe genera retractuum; nam 60
conductori, qui habet prædium à republica conductum, aut à fiſco, finita locatione,ſi alius plus offerat,poteſt eundem pretium offerre, *l. congruit, C. de locat. prædior. civil. lib.*11. *& l. quicumque, de omni agr. defert.* Boër. *d. cap.*107. Peret.*in l.*8. *tit.*2. *lib.* 1.*ordin. verb. ſtudios*, ubi ampliat ad conductores rerum privatarum. Sed Parlador.ampliatio- 61
nem impugnat *in d. diff.* 109. *num.* 10. *&* 12. ubi etiam diſcutit,an ſit porrigendum ad conductores vectigalium, & negativè reſpondet ſe ita reſpondiſſe, & non poſſe populum,ſeu univerſitatem retrahere vectigalia jam ſemel adjudicata pro tanto.Sed in quantum attinet ad populos reſtringe, niſi per vim incapitationis, *ſcilicet encaveamiento*; nam dicta via facultas datur populis retrahendi pro rata ſolvendo conductoribus *los prometidos*,& intereſſe agnitum, hoc eſt, ſi conductores redditus locaſſent, ſeu adæquaſſent, ſi ex adæquatione, ſeu locatione intereſſe agnitum habeant, illud eis tenetur populus reddere, & ſolvere. Azeved. *ibi.* Similiter ſi civitate jam capitata membrum alicujus redditus in ea contrahentes in pretio, quod ipſi diſtributum fuit ſecundum formam datam *en el encaveamiento general, num.* 22. noluerint pro incapitatione recipere, & ſubhaſtetur ſecundum ordinem in dicto loco ſignato, ſi poſtea voluerint à conductoribus eodem pretio retrahere, audiuntur uſque ad finem menſis Januarii,& debent obligari provero pretio, & promiſſa, & quartum, quæ fuerint admiſſa conductoribus reſtituere.

Item jus retrahendi conceditur concilio, hoc 62
eſt albendiga, & poſito cujusvis civitatis hujus Regni,*ex l.*18. *tit.*11. *lib.*5. *recompil.* ratione publicæ utilitatis, ut præferatur privato, etſi ſit clericus, in emptione tritici eodem pretio oblato,antequam triticum privato ſit traditum. Matienz. & Azeved. *ibi*, qui *in num.* 3. tempore inopiæ cives in emptione frumenti præferri exteris ait ex Mexia. & Covarr. vide Addit. ad Gloſ. *6. num. ſuprà*, & *in l.*21. datur etiam eis facultas à conductoribus redituum frumenti retrahendi ſcilicet medietatem tritici hordei,typhi,avenæ habita ratione valoris ex pretio conductionis dictum reddituum computanda. Matienz. & Azeved. *ibi.*

Et

63 Et *ex l.* 20. obligatis piſcium conceditur intra duos dies, reddendo pretium, & expenſas, retrahere piſces ab alio emptos, & *ibi* Matienz. & Azeved.

64 Vaſſallis an competat jus retractus ſe redimendi, ſi à domino jurisdictionis vendantur. Gregor. Lop. *in gloſſ.* 3. *l.* 4. *tit.* 15. *part.* 7. cogitandum reliquit, & ſequi videtur non competere jus retrahendi. Cui adde Franch. *deciſ.* 17. qui refert ita judicatum fuiſſe. Frec. *de ſubfeud. lib.* 2. *authen.* 2. *num.* 26. Camerar. *in c. Imperialem*, §. *præterea ducatus, in fin. comment. de prohib. feud. alien.* Maſtrill. *in conſil. poſt.* 1. *p. deciſ. num.* 30. ubi alios laudat. Contrariam tenuit Montal. *in l.* 2. *tit.* 24. *lib.* 5. ubi ait poſſe vaſſallos intra novem dies ſe redimere, & ita fuiſſe judicatum tradit. Franch. *ubi ſuprà num.* 1. Sed Nevizan. *in conſil.* 12. Alciat. *conſil.* 167. *aliàs* 7. *tom.* 1. *lib.* 3. Anna *allegat.* 27. & Maſtrill. *num.* 27. *ubi ſuprà*, conciliant has opiniones. Primam procedere cum Baro vendit. Secundam cum Rex vendidit, & idem tradit Franch. *in d. deciſ.* 17. quia tunc favore libertatis admittuntur vaſalli ad ſe redimendum ſoluto pretio. Officium decurionis ſi vendatur à conſanguineo poteſt retrahi, Bobadil. *lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 292.

65 Ad Gloſſ. 9. Nota lite pendente ſuper diviſione rei communionis ſocium non poſſe partem ſuam ſine conſenſu conſortis alienare. Adde Gloſſ. *in l. falſo*, C. *commun. rer. alien.*

LEX LVI.

Ad tit. C. de his quæ vi, metuſve cauſa fiunt, & ff. de eo quod metus cauſa, &c.

SUMMARIUM.

1 *Metu celebrati contractus mero jure valent, ſed per metus cauſa actionem reſcinduntur, n.* 3. 5. 8. 9. & 12.

2 *Contrarium ſcilicet ipſo jure nullos eſſe, & concordia, in n.* 4. & 127.

6 *Metui dolus ineſt, ob dolum contrahens errat in conſenſus cauſa, n.* 7. *non qui ob metum* 8.

10 *Voluntas coacta voluntas eſt, n.* 11. 12.

13 *Contractus non ſolum ob metum, ſed ob probabilem ejus ſuſpicionem reſcinduntur, nec initium offenſionis exigitur, num.* 14. 15. 16. 17. 18. 19.

20 *Durante eadem cauſa metus etiam ex intervallo, vel longo tempore contractus facti, poſſunt reſcindi, etſi ſint voluntatis declarativi, num.* 22. 24. 25. 26. 28. & 80. *Et actuum geminatio, juramenta, quæcumque clauſulæ in ipſo actu, vel poſtea ex intervallo factæ non purgant metum, num.* 27. 29. *Metus definitio.*

31 *Metus à marito incuſſus præſumitur durare durante matrimonio, num.* 27. *à Patre, vivente patre, ibi à judice quandiu eſt in officio* 22. *à Tyranno vivente eo* 23.

30 *Juramentum metu extortum nullum eſt de jure civili? Quid de jure canonico, vel de jure Regio. An abſolutione, vel relaxatione indigeat, n.* 31. 32. 33.

34 *Actio metus datur in inferentes, & in illationis metus participes, item, & doli actio, n.* 35. 36. 37. *Etiamſi res pereat.* 38.

37 *Non valens rem reſtituere an ſemper abſolvatur.*

39 *Actio metus datur etiam in eorum hæredes, vel ſucceſſores, quatenus ad eos pervenit, ſive antè, vel tempore litis conteſtatæ, vel poſtea ad eos pervenerit, num.* 40. *& in hæredes hæredum ad id, quod ad primos, etſi ad ipſos nihil pervenerit. Et quæ ſit ratio differentiæ.* 41. 42. *Item in commodum ſentientes, rei poſſeſſores metus ignaros, num.* 43. 44. *Contraria* ibi: *Conciliatio.* 45.

46 *Eſt ſubſidiaria contra tertium bonæ fidei poſſeſſorem, & prius agendum eſt ad reſciſſionem. Negativa, & tenenda n.* 47. & 48. *expreſſio inferentis metum non exigitur, ſed rem per metum amiſſam fuiſſe ibi.*

49 *Item datur in bonæ fidei poſſeſſores, eorum hæredes, & ſingulares ſucceſſores rei metu ablatæ. Item ſi ad eos pervenerit ex cauſa lucrativa, etſi eam alienaverint, ſi ex ea alipuid perceperint, vel eam dolo deſierint poſſidere. Secus tamen ſi ex cauſa oneroſa, vel ſine dolo apud eos non ſit, num.* 50. 51. 52. & 53.

54 *Habenti rem venalem compulſo viliori vendere pretio an detur actio ad reſcindendum contractum, vel ad pretii ſupplementum, num.* 55.

56 *Datur etiam hæc metus actio, etſi non in contrahentis perſona; ſed in aliqua aſcendentium, vel tranſverſalium, ei metus inferatur, n.* 57. *uſque ad quem gradum* 58. *Quid ſi in domeſticorum, laboratorum, vel amici perſona, n.* 59. 60.

61 *Competit metus actio metum paſſo, ejus hæredibus, ſingularibus ſucceſſoribus, & omnibus ex metu læſis, ſi aliquod ſentiant damnum, n.* 98.

62 *Alleganti metum incumbit onus probandi. An leviores probationes ſufficiant, & conjecturis, præſumptionibus, vel indiciis probetur, vel liquidiſſimæ probationes requirantur, n.* 63. *uſque ad* 72. & *n.* 80.

70 *Quo fortior eſt præſumptio, eo durior probatio exigitur, quæ præponderet præſumptioni.*

73 *In metus probatione an ſingula, quæ non poſſunt, collecta juvent. Quando probationes imperfectæ jungantur, ut plena reſultet probatio.*

74 *Domeſtici teſtes in probatione metus admittuntur, & aliis præferuntur. Quando magis credatur duobus deponentibus de metu, quam de libera voluntate, vel è contra, num.* 75. 76. 77.

78 *Judex facilius debet moveri ad pronuntiandum pro metu, n.* 79.

80 *Metu probato metus cauſa manente, fere impoſſibile eſt probare contrarium.*

81 *Teſtis ſingularis ad metus, & minarum probationem admittitur, an unus de viſu cum aliis de auditu ſufficiat, n.* 82. 83. 84. 85.

86 *Proteſtatio an metum probet, num.* 87. 88. 89.

90 *Juramentum metum paſſi aliquando probatur.*

91 *An debeat probari in ſpecie quoad illum contractum, n.* 92. *concordia* 93.

94 *Teſtatoris aſſertio metum probat. Teſtamentum an ſit nullum ipſo jure.*

95 *Metus*

95 *Metus probatur præcedenti tractatione de inferendo metum. Item vero similitudinibus, & aliis modis, ex quibus judici visum fuerit metum adfuisse, n. 96.*

97 *Probato metu res amissa probantur per juramentum.*

99 *In adhibentem metum debitori, ut ei solveret, non datur metus actio. Nemini licet jus sibi dicere, nec rei suæ possessionem ab alio detentam sua auctoritate occupare, n. 100. Nisi in continenti vis vi repellatur. 101.*

102 *Metus levis an vitiet contractum, num. 103. 104. 105.*

106 *Metus justè illatus non vitiat contractum. Obediens legi etsi invitus non dicitur metu facere.*

107 *Metum passo non prodest metus, sua culpa justè illatus. Contrarium, n. 108. Concordia 109. Exemplificatur pro explicatione. 110. 111. 112. 113.*

114 *Quis sit metus ab extrinseco, vel intrinseco. Metus intrinsecus nullum rescindit contractum.*

115 *Metus actio an detur, si res æquè penes metum passum esset peritura.*

116 *Quando ad quadruplum detur.*

117 *Quando contra bonæ fidei possessorem.*

118 *Quid quadrupletur, & quod tempus inspiciatur, n. 119. 120.*

121 *Non datur, si metum passus quod recepit, non restituat. Cessante metu an contractus sit ratificatus, num. 122. 123. 124. Quid si transcursu temporis purgetur, & quando præscriptio currere incipiat. 125. 126.*

127 *Qui contractus, quibus metus immediatam causam dedit, sint ipso jure ab initio nulli, nec indigeant rescissione, remissivè.*

128 *Metum inferens non potest agere ad rescissionem contractus.*

ADDIT. GLOS. V.

1 NOta ex Glos. quòd contractus per metum factus mero jure ligat, & tenet, sed per metus causa actionem, rescindendus, invalidandus, ac retractandus venit. Adde, *l. 1. l. continet. 3. §. sed vim. l. nec timorem*, §. *proinde, l. isti quidem, l. isti mulier*, §. *quod metus causa, & per tot. sit. ff. quod met. caus. & Cod. eod. per tot. text. in c. Abbas 2. & in c. ad audientiam, d. tit. in cap. veniens, & in cap. consultationi, de sponsal. in c. si justus metus, fin. de appellat. in cap. si vero, de jurejurand. in c. super hoc de renuntiat. in cap. sciant cunct. de elect. lib. 6. l. is qui 2. Cod. de his, qui per met. judic. non appellant.* omnesque ferè scribentes *d. in juribus.* Hostiens. *in summ. d. tit. de his, quæ vi, num. 3. & 6.* Azon. *d. tit. num. 6.* Wesembec. *in parat. ff. & C. eod. tit.* Fabe*in ration ad Pandect. eod. & in jurisprud. tit. 3. de jure personar. princ. 2. illation.* 11. Thom. Sanchez, *de matrim. lib. 4. disput. 8. num. 4.* plusquam *56.* refert authores, inter quos adducit Guttierrez. *de juramento confir. p. 1. cap. 57. num. 21.* Grammat. *decis. Neap. 103. num. 67.* Gomez. *var. cap. 4. num. 1. ad fin. casus 6. tom. 3.* Barbos. *in rubr. ff. solut. matr. part. 4. num. 28.* Seraphin. *de privil. jur. privil. 110. num. 1.* ibique Benechend. Bertach. *in repert. litt. M. verbo, metus non præsumitur, num. 80. vers. metus non redit.* Sebastian. Medic. *de casib. fortuit. quæst. 7. num. 62.* Menoch. *cons. 2. num. 17. vol. 1. de arbitr. lib. 2. cas. 135. 136. & 391. num. 41. & de interdict. recup. remed. 1. num. 105. & de interdict. unde vi, remed. 1. num. 102.* reliquos verò vide apud eundem Adde. Covarr. *de sponsal. part. 2. cap. 3. §. 4. num. 1. vers. metum autem,* Petr. Gregor. *syntagm. jur. lib. 20. cap. 2. num. 3. & lib. 36. cap. 25. num. 10.* Surdus *consil. 37. num. 19.* Bald. *148. num. 3. vers. unde dicit Magistr. lib. 2.* Gaill. *pract. observat. lib. 2. num. 5.* Lessius. *de justit. & jur. lib. 2. cap. 17. dub. 6.* Cornel. *de absolut. jurament. p. 4. cas. 3. num. 46.* Tusch. *litt. M. conclus. 221. num. 1. cum aliis, & conclus. 222. num. 2.* Valasc. *consult. 142. num. 7.* Zasi. *in §. actionum, Instit. de action. num. 4.* Pichard. *in §. item actio. 26. num. 15. & in num. 27. 32. & 42.* (quamvis ipse, *in §. actionum 28. eod. tit. à num. 24. usque ad 45.* in bonæ fidei contra- 2
ctibus defendat ipso jure esse rescindendos) Gammac. *decis. 250. num. 3. part. 1.* Joseph. Ludovic. *in decis. Lucens. 18. num. 12. vers. si autem.* Ricc. *in collect. decis. 4. p. collectan. 1170.* Boër. *decis. 100. num. 1. cum seq.* Pereir. de Castr. *decis. 30. num. 10.* Rebuff. *de rescis. contract. gloss. 12. num. 2. comment. tom. 2.* Fontanell. *de pact. nupt. claus. 7. glos. 2. part. 5. num. 33. & per tot.* Avend. *in suo dictionar. verbo fuerça, fol. mihi 188.* Trentacinq. *variar. resolut. lib. 1. resolut. 1. de bis, quæ vi metusve caus. fiunt, num. 1.* Montanei *in addit. ad Olivan. tit. de action. part. 2. lib. 1. cap. 9. num. 2. verific. hæc autem rescissio,* ubi dicit, quòd rescissio contractus 3.
non fit ipso jure, sed metum operari posse rescindi. Honded. *consil. 29. num. 15.* Paris. *10. à n. 27. usque ad 35. lib. 1.* Thesaur. *quæst. 51. lib. 1. per tot.* Farinac. *in 2. part. fragment. verb. metus, à num. 6. cum sequent. & in num. 25. & 30.* Mogoll. *in tract. de metu, per tot.* Cevall. *quæst. 604. num. 3. & 4.* Castill. *quotid. lib. 3. cap. 1. num. 141. 147. & per tot.* Bonacina *de contract. disp. 3. quæst. 1. punct. 2. §. 3. num. 3. in fin.* & omnes *infrà* referendi, & in Addit. Gloss. 7. & 8. *l. 15. tit. 2. p. 4.*

Eorum autem opinio, qui contractus ipso jure 4
nullos esse docent, ex eo quòd sint justo metu initi, non procedit absolutè, sed in casibus, de quibus *infrà à n. 127.* & rationibus juribusque, quibus fulcitur, respondet Sanchez. *d. lib. 4. disput. 8. num. 10. & 11.* ubi & dicit, ideò contractus, quam- 5
vis metus causam proximam dedit, ipso jure valere 6
(quamvis metui dolus insit, *l. si cum exceptione, 14. §. eum qui ff. de eo quod mes. caus. l. prætor ait 2. §. doli mali, ff. de vi bonor. raptor.*) non verò 7
quibus dolus; quia ob dolum contrahens errat in causa consensus, unde consentit sub quadam conditione, si verum est illud, propter quod inducitur, (quæ de dolo simplici intellige) at vero si ob 8
metum, & dolum, qui metui inest, compulsus est ad contrahendum, in consensus causa non errat, 9
illam enim nosci; ideoque ab initio contractus 10
valent, quamvis postea ex edicto Prætoris rescindantur; adest enim simplex consensus, qui licèt absolutè liber non sit, respectivè tamen liber est, potius enim eligitur contrahere, quam malum pati; qui consensus sufficit, ita Covarr. *de sponsal. d. 2. p. cap. 3. §. 5. num. 6.* voluntas enim coacta 11
voluntas est, *l. si mulier 21. §. si metu, ff. quod metus caus.* Glos. *in cap. 2. verbo coactus d. tit. c. majores*, §. *item quæritur, de baptism. c. merito 16. quæst. 1.* Petr. Gregor. *super decret. lib. 4. tit. 1. cap. 6. num. 7. de benefic. cap. 31. num. 5. & à num. 16.* Maria *de succes. legal. tom. 2. part. 4. quæst. 2. art. 5. num. 20.* Thesaur. *d. quæst. 51. num. 13.* Faber *in d. §. si metu, & in juris prudent. tit. 3. de jure person. princ. 2. illat.*

illat. 11. Hoſtienſ. *in ſumm. d. tit. num.* 6. Sanchez. *d. lib.* 4. *diſput.* 8. *num.* 4. *& diſput.* 29. *num.* 5. Pichard. *in d.* §. *item actio. Inſtit. de action. num.* 24. Gaill. *ob-*
12 *ſervat. lib.* 2. *obſerv.* 93. *num.* 4. *& 5.* ubi dicit, quòd regulariter metus non excludit conſenſum, & conſequenter actum ex illo conſenſu dependentem non vitiat ipſo jure, eo quòd coacta voluntas, voluntas eſt, & idem docent omnes ferè, *ſuprà* relati *n.* 1. 2. *& 2.*

13 Amplia 1. regul. *num.* 1. traditam non ſolùm ob metum contractus probabiliter initos reſcindi, ſed & probabili metus ſuſpicione celebratos; quia non ſolum metus accipitur prout eſt verè de præſenti, ſed & prout res adhoc veriſimiliter tendit; nec quod offenſionis ſpectetur initium poſtulatur, *l. ſi donationis* 7. *C. de bis, quæ vi & met. gloſ. in cap. cum dilectus, verbo metum mortis dict. tit. gloſ. in cap. bonæ* 23. *de election. verbo metuebant.* Bart. *in l. metum* 9. *in princ.* ibique Faber. *in ration. in*
14 *l. ratione decidendi, ff. quod met. cauſ.* per metum enim, vel per probabilem metus ſuſpicionem aliquid fieri, paria ſunt ad reſciſſionem contractus, *l. habitatores, §. fin. ff. locati*, ibi: *Si juſta cauſa fuiſſet, cur periculum timeret, quamvis periculum verè non fuiſſet, tamen non debere mercedem, ſed ſi cauſa timoris juſta non fuiſſet, mercedem nihilominus eum debere, l. noviſſimè, & gloſſ. ibi, verbo excuſatus, ff. quod falſ. tutor. actor. geſt.* facitque *l. nec timorem* 4. *ff. quod met. cauſ.* Hypol. Montal. *ad Olivan. in tit. de action. part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 2. Alexand. *conſil.* 99. *num.* 7. *lib.* 3. Bald. *in l. interpoſitas, Cod. de tranſact. in fin. & in c.* 1. §. *item ſacramenta, de pace juram. firmand.* Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib.* 1. *tit.* 7. *num.* 6. ubi dicit juſtam metus cauſam ſufficere, etſi ipſe metus non probetur. Paz. *conſ.* 25. *in fin.* Pariſ. 60. *num.* 15. *&* 139. *num.* 13. 17. *&* 18. *vol.* 4. Surd. 367. *num.* 23. *& in deciſ.* 194. *num.* 24. ubi ex Angel. dicit paria eſſe, quòd fiat aliquid per metum, vel per probabilem metus ſuſpicionem. Tuſch. *litera M. concluſ.* 215. *num.* 9. *&* 216. *num.* 4. Gaill. *de pace public. num.* 3. *&* 6. Rebuff. *tom.* 2. *tract. de reſciſ. contract. gloſ.* 22. *num.* 6. Maſcard. *de probat. concluſ.* 1055. *num.* 26. *&* 49. Garc. *de nobilitat. gloſ.* 7. *num.* 13. *in fin. & in num.* 14. ubi ait idem eſſe, ſi quis faciat aliquid compulſus, aut metuens ne compellatur. Gabriel. *tom.* 2. *lib.* 11. *verbo, metus, verſ. paria ſunt.* Sebaſt. Medic. *de caſib. fortuit. part.* 1. *quæſt.* 7. *num.* 7. *verſ.* 16. Grammat. *de-*
15 *ciſ.* 5. *num.* 5. 7. 8. *&* 9. ubi dicit juſtum metum eſſe juſtam ſuſpicionem, *deciſ.* 18. *& n.* 16. *&* 17. quòd non debet quis ſpectare periculum, & ſe periculo committere Cacher. 170. *num.* 3. Pereir. de Caſtr. 30. *num.* 4. *&* 5. Fontanell. *de pact. nupt. claus.* 7. *gloſ.* 2. *num.* 75. Covarr. *d. cap.* 3. §. 4. *à num.* 1. *uſque ad* 8. plures adducit, *& in cap.* 10. §. 2. *num.* 5. ubi pulchrè. Joſeph. Ludovic. *deciſ. Lucenſ.* 18. *num.* 6. *&* 7. Farinac. *verbo metus, num.* 20. 70. *&* 72. *& in lib.* 2. *conſ. & deciſ. deciſ.* 260. *num.* 18. *& in noviſſim. deciſ. deciſ.* 643. *num.* 2. *part.* 1. Sanch. *d. lib.* 4. *diſp.* 1. *n.* 17. *&* 22. *in fin.*

16 Subamplia etiamſi probabilis timor, ſeu ſuſpicio non ob proximam illationem, ſed ob illationem futuram, & longè diſtantem adſit, modo tamen certum, ac perſpicuum ſit, grave malum à longè extiturum, aliter evadi non poſſe, niſi præſentem ineundo contractum. ita Sanchez, *ubi ſuprà, num.* 16.
17 *in fin.* eamque adducit rationem, quòd enim non poteſt non evenire, jam eveniſſe videtur, *l. in diem* 10. *l. ſub conditione, l. nam, & l. quod ſi ff. de condict. indeb.* ibi: *Quod ſi ea conditione debetur, quæ omnino extitura ſit, ſolutum repeti non poteſt.* Faber. *in ration. ad Pand. in l. quantum, litt. A. in fin. ff. quod* 18
met. cauſ. nec obſtat *l. metum. ff. eod.* nec Bart. *ibidem, & gloſ. in c. audientiam, verbo cauſæ. d. tit.* ibique Anton. *num.* 14. & Hoſtienſ. *in ſum. tit. de his, quæ vi, num.* 1. quatenus metum præſentem exigunt, nec ſuſpicionem inferendi ſufficere ad contractuum invalidationem docent: Quoniam verum eſt metum præſentem exigi; ſed ſufficere dicimus metum præſentem ex malo, vel damno jam exiſtente provenientem; vel ex juſta, & probabili metus ſuſpicione ob malum futurum, & in contrarium adducta procedunt in ſuſpicione fruſtranea, vacua, ac injuſta, de qua loquuntur, *l. vani timoris, ff. de reg. jur. l. is, qui* 2. *C. de bis, qui per met. judic. non appell. l. nec timorem,* 7. *verſ. proinde l.* 1. *ff. quod. met. cauſ.* & communiter ſcribentes *in d. juribus*, & ferè omnes, qui de metus materia aliquid agunt. Juſta enim & probabilis metus ſuſpicio in virum conſtantem cadens (de qua nos) ſive proveniat ob præſens malum, vel futurum de proximo inferendum, vel poſt longum tempus, modo tamen aliter evadi, vel ſubterfugi nullatenus poſſit, quæ cum mentem percellat, metusque ſit inſtantis, vel futuri periculi cauſa, mentis trepidatio, *l.* 1. *ff. quod met. cauſ.* 19
ut dixi *ſin. ſuprà in addit. ad gloſ.* 6. *l.* 15. *tit.* 2. *p.* 4. & in Addit. ad Gloſ. 1. *l.* 28. *tit.* 11. *infrà*, pro metu quidem accipitur, ad contractuumque reſciſſionem ſufficiens eſt, ut conſtat *ex ſuprà* traditis *à num.* 4. docetque Sanchez. *d. diſput.* 1. *num.* 16. ubi dicit non adeò præcisè malum ab aliquo inferri de præſenti exigi, quòd non ſufficiat ad juſtum metum de illatione proxima juſtè, & probabiliter timere, & non vane. Trentac. *variar. reſolut.* 1. *num.* 1. vide Addit. Gloſſ. 9. *&* 10. *l.* 15. *tit.* 2. *p.* 4.

Amplia 1. ad metum, vel probabilem metus 20
ſuſpicionem vitiari, ac reſcindi etiam ex intervallo initos actus, vel contractus, durante tamen, ac exiſtente eadem metus cauſa, ſunt enim per metum facti, *text. in cap.* 1. *ibique, gloſ. verb. poſt modum de bis, quæ vi ibique Abb. num.* 12. Imol. *num.* 14. Angel. *in l. ad invidiam, C. eod. & in l. qui alienat.* §. *Celſus, ff. de acquir. hæredit.* Bart. *in l. pen. ff. de condit. ob turp. cauſ.* Alexand, Bart. & alii *ibidem.* Dec. *conſ.* 218. *num.* 5. *&* 468. *num.* 23. 24. 32. *&* 498. *num.* 16. 17. *&* 690. *num.* 11. *&* 12. *& in l. omnibus, num.* 12. *ff. de reg. jur.* Pariſ. *conſil.* 10. *num.* 60. *&* 57. *num.* 7. *vol.* 4. Bulſat. 72. *num.* 27. Jaſ. *in* §. *quadruplic. inſtit. de action. num.* 67. Honded. *conſil.* 23. *num.* 40. ubi dicit, quòd durante eadem potentia, & cauſa metus, ille extenſus dicitur etiam ad ſequentia, & longo tempore intervenientia. Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 4. *num.* 22. *& ſeq.* ubi plures refert, *& in præ-* 21
ſumpt. 126. *num.* 28. ubi & quòd durante matrimonio præſumitur & durare metus illatus uxori. Trentac. *reſolut.* 1. *num.* 15. *lib.* 1. Rebuff. *tom.* 2. *gloſ.* 22. *num.* 5. *&* 6. & alios refert † & officialis, ſeu judi- 22
cis metum tandiù durare inquit, quamdiu eſt in officio. Bald. *de rubr. de bis, quæ vi, num.* 4. quòd præſumitur durare quamdiu jurisdictioni præeſt, ex Bart. *in l. de pupillo, §. ſi quis ipſi prætori, ff. de oper. nov. nunt.* Surd. plures adducens, *in conſil.* 513. *à num.* 41. & ex Alexand. 98. *lib.* 3. inquit metum illatum non purgari ex geſtis poſt metum, quando eadem ſubſiſtit cauſa metus, ſive ea ſtatim, ſive ex intervallo facta fuerint, & Alex. *in d. conſ.* 98. † metum tyranni 23
durare inquit, quamdiu vivit Tyrannus, *in n.* 7. *&* 8. Guttierrez. *conſ.* 16. *num.* 15. Hypol. Mont. *ad Olivan.*

in

in tit. de action. part. 2. *lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 6. Gratian. *resp. cons.* 71. *num.* 25. *lib.* 1. Cornell. *de absolut. part.* 4. *casu* 3. *num.* 51. *&* 52. Garcia. *de nobilit.*

24 *glos.* 17. *num.* 47. ubi quod durante eadem causa metus nullus consensus præsumitur liberæ voluntatis, & quòd novus consensus, non consensus, sed dissensus est, etsi externus actus sit spontaneæ voluntatis declarativus. Everard. *cons.* 19. *num.* 23. Gomez. *variar. tom.* 2. *cap.* 14. *num.* 27. Suarez. *allegat.* 24. *vers. adde etiam.* Padill. *in l. interpositas, Cod. de transact. num.* 24. Brun. à Sole, *in locis comm. verb. metus, num.* 7. Joseph. Ludovic. *decis. Lucens.* 18. *num.* 2. Gammat. 364. *num.* 3. *&* 4. *&* 6. Rota Aven. 13. *divers.* Boer. 100. *num.* 13. Ursil. ad Afflict. 246. *num.* 6. *&* 7. Gabr. *verb. metus, vers. limita insuper.* Monter à Cueva, *decis.* 33. *num.* 32.

25 33. *&* 34. ait quòd durante eadem metus causa contractus quantumlibet ex longo intervallo initi censentur ob præcedentem metum celebrati. Ricc. *in prax. decis.* 235. *num.* 4. *&* 7. Mascard. *conclus.* 1055. *num.* 34. 36. *&* 40. Pereir. de Castr. *decis.* 30. *num.* 7. Card. *consil.* 137. Cacher. *decis.* 179.

26 *num.* 12. *&* 22. alios referens dicit, quòd quando post inductum metum aliquis actus exterior supervenit ad purgandum metum idoneus, eadem causa subsistente non purgatur. Seraphin. *in decis.* 881. *&* 851. *&* 873. *num.* 2. *cum seq. &* 1166. ubi quòd initium malum influit in omnes sequentes actus, & tempora. Petr. Gregor. *de sponsalib. cap.* 6. *num.* 22. *vers. similit.* Suarez, *allegat.* 24. *num.* 5. *vers. adde etiam.* Thesaur. *quæst.* 5. *lib.* 1.

27 *num.* 19. *&* 2. *seq.* † ubi plures referens ait subsistente eadem causa metus, geminationem actuum, juramenta, & quascumque clausulas, & omnes actus etiam ex intervallo subsequutos esse metu celebratos, contractus non confirmare, & metus purgationem non induci, viventeque marito, vel patre, metus causam non cessare. Mogollon. *de metu, cap.* 10. §. 2. *num.* 3. *&* 4. Sanchez. *d. lib.* 4. *disput.* 12. *num.* 23. *& disput.* 18. *num.* 7. Farinac. *consil. & decis. lib.* 2. *decis.* 263. *per totam, ubi opti-*

28 *mè*, † *& in num.* 3. inquit, quòd quamdiu metus causa durat, quicumque actus fiant, etiamsi præseferant liberam voluntatem, & lætum, jucundumque animum, nedum metum purgant, sed potius eum magis confirmant, quodcumque temporis intervallum intercedat, *& in decis.* 286. *n.* 4. *in fin.* 295. *num.* 3. *& in novissim.* 175. *num.* 5. 579. *num.* 6. *&* 643. *num.* 24. *part.* 1. *&* 705. *num.* 4. *&* 12. *part.* 2. Diaz, *in rubr. de bis, quæ vi met. num.* 4.

29 Amplia 2. metu initos contractus rescindi, etiamsi juramentum intervenerit in ipso actu, vel postea subsequatur, metus causa manente, *cap. ad audientiam* 4. *cap. cum dilectus* 6. *de bis quæ vi, met. & glos. in cap.* 6. *verbo metum mortis, c. cum contingat* 28. *ibique glos. verb. debet, de jurejurand. c. quamvis pactum de pact. lib.* 6. *cap. licet mulieres, de jur. jurand. eod. lib. cap.* 1. §. *item sacramenta, de pact. juramen. firmand. in feud. Authent. sacramenta puberum, C. si adversus vendit. ibi DD. c. significavit, ibique.* Glos. *verb. significavit, de eo qui dux. in matrim. quam pollue. per adulter.* Alciat. *in d. c. cum contingat*, & communiter DD. *ibi.* Covar. *de sponsal. cap.* 3. §. 5. *num.* 1. ubi de matrimonio metu contracto, & juramento firmato. Guttierrez. *de juram. confirm. cap.* 1. *num.* 15. *part.* 1. *& cons.* 22. *n.* 10. Mascard. *conclus.* 1055. *num.* 40. Rödrig. *in summ. tom.* 2. *c.* 93. *num.* 4. Joseph. Ludovic. *decis. Lucens.* 18. *n.* 11. Gomez. 2. *tom. var. cap.* 14. *num.* 27. Honded. *consil.* 9. *num.* 21. *&* 22. *&* 23. ubi de renuntiatione juramento corroborata, *&* 23. *num.* 44. ubi dicit ab eo recedi posse saltem absolutione obtenta, & plures adducit, *&* 29. *à n.* 18. *vol.* 1. Rebuff. *tom.* 2. *tract. de rescis. contract. glos.* 12. *num.* 13. Roland. *cons.* 2. *à num.* 79. *vol.* 4. Boer. *decis.* 100. *num.* 12. Petrus Gregor. *Syntag. lib.* 41. *cap.* 14. *num.* 5. *&* 7. Afflict. *in decis.* 263. *num.* 4. *& ibi.* Ursil. *num.* 6. ubi dicunt in Neapoli consilio non obstante exceptione perjurii contra metum passum oppolita ad ulteriora fuisse processum. Tusch. *d. concluf.* 221. *num.* 5. *&* 12. Wesemb. *in parat. ad d. tit. ff. quod met. caus. num.* 3. *&* C. *num.* 6. Cevall. *quæst.* 604. *à num.* 4. Seraphin. *privil.* 101. *n.* 8. ubi Benechen. *n.* 5. Marc. *de succes. legal. p.* 1. *q.* 26. *art.* 5. *num.* 38. Thesaur. *quæst.* 51. *lib.* 1. *num.* 10. 11. *&* 19. qui alios referunt, † & Mogoll. *de metu, c.* 4. 30 §. 2. *n.* 11. ubi, & dicit juramentum metu extortum de jure civili nullum esse. Jus autem Regium variasse videri, statuendo *in l. fin. tit.* 11. *p.* 3. juramentum validum esse, *in l.* verò 28. *tit.* 11. *infrà hac part.* (vide *ibi* Addit.) *& in l.* 2. *tit.* 12. *lib.* 2. *fori*, esse invalidum, & itidem jus canonicum, *in c. ad aures* 3. *de his, quæ vi met. in cap. si vero* 8. *& in cap. verum* 15. *de jur. jurand.* juramentum metu extortum valere inquit, contrarium vero *in d. cap. cum dilectus, in d. ad audientiam, & in relatis supr. in hac ampliat.* Sed 31 *in num.* 9. dicta jura variè à DD. conciliari inquit, nonnullos videlicet asserere jura, quæ ipso jure non valere juramentum affirmant, procedere, si adhibeatur casui, seu contractui à lege prohibito, reliqua verò casui à lege non prohibito. Alios juramentum esse nullum, si contractui interponatur ipso jure nulli, sin autem contractui valido, & rescindendo, juramentum validum esse, donec absolutio impetretur. Alios autem contractum juramento metu extorto confirmatum regulariter valere, sed in aliquibus casibus fallere. Alios juramentum vergens in dispendium salutis æternæ, in deteriorem exitum, & contra bonos mores, vel contractui appositum principaliter ob publicam utilitatem prohibito, ipso jure non valere, secus verò alias, & tandem concludit suam resolutionem esse, juramentum metu præstitum ipso jure nullum esse, & cætera jura in contrarium corrigi *per d. cap. quamvis pactum, de pactis lib.* 6. *& d. c. licet mulieres, de jure jurand. eod.* indistinctè enim determinant non valere juramentum metu præstitum. † Sed dicta 32 jura quatenus docent renuntiationes, & contractus minorum, fundique dotalis alienationes juramento confirmari sine dolo, & metu præstito, non decidunt juramentum metu præstitum nullum esse, sed non confirmare similes contractus, nec eos efficere irrevocabiles, nec ullam ad id vim habere, ita Sanchez, *d. lib.* 4. *disput.* 20. *à num.* 5. ubi satisfacit juribus, ac auctoritatibus, quæ juramentum metu gravi exactum nullum esse docent, nec indigere absolutione, ut videre est apud eundem, sicque & intelligendi sunt adducti per Benechend. *ad Seraphin. privil.* 110. *num.* 5. ac per Farinac. *in d. verb. metus, num.* 144. *& in verb. juramentum, num.* 1260. 1272. *&* 1278. *& seq.* docentes juramentum nullum esse, nec indigere absolutione.

Ipse tamen Sanchez, *in num.* 4. contrariam opi- 33 nionem, videlicet juramentum ob metum gravem in contractibus alias invalidis appositum, relaxatione indigere, dicit probabiliorem: & pro ea plures adducit. Molin. *de justit.* & alios refert. Benechen. *in dict. privil.* 110. *num.* 6. 7. *&* 9. & refert alios, & Farinac. *in d. verb. juramentum, num.* 1271. 1273. 1274. *&* 4. *sequent. & in d. verb.*

metus, *num.*145. alios allegans, apud quos latè invenietur, quando juramentum confirmet contractum,& Sanchez *in dissut.*32. *lib. num.* 1. *&* 12. etiam & latè agit quid quoties actus in favorem publicum prohibetur principaliter, & secundariò ob privatam auctoritatem, & quid è contra, & vide addit. & Glos. 4. *l.*28. *tit.* 11. *hac parte*, ad Gloss.2. 3. 4. *&* 5. *l.*29. *tit.*11. *part.*3. & ad Glos. *fin. l. fin. tit.*11. *part.*6. ubi latè, & tutius est,quòd impetretur absolutio, ut docent *suprà relati*, & Trentacinq. *d. resolut.* 1. *de his, quæ vi, num.* 14. Scacc. *de judic. lib.*2. *cap.*2. *num.* 216. qui alios allegant.

34 Amplia 4. metum, vel probabilem metus suspicionem, non solum in illius,qui metum intulit, favorem celebratos vitiare contractus, nec metum passo in illum tantùm hanc metus actionem dari, sed etiam in illationis metus participes, *l. metum* 9. *§. animadvertendum, l. item si cum exceptione*, 14. *§. secundum hæc*, *& l. at in id dabitur*, *ff. quod met. caus.* & quæ *ibi*, Bart. & DD. tradunt, novissimè Faber. *in ration.* Wesembec. *in parat. ad d. tit. ff. num.6. & C. num.*4. Tusch. *d. conclus.*221. *num.*31. *&* 32. *& conclus.* 222. *num.* 21. Ursil. *ad Afflict. decis.* 263. *num.*6. ubi inquit,quæ de metu dixerat, procedere quoad illum, qui metum intulit, & participem. Sarmient. *lib.* 1. *select. cap.* 11. *num.*8. Azon. *in sum. eod. tit. num.* 17. Aretin. *consil.*14. *num.*15. *vers. nec est hic investigare.*Farinac. *num.*7. Mogollon. *de metu cap.*8. §.4. *num.* 1. *c.*11. *à num.* 1. *usque ad* 6. *& in cap.* 13. *num.*8. quos adduxisse sufficiat, ab omnibus enim affirmatur hic metus actionem dari adversus eos omnes, qui in-

35 tulerint metum; † item & actione de dolo teneri, sed unam consumi per alteram, *d. l. si cum exceptione*, §. *eum qui*, ibi : *Eum qui metum fecit,& de dolo teneri certum est (& ita Pomponius) & consumi alteram actionem per alteram exceptione in factum proposita ibique.* & Bart. Faber. *verbo consumi alteram*, eamque dicit esse rationem, utraque enim est rei persequutoria,in quadruplo enim,& simplum continetur,*& in d. l. metum* 9. *vers. licet tamen*, & vide Addit. Gloss. *l.* 30. *tit.*2. *p.* 3.

36 Limitant tamen hanc ampliationem, & dicunt metum,qui intulit,hac non posse conveniri actione,nisi præter metus illationem,utilitatem commodumque ad eum perveniisse probetur. Mascard. *conclus.*1055. *num.*13. & refert Dec. *cons.*57. *num.*3. *vol.* Socin.37. *num.*3. *lib.*2. & Marsil.72. *num.* 18. *vol.*1. adde Bart. *in d. l. si cum exceptione*, §. *in hac*, Surd. *consil.* 513. *num.* 9. *in fin.* Farinac. *ubi suprà*, *num.*22. ubi adducit Roland. *cons.*45. *num.*33. *lib.*1. Sebast. Medic. *de casib. fort. part.*1. *quæst.*7. *num.*63. & Alveri. *in d. l. si cum exceptione, num.*6. Trentac. *in d. resolut.*1. *num.*40. ubi tradit ad probandum metum necesse esse articulare metum esse illatum, & ad inferentem commodum perveniisse etsi ex titulo oneroso.

37 Quæ limitatio vera non videtur, *ex text. in l. si cum exceptione*, §. *Pedius, ibi Pedius quoque lib.* 8. *scribit, arbitrium judicis in restituenda re tale esse, ut eum, qui vim admisit, jubeat restituere, etiamsi ad alium res pervenerit*, ubi Faber. *in ration. littera G.* inquit quod is,qui rei restituendæ facultatem non habet, non semper absolvitur, sed ita demum,si præterea,& illud concurrat, ut nihil ei possit imputari, *& in l. videamus, ff. eod. verb. nec ipsum*, dicit qui vim intulit ab initio teneri, non quod ad eum perveniisset,sed quia vim intulit, & in *l. metum* 9. *vers. idem Pomponius in fin.* ibi non quod lucrum perceperis, sed quòd damnum facto tuo senserim. Wesembec. *in paratit. ad tit. ff. quod met. caus. num.*4. Hostiens. & Azon. *in summ. eod. tit. ille*, *num.*7. *hic num.* 6. & dicunt extraneum principaliter teneri,qui coëgit liberare reum, vel fidejussorem. Tusch. *in d. verb. metus, conclus.*221. *num.*6. Minsing. *in §. quadruplic. de action. num.*2. Bart. *in d. l. metum* 9. §. *ex hoc edicto*, ubi metum, qui intulit,ex dolo suo conveniri,inquit, igitur sive commodum consequantur, vel non,inferentes metum ex maleficio, vel dolo ob injustam metus illationem tenentur.

Subamplia hanc quartam ampliationem, etiam 38
si res per metum extorta pereat, *d. l. item si cum exceptione*, §. *quod si homo, l.* 1. *Cod. de his quæ vi*, ibi : *Persecutionem eorum, quæ vi, vel furto ablata sunt, etiamsi postea interciderint, integram esse, jure responsum est.* Mogollon. *de metu, cap.* 11. *num.*4. ibi re perempta periit periculo metum inferentis, & *in num.* 5. idem est dicendum contra participem, quod in ipso principali. Wesemb. *in paratit. ad d. tit. ff. num.*5. Hostiens. *in summ. eod. tit. num.*7. *verbo salva tamen pace sua*, ubi si res periit ante secundam sententiam quandocumque teneri, qui metum intulit de omni interitu. Azon. *in sum. ibid. num.*17. *&* 18. Bart. *in d. l. idem si cum exceptione*, §. *quatenus*,& vide infrà.

Subamplia etiam in illius, qui metum intulit, 39
vel participis hæredibus, cæterisque successoribus (bonorum scilicet possessoribus, & fideicommissariis) hæc enim,& in eos ob metum datur actio; sed tamen eatenus tantùm, quatenùs ad eos pervenerit, ne ex alieno scelere ditentur, *l. quod diximus*, §. *in hæredem, l. quod autem, l. quantum autem, & l. videamus, ff. quod met. caus.* & Faber. *in d. l. ration. ad Pand.* Bart. *in d.* §. *in hæredem, & in l. si res ipsa, num.* 1. *&* 2. Mogoll. *ubi suprà, cap.*12. *num.*22. *& in cap. fin. per tot.* Cravet. *cons.*349. *num.*20. *&* 461. *num.*38. *lib.*3. Garc. *de nobilit. glos.* 17. *num.* 29. Faber. *de error.* 4. *p. decade* 76. *error.* 7. *ad princ.* ubi dicit ex maleficiis pœnales actiones in hæredes dari de eo, quod ad ipsos pervenit, neminem dubitare. Honded. *consil.* 29. *num.*20. Wesemb. *ubi suprà, num.*4. *ff. & C. num.*6. Surd. *cons.* 513. *à num.*46. *usque in finem*, facitque *l. idem est.* 3. *ff. de vi*, *& vi armat. l. in hæredem, ff. de calumniator. l. post litis contestationem.* 1. *C. ex delict. defunct. in quant. hæret. convent. l. præ hæreditariis portionibus.* 2. *Cod. de hæreditar. action. l. ficuti, & l. cum Prætor.* 127. *ff. de regul. jur. ibidemque.* Petr. Faber. & Dec. maximè *in d. l. ficuti vers. ait lex ita, l. secundum naturam, ff. eod. & l. in hæredem, ff. de dolo malo.* † Sed *d. l. quantum* 40
autem 20. *ff. quod met. caus.* quatenus dicit litis contestatæ tempore spectari quantum ad hæredem pervenerit, intellige si ante litis contestatæ tempus non pervenerit, sed tunc, vel postea pervenerit, sufficit enim semel quandocumque perveniisse. Ita Azon. *in summ. d. tit. num.* 17. *propè fin.* Faber. *ubi suprà, in d. l. quantum, ibi.* Bart. & D D.

Sufficitque ad participis, vel inferentis metum 41
primos hæredes, momento uno rem per metum ablatam,vel in locum ejus subrogatam pervenisse, hæc ut perpetuetur actio, nulla habita differentia, an suo facto,vel non, res per metum ablata perierit,hæc enim competit actio adversus hæredum hæredes, quamvis ob priorum hæredum consumptionem ad hæredum hæredes nihil perveniat,quia ob id, quòd res per metum ablata semel ad primos perve-

nerit

fierit hæredes, actio hæc perpetuatur, nec per consumptionem interrumpitur, non enim est modus obligationis adimendæ, *l. videamus* 17. *ff. quod met. caus. ibi, & melius est omnimodo competere in hæredem hæredis actionem: sufficit enim semel pervenisse ad proximum hæredem: & perpetua actio esse cœpit. ibique.* Bart. & DD. & Faber. & facit, *l. quod autem, l. quantum autem, l. quod diximus,* §. *in hæredem, ff. d. tit.* Wesemb. *ibi, num.* 4. *&* C. *eod. num.* 6. Mogoll. *de metu, c. fin. num.* 5. 6. *&* 7. Montaneir. *ad Olivan. tit. de action. lib.* 1. *p.* 2. *cap.* 9. *num.* 17. Bart. *in d.* §. *in hæredem, ibi.* Bald. & Angel. Azon. *in summ. d. tit. num.* 17. *fol.* 23. Gomez. *variar. tom.* 1. *cap.* 9. *num.* 54. *post medium* dicit *dict. l. videamus* esse singularem, & unicam. Matienz.
42 *in l.* 7. *tit.* 11. *glos.* 8. *num.* 3. *lib.* 5. *recompil.* Ideò autem secundus hæres tenetur, nullo habito respectu, quòd nihil ad eum perveniat, quia imputet sibi hæreditariam dum suscepit obligationem, quæ perpetua, & transmissibilis efficitur in primi hæredis personam; primus verò ex hæreditatis aditione eas in se tantum recipit obligationes, quæ sui natura in hæredes transeunt, quarum hæc, utpote pœnalis, non est, ita Faber. *in d. l. videamus* 17. *verb. omnino competere, in ratione decid. & in d. l. quòd diximus,* §. *fin. vers. & sane perpaucæ, ff. eod. & de error.* 4. *p. decad.* 76. *error.* 6. *in fin. & per tot.* ubi agit quæ actiones in hæredem transeant, vel non, & vide Addit. ad *l.* 18. *tit.* 11. *infrà.*

43 Amplia 5. metum, vel probabilem metus suspicionem etiam annullare in tertii, qui metum non intulit, favorem initos contractus; & metum passus agere potest contra tertium rei possessorem, ac metus ignarum; quia hæc actio, etsi sit personalis, est tamen, & in rem scripta, & transit illo vitio affecta, *l. metum* 9. §. *animadvertendum autem,* ibi: *Cum autem hæc actio in rem sit scripta, nec personam vim facientis coërceat, sed adversus omnes restitui velit, quod metus causa factum est, l. item si cum exceptione* 14. §. *in hac actione,* ibi: *In hac actione non quæritur, utrum is, qui convenitur, an alius metum fecerit, sufficit enim hoc docere, metum esse sibi illatum, vel vim, & ex hac re eum, qui convenitur, etsi crimine caret, lucrum tamen sensisse,* ubi, *glos. verb. lucrum,* dicit idem esse, etsi ex causa onerosa, §. *aliquando,* §. *Pedius, ff. eod. met. caus. l. si vi vel metu* 3. *ibique.* Glos. *verb. quoque l. non interest à quovis. ibique.* Glos. *verb. ab alio,* C. *de bis, quæ vi met. d. l. quod diximus* 16. §. *in hæredem,* §. *præterea quasdam. Instit. de action.* Glos. *in c. Abbas* 2. *verb. coactus, d. tit. de bis, quæ vi met. l. sed ex dolo,* §. *fin. ff. de dolo malo, l. apud Celsum,* §. *fin. ff. de doli mali, & met. exception.* & communiter DD. *ibi.* Bart. *in d. l. si vi, vel metu* 3. *n.* 2. *&* 3. Azon. *in summa, d. tit. num.* 6. *ibique* ejus Addition. §. *ult. in fin.* Faber. *in suo C. defin.* 7. *num.* 3. *lib.* 2. *tit.* 8. *d. tit. & in ration. ad Pand. in l. metum in l. si quis & in d. l. sed & partus, litt. T. ff. d. tit. & in decad.* 7. *error.* 1. *num.* 9. *part.* 1. *decad.* 76. *error.* 6. *ad fin. part.* 4. Morot. *respons.* 75. *num.* 3. Ursil. ad Afflict. *in decis.* 263. *in fin.* Castrens. *in d. l. non interest,* dicens in specie dictæ legis metum passum egisse contra tertium emptorem metus ignarum, remque recuperasse, quamvis rescissoria contra inferentem priùs non egerit. Wesemb. *num.* 4. *&* C. *n.* 6. Hostiens. *num.* 7. *ubi suprà.* Thesaur. *quæst.* 51. *lib.* 1. *num.* 8. Garc. *de nobilit. glos.* 17. *num.* 29. ubi impugnat Sarmient. quatenus *in cap.* 11. *num.* 8. majorem exigit metum respectu tertii possessoris, quàm illius qui metum intulit. Tusch. *litt. M. concl.* 221. *num.* 23. *&* 36. ubi inquit hanc actionem dari in personam contra delinquentem ex maleficio, & actionem in rem adversus eum, & quemlibet alium possessorem, etsi nil metu fecerit, ex Castellion. *in cons.* 13. *num.* 33. *&* 35. *&* *cons.* 222. *num.* 11. *cum seq.* Marsil. *singul.* 360. Cacher. *decis.* 179. *num.* 12. Tiraq. *de retract. lign.* §. 1. *glos.* 10. *num.* 14. Montan. *ad Olivan. part.* 2. *c.* 9. *num.* 17. *vers. quæ cum sit.* Fontan. *claus.* 7. *glos.* 2. *part.* 5. *n.* 19. *& in num.* 23. dicit eam esse ejus opinionem, quòd sive sit sciens, sive ignorans is, qui cum vim, vel metum passo contrahit, subjectus est huic infortunio, *& in n.* 24. *&* 26. Mogoll. *de metu in præamb. num.* 14. *&* 23. *in c.* 11. *num.* 6. *& in c.* 13. *à num.* 1. Molin. *de Hispan. prim. c.* 3. *num.* 12. *lib.* 2. Pichard. *in* §. *quadruplic. Instit. de action. n.* 7. Zasi. *ibi, num.* 11. & communiter DD. *ibi.* Paz. *in prax.* 3. *tom. cap.* 5. §. 4. *num.* 1. Honded. *cons.* 29. *n.* 20. *vol.* 1. & alios refert. Surd. *cons.* 513. *num.* 46. & ex Bertrand. *cons.* 258. *num.* 21. *vol.* 1. dicit, quòd incutiens præjudicat illis omnibus, quibus ex metu jus quæritur, idem docet Addition. Abbatis *in cap.* 2. *lit.* B. *de his, quæ vi,* & refert Bart. *in l. si quis, ff. quod metus caus.* Speculat. *de rellit. spoliat.* § *fin. num.* 2. Pereir. à Cast. *decis.* 30. *num.* 11. 12. *&* 13. Sanchez. *in d. disput.* 8. *num.* 7. *&* 52. *&* *disput.* 12. *num.* 19. Farinac. *in d. verb. metus, num.* 18.

Quæ quidem ampliatio ut communior, & ve- 44
rior tenenda est, quamvis quòd non noceat tertio bonæ fidei possessori tradant Cravet. *cons.* 114. 120. *&* 153. & Paris. *consil.* 10. *num.* 6. *vol.* 1. *consil.* 5. *num.* 180. *&* *cons.* 135. *num.* 11. *lib.* 4. quos refutant, Surd. *cons.* 513. *num.* 46. Morotius, *responsi.* 75. *n.* 3. & fere omnes *suprà* relati. † Nisi tamen Cravet. & Pa- 45
ris. intelligas, quando metus non fuit causa proxima, sed remota, *ex d.* §. *animadvertendum vers. sed licet, d. l. item si cum exceptione* 14. §. *aliquando, ubique.* Bard. & Faber. *in ration.* Tusch. *d. conclus.* 221. *num.* 10. *&* 38. Farinac. *d. verb. metus, num.* 18. ubi alios refert, & faciunt dicta *n.* 3. limitatione. Trentacinq. *lib.* 1. *resol.* 1. *de bis, quæ vi, num.* 44. *vers. secundus casus,* eandem conciliationem tradit, & alios allegat.

Hanc tamen ampliationem sublimitant saltem, 46
quòd contra eum, qui intulit metum, sit necessarium prius agere ad rescissionem contractus meticulosi, quàm contra bonæ fidei rei possessorem. Bart. *in l. fin. num.* 5. *& seq. ff. si quis aliquem testar. prohib. vel coeg.* Salycet. *in l.* 1. *C. eod. num.* 5. Menoch. *cons.* 2. *num.* 170. *lib.* 1. Tusch. *num.* 12. Thesaur. *in d. quæst.* 51. *num.* 18. refert Cravet. *cons.* 370. *num.* 10. dicentem excussionem requiri, hancque actionem quasi subsidiariam contra tertium esse constitutam. Montaneir. *d. c.* 9. *num.* 17. ubi inquit in subsidium contra tertium dari, & Trentac. *d. n.* 44. *vers. primus & in vers. sed nota,* dicit quando sumus in causa lucrativa, posse agi contra tertium, sed quando in causa onerosa, in subsidium tantum.

Sed his non obstantibus, dicta ampliatio indistin- 47
ctè est tenenda ex DD. in ea relatis, quatenus docent, metum passum agere posse contra eum, qui metum intulit, vel qui rem possidet eligere posse, docetque. Gloss. *in c. bas* 2. *de bis, quæ vi met.* ubi dicit non referre, quis metum fecerit, possessorne, an alius, sed sat esse, quod actor probet per metum rem perdidisse, & damnum passus, potest eligere an agat contra possidentem, vel contra eum, qui metum intulit. Surd. *dict. consil.* 513. *num.* 46. Castrens. *in d. l. non interest à quovis,* C. *de bis, quæ vi met.* Azon. ac ejus addition. Fontanel. & Specul. & ferè omnes *suprà, in num.* relati.

Tusch. *num.* 12. & Trentacinq. *ubi suprà*, hanc amplectuntur saltem, quando tertius possessor habet titulum lucrativum, *& glos. in d. l. item si cum exceptione* 14. §. *in hac actione verbo, lucrum tamen.*

48 † Ad cujus confirmationem facit, necessario, ac præcisè non postulari exprimere personam, quæ metum intulit, sufficit enim impersonaliter metum esse illatum docere, infertur enim plerumque secretè, noctu, vel in multitudine gentium, ac per incognitos, ideóque ejus, qui metum incussit, ignorantia est tolerabilis, *d. l. item si cum exceptione, in d.* §. *in hac*, ibi : *Nam cum metus habeat in se ignorantiam, merito quis non adstringitur, ut designet quis ei metum, vel vim adhibuit, & ideò ad hoc tantum auctor adstringitur, ut doceat metum in causa fuisse*, ibique Glos. *verb. ignorantiam*, & Faber. *rational.* ubi inquit in hoc differre hanc actionem ab actione de dolo. Wesemb. *in parat. ad d. tit. ff. num.* 14. *Bartol.* Addition. *in rubric. ff. eodem.* Minsinguer. *in* §. *quadruplic. Inst. de act. num.* 3. Angel. Faber. *num.* 2. & Zasi. Mogoll. *ubi suprà, cap.* 10. §. 2. *num.* 6. & Jas. *in dict.* §. *quadrupli, num.* 47. Gabr. *lib.* 7. *concluf.* 17. *num.* 10. *& in* §. 3. *num.* 23. Tusch. *littera M. concluf.* 221. *num.* 10. *& in num.* 35. Azor. *in summ. tit. de his, quæ vi met. num.* 6. Farinac. *in d. verb. metus, n.* 20. Quod si ut tradunt *suprà*, allegati *in num.* 46. rescissoria contra inferentem prius agere, quàm contra bonæ fidei possessorem necessarium esset, itidem non solum necessariò demonstrare, à quo metus esset illatus, sed & judicialiter eum convincere cogeretur metum passus, contra *text. in d.* §. *in hac actione, cum similibus.*

49 Subamplia non solum adversus tertios bonæ fidei possessores, sed etiam adversus eorum hæredes, & singulares successores ob metus causam actionem dari, si res per metum extorta ad eos pervenerit, & ex re ipsa, vel ob ipsam res aliam perceperint, quamvis in rei meticulosæ locum subrogatam postea deperdant: non enim attenditur an ex pretio, vel ex re in rei ablatæ locum subrogata locupletiores facti sint, sed an ob ipsam, vel ex ipsa re per metum ablata, *l. si res ipsa, ff. quod met. cauf.* ubi Bart. & Bard. *num.* 1. *&* 2. & Faber. *in suis rationalibus littera B.* Bart. & Socin. Jun. *in l. stipulationes non dividuntur*, 72. *ff. de verb. obligat.* hic *in num.* 230. *ille vero in num.* 16.

50 Mollon. *de metu, cap.* 13. *num.* 3. hæc tamen actio non datur, quia pretium succedit loco rei, veluti in judiciis universalibus; sed quia natura actionis ad hoc se extendit, ut tradunt Faber. & Bart. *ubi suprà.* Intellige adversus ipsos dari actionem, si ex

51 lucrativa causa ad eos pervenerit, dum ex re, seu pretio, vel ex re in locum ipsius subrogata semel lucrum fuerint consequuti, etsi res apud alium

52 postea perierit. Si ex onerosa causa ad eos pervenerit, ac statim ob ejus interitum eam amiserint; non tenentur. Idem si non dolo res apud eos non sit, quia, & nec tenentur ad id, quod loco rei subrogarunt, tantumdem enim ipsis aberat. Azor. *num.* 6. *& in* 18. Bart. *d. l. si ipsa res, num.* 1. *ff. quod met. cauf. ex text. express.* ibi & facit *dict. l. item si cum exceptione*, §. *quando, & in* §. *Pedius, & l. si eum servum* 23. *ff. si cert. pet. l. sed etsi lege,*

53 §. 1. *de petit. hæredit. cum simil.* Unde colligi videtur Fabrum *in d. lib.* 6. *res, littera B. propè fin.* dicentem distinguendum non esse, an tertius bonæ fidei possessor lucrativam habeat causam, an vero onerosam, & id docentes intelligendos esse, si res extet, vel si dolo eam possessor bonæ fidei desierit possidere, argum. *d.* §. *aliquando*, qui enim dolo desiit possidere, perinde habetur, ac si possideret, *l. qui enim dolo desiit possidere*, 172. *l. parem*, 191. *l. ad eos* 198. §. *semper qui dolo facit, ff. de regul. jur.* Mogollon. *num.* 9. Azor. *num.* 6. *in fin. ubi suprà.*

Amplia 7. etiam si metum passus rem venalem, 54
& animum vendendi haberet, si vi, vel metu compulsus fuisset rem viliori pretio vendere, *l. non interest, ibique* Glos. *Cod. de his, quæ vi.* Menchac. *controverf. usuf. lib.* 3. *cap.* 65. *à num.* 4. *usque ad fin.* ubi quatuor adducit opiniones, quoad quæstionem, an in hoc casu agendum sit ad rem recuperandam, vel ad pretii supplementum. Primam Bart. & Angel. *in d. l. non interest*, qui præcisè ad pretii supplementum actionem dari tenent, non tamen ad rem recuperandam. Secundam Aretin. *in d. l.* & Pinell. *in l.* 2. *Cod. de rescind. vendit. p.* 3. *cap.* 1. *num.* 22. Tertiam vero inferenti metum ad libitum licere rem reddere, vel pretium supplere. Quartam è contrario. Quarum primam communem dicit ex Pinel. *ubi suprà*, & pro ea allegat Gl. *fin. in d. l. non interest.* Bellaper. Cin. Bald. Salicet. Alex. & Fulgos. à qua una cum Pinel. *ubi suprà*, idem Menchac. dissentit, & secundam sequitur, videlicet ad rem consequendam præcisè agendum esse, plenéque probari inquit *ex d. l. non interest*, quatenus dicit improbè factum in pristinum statum reponi, nonnullisque rationibus comprobat. Sed à prima opinione non est recedendum, quia 55
communis est, & quia, *d. l. non interest*, non probat venditionem rescindendam, & in priorem statum reducendam, sed id, quod metu compulsus est, ibi : *Id, quod improbè factum est, in priorem statum revolvatur*, quod fit justum reddendo pretium, ut docet dicta communis, quia cum metum passus ut venditionem celebraret metu non sit compulsus, nullum ex eo, quod venditio teneat, sentit damnum, sed ex eo, quòd ei justum rei pretium non solvatur, igitur soluto pretio cessat hæc actio, quia non datur nisi ad id, in quo metum passus aliquod sensit damnum *l.* 1. *l. continet* 3. *l. sed & partus* 12. §. *quæri poterit, vers. Julianus ait, l. si cum exceptione*, 14. *in princ. & in* §. *Labeo ait, & in* §. *Julianus ait, ff. quod met. cauf.* & vide *infrà.*

Amplia 8. metu initos contractus esse annul- 56
landos, ac retractandos, etiamsi extrà, & non in ipsius contrahentis, sed in filiorum persona metus contrahenti inferatur, *l. isti quidem*, 8. §. *hæc, quæ diximus, ff. quod met. cauf.* ibi : *Hæc, quæ diximus, ad edictum pertinere, nihil interest in se quis veritus sit, an in liberis suis : cum pro effectu magis in liberis parentes terreantur, ibique.* Bart. Faber. *ration. ad Pandect.* & DD. *ibi* Bart. *in l. si pupillo*, §. *si quis ipsi prætori, ff. de oper. nov. nuntiat.* & Jas. *ibi, num.* 13. Felin. *in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, de constitut. num.* 99. Præpositi. *in c. cum locum de sponsi. num.* 11. Bald. *num.* 5. & Alex. *n.* 6. Ant. Gomez. *tom.* 2. *var. c.* 9. *num.* 19. Menoch. *conf.* 1. *vol.* 1. *n.* 275. ubi alios refert. Wesemb. *in parat. litt. C. de bis, quæ vi met. n.* 6. Guttierrez. *de jure conf. p.* 1. *c.* 57. *n.* 8. ubi dicit promissionem à Rege Cypri incarcerato factam, dimisso ejus filio in carcere, non confirmari, quamvis Rex in libertate constitutus in Regno suo ratificaverit, quia supererat causa timoris propter primogenitum in carcere detentum, ex Roland. & Card. & Padill. *l. interpositas, C. de transact. num.* 10. Angel. *in* §. *quadruplic. num.* 7. Jas. *num.* 55. Tusch. *littera M. concluf.* 218. *num.* 4. *& concluf.* 221. *num.* 30. Garcia *de nobil. glos.* 17. *num.* 28.

57 Amplia 9. etiamſi metus contrahenti ſit adhibitus in aliqua perſona aſcendentium, vel deſcendentium, vel tranſverſalium conſanguineorum, vel affinium non ex fornicatione, ſed ex matrimonio. Matienz. *lib. 5. recompil. in gloſ. 1. rubr. 5. num. 189.* ibi: *Vel gravis infamiæ propriæ, vel ſuorum.* Maſcard. *de probat. concluſ. 1055. num. 25. fol. mihi 32.* ubi dicit induci metus præſumptionem, ſi conjunctis ſanguine minæ, vel verbera inferantur. Menoch. *conſil. 279.* ubi inquit juſtum in eo eſſe timorem, qui de affinium ſalute timet, & alios allegat. Cach. *deciſ. 179. num. 2.* Marc. *deciſ. 607. in fin. part. 2.* Farinac. *2. par. fragment. dict. verb. metus, num. 107.* Garc. *in d. gloſ. 17. num. 28.* ubi dicit, quem torqueri in amico, filio, & conſanguineo. Mogoll. *de metu, cap. 3. à num. 1. uſque ad 7.* ubi dicit metum parentibus inferri in perſonis liberorum, & per dictionem *parentis* appoſitam *in d. l. iſti quidem, ff. quod metus cauſ.* comprehendi omnes aſcendentes, *l. quique, ff. de in jus vocand. l. 1. ff. de gradib. affinitat. & l. appellatione parentis 51. ff. de verb. ſign.* & etiam parentes naturales, *l. parentes, ff. de in jus vocand.* & parentes adoptivos, *l. adoptivum, ff. eod. tit.* & per dictionem *liberi* in eadem lege appoſitam comprehendi omnes deſcendentes, *l. liberorum appellatione, 220. ff. de verbo ſignific. l. ſed ſi hac lege 10. §. liberos autem, ff. de in jus vocand.* metumque inferri in perſonis conſanguineorum transverſalium, & in perſona uxoris, & è converſo. Pichard. *in §. item action. de act. num. 18.* Trentac. *lib. 1. reſolut. 1. de bis, quæ vi, num. 3.* Felin. *in d. c. Eccleſia Sanctæ Mariæ, d. num. 99.* Roland. *conſil. 2. num. 62.* & Thom Sanchez plures referens

58 *in d. lib. 4. diſput. 4. per tot.* Qui *in num. 12.* inquit conſanguinitatem, ac affinitatem uſque ad quartum gradum conſiderandam eſſe ſecundum jus canonicum computandum, niſi fiat ob timorem rei valde lædentis, vel maculantis honorem, vel omnem proſapiam. Bald. tamen *in c. ſi juſtus metus 72. num. 9. de appellat.* dicit quem excuſari ab omiſſa appellatione ob metum, ac timorem ſibi in conſanguinei perſona uſque ad ſeptimum gradum illatum, unde judicis arbitrio relinquitur, ut diximus in gloſ. 2.

59 Amplia 10. etiam ſi in laboratorum, ac domeſticorum ſuorum perſonis damnum inferri timeat. Mogollon. *de metu, cap. 2. §. 7. num. 2. cap. 3. n. 8.* ex Bart. *in l. de pupillo, §. ſi quis ipſi Prætori, num. 18. ff. de oper. nov. nunt.* Felin. *in d. c. Eccleſia Sanctæ Mariæ, num. 99. quæſt. 13.* Marc. *in deciſ. 67. part. 2. num. fin.* Sanchez, *in d. diſput. 4. num. 10.* ubi dicit ſibi difficile videri, & ita id intelligeret, ſi inde gravis injuria, vel aliud ſimile damnum ſequeretur domino, quòd meritò à viro conſtanti timeretur.

60 Amplia 11. etiam ſi in amici perſona, grave malum inferri timeat. Sanchez, *ubi ſuprà, num. 9.* Mogollon. *num. 9. cum ſeq. & in num. 11.* aliquos adducit caſus ad amicitiæ probationem inducentes, & Matienz. *in dialogo relator. part. 3. cap. 14. num. 1. cum aliis, cap. 15. à num. 1. uſque ad 22. & in cap. 22. per totum,* ubi latè.

61 Amplia 12. hanc metus cauſa actionem dari non tantum metum paſſo, ſed itidem ejus hæredibus, cæterisque ſucceſſoribus, & generaliter omnibus competit, qui ex metu læſi ſunt, *l. quod diximus 16. §. hac actio, ff. quod met. cauſ.* ibi, *hac actio hæredi cæterisque ſucceſſoribus datur,* ibique Bart. & DD. & Faber. *in ration. & d. l. ſi cum excep-*

tione, §. in cauſa autem. Azon. *in ſumm. tit. de bis, quæ vi, n. 15.* Surd. *conſ. 513. num. 46.* ex Bertrand. inquit de ea opponere poſſe, qui quoad illam rem ſucceſſit metum paſſo. Weſemb. *in parat. ad tit. ff. quod met. cauſ. n. 4.* ibi: *Hanc actionem hæredibus cæteriſque ſucceſſoribus dari etiam in quadruplum, & C. eod. n. 6.* Item in ſucceſſoribus. Montaneir. *in add. ad Olivan. in tit. de action. p. 2. lib. 1. cap. 9. n. 17.* ibi, *quæ & fidejuſſori datur.* Pichar. *in §. item action. 27. Inſtit. eod. tit. num. 40.* Intellige in dictis caſibus ob 62 metus cauſam actionem dari, ſi metus probetur, delicta enim non præſumuntur, *l. merito, ff. pro ſocio l. dolum, C. de dolo cum ſimilibus,* ideoque metum allegans neceſſariò illum tenetur probare, *l. cum te in fin. l. metum, ibique, gloſ. Cod. de bis, quæ vi met. l. ſi cum exceptione 14. §. in hac l. non eſt veriſimile, & fin. ff. eod. l. interpoſitas, Cod. de tranſact.* ibique Bald. & DD. *& in c. cum dilectus, de bis, quæ vi met.* Covarr. *de ſponſal. 2. p. cap. 3. §. 4. num. 1.* Gomez. *tom. 2. cap. 14. num. 27. prope finem.* Theſaur. *lib. 1. quæſt. 51. num. 2. in fin.* Tuſch. *litt. M. concluſ. 215. num. 35. 223. num. 1. & 17. & concluſ. 224. num. 1. 2. & 3.* Menoch. *lib. 3. præſumpt. 126. num. 1. & 127. num. 1. & conſil. 1. num. 288.* Honded. *29. n. 9.* Surd. *513. num. 9. & 429. num. 47. & deciſ. 194. num. 22.* Weſemb. *in parat. litt. C. tit. de bis, quæ vi, num. 6.* Nontaneir. *in addition. Olivan. cap. 9. n. 7.* Faber. *in ration. d. l. non eſt veriſimile.* Alciat. *de præſumpt. regul. 3. præſumpt. 7. num. 1.* Decian. *conſil. 18. num. 132. lib. 1.* Pariſ. *5. num. 168. lib. 4.* Cacheran. *deciſ. 142. num. 7.* Mantic. *deciſ. 142. num. 1.* Maſcard. *concluſ. 1055. num. 1.* Medic. *de caſib. fortuit. part. 1. quæſt. 7. num. 5.* Mogoll. *de metu, cap. 10. §. 1. num. 7.* Rebuff. *conſtit. Gallic. tom. 2. gloſ. 12. num. 11.* Farin. *verbo metus, n. 167. & conſ. & deciſ. lib. 2. conſ. 188. n. 11. & in noviſſim. p. 2. deciſ. 463. num. 3.* Carol. de Graſſ. *de except. except. 11.* qui alios referunt.

Metusque cum ſit difficilis probationis, *gl. magn.* 63 *in d. l. item ſi cum exceptione, §. in hac actione, ff. quod met. cauſ.* Fontan. *de pact. nupt. claus. 7. part. 5. gloſ. 2. num. 39.* Cevall. *quæſt. 825. num. 5.* qui alios refert. Menoch. *de arbitr. lib. 2. caſu 116. n. 17.* Rebuff. *in conſtit. tit. de reſciſſ. contract. tom. 2. gl. 12. num. 14.* Boër. *deciſ. 101. n. 6.* Tuſch. *litt. M. concluſ. 224. n. 7.* Gaill. *lib. 2. obſervat. 93. n. 17.* Garc. *de nobilit. gl. 17. num. 32. & 40.* Padill. *in l. interpoſitas 13. C. de tranſact.* Maſcard. *ubi ſuprà, concluſ. 1056. num. 2. & 3.* Mogollon. *in d. cap. 10. §. 3. num. 10.* Seraphin. *deciſ. 771. num. 1.* Farinac. *in d. verb. met. num. 181. & in d. lib. 2. conſ. & deciſ. deciſ. 242. num. 1.* & in caſibus difficilis probationis leviores ſufficiunt probationes, *l. non omnes 10. §. à Barbaris, ff. de re milit. l. filium, ibique.* Gloſ. *verb. marito, ff. de bis, qui ſunt ſui, vel alien. l. ſi vicinis 10. Cod. de nupt. cum ſimilibus.* Menoch. *ubi ſuprà,* ubi decem & novem caſus difficilis probationis refert. Boſius, *titul. de official. corrupt. num. 14. & 19.* Gaill. *ubi ſuprà, num. 17. & 18.* ubi optimè Speculat. *in tit. de furt. verſ. pen.* Boër. *d. num. 6. & 8.* ubi inquit, idem in omnibus aliis, 64 quæ directo probari non poſſunt: Ideò ad metus probationem, cum & ſæpè ſæpius occultè, & intra domum, ac privatos parietes ſemotis arbitris inferatur, leviores ſufficiunt probationes, probaturque conjecturis, præſumptionibus, ac indiciis, Gl. *verb. metum mortis, in c. cum dilectus, de bis, quæ vi met.* Gl. *in d. §. in hac actione, verb. ignorantiam.* Dec. *in l. in omnibus 39. n. 7. de reg. jur. & in conſ. 218. n. 2.* Brun. à Sole, *in locis com. verb. metus, n. 2.* Rebuff. *in d. n. 14.* Honded. *conſ. 29. à num. 21.* Menoch. *lib. 3. præſump. 4. n. 5. & 126. n. 9. & 127. n. 11. & in conſ. 1.*

*num.*273. *& de arbitr. cauſ.*116. *num.*17. *lib.* 2. *&* *caſu* 136. *num.*1. Boſſ. *in tit. de plurib. volent. n.* 85. *&* 86. Patiſ. *conſil.*53. *num.*6. *&* 58. *num.*63. *&* 66. *& conſ.*60. *num.*21. *&* 139. *n.*6. Roland. 100. *n.*127. *vol.*4. Roder. Suar. *allegat.* 23. *num.* 23. Alciat. *de præſumpt. regul.*3. *præſumpt.*7. *num.*2. Guttierrez. *conſil.*16. *num.*4. Trentacinq. *var. lib.*1. *reſolut.*1. *num.*2.

65 *&* 24. ubi ait metum ex indiciis, & conjecturis probari, quando per teſtes probari non poteſt, & tredecim conjecturas refert. Cardoſ. *in praxi judic. verbo metus, num.*7. Mantic. *deciſ.*112. *num.*13. Tuſch. *concluſ.*224. *num.*5. Cevall. *ubi ſuprà.* Theſaur. *quæſt.*51. *lib.*1. *num.*22. Medic. *de caſib. fortuit. part.*1. *quæſt.*7. *num.*7. *verſ.*22. Garc. *in d. gloſ.*17. *à num.*32. *& in num.*40. Plotus, *de in litem jurand. num.*76. Fontanell. *de pact. nupt. clauſ.*7. *gloſ.*2. *part.*5. *num.* 39. Mart. *voto* 64. *num.*5. Monter à Cueva, *deciſ.*32. *num.*32. *deciſ.*33. *num.*. *& deciſ.*45. *in reſponſ. pro amita, part.*1. *num.*62. *cum ſeq.* Cacher. *deciſ.*177. *num.*1. Urſil. *ad Affict. deciſ.*246. *num.*4. Surd. *deciſ.*194. *num.* 23. *& in conſ.* 513.

66 *num.*9. *&* 33. ubi ait conjecturas provenientes à naturali judicio ſufficere. Gaill. *num.*18. Maſcard. *num.*1.2. *&* 10. 12. Mogoll. Boër. *num.*2. *&* 3. *ubi ſuprà.* Felician. *de cenſib. lib.* 1. *cap.*2. *in fin.* Caſtill. *quotid. lib.*3. *cap.*1. *num.*68. Farinac. *in d. verb. metus, num.*181. *& conſ. & deciſ. deciſ.*242. *num.*1. *&* 260.

67 *num.*1. ubi quando agitur de infirmando matrimonio, ubi alios refert, *& in noviſ. deciſ.*643. *num.*23. *part.*1. Covarr. *de ſponſ.*2. *p. cap.*3. §.5. *num.*10. Se-

68 raphin. *deciſ.*771. *num.*2. dicit 600. auctoritatibus comprobari. Pereir. *deciſ.*30. *num.*8. ubi dicit, quòd per teſtes probatio ſicuti ad minus duos requirit, ſit conjecturalis, quod duas ſaltem habeat conjecturas, quarum quælibet duobus teſtibus probetur, ex Boër. *deciſ.*191. *in fin.* Valaſc. *conſult.*154. *n.*20. Alciat. *conſ.*5. *num.*27. *&* 504. *num.*1. Barboſ. *ff. ſolut. matrim. p.*1. *l.*3. *num.*84. & Maſcard. *concluſ.*1056. *num.*9.

69 Ripa autem *in reſponſ.*105. *num.*4. Burſat. *conſ.*72. *num.*18. *vol.*1. Bertr. 89. *num.*25. *vol.*3. & Maſcard. *de probat. concluſ.*1055. *num.*14. docent ad metum probandum veras, & liquidiſſimas probationes requiri, facitque *cap.*1. *de his, quæ vi met.* ibi: *Legitimè probatum fuerit*, qui tamen *text.* ejusque deciſio in metus equidem probatione non procedit, ſed in probatione voluntatis, ut ejus indicant verba.

70 Sed tamen eorum opinio procedit, quando metum paſſo præſumptio ineſt in contrarium, *l. non eſt veriſimile, ff. quod met. cauſ.* ibi: *Sed hujusmodi præſumptioni debet apertiſſimas probationes violentiæ opponere, cap. quia veriſimile* 10. *de præſumpt.* ubi efficacior exigitur probatio ad probandum, quòd non eſt veriſimile ob præſumptionem in contrarium. Faber. *ration. in dict. l. non eſt veriſimile.* Theſaur. *in d. quæſt.* 51. *num.*25. cui enim obſtat præſumptio, graviori, ac majori probandi onere gravatur. Seraphin. *in deciſ.* 337. *num.* 4. ex Bart. Pariſ. Mill. *in repert. in verbo metus ſi allegetur.* Roland. *conſ.*83. *num.* 37. *lib.*2. Guttierrez. *conſ.* 16. *num.*24. Chaſſan. *in conſuet. Burg. rubr.*4. §.7. *num.*1. Matienz. *deciſ.*142. *num.*2. *&* 4. exigitur enim illa probatio, quæ præponderet præſumptioni in contrarium. Vivi. *deciſ.*507. *num.* 17. *lib.*3. Mogollon. *de metu, cap.*8. §.3. *per tot.* qui poſt duodecim caſus ab ipſo relatos uſque ad *num.*15. in quibus metum paſſo præſumptio eſt in contrarium, *in num.*16. dicit, quòd in eis metum paſſus arctatur ad efficaciorem probationem. Specul. *de probat.* §. *fin. verſ. nota ultimo.* Gomez. *var. tom.*2. *cap.*14. *num.*27. *verſ. &* *in expreſſo, ibique.* Suarez. *litt. B.* Menoch. *de arbitr. caſu* 116. *num.*23. *&* 24. Matienz. *deciſ.*142. *num.*4. Trentacinq. *in d. reſolut.*1. *num.*23. ubi dicit aggravari duriore onere probandi ex præſentia conſanguineorum, amicorum, vel judicis, & ad probandum metum in hoc caſu tres teſtes requiri ex Bald. Specul. Marſ. Gram. & aliis. Tuſch. *d. concluſ.*224. *num.* 17. non ſufficere probationem per 71 conjecturas, ſed debere clariores probationes afferre, imò quòd tres teſtes idonei exiguntur, vel duo omni exceptione majores. Farinac. *in d. verb. metus, fragm.*2. *p. num.*187. *cum ſeq.* alios refert Boſſ. *n.*87. *&* 88. *ubi ſuprà*, inquit eſſe Specul. dictum. Surd. *conſ.*356. *num.* 19. dicit Bald. & Caſtrenſ. docere tres teſtes exigi. Menoch. *lib.*3. *præſumpt.*128. *n.*8. ubi Marſil. & Grammat. & alios. Secundò proce- 72 dere, ſi metus publicè eſſet illatus, & ubi teſtibus de viſu poſſet probari, ex Innocent. Bald. Boër. Plot. Burſat. & quos Maſcard. refert. & ſequitur, *in concluſ.*1056. *num.*7. Farinac. *in d. verb. metus, num.*188. Ceſſant enim rationes, ob quas metum præſumptionibus probandum diximus, cum publicè, & ubi teſtibus probari poſſit ſit illatus, & faciunt à Maſcard. *in n.*5. tradita, ex Bald. Zabaler. & Felic.

In metusque probatione ſingula, quæ non pro 73 ſunt, multa collecta juvant. Facit. *gloſ. in l.* 2. *verb. legitimis, ff. de excuſ. tutor.* Barbat. *conſ.* 45. *lib.*1. Honded. 29. *num.*23. *&* 49. ubi dicit, quòd licèt quodlibet ex fundamentis ad metus probationem ab eo adductis per ſe non ſufficeret, ex omnibus ſimul junctis plenè juſtificatur, cum quæ non proſunt ſingula, multa juvant. Tuſch. *in d. concluſ.*224. *num.*5. *&* 19. Menoch. *lib.*1. *præſumpt.*14. *num.*13. ubi inquit Bald. Aretin. Cacialup. quatenus dicunt ex præſumptionum concurſu præſumi delictum, magis procedere in delictis, quæ ſunt difficilis probationis, *& in præſumpt.*41. *per totam*, latè agit, quando duæ probationes imperfectæ jungi poſſint ad plenam conſtituendam probationem. Barboſ. *in* 1. *p. l.* 2. *ff. ſolut. matrim. num.*84. ubi ad adulterii probationem, Farinac. *in d.* 2. *p. fragm. d. verbo, metus, num.* 181. *in fin.* ubi in noſtro caſu.

Domeſticique teſtes admittuntur; & aliis præfe- 74 runtur, *l. quoties, Cod. de naufrag. lib.* 11. *cum ſimilib.* Boër. *deciſ.* 101. *num.* 9. Purpur. *conſ.* 579. *à num.* 11. Alexand. 156. *num.*15. *vol.*5. Farinac. *lib.*2. *conſ. & deciſ. deciſ.* 242. *num.* 1. Garc. *de nobilit. gloſ.* 17. *num.* 33. Ricci. *in collect.* 154. Mantic. *deciſ.*112. *num.*13. duobusque teſtibus magis, quam 75 mille de voluntate libera deponentibus, creditur. Fab. Pacia, *de probat. lib.*1. *cap.*50. *num.* 24. Innoc. *in num.*2. & Roman. *in c. ſuper hoc, de renuntiat.* Decian. *in l. in omnibus* 39. *num.* 8. *de regul. jur. & conſ.*100. *num.*7. Grammat. *deciſ.*250. *num.*4. Montan. *an Olivan. d. cap.*9. *num.*8. Alciat. *reſponſ.* 55. *num.*15. *lib.*9. Honded. *conſ.*29. *vol.*1. *n.*59. Gamm. *deciſ.*103. *num.*60. Guttier. *conſ.* 14. *num.* 9. *&* 16. *num.*14. Stephan. *deciſ.*5. *num.*1. Gabriël. *de teſtib. concluſ.*4. *num.*15. Rebuff. *de reſciſ. contract. gloſ.*12. *num.*15. *tom.*2. *conſil.* Gaill. *lib.*2. *obſervat* 93. *à n.*13. Boër. *deciſ.*100. *num.*3. *& in num.*4. *&* 5. alios refert caſus, in quibus magis creditur duobus teſtibus, quam mille. Garc. *num.*36. 37. *&* 41. ubi etiamſi corruat teſtamentum. Covarr. *de ſponſ. alib. p.*2. *cap.*3. §.5. *num.*10. Marant. *de ordine, judic. diſput.*6. *n.*36. Pariſ. *conſ.*57. *num.*... *& conſ.*60. *num.* & 139. *num. vol.*4. Alexan. 156. *vol.*5. *num.*3. Theſaur. *lib.*1. *q.*51. *num.*30. Maſcard. *concluſ.*1057. *n.*1. *& per tot. n.*60. Pereir. plures adducens *deciſ.* 30. *num.* 7. Martil.

ſingul.

singul. 325. Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 126. *num.* 31. Everar. *cons.* 19. Sanchez, *lib.* 4. *disput.* 27. *num.* 1. Castrens. *cons.* 108. *vol.* 2. *per tot.* Farinac. *in dict.* 2. *p. frag. d. verb. metus, num.* 172. *& cons. & decis. lib.* 2. *decis.* 242. *num.* 23, ubi dicit, quòd probato metu difficile est probare contrarium, imò impossibile, & testes, qui de libera voluntate deponunt, non probare probatis actibus, ex quibus inducitur metus; ac sine scrupulo procedere, quòd magis duobus testibus quàm mille credatur, quando duo testes non solum de metu, sed etiam de aliis minis, & aliis actibus metum inferentibus deponunt. Mogollon. *de metu, c.* 10. §. 5. *num.* 4. Innocent. *num.* 2. & Abb. *à num.* 34. *& in c.* 2. *de his quæ vi.* Angel. & Bald relatiâ Dec. & Mogollon. *ubi suprà.* Trentac. *d. resolut.* 1. *num.* 17. alios refert, & *in num.* 16. quòd duobus testibus plus credatur, quàm Notario dicenti de libera voluntate, tradit, ex Bald. Crot. Imol. Aret. Jas. Anna.

76 Sed hæc non procedent, si ob circumstantias, vel conjecturas, vel præsumptiones colligatur, actum fuisse voluntarium, ac spontaneum. Butr. *in d. c. super hoc, n.* 22. Cepol. *consil.* 2. *vol.* 3. Dec. *in d. c. fin. de appellat. num.* 26. *& in d. l. in omnibus, num.* 8. *&* 9. Padil. *col.* 1. & Jas. *n.* 34. *in l. interpositas, C. de transf.* Mascard. *conclus.* 1057. *num.* 8. *&* 9. ubi alios refert, Mogol. *in d. c.* 10. §. 5. *num.* 5. Farinac. *in dict. verb. metus, num.* 174. *&* 175. Trentacinq. *ubi sup. num.* 18.

Unde si deponentes de metu, de actibus quo-
77 que deponant metum inducentibus; deponentes vero de libera, ac spontanea voluntate similiter, & de actibus deponant, ex quibus voluntariè actum initum fuisse præsumatur; sintque numero æquales, judicis arbitrio relinquendum videtur, quibus credendum sit, ut tradit Mogol. *ubi suprà.* Covar. *de sponsal.* 2. *p. c.* 3. §. 5. *num.* 10. & Farin. *in d. num.* 175. Sed si sunt plures numero prævalebunt, si in reliquis sunt æquales. Cardos. *dict. verb. metus, num.* 7.

78 Judex autem facilius debet moveri ad pronuntiandum pro metu, quia facilius metus detegitur, quàm voluntas libera, ut tradit Mascard. *ubi supr. num.* 4. *vers. sequendo tamen.*

79 Et quòd saltem in contractibus per uxorem celebratis facilius debeat moveri, docent Monter à Cueva, *in decis.* 45. *num.* 57. Castil. *lib.* 3. *c.* 1. *n.* 159. & Fonta. *claus.* 7. *gloss.* 2. *p.* 5. *n.* 48. Thesaur. *in dict. lib.* 1. *q.* 51. *n.* 9. *ad fin.*

80 Sed si metus semel probatus sit, eademque maneat metus causa, difficile, imò impossibile est probare contrarium, omnes enim actus, etsi ex intervallo sequantur, censentur metus causa facti; quando enim aliqua alia potest sumi præsumptio, quam approbationis actus, ea est sumenda potius, quàm metus purgatio. Trentacinq. *dict. resolut.* 1. *num.* 14. *& in num.* 24. *& diximus suprà in ampliatione secunda.*

81 Testesque singulares ad metus probationem admittuntur. Ursil. ad Afflict. *in decis* 246. *num.* 4. ubi refert Crotum, & Capitium. Surd. *cons.* 39. *num.* 25. *vol.* 3. Boer. *decis.* 101. *num.* 7. ubi refert Cavaller. Montan. *ad Olivam. d. c.* 9. *num.* 8. Mogollon. *d. c.* 10. §. 3. *num.* 8. *&* 9. ubi dicit, duos testes etiam singulares sufficere ad probandum metum, quia in causis difficilis probationis duo testes tendentes ad eundem finem plenam faciunt probationem; refertque Port. & Gabriël. Everar. & alios, Joann. Garc. *d. gloss.* 17. *à num.* 38. *usque ad* 40. Farin. *cons. & decis. lib.* 2. *decis.* 242. *num.* 33. ubi dicit metum testibus singularibus probari, sicuti minæ, & refert Crotum, Gram. *decis.* 5. *num.* 15. qui & alios allegat, & Gabriel, *d. conclus.* 2. *num.* 59. Fontanel. *in claus.* 7. *gloss.* 2. *p.* 5. *num.* 81. *de pact. nupt.* Farin. *in d. lib.* 2. *decis.* 260. *n.* 21. dicit minas singularibus testibus probari, quando agitur pro eruendo metu, & DD. qui dicunt, contrarium procedere, quando ageretur de probandis minis solis, & de per se & alios refert.

Unus testis de visu cum aliis de auditu sufficit, 82
ut metum probent, Ursil. ad Afflict. *decis.* 246. *n.* 4. Montal. *in l.* 1. *tit.* 8. *lib.* 2. *fori, verba, omnes buenos.* Honded. *cons.* 29. *num.* 60. *&* 23. Boer. *decis.* 101. *num.* 9. qui inquiunt & procedere, si testes deponentes de auditu non dicerent à quibus audierint. Sesse, *decis.* 60. *à num.* 8. Fontanel. *in d. gloss.* 2. *n.* 82. Farin. *in* 2. *p. fragm. verb. metus, num.* 170. Mascard. *conclus.* 1057. *num.* 5. *&* 7. Surd. *cons.* 513. *num.* 32. Mogoll. *in dict. c.* 10. §. 3. *num.* 11. ubi dicit metum probari unico teste, & aliquibus conjecturis. Farin. *in verb. metus, num.* 17. ubi dicit, quòd testis unus de visu cum fama per plures testes probata plenè probat, vel juncta aliqua alia præsumptione, vel indicio. Trentacinq. *dict. resolut.* 1. *num.* 10. idem tradit.

Unicusque testis solus metum probat, *c. præ-* 83
sens clericus, 20. *quæst.* 3. *ibique gloss. verb. patrem.* Specul. *tit. de teste*, §. *restat de numero testium, num.* 11. *lib.* 1. *p.* 4. Qui, *& à num.* 8. *usque ad* 12. & alios viginti, & novem adducit casus, in quibus unico testi creditur. Abb. *in c. licet universis, de testib. in fin.* Socin. *regul.* 506. *fallentia* 2. Chassan. *in consuetud. Burg. rubr.* 1. §. 6. *verbo, sont Creuz, num.* 4. Cepol. *cautel.* 144. *&* 250. Mascard. *conclus.* 1057. *num.* 5.

Contrarium docent Gaill. *d. lib.* 2. *observat.* 93. 84
num. 15. Alciat. *præsumpt.* 7. *reg.* 3. Covar. *de sponsal.* 2. *p. c.* 3. §. 5. *num.* 11. ubi dicit, nec sibi persuadere posse, soli uni testi testificanti de metu integram fidem esse adhibendam, etiamsi rationem proprii testimonii reddiderit; est enim contra juris regulas, & Deuteronom. *in cap.* 17. ibi: *In ore duorum, aut trium*, ubi excluditur probatio imperfecta.

Intellige, nisi concurrant alia indicia, seu præ- 85
sumptiones. Dec. *super decret. rubr. de his quæ vi, num.* 4. *ut diximus, num.* 82.

Protestatio quoque metum probat, *c.* 1. *de his* 86
quæ vi, ibi: *quòd mortis timore Monasterium intrabat proposuit, gloss. verbo, immotuit, in c. Lotharius* §. *præterea, 41. q.* 3. Socin. Jun. *in l. si quis in principio testamenti, ff. delegat.* 3. *num.* 61. Gaspar. Calder. *cons.* 1. *n.* 3. *tit. de his quæ vi.* Alciat. *cons.* 291. *num.* 4. Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 126. *num.* 23. ubi plures refert. Seraphin. *in decis.* 859. *num.* 4. ubi quòd removet consensum ab actu futuro contrario, quoties sumus in his, quæ pendent à protestantis voluntate: & Gregor. Lop. *in gloss.* 1. *l.* 28. *tit.* 11. *hac part.* ubi vide Add.

Contraria, imò quòd sola protestatio metum 87
non probet, nisi & alia concurrant, ut minæ, verbera, læsio, & alia, communior videtur, *ex text. in l. metum, Cod. de his quæ vi met.* ibi: *Metum autem non jactationibus tantum, vel contestationibus, sed atrocitate facti probari convenit*: & DD. *ibidem.* Dec. *in consil.* 218. *num.* 4. ubi dicit, quòd protestatio non est probatio metus, *in l. in omnibus causis, num.* 11. *ff. de regul. jur.* hanc amplectitur saltem quoad præjudicium tertii. Tuschus, *verbo, metus, conclus.* 224. *num.* 18. Brun. à Sole, *in suis locis*

*commun. verb. metus,num.*2.Honded.*conſ.*29.*n.* 54. Surd. 395. *num.* 26. Farinac. *conſ. & deciſ. lib.* 2. *deciſ.*295. *num.*6. ibi : *Quia proteſtatio non eſt modus induceudi probationem metus, & in d.*2. *p. frag. d. verb.metus,num.*190.Maſcard. *concluſ.*1055.*n.*9. Benechend. *in add. ad Seraph.privileg.*110.*num.*20. Mogol. *d. c.*10. §.3. *n.*16. *verſ. reſoluto.*

88 Hanc amplectitur ſaltem, quando ſequuta eſt proteſtatio in continenti poſt factum ; & Trentac. *d.reſol.*1.*num.* 38. *verſ.*2. hanc tenet,quando actus pendet à duorum voluntate, ſi tamen proteſtatio non fiat in ipſo actu parte præſente.

89 Eſt tamen una concors Doctorum ſententia, quòd proteſtatio multum juvat ad probationem metus. Maſcard. *num.*11.& Mogollon.*num.*16.*ubi ſupr.* ubi dicit eſſe absque controverſia,ſive proteſtatio præcedat,ſive ſequatur. Honded. *d. conſ.*29. *num.*55. Surd.395. *num.*36. ubi dicit,quòd proteſtationes ante, vel poſt factæ, etſi plenè metum non probent, plurimum tamen adjuvant. Pereir. *deciſ.*30.*num.*8.Covar. *de ſponſ.d.p.*2.*c.*3. §.5. *n.*12. Theſaur. *lib.*1. *q.*51. *à num.*14. Farinac. *in d. lib.*2. *conſ. & deciſ.deciſ.*260.*num.*6. proteſtatio verò neceſſaria non eſt , ut metu actus factus dicatur, ſi alias metus poſtea probetur , ut tenent *ſuprà* relati.

90 Aliquando etiam metus probatur juramento metum paſſi , ut *in c. ſtatutum , §. eam vero, verſ. ſed. in duobus caſibus , de reſcript. lib.* 6. Diaz,*in d.l.in omnibus,*39. *num.*9.*verſ.ult.*Honded. *conſ.*29.*num.*25.Boër.*deciſ.*101.*n.*2.Mogol. *d.c.*10. §.3. *n.*23.Maſcar.*concl.*1056. *n.*8. Benechen. *n.* 24. Trentac. *ubi ſupr.n.*39. Sylva, *lib.*1. *reſponſ.*2. *n.*12. *&* 13. ubi quando agitur de gravi præjudicio,non eſſe ſtandum juranti dicit.

91 Metum autem in ſpecie debere probari, videlicet illatum fuiſſe ſuper eodem actu , ſuper quo metum paſſus conſenſit, tradunt Guttierr. *de juram.confir.p.*1.*c.*1.*num.*16. Surd. *conſ.*513. *num.*9. Franc. Stephan. *deciſ.*5.*num.*5.Vivi.140. *num.*16. *lib.*2. *deciſ.* 507. *num.*19. *lib.* 3. Maſtrill. *deciſ.* 140. *num.*16.*lib.*2.Trentacinq.*lib.*1. *reſolut.*1. *de his quæ vi,num.*40. *verſ. & quando*, & adducit Bald. Farin. *d. verb.metus,num.*17.ubi inquit *l.interpoſitas, C.de tranſact.* qualitatem metus in cauſa principali fuiſſe probatam, nec ſufficere ad reſcindendam transactionem inde ſequutam ex Bart. Caſtrenſ. Aretin. Jacobin. Curt.Jun. *n.*1.& alios allegat *in num.* 48. *&* 168.Afflict.*deciſ.*246. *n.*2. *&* 3. Mier. *de major. p.*1.*q.*1.*n.*382.Mogol.*in d. c.* 10. §.2.*n.*1. Maſcard. *concluſ.* 1055. *n.* 12.

92 Contrarium , quòd ſufficiat metum in genere probare,ſemelque fuiſſe illatum, licet non pro illo contractu,ſuper quo contrahitur, docent Theſaur. *lib.*1.*q.*51.*num.*7. ubi ait ſic deciſum fuiſſe in ſuo Senatu, & ſufficere mulierem minas , & verbera probare in genere,cum difficilis ſit iſta particularis probatio. Suar. *in addit. ad Gomez. variar.c.*14. *tom.*2.*litt.*C.*num.*5. Mogoll.*de metu,in d. c.*10. §.2. Seſſe, *deciſ.* 60. *num.*18. *part.*1. Rebuff. *in conſtit. tom.*2.*de reſciſſ. contract. gloſſ.*22.*num.*6. Fontan. *de pact. nupt.claus.*7.*gloſſ.*2. *p.*5.*num.*69. refert alios, *&* *in num.*72. Ricc. *in deciſ.* 15. *num.*5. *&* *in collectan.* 154. *p.* 1. *ad fin.* faciuntque tradita in ampliat. 2.

93 Sed tamen utraque ſuſtineri poteſt diverſis reſpectibus conſideratis : videlicet primam procedere,quando poſſit dari alia cauſa, ob quam ſint factæ minæ,ſeu malæ tractationes, ſeu verbera. Secundam verò quando nullæ extant cauſæ cui attribui poſſit. Fontan. *à n.*72.*ubi ſupr.*Ricc.*collect.*154. Mogol. *num.* 4.

94 Teſtatoris quoque aſſertio metum probat,veluti ſi ob metum ſibi illatum teſtamentum condidiſſe, vel conditum non revocaſſe aſſerat , ut ex Bart. Bald. Salicet. & aliis docet Mogollon.*ubi ſupr.in d.c.*10.§.3.*num.*23. Surd. *conſ.*375. *num.*43. Marta,*de ſucceſſ.legal.tom.*2. *p.*4. *q.*2. *art.*3. *num.*32. *& à num.*14. agit an ſit nullum ipſo jure,*& in q.*1. *art.*6. *à num.*19.& etiam ſi metum incutientis perſonam non exprimat. Caſtill. *lib.*3. *c.*1. *num.*101. *cum ſ. ſeq.* ubi neceſſario tria probanda exigit, ut teſtamentum meticuloſum fuiſſe, qui aſſerit, obtineat. Videlicet teſtatorem impeditum fuiſſe impedimento tanquam doloſo à jure reprobato: Item quòd tempore inhibitionis teſtator volebat, teſtamentumque condidiſſet , ſi tunc impeditus non fuiſſet ; & denique, quòd in ejus favorem diſpoſuiſſet,ſi metus non interfuiſſet,& latè *per tot. c.*tradit,quando quis dicatur teſtari prohibitus,*à n.*100. ſex adducit exempla ex Menoch. *lib.* 2. *de arbitr. caſu* 395. ut videre eſt apud eundem , & nos latè *in addit. ad l.*26. *tit.* 1. *p.*6.

95 Ex præcedenti quoque tractatione de inferendo metum, ſeu de compellendo aliquem ad aliquid dandum, vel faciendum , actus poſtea ſequutus, metu præſumitur factus. Maſcard. *concluſ.* 1055. *n.*44. ubi refert Cæpol. Cravet. Cyn. Bald. Bart. & Barboſ. Menoch. *lib.*3.*præſumpt.*4.*num.*6. Mogol. *de metu,in d.c.*10.§.3.*n.*21.Farin.*in d.*2.*p. fragm. d. verb.metus,num.*186. qui ea probata,& metum eſſe probatum docent.

96 Item & ex veroſimilitudinibus metus probatur, & ex aliis quamplurimis modis , ex quibus recto judici metum adfuiſſe, fuerit viſum, ut dicitur *in addit. ad gloſſ.* 2.

97 Et probato metu res amiſſæ probantur per juramentum metum paſſi.Cardoſ. *in praxi,verb. metus, n.*14.*ad fin. ex text.in c.fin.de his quæ vi,& l. ſi quando,C.unde vi,*ibique ferè ſcribentes omnes. Mogoll. *ubi proximè in c.*11. *per tot.* Petr. Jacob. *in rubr.*13. *num.*20. vide etiam Ant. Fabrum, *de error.p.*4. *decad.* 76. *error.* 6.

98 Limita 1. regulam ex Gloſſ.*in num.*1. traditam,ſi metum paſſo nullum ſit damnum illatum,quod exigitur,ut hæc competat actio,*l. continet, l. ſed & partus,*§. *quæri poterit,verſ. Julianus*,ibi : *hoc edicto non teneri , propter naturam quod metus cauſa actionis, quæ damnum exigit,*& *l. ſi mulier,* §. *ſi dos,l. item ſi cum exceptione, in princ.* ibi : *Cæſare hoc edictum, quia nihil tibi abeſt : & in* §. *pen. l. qui in carcerem, ff. quod met. cauſ.*Bart.*in d.*§. *quæri, & in d.l. ſi cum exceptione,in princ.* & *ibi* DD. & Faber, *ration. ad l. continet,in d. verſ. Julian. & in l. aut in id, & in l. quod diximus,in fin.ff.quod met. cauſ.* Covar.*de ſponſ. p.*2.*c.*3.§.4.*n.*1. Weſemb.*in paratitul. ad d. tit. n.*7. Maſcar.*concl.*1055.*n.*33.Mogol.*de metu in præamb. n.*19. Steph. Diaz, *jur. civil. verb. metus,n.*3.Marta, *voto* 203.*n.*10.Minſing.*in* §. *quadrupli, n.*12. *inſtit. de actio.* Pichard. *in* §. *item actio* 27. *inſtit. dict. tit. à n.*8.Farin.*in fragm.*2.*p.verb.metus,num.*24. Azor. *in ſumm. num.* 15.

99 Sed licet vim qui debitori adhibuit , ut ei ſolveret , hac quòd metus cauſa actione non teneatur,*ex d.jur.* incidit tamen *in l.Julian. de vi* ob divi Marci decretum, jusque crediti amittit, *l. extat,ff. quod met. cauſ.*ibique Bart. *in princ.* & Faber nemini enim licet jus ſibi dicere , nec rei ſuæ poſſeſſionem ab alio detentam propria ſua auctoritate

100 occupare,ut conſtat *d. l. & ex tit. Cod. ne quis in*

ſua

sua causa judicet. l. sed, & partus, §. fin. ff. quod met. caus. l. penult. & ultim. ff. ad legem Julian. de vi privat. l. si quis in tantum, Cod. unde vi l. non est dubium, C. de legatis, c. placuit. 16. *quæst.* 6. *gl. in c. jus quæsitum, dict.* 2. Jas. *in l. miles, §. qui judicati per tot. ff. de re judicat.* Faber. *de juris prud. tit.* 3. *de jur. person. princ.* 2. *illat.* 10. *vers.* 10. *inde quod vim.* Gomez. *tom.* 1. *cap.* 12. *num.* 10. Castill. *in l.* 4. *Taur.* Thesaur. *decis.* 38. *num.* 5. Mieres *de majorat.* 3. *p. quæst.* 13. *num.* 41. & vide Addit. ad Glos. 3. *tit.* 1. *part.* 6. & ad Glos. 1. *l.* 10. *tit.* 10. *p.* 7. & ad Glos. 2. *l.* 4. *tit.* 29. *part.* 3. ubi in quibus licet alicui propria

101 sua auctoritate rem suam ab alio detentam occupare, & restringitur quoties quis ob vim, vel metum compulsus rem suam tradidit, & ut eadem sibi redderetur res, primo inferenti vim adhibuit quoque incontinenti vim, ac metum, ex *d. l. sed & partus, in d. §. quæri, ff. quod met. caus. ibique.* Bart. & DD. Faber. *ibi* Pichard. Wesemb. & Azor. *ubi suprà* Farinac. *num.* 11.

102 Limita 2. in contractibus initis metu levi & vacuo, quia valent, nec ex hoc edicto rescindi possunt ex relatis *infrà in addit. ad Glos. 2. num. 1. & traditis suprà*, & Adde Mart. *de succes. legal. p. 1.*

103 *quæst.* 26. *art.* 2. *num.* 39. nulla adhibita differentia, an contra inferentem, vel participem, seu alium

104 tertium agatur, ut contra Mogoll. *cap.* 8. §. 4. *n.* 2. & Sarmien. *lib.* 2. *select. cap.* 11. *num.* 8. defendunt Garc. *de nobilit. glos.* 17. *num.* 29. & Fachin. *lib.* 4. *disput.* 9. *num.* 6.

105 Sublimita nisi qualitas personæ metum passæ talis sit, quòd levi metu terreatur, vide *d. glos.* 2. *num.* 3. & 4.

106 Limita 3. si metus justè inferatur, valere contractum, nec rescindi ejus causa; juris enim executio, nec metum, nec injuriam infert, *l. injuriarum* 13. §. *is, qui jure publico, ff. de injuriis, l. quod principis, ff. de aquar. public. arcend. l. quemadmodum, §. magistratus, ibi glos. verb. cæpisset, & verb. in factum, ff. ad leg. Aquil. l. si mulier* 21. *in princ. ff. quod metus caus.* & ibi Glos. & Panor. Faber. *ratione*, & DD. *ibi.* Decius, *in l. in omnibus causis, ff. de regul. jur. num.* 2. Roland. *in consil.* 83. *num.* 18. *cum seqq. vol.* 2. Garcia *dict. glos. num.* 31. Farinac. *in d. verb. metus, num.* 21. qui dicunt, quòd quando proceditur per viam legis, & justitiæ, metus non excusat. Rebuff. *glos.* 12. *num.* 7. Wesembec. *in parat. lit. ad tit. ff. quod met. caus. num.* 3. Azon. *in summ. d. tit. num.* 3. Mart. *in decis. Pisan. voto*, 203. *num.* 11. qui dicunt, quòd quando proceditur per viam legis, seu justitiæ, metus non excusat.

107 Ideóque metum passo prodesse non debet metus sua culpa juste illatus, *l. continet §. sed vim, ff. quod met. caus. glos. in cap. ad ejus* 4. *verb. in vita, distinct.* 5. *& in cap.* 2. *verb. coactus, d. tit.* Covarr. *de sponsal. d. p. cap.* 3. §. 4. *num.* 11. Monter à Cueba, *decis.* 14. *num.* 26. Afflict. *decis.* 149. *num.* 1. expressiusque Ursil. *ibi num.* 3. Alex. *consil.* 99. *n.* 1. Guttierrez. *de jur. conf. part.* 1. *cap.* 57. *num.* 7. Mascard. *conclus.* 1055. *num.* 31. Mogollon. *cap.* 8. §. 3. *num.* 20. Sanchez. *de matrimon. lib.* 4. *disput.* 8. *n.* 8. Bonac. *de matrim. quæst.* 3. *punct.* 8. *num.* 15. Card. *in prax. verb. metus, num.* 11. Farinac. *cons. & decis. lib.* 2. *decis.* 210. *num.* 10. Faber. *ubi suprà, in d. l. si mulier*, qui dicunt non de alio, quàm de se ipso conqueri debere, & non sucurri ei qui se ipsum in necessitate posuit. Hostiens. *d. cap.* 2. *de his, quæ vi, num.* 6. Immol. *num.* 3. Abb. *num.* 8.

108 Contrarium, quòd metum passo subvenien-

dum sit, etiamsi quis sua culpa in metum inciderit, *ex cap. veniens*, 15. docet ibi, *gloss. fin. de spons.* & Hostiens. *verb. nisi metu coactus*, Andr. *num.* 8. Anchar. *num.* 7. Cardin. *num.* 1. Præpos. *num.* 2. Henr. *num.* 1. & facit quod tradit Jas. *in §. rursus, Instit. de action. num.* 26. Petr. Gregor. *in tag. jur. lib.* 41. *cap.* 5. *num.* 16. Mogoll. *ubi suprà à num.* 21. *usque in fin.* ubi hanc ampliatur saltem in omnibus casibus, in quibus requiritur voluntas libera, *ex d. c. veniens, & ex glos. in c.* 2. *de his, quæ vi, verb. coactus.* Item quando quis propter judicis iniquitatem timet sibi coram eo litem moveri, *ex text. c. cum interim de exception. & in l. pen. ff. solut. matrimon.* Tertiò quoties animæ periculum vertitur, ex Hostiens. Butr. Zabar. & Abb. Quartò ubi vertitur periculum vitæ. Hostiens. *in d. cap.* 2. *vers.* 11. Quintò propter judicii æquitatem, poterit enim recusari judex ut suspectus, tanquam si recusans culpam non habuisset, ex Archid. Anchar. & Geminian. *num.* 12. Sextò, quando ob metum judicis non appellavit, Hostiens. *in cap. fin. de appellat. in princ.* Philip. Franc. *n.* 2. & Præpos. *num.* 3. Sanchez *num.* 9. ubi alios refert Cardos. *num.* 6. *ubi suprà.*

Quæ opiniones conciliantur à D D. quòd pri- 109
ma procedat, quando metus justè, juridicè & absque injuria infertur; secunda verò, quando injustè, nec juridicè incutitur. Glos. *verb. metum in l. si mulier. in princ. ff. quod met. caus. & l. accusationis, eod. verb. est desiderium, in fin.* Hostiens. *in d. c. veniens, ad fin.* Andr. & Henric. Wesemb. *num.* 3. Afflict. *num.* 3. Ursil. *num.* 1. & 3. Covarr. Guttierrez. *à num.* 7. *ubi suprà.* Gofred. *tit. de his, quæ vi, num.* 3. Minlinger. *in §. quadruplic. Instit. de action. num.* 11. Tusch. *pract. concluss. verb. metus, conclus.* 221. *num.* 28. & 33. Alexand. *cons.* 99. *num.* 1. *vol.* 3. Mogollon. *cap.* 2. §. 6. *num.* 11. Farinac. *in d. verb. metus. num.* 13. 14. 107. & 110. ubi alios refert, *& in lib.* 2. *cons. & decis. decis.* 286. *num.* 4. *& decis.* 295. *num.* 4. Sanchez. *dict. disp.* 8. *num.* 8. & 9. *disput.* 9. *num.* 7. 8. 9. *disput.* 12. *in disput.* 13. *num.* 3. & *disput.* 14. Mascard. 1055. *à num.* 30. qui unà exemplificant in injustè, vel justè carcerato. Sanchez, verò Alexand. & Farinac. in invento cum puella dormiente, & in uxore adultera, & Borell. *in summ.* 3. *tom. tit.* 1. *à num.* 596. *cum seqq.* ubi plures allegat, & Bonacin. *de matrim. q.* 3. *p.* 3. *num.* 22.

Sed pro explicatione ex *suprà* traditis in *num.* 110
antec. maximè ex Alexand. Sanchez. Guttierrez. *in d. cap.* 57. & Farinac. Nota si ob mortem vitandam privata auctoritate mariti, consanguinei, seu alterius exequendam, mulier deprehensa in adulterio, seu vir cum puella fluprata aliquid promittat, seu matrimonium contrahat, similem contractum, utpote metu initum, & non juridicè illatum, contractum seu matrimonium, esse nullum. Marta, *de succes. legal. part.* 1. *quæst.* 26. *art.* 5. *num.* 39. & 111
præsumitur metus ex eo, quòd cum puella sit inventus. Alexand. *d. cons. & 98. per. tot.* Tusc. *concluss.* 217. *à num.* 24. Ricc. *collect.* 153. *Si* verò ad
mortem, seu pœnam non privata auctoritate, sed 112
jure inferendam, & accusationem fugiendam, seu si metus ad eum finem non inferatur, contractus, matrimonium, seu promissio ingrediendi religionem valebit, quia potius aufertur metus conditione immunitatis allata. Unde si cui delicti pœna remittitur, si religionem ingrediatur, vel occisi, vel offensi uxorem, filiam, seu consanguineam in uxorem ducat, professio, & matrimonium valebit, item

nota

nota, quòd incarceratus in carcere publico, seu privato, si cum alio contrahat, quàm cum eo, qui eum in carcerem detrusit, valet contractus, seu matrimonium. Cancer. *variar. tom. 3. c. 1. num. 40.* Trentacinq. *d. resolut. 1. num. 25.* Idem si contrahat cum detrudente in carcerem, si ad alium finem, quàm matrimonii, vel contractus sit injustè incarceratus, *l. qui in carcerem, ff. quod met. caus. l. qui à latronibus cum simul, ff. de testam.* Cancer. *num. 39.* Guttier. *num. 7. ubi supr.*

113 *Si* verò ad matrimonium, vel alium contractum extorquendum injustè fuit incarceratus, vel obsessus, contractus non valebit, utpote metu initus, *c. cum locum, de sponsa. d. l. in carcerem,* idque etiam respectu fidejussoris, *l. item si cum exceptione, §. Labeo ait, ff. quod met. caus.* Cancer. *num. 41.* ubi refert Rebuff. & Afflict. *in decis. 149.* & Ursil. *ibi,* & diximus *suprà. Si* justè sit incarceratus, scilicet ob verum debitum, vel ob delictum ab eo commissum, si est in carcere privato, non valent contractus simili metu celebrati; non enim justè nec juridicè infertur, cum detrudens propria ejus auctoritate jus sibi dicere videatur; sed si in carcere publico sit detrusus, valebit matrimonium, vel quivis alius contractus etiam initus cum eo, vel ad ejus utilitatem, qui illum detrusit in carcerem; juris enim executio nec metum nec injuriam infert, ut diximus; potius enim ab intrinseco ex lege, & natura delicti metus incuti, ac oriri videtur, quàm ab extrinseco, ut videre est ex Sanch. Farinac. Alexand. & Guttier. & Cevall. *quæst. 825. per tot.*

114 Metus autem ab extrinseco proveniens est, de quo agimus, ab intrinseco enim metus proveniens nullum rescindit, nec annullat contractum, quamvis liberam exigat voluntatem: unde si quis metu morbi, tempestatis, naufragii, belli, periculi, insidiosi loci, vel alicujus similis, qui incutitur per naturæ modum, aliquam ducere in uxorem promittat, vel ducat, religionem, vel Sacerdotium voveat, ob simile corporis, vel animæ vitandum periculum, valet quidem matrimonium, vel religionis, & Sacerdotii votum, illúdque tenetur adimplere, *c. sicut, ibique gloss. de regularib. cum simil.* Sanch. *in d. disput. 12.* Covar. & Gratian. *ubi supr.* Didac. à Stunic. *in tractat. de voto, quæst. 1. num. 25.* Bonacin. *de voto, tom. 2. punct. 3. §. 1. num. 3. de matrimon. quæst. 3. punct. 8. num. 1.* & D. Mart. *de succes. legal. p. 1. q. 26. art. 5. n. 41. & 42.* ubi dicit metum intrinsecum dici, si origo metus dependeat ab intrinseco contrahentis.

115 Limita 4. si res per metum extorta omnino erat æque penes actorem peritura, tunc enim metum passo hæc non competit actio, *l. si cum exceptione, 14. §. quatenus, ff. quod met. caus. ibique gloss. verbo, peritura res.* Anton. Faber, *in l. videamus 17. in fin. ff. quod met. caus. in suis rationalib.* Bart. *in d. §. quatenus, in princ. prope fin.* ubi dicit non teneri si eodem modo res erat penes actorem peritura, *& in num. 5. & 7.* dominus enim non patitur damnum. Quod quidem procedit in bonæ fidei possessore, si in mora non sit constitutus restituendi, vel dolo desierit possidere; in inferente verò metum, si res pereat post sententiam intra tempus quadrimestre à lege datum; ita Azon. & Pichard. *infra* referendi.

116 Et notandum est, quòd si res per metum extorta ante primam sententiam periit, metum inferens condemnatur ad rei æstimationem, quam si non præstiterit intra tempus à judice datum, in quadruplo condemnatur, hoc est in triplo, quia in quadruplo simplum inest, id est rei æstimatio. Bart. *in d. num. 7.* Pichard. *in §. quadrupli, num. 2. & in §. item actio, 27. num. 36. Instit. de action.* Azon. *in summ. tit. de his, quæ vi, num. 18.* ubi dicit eum, qui metum intulit, teneri, sive res pereat ante litem contestatam contra eum, sive postea ante primam sententiam, *& in num. 19.* idem esse judicat, si res pereat post primam sententiam, & ante secundam, quia tunc erat in mora, & contumacia expressa, sive res eodem modo esset peritura penes actorem, sive non. Bart. tamen *in d. num. 7.* indistinctè tenet, reum non teneri, si res erat eodem modo penes actorem peritura, nisi post quadrimestre tempus post secundam sententiam à lege datum; sed si aliàs, & non intra quadrimestre tempus periret ad rei æstimationem teneri, itaque quæ *suprà* diximus procedunt, si res eodem modo non esset penes actorem peritura, ex Bart. *ubi suprà, & gloss. verb. peritura res, in d. l. si cum exceptione 14. ff. quod met. caus. & gloss. in l. 1. verb. intercideris,* C. *eod.* sed si post primam sententiam res pereat, & ante secundam, sive lis esset contestata, sive non, super quadruplo, indistinctè reus ad æstimationem tenetur; si tamen eodem modo penes actorem non esset peritura; ita docet Bart. *in d. num. 7.* eamque dicit esse rationem, tunc enim & solvendi æstimationem, vitandique quadrupli condemnationem potestatem habuit. Azon. verò *in d. num. 19.* aliam rationem tradit, quia tunc erat in mora & contumacia expressa, sed ampliat teneri reum, etsi esset, vel non res eodem modo peritura; & Gloss. *in d. l. 14. verbo, idque fit, in d. §. quatenus,* facitque text. *in d. §. ibi si autem ante sententiam bono sine dolo malo,* ubi Gloss. *verb. sententiam,* explicat ante secundam, sed post primam, sin verò res pereat post secundam sententiam & quadrimestre tempus à lege judicatis concessum *in l. fideicommissis, ff. de usuris,* reus ad æstimationem indistinctè tenetur, Gloss. *verb. quia tripli, in dict. l. si cum exceptione.* Bart. & Azon. *ubi supr.*

Quòd si post secundam sententiam, & intra quadrimestre tempus res pereat, tunc reus ad æstimationem non tenetur, dum tamen dolus absit, ex dictis *suprà in ampliatione num....* Bart. & Azon. *ubi supr.* Pichard. *in d. §. item actio, instit. de actionib. num. 26.* ei enim eo tempore à lege dilatio conceditur, & quia tripli pœna gravatur, ideo in simplo relevatur, sicque intelligendus est *text. cum gloss. in d. l. item si cum exceptione, in §. hæc autem actio, & in §. quatenus, usque ad §. eum qui, ff. quod met. caus.*

Quod idem dicendum est in bonæ fidei pos- 117
sessore, postquam in mora est constitutus restituendi, quia ex quo rem per metum ablatam retinet, vim facit suam, veluti si eam incussisset, facit *l. 1. §. dejecisse, in vers. sed etsi cum quis, ff. de vi & vi armat. cum similibus.* Wesemb. *d. num. 6.* ubi dicit, quòd sibi imputet, qui delictum alienum mordicus defendit, *& in vers. nec cui iniquum videatur, & C. eod. n. 6. ex text. in d. l. item si cum exceptione 14. §. in hac actione,* docentque *ibi* Bart. & communiter DD. Faber, *ibid. in ration. ad Pand.* Quæ & etiam procedent, si dolo desierit possidere, contumáxque sit in restituendo, perinde enim habetur ac si possideret, *ut dixi supr. ampliat. 5. n....* reique æstimatio quadruplabitur, ut constat ex dictis.

Quadruplatur autem ob hanc actionem quoad 118
bonæ fidei possessores, id quod tempore litis contestatæ

conteſtatæ obtinent, ex aliena enim vi conveniuntur. Weſemb. *ubi ſupr. ff. dict. num.6.* veniuntque fructus à tempore moræ. Mogol. *de metu, c.11.n.6.* Pereir. de Caſtr. *deciſ.30.num.11.* ubi inquit, ſolum à lite conteſtata fructus deberi à bonæ fidei poſſeſſore, ob bonam enim fidem fructus facit ſuos, ut eſt vulgare in quolibet bonæ fidei poſſeſſore, & quod Alex. tenet contra Bart. *in d.l.ſi vi, Cod. de his quæ vi*; etiamſi factus ſit locupletior; idque maximè ſi triennium ſit lapſum, quo uſucapiuntur, faciuntque quæ tradit Fontà. *de pact. tom.2. clauſ.7. gloſſ.2. p.5. n.11.*

119 Quoad inferentes vero, vel participes illationis metus omne quodcumque reſtitui oportet, videlicet omnis cauſa damni dati, omne ſcilicet, quod habiturus fuiſſet actor, ſi res ſibi per metum extorta non fuiſſet. Ideoque non ſolùm fructus, quos perceperit, ſed & quos percipere potuiſſet metum paſſus, ſi res detracta non fuiſſet, *l. ſed & partus 12. l. item ſi cum exceptione 14. §. ſi quis, & §. Labeo ait, verſ. quadruplatur, ff. quod met. cauſ.* Faber, *in ſuis ration. d. in l.* Bart. *in d. l. ſed & partus.* Weſemb. *ff. & C. eod. ubique, num.6.* Mogol. *d. c. 11. num.2. & 3.* ubi ait, *ex gloſſ. in c.2. eod.* venire intereſſe tam intrinſecum, quàm extrinſecum. Jaſ. *in §. quadrupli, de action. num. 52. & 53.* Pichard. *in §. item actio, 27. n.36. Inſt. eod.* Cardoſ. *in prax.*
120 *verb. metus, n.14.* † De eorum vero ſucceſſoribus vide in ampliat. 5.

121 Limita 6. ſi pretium, quod metum paſſus recepit, non reſtituat, tunc enim non auditur: idemque ſi pretium in utilitatem metum paſſi converſum non reſtituat. Pereir. *d. deciſ.30.num.12. & 13.* Andr. *in addit. ad Speculat. tit. de his quæ vi, ad rubr. litt. A. verſ.4. competit.* Odd. *2. p. de in integr. reſtit. n.8. & 9.* Theſaur. *q.51. lib.1 n.18. verſ. ſed pretium*, ſicque in Senatu deciſum fuiſſe dicit Azo. *n.18. ubi ſup*

122 Limita 7. ſi meticuloſus contractus, ceſſante cauſa illationis metus, fuerit poſtea voluntario aliquo actu corroboratus, ac mortificatus, *l. cum te, l. ſi per vim, C. de his quæ vi met. c.1. eod. tit. c. cum locum, de regular. & tranſver.* Menoch. *lib. 3. præſumpt.126. à num.33. & in conſ.1. tom.1. num. 297. & 301.* ubi alios refert. Innoc. *in c. cauſam matrim. de officio delegat. ibi*, DD. Rebuff. *in conſt. tom.2. tit. de reſciſſ. contract. gloſſ.22. num.8.* Afflict. *deciſ.336. num. 7.* Boer. *deciſ. 100. num. 15.* Garc. *de nobilit. gloſſ.17. num.42.* Dec. *l. in omnibus, ff. de reg. jur. num.14.* Hoſtien. *in ſum. d. tit. de his quæ vi, num.7.* Azon. *ibid. num.6.* Pichard. *in §. item actio, inſtit. de actionib. num.26.* Maſcard. *concluſ.1055. num. 35.* Theſaur. *in d.q.51. lib.1. num.21.* Honded. *conſ.23. num.5. 40. & 41.* Gaill. *lib.2. obſervat.93. num.27. & 29.* Joſeph. Ludovic. *in deciſ. Lucenſ.18. num.2. & 11.* Cardin. Tuſch. *litt. M. concluſ.214. num.17. 217. num.26. & 220. num.22. 25. & num. 29. 37.* Montaneir. *in add. ad Olivan. tit. de action. c.9. n.14.* Ricc. *in collect. 92. & collect. 878.* Borrell. *3. tom. in ſum. deciſ. tit.1. num.617. & 618.* Petr. Gregor. *de ſponſ. c.6. num.22.* Trentacinq. *lib.1. d. reſol. 1. de his quæ vi, num.42.* Cardoſ. *in prax. verb. metus, num.13.* Alexand. *conſ. 98. lib.3. num.9. 127. vol.5.* Weſemb. *in paratit. C. de his quæ vi met. num.7.* Mogollon. *de metu, c.12. num.14. 15. & 16.* Farinac. *in d.2.p. fragm. verb. metus, num.41. 136. uſque ad 141.* Salced. *in addit. ad Bernard. Diaz, in reg.462.* Jaſ. *in l. ſi ob turpem, ff. de condit. ob turp. cauſ.n.1.* qui optimè agunt, quando ſolutio ſpontanea pecuniæ purget metum, vel non.

123 Fallit tamen hæc limitatio præter ſublimitationes ab eis adductas, quando non ſit ratificatio tempore habili, veluti ſi lege aliqua, vel ſtatuto determinatum eſſet tempus, intra quod deberet fieri, extra enim illud tempus non valet ratificatio, ut optimè tradit Joſeph. Ludovic. *ubi ſuprà.*

Item in contractibus ab initio nullis, quia ex 124
actu ſubſequuto ex intervallo non dicitur purgatus metus, ad hoc quòd actus ab initio nullus reconvalidetur, & ſit validus ex tunc. Trentacinq. *d. num. 42. verſ. 3.*

Limita 8. quoties deficiente metus cauſa ex ta- 125
cito conſenſu, & diuturno temporis tranſcurſu metus purgatur, contra inferentem ſcilicet, vel participem illationis metus, triginta annis elapſis, Borrell. *ubi ſupr.* indiſtinctè docet præſcribi 30. vel 40. annis, ſed ex auctoribus *in hac 8. limit.* allegatis tenendum eſt *hic* traditum contra tertium bonæ fidei poſſeſſorem, nec illationis metus participem inter præſentes decem annis, inter abſentes verò viginti annis, *l. ſi vi vel metu, 3. C. de his, quæ vi met. ibique gloſſ. penult. & finalis.* Tiraquell. *de retract. lign. §.1. gloſſ.10. num.14.* Azon. *d. tit. n.18.* Sarmien. *lib.2. c.11. num.2.* Garc. *d. gloſſ. 17. n.29. verſ. nec quidquam facit.* Angel. *in §. quadrupli, n.4. in fin. de actio.* Vivius, *deciſ. 507. num.18. lib. 3.* Montaneir. *d. cap.9. num. 17. part.2.* ubi alios refert, & dicit durare contra metum inferentem triginta annis, ſed ſi fuerit alteri venadita, extingui ſpatio decem annorum inter præſentes, & inter abſentes ſpatio viginti. Trentacinq. *variar. lib. 1. reſolut.1. de his quæ vi, num.43. & reſolut.2. num.2. & 6.* inquit contra tertium poſſeſſorem decem, vel viginti annis præſcribi; contra inferentem ſpatio triginta annorum, & officium judicis præſcribi etiam triginta annis: & quòd, ut decem vel viginti annorum præſcriptio currat, requiritur titulus, & bona fides ex Alex. *num.6.* Cacheran. & Bald. & aliis, *& in d. reſolut.2. num.3.* latè agit, an tertius poſſeſſor, ſciens primum emptorem coëgiſſe per metum venditorem, præſcribat decem annis, & quòd non præſcribat, dicit veriorem in puncto juris, quia titulus, & bona fides requiritur, *& in n.4.* agit an *d. l. ſi vi*, ſit correcta per *authen. ad hæc, C. de præſcript. longi temporis*, ſed vide addit. *ad tit. p. 3.* Pereir. de Caſtro, *num.14.* Farinac. *num. 164. ubi ſupr.* & ferè omnes relati. Surd. *conſ. 513. n.48.* Mogollon. *c.8. §.3. num.11. & c.12. num.20.* † do- 126
centque præſcriptionem non currere, donec durat cauſa metus: ſemper enim eadem exiſtente cauſa ſequentes actus metu cenſentur facti, ut diximus, *num....* & docet Rebuff. *gloſſ.22. num. . & 2.* Fontanell. *clauſ.7. gloſſ.2. p.7. num. 23. & in n.61. & 65.* Menoch. *conſ.917. in fin.* Borrell. *in ſumm. deciſ. dict. tit. num.619.* Ricc. *in collect.253. & in collect.521.* alios allegat.

Denique limitanda videtur regula, *in num.1.* 127
tradita caſibus per Gloſſ. *in c. Abbas, 2. de his quæ vi, verb. coactus*, in his verſibus relatis:

Tutor, judicium, dos, ſacrum, copula, votum,
Hæc ſex vi facta de jure ſcias fore nulla.
Cætera jus patitur, ſed poſtea reſtituuntur.

Si enim per juſtum metum cadentem ſcilicet in virum conſtantem celebrentur, ipſo jure nullos eſſe *ibi* traditur, ſi metus cauſam proximam & immediatam illis dedit, ideoque non indigere reſciſſione, *ut in dict. reg.* dicitur, ab initio enim non tenent. Sed utrum dicti ſex caſus ſint ipſo jure nulli, vel non, ſintve alii, qui ab initio ipſo jure ſint nulli; vide Addit. ad Gloſſ. *l.29. tit. 11. p.3. & l.15. tit.2. p.4.*

ubi

ubi latè per ampliationes, & limitationes tradidimus, & reliqua quæ circa hanc metus materiam poſſunt deſiderari, *ibi* poſce.

128 Denique nota ultra Gloſſ. quòd inferens metum non poteſt petere actus, ſeu contractus reſciſſionem. Gamm. *deciſ.* 262. *num.* 6. Tuſch. *concl.* 222. *num.* 6. *litt. M.* Farinac. *d. verb. metus in fragm.* 2. *p. num.* 8.

SUMMARIUM.

1 *Juſtus metus, quis dicatur, an ad reſciſſionem contractus requiratur cadens in conſtantem, vel conſtantiſſimum virum, num.* 2.

Quid reſpectu mulieris, vel aliarum fragilium perſonarum, n. 3.

4 *Solus reverentialis metus per ſe an ſufficiat ad reſciſſionem contractus, num.* 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12.

Quid ſi cum eo aliæ conjecturæ concurrant, n. 13. 14. 22. 23. 24.

Vel ſi enormis, vel enormiſſima læſio, num. 15. 16. 17.

Quid in donatione, n. 18. 19.

Quid in matrimonio carnali, vel ſpirituali, num. 20. 21.

25 *Reverentialis metus ſolus an impediat conſenſum præſumptum ex præſentia cum taciturnitate, num.* 26.

27 *Juſtum interfuiſſe metum, & ſufficientem ad reſciſſionem contractus judicis arbitrio relinquitur.*

Quæ debet attendere ut metum juſtum adfuiſſe cognoſcat, num. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34.

35 *Irritato, ac annullato principali, itidem & ejus acceſſoria.*

39 *Quando agitur officio judicis minor metus ſufficit, remiſſivè.*

ADDIT. GLOSS. II.

1 NOta ex hac Gloſſ. ad reſolutionem, vel contractuum metu initorum invalidationem, non quamvis, levem videlicet, vel vanum metum ſufficere, ſed eum, & talem exigi, qui juſtus, & probabilis ſit, cadens ſcilicet in virum conſtantem. Adde *Gloſſ.* 9. & 10. *l.* 15. *p.* 4. ubi latius, & *Gloſſ. l.* 7. *tit.* 33. *p.* 7. *l. metum* 6. *ff. quod met. cauſ. c. conſultationi, c. veniens, & c. de muliere, de ſponſalib. c. ad audientiam, c. cum dilecto, de bis quæ vi met, c. ſi juſtus metus fin. de appellatio. l. interpoſitas* 13. *C. de tranſactio.* facitque *l. hoc edictum, ff. ex quib. cauſ. major, l. ſi quidem, C. de contrab. & commit. ſtipulat. l. ſi voluntate, C. de reſcindend. vendit. l. ſi per vim, l. ſi donationis, C. de bis quæ vi met. l. ſi quis ab alio, ff. de re judicat. l. vani timores,* 146. *ff. de reg. jur.* Abb. Innocen. & Dec. & communiter DD. *in d. c. cum dilectus, & in d. l. metum.* Faber. *in ration. & in ſuo C. tit.* 19. *ſi adver. donat. num.* 16. Hoſtienſ. *in ſumm. eod. num.* 2. Azon. *num.* 3. Weſemb. *ff. num.* 3. *& in C. num.* 6. *& in conſ.* 43. *num.* 151. Jaſ. *in* §. *quadrupli, Inſtit. de actio. num.* 54. *ibi.* Minſinger, *num.* 8. & Pichard, *ibi, & in* §. *item de actio. n.* 14. Rebuff. *de reſciſ. contract.* 2. *tom. conſt. gloſſ.* 2. *num.* 2. Brun. à Sole, *locis verb. metus, num....* Petr. Gregor. *ſyntag. jur. lib.* 41. *num.* 3. Montaneir. *ad Olivan. de actionib. p.* 2. *lib.* 1. *c.* 9. *num.* 1. & 2. Dec. *in l. in omnibus,* 39. *ff. de reg. jur. num.* 2. Honded. *conſ.* 29. *num.* 31. *vol.* 1. Surd. 513. *num.* 37. Roman. *ſingul.* 229. Marſil. 578. *num.* 1. & 2. & 407. *à num.* 1. Covar. *de ſponſalib. p.* 2. *c.* 3. §. 4. *num.* 8. & §. 5. *num.* 6. & §. 6. *num.* 3. & *in c.* 4. §. 1. *num.* 11. Tuſch. *litt. M. concluſ.* 215. *n.* 1. & 28. Boët. *deciſ.* 100. *num.* 2. Garcia, *de nobilitat. gloſſ.* 27. *num.* 20. & 26. Macerra. *var. lib.* 1. *reſol.* 79. *num.* 7. Fortun. Garcia, *de ult. fin. utriuſque juris, num.* 472. Gomez. 2. *tom. c.* 14. *num.* 27. Riccius, *in collectan.* 943. *p.* 4. Pereir. de Caſtro, *deciſ.* 30. *num.* 5. Mogoll. *de metu, c.* 2. §. 1. *n.* 1. 2. & 3. faciuntque quæ tradit *in c.* 8. §. 1. §. 3. & §. 4. Seraphin. *de privileg. juramen. privileg.* 110. *num.* 12. *ibique.* Benech. *n.* 13. ubi adducit Dec. Pariſ. & alios. Sanch. *de matrimon. lib.* 4. *diſput.* 1. *num.* 14. & *diſput.* 3. *num.* 2. Farinac. *fragm. d.* 2. *p. verb. metus, num.* 63. & *lib.* 2. *conſ.* & *deciſ. deciſ.* 242. *num.* 5. 16. & 17. & *in deciſ.* 262. *num.* 6. & 7. Caſtill. *lib.* 3. *c.* 1. *num.* 142. Gaill. *lib.* 2. *obſervat.* 93. *num.* 7. Afflict. *deciſ.* 536. *n.* 4. Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 4. *num.* 3. & *de arbitr. lib.* 2. *caſ.* 135. *num.* 3. Matienz. *lib.* 5. *recompil. tit.* 1. *gloſſ.* 1. *rub. num.* 189.

Et etſi, *in d. l. metum,* 6. metum cadentem in virum conſtantiſſimum poſtulari videatur, ibi, *ſed qui merito, & in hominem conſtantiſſimum cadat*; attamen, *in d. c. veniens l.* 2. *& in c. conſultationi, de ſponſ.* loquitur de metu de conſtanti, & dicta legis ſuperlativus reſolvitur in poſitivum, ut docent Menoch. *d. num.* 3. Abb. *in c. cum dilectus, de bis, quæ vi, notabil.* 2. Dec. *in d. l. in omnibus, num.* 2. *& in c. fin. de appellat. num.* 2. *& in c. cauſam matrimonii, num.* 4. *de offic. delegat.* Sanch. *ubi ſupr. num.* 9. & Farinac. *in d. verb. num.* 64. qui & alios allegant. Trentacinq. *var. lib.* 1. *reſolut.* 1. *de bis quæ vi, num.* 3. Borrell. *in ſumm. deciſ. tom.* 3. *tit.* 1. *num.* 587. & adducit alia jura, in quibus ſuperlativus reducitur in poſitivum, veluti, §. *fin. ibique gloſſ. inſt. locat. & conduct.* quæ Gloſ. alia jura refert, *l. divus, ff. de tutorib. & curatorib. dat. ab his.* Rebuff. *d. gloſſ.* 12. *n.* 3. *tom.* 2. *fol. mihi* 174. *à n. ſeqq.* 2

In contractibus celebratis per mulierem, puellam, minorem, pupillum, meticuloſum, puſillanimem, facilem, verecundum, ſenem, & ſimiles alios minorem metum (quam, qui in viro conſtante exigitur) juſtum, atque ad eorum reſolutionem, ſeu reſciſſionem ſufficientem eſſe ferè communi DD. calculo amplectimur, ille enim ſufficit metus, qui in mulierem cadat conſtantem, conſtantem pupillum, conſtantem minorem, conſtantem ſenem, & ſic de reliquis, ita Garcia, *de nobilit. num.* 3. 4. 20. & 27. *in fin.* Mogollon. §. 5. *à num.* 6. *ubi ſuprà.* Leſſ. *de juſtit. & jur. lib.* 2. *c.* 17. *dubit.* 9. *verſ. reſpective gravis.* Farinac. *num.* 73. 74. & 76. *ubi ſupr. num.* 5. 16. & *num.* 6. & *ſeqq.* Scacc. *de comm.* §. 1. *q.* 7. *p.* 2. *ampliat.* 19. *num.* 67. Ricc. *in prax. deciſ.* 253. *num.* 6. Seraphin. *deciſ.* 771. *num.* 3. & 4. ubi Franc. à Souſa, *in repetit. l. fœminæ, ff. de reg. jur. p.* 2. *num.* 35. Trentacinq. *dict. reſolut.* 1. *num.* 3. *in fin.* 3

Qui, quòd juxta qualitatem perſonarum remittitur judicis arbitrio, quinam dicatur iſte metus. Sanch. *d. lib.* 4. *diſput.* 2. *num.* 2. & 4. ubi quod attendenda eſt ætas, ut ſi ſenex, vel puer ſit, vel frágilis, vel puſillanimis, ad cognoſcendum quis ſit metus cadens in virum conſtantem. Et *in num.* 3. inquit, *c. conſultationi, de ſponſalibus,* in mulieris matrimonio metum cadentem in virum conſtantem exigentem, ejus verba ſumi proverbii loco, accipiendaque eſſe pro eo metu, qui non ſit levis, & vanus, Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *caſu* 135. *n.* 5. Guttier. *conſ.* 16. *num.* 13. Didac. Lopez à Stunica, *de voto, quæſt.* 1. *num.* 16. Sanch. *à d. num.* 4. & *in num.* 2. pluſquam 45. refert DD. docentes minorem metum

in

in mulière requiri, quàm in viro exigitur, ex Suar. *alleg.* 24. *num.* 5. Molin. *de Hispan. prim. lib.* 2. *c.* 3. *n.* 10. Matienz. *in dial. relator.* 3. *p. c.* 10. *n.* 19. Boër. *decis.* 100. *n.* 2. Covar. *de sponsal. p.* 2. *c.* 3. §. 4. *n.* 9. Seraph. *privil.* 110. *n.* 14. Guttier. *d. cons.* 16. *n.* 3. & 13. Ant. Gabr. *verb. metus, lib.* 11. *com. opin.* Mantic. *de conjec. ult. volunt. lib.* 2. *tit.* 7. *num.* 7. Menoch. *d. casu* 135. *n.* 4. & 5. reliquos vero vide apud eundem. Quibus adde Farin. Ric. & Scacc. *ubi supr.* Gram. *decis.* 103. *n.* 51. & 52. Giurb. 30. *n.* 4. Pereir. de Castr. 30. *n.* 4. & 8. Afflict. 336. *n.* 4. Alex. Raud. 10. *num.* 3. Tusch. *litt. M. conclus.* 215. *num.* 26. Paz, *in prax. tom.* 3. §. 4. *n.* 5. & 6. Benechend. *in addit. ad Seraphin. dict. privil.* 110. *num.* 15. Gail. *lib.* 2. *observat.* 93. *num.* 9. Surd. *decis.* 194. *num.* 23. & *cons.* 513. *n.* 37. Petr. Gregor. *partit. jur. tit.* 21. *c.* 8. *num.* 2. *in fin. ibique gloss. litt. K.* Honded. *cons.* 29. *vol.* 1. *num.* 28. Rebuff. *d. gloss.* 12. *n.* 2. Sebastian. Medic. *de cas. fort. p.* 1. *q.* 7. *num.* 69. *cum seq.* Hypol. de Marsil. *in rub. C. de probat. n.* 190. Montaneir. *d. c.* 9. *num.* 13. *propè fin.* Fontan. *de pact. claus.* 7. *gloss.* 2. *p.* 5. *n.* 40. Thesaur. *q.* 51. *lib.* 1. *n.* 23. Castill. *lib.* 4. *c.* 1. *à n.* 144. Borreli. *d. tit.* 1. *à num.* 598. ubi alios allegat: Vide Addit. ad Gloss. *l.* 15. *tit.* 11. *p.* 4.

42 *Renuntiatio hæreditatis patris viventis, vel matris non valet, nisi juramento fuerit confirmata. Et hoc etsi sit facta à minore in favorem patris, matris, vel fratris, num.* 42. *&* 45. *Et quid si sit enormiter læsa, & à patre nihil habuerit, num.* 43. *Potest agere, si læsa fuit ultra dimidiam, habita ratione ad bona, quæ pater habebat tempore renuntiationis, attento dubio eventu futuræ hæreditatis, num.* 44. *Quid sit in hac varietate opinionum tenendum, num.* 45. *Si filia congruè fuit dotata secundum valorem bonorum patris, & dubii eventus, non potest impugnare renuntiationem, num.* 46. *Si nihil accepit à patre, si interveniat aliqua causa justa, &*

honesta alioquin sibi utilis, valebit : & quæ dicantur causæ justæ, n. 47. & 49. Si verò fieret sine justa causa, nihil de hæreditate renuntiata recepta, ut si filia dotata à patre, matris, & patris juramento renuntiasset hæreditatem, an poterit bona materna petere, ac si non renuntiasset, n. 48.

49 *Renuntiationes dictæ an ex supervenientia filiorum possint revocari.*

50 *Beneficium* hujus legis *in divisione bonorum judicio familiæ herciscundæ habet locum, si adsit læsio. Etsi per sortes divisio facta sit. Contrarium, num. 51. Ex conventione, quum quis damnum, & commodum potest consequi, si consequatur damnum, non dicitur læsus. Et minoribus in judicio sortis non datur restitutio, num. 52. Si sortes inæqualiter per errorem factæ sint, conceditur etiam majoribus, num. 53. Item quando certitudo est inæqualis, n. 54.*

55 *Si condivisor protestatus esset se nolle stare partitioni, an possit reclamare, etsi se remitti in possessionem patris petiisset.*

56 *Quæ quantitas sit sufficiens ad impugnandam divisionem, & de læsionis probatione.*

57 *De judicio sortis, & quando quæstiones dubiæ sorte sint terminandæ.*

58 *Beneficium* hujus legis *& similium locatori, & emptori futuri eventus datur.*

59 *Item in assecuratione mercium.*

60 *Item, si quis dedit, seu accepit pro fidejussione pecuniam.*

61 *Item adversus pactum quòd aliqua quantitate accepta alere teneatur.*

63 *Item in venditione facta per procuratorem ei locus erit ; Et si læsio non sit ultra dimidiam justi pretii, an hoc remedium competat, num. 64. 65. Et quid si dominus sciens Læsionem, seu mandati excessum taceat, num. 66.*

67 *Vendenti rem alienatam sine mandato, beneficium* hujus legis *competit. Contrarium, n. 68.*

68 *Pensio constituta in aliquo beneficio ratione Læsionis potest retractari : & quanta requiratur læsio.*

69 *Vendenti eo pacto, quòd res sibi reddatur reddito pretio, intra certum tempus si non redierit, non amittit beneficium* hujus leg.

70 *Creditori læso in venditione hoc remedium competit, item secundo creditori adversus adjudicationem factam.*

71 *Beneficium* hujus leg. *an in permutatione beneficiorum, n. 72.*

73 *Conductori gabellarum beneficium* hujus leg. *non competit.*

74 *Nec datur in locationibus, quæ pendent à viribus fortunæ, & quomodo debeat intelligi.*

75 *Item in venditione, seu conventione, quòd si venditor non reddat decem, qua pro re, qua centum valebat præstiterat, utque ad diem paschatis pretium suppleatur, n. 76. 77.*

78 *Scienti rei justum valorem beneficium* hujus legis, *non datur, num. 79. & denegatur etsi enormiter læsus sit, num. 80. Item in foro conscientiæ, n. 81. Et quomodo probetur scientia rei valoris, & an sufficiat præsumptionibus probari, num. 82. 83. 84. 85. Contraria scilicet scienti beneficium* hujus leg. *competere refertur, & restrictiones, quibus primam restrinxit Matienz. num. 86. & 87. Mulieri, rustico, & minori rei valorem scienti* hujus leg. *beneficium competit, num. 88. Item ei, qui ductus necessitate vendit, n. 89. Item prodigo, n. 90. Quid si apponatur in instrumento clausula ex certa scientia, & non per errorem, n. 91. & 92.*

93 *Beneficium* hujus legis *non competit, quando contrahentium consensus est geminatus. Contrarium, num. 94. Ampliatur, etsi lite pendente ratione læsionis ratificetur alio contractu primus, si in utroque læsus sit. Et de effectu geminationis, n. 95.*

96 *Quid in venditione facta cum decreto, & auctoritate judicis? Et quid si postea confirmetur per judicem, seu si interveniat decretum quoad æstimationem rei. Et quid si ex falsa causa sit decretum appositum, num. 97. usque ad 100.*

101 *Beneficium* hujus leg. *& similium adversus emptorem, qui fuit compulsus emere, non datur. Contrarium, & in datione in solutum necessaria competere, & quo modo debeat intelligi? & quid si emptor sit læsus? & quid si res fuit æstimata à mandatoribus, n. 102, usque ad 105.*

106 *Beneficium* hujus leg. *non datur consentienti venditioni rei suæ, quia competit vendenti. Consentiens alienationi jura hypothecæ amittit.*

107 *In donatione dicto beneficio non est locus, etsi enormissimè donans sit læsus, si donatio confirmetur juramento, n. 108.*

108 *Item in venditione plurium rerum, quia si in una contingit deceptio, suppletur ex pretio alterius.*

109 *Idem in locatione fructuum eodem pretio pro pluribus annis, si in uno contingat læsio, & ex aliis possit suppleri.*

110 *Item in renuntiatione tempore constantis matrimonii lucrorum à muliere facta, idem si soluto matrimonio seu constante renuntiatio fiat, n. 112.*

113 *Idem in renuntiatione hæreditatis, & repudiatione legati, n. 114.*

116 *Item, quando testator certo pretio rem suam distrahi mandavit.*

ADDIT. GLOSS. IV.

AD Glos. 4. Nota ex *text. hic*, & Gloss. *& l. 2. Cod. de rescind. vendit.* quòd venditori ultra dimidiam justi pretii læso subvenitur, eique ad rescissionem contractus actio datur, nisi emptor velit justum pretium supplere, & Adde *l. 1. tit. 11. lib. 5. recompil. & c. cum dilecti, c. cum causa. 6. d. empt. & vend. & ultra scribentes*, ibi : *Et in d. l. 2. Cod. de rescind. vendit.* Fabian. de Mont. *de empt. quæst. 8. princ.* Pinell. *d. l. 2. 1. part. cap. 1.* & Padill. *ibi.* Gabr. *lib. 3. tit. de empt. conclus. 1.* Rebuff. *in constit. 2. tom. tit. de rescind. contra. artic. unic. glos. 15. num. 5.* Connan. *lib. 7. com. cap. 9. num. 10.* P. Gregor. *syntag. lib. 25. cap. 24.* Gomez. *2. tom. var. c. 2. n. 22.* Montalv. *in l. 5. tit. 10. lib. 3. fori. leg. verbo varia.* Matienz. & Azeved. *in d. l. 1.* Scacc. *de com. §. 1. q. 7. p. 2. ampl. 10. à num. 1.* Trentacinq. *var. resol. lib. 3. tit. de empt. resolut. 3. num. 11.* Amplia 1. idem esse in emptore, si deceptus fuerit in pretio, de quo vide Addita ad Gloss. 9. *infrà.* 1

Amplia 2. beneficium *hujus legis* locatori, & conductori, 2

conductori, qui in contractu locationis, & conductionis læsi ultra dimidiam justæ mercedis fuerunt, concedi, *ex d. l.* 1. & Gloss. *hic*, *in princ.* Adde Glos. *fin. in l. si olei*, *C. locati*, *& in verbo conductor. in l. si ea pactione*, *C. de usuris*, *& in verbo, etiamsi minoris, in l. in venditione*, §. 1. *ff. de bonis auctor. judic.* Gabr. *d. conclus.* 1. *n.* 19. *&* 30. ubi Roman. Cyn. Speculat. Bald. Castr. Butrius. Barbos. Angel. Alexand. Corn. Dec. & Cæpol. refert. Jas. *in l. de quibus*, *num.* 29. *ff. de legit. & in l. si quis cum aliter*, *num.* 18. *ff. de verb. obligat.* ubi communem dicit Castrens. *cons.* 387. *in novis.* Guido. Pap. *singul.* 736. Fabian de Mont. *d. q.* 8. *num.* 9. Burs. *consil.* 204. *num.* 20. *vol.* 2. Joseph. Ludovic. *conclus.* 12. *vers. & quoniam.* Suarez, *in Thesaur. comm. opinion. litt. L. num.* 143. Cagnol. *in d. l.* 2. *Cod. de rescind. vendit. num.* 58. & ibi Pinel. 1. *part. cap.* 3. *num.* 17. & Padill. & Menes. *num.* 13. *&* 14. Beliacomb. *tom.* 1. *comm. opinion. lib.* 4. *tit.* 30. *num.* 58. Menchac. *controvers. usufreq. lib.* 3. *cap.* 61. *num.* 11. Matienz. *in d. l.* 1. *glos.* 6. *num.* 1. & ibi Azeved. *num.* 4. Guttierrez. *lib.* 2. *quæst.* 138. *num.* 1. Cevell. *quæst.* 536. *num.* 26. Carroc. *d. loc. & conduct. cap. de rescind. locatio. num.* 1. Fachin. *controvers. lib.* 2. *cap.* 22. *in princ.* Gratian. *discept. cap.* 185. *num.* 1. Molin. *disput.* 349. *vers. prædicta locum.* Morl. *in empor. jur.* 1. *p. tit.* 9. *de empt. quæst.* 19. *num.* 7. Velazq. de Avendan. *de censib. cap.* 35. Azor. *instit. moral.* 3. *p. lib.* 8. *de locat. & conduct. cap.* 11. *quæst.* 1. Rebell. *part.* 2. *lib.* 4. *quæst.* 3. *num.* 4. Tusch. *littera L. concl.* 193. *num.* 19. *&* 20. Contrariam tradit Faber. *de error. prag. decad.* 8. *error.* 8. *per tot.* ex eo, quod nulla certa justaque æstimatio esse potest incerti eventus quantitatis, & valoris fructuum percipiendorum, sed prima est verior.

3 Subamplia 1. procedere, & habere locum remedium *hujus l.* in locatione operarum, quam faciunt Architecti, & fabri lignarii, & alii similes officiales, qui promiserunt facere domum, Ecclesiam, vel aliquam rem certa mercede suo periculo, & approbatur *ex suprà traditis*, & eam tuetur Pinell. *in d. l.* 2. *Cod. de rescind. vendit.* 1. *p. cap.* 2. *num.* 17. 18. *&* 19. ubi cavendum esse ab his, qui contrarium dicunt, admonet. Idem tenet Padilla. *ibi*, *num.* 14. Aviles, *in cap. Prætor. cap.* 33. *suprà verb. a menos costa*, *num.* 5. Carroc. *num.* 3. *&* 5. *ubi suprà*, ubi hanc indagationem utilem esse di-
4 cit, quia quotidiè in praxi versatur. Contrariam opinionem, scilicet quòd hujusmodi Architectis, officialibus, & peritis in arte hoc remedium denegetur etiam de jure communi, tenent Castill. *in l.* 2. *Taur. super verbo, de las dichas leyes*, *vers. & adde ad supra dicta*, & confirmatur ex traditis per Avilesi. *num.* 2. 3. *&* 4. *ubi suprà*, & eam tenent Bald. Socin. Dec. Cagnol. & alii, quos refert Guttierrez. *lib.* 2. *quæst.* 144. *in princ.* Gratian. *discept. cap.* 85. *num.* 3. 9. *&* 10. quia illarum æstimatio emanat ab illis, qui locant operas, quarum non est uniformis valor, quod multis comprobat, & in terminis sic decisum fuisse per Rot. Roman. testatur.

5 De jure nostro Regio hæc opinio approbata est per *l.* 3. *tit.* 11. *lib.* 5. *recompl.* ubi his officialibus, qui operas suas locant, hoc remedio uti prohibetur, & *ibi* Matienz. & Avend. Perez. *in l.* 2. *tit.* 23. *lib.* 2. *ordinat. glos.* 1. *verb. pro solutione*, *in medio.* Avenda. *de exequend. mandat. cap.* 13. *num.* 3. *p.* 2. Guttierrez. *d. lib.* 2. *quæst.* 144. *per totum.* Cevail. *quæst.* 536. *num.* 29. *&* 30. Morl. *d. tit.* 9. *quæst.* 29. *n.* 9. ubi dicit, quòd non est extendenda ad alios, qui in emendis rebus sui officii decipiuntur ultra dimidiam, quia est correctoria juris communis. Bobadilla *in polit. lib.* 3. *c.* 5. *num.* 43. Intellige, quando prædicti officiales erant experti in suo officio, *ex d. l.* 3. ibi: *Siendo expertos en su officio*, & notant ibi. Joan. Matienz. *in d. glos.* 1. & Azeved. *n.* 3. *&* 4. Guttierrez. *in d. quæst.* 144. *in fin.* & Cevallus, *in dict. num.* 10. Cui incumbat probatio scientiæ, vel ignorantiæ, quando officialis allegat in locatione deceptum fuisse, vide per Azeved. *dict. num.* 4. ubi concludit, quòd, qui vult repellere actorem ex eo, quod erat officialis expertus in officio illo, tenetur id probare, & confulit utrique parti, quòd probet ex parte sua, quod sibi convenit.

Subamplia 2. procedere in locatione, & con- 6
ductione herbarum, scilicet prati, vel herbati pro pascendis ovibus. Padill. *in d. l.* 2. *num.* 15. Cevall. *d. quæst.* 536. *num.* 31. Guttierrez. *de gabel. quæst.* 136. *num.* 22. *& quæst.* 147. *num.* 7. Girond. 2. *p.* §. 1. *num.* 53.

Subamplia 3. procedere etiam in conductione 7
domus. Cevall. *d. num.* 31.

Subamplia 4. etiam in conductione bonorum civitatis, vel villæ hoc remedium locum habere. Girond. *d. num.* 35. ubi dicit rem publicam fisci privilegium non habere, & eum sequitur Guttier. *d. num.* 22.

Ampliationé hanc subamplia etiamsi in locatione 8
dictum fuerit, quod fit locatio cum conditionibus, *l. quaterni gabell.* in quibus hoc beneficium renuntiatur, ut dicemus *infrà*, quia verba illa intelligenda sunt, quantum ad ordinem subhastationis, & non debent operari renuntiationem hujus beneficii, ut latè comprobat Girond. *d.* §. 1. *num.* 59. *usque ad num.* 68. quem sequitur Guttierrez. *in d. q. num.* 23.

Subamplia 5. procedere, etsi contractus loca- 9
tionis jam esset finitus, si conductor dicat, se fuisse læsum ultra dimidiam justæ mercedis. Pinell. *in d. l.* 2. 2. *part. cap.* 3. *num.* 19. *&* 20. ubi in hoc casu eandem rationem, & æquitatem vigere dicit, & sic obtinuisse Menchac. *controvers. usufreq. lib.* 3. *cap.* 61. *num.* 12. ubi hanc sequitur, etsi actor reo electionem offerre non possit, & eam veriorem putat Matienz. *in d. l.* 1. *tit.* 11. *lib.* 5. *recompil. glos.* 6. *num.* 5. Guttierrez. *lib.* 2. *quæst.* 132. *num.* 2. ubi ex professo examinat, & hanc veriorem, & in praxi tenendam dicit. Cevall. *quæst.* 536. *num.* 28. Gratian. *discept. cap.* 185. *num.* 2. Fachin. *controvers. lib.* 2. *cap.* 22. *in princ.* Azeved. *in d. l.* 1. *num.* 4. Gamma. *decis.* 19. ubi contra Decium latè defendit, & plures casus refert, in quibus Senatus ille pro ea judicavit, & *ibi.* Mena. eo tamen addito, quòd conductor, qui deceptionem allegat fructibus perceptis, petente locatore, illorum veram, & legitimam reddat rationem, & ei illos restituat expensis deductis, vel saltem eorum valorem per arbitros æstimandum, & deceptio clarè probetur.

Contrariam sequitur Dec. *consil.* 583. *à num.* 8. 10
& 9. Cagnol. *in d. l.* 2. *num.* 170. Carroc. *de locat. & conduct. cap. de rescind. location. num.* 40. *vers. declaratur.* 7. Tusch. *litt. L. conclus.* 293. *num.* 23. Valasc. *de jure emphyteut. quæst.* 28. ubi iniquum sibi videri inquit, ut post fructus consumptos, & finita conductione agat contra locatorem, sublata ei facultate, & optione fructus reassumendi, aut pretium ad æqualitatem reducendi, & alias rationes

tiones adducit,& ſecundum eam non ſemel judicatum vidiſſe, teſtatur , & adducit Menchac. *ubi ſuprà.* Sed his rationibus non obſtantibus prima eſt magis æqua, verior, & communiter approbata, niſi actor poſt fructus conſumptos aliqua calumnia notaretur,& de eis rationem legitimam non redderet.

11 Amplia 3. & Gloſ. remedium *d. leg.* in contractu permutationis locum habere. Adde *l. majoribus* , & *ibi.* Gloſ. *verb. vel perperam* , *Cod. comm. utrisque judic.* Bart. *num.* 4. Bald. *num.* 5. Salyc. *n.* 8. & alii DD. *in d. l.* 2. *& in l. ſi quis cum aliter, ff. de verb. obligat. & in c. cum cauſa, de empt. & vendit.* Fabian de Monte *de empt.* 8. *quæſt. princ. num.* 10. Decian. *conſil.* 210. *num.* 2. dicit communem. Pinel. *in l.* 2. *num.* 13. *&* ibi: Padill. *num.* 17. Matienz. *in l.* 1. *tit.* 11. *lib.* 5. *recompil. gloſ.* 7. *per text. ibi, n.* 1. Guttierrez *lib.* 2. *quæſt.* 139. *num.* 1. Morl. *in empt. d. tit. de empt. quæſt.* 19. *num.* 3. Stephan. *deciſ.* 61. Contra hanc communem inſurgit Faber. *de error. decade* 8. *error.* 9. & de computatione , & modo agendi vide Addit. ad Gloſſ. *num.*

12 Amplia 4. ex Gloſ. locum habere remedium *hujus legis* , etiam in aliis ſimilibus contractibus, *ex d. l.* 1. *tit.* 11. *lib.* 5. *recompil.*

Intellige 1. in omnibus bonæ fidei contractibus, ut cum Bart. *in d. l.* 2. *verſ. quid in aliis contract. num.* 4. Bald. *num.* 5. Salyc. *num.* 8. Angel. *num.* 5. Caſtr. *num.* 14. Gabr. *lib.* 3. *comm. opin. tit. de empt. concluſ.* 1. *num.* 19. Padill. *in d. l.* 2. *num.* 13. ubi multos adducit,& ibi Pinel. 1. *part. cap.* 1. *n.* 1. *&* 2. Gomez. 2. *tom. variar. cap.* 2. *num.* 22. *in fin.* Cevall. *d. quæſt.* 536. *num.* 24. Molin. *diſput.* 349. *verſ. prædicta locum habent.* Matienz. *in d. l.* 1. *gl.* 8. *num.* 1. ubi alios citat. Tuſch. *d. concluſ.* 293. *n.* 61. Trentacinq. *in d. num.* 1.

Intellige 2. de conventionibus commutationis in quibus ex utraque parte datur, vel promittitur unum pro alio. Et reſtringe dictam communem ad contractus reciprocos, quibus congruere non poſſit ratio læſionis, ut depoſitum, mandatum, vel commodatum. Rebuff. *in tract. de reſciſſion. contract. art. unic. gloſ.* 15. *num* 6. & alios tradit Pinell. *in d. l.* 2. 1. *p. cap.* 3. *num.* 4. Matienz. *in d. gloſ.* 8. *n.* 2. Avend. *de cenſib. c.* 35. *n.* 11. *&* 12.

13 Amplia 5. procedere etiamſi venditio facta fuerit in publica ſubhaſtatione *d. l.* 1. *tit.* 11. *lib.* 5. *recompil.* & Gloſ. *hic,* cui adde *l. ſi quos, C. de reſcind. vendit.* & *ibi.* Gloſ. & communiter DD. Roman. *in l. ſi quis cum aliter, ff. de verb. obligat. num.* 8. & *ibi.* Alex. *num.* 16. Abb. *in cap. cum cauſa, num.* 6. *de empt. & vendit.* & *ibi* DD. Duenn. *regl.* 187. *num.* 10. ubi duas contrarias refert, Gomez. *d cap.* 2. *num.* 23. ubi dicit veram, & communem. Pinell. *in d. l.* 2. 2. *part. cap.* 2. *à num.* 25. *cum* 3. *ſeq.* Contrariæ opinionis fundamentis ſatisfacit Padill. *n.* 30. Trentacinq. *d. reſolut.* 1. *num.* 4. Matienz. *in d. l.* 1. *gloſ.* 9. *per tot.* & Azeved. *num.* 31. Menchac. *dict. cap.* 61. *num.* 1. ubi utriusque opinionis auctores refert,& hanc veriorem dicit. Cevall. *d. quæſt.* 536. *num.* 2. *&* 3. hanc ſequitur. Cancer. *variar. reſolut.* 1. *part. cap.* 13. *de empt. num.* 14. ubi in Principatu Catalo. obſervari , quòd ſi doceatur de læſione ultra dimidiam, impetratur à judice , ut res iterum vendatur , & reddito pretio illi , qui prius eam emerat, plus offerenti tradatur, vel emptor ſi vult juſtum pretium ſuppleat. Morl. *tit. de empt. q.* 23. contrariis reſpondit. Gratian. *diſcept. cap.* 7. *num.* 10. *cap.* 461. *num.* 30. Surd. *conſil.* 39. *num.* 4. Maſtrill. *deciſ.* 33. *num.* 10. ubi ex Rebuff. & aliis tradit, eſſe in praxi ſervandam. P. Molin. *diſputat.* 349. *verſ. etiam ſi res aliqua.* Salas. *de contract. tract. de empt. num.* 6. Rebell. *de oblig. juſtit. part.* 2. *lib.* 9. *quæſt.* 3. & ſecundum hanc Senatum judicaſſe teſtatur. Faber. *C. lib.* 4. *tit.* 30. *defin.* 4. *& in defin.* 25. ampliat, etiamſi ſubhaſtatio decreto Senatus eſſet confirmata, ſi læſio benè probetur. Parlad. *lib.* 2. *rerum quot. cap. fin.* 5. *part.* §. 26. *num.* 10. ubi apud nos hanc quæſtionem deciſam eſſe dicit, *in d. l.* 1.

In venditione voluntaria, ſcilicet quando quis 14
res ſuas in ſubhaſtatione vendit, ut ex licitatorum calore carius vendantur, contrariam ſequuntur Padill. Paz. *in l. ſtil.* 220. *num.* 2. *&* 3. & diſtinguendo contrarias opiniones componit Duenn. *dict. regul.* 187. *num.* 10. *verſ. in qua contrarietate,* dicens, affirmativam opinionem procedere in venditione voluntaria, negativam in neceſſaria.

Sed verior , & receptior opinio eſt , quòd in utroque caſu procedat, ut tenent DD. *ſuprà* citati,& in ſpecie Pinell. Ceval. *num.* 5. & Morl. *n.* 7. Etſi ob debitum fiſcale venditio ſit facta, ut ex Cagnol. Cornel. & Bald. *in conſ.* 375. *num.* 2. *vol.* 1. tradit Trentacinq. *num.* 3. *ubi ſuprà.*

Amplia 6. Gloſ. *hic in verſ. & quid in feudo,* 15
Etiam in conceſſione feudi ob læſionem ultra dimidiam locum eſſe huic remedio, quando conceditur ob pecuniam domino præſtandam; ſecus verò cum penſio, vel ſervitium datur in recognitionem dominii , prout regulariter fit. Caſtrenſ. *in l.* 2. *Cod. de reſcind. vendit. num.* 13. Afflict. *in c.* 1. *num.* 99. *de capita , qui cur. vendidit.* Pantaleon. de Crem. *in d. l.* 2. *num.* 34. & *ibi* Bald. *num.* 7. Salycet. *num.* 10. Cagnol. *num.* 207. Pinell. 1. *part. cap.* 4. *num.* 2. Padill. *num.* 29. ubi hanc diſtinctionem ſibi placere dicit. Matienz. *d. gloſſ.* 8. *num.* 7. ubi ſic eſſe intelligendam Gloſ. *in c. ad noſtram, de rebus Eccleſiæ.* Rebuff. *d. gloſ.* 15. *num.* 11. Gabr. *d. tit. de empt. concluſ.* 1. *num.* 74. Fachin. *contr. lib.* 2. *c.* 22. *verſ. nec huic ſententiæ.*

Amplia 7. ex Gloſ. *in d. verſ.* in emphyteuſis 16
conceſſione , quando penſio præſtatur in recompenſationem fructuum. Specula, *de jure emphyteut. num.* 118. Bald. *in d. l.* 2. *num.* 6. *in fin.* & *ſeq.* & *ibi.* Salycet. *num.* 8. Caſtr. *num.* 14. *& in authent. qui rem. in fin. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Roman. *in l. ſi quis cum aliter, num.* 19. *ff. de verb. obligat.* Burg. *in cap. cum cauſ. num.* 10. *de emqt.* & ibi Panor. Cæpol. *de ſimulat. contract. in primo caſu.* Rebuff. *d. gloſ.* 15. *num.* 13. Gomez. *in l.* 98. *Taur. n.* 4. *verſ. item etiam.* Pinell. *in d. l.* 2. 1. *part. cap.* 3. *nam.* 37. Padilla, *ibi, n.* 28. Gabr. *concluſ.* 1. *n.* 75. 76. *&* 77. ubi duas contrarias adducit : quando conſideratur deceptio ad valorem juris emphytici hanc ſequitur. Matienz. *d. gloſ.* 8. *num.* 7. Grammat. *deciſ.* 257. ubi magis receptam dicit , & ſecundum illam Senatum Luſitanum judicaſſe , & ibi Mena, qui alios adducit. Theſaur. *deciſ.* 102. Fachin. *controverſ. ſed major eſt , ubi ſuprà* , ubi tres opiniones, & ejus auctores , & fundamenta refert , & dicit, quòd eſt proclivior ut aliquo pacto ſubveniendum ſit emphyteutæ, vel domino, ſi graviter, & immoderatè in emphyteuſi danda, vel ſubeunda læſi fuerint, & contrariis reſpondit. Valaſc. *de jure emphyteut. quæſt.* 11. *num.* 19. non ſemel in paucis annis hanc quæſtionem in praxi vidiſſe teſtatur. Felician. *de cenſib. lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 14. Morl. *in empor. jur. de empt. quæſt.* 19. *num.* 7. Avend. *de cenſib. cap.* 35. *num.* 8. 9. *&* 10. reſpondit ad illud, quòd emphyteuſis in quacunque minima penſione ſuſtinetur, *& cap.* 91. *num.* 3. *&* 4.

Molin.

Molin. *disput.* 452. *vers. quod vero.* Azor. *instit. moral.* 3. *part. lib.* 10. *de emphyt. cap.* 7. *quæst.* 8. Pereir. *in l. si curatorem, super vers. implorare in integrum restitutionem, num.* 15. ubi dicit in praxi obtinuisse, quòd Ecclesia pensione decepta non posset revocare concessionem emphyteuticam, sed quod pensio arbitrio boni viri suppleretur.

17 Limita 1. quando pensio, vel servitium datur in recognitionem dominii, prout regulariter fit; nam tunc non erit locus rescissioni ex remedio *hujus l.* ex Specula. hic à Gloss. laudato. Adde Matienz. *in fin. d. num.* 7. & quæ tradit Fontanell. *de pact. nupt. claus.* 4. *glos.* 8. *part.* 1. *num.* 37. *& à num.* 62. ubi etiam in hoc casu remedium hujus legis locum habere tuetur, & hanc limitationem in casu sequentis limitationis procedere cum Valasc. & aliis.

18 Limita 2. quando res, quæ fuerunt datæ in emphyteusim, erant inutiles, steriles, ac ruinosæ; nam quantumvis minimus constituatur census, vix in hujusmodi emphyteusi læsio considerari potest, ut cum Speculat. & aliis tradit Fontanel. *num.* 43. *&* 44. refert decisionem Senatus Catalon. pro hac limitatione, *& in num.* 47. tradit quæ res dicuntur steriles, & inutiles ad hunc effectum.

19 Amplia 3. extra Glos. in censu reservativo perpetuò redimibili, seu ad vitam illegitimo pretio constituto, censuario, vel ei, qui rem in censum dedit, remedium *hujus legis* competere. Avendan. *de cenſib. cap.* 25. *per tot.* ubi *à num.* 7. affirmativam defendit, de his autem censibus vide *l.* 68. *tit.* 8. *infrà hac part.* Hodie apud nos per *text. in l.* 68. *Taur. quæ est l.* 1. *tit.* 15. *lib.* 5. *recompil.* In datione emphyteusis, & census reservativi huic remedio non esse locum, notat Gomez. *in d. l.* 68. *Tauri, num.* 4. *vers. item etiam*, & Pinell. *in d. cap.* 3. *n. fin. vers. nec dubito.*

20 Contrarium, imò quod dicta lex nihil innovavit, tenent Matienz. *in d. glos.* 8. *num.* 7. *& in dict. l.* 1. *tit.* 15. *glos. fin. num.* 2. Morl. *tit.* 9. *quæst.* 19. *n.* 8. *vers. ult.* ubi dicunt, dictam legem non pertinere ad læsionem, de qua agimus, quæ intervenire debet in ipsa conventione, sed ad pœnam commissi, quæ post conventionem justè, & legitimè factam committitur per emphyteuticarium pensionem non solventem, & Felic. de Solis, *de cenſib. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 14. *in fin.* Garc. *de expens. melior. cap.* 9. *num.* 64. Avend. *de cenſib. cap.* 91. *num.* 4. *&* 5. ubi interpretatur, & examinat, utrum pœna commissi admittatur in censu, si excedat dimidiam.

21 Amplia 9. ex Glos. *hic in vers. & habet etiam locum ista lex.* In datione in solutum, si dans, vel recipiens ultra dimidiam justæ æstimationis lædatur, huic remedio locum esse. Adde Andr. *ad Specul. tit. de judic. §. sequitur, vers. sequitur in fin.* Oldrad. *consil.* 37. Pinel. *in l.* 2. 1. *part. cap.* 4. *n.* 8. Gabr. *num.* 38. Franchus *decis.* 224. *num.* 4. Matienz. *in l.* 6. *tit.* 11. *lib.* 5. *recompil. glos.* 1. *num.* 1. *&* 2. Trentacinq. *variar. resol. tit. de empt. resol.* 3. *num.* 13. Andr. Fach. *lib.* 2. *controvers. c.* 21. *vers.* 3. *controversia est*, ubi hanc sequitur in datione facta extra judicium. Ignatius del Villar. *in sylva respons. lib.* 1. *respons.* 11. *num.* 9.

22 Limita in datione in solutum judiciali, cum scilicet pignus creditori ex eo, quòd emptor non reperitur, adjudicatur, de quo *in addit.* Glos. 7. *l.* 52. Alexand. *in l. si quis cum aliter, num.* 18. *ff. de verb. obligat.* Fabian. de Monte. *de empt. quæst.* 8. *princ. num.* 9. Rebuff. *art. music. glos.* 15. *num.* 41. Gabr. *in d. conclus.* 1. *num.* 64. Burg. *in c. cum causa, n.* 45. *de empt. & vendit.* Trentaçinq. & Fachin. *ubi suprà*, ubi hanc dicit communem, & veram. Matienz. *in l.* 6. *tit.* 11. *lib.* 5. *recompil. glos.* 1. *num.* 4. *& glos.* 2. *num.* 2. ubi latè comprobat, *& ex text.* ibi hanc opinionem sequitur.

Contrariam sequitur Oldrald. Andr. Imol. Jas. 23
Ant. Claud. & Cagnol. quos refert Gabr. & Pinell. *à num.* 10. *ubi suprà*, pro ea adducit Socin. Ruin. & Fachin. & de jure noviori eam sequitur, *in num.* 11. dicens, quòd Jurisconsultus non potuit cogitare de succurrendo creditori læso ultra dimidiam, quia eo tempore non erat cognitum hoc remedium, ut dicemus *infrà*, & hodie apud nos hæc est verior, & tenenda ex traditis à nobis in *d. addit.* Glos. 7. ubi de adjudicatione in solutum, quæ hodie in praxi solet observari, diximus.

Amplia 10. ex Glos. *in vers. habet etiam locum,* 24
remedium *hujus l.* in contractibus innominatis habere locum. Adde Rebuff. *d. glos.* 14. *num.* 7. Pinel. *in d. l.* 2. 1. *part. cap.* 3. *num.* 10.

Amplia 11. ex Glos. *in vers. & in contractibus* 25
stricti juris, habere locum tam ad excipiendum, quando res non est tradita, vel pretium solutum, quàm ad repetendum, si alter ex contrahentibus ultra dimidiam justi pretii fuerit læsus. Adde Bart. Bald. & Castro, & DD. *in l.* 2. *Cod. de rescindend. vendit.* Socin. *consil.* 85. *num.* 13. *vol.* 1. ubi communem dicit. Pinell. *in d. l.* 2. 1. *part. cap.* 3. *num.* 5. *&* 6. ubi explicat hanc doctrinam. Matienz. *in l.* 1. *tit.* 11. *lib.* 5. *glos.* 8. *num.* 5. *&* 6. Felician. *de cenſib. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 14. Avend. *cap.* 35. *num.* 7. *&* 9. *& cap.* 36. *num.* 1. Hier. Cevall. *quæst.* 510. *vers. sed contrariam*, quæ *ex l.* 11. *tit.* 11. *lib.* 5. *recompil.* est probata, & de jure communi magis communem relati profitentur.

Contrariam, quòd in his contractibus læsis hoc remedium non detur, sed condictio indebiti ad repetendum id, quòd datum est, sequuntur Alex. Bart. *in l. si quis cum aliter, ff. de verb. oblig.* Jas. *num.* 18. ibi *& in l. de quibus num.* 29. *ff. de legib.* Imol. *num.* 13. Burgensis, *num.* 15. *&* 23. *in c. cum dilecti, de empt.* Padill. *in d. l.* 2. *num.* 21. ubi hoc casu exceptionem doli non facta rei traditione, & facta traditione rei condictionem indebiti ad condicendam saltem possessionem competere dicit. Fachin. *controvers. lib.* 2. *cap.* 22. *vers.* 4. *controvers.* Faber. *de error. pragmat. decade* 8. *error.* 1. *à num.* 11.

Amplia 12. ex Glos. *hic in vers. & in transactio-* 26
ne, etiam in transactione huic remedio locum esse, de qu[illegible] *l.* 34. *tit.* 14. *infrà hac part.* & ibi latissimè addita, & plures declarationes in praxi nimis utiles invenies.

Amplia 13. ex Glos. *in vers. quid tamen in de-* 27
ceptione, ob læsionem æstimationis rerum, quæ in dotem fuerunt datæ, tam uxori, quam marito remedium *hujus leg.* dari, quando æstimatio facit emptionem, nam hæc vera venditio est, ut dixit mus in Addit. Glos. *l.* 22. *num.* 14. *hoc tit.* Adde Rebuff. *d. glos.* 15. *num.* 31. Pinell. *in d. l.* 2. 4. *part. num.* 33. & Cremens. ibi, *num.* 37. *ampliat.* 9. Matienz. *in l.* 1. *tit.* 11. *glos.* 8. *num.* 20. Barbos. *in l. æstimatio* 51. *ff. solut. matrim. num.* 21. *&* 22. Cevall. 2. *tom. q.* 536. *n.* 21.

Contrarium, imò quòd in rerum dotalium æstimatione non sit locus *hujus l.* tenet Faber. *de err.* 1. *part. decade* 8. *error.* 7. *per tot.* Quæ læsio, & quanta in hoc casu requiratur, ut de ea agi possit? vide Addit. ad Glos. 9. *infrà.*

Amplia

28 Amplia 14. ex Glos. *in vers. habet etiam locum*, in nimia constitutione dotis *banc l.* locum habere, ut si mulier dando ampliorem dotem læsa sit, vel vir deceptus minorem accipiendo. Adde Cagnol. *in l. 2. Cod. de rescind. vendit. num.* 63. Phanu. *de lucr. dotis, pap.* 432. Jas. *in l. si quis cum aliter, num.* 29. *ff. de verb. obligat.* Garcia. *de expens. & melior, cap.* 18. *num.* 22. Barbos. *in d. l.* 51. *cum l. seq. num.* 23. ubi pro hujus Glossæ doctrina multa expendit. Fontanell. *de pact. nupt. claus.* 5. *glos.* 8. *part.* 8. *num.* 30. ubi minorem beneficio restitutionis in integrum adversus dotantem, ut compellatur ad ampliorem dotem dandam, juvandum esse, docet.

29 Hanc ampliationem quoad virum justam esse dicit Pinel. *in d. l.* 2. 1. *part. cap.* 4. *num.* 33. & 34. & quoad mulierem læsam pernitiosam, & eam sequitur Matienz. *d. glos.* 8. *num.* 23. & in hoc casu uxori minori læsæ tantum subveniendum esse dicunt *ex l. unica, Cod. si adverf. dotem*, de cujus interpretatione agit Barbos. *d. num.* 23. & 24. Fontanel. *num.* 1. *cum* 19. *seq. num.* 30. *ubi suprà*, ubi etiam in marito, cui minor dos fuit constituta, non esse practicabilem resolvit.

30 Si frater dotavit sororem, & notabiliter in promissione dotis fuit læsus, si est minor beneficio restitutionis in integrum, si est major, & læsio ultra dimidiam ascendit beneficio *hujus legis*, se juvare poterit, ut tradunt Maynard. *decis. Tholos.* 42. *lib.* 3. *num.* 3. Honded. *consil.* 18. *à num.* 32. *vol.* 1. Sylva 13. *per tot.* Natta 658. Peregr. *decis.* 93. ubi diversos casus inferunt, in quibus fratres adversus nimias promissiones dotis restituti fuerunt, quos in summa recenset Fontanel. *num.* 22. *cum* 4. *seqq. ubi suprà.* Læsio enim qualis esse debeat, vide Glos.

31 *fin.* † Patri etiam, vel matri, qui magnam dotem filiæ dedit hodie succursum est per *l.* 1. *tit.* 6. *lib.* 5. *recompil.* ubi prohibitum est filias ratione dotis meliorare.

32. Quid è contra, si filia gratis nihil accepto, vel dote contenta renuntiavit hæreditatibus parentum, & suis legitimis, & aliis, quibuscumque sibi quo quomodo tam in bonis paternis, quàm maternis spectantibus, & postea se læsam esse dicat, & hujusmodi renuntiationem rescindi contendat? de hac materia agunt Covarr. *in cap. quamvis pactum de pact.* & Guttierrez ibi Cancer. 3. *part. variar. cap.* 15. *de renuntiat.* Molin. *de ritu nupt. lib.* 3. *quæst.* 79. Castill. *quotid. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 36. Fontanell. *de pact. nupt.* 2. *tom. claus.* 9 [illegible] *f. unic.* 1. & 2. qui alios referunt, & nos suo [illegible] † Pro

33 intelligentia hujus quæstionis, & mate[illegible] distingue, aut filia renuntiavit post mortem patris hæreditati jam delatæ, aut eo vivo ejus hæreditati deferendæ. Primo casu, quando post mortem patris hæreditati jam delatæ renuntiavit, aut renuntians erat minor 25. annorum, aut major, & si erat major, aut gratis renuntiationem fecit, vel aliquo retento. Si gratis nihil accepto, vel recepto consultè, & ex causa donationis renuntiavit, & ei aliunde alimenta supersint, nulla actio ad petendam rescissionem renuntiationis ex enormissima læsione ei erit danda, quia donatio, seu gratuita renuntiatio ex causa enormissimæ læsionis non rescinditur, ut in specie resolvunt Ancharr. *cons.* 433. Cornell. 36. *num.* 8. & 11. *lib.* 1. & 288. *lib.* 3. *num.* 4. & 258. *num.* 12. *lib.* 4. Socin. 48. *num.* 8. *lib.* 4. Cravet. 160. *num.* 1. & 192. *num.* 1. Covarr. *in c. quamvis pactum*, 3. *part.* §. 2. *n.* 6. *vers. etenim si filia.* Menchac. *de succes. progres. lib.* 3. *suprà*, *tit. C. de inoffic. testament. in l. si quando* §. *illud, num.* 49. ubi procedere inquit, si renuntiatio facta sit post aditam hæreditatem. Et *num.* 50. quando post mortem patris fit, sed ante aditam hæreditatem. Molin. *de Hispan. primog. lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 30. Castill. *quotid. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 69. *vers. denique.* ubi Molinæ resolutionem sequitur qui rectiùs hoc perspexisse dicit, & vide *infrà num.*

Si verò pauper sit, & aliunde non habeat unde 34
se alere possit, hæc renuntiatio ex causa enormissimæ læsionis absque dubio rescindi poterit, ut ex Ancharran. Salicet. Aymon. Mandel. tradit Molina *num.* 33. Castill. *num.* 69. *vers. si verò à filiis, ubi suprà*, & ante eos id tenet Covarr. *in d. num.* 6. *vers. illud vero erit considerandum.*

Ex eo etiam, quòd est donatio omnium bono- 35
rum, revocari poterit, ut diximus *in l.* 9. *tit.* 4. *suprà.* Et in hoc casu ad cognoscendam læsionem vide *infrà* in Gloss. *fin. num.*

Si verò renuntiatio aliquo accepto ab ea facta 36
fuerit absque juramento, & enormiter ultra dimidiam læsa sit, renuntiationem rescindere poterit ex beneficio *hujus l. & l.* 2. *Cod. de rescind. vendit.* quæ in omnibus pactis, atque contractibus bonæ fidei locum habet, ut diximus. Molin. *d. cap.* 3. *n.* 26. Fontanel. *d. glos. unic. part.* 1. *num.* 45.

Sed si juramento renuntiatio confirmata sit, non 37
poterit ratione læsionis ultra dimidiam rescindere. Glos. *verb. judicis in l.* 2. *Cod. de rescindend. vendit.* Bart. *num.* 9. Alber. *num.* 9. Bald. *num.* 12. Fulgos. *num* 10. Cremens. *num.* 175. Pinel. 3. *part. cap.* 1. *num.* 1. Padill. *num.* 32. Covarr. *in d.* 3. *part.* §. 4. *num.* 3. *vers. contrarium.* Menchac. *de succes. lib.* 2. §. 18. *num* 126. Molin. *d. cap.* 3. *num.* 18. Menoch. *consil.* 410. *num.* 174. *lib.* 4. fundamenta hujus opinionis tradit Fachin. *controvers. lib.* 8. *cap.* 69. ubi contrariam defendit. De quo vide Castill. *in dict. lib.* 3. *cap.* 2. *à num.* 50. ubi diligentissimè de hac quæstione agit, & eam resolvit. Limita ut in Glos. *fin. hujus l.*

Quando renuncians erat minor 25. annorum & 38
major 62. & gratis nihil accepto hæreditati jam delatæ renuntiavit, hujusmodi renuntiatio nullius erit momenti, quia minori etiam cum auctoritate judicis, & curatoris donare non licet, de quo in Gloss. 5. *l.* 1. *tit.* 4.

Limita si minor consultè ac in causam justam, ac honestam, sibique utilem id fecerit, & juramento renuntiationem firmaverit; nam adversus hujusmodi renuntiationem, vel gratuitam donationem minor non restituitur, quia non potest dici in hoc minor læsus nec circumventus, quod præcisè requiritur ad concedendam minori rescissionem, vel restitutionem, ut cum Corneo, & aliis tradit Molin. *de Hispaniar. primog. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 32. Si juramento adjecto simpliciter aliquo accepto renuntiationem fecit, & ultra dimidiam filia læsa reperiatur, beneficio *hujus leg.* eam rescindere poterit, quia tunc beneficio ætatis tantum renuntiasse videtur, non autem dispositioni *hujus l.* de quo vide Addit. ad Glos. 11. Quid si renuntiatio sit generalis, & minor tam ætatis ratione, quàm enormis læsionis ultra dimidiam promittat non impugnare, vide ad Glos. 11. *infrà*, ubi & quid si effet enormis.

Sublimita in renuntiatione facta per filiam, quæ 39
modica contenta dote religionem fuit ingressa, & opulentissimæ hæreditati renuntiavit, quam prætextu læsionis enormis, vel enormissimæ nec ipsa, nec Monasterium ex beneficio *hujus l.* nec minoris

ætatis

ætatis poterunt rescindere. Dec. *cons.* 51. *vers. ultim. non obstat.* Covarr. *d. c. quamvis pactum*, 3. *par.* §. 2. *num.* 5. Burg. de Paz, *cons.* 5. *num.* 1. Menchac. *de succes. creat. lib.* 2. §. 18. *num.* 100. Molin. *c.* 3. *n.* 27. Guttier. *d. c. quamvis pactum super verb. dum nupt. tradebatur, num.* 3. Fachin. *contr. lib.* 3. *c.* 22. ubi contrariæ fundamenta refert, & hanc sequitur Cancer. *lib.* 3. *variar. cap.* 17. *de renunt. ex num.* 213. Molin. *de ritu nupt. lib.* 3. *quæst. ult. num.* 5. *cum* 11. *seq.* ubi ab hac opinione in judicando, & consulendo non esse recedendum ait. Aldobrand. *cons.* 26. *ex num.* 38. *usque ad num.* 49. *lib.* 2. Giurb. *in consuetud. Senat. Messan. c.* 3. *gloss.* 7. *num.* 55. ubi pluribus probat, mulierem, accepta dote consueta, læsionem allegare non posse, etsi dos minor legitima fuerit, & in hoc casu facultates dotantis non esse attendendas. Castill. *lib.* 3. *quotid. c.* 2. *num.* 74. *&* 75. ubi quia fecit illud, quod faciunt aliæ plures filiæ ingredientes Monasterium. Farinac. *in ultim. volunt. decis.* 60. ubi fuit decisum nec posse filiam, nec Monasterium conqueri, si ei datum fuit, quòd dari aliis solet. Garcia, *decis. March.* 40. *à n.* 3. *cum aliis*, ubi sic decisum fuisse dicit Fontanell. 2. *tom. claus.* 9. *gloss. unic. p.* 1. *num.* 67. *&* 98.

Amplia etsi pater, in cujus favorem renuntiatio facta fuit, filia vivente, moriatur, si jam professa erat. Garcia, *decis.* 41. ubi etiam in hoc casu Monasterium excludi à successione dicit. Intellige si facta fuerit renuntiatio secundum formam Sacri Concil. Trid. de quo latè egimus in addit. Gloss. 4. *l.* 1. *tit.* 4. *num.* 5.

40 In secundo casu distinctionis, quando filia, vel filius vivo patre, vel matre renuntiat eorum hæditatibus, & sic agitur de hæreditate viventis, & de jure quærendo, & non quæsito, hujusmodi renuntiatio non valet, juxta *l. pactum, quod dotale, & l. fin. C. de pactis, & l. pactum dotale, C. de collat. l. si quando.* §. 1. *&* 2. *C. de inoffic. testam.* Covar. *in c. quamvis pactum in initio*, 3. *p.* Guttier. *ibi* Cancer. *dict. c.* 15. Molin. *de rit. nupt. lib.* 3. *quæst.* 80. *à num.* 9.

41 Limita has decisiones de jure canonico, *in cap. quamvis pactum, de pact. in* 6. quando renuntiatio juramento confirmata fuit, quo casu propter religionem juramenti renuntiatio valet, nisi per vim, vel dolum renuntiationem factam, & juramentum præstitum probaretur, de cujus materia latè agunt DD. *suprà* citati, *num.* 32. adde eis & ipsis relatis, Afflict. *decis.* 381. *n.* 5. Trivisan Venet. 1. *n.* 2.

42 Amplia hujusmodi renuntiationem hæreditatis viventis juramento confirmatam valere, etsi facta fuerit à minore in favorem patris, vel matris, vel fratris, & ex ea renuntians enormissimè lædatur. Castrens. *cons.* 174. *lib.* 1. Cæpol. 17. *col.* 3. Socin. 263. *col.* 2. *lib.* 2. Rip. *lib.* 2. *respons. de donation. revocandi, cap.* 15. *versic. non obstat.* Alexand. *cons.* 12. *per tot.* Corn. 11. *col.* 1. *&* 13. *vers. nec sup. dictis, vol.* 3. Cravet. 114. *à num.* 13. Gozadin. 9. *col.* 11. Ruger. 16. *num.* 66. 67. *&* 68. Paris. 26. *à num.* 81. ubi dicit, quòd si filia renuntiat hæreditati paternæ nondum sibi delatæ dote recepta, nullum habet remedium, ut ex læsione enormissima possit petere successionem, vel supplementum dotis, aut legitimæ, si fuit nupta cum dote condecenti, licet dos sit minor legitima. Adde Alexand. *cons.* 29. *num.* 6. *lib.* 3. ubi scripsit sic sæpe vidisse judicatum in Senatu Parisiens. & in 50. ubi ita practicari ait, quòd si vivo patre facta sit renuntiatio, dosque sit congrua secundum morem patriæ, omnis restitutio ob lætionem tileat. Wesemb. *cons.* 23. *num.* 49. ubi de Senatu Parisiens. idem testatur Capic. *decis.* 159. *num.* 13. *versic. etsi dicatur.* Cæphal. *cons.* 467. *num.* 54. *&* 29. *lib.* 3. Decian. 6. *num.* 52. *&* 53. *lib.* 1. Riminald. 228. *ex num.* 21. *usque ad* 26. *lib.* 2. Burg. de Paz. 5. *num.* 7. Boer. *decis.* 62. *col.* 4. ita judicatum dicit, Aldobrand. *cons.* 26. *num.* 111. 118. 119. *&* 120. Put. *cons. unic. ex num.* 43. *usque ad num.* 63. *habetur post consilia Sforziæ lib.* 1. Castill. *lib.* 3. *c.* 2. *n.* 65. *&* 66. hanc quæstionem explicat, & declarat.

Amplia, non posse filiam, etiam ob enormissimam læsionem renuntiationem hæreditatis patris 43
in ejus favorem factam, & juramento confirmatam rescindere, etsi ab eo nihil habuerit. Alciat. *in c. cum contingat, num.* 8. *in princ. & num.* 88. *in fin. de jurejurand.* Tapia, *cons. unic. num.* 55. *in princip. habetur post consil. Sfor. lib.* 1. Castill. *d. c.* 2. *num.* 69. ubi comprobat *ex d. cap. quamvis pactum, de pact. in* 6. qiua licet verba text. casum istum non exprimant, sed dicant, ut dote contenta, ratio ejusdem constitutiouis (quæ legis anima dicitur) eum comprehendit, quatenus dicit [*cum non vergat in æternæ salutis dispendium, nec redundet in alterius detrimentum,*] quæ ratio militat in hoc casu, sicut quando filia dote accepta renuntiat. Fachin. *controv. lib.* 3. *c.* 24. & Molin. *de Hispan. primogen. lib.* 2. *c.* 3. *num.* 31. Guttier. *in dict. cap. quamvis pactum, verbo, ut dote contenta, num.* 1. qui alios referunt.

Contrariam scilicet, quod filia non obstante ju- 44
ramento possit agere ad rescissionem renuntiationis, si læsa fuit ultra dimidiam, habita consideratione ad bona, quæ pater tempore renuntiationis habebat, & attento dubio eventu futuræ hæreditatis, quoad incrementum bonorum, vel ipsorum diminutionem, tenet Covar. *in dict. c. quamvis pactum*, 3. *p.* §. 4. *num.* 7. *vers.* 7. *conclus.* Pereir. *in l. si curatorem habens, verbo, læsis, num.* 1. *vers. præsumitur.* Faber, C. *lib.* 5. *tit.* 6. *de dotis promiss. definit.* 7. Molin. *d. lib.* 3. *q.* 97. *num.* 15. Fontanell. *de pact. nupt. gloss. unic. p.* 1. *num.* 16. Covarr. opinionem impugnat Carol. Put. *ubi supr.* & non posse sustineri inquit Castill. *in d. c.* 2. *n.* 89. ubi alios refert. Sed impugnationenon obstante omnes dictæ opiniones possunt sustineri, & ad concordiam reduci intelligendo eas in casibus sequentibus.

Prima videlicet, quòd filia, quæ hæreditati pa- 45
tris viventis renuntiavit, etsi enormissimè lædatur, non valeat ex beneficio hujus legis eam rescindere, indistinctè accepta non est vera, nec ampliatio tradita, quòd procedat, etsi nihil à patre acceperit, sed intelligenda est, quando filia, quæ renuntiavit, congruè fuit à patre dotata secundum valorem bonorum patris, & more regionis, ut dicemus *in gloss. n....*

Tunc enim nulla spes augendi suam dotem, nec 46
rescindendi renuntiationem, quidquid dehinc patri contingat, ei superest, ut cum Dec. Alexand. Gregor. Natta, qui afferunt communem, tradit Covarr. *in d. c. quamvis pactum, n.* 7. *vers.* 12. *concluso*, ubi dicit, si filia, quæ futuræ hæreditati paternæ juramento præstito renuntiavit, dixerit se gravissimè læsam fuisse, & ob id petierit renuntiationem rescindi, ad habendam læsionis rationem esse, considerandum, an dotem acceperit justam, eo tempore inspecto quo dos ei data, & constituta fuit à patre, & computatis bonis, quæ eo tempore habebat, Mantic. *de tacit. conven. lib.* 12. *tit.* 24.

num. 14. *in fin.* ubi inquit non rectè ſentire, qui aliter intelligunt. Fab. *in ſuo C. lib.* 2. *tit.* 3. *de pactis deſin.* 21. ubi dicit ſic ſolitum eſſe eum Senat. conciliare ſcribentes. Maynar. *Senat. Tholoſ. deciſ.* 19. *num.* 4. *in verſ. conciliatio, lib.* 4. ubi ſic conciliari diverſa arreſta in Francia de hac re facta ait. Pariſien. *in addit. ad Alexand. in d. conſ.* 29. *verſ. excreviſſent, lib.* 3. ubi ſcribit ſe vidiſſe ſæpè judicari in Senatu, quòd etiamſi conſtet minus legitima in dotem datum, ſi deferendæ hæreditati renunciavit, quòd tunc nec ex læſione reſtituitur, nec ad ſupplementum legitimæ agere poſſit, & idem de Senatu Pariſ. teſtatur Weſemb. *in conſ.* 23. *num.* 49. idem de Burdeg. Boër. *deciſ.* 62. idem de Neapol. Capyc. *deciſ.* 159. *num.* 13. *verſ. etſi dicatur.* Rot. Rom. apud Stat. Pacific. *poſt tract. de ſolut. interdict. deciſ.* 160. *num.* 7. Caſtrenſ. *conſ.* 174. *col.* 2. *lib.* 1. ubi optimè de materia agit. Cæpol. 17. *col.* 3. Socin. 263. *lib.* 2. Rip. *lib.* 2 *reſponſ. de donat. revocand. cap.* 15. *verſ. non obſtat.* Rub. Alexand. *conſil.* 21. *per tot.* Cornel. 11. *&* 13. *verſ. nec ſupra dictis deciſ. vol.* 3. Cravet. 114. *num.* 13. *& ſeq.* Gozadin. 9. *col.* 11. Ruger. 16. *num.* 66. 67. *&* 68. *ib.* 1. ubi advertit, quòd in renuntiatione hæreditatis deferendæ, & nondum delatæ non ita grave conſideratur præjudicium, ſicut in renuntiatione juris, aut hæreditatis jam delatæ, & ideo enormiſſimæ læſioni non ſic conſulitur in uno caſu, ſicut in alio. Cæphal. *conſil.* 467. *num.* 54. *&* 92. *lib.* 3. Decian. *conſ.* 6. *num* 52. *&* 53. *lib.* 1. Riminald. 228. *ex num.* 21. *uſque ad num.* 26. *lib.* 2. Burg. à Paz. 5. *num.* 7. Menoch. 6. *num.* 21. *lib.* 1. Caſtill. *quotid. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 65. ubi latè comprobat. Molin. *de ritu nupt. & pact. lib.* 3. *quæſt.* 88. *num.* 9. *verſ. contrariam*, ubi dicit, quòod eam omnes amplectuntur. Fontanell. *d. gloſſ. unica, part.* 1. *num.* 18. *cum ſeq.* ubi plures refert, & rationes manifeſtas; quia ſi pater dedit dotem congruam filiæ, dotationis inſpecto tempore, non poteſt dici dolo malo verſari; quia non potuit divinari ſe potuiſſe fieri locupletiorem, nec eſt, de quo filia conqueratur, & quia vivente patre filiæ renuntianti nullum jus in legitima competit, niſi in ſpe, quæ quidem ſpes ad effectum læſionis digna conſideratione non eſt ex *l.* 1. §. *ſi impuberi, ff. de collat. bon.* vide Addit. Gloſſ. 1. *l.* 13. *ſuprà n.* 7. & in hoc caſu non tam legitimæ, quàm ſpei renuntiat, in qua læſio non conſideratur. Capyc. Caſtill. *num.* 68. Fontanell. *à num.* 20. qui *in num.* 25. *deciſ. ſentent. Catalon.* refert Covarr. *in dict.* 12. *concluſ.* non diſſentit ab eo, quòd *in* 7. *concluſ.* dixerat, nec ad computationem facultatum patris faciendam tempus mortis ſpectandum eſſe inquit, de quo nos *infrà*, ſed docet in prædicta computatione non ſolum habendam eſſe rationem bonorum, quæ pater habebat tempore dotationis, ſed etiam dubii eventus acquiſitionis, vel diminutionis bonorum patris, inſpecta perſona ejus, ſi eſſet prodigus, & diffuſus in ſumptibus faciendis, ſeu diligens, & quæſtuoſus; nam reſpectu primi, de quo ſpes eſt, quod reliqua bona, quæ ei ſuperſunt, conſumpturus eſt, filia, quæ renuntiavit, magis congruè dotata dicetur, quàm reſpectu ſecundi, ſi eadem dos aſſignetur, quia magna eſt ſpes, quòd ex ſuo quæſtu, & induſtria multas divitias ſuperlucraturus eſt, lucrum enim ſperatum æſtimabile eſt. Sarmient. *lib.* 7. *ſelect. cap.* 1. *num.* 7. Narbon. *in l.* 15. *tit.* 18. *lib.* 5. *recompil. gloſ.* 2. *n.* 13. & diximus in Gloſſ. 1. *l.* 11. & Gloſ. 4. *&* 5. *l.* 13. *ſuprà.* Nulla eſt ratio, cur non ſit æſtimandum, prout dubius eventus litis in transactione, ut dicemus. Ex quibus ſequitur, opinionem Covarr. non eſſe contrariam opinioni communi; nam qui eam ſequuntur negant, hujusmodi ſpem eſſe æſtimandam ſecundum tempus datæ dotis, & renuntiationis, imo tacitè æſtimandam eſſe dicunt, quatenus docent bona præſentia æſtimari debere, cum de præſenti iſta ſpes in bonis patris ſit.

Et ampliatio de qua, *ſuprà, num.* 43. intelli- 47
genda eſt, quando ex interventu alicujus juſtæ cauſæ, & honeſtæ, ſibique alioquin utilis juſtificatur. Ut cum Molina, *de Hiſpanior. primogen. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 32. tradit Caſtill. *quotid. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 69. *col.* 4. *circa finem*, ut ſi filia eſt dives, & gratis nulla dote accepta paternæ hæreditati renuntiavit cum juramento. Fachineus *controverſ. lib.* 3. *cap.* 24. & pro ea allegat. Covarr. Ruin. & Seraphin. & Caſtill. *ubi ſuprà, col.* 4. *circa finem.* Vel cum renuntiavit paternæ, vel maternæ hæreditati, ut ex ea majoratus inſtituatur, dotem, aut alimenta competentia accipiens, ut cum Molina tradit Caſtill. *num.* 81. 82. *&* 83.

Si vero filia legitimæ, & ſucceſſioni paternæ, 48
& maternæ renuntiavit, & à matre, ſeu ex bonis illius nihil recepit, propter magnam læſionem, & ſi juramento confirmata fuerit, non ei nocebit, ipſo jure eſt nulla, quia ſine cauſa hujusmodi renuntiatio legitimæ maternæ fuit facta, & bona materna petere poterit. Urſil. *ad Affict. deciſ.* 179. *num.* 4. Maſtrill. *deciſ.* 186. ubi non obſtante renuntiatione legitimæ patris, & matris, & dotatione patris, poſſe petere bona materna, quia pater dotando filiam, ex propriis bonis dotaſſe præſumitur, niſi filia conſenſiſſet, ut ex bonis maternis eam dotaret, & ſic deciſum fuiſſe. Maynard. *deciſ.* 21. *Senat. Tholoſ.* ubi quòd renuntiatio non extenditur ultra bona, & ſucceſſionem ejus, qui dotavit, & ſic placuiſſe Senatui. Sola, *n conſtit. Sabaud. tit. de alien. bon. minor. gloſ.* 15. ampliat procedere, etſi renuntiatio de bonis maternis facta ſit matre adhuc vivente, & conſentiente. Faber. *in Cod. lib.* 5. *tit.* 6. *de dotis promiſſ. definit.* 7. ubi non extendi ad bona materna. Fontanell. *gloſſ. unic. part.* 1. *num.* 5. *cum* 10. *ſeq.* ubi latè. Hanc doctrinam limitat Caſtill. *d. c.* 2. *n.* 85. quando renuntiatio à filia fuit facta, ut ex bonis renuntiatis majoratus inſtituatur, vel ut opus aliquod pium peragatur, vel ex alia juſta cauſa, honeſta, vel neceſſaria, aut pia, religioſa, ad hujusmodi renuntiationem peragendam moveatur, ita ut juſtæ cauſæ interventu adducta, non ſeducta videri poſſit, alia vide apud eum *in d. cap. per tot.* & per Fontanell. *clauſ.* 9. ubi eruditè de hac materia egerunt, & omnes, qui de ea ante eos ſcripſerunt, laudant.

De quæſtione utrum hujusmodi renuntiationes 49
ex ſupervenienția filiorum ex beneficio *l. ſi unquam, C. de revoc. donat.* revocentur? vide Addita ad Gloſſ. 3. *l.* 6. *tit.* 4. *ſuprà.*

Amplia 15. extra Gloſſ. *hanc l.* procedere, & 50
habere locum in diviſione bonorum ex judicio familiæ herciſcundæ, ſi læſio ultra dimidiam in ea ſit. Gloſſ. *verb. nec perperam in l. majoribus, Cod. comm. utriuſ. judic.* & ibi Bart. & Albert. Bald. Paul & alii communiter ſequuntur. Fabian. de Monte, *de empt.* 8. *quæſt. princ. num.* 9. Gabriël. *d. concluſ.* 1. *num.* 25. Cagnol. *in l.* 2. *num.* 59. Pinell. *ibi* 2. *part. cap.* 1. *à num.* 1. Padill. *n.* 13. Ayora, *de parti.* 3. *part. quæſt.* 10. *num.* 25. Matienz. *in l.* 1. *tit.* 11. *gloſ.* 8. *n.* 3. Alex. Ludovic. *deciſ.* 496. *n.* 7.

Valaſc.

Valasc. *de partit. cap.* 39. *n.* 9. Morquech. *de divis. bonor. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 30. apud quem, & Valasc. *ubi supr.* vide alias causas, ex quibus divisio bonorum rescindi potest. Trentacinq. *var. resolut. tit. de empt. lib.* 3. *resolut.* 3. *num.* 2. Contrarium defendit Faber. *de err. decad.* 8. *err.* 1. *num.* 28. & 29. sed à communi non est recedendum. Subamplia etiamsi per sortes divisio facta fuerit ; nam si quis in ea ultra dimidiam læsus fuerit, succurretur , ex Castrens. Bald. *in d. l. majoribus, num.* 3. per text. *ibi*, & *cons.* 72. *in* 2. *dubio, lib.* 2. Phil. Franch. *in rubric. de appell. num.* 19. Jas. *in l. si duobus, num.* 10. C. *commun. de legat.* Dec. *in cap. licet causam, num.* 28. *de probat.* Tiraq. *de jur. primog. q.* 17. *n.* 97. & 98. Padilla, *n.* 13. Ayo. *ubi sup. n.* 26. & 27. ubi ab eo in judicando , & consulendo non esse recedendum ;

51 Contrariam tenet Pinell. *l.* 2. 2. *p. cap.* 1. *num.* 6. *vers. sed in contrarium, & num.* 7. Pereir. *in l. si curatorem habens, verb. vel dolo adversarii, num.* 13. Matienz. *in d. glos.* 8. *n.* 4. Morquech. *d. c.* 11. *n.* 37. Faber. *d. decad. err.* 2. *n.* 10. & in majoribus hanc veriorem agno-

52 scit Ayor. *dict. num.* 27. Et facit quòd quis ex conventione, ex qua damnum , & lucrum potest consequi, licet postea damnum passus sit, non dicitur læsus, & damnum cum utilitate, quam ipse consequi poterat , si aliter accidisset, debet compensari, & minori non datur restitutio, *l. de fideicommisso*, C. *de transact. l. ca leg.* C. *de usuris*, *l. si pater puellæ*, C. *de inoffic. testam.* Alex. Bald. & Boër. *decis.* 147. *num.* 7. quos refert Tiraquell. *in d. l. si unquam sup. verb. donat. largitus, num.* 110. Natta *consil.* 184. & 498. *num.* 13. *lib.* 1. Menoch. 843. *n.* 32. & 844. *num.* 43. & 1121. *num.* 6. Surd. 451. & 488. *num.* 33. & 34. & 435. *num.* 14. & *de aliment. tit.* 9. *privileg.* 11. *num.* 11. 13. 15. & *num.* 16. dicit, quòd census ad vitam concessus , si ex contingentia facti damnosus efficiatur , non retractatur : & *decis.* 178. *num.* 29. & idem tradit Menchac. *lib.* 3. *controvers. usufr. cap.* 68. *num.* 10. & 11. Gratian. *discept. cap.* 27. *num.* 23. & *cap.* 520. *n.* 31. & *cap.* 756. *à num.* 8. ubi dicit, quòd non attenditur præjudicium, quod potest contingere, tanquam à casu, & eventu proveniens. Odd. *de in integr. restit.* 1. *p. q.* 4. *art.* 6. *num.* 19. ubi benè declarat Guttier. *de gabellis, q.* 147. *num.* 13. & *canonic. lib.* 1. *cap.* 39. *à n.* 61. ubi ratione dubii eventus multa permitti dicit , & exemplificat. Fontan. *de pact. nupt. claus.* 4. *glos.* 18. *p.* 3. *à num.* 103. ubi de reditibus ad vitam constitutis, & de aliis, quæ ratione incertitudinis valent usque ad finem agit, & in eis *dict. l.* 2. locum non

53 habere dicit, & alios allegat. Facit etiam, quòd minoribus in judicio sortis non datur restitutio. Bald. quem sequuntur Gomez. *tom.* 2. *variar c.* 14. *num.* 4. *in fin.* Pinell. *dict. l.* 2. *part.* 2. *cap.* 10. *num.* 6. Castrens. Jas. & Dec. *in d. l. de fideicommiss.* Ursil. *ad Afflict. decis.* 340. *num.* 6. Mench. & Surd. *ubi sup.* Gratian. *d. c.* 750. *num.* 9. Mauric. *de restitut. c.* 175. & 297. Pereir. *super dict. verb. vel adversarii dolo. n.* 12. Sed si in integrum restitutio denegatur, quòd facilius conceditur ; ergo & rescissio contractus ex læsione. Pinell. *d. c.* 2. 2. *p. n.* 6. Matienz. *in d. glos.* 8. *n.* 4. Faber. *d. err.* 2. *n.* 10.

54 Has opiniones conciliat Pinell. *ubi sup. num.* 8. dicens primam procedere, & minori , vel majori læso succurri in divisione facta per sortes, quando sortes ipsæ per errorem inæqualiter factæ sunt , & earum error postea deprehenditur, quia tunc partes nihil sorti, seu eventui commiserunt : Contrariam quando partes scienter inæquales fecerunt, ut alteri possit major portio obvenire, & eum sequuntur Matienz. *dict. num.* 4. & Pereir. *n.* 13. Barbat. *in cap. cum dilecti, ad fin. de emp.* Montal. *glos. verb. la vendida, ad fin. col.* 1. *in l.* 5. *tit.* 10. *lib.* 5. *for.* Montan. *in addit.* Olivan. *de action. part.* 2. *lib.* 1. *c.* 39. *num.* 16. & sic est tenendum, licet Ayora contra Pinell. teneat. Et intellige *dict. l. fideicommissò*, & 55 similes , quando incertitudo est æqualis utrique parti, ex Pinel. *ubi supr. num.* 9. ubi dicit, quòd non juvant venditorem, qui alteri vendit marsupium cum eo quod in eo erat.

Sed quid si condivisor protestetur, se nolle stare 56 partitioni , & postea petat se mitti in possessionem partis, utrum possit contra partitionem reclamare ? vide Valasc. *de partit. cap. fin. num. pen.* & eam cogitandam relinquit , sed verius est, quod ei liceat eam contradicere , si læsio est magna ex traditis *ibi* per eum. De judicio sortis multa in 57 unum collegit Tiraquell. *de primogen. quæst.* 17. *opinion.* 1. *per tot.* & quando sint permissæ, vel prohibitæ , & quæstiones dubiæ, quando terminandæ sint sorte ? vide Ripam, *in l. quo minus, à num.* 55. *ff. de fluminib.*

Amplia 16. in venditione, vel locatione rerum 58 quæ pendent ex futuro eventu , ut in jacturis, vel in locatione decimarum, vel vectigalium, seu aliorum reddituum , læso hoc beneficium competere. Anchar. Imol. & Burgens. *in cap. pen. extensio.* 8. *de empt.* Padilla *num.* 15. *in l.* 2. C. *de rescind. vend.* Matienz. *in l.* 1. *tit.* 11. *glos.* 6. *num.* 3. & *gl.* 8. *num.* 9. Scacc. *de commerc.* §. 1. *quæst.* 1. *part.* 2. *ampl.* 10. *num.* 5. *in princ.* & faciunt tradita in Addit. Glos. 6. *l.* 11. & ad Glos. 1. *l.* 13. Contrarium consulendo tenuit Menoch. *cons.* 1. *n.* 354.

Amplia 17. *huic leg.* locum esse in assecuratoribus 59 mercium, quæ debent transvehi per mare, & loca periculosa. De quo vide Addit. ad Glos. *fin. l. fin. tit.* 9. *infrà.* & in specie tradit Petr. Santer *de assecurat. & sponsic.* 5. *part. num.* 4. & post eum Padilla, *in l.* 2. *Cod. de rescind. vendit. num.* 15. Matienz. *dict. glos.* 8. *num.* 62. Guttier. *lib.* 2. *quæst.* 142. Valasc. *consul.* 18. *num.* 7. & 8. Scacc. *dict. num.* 5. *vers. infero* 2. ubi plures casus distinguit. Et sic est tenendum , licet contrarium in his sponsionibus latè probet Strach. *de mercatura , de sponsion.* 4. *p.* §. *quæro igitur, num.* 4. Et hoc casu læsio ad cogno- 60 scendum, an minus justi pretii receperit, vel non, quomodo æstimetur , tradit Sancter. *ubi suprà, num.* 6.

Amplia 18. ad eum, qui pecuniam ab eo pro 61 quo fidejussit, vel bona hypothecavit , accepit, nam si læsus ex hac pactione debitor, qui pecuniam dedit, aut fidejussor reperiantur , poterunt hoc beneficio uti. Padilla, *n.* 26. Matienz. *num.* 63. Valasc. *num.* 5. 6. 7. & 8. *ubi supr.*

Amplia 19. in pacto, ut alter certa quantitate 62 accepta alterum alere teneatur, quòd si inspecto initio alter ex contrahentibus læsus ultra dimidiam reperitur, rescindi poterit. Covarruv. *lib.* 3. *variar. cap.* 7. *num.* 3. Surd. *de alimentis, tit.* 9. *quæst.* 11. *num.* 20.

Amplia 20. ex Glos. *in vers. & quod si procu-* 63 *rator vendit.* locum habere remedium *hujus leg.* in venditione facta per procuratorem : & Adde *l. si voluntate, Cod. de rescind. vendit.* Gabr. *dict. tit. de empt. & vendit. conclus.* 1. *num.* 27. & 29. Rebuff. *dict. glos.* 15. *num.* 22. Abb. *in dict. cap. cum causa, n.* 5. & *ibi* Burgen. *n.* 25. Imol. *in l. si quis arbitratu, num.* 6. *ff. de verb. obligat.* Roman. *in d. l. si quis cum aliter , n.* 6. & *ibi* Alex. *num.* 18. *in fin.* Cremens. *in d. l.* 2. *num.* 70. *ampliat.* 20. & *ibi* Cagnol. *n.* 166.

Matienz. *d. gloss.* 8. *num.* 13. Fachin. *controvers. lib.* 2. *cap.* 29.

64 Subampliа, etsi læsio non sit ultra dimidiam justi pretii, quia in venditione facta per procuratorem, læsionem in sexta parte sufficere, docuerunt. Castrens. *in d. l.* 2. *num.* 5. Angel. *in l. qui fundum*, §. *procurator. num.* 2. *ff. pro emptor.* Barbac. *in c. cum causam num.* 11. *de empt.* Alex. *in l. si quis arbitratu, ff. de verb. oblig. ex text. in l. unde si Nerva, ff. pro socio.*

65 Contrarium tenet Pinel. Matienz. & alii citati in ampliatione, qui læsionem ultra dimidiam justi pretii, ut dominus contra venditionem factam per procuratorem hoc remedio uti possit, necessariam esse dicunt, & non obstare *d. l. unde si Nerva*, quia loquitur in arbitratore, qui eligitur, ut bonus vir, & ideo propter minorem læsionem rescinditur ejus arbitrium, ut diximus in Gloss. & non valet argumentum ab arbitratore ad procuratorem: imputare sibi debet dominus, quia tali commisit sua negotia, *l. cum mandato, ff. de minor.* ubi autem domino nulla culpa imputari potest, in quacumque quantitate per procuratorem, læso succurritur, etsi sit citra dimidiam justi pretii, ut si procurator specialis fines mandati excesserit, *l. diligenter, ff. mandati.* Matienz. *in d. l.* 1. *gloss.* 8. *num.* 14.

66 Limita, quando procurator excessit fines mandati, & dominus non ignoravit læsionem, vel excessum mandati, nam domino hoc scienti, & patienti non datur remedium *hujus legis* contra emptorem, ut cum Gloss. Panorm. & Felin. tradit Pinell. *in d. l.* 2. *cap.* 1. *num.* 18. 2. *part.* ubi contra plures, quos recenset, notat, quòd scientia, & patientia domini extendit mandatum, ut *in c. fin. de jurejurand. in* 6. Quæ non sufficeret ad illud de novo inducendum. Matienz. *in d. num.* 14. Contrarium tenet Rebuff. *in d. gloss.* 15. *num.* 22. ubi cum Bald. *in l.* 1. *per illum*, *text. si major. fact.* dicit domino hoc remedium competere, etsi ratificaverit contractum. Pro concordia dic primam procedere, quando dominus non ignorans læsionem, & excessum mandati non contradixit ex ratione de qua *infrà*. Contrariam, quando non certus de læsione contractum ratificavit.

67 Amplia 22. etiam vendenti rem alienam, sine mandato, dictum remedium competere, nam cum de evictione tenetur, non est mirum, si hoc remedio agere possit, ut tradit Rebuff. *in d. gloss.* 15. *num.* 23. ex quo sequitur, quòd procurator qui excessit fines mandati, sciente, & patiente domino, poterit uti hoc remedio, etsi dominus ab eo excludatur.

68 Contrarium decisum fuisse per Sena. Sabaud. tradit Faber. *lib.* 4. *Cod. tit.* 30. *de rescindend. vendit. defin.* 17. ubi dicit, quòd agens hoc remedio debet probare dominium, ac sic rem vendicaret.

Amplia 23. decisionem *hujus legis* habere locum in pensione constituta in aliquo beneficio. Roman. *cons.* 360. *num.* 6. Staphil. *de literis grat. & justit.* §. *in primis, num.* 92. Cacialup. *de pensio. quæst.* 6. Gigas, *quæst.* 9. Soto. *de justit. & jure lib.* 9. *quæst.* 7. *art.* 2. Pinell. *in l.* 2. *Cod. de rescind. vendit.* 1. *part. cap.* 3. *num.* 16. *in fin.* Padill. *ibi, num.* 19. Matienz. *in l.* 1. *tit.* 11. *glos.* 7. *num.* 6. Et in hoc casu non requiritur, quòd læsio sit ultra dimidiam, sed sufficit, quod excedat tertiam partem fructuum beneficii, Gigan. *dict. num.* 6. & 7. Thesaur. *fori Eccles. cap.* 22. *num.* 31. Cassador. *in decis.* 2. *n.* 13. *& seq. locati.* Ricc. *in praxi fori Eccles. pensio. decis.* 436. ubi alias decisiones allegat, & vide Filliuc. *de statu cleric. tract.* 42. *de pension.* qui *in cap.* 6. *num.* 6. & 7. agit quando in pensione adest clausula, etsi fructus non percipiantur, & clausula desinit, dummodo pensio medietatem non excedat, & de aliis quæstionibus.

Amplia 24. ex Glos. *in verb. quæstionem, etiam pulchram*, ut procedat, etiamsi venditor feciſſet pactum emptori, quòd reddendo ei pretium intra certum tempus, res sibi redderetur; nam licet emptor non reddiderit pretium intra præfinitum tempus, & amiserit beneficium, quod ex pacto sibi competebat, non amisit beneficium, quod ex hac lege, & similibus ei competit. Adde & Alber. *num.* 15. Bald. *num.* 11. Salycet. *num.* 12. *in l.* 2. *Cod. de rescind. vendit.* Matienz. *in l.* 1. *tit.* 11. *glos.* 8. *num.* 18. ubi eos sequitur. Fachin. *lib.* 2. *controvers. cap.* 20. *verb.* 3. *controvers.* ubi hanc probabiliorem dicit. Joseph. Ludovic. *decis. Perus.* 97. ubi probando læsionem secundum tempus contractus hanc opinionem sequitur. Faber. *lib.* 4. *tit.* 30. *de rescind. vendit. definit.* 5. & 7. ubi durante tempore retractus hoc beneficium non dari dicit, vide *infrà in glos.* 6. 69

Amplia 24. creditoribus venditoris, qui ultra dimidiam læsus fuit, si eis vivo debitore aliter satisfieri nequeat, hoc remedium concedi, & illud rectè intentare posse. Maynard. *decis. Tholos.* 70. *lib.* 3. ubi hoc maximè procedere inquit, quando in eorum fraudem alienatio facta esset. Franchius *decis.* 224. *num.* 4. ubi secundo creditori hoc jus competere contra venditorem, aut adjudicationem factam ad instantiam primi creditoris resolvit. 70

Limita 1. decisionem *hujus legis*, non procedere, si interveniat læsio in permutatione beneficiorum, ex Glos. *in verb. an autem remedium hujus legis*, cui Adde Ancharr. & Imol. *in cap. cum causa, de emptor.* Por. ad Monac. *in cap. fin. de renuntiat. in* 6. Rebuff. *in constit.* 2. *tom. de rescission. contract. §. unic. glos.* 15. *num.* 10. Covarr. *lib.* 1. *var. cap.* 5. *num.* 38. *verb. ultima ratio*, & 9. etsi minus permutavit. Padill. *in l.* 2. *Cod. de rescindend. vendit. num.* 18. Matienz. *in l.* 1. *tit.* 11. *lib.* 5. *recompil. glos.* 7. *num.* 5. Cevall. *quæst.* 536. *num.* 92. veriorem dicit, & sic practicari testatur. Fachin. *controvers. lib.* 2. *cap.* 22. *verb.* 3. *est controversia*, ubi tres opiniones recenset, & contrariis respondet. Mascard. *de probat. conclus.* 1175. *num.* 20. Flamin. *de resignat. benef. lib.* 3. *quæst.* 7. *num.* 41. Rebello *de obligat. justit. lib.* 19. *quæst.* 3. *num.* 13. 71

Contrariam tenet Calder. hic à Glos. laudatus, & eam sequuntur Burgens. *in d. c. cum causa, n.* 60. Pinell. *in d. l.* 2. 1. *part. cap.* 3. *num.* 16. *verb. contrarium*, ubi argumenta pro communi non concludere dicit, & eis satisfacere conatur: & pro ea est *text. in c. cum universorum*, *de rerum permutatione.* Sed prima est verior & tenenda, cui non obstant tradita per Pinell. quibus latè satisfacit Morla. *in empor.* 1. *part. tit. de contrahen. emption. q.* 19. *num.* 4. 5. & 6. ubi communem defendit. De aliis remediis, quibus deceptus in permutatione uti potest, & quando beneficium ab uno ex contrahentibus datum fuit evictum, vide in Addit. ad Glos. *l.* 2. *tit.* 6. *infrà.* 72

Limita 2. ex Glos. *in verb. pro limitatione istius, text.* in conductione gabellarum & Regiorum reddituum Regi pertinentium. Adde Matienz. *in l.* 1. *tit.* 11. *lib.* 5. *recompil. glos.* 6. *num.* 4. & *ibi* 73

Azeved. *n.*31. *& in l.*14. *tit.*9. *lib.*9. Cevall. *q.*536. *num.*50. Guttierrez *de gabell. quæſt.*147. *num.*6. Girond. *2. part.* §. 1. *num.*1.

74 Limita 3. extra Gloſ. in locationibus quæ pendent à viribus fortunæ, ut in conductione fructuum beneficii, præſtimonii, vel quartarum regalium, vel Epiſcopalium, Padill. *in l.* 2. *C. de reſcind. vend. num.*15, Guttierrez. *canon.* 1 *part. cap.*39. *num.*66. Girond. *d.* §. 1. *num.*51. Cevall. *num.*33. 34. *&* 35. *ſuprà*, & faciunt, quæ diximus *ſuprà* in *ex.* 15. & intellige dicta in ampliat. 16.

75 Limita 4. ex Gloſ. *in verſ. quid autem ſi res, quæ valebat centum*, remedium hujus legis non habere locum, ubi inter emptorem, & venditorem fuit conventum, ut ſi venditor non redderet emptori 10. quæ pro re, quæ 100. valebat, præſtiterat, usque ad diem Paſchatis juſtum pretium ſuppleatur. Adde Aretin. & Alex. *num.* 8. *verſ. & ad materiam in l. ſi quis cum aliter, ff. de verb. obligat.* Catel. Cot. *in verb. venditor.* Cremenſ. *in l.* 2. *C. de reſcind. vend. num.*100. *in limit.*7. & eſt ratio, quia proviſio hominis facit ceſſare proviſionem legis juxta vulgare dictum, quod ſumitur, *ex l. ultim. C. de pact. conven. l. cum filio, ff. de vulg. & pupill. ſubſtitut. l. & habet*, §. *cum quis, ff. de præcario*, Gabr. *comm. tit. de regul. juris, concluſ.*8. Menoch. *conſ.*151. *num.*37 *lib.*2. Becci. 87. *num.*3. *lib.*1. Dec. 10. *num.*19. *vol.*2. *&* 78. *n.*25. *vol.*3. Caſtill. *quotid. de uſufruct. c.*19. *n.*15. ubi alios laudat, *& lib.*3. *cap.*19. *num.* 285. *verſ. quæ ad diſpoſitionem hominum ſunt.*

76 Contrariam cum Jaſ. & Cagnol. tenet *in d. l.*2. Pinell. 2. *part. cap.*3. *num.*45. Fachin. *lib.*2. *controverſ. cap.*20. *verſ.*3. *controverſ. eſt*, ubi probabiliorem eſſe dicit, *ex text. in d. l.* 2. *Cod. de reſcinden. vendit.* quæ generaliter loquitur, & ad regulam, quòd proviſio hominis, &c. Reſpondit, quòd illa regula intelligitur, quando proviſio legis eſt contra juris communis regulas, ex Bart. & aliis, quos citat Gabr. *in d. reg.*8. *num.* 4. & hanc limitationem ad dictam regulam tradunt. Menoch. *lib.*4. *præſumpt.* 190. *num.*41. Caſtill. *d. lib.*1. *cap.*19. *num.*18.

77 Sed his non obſtantibus limitatio, & opinio Baldi, quam Gloſ. *hic*, ſequitur, eſt verior, quia proviſio hominis tendit ad eundem effectum, quo tendit proviſio legis, & eſt pinguius, nam per legem emptor habet facultatem ſupplendi juſtum pretium, aut dimittendi rem emptam, quod ei non licebit, ſi virtute pacti conveniatur, & quoties ad eumdem effectum concurrit, legis, & hominis proviſio, tunc hominis proviſio ceſſare facit legis proviſionem, ut concludunt Jaſ. *in l. ſi ex legati cauſa, col. ult. ff. de verb. oblig.* Socin. Jun. & Socin. Senior. quos refert, & ſequitur Menoch. *d. lib.* 4. *præſumpt.* 191. *num.* 40. *&* 41. ubi dicit, quòd ita loquuntur jura, quæ hoc axioma probant, & eamdem declarationem tradit Caſtil. *d. l.*1. *cap.*19. ubi in hoc caſu procedere inquit *d. l. unic. C. de pact. conven.* & alios refert.

78 Limita 5. in ſciente juſtum rei pretium, & valorem; nam ſi viliori pretio vendat, vel aliquid ultra juſtum pretium emptor offerat, *hujus legis* remedium eis non datur ex Gloſ. *hic*, cui Adde Bart. *in l.*2. *num.* 14. *Cod. de reſcind. vendit.* & *ibi.* Bald. *num.*7. *quæſt.*4. Salyc. *num.* 11. *quæſt.*7. Caſtrenſ. *num.*7. Fulgoſ. *num.*11. Crem. *num.*86. Cagnol. *dict. num.*142. Roman. *in d. l. ſi quis cum aliter, num.*15. & *ibi.* Aretin. *n.*8. Panor. & Burgenſ. *in d. c. cum cauſa.* Beroj. *in c. cum dilecti, num.*23. *de empt.* Fabian. de Monte, *de empt. quæſt.*8. *num.*19. *&* 20. Roman. *conſil.*475. *num.*4. Alex. 42. *num.*5. *lib.*1. & 127. *lib.*2. Socin. 48. *num.*4. Dec. 583. *num.*1. Pariſ. 128. *n.*36. *lib.*1. Barbar. 21. *col.*3. *lib.*4. Roland. 9. *n.*26. & 59. *à num.*10. Boër. *deciſ.*142. *num.*3. Tiraq. *de retract. lign.* §. 1. *gloſ.*18. *num.*14. Gabr. *lib.*3. *commun. tit. de empt. concluſ.*1. *num.*98. Cacher. *deciſ.*40. *n.*12. Carroc. *locati, & cond. cap. de reſcind. locat. num.*6. Suarez. *litt. L. num.*3. Stracha *de ſponſio. quæſt.*10. *n.*2. Menchac. *controverſ. uſufreq. lib.*3. *cap.*61. *num.*10. Diaz. *regul.* 560. & *ibi.* Salced. ubi apud nos ſervari dicit. Menoch. *conſ.*1. *num.*351. 252. *&* 356. *& conſ.*843. *num.*30. *&* 844. *num.*38. *lib.*9. Fachin. 59. *num.*11. *lib.*1. *num.*14. *&* 17. Matienz. *in l.*1. *gloſ.*8. *num.*35. *tit.*11. receptiſſimam appellat. Gratian. *diſcept.*461. *num.* 28. Scacc. *de commerc.* §. 1. *quæſt.*7. *part.* 2. *ampl.*10. *num.*5. *verſ. adſtringe.*1. Avend. *de cenſib. cap.* 36. *num.* 4.

Ratio hujus opinionis eſt, quia ſcienti, & con- 79
ſentienti non fit injuria neque dolus, *c. ſcienti, de regul. juris in* 6. *l. non videtur, & l. nemo fraudare, ff. eodem, l.*1. §. *uſque adeo, ff. de injuriis, l.*1 §. *fin. ff. quod falſo tuto*, & quia videtur donare, *l. cum donationis, C. de tranſact. l. vendit. C. de reſciud. vendit.* & facit, *demum, ff. de contrab. empt.*

Amplia etiam enormiſſimè læſo hoc beneficium 80
denegari. Socin. Jun. *conſ.*42. *col.*2. *lib.*4. Rolan. 56. *num.*14. *&* 15. *lib.*1. Cravet. *conſ.*151. *num.*25. Menoch. 401. *num.*184. *&* 496. *num.*88. *lib.*5. *&* 1111. *num.*62. Felin. *in c. in præſentia, num.*8. *verſ ſed omnia iſta, de probat.* Corn. *de abſolut. juram.*4. *p. caſu* 8. *num.*18. Bargalius *de dolo, lib.*2. *c. de dolo re ipſa, num.* 30. *verſ. non obtinet ille text.* Honded. *conſ.*42. *num.*29. *lib.*1. Eugeni 3. *n.* 54. *concl.*29. *n.*72. Beroj. 49. *num.*24. *&* 32. *lib.*1. Grammat. *deciſ.*103. *num.*

Amplia 2. etiam in foro conſcientiæ emptorem 81
non teneri ad reſtitutionem, quando venditor ſciens verum valorem rei vilius vendidit, nec venditorem, quando è contra emptor ſciens juſtum pretium carius emit, quia in ſcientiem non committitur dolus; & ſic ſciens, quod minus vendit, vel plus emit, donare præſumitur, *l. cum donationis, ff. de contract. emptor.* Abb. *in cap.* 1. *num.* 3. *de empter.* Cornelius *in l. ſi paſcenda, num.* 2. *Cod. de pactis.* Tiraquellus *de legal. comm. l.*9. *num.*13. *in fine.*

Difficultatem enim dicunt verſari in probando 82
ſcientiam læſi. Nam licet venditor, & locator ſcientiam valoris rei ſuæ habere præſumatur, & vires ſui patrimonii, juxta *l. quisquis* 15. *C. de reſcind.* ubi Gloſ. & DD. notant. Gabr. *lib.*6. *tit. de regul. jur. concluſ.*5. *num.* 25. *cum aliis.* Maſcard. *de probat. concluſ.*1105. *&* *concluſ.*544. Surd. *deciſ.* 179. *num.*7. ubi alios adducit. Menoch. *lib.*6. *præſumpt.*23. *num.* 33. ubi octo declarationes tradit: & licet facti proprii ſcientia præſumatur, *c. ab excommunicato, de reſcript. l. plurimum, ff. de juris, & facti ignor.* hæc præſumptio non eſt ſufficiens, quia tollitur ab alia fortiori, quæ eſt, quòd quis non præſumitur jactare ſuum, *l. cum de indebito, ff. de probat.* Menoch. *lib.* 1. *quæſt.* 18. *num.* 13. *& lib.* 2. *præſumpt.*33. *num.* 5. *& lib.*3. *præſumpt.*34. *num.*23. *&* 122. *num.* 54. quod una præſumptio tollatur ab alia, probat. *l. Divus, ff. de reſtit. in integr.* & *ibi* Gloſ. & Bart. *l. non ſolum, ff. de rit. nupt. l. qui autem*, §. *non ſimpliciter, ff. ſi quis omiſ. cauſ. teſtam.* Dec. *conſ.*470. *num.*10. Tiraq. *in repetit. l. ſi unquam, C. de revocand. donat. verbo, donatione largitus, num.*156. Surd. *conſ.*112. *num.*72. Menoch. *de præſumpt. lib.*1. *quæſt.*30. *num.*1. *& per tot.* qui alios referunt. Et fortior vincit debiliorem, *l. ob carmen*, §. *ſi teſtes, ff. de teſtibus, l. ante penult.*

nult. Cod. de adulteris. Surd. *num.* 73. Menoch. *ubi suprà.*

83 Est enim potentior præsumptio, quòd quis non præsumitur jactare suum, quia est benignior ne quis cum aliena jactura locupletetur. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *casu* 472. *num.* 7. *& d. lib.* 1. *præsumpt. quæst.* 29. *num.* 5. & quia ista est fundata in ratione naturali, nam à se ipso charitas bene ordinata incipit; altera in ratione civili. Menoch. *n.* 15. & quia ista evitat inæqualitatem. Menoch. *num.* 16. *ubi suprà*, de interpretatione *d. l. quisquis*, vide Pinell. *in d. l.* 2. *part.* 1. *cap.* 2. *num.* 30. *&* 31. Matienz. *in d. l.* 1. *glos.* 8. *num.* 41.

84 Et quando adest in venditione læsio ultra dimidiam justi pretii, ignorantia præsumitur, quia in læsione ita magna quis non censetur consentire, ut tenet Glos. *in d. l. quisquis*, & ibi Bart. Salyc. & Castrens. Bart. *in d. l. si quis cum aliter.* Abb. & Burgensis, *num.* 20. *in cap. cum causa, de emptio.* Cyn. & Salycet. *in d. l.* 2. Specul. *tit. de empt.* §. *sciendum est, vers. quid si aliquis scienter.* Dec. *consil.* 583. *n.* 3. Gabr. *d. concluf.* 1. *n.* 103. Covarr. *lib.* 2. *variar. cap.* 4. *num.* 2. Menoch. *lib.* 6. *præsumpt.* 23. *num.* 38. Matienz. *in d. glos.* 8. *num.* 40. *in fin.* in læsione modica scientiam præsumi omnes conveniunt.

85 Præsumptiones urgentes, ex quibus scientia læsi præsumatur, sufficere ad ejus exclusionem, docuerunt Bald. *in d. l.* 2. *quæst.* 6. *num.* 9. & Cagnol. *ibi, num.* 125. Gabt. *num.* 101. *ubi suprà.* Quòd præsumptiones non sufficiant ad probationem scientiæ, & quòd veræ scientiæ probatio exigatur, tradit Matienz. *in d. l. glos.* 8. *num.* 38. *vers. verum*, quæ probari posse inquit, probando præsente læso paulò ante taxationem à peritis factam fuisse, vel si læsus sic confessus fuit extrajudicialiter, vel in judicio, vel quia læsus erat artifex, vel peritus in arte, vel quia paucis ante diebus carius emerat: & probabitur probando, quòd versabatur in cultura rerum, de quarum valore agitur, secundum Bald. *in l.* 2. *num.* 19. *vers. quæro, C. de rescind. vendit.* Dec. *consil.* 583. *num.* 4. *vol.* 2. & Socin. *cons.* 48. *num.* 4. *vol.* 4. Bart. *in d. l. quisquis, & in authent. sed cum testator, num.* 5. C. *ad l. Falcid.* qui alios modos tradit ibi. Marcel. Cala *de modo art.* §. 2. *glos. unic. n.* 1223. Et in conductore scientia probatur, si probetur, quòd conductor fuit prius versatus in bonis conductis, vel quòd coluit agros vicinos. Carroc. *locati, & conduct. rub. de simili location. cap. de rescind. locatione, num.* 7. & alios laudat.

86 Contra hanc limitationem insurgit Pinell. *in d. l.* 2. 1. *part. cap.* 2. *à num.* 11. *cum aliis*, ubi dicit, quòd scribentium turba eum non deterruit, quin verius putet, quòd remedium *hujus legis* læsis etiam scientibus justum valorem rei competat, quam opinionem tenuit Alberi. *in d. l.* 2. *num.* 12. Suar. Addit. ad Pinel. & Covarr. *lib.* 2. *var. cap.* 4. *num.* 2. Fachin. *lib.* 2. *controvers. cap.* 20. *vers. sed contrarium docuit*, ubi postquam retulit contrariam opinionem dicit, quòd huic magis assentitur. Sarmient. *lib.* 1. *select. cap.* 11. *num.* 6. ubi contrarium falsum esse dicit. Morl. *in empor.* 1. *part. tit. de contrab. empt. quæst.* 24. *num.* 4. *vers. ego tamen existimo*, ubi hanc veriorem dicit. Castill. *quotid. lib.* 4. *cap.* 52. *num.* 41. ubi dicit Pinel. rectius, & concludentibus rationibus comprobasse, quas ponderat ibi, & quia æquitatis, seu humanitatis regula viget in hoc casu, quia potuit ex necessitate, vel alia causa moveri, vide eos. Ex quo infert Pinel. ibi *num.* 16. quem sequitur Castill. *in d. n.* 41. non solum non oportere probare ignorantiam, sed nec eam allegare contra Glos. *hic* Bald. & Castro, *in dict. l.* 2. & Cæphal. *consil.* 262. *num.* 11.

Et quamvis fundamenta hujus opinionis levia 87
appellet Matienz. *in dict. glos.* 8. *num.* 36. & eis satisfacere conetur, ita eum adstrinxerunt, quòd contrariam opinionem limitavit taliter, quòd in praxi rarissimè venire poterit. Primo requiri læsi scientiam valoris rei, non præsumptionibus, & sed verè probari, ut diximus *suprà* deinde *num.* 39. ultra probationem scientiæ, quòd aliæ præsumptiones concurrant, ut donatio ex parte læsi præsumi possit: & quòd oportet probare causam aliquam, quare venditionem fecerit, cum vellet donationem facere, & aliquos refert, & eam sequitur. Morla *d. tit.* 9. *quæst.* 24. *num.* 4. & concludit dicens, fateor tamen rarò circumstantias necessarias eventuras fore, ut *suprà d.* DD. quoque fatentur, ut veniat excludendus à remedio *hujus legis.*

Omnes enim conveniunt limitationem non ha- 88
bere locum in muliere, minore, & rustico, in quibus etiam si detur scientia valoris rei, non liberalitati, sed facilitati eorum imputandum est, ut cum Bald. & aliis tradit. Burgensis *in d. cap. cum dilecti, num.* 18. Guid. *concluf.* 1. *num.* 104. & vide Addit. ad Glos. 3. *l.* 29. & ad Glos. *l.* 36. *tit.* 14. *infrà.*

Secundo non procedere in eo, qui ductus ne- 89
cessitate vendit, vel emit, licet sciat verum valorem rei. Butri, Abb. quos refert Burgens. *in d. cap. cum dilecti, n.* 19. Faber. *de error. decade* 7. *error.* 8. *num.* 8. ubi dicit, quòd magis miseratione, & auxilio dignus est, qui sciens justum rei suæ valorem coactus necessitate vendidit viliori pretio, & suadetur, quia in necessitatibus nemo liberalis existit, *l. rem legati. ff. de adimen. legat.* Glos. *verbo liberaliter, in c. relatum de præbendis.*

Tertio in prodigo vendente. Butr. & Burgens. 90
num. 20. *ubi suprà*, & generaliter Pinell. & aliorum opinio in judicando, & consulendo sequenda erat, nisi casus occurrat cum circumstantiis, de quibus per Matienz. *ubi suprà*, quæ non eludatur aliis fortioribus præsumptionibus. Pro contraria opinione adductis satisfaciunt Pinell. & Fachin. Et *d. leg. donum*, vide Addit. ad Glos. 8. *l.* 14. *suprà hoc tit.*

Limita 6. remedium *hujus legis* non compete- 91
re læso ultra dimidiam justi pretii, quando in instrumento fuit appositа clausula ex certa scientia se dare, vel facere, & non per errorem, ex Bald. *in l.* 2. *C. de rescind. vendit. quæst.* 8. *num.* 10. *ad fin.* quem sequuntur Salycet. *num.* 13. Paul. *num.* 10. Cremens. *num.* 58. *ibi.* Curt. Jun. *cons.* 50. *num.* 753. Jas. *in l. fin.* §. *idem quæ sunt, col. fin. ff. de condict. in debit.* Gabr. *lib.* 3. *com. de empt. & vendit. concluf.* 1. *num.* 99. Boër. *decis.* 142. *à num.* 10.

Contrarium verius est, & comprobatur ex tra- 92
ditis *in* 5. *limitatione* eam, in terminis sequitur. Cassador. *decis.* 1. *de empt.* ubi ita tenuisse Rotam attestatur. Vivi. *com. lib.* 1. *opin.* 430. inquit procedere, etsi essent appositæ aliæ clausulæ. Pinell. *dict. l.* 2. 1. *part. c.* 2. *num.* 23. & Cagnol. *ibi num.* 126. ubi benè contrariam impugnat. Carroc. *c. de rescissione locationis, num.* 9. ubi contra notarios exclamat, qui apponunt clausulas, quas ignorant, & sæpius ligant ignorantes, & hanc sequitur.

Limita 7. non habere locum, quoties contra- 93
hentium consensus est iteratus, seu geminatus, quoniam læsioni enormissimo per actum geminatum præsumitur esse renuntiatum, argumento *text.*

in

in authent. sive à me, Cod. ad Velleia. Castrens. *consil.* 386. *col.* 2. *ad fin. lib.* 2. Abb. 71. *num.* 8. *vol.* 2. Covarr. *in cap. quamvis pactum.* 3. *part.* §. 4. *num.* 6. *vers.* 8. *concluſ.* Cagnol. *d. l.* 2. *num.* 132. Jaſ. *in l. ſi quis cum aliter, num.* 22. *ff. de verb. obligat.* Socin. *regul.* 436. *fallent.* 1. *& fin.* Rip. *reſponſ. lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 3. Pariſ. *conſ.* 20. *num.* 36. *lib.* 1. Pereir. *in l. ſi curatorem, verb. læſis, num.* 1. *& de empt. cap.* 30. *n.* 45. *vers. poſtremo.* Hypol. *in l.* 1. §. *quæſtioni, ff. de quæſtio.* Cravet. *conſ.* 114. Gabr. *d. concluſ.* 1. *num.* 123. Cæphal. *conſil.* 261. *num.* 10. *&* 11. Carroc. *d. c. de reſcind. locat. num.* 10. 1. *part.* Menoch. *conſ.* 1. *num.* 356. Dec. 46. *num.* 37. *& num.* 38.

94 Contrariam, ſcilicet geminatum conſenſum non ſufficere ad excluſionem hujus beneficii, tenent Socin. Seni. *conſil.* 85. *num.* 5. *lib.* 1. Decian. *conſil.* 60. *num.* 4. *circa fin.* Roman. 53. Cornel. 11. *&* 140. *lib.* 3. Boër. Chaſſan. Fabian. de Monte & alii, quos refert, & ſequitur Fachin. *controverſ. lib.* 2. *cap.* 22. *verſ. ſed contraria ſententia*, & ante eum Pinell. *in d. l.* 2. 1. *part.* 2. *num.* 22. *&* 3. *part. c. fin. n. fin.* ubi utriusque opinionis auctores refert, & hanc ſequitur. Guttierrez. *in authent. ſacram. puberum, n.* 99. *C. ſi adverſ. vendit.* Molina. *de rit. nupt.* 3. *part. quæſt.* 97. *num.* 18. iſti tres ultimi loquuntur in renuntiatione legitimæ geminatæ facta per minorem. Franch. *deciſ.* 243. *num.* 3. *&* 4. ubi ſecundum hanc deciſum fuiſſe, ex quo apparebat de maxima læſione & allegat Chaſſan. & alios. Faber. *lib.* 4. *tit.* 30. *de reſcind. vendit. defin.* 1. *verſ. quare nec nocebit, & definit.* 23. *per tot.* Caſtill. *quotid. num.* 41. *lib.* 5. *verſ. unde tamen*, ubi leves admodum eſſe rationes contrariæ opinionis dicit, quibus Pinell. & Fachin. reſpondent.

95 Amplia ex Franch. Fabro, & Caſtill. *ubi ſuprà*, habere locum remedium *hujus l.* etſi mota jam lite ſuper reſciſſione contractus ratione læſionis enormiſſimæ per alium contractum læſus à prædicta lite ſe deſiſteret, & primum contractum approbaret, & ratificaret, ſi in utroque contractu læſio ultra dimidiam interveniat. De effectibus geminationis verborum, & actuum ubi plenè per Caſtill. *in d. cap.* 25. *per tot.*

96 Limita 8. in venditione facta cum decreto, vel auctoritate judicis, in qua etſi læſio ultra dimidiam juſti pretii interveniat, ejus prætextu reſcindi non poterit, ex Bart. & Plate, *hic* à Gloſ. *circa fin. citatis.* Adde Angel. *ibi.* Bald. *in l.* 1. *num.* 2. *Cod. de præſumpt.* 30. *vel* 40. *ann.* Caſtrens. *in l.* 2. *Cod. de reſcinden. vendit. num.* 5. Socin. *conſ.* 57. *num.* 51. *lib.* 4. Socin. *regul.* 463. *limit.* 2. Duenn. *regul.* 187. *verſ.* 10. Gabr. *d. concluſ.* 1. *num.* 57. qui alios adducit.

97 Contrarium, quòd non obſtante judicis decreto beneficium *hujus legis*, locum habeat, tenent. Imol. *in l. pretia rerum*, & ibi Alex. *ff. ad leg. Falci.* Imol. *in l. ſi quis cum aliter, in fin. & ibi.* Alex. *num.* 15. *ff. de verb. obligat.* Panorm. *in c. cum cauſa, num.* 6. *de empt.* & ibi Burgenſ. *num.* 27. Angel. *in* §. *ſi quis agens, num.* 3. *Inſtit. de action.* Cremenſ. *in d. l.* 2. *n.* 108. & ibi Cagnol. *n.* 158. *quæſt.* 23. Pinell. *ibi*, 2. *part. c.* 2. *num.* 18. ubi hanc receptiorem eſſe dicit, & alios citat. Gomez. 2. *tom. var. cap.* 2. *n.* 23. *in fin.* Menoch. *lib.* 2. *præſumpt.* 75. *num.* 34. Menchaca, *contr. uſufr. lib.* 3. *c.* 61. *n.* 1. Ceval. *q.* 172. *n.* 1. 2. *&* 3. ubi hanc ſequitur. Matienz. *in l.* 1. *tit.* 11. *gloſſ.* 9. *n.* 2. & ibi Azeved. *num.* 31. Fachin. *contr. lib.* 2. *c.* 20. *verſ. altera controverſia*, ubi contrariis reſpondet. Parlador. *in ſexq. differ.* 44. *n.* 9. ubi ampliat, etſi à Principe decretum interponeretur. Macerat. *lib.* 2. *reſol.* 15. *n.* 4. ubi dicit, quòd læſio evidentiſſimè eſt probanda.

Amplia hanc opinionem veram eſſe, etſi contractus eſſet confirmatus per judicem; nam confirmatione non obſtante probata læſione huic legi locus erit, ut contra Cremenſem tradit Cagnol. *in dict. l.* 2. *num.* 160. & Pinell. *num.* 22. *&* 23. Menchac. *num.* 4. *& in lib.* 1. *cap.* 1. *&* 2. *ubi ſuprà.* 98

Limita, & intellige limitationem 8. ſi cognitio cauſæ intervenit ſuper æſtimatione rei, ſecus verò ſi interveniſſet quoad aliud, ex Gloſ. *hic in fin.* Pinell. *in d. cap.* 2. *num.* 22. *&* 23. ubi dicit, quòd ſi præcedente cognitione cauſæ ſuper æſtimatione rei, & pretio judicatum fuit, ceſſabit hoc beneficium. Menchac. *dict. cap.* 16. *num.* 5. ubi dicit, quòd ceſſabit hoc remedium, ſi eſſet lis jam mota ſuper læſione, & partes vellent renuntiare probationibus, & cauſam concludere, petereque à judice, ut ſententiam ferret ſecundum contractum, ſententia ſequuta, etiamſi re vera læſio ultra dimidiam interfuiſſet. Parlador. *d. different.* 43. *n.* 9. ubi interveniente cognitione cauſæ hanc legem ceſſare dicit. 99

Intellige ex Gloſ. *hic, in fine*, niſi ex falſa cauſa decretum eſſet interpoſitum; nam tunc nullius eſt effectus, nec pro eo præſumitur. Addit. Caſtrens. Platea. Corneum, & Riminald. Juni. Simoncel. *de decretis, tit.* 7. *num.* 48. & Menoch. *lib.* 2. *præſumpt.* 75. *num.* 38. *ubi ſuprà* citatos refert. 100

Limita 9. hanc legem, & ejus remedium non habere locum, quando quis fuit compulſus emere, etſi læſio ultra dimidiam juſti pretii interveniat, *ex l.* 6. *tit.* 11. *lib.* 5. *recompil.* Parlador. *lib.* 2. *rerum quotid. cap. fin.* 5. *part.* §. 16. *num.* 10. Ceval. *quæſt.* 172. *num.* 4. Gratian. *diſcept. cap.* 7. *num.* 12. Matienz. *in d. l.* 6. *gloſſ.* 1. *à num.* 4. *& in gloſſ.* 2. *num.* 2. in datione in ſolutum neceſſaria hanc legem procedere docet, & idem tenent alii plures, quos addiximus *ſuprà ampliat* 9. 101

Contrariam, quòd in datione in ſolutum neceſſaria, ſi læſio ultra dimidiam contingat, huic remedio locus ſit, tenent quos adduximus, cui reſolutioni non obſtat *dict. l.* 6. quia non loquitur in caſu, in quo creditor bona debitoris in ſolutum acçipere compellitur, ſed quando emptores emere compelluntur, & invito venditore venditio fit, ut probatur *ibi.* 102

Nec obſtat auctoritas DD. qui tenent in hoc caſu huic legi non eſſe locum, quia loquuntur in addictione, quæ creditori fit in ſpecie *l. à Divo Pio*, §. *ſi pignora*, *ff. de re judic.* quæ non eſt datio in ſolutum, ut diximus *in dict. additio. gloſ.* 7. *l.* 52. & tradit ipſe Joan. Matienz. *in dict. gloſſ.* 1. *l.* 6. *num.* 4. quæ addictio hodie non eſt in uſu ſecundum intellectum communem, *dict.* §. *ſi pignora*, de quo ibi *num.* 26. Intellige hanc limitationem, *& in d. l.* 6. in caſu *l.* 18. 19. *&* 20. *tit.* 7. *lib.* 9. *recompil.* de quo diximus in additio. *gloſ.* 1. *l.* 3. *ſuprà hoc tit.* 103

Et ſublimita eam, quando emptor, qui compulſus fuit emere, læſus reperiretur in pretio ultra dimidiam juſti pretii, quia diſpoſitio *d. l.* 6. non fundatur in præſumptione juris, quam ex æſtimatione facta ab æſtimatoribus à judice nominatis reſultare dicit. Matienz. ibi, *in gloſſ.* 2. *num.* 2. ſed in odium venditoris, qui vendere recuſavit, & in favorem emptoris, qui compulſus fuit emere, ne litibus injuſtis ſine cauſa vexaretur, alias enim ſine culpa, beneficio omnibus emptoribus communi privaretur. 104

105 Amplia hanc limitationem in eo, qui compulſus fuit vendere ex identitatis ratione, is enim qui rem emit, ſi læſus dicatur, hoc beneficio uti non poterit, quando res fuit æſtimata mandato judicis.

106 Limita 10. extra Gloſſ. ſi alius rem meam vendat me conſentiente: nam tunc, etſi ultra dimidiam juſti pretii læſus ſim, non potero remedio hujus legis agere, quia læſio non conſideratur ex parte conſentientis, ſed ex parte facientis; aliud enim eſt vendere, aliud venditioni conſentire. Bald. *in l. 2. C. de reſcind. vend. q.* 20. *num.* 24. Cremenſ. *ibi, limit.* 30. *num.* 129. Padil. & Meneſ. *num.* 67. Cravet. *in l. cum filio, num.* 49. *ff. de legat.* 1. Rolan. *conſ.* 69. *num.* 38. *lib.* 3. Tiraquell. *de retract. lign.* §. 1. *gloſſ.* 9. *num.* 107. Riminald. *in princ. inſtit. de donat. n.* 501. Matienz. *in l.* 1. *tit.* 11. *gloſſ.* 8. *n.* 60.

Conſentiens alienationi rei ſuæ, vel quovis modo ſibi debitæ, amittit eam, jura, & hypothecam, quæ ei in ea competunt, *l. ſi fundum, per fideicommiſſum, & l. nihil,* §. 1. *ff. de legat.* 1. *l. fidejuſſor,* §. *de pignor. l. ſi ſervus communis, ff. de donat. inter vir. & uxor. l. non videtur, ff. ſi quid in fraud. patron. l.* 1. *& l. fin. Cod. de remiſſ. pig. l. ſi debitor,* §. *ſi venditione, l. ſicut,* §. *venditionis, cum multis ſeqq. ff. quib. mod. pign. vel hypothec. ſolu. l. ſi probaveris, Cod. de remiſſ. pignor.* Surd. *conſ.* 513. *num.* 7. *&* 8. ubi alios adducit, & vide addit. ad Gloſſ. *l... tit.* 13. *infr. hac part.* ubi de majoratu facto de bonis uxoris ea conſentiente.

107 Limita 11. in contractu donationis, quoties conſtat de mera voluntate donantis, quòd verè donare voluerit. Abb. *in c. cum contingat, num.* 23. *verſ. & hoc verum, de jurejuran.* Cravet. *conſ.* 114. *à num.* 10. *&* 160. *num.* 1. *lib.* 1. Corn. 36. *à num.* 7. *lib.* 1. Eugen. 3. *à num.* 51. *&* 63. ubi de communi teſtatur, *lib.* 1. Bec. 18. *à num.* 6. Curt. Jun. 141. *num.* 2. *lib.* 2. Simoncel. *de decretis, lib.* 1. *tit.* 2. *inſpect.* 3. *n.* 27. Pedroch. *conſ.* 35. *num.* 109. *lib.* 1. Honded. 42. *n.* 23. Surd. 122. *num.* 17. ubi alios citat: nam cum donatio procedat ex mera liberalitate, & ſemper qui donat, lædatur, omnis donatio revocaretur, & ſic liberalitas prohiberetur exerceri, ut conſiderant Honded. & alii *ſuprà* citati.

Amplia, etſi enormiſſimè donans ſit læſus, ſi juramento donatio fuit confirmata. Corn. *conſ.* 36. *vol.* 1. *&* 258. *vol.* 4. *&* 166. *vol.* 1. Gabr. *lib.* 3. *comm. opin. tit. de jur. dot. concluſ.* 1. *num.* 20. ubi refert eum Corn. *in conſ.* 124. *vol.* 2. qui contrarium tenet; vide *infrà* in addit. Gloſſ. fin. hinc enim legi non eſt locus in actibus, qui procedunt ex cauſa lucrativa, in quibus obligatio eſt ex una parte. Bald. *in l.* 1, *num.* 14. *in* 1. *oppoſit. verſ. unam tamen, Cod. de pact.* ubi dicit hoc remedium non habere locum in pacto gratuito, *& in l.* 2. *Cod. de reſcind. vend. num.* 3. *verſ.* 3. *quia, & ibi,* Cremenſ. *num.* 132. Cagnol. *num.* 144. Fabian. *de empt. & vend. quæſt.* 8. *princ. col.* 4. *verſic. ſed non habebit locum.* Bart. *conſ.* 90. *num.* 2. *vol.* 1. ubi melius cæteris declarat. Surd. *conſ.* 45. *num.* 8.

Amplia, etſi donatio correſpectiva ſit, ſi conſtat de animo donandi. Dec. *conſ.* 110. *num.* 4. *& ſub num.* 7. *verſ. &* 1. *obſtat, &* 181. *col.* 2. Cravet. 192. *ſub num.* 10. *in* 3. *reſpon.* Ancharran. Jun. *lib.* 2. *quæſt.* 4. *num.* 7. Eugen. *conſ.* 3. *num.* 52. *lib.* 1. *diverſ.*

108 Limita 12. in venditione plurium rerum ſimilium facta diverſis tamen pretiis, ut ſi plures oves, arietes, & aliæ res ſimul vendantur unico contractu, ſed diverſis pretiis, videlicet unaquæque res viginti, vel triginta, licet in una earum contingat deceptio ultra dimidiam juſti pretii, debet fieri commiſtio, ita ut damnum illius, hoc eſt minor valor ipſius, compenſetur cum lucro, & majori valore alterius, ut cum Bald. *in l. cum quidam,* §. *præterea, num.* 6. *C. de jure dotium,* tradit Guttier. *de jurament. confirm.* 1. *p. c.* 26. *num.* 10. niſi pretia ita diverſa ſint, ut diſtent in quantitate, vel qualitate, ut ſi pro una reddantur 20. & pro alia 30. vel pro una detur quantitas, pro alia verò ſpecies, vel quantitas alterius rei non ejusdem generis: nam tunc deceptio contingens in una re, non ſuppletur per lucrum alterius, licet contractus omnium ſupradictarum rerum ſimul celebratus fuerit; quia hæc diverſitas hoc modo conſiderata diverſos contractus efficit, niſi conſtare poſſit aliud ex mente contrahentium eſſe, & ideo unam rem tali pretio fuiſſe datam, ut alia pro tali alio pretio accipiatur; pro qua diſtinctione allegat Tiraquell. *de retract. lign.* §. 23. *gloſſ.* 1. *à n.* 1. *& ſeqq.*

Et in locatione fructus alicujus prædii pro plu- 109
ribus annis ſimul eodem pretio quotannis facta, locum non habere læſionem, ſi in uno contingat deceptio ultra dimidiam, & poſſit ex aliis compenſari. Vide Addit. *l.* 23. *tit.* 8. *infrà.*

Limita 12. in renuntiatione bonorum lucratorum 110
conſtante matrimonio facta per mulierem, quæ prætextu læſionis enormis, ſeu enormiſſimæ reſcindi non poteſt; quæ limitatio plane procedit, quando tempore contractus matrimonii renuntiationem fecit, ut *infrà* citati probant.

Et procedet ſine controverſia, quando renuntia- 111
vit lucris poſt diſſolutum matrimonium, & jam lucra irrevocabiliter erant acquiſita; vide Addit. ad Gloſſ. 7. *l.* 55. *ſuper hoc titul.*

Et etiam ſi conſtante matrimonio renuntiatio 112
fiat: Salon de Paz, *in qq. civil. q.* 9. *num.* 12. *verſ. adeo quod.* Caſtil. *in l.* 60. *Taur. col.* 2. ubi dicit quòd ratione læſionis hujusmodi renuntiatio vitiatur, quando ex dolo mariti fuit inducta ad renuntiandum; ſecus, quando abſque dolo renuntiationem feçit, & ei valorem bonorum manifeſtavit. Azeved. *reſponſ.* 20. *num.* 8. dicit valere, ſive mulier renuntiaverit nihil dato, vel etiam accepto. Azeved. *in l.* 9. *tit.* 9. *lib.* 5. *recompil. num.* 3. *in fin.* dicit non vitiari ratione læſionis, nec ratione minoris ætatis, (de hoc quod ratione minoris ætatis dicit; vide Addit. ad Gloſſ. 2. *d. l.* 55. *ſupr. n....*)

Guttier. *lib.* 1. *q.* 126. *num. fin. verſ. adhuc tamen,* dicit, quòd nec ratione metus reverentialis, nec læſionis enormiſſimæ mulier poteſt hujusmodi renuntiationem reſcindere; & eſt ratio, quia mulier ex hujusmodi renuntiatione non fit pauperior, nec minuit patrimonium ſuum, licet propter eam deſinat fieri ditior, & maritus efficiatur locupletior, *l. ſi ſponſus,* §. *cum maritus, de donat. int. l.* 5. *tit.* 11. *p.* 4. ubi vide Addit. Covarr. *de ſponſ.* 2. *p. cap.* 7. §. 1. *num.* 11.

Unde impoſſibile eſt, cum non fiat pauperior, nec minuat de patrimonio ſuo, quòd læſio conſiderari poſſit; quo argumento in terminis hujus renuntiationis uſa fuit Rota, *deciſ.* 12. *in tit. de conſuetud. in antiquis,* quam ſequitur Gomez. *in l.* 60. *Taur. num.* 2. Matienz. *in l.* 9. *lib.* 5. *recompil. gloſſ.* 1. *num.* 2. *&* 4. Guttier. *d. q.* 126. *num.* 4. Sanchez, *de matrimon. lib.* 6. *diſput.* 5. *num.* 11. Azeved. *in d. l.* 9. *num.* 3. Quæ ratio procedit, etſi ſoluto jam matrimonio mulier renuntiaſſet, quia non dicitur fieri pauperior, nec minuere patrimonium

ſuum:

sumsit tradit Joann. Matienz. *ubi suprà, num.* 8. & 9.

Alia in hac materia renuntiationis lucrorum; vide in Add. Gloss. 2. *l. autec. à n....*

113 Limita 13. in renuntiante, vel acceptante hæreditatem sibi delatam: qui ex capite læsionis enormis, vel enormissimæ non poterit acceptationem, vel repudiationem rescindere; de quo vide Addit. ad Gloss. 2. *l. anteced. n.* 64.

114 Limita 14. in repudiante legatum, Pichard. *in l. sed olim, inst. deleg. n.* 20. *vers.* 5.

115 Limita 15. si testator certo pretio rem suam alicui distrahi mandaverit: nam tunc cessabit hujus legis beneficium, quoniam residui testator videtur donationem fecisse, *l. fidejussor, §. meminisse, ff. delegat.* 1. ubi Goffr. Bald. Alexan. & Jas. idem Bald. *in l. Imperator, §. si centum, ff. de leg.* 2. Aretin. & Jas. *in l. si quis cum aliter, ff. de verb. obligat.* Padil. *in l.* 2. *C. de rescind. vend.* & ibi Pinel. 1. *p. c.* 1, *num.* 19. Moz. *de empt. & vend. c. fin. num.* 16. *vers. nec ignorandum est.* Franchis, *decis.* 225. *num.* 3. ubi alios allegat.

116 Amplia idem esse respectu hæredis emptoris, qui licet læsionem alleget interveniisse ultra dimidiam in re accepta pro pretio à testatore taxato, non est audiendus, quia emptor, & venditor non debent ad imparia judicari, cum sint correlativa, latè comprobat Franch. *in d. decis.* 225. ubi Senatum hæredem emptorem in hoc casu excluisse à probatione læsionis testatur.

SUMMARIUM.

1 *Valor rei quo tempore debeat attendi ad considerandam læsionem ultra dimidiam seu restitutionis in integrum, num.* 2.

Seu cum de revocatione donationis agitur, num. 3.

Et in constitutione dotis, si filia incongruè se dotatam esse dicat, & renuntiationem legitimæ rescindi petat, n. 4. & 5.

Et quæ sit ratio differentiæ inter actionem ad supplementum dotis, & legitimæ, n. 6.

Pater an statim teneatur supplere dotem, num. 7.

An post mortem patris si legitimam renuntiavit, aut si non possit supplementum petere, num. 8. & 9.

10 *Si executio contractus in futurum conferatur, valor rei consideratur secundum tempus traditionis.*

11 *In contractibus conditionalibus tempus, in quo dispositio confertur, inspiciendum est.*

12 *Idem in contractibus, qui habent effectum successivum, n.* 13. & 14.

15 *Privilegia, & immunitates concessa, etsi fuissent justa, si incipiant ladere, possunt revocari.*

16 *Idemque erit dicendum in emphyteusis contractu, & locatione ad longum tempus.*

17 *Valor rei immobilis quantus fuisset tempore contractus.*

Quando testibus probatus dicatur, num. 18. 20. & 21.

19 *Testes debent deponere de valore rerum mobilium tempore contractus, & debent se referre ad plures dies ante, & post, & judex ex officio potest interrogare eos, an de tempore contractus intellexerint, n.* 22. 23.

ADDIT. GLOSS. V.

AD Gloss. 5. Nota ex text & Gloss. *hic*, quod læsio ultra dimidiam justi pretii est considerandæ habito respectu ad valorem rei venditæ tempore celebrati contractus, ut ex ea contractus rescindi valeat; & adde *l.* 1. *tit.* 11. *lib.* 5. *recomp. l.* 3. §. *fin. ibi justo pretio non ex præterita emptione, sed ex præsenti æstimatione constituti, ff. de jure fisci*, ubi notat Bart. *c. cum dilecti*, 3. ubi Gloss. & DD. *de empt. c. cum causa*, 42. *ibi*, Gloss. *verbo, tempore*, & DD. *de testib.* Bart. *in l.* 2. *C. de rescind. vend. circa fin.* & *ibi* Bald. *col. pen.* Salyc. *col.* 8. *q.* 18. Paul. *col.* 1. Cagnol, *num.* 213. Pant. de Crem. *à num.* 168. & 224. Pinel. 3. *p. c. fin. num.* 15. ubi alios citat. Padil. *num.* 70. Bald. *cons.* 475. *ad fin. lib.* 1. Angel. 312. *num.* 51. Corn. 181. *num.* 56. *lib.* 2. & 201. *num.* 14. *lib.* 3. 15. *in fin. lib.* 4. Socin. 48. *lib.* 4. *num.* 3. Cravet. 314. *num.* 16. & 151. *num.* 7. & 188. *num.* 4. Roland. 59. *num.* 36. *lib.* 1. Gabriel, *lib.* 3. *comm. opin. tit. de empt. concluf.* 1. *num.* 47. ubi plures allegat, Guid. Pap. *decis.* 157. Rebuff. *de eo quod interest, num.* 492. Osasch. *decis.* 41. *n.* 5. Carroc. *de locat. & cond. n.* 11. *fol. mihi*, 47. Seraph. *de privil. juram. privileg.* 83. *num.* 91. ubi alios adducit, & pro regula tradit, quòd in contractibus attenditur tempus celebrationis ipsius, & non quod postea supervenerit, ex Curt. Jun. *cons.* 1. *col.* 3. *circa fin.* Surd. *cons.* 52. *n.* 48. & 151. *num.* 71. ubi alios refert. Gratian. *disceptat. c.* 766. *num.* 40. & 3. *tom. c. fin. num.* 6. Farinac. *decis.* 357. *num.* 2. *post lib.* 2. *consilior.* ubi dicit, quòd de valore de præsenti, non potest inferri in præteritum, nisi esset modicum intervallum. Mantic. *de tacit. convent. lib.* 4. *tit.* 20. *n.* 52. Vivius, *decis.* 436. *num.* 13. Tusch. *litt. V. conclus.* 13. *num.* 1. & *litt. L. conclus.* 295. *per tot.* Alexand. Ludovis. *decis.* ... *num.* 3. Caputaq. *decis.* 264. *num.* 9. *p.* 3. Giurb. *decis.* 105. *num.* 2. Matienz. *in l.* 1. *tit.* 11. *lib.* 4. *recompil. gloss.* 4. *num.* 1. & *ibi* Azeved. *num.* 12. Ceval. *q.* 664. *num.* 2. Guttier. *de gabell. q.* 147. *num.* 8. & 9. & *de tutel.* 2. *p. c.* 28. *num.* 11. Cephal. *cons.* 563. *num.* 48. *lib.* 4. Amatis, *decis. Ferrar.* 47. *num.* 5. & vide Addit. ad Gloss. 6. *num.*... Et est ratio, quia pretia rerum variantur loco, & tempore, *l. pretia rerum, ff. ad l. Falcid. l. ideo quod, ff. de eo quod certo loco, l. si quis agens, in fin. Inst. de actio.* Pant. de Crem. *d. n.* 224. Surd. *cons.* 151. *num.* 71. Gratian, *num.* 41. & 42. *ubi suprà.*

Intellige 1. generaliter procedere in omnibus casibus, in quibus beneficium hujus legis locum habere diximus *in additio. glossæ anteced.* Tuschus, *dict. conclus.* 295. *per tot.* Intellige 2. ut *in gloss. seq. num.* 20.

Amplia 1. tempus contractus attendendum esse ad probandam læsionem, etiam cum agitur de restitutione in integrum. Giurba, *decis.* 105. *num.* 3. 2

Amplia 2. idem tempus considerandum esse cum de revocanda donatione agitur ex eo, quòd fuit inofficiosa, ex Giurb. *n.* 4. 3

Amplia 3. in constitutione dotis cum filia se incongruè dotatam fuisse contendit, & renuntiationem legitimæ à se factam rescindi ex beneficio *hujus leg.* nam læsio consideranda est inspecto tempore dotationis, & renuntiationis, & habito respectu ad facultates, quas pater eo tempore habebat, & non quas reliquit tempore mortis. Butrig. *in l. pactum quod dotali, C. de collat.* Bald. *in l. ult. col.* 2. *de dotis promiss.* Castr. *in auth. res quæ, C. comm.* 4

de

de legat. Bald. *in c. cum M. Ferrar. col.* 5. *de conſt.* Corn. *conſ.* 107. *col.* ult. *lib.* 2. Brun. *de ſtatu. exclud. fœmin. prop. art.* 9. *princ. q.* 1. *in fin. verſ. contraria.* Alex. *conſ.* 28. *num.* 6. *lib.* 3. *&* 33. *in fin. lib.* 4. *&* 180. *&* 181. *lib.* 5. Dec. 29. Pariſ. 29. *n.* 89. *lib.* 3. Ruin. 56. *num.* 13. *lib.* 3. Gramm. *deciſ.* 57. *num.* 34. 35. *&* 36. Covar. *in cap. quamvis pactum,* 3. *part.* §. 4. *num.* 7. *verſ.* 7. *concl. & in fin.* Boër. *deciſ.* 62. *per tot.* Mench. *de ſucceſſ. creat. lib.* 2. §. 18. *à num.* 79. Tellus, *in l.* 23. *Taur.* Gabr. *conſ.* 142. *num.* 8. *&* 9. *lib.* 1. Menoch. 6. *num.* 21. *&* 22. ubi alios allegat, & de renuntiatione facta à filia, quæ mortuo patre abinteſtato ad ejus hæreditatem admitti contendebat, agit: *de arbitr. caſu* 149. *num.* 16. *&* 17. & tempus conſtitutionis dotis, & non mortis inſpiciendum eſſe comprobat Joſeph. Roman. *conſ.* 1. *num.* 13. ubi Pereg. & Petram refert. Mantic. *de tacit. conv. lib.* 12. *tit.* 24. ubi latè agit, & contrarium tenentes allegat, *&* à *num.* 8. contrariis ſatisfacit. Molin. *de Hiſpan. primogen. lib.* 2. *c.* 3. *num.* 29. ubi perpetuum eſſe in hac materia cum de læſione renuntiationis agitur. Caſtill. *contr. lib.* 3. *c.* 2. *à num.* 43. *uſque ad* 60. ubi latiſſimè. Maſtrill. *deciſ. Sicil.* 1. *num.* 15. Laderchi, *conſil.* 35. *à num.* 5. Carol. de Graſſ. *deciſ.* 2. *num.* 2. Cavalc. *deciſ.* 32. *num.* 15. 16. *&* 17. *&* *deciſ.* 81. *num.* 105. *p.* 3. ubi latè, & plures refert Bertaz. *conſ.* 7. *num.* 5. Hond. *conſ.* 10. *à num.* 33. *lib.* 1. Anton. à Sola, *in conſt. Sabaud. tit. de alienat. minor. gloſſ.* 2. *num.* 12. Decian. *conſ.* 6. *n.* 52. *&* 74. *vol.* 1. Pereg. 86. *ex num.* 11. Henriq. 15. *per tot.* Faber, *in Cod. lib.* 3. *tit.* 15. *de inoffic. teſtam. defin.* 21. *&* *defin.* 23. ubi hanc ſequitur, quando de dote incongrua agitur. Fontanel. *de pact. nupt.* 2. *tom. claus.* 5. *gloſſ.* 8. *p.* 1. *n.* 8. *&* 9. *cum* 5. *ſeq.* ubi hanc ampliationem ſequitur, quando filia dotata per ſtatutum, aut renuntiationem à ſucceſſione parentum excluditur; & vide eum ibi. *claus.* 9. *gloſſ.* 9. *p.* 1. *num.* 18. 27. 33. *&* 34. & quæ diximus in Addit. *Gloſſ. anteced. num....* & *Gloſſ. ſeq. à n.* 135. ex quibus hanc quæſtionem ceſſare advertit Fontanel. *in dict. claus.* 9. *num.* 25. *in fin.*

5 Amplia 4. quando filia fuit dotata, ut nuberet, & hæreditati paternæ non renuntiavit, ſi pater congruè filiam non dotaverit juxta facultates quas habebat, & ſecundum qualitatem perſonarum, & morem regionis, & filia egerit ad ſupplementum dotis, quia inſpicienda ſunt bona, quæ pater tempore dotationis habebat. Vide *gloſſ. ſeq.*

6 Stat. Pacif. *poſt tract. de Salvi. interd. deciſ.* 160. *in codic. addit.* ubi adducit differentiam inter ſupplementum dotis, & ſupplementum legitimæ, ut primum ante mortem patris peti poſſit inſpectis bonis tempore dotationis, ſecundum poſt illius mortem attento valore bonorum tempore mortis. Fontanell. *d. gloſſ.* 8. *p.* 1. *num.* 13. & vide *infrà*, & de aliis differentiis inter dotem, & legitimam, vide Fab. *definit.* 19. *ubi ſuprà*, ubi ſeptem enumerat, & Menoch. alias 7. ſcripſit *de arbitr. caſu* 149. *n.* 28. *cum* 5. *ſeq.* Quando filia agit ad reſciſſionem renuntiationis, & ad ſupplementum dotis nihil eſt, quod ei impediat agere in vita patris, ſi exiſtimat minus juſto fuiſſe ſibi pro dote datum. Joſeph. Ludov. *deciſ. Peruſ.* 21. *n.* 53. *&* 54. Anton. Sola, *tit. de alien. bono. mino. & mulie. gloſſ.* 2. *n.* 13. Fontanell. *d. claus.* 5. *gloſſ.* 9. *n.* 12. *in fin. &* *d. claus.* 9. *gloſſ. unic. part.* 1. *n.* 27. *&* 28.

7 Intellige quoad inſpiciendum, an filia fuerit læſa, vel non, & quoad ſupplementum dotis, inſpici valorem bonorum, quæ pater tempore dotationis habebat, ſi filia incongruè dotata reperitur, & filia reſpectu eorum bonorum ſupplementum dotis ſtatim petere poterit; ſupplementum vero legitimæ inſpecto valore bonorum, quæ pater tempore mortis reliquit, & in hoc caſu perinde haberi debet, ac ſi non fuiſſet dotata, *l. quoties, ff. qui ſatisd. cog. l. Julianus,* §. 1. *ff. de verb. oblig.*

Non enim ſufficit patrem filiæ dotem dare, ſed 8
oportet eum dotem congruam præſtare, ut ab onere dotandi liberetur. Crotus, *in l. ſtipulatio hoc modo, num.* 25. *de verb. obligat.* Cæphal. *conſ.* 501. *num.* 11. Mantic. *de tacit. convent. lib.* 12. *tit.* 24. *à num.* 8. *verſ. aut vero filia.* Caſtill. *quotid. lib.* 3. *c.* 2. *num.* 88. *&* 89. Fontanell. *de pact. nupt. dict. claus.* 9. *p.* 1. *num.* 41. *&* 42. ubi dicit, quod ſi filia fuit incongruè dotata, & pater teſtatus deceſſit, poteſt ſupplementum legitimæ conſequi; ac ſi nulla renuntiatio facta eſſet, & ſi pater inteſtatus obiit, quòd ſuccedet cum fratribus in virili portione ab inteſtato. Faber, *in ſuo Cod. lib.* 1. *tit.* 2. *de pactis, definit.* 8. *& lib.* 3. *tit.* 19. *definit.* 23. Carol. Put. *in conſ. unic. poſt conſ. Sfor. lib.* 1. *n.* 67. Maynar. *deciſ. Tholoſ.* 20. *num.* 1. *&* 2. *lib.* 4. & ſic in Senatu Cathal. obſervari teſtatur Fontanell. *dict. num.* 42.

Et idem eſt dicendum, quando filia ſimpliciter 9
fuit dotata, ut nuberet, & ipſa ſucceſſioni patris non renuntiavit, quæ ut diximus in vita patris poteſt agere ad ſupplementum dotis; & eo mortuo ad ſupplementum legitimæ ſecundum facultates, quas eo tempore reliquit: & hic eſt caſus, in quo filiæ poſſunt integram legitimam petere, & in quo verificatur juris diſpoſitio percipiens imputationem faciendam, ut docet Fab. *de error. decad.* 13. *error.* 4. *num.* 1. *& in d. definit.* 23. ubi poſtquam hanc opinionem probavit, *in num.* 30. etiam in omni caſu non improbabiliter dici poſſe inquit quod tempus mortis inſpiciendum ſit. Stat. Pacif. *in dict. deciſ.* 160. de hac materia, vide Addita ad Gloſſ. *6. l.* 3. & *ad gloſſ. ſequent.*

Limita 1. doctrinam hujus gloſſ. niſi traditio rei, 10
& executio contractus in futurum conferatur: nam tunc non tempus contractus, ſed traditionis attendi debet, & reſpectu illius temporis valor eſt conſiderandus, ex Panormit. *in c. in civitate, n.* 3. *de uſur.* Burgenſ. *in c. cum dilecti, de empt. ſuper gloſſ.* 2. *num.* 36. Pariſ. *conſ. ult. num.* 26. *lib.* 2. Pinel. *in l.* 2. *C. de reſcin. vend.* 3. *p. c. fin. n.* 16. Surd. *conſ.* 52. *n.* 49. *&* 50. Maſcard. *de probat. concluſ.* 1403. *n.* 30. Mantic. *de tacit. convent. lib.* 4. *tit.* 20. *n.* 5. Matienz. *in l.* 1. *tit.* 11. *lib.* 5. *recomp. gloſſ.* 4. *n.* 3. Guttier. *de gabell. q.* 147. *in fin.*

Limita 2. in contractu conditionali, etſi in aliud 11
tempus conferatur: nam tunc tempus, in quo diſpoſitio confertur, inſpiciendum eſt, *l. Stichum,* 39. *ff. de manu. teſt. l. quod ſponſa,* 4. *Cod. de donat. ante nupt.* Faber, *d. defin.* 23. *n.* 16.

Limita 3. in contractibus, qui habent effectum 12
ſucceſſivum reſpicientem futura tempora, qui licet à principio non contineant læſionem, ſi incipiunt eam continere, habito reſpectu ad tempus poſt contractum, reſcindi poterunt. Natta, *conſ.* 548. *num.* 36. ubi latè, Rimin. Jun. 59. *num.* 72. *cum ſeq.* Decius, 334. *per tot.* Roland. 1. *lib.* 2. *à num.* 168. ubi multis modis exemplificat, & alios adducit. Seraphin. *de privileg. juram. privileg.* 83. *num.* 95. Pinell. *in l.* 2. 2. *p. c.* 1. *num.* 27. Theſaur. *deciſ.* 226. Tuſch. *litt. L. concl.* 295. *num.* 19. *&* 20. Cancer. *lib.* 2. *c.* 1. *n.* 253. ubi alios refert, & ita declarat in ſolutionibus penſionum, quæ in frumento,

&

& oleo solvebantur, quia multo plus res illæ tunc valebant quam tempore contractus, & ita Supremus Senatus ad fiscalis petitionem declaravit adfuisse læsionem in juribus, vulgò *juros de pan*, eo quòd tempore, quo fuerunt imposita, triticum minus æstimatur, & ad æqualitatem fuere redacta.

13 Ex qua resolutione infertur primò, quòd obligatus ad coquendum panem alicui, & ejus familiæ pro certa pensione, si postea crevit familia in tantum, quod ille remaneat multum læsus, & gravatus, poterit agere, ut à tali onere relevetur. Decius, *num.* 2. *ubi suprà*, quem vide *& consil.* 311. Menoch. 97. *num.* 143. Cæpola, *de servit. urban. prad. c.* 10. *de furno.* Tuschus, *in dict. num.* 19. Thesaur. *decis.* 226. *num.* 2. ubi hujusmodi contractum judicem ad æqualitatem reducere posse inquit, alios allegat Additionat. Decii, *ubi suprà.*

14 Infertur 2. quòd conventio facta inter duas universitates, quod duæ partes fructuum, & onerum solvantur per homines civitatis, & alia tertia pars per homines villarum, si ob paupertatem civibus, vel hominibus villarum dicta conventio incipit esse læsiva, potest ex capite læsionis rescindi, habita consideratione ad tempus præsens, non obstante quòd tempore conventionis æqualis fuerit, & multis temporibus observata, & obtineri quod contributio functionum fiat per æs, & libram. Dec. *in dict. consil.* 334. *per tot.* Ursil. *ad Afflict. decis.* 190. ubi pro hac illatione multa tradit, quod nota in praxi, nam sæpe de facto contigit in conventionibus factis super incapitationibus gabellarum.

15 Infertur 3. quod privilegia, & immunitates concessæ, etsi à principio justæ dici possint, si ex causis supervenientibus incipiunt graviter lædere, possunt revocari. Roland. *cons.* 1. *à num.* 168.

16 Infertur 4. ad contractus emphyteusis, vel ad locationes longi temporis, quæ, etsi à principio justa pensione celebratæ sint, si ex post facto temporis cursu læsivæ sint, rescissioni locus erit ex Pinell. *in d. l.* 2. 2. *p. c.* 1. *num.* 27. de quo vide Addit. ad Gloss. 4.

17 Valor rei in tempore contractus probatus dicitur, quando testes deponunt, quod anno præterito res vendita tanti æstimabatur, & valebat justa, & communi æstimatione, quia tunc in immobilibus præsumptivè valor probatur, & testes illativè concludant de tempore contractus: nam, in brevi tempore in rebus stabilibus mutatio notabilis in pretio non contingit, nisi aliud probetur ex Bald. quem Gloss. *hic* refert, cui adde Salycet. *vers. quæro an hæc.* Castrens. *num.* 4. *in d. l.* 2. *C. de rescind. vend.* Alexand. *cons.* 133. *num.* 9 *lib.* 3. ubi ex Bald. & aliis dicit, quod valor unius temporis non censetur mutatus quando inter unum tempus, & aliud non interponitur intervallum temporis decennii; & idem docent alii plures DD. si casus aliquis non successerit, qui pretium mutari faciat, ut bellum, pestis, vel timor mutationis monetarum cum amissione alicujus partis, ut expertum est his temporibus. Barz. *decis. Bmon.* 22. *num.* 15. *& 16.* ubi dicit quod mutatio est facti, & non præsumitur. Alexand. Ludovic. *decis.* 553. *num.* 5. & *ibi* Beltram. 15. ubi ex alia Rotæ *decis.* quam refert, dicit, quòd valor bonorum stabilium intra decennium non præsumitur mutatus, nisi probetur causa extrinseca; puta belli, vel pestis, cui resolutioni non assentit Valasc. *consult.* 43. *num.* 28. Farinac. *decis.* 248. *num.* 1. *in novissim.*

Sed judicis arbitrio relinquendum esse, an hæc probatio sufficiens, & concludens sit quoad tempus contractus, docet Gloss. *hic*, cui adde Matienz. *in gloss.* 4. *l.* 1. *tit.* 11. *lib.* 5. *recompil.* & *ibi* Azeved. *num.* 12. ubi dicit, quod debet probari valor habitus tempore contractus, non verò postea, nisi esset tam parvi temporis lapsus, ut venditæ rei immobilis pretium manifestè conjecturari posset non esse mutatum, & quod non arbitraretur tempus unius anni esse considerandum, sed multo minus, quod discretus Judex arbitrabitur, etsi judex esset aut communem servaret, aut suum arbitrium aliqua certificationis informatione justificaret, & eam sequitur Guttier. *de gabellis, q.* 147. *num.* 19. & 20. Mascard. *de probat. concl.* 1403. *num.* 32. dicit, quod Judicis arbitrio relinquitur. 18

Amplia ea, quæ diximus de testibus, qui deponunt, quod anno præterito res valebat tantum ad testes, qui deponunt de valore rei secundum præsens tempus, quando modicum intervallum cessit inter tempus contractus, & præsens; si testes dicant in eadem bonitate, quam nunc habet, emptori traditam fuisse, aliàs de tempore præsenti, ad præteritum non infertur. Surd. *dict. cons.* 151. *n.* 71. Gratian. *d. c.* 76. *n.* 42.

Limita hanc doctrinam sic ampliatam in rebus mobilibus, præsertim victualibus; quia testes, ut probent, debent facere mentionem de tempore contractus, quia in his facilè, & intra paucos dies pretia variantur, ut experientia docet, & non debent se referre in specie ad diem contractus, vel ad illam hebdomadam; sed ad plures dies ante, & post, ne sequatur absurdum, quòd pretium consistat in momento temporis, cujus æstimatio non attenditur, ex Gloss. & Bart. *in l.* 2. *Cod. de rescind. vend.* Salyc. *num.* 32. Ancharr. *num.* 250. *ibi*, Boër. *decis.* 68. *num.* 6. Matienz. *num.* 4. & Azeved. *n.* 12. Valasc. *num.* 28. *vers. si vero agitur.* Joan. Guttier. *num.* 21. & 22. *ubi suprà*, ubi dicit cautum debere esse Advocatum, ut ad tempus instan non se restringat, sed dicat, quod communiter ea res valuit tantum tempore venditionis ante, & post, *l. pretia rerum*, 63. §. *nonnullum*, *ff. ad leg. Falcid.* Alex. *num.* 10. & Imol. *vers. etsi dicat quod tali die.* Bart. *in l. unica, n.* 32. *C. de sentent. quæ pro eo quod interest.* Angel. *in l. Falcidia*, 62. §. *corpora, num.* 2. Castrens. *num.* 1. *ff. ad leg. Falcid.* Gabr. *de empt. concl.* 1. *n.* 49. Afflict. *decis.* 316. *n.* 6. Pantal. de Crem. *in l.* 2. *C. de rescind. vend. num.* 243. Mascard. *concl.* 657. *n.* 67. & 659. *n.* 2. & 1403. *n.* 36. Matienz. *in d. n.* 4. Valasc. *n.* 28. *vers. si vero agatur.* Guttier. *n.* 22. Gratian. *discept. c.* 461. *n.* 1. & 3. ubi alios adducit, & vide Addit. ad Gloss. 2. *l.* 8. *tit.* 1. *suprà*, & *infra ad gloss. seq.* 19

In rebus vero immobilibus verior est opinio, quod non requiratur ista probatio anterioris, vel posterioris temporis, sed sufficiat, quòd tempus conventionis inspiciatur, & de eo articuletur, & testes deponant, quia jura ad illud tantum se referunt, *l.* 2. *l. si voluntate, C. de rescind. vend. l. ult.* §. *si in justo pretio, ff. de adminis. tutor. c. causam, c. cum delect. de empt. l.* 2. §. *Divi fratres, ff. de jure fisci.* Cagnol. *in d. l.* 2. Cacheran. *decis.* 41. *num.* 5. Paris. *cons.* 16. *num.* 83. *lib.* 2. Caputaq. *decis.* 264. *num.* 9. *p.* 3. Cravet. *cons.* 114. *num.* 16. Menoch. 358. *n.* 13. *lib.* ... Surd. 151. *n.* 71. Cæphal. 403. *n.* 42. *lib.* 3. Mantic. *de tacit. connub. lib.* 4. *tit.* 20. *num.* 51. ubi alios citat. 20

Contrariam opinionem, quod etiam in bonis immobilibus probatio valoris non solum debeat fieri 21

fieri de tempore conventionis, & contractus, sed de posteriore, & anteriore, ne probatio æstimationis consistat in momento temporis, ut *suprà* diximus,& tradit Gratian. *num.* 5. *ubi suprà*, quia simul stare possunt,quod probatio fiat de tempore anteriore, & posteriore, & quòd valor rei inspiciatur tempore contractus,ut Rotam respondisse,*decis.* 65. *num.* 15. *p.* 2. *divers.* & contra Cagnol. & alios sæpè testatur *num.* 6. 7. & 8. vide Mascard. *conclus.* 657. *à num.* 64. Farin. *decis.* 648. *n.* 4. & *decis.* 256. *num.* 2. *lib.* 2. *decis. criminal. & in novissi.* 65. *num.* 13. & 14. 2. *p.* Pinell. *in d. l.* 2. *Cod. de rescind. vend.* 3. *p. c. fin. num.* 8. ubi hanc traditionem non esse tutam dicit.

22 Judex si velit, quoad referendos testes ad tempus contractus, potest officium suum interponere, & eos ex officio su interrogare, an de tali tempore intellexerunt,ne justitia partis pereat,ut ex Bart, *in l. si quod Pamphilia, ff. de leg.* 2. voluit Pinell. *num.* 15. *in fin.* ubi se refert *ad num.* 7. Matienz. *in l.* 1. *tit.* 11. *lib.* 5. *recomp. glos.* 2. *num.* 19. *in fin.* Valasc. *consult.* 43. *in fin.* Guttier. *d. q.* 147. *n.* 22. & vide Add. *ad glos. seq. à n.*...

23 De argumento à communiter accidentibus,quo Glos. & DD. utuntur ad probandum, quod valor rei immobilis brevi tempore non mutatur. Vide Addit. *ad glos. l.*...

SUMMARIUM.

1 *Pretium cujusque rei aut legitimum, aut naturale est.*

Et triplex pretium in re consideratur, num. 2. 3. 4. 5. & 6.

7 *Res an valeat quantum vendi possit, & n.* 15.

8 *Valor rei ex quantitate fructuum & redituum,qui præstantur per* 20. *an deductis expensis, n.* 10.

Secus in domibus, num. 14.

Et in æstimatione jurisdictionis, & castri, num. 16.

9 *Æstimatio fructuum quomodo possit fieri, & quo tempore, num.* 11.

Ex locationibus an probentur,& computatio quomodo fiet, n. 12. 13.

17 *Ex instrumentis venditionum ejusdem rei, & similium probantur.*

Et an requirantur multa, n. 18. *usque ad* 21.

22 *Item ex judicis declaratione.*

23 *Item per æstimatores,& quot debeant eligi, num.* 24. *usque ad* 37.

Et quis ordo servetur, n. 38. 44. & 45.

An debeant jurare, n. 39. *usque ad* 43.

Dies in qua res sunt videndæ an debeat assignari & citari partes, n. 44. *usque ad* 47.

Et quomodo debeant declarare, n. 54. & 55.

Et an debeant reddere rationem, n. 65.

Et officium an possint compelli acceptare? & an plus eis credatur, quam testibus, n. 56.

An possint recusari absque expressione causæ, n. 49. *usque ad* 53.

Partes an possint malè declarasse allegare, & cui incumbat probatio, n. 57. & 58.

Et an possint eligi alii,& sit locus tertii electioni, n. 59. & 60.

In taxatione si sint varii quomodo ad concordiam reducantur, & quæ summa dicatur probata, n. 158. *usque ad* 168.

61 *Testibus valor rei probatur, & an debeant reddere rationem, & qualem, num.* 62. *usque ad* 67.

Si non reddant, an de communi æstimatione, an de affectione propria videantur deponere? & an probent, 68. & 69.

Et quid si de communi sit articulatum, num. 70. & 71.

72 *Judex publicatis attestationibus, an possit testibus de ratione interrogare, & de propositis in judicio, & qui obscurè deposuerunt repetere, & an interrogationes omissas per partes, ut non pereat justitia, & an hoc possit facere ad petitionem partis, n.* 73.

Ex officio an possit rem inspicere, & se de valore informare, & pars ejus officium implorare, n. 74.

Et si ob testium varietatem sit perplexus, an possit ex utraque parte digniores testes sumere ad inspiciendam rem, & ibi videre in qua conveniunt, n. 78.

75 *Pars, si non probet interesse, seu melioramenta in termino, potest officium judicis implorare, ut æstimet.*

Idem si quantitas non est liquida, & assignatur alia praxis, n. 76. 77. & 79.

80 *Testes deponentes de suo judicio, seu de auditu, seu quia sibi videtur, seu quia tantum darent, an probent rei valorem, num.* 81. *usque ad* 84.

Si duo de fama publica, alter de vero valore, an sit plena probatio, n. 85.

86 *In probando rei valore ad agendum ex læsione, qualitas eum augens, seu minuens debet attendi, ut si non possit cavere de evictione, num.* 87.

Bona conditio emptoris, num. 88.

Exigendi difficultas, num. 89.

Si est litigiosa, num. 90.

Vicinus rixosus, num. 91.

Si pars vendatur, num. 92.

Negligentia culturæ, num. 93.

Si est obnoxia periculis, num. 95.

Ratione oneris, num. 96.

Qualitas emphyteusis, num. 97.

Pactum retrovendendi, num. 98.

Census, & debitum liquidum, nisi cum onere cui est supposita vendatur, n. 99. & 100.

Et quando veniat hypotheca in consideratione, ut valor minuatur, n. 101. 102. & 103.

Ratione pestis, seu belli, n. 104.

Gabella,& expensæ quando minuant, num. 105. 106. 107. & 108.

Necessitas expellendi præpotentem, n. 109.

94 *Actio minus æstimatur, quàm res.*

100 *Fundus plus æstimatur, quando cum fructibus pendentibus venditur.*

Ancilla prægnans, an plus æstimetur, n. 111.

Res vicina civitati plus æstimatur, n. 112.

Ratione dilatæ solutionis pretium augetur, num. 113.

114 *Thesaurus inventus post venditionem, an augeat rei valorem.*

115 *Valor non dicitur probatus tacitis qualitatibus quæ eum augent, vel minuunt.*

116 *Valor rerum mobilium testibus probatur.*

Et quomodo articuletur, n. 117.

118 *Valor ad probandam læsionem an tempus contractus, an traditionis sit inspiciendum.*

119 *In locatione, quæ dicatur justa pensio, n.* 120. *usque ad* 123.

Et quid in locatione redituum, seu beneficii, num. 124.

125 *Læsio in re vendita, seu locata, quæ pendet ex futuro eventu, quomodo probetur in assecuratione? num.* 126.
Quando pro fidejussione pretium accipitur, num. 127.
In æstimatione herbarum, n. 128.
129 *Pensionis læsio, ut cognoscatur, qualitas augens, seu minuens eam, est consideranda, ut obligatio portandæ pensionis, nisi sit in pecunia, & intra civitatem.*
Renuntiatio fori, casuum fortuitorum, sterilitatis, n. 130. 131.
132 *Læsio in emphyteusis contractu quomodo probetur in transactione, n.* 133.
In venditione ususfructus majoratus, & in pacto, ut quantitate accepta alterum alat, num. 134.
In æstimatione dotis, n. 135.
In dotatione sororis, & si est minor, an possit restitui, n. 136.
137 *Filia quid debeat articulare, si incongruè dotatam & læsam se esse dicat, & ut dos esse incongrua cognoscatur, an ad bona, quæ tempore dotationis pater habebat, & an dotem parem legitimæ, aut non, n.* 138.
Et consuetudo regionis, n. 139.
Et patris in aliis dotandis debet probari, n. 140.
Dos filiæ Monachæ quanta debeat esse, num. 141.
Et quanta filiarum illegitimarum: & an hæc obligatio transeat ad hæredes patris, n. 142.
Et an stupratam filiam teneatur dotare, n. 143.
Danda ab stuprature quanta debeat esse, num. 144.
De materia stupri, & obligatione donandi, num 145.
146 *Læsio in divisione ex ipsis actibus, & processu partitionis debet constare.*
147 *Si testes in probando valore sint discordes, quibus plus credatur, n.* 148. & 149. & 150.
Si sint singulares deponentes de diversis summis quæ summa probata dicatur, num. 151. *usque ad* 156.
Ad cognoscendos fructus, qui in fundo colligumtur, fructuum trium annorum sit coacervatio, num. 157.

ADDIT. GLOS. VI.

1 AD Gloss. 6. *hic* agitur de probatione justi pretii, seu valoris rei venditæ, & remittit se ad Gloss. & DD. *in l.* 2. *Cod. de rescind. vend.* ubi latissimè de hac materia scripserunt.

2 Pro explicatione hujus materiæ præmitte, quòd pretium cujuscumque rei, aut est legitimum, aut naturale: legitimum est, quod à lege Republica, vel à Judice taxatum est, ultra quod non licet aliquid etiam in minima quantitate recipere, & excessus, si non est parva materia, inducit culpam læthalem; de quo vide Addita ad Gloss. 4. *l.* 3. *suprà.* Etsi ultra illud aliquid fuerit solutum, potest repeti tanquam indebite solutum, in quacumque quantitate sit. Suar. *ad Gomez.* 2. *tom. var. cap.* 2. *in fin.*

3 Naturale pretium est arbitrarium, nulla lege coarctatum, quod non consistit in puncto indivisibili, ut de legitimo diximus: & † ideo à DD. triplex cujuscunque rei pretium consideratur, aliud medium, aliud infimum, aliud supremum; quia vix contingere potest, quòd res valeat centum, quin plus valeat, vel minus: erit igitur in hoc casu † pretium supremum centum, & 5
4 quinque, & infimum nonaginta, & quinque, & in hoc triplici pretio iniquitas consistere nequit, & intra hos limites licitè emitur, & venditur in foro conscientiæ, ut diximus *in dict. Addit. gloss.* 4. *l.* 3.

Pretium vero justum cujusque rei tantum dicitur esse, quantum absque fraude, & injuria communiter homini scienti ejus conditionem, nec ad 6
eam affectionem habenti vendi potest, quia non ex affectione cujuslibet, aut sumptu pretium constat, sed ex communi hominum æstimatione, ut latè *in dict. Gloss.* 4. Plures affectionis causas tradit Pantaleo. *in d. l.* 2. *C. de rescind. vend. n.* 318. & ex eo decem refert Mascard. *d. probat. conclus.* 657. *num.* 38. & 39.

Cui resolutioni non obstat, quòd tantum dicitur res valere, quantum vendi potest, *l. pretia rerum, ff. ad leg. Falcid. l. si furiosus, ff. de condict. furt.* & *ibi* Gloss. *verb. invenerit*, & Bart. *num.* 7. *l. in leg. Falcidia, vers. Proculus, l. in quantitate*, §. *magna, l. quærebatur*, 71. *ff. ad l. Falcid. l.* 1. §. *si hæres percepto fundo*, ubi Bart. *ff. ad Trebell. l. mortis causa*, §. *fin.* & *ibi* Bart. *ff. de donat. causa mortis.* Bald. *in l.* 1. *Cod. de prædi. curia lib.* 10. March. *decis.* 484. *num.* 17. 1. *p.* Perez. *in l.* 2. *tit.* 25. *lib.* 2. *ordina. col.* 6. *versic. sed huic.* Peregrin. *de jur. fisc. lib.* 6. *tit.* 5. *num.* 8. *versic. nonnulli.* Menoch. *cons.* 137. *num.* 4. *lib.* 2. Mastrill. *decis.* 17. *num.* 19. & *decis.* 33. *num.* 8. Quia hæc doctrina procedit, quando scienti, & intelligenti rei conditionem venderetur, non vero quando egeno, & in necessitate posito. March. & Perez. *ubi suprà, versic. item est intelligenda.* Thesaur. *lib.* 2. *quæst.* 14. *num.* 11. alias declarationes tradit Pereti. scilicet quòd procedit secluså fraude, & dolo, vel quòd valet tantum, quantum vendi potest secundum æstimationem juridicam; alias etiam affert Ricc. *collect.* 916. ubi dicit, quòd primo debet inspici, quanto vendi poterit in publico foro, ex Afflict. *decis.* 23. *n.* 316. Rot. Genu. 146. *n.* 6. 7

Quibus suppositis justum pretium rerum im- 8
mobilium probatur ex sequentibus: Primo ex fructibus, vel reditibus, quia justus rei valor esse dicitur, qui ex reditibus, & valore fructuum vi- 9
ginti annorum simul collectis deductis expensis conficitur, ex Gloss. *verb. justa, in authent. perpetua, C. de sacrosc. Eccles.* & *ibi* Salic. *q. pen.* Angel. Fulgos. & Castr. Bald. *cons.* 323. *in fin. lib.* 2. Roman. 284. *n. fin.* Jas. *in l. si fundum per fideic. num.* 5. *vers. item adde, ff. deleg.* 1. Afflict. *decis.* 234. *n. fin.* Guid. Pap. *cons.* 180. & 938. Tiraq. *de retract. lign.* §. 1. *gloss.* 7. *num.* 19. Corn. *cons.* 265. *lib.* 1. Cagnol. *in l.* 1. *C. de rescind. vend. num.* 231. *vers. utrunque.* Rebuff. *in l. uni. vers. subtilitatem, num.* 55. *C. de sentent. quæ pro eo quod.* Capol. *de simil. contract.* 3. *casu, præsumpt.* 3. Castr. *cons.* 289. *lib.* 1. Natta 489. *n.* 11. Rip. *resp.* 1. *num.* 6. *de oblig. vol.* 2. Cravet. 813. *n.* 4. & 145. *num.* 8. & 189. *n.* 6. *in fin.* Coler. *de process. execut. p.* 3. *c.* 9. *num.* 150. Covarr. *lib.* 3. *var. c.* 9. *n.* 5. ubi pro ea expendit text. *in authent. de aliena.* §. *si vero alicujus*, ubi res Ecclesiæ in emphyteusim 10
pro ea pensione, quæ in viginti annis faciat æstimationem totius rei, dari permittitur, & contra eam expendit, *authent. de alienat. & emphyteut.* §. *sanctissimis*, ubi pretium fundi, ut æquivaleat 11
pensionibus 50. annorum, & opinionem dictæ Gloss. *in authentic. perpetua*, veram omninò non

esse resolvit, *& dict.* §. *si vero*, eam non probare, & merito allegationem, *d.* §. fuisse à Covarr. reprobatam, inquit Valasc. *de jure emphyteut. q.* 11. *num.* 2. *vers. sed tu*, & si ratio ab eo tradita non sit efficax, ut ipse notat Roderic. *de ann. red. lib.* 1. *quæst.* 6. *num.* 25. communem falsam appellat, & non esse determinatum de jure communi justum pretium fundorum.

Sed communem non esse omninò refutandam, inquit Covarr. *ubi suprà*, & eam sequuntur Pinell. *in l.* 2. *C. de rescind. vend.* 3. *p. c. fin. num.* 28. *&* 29. ubi receptam dicit. Menoch. *cons.* 343. *num.* 24. *&* 358. *num.* 20. *lib.* 4. Cæphal. 412. *num.* 61. Mantic. *de tacit. conven. lib.* 4. *tit.* 20. *n.* 10. *&* 12. Decian. *cons.* 2. *n.* 174. *vol.* 1. *&* 32. *n.* 68. *vol.* 2. Carroc. *locat. & conducti, q.* 3. *princ. de simil. locationis, cap. de rescind. locat. num.* 15. Mascard. *de probat. conclus.* 652. *n.* 3. ubi alios laudat. Cavalcan. *decis.* 1. *num.* 2. *p.* 2. ubi multos refert. Garcia, *de expens. & melio. c.* 4. *n.* 19. *& c.* 9. *n.* 79. Gratian. *discept. c.* 461. *num.* 24. *& c.* 545. *n.* 13. *& n. seq.* respondet ad *l. si quis argentum, §. sin autem. C. de donat.* dicens ibi favore donatoris calculationem ad rationem quindecim annorum fieri, *& cap.* 752. *n.* 47. ubi duas Rotæ decis. allegat. Fontanell. *de pact. nupt. claus.* 4. *glos.* 18. 1. *p. à num.* 49. & *in num.* 60. dicit justum rei valorem esse, quem valor redituum, & fructuum viginti annorum conficit, & idem approbat Rota apud Alexand. Ludov. *decis.* 553. *num.* 8. Faber, *in lib.* 4. *Cod. tit. de rescind. vend.* 30. *defin.* 2. *n.* 4. ubi hanc certiorem probationem esse dicit.

9 Faciunt pro hac doctrina tradita in addit. ad Glos. 3. *l.* 11. *tit.* 15. *infr.* ibi de probatione perceptorum, & an eorum taxatio ad rationem quinque pro centenario valoris fundi, vel rei; de cujus fructibus dubitatur, fieri possit.

10 Ex quibus sequitur cumulatione fructuum 20. annorum concludenter non probari rei verum valorem, sed præsumptivè & conjecturaliter ex *suprà* traditis, & hæc probatio est subsidiaria, quando aliter valor rei non potest probari, & cum Bart. & Crem. tradit Mascard. *num.* 4. Fontanell. *num.* 59. *ubi suprà.*

11 Fructus in hoc casu de tempore, quo æstimatio est facienda, præcisè probari debent, & non sufficit allegare, & probare, quòd tot fructus soliti sunt colligi. Cremens. *in d. l.* 2. *num.* 222. Mascard. *d. conclus.* 652. *num.* 5. Pinell. *d. l.* 2. 3. *p. c.* 4. *num.* 29. *in fin.*

12 Nec ex locationibus fructuum perceptionem probare sufficiet, quia ex eis verus annuus fructus non probatur, cum fieri possit, ut quis locet pro minori pretio ratione amicitiæ, vel parentelæ, vel miserationis causa, vel quia negotia sua gerere scit, vel quòd quis conducat pluris propter affectionem & alias causas, & satisfit, quòd aliquid fuerit possibile. Farin. *centur.* 7. *decis.* 172. *in noviter novissi.* 8. *part.* Rota, *detis.* 116. 2. *p. novissi. num.* 1. *&* 3. Cassador. *decis.* 20. *de probat.* Gratian. *discept. c.* 600. *num.* 4. Alexand. Ludovis. *decis.* 553 *num.* 6. ubi alios refert, *& decis.* 101. *num.* 1. ubi ex locatione non probari justum pretium rei fuit resolutum, & *ibi*, Beltram. ampliat, etiam si locationes sint geminatæ, nisi concurrant alia adminicula, *& decis.* 570. *num.* 7. Gomez. *in regula cancell. de valore exprim. in impetratione benef. q.* 11. ubi resolvit, rei valorem ex conductionibus non probari, sed excusare à pœna illius regulæ, si plures sint locationes, & cum eis fama publica, & quod producantur aliquæ Bullæ expeditæ sub illo valore, & quoad excusationem à pœna 5 idem resolvit Rota, *in dict. decis.* 116. *num.* 4. *in* 2. *part. novissim.* Beltramin. *in dict. decis.* 101. *num.* 6. ubi ex aliis Rotæ decis. comprobat.

Computatio in hoc casu est facienda, secundum 13
eam quantitatem fructuum, qui in tribus proximioribus annis sunt collecti, *argum. l. quicumque, C. de apochis publ. lib.* 20. Afflict. *lib.* 2. *de feud. tit. per quos fiet investitura, §. sed & res, num.* 40. seque vidisse in praxi observari testatur, & Pinell. *in l.* 2. *C. de rescind. vend.* 3. *p. c. ult. num.* 30. Mantic. *de tacit. convent. lib.* 4. *tit.* 20. *num.* 11. Garc. *de expens. & meliorar. c.* 24. *num.* 14. ubi ex fructibus trium annorum coacervatis, & postea in partes divisis unius anni reditum agnosci inquit *ex l. si fundum, cum sequent. ff. mandati.* Coler. *ubi suprà*, *num.* 153. *&* 154. & ex libris rationum probari ait, & quando deiunt libri rationum *in num.* 156. aliam praxim assignat.

Limita 1. communem opinionem in domibus, 14
& ædificiis, in quibus ex reditibus non probatur pretium, ut docent Natta *cons.* 332. *n.* 4. Surd. 151. *num.* 70. Alex. Ludovis. *decis.* 553. *num.* 7. *& ibi* Beltramin. *num.* 16. ubi pro ea aliam Rotæ decis. refert. Farin. *decis.* 357. *num.* 3. *lib.* 2. *decis. crim. & consil.* Gratian. *discept. c.* 60. *num.* 3. 4. *&* 5. sic resolvit tenendum. Mantic. *num.* 14. ubi dicit, quòd æstimatio est facienda non solum reditum, sed etiam ædificiorum cum suis circumstantiis. Contrariam, quòd ex fructibus res sit æstimanda, etiam si sit Turris, vel Castellum, vel aliud ædificium, tenet Rimin. Jun. *cons.* 316. *n.* 6. Platea, *in l.* 2. *C. de prædiis navicul. lib.* 11. *vers. & nota hic text.* Jas. *in §. sed si quis, n.* 11. *instit. de actio. & in l. si constante, n.* 110. *ff. solut. matrim.* Anchar. Ferrar. & alii, quos refert Tiraq. *de retract. conv. §.* 7. *glos.* 1. *num.* 9. Pinell. *in d. l.* 2. 3. *p. c.* 4. *n.* 28. *vers. sic alibi*, & probatur *ex l. si quos, C. de rescind. vend.* ubi Bart. & Angel. *l. si fundum per fideicommiss. & ibi* Glos. & Jas. *ff. de legat.* 1. *l. qui bonis decessio bonor.*

Sed his non obstantibus non potest negari, quin 15
ædificiorum habenda sit etiam consideratio, ut inquit Mantic. *num.* 15. *ubi suprà*, Garcia, *de expens. cap.* 4. *num.* 19. *vers. adverte.* Gratian. *num.* 5. & alios adducit, & idem Faber. *in C. lib.* 4. *tit.* 30. *de rescind. vend. num.* 4. *in glos.* per Fontanell. *de pact. nupt. claus.* 4. *glos.* 18. *dict. num.* 54. ubi constituit differentiam inter res pretiosas, quæ nullius, aut modici sunt fructus, & eas, quæ plurimi: & in primo casu ad videndum, quis sit justus rei valor, necessariam esse subtilem per peritos æstimationem nulla fructuum habita ratione: In secundo vero casu ex fructibus, & reditibus annualibus valorem dijudicari posse docet ex Aretin. Oliva, *in §. si quis agens, de act. num.* 9. In rebus enim fructus non ferentibus tantum res dicitur valere, quantum vendi potest, *l. si servus, ff. de condict. furt.* Marcus, *decis.* 484. *n.* 13. de quo *supr.*

Limita 2. in æstimatione jurisdictionis, & castri, 16
quia istæ res majori pretio sunt dignæ, quàm sunt earum reditus; tribuunt enim utilitatem, & dignitatem, ut colligitur *ex §. volumus, in auth. ut judices sine quoq. suffra. §. nos igitur. in authent. de defensore civitatum.* Mantic. *de tacit. conven. lib.* 4. *tit.* 20. *n.* 15. Garc. *de nobilit.*

Secundò, valor rei probatur ex instrumentis 17
venditionis ejusdem rei, si multa sint instrumenta intra breve tempus celebrata, quæ in pretio correspondeant: nam hoc casu plenè probant, veram esse rei æstimationem. Cagnolus, *in l.* 2.

C.

C. de rescind. vend. n. 233. Burſat. *conſ.* 99. *verſ. quinimo.* Maſcard. *concl.* 658. *num.* 1. *&* 8. ubi alios adducit, Cæphal. *conſ.* 261. *n.* 15.

18 Et ex inſtrumentis venditionum aliarum rerum ſimilium exiſtentium juxta rem venditam rei valor æſtimatur, ex Gloſſ. *in d. l.* 2. approbata per Bart. *ibi circa fin.* Maſcar. *num.* 9. Marc. *deciſ.* 844. *num.* 38. 1. *p.* Barz. *deciſ. Bonon.* 22. *num.* 14. Baptiſt. Lup. *in l.* 2. *§.* 5. *num.* 112. *verſ.* 2. *probatur*, *C. de pact. inter empt.* ubi adducit *l. pretia rerum*, 63. *§. fin. ff. ad l. Falcid.* à contrario ſenſu. Mard. *concluſ.* 1404. *n.* 34. Coler. *d. c.* 9. *num.* 247.

19 Ut hæc doctrina procedat, debet probari, quòd dicta bona contigua ſunt ejusdem qualitatis, & bonitatis cum terris, vel fundo, de cujus pretio probando agitur. Alex. *in leg. Falcidia*, *§. corpora*, *ff. ad leg. Falcid.* Cagnol. *verſ. quando producuntur.* Barz. *num.* 35. Mantic. *num.* 17. *ubi ſuprà.* Maſcard. *dict. concluſ.* 658. *num.* 11. Gratian. *diſcept. c.* 461. *num.* 14. Farin. 1. *p.* 1. *tom. deciſ.* 34. *num. fin. in noviſſ.* Et inſtrumenta ſimilium venditionum debent eſſe multa ad hoc, ut ex eis ſaltem præſumptivè probetur communis æſtimatio. Dec. *conſ.* 17. *num.* 32. *lib.* 2. Mantic. *num.* 18. Gratian. *num.* 15. Maſcard. *num.* 9. ubi ex Cagnol. *ubi ſuprà* tradit, in judicis arbitrio reſidere, quot venditiones eſſe oporteat. Et de proximo debent eſſe facta, ut diximus, & docent Maſcard. *num.* 10. Bald. *in l. unic. num.* 64. *C. de ſent. quæ pro eo.* Aretin. *in c. cum cauſa de teſtib.* Alex. *conſ.* 64. *num.* 3. *vol.* 2. Jaſ. 54. *num.* 21. *vol.* 1. ubi verba Baldi dicit ſingularia. Natta, 353. *n.* 3. Surd. 181. *num.* 21.

20 Pro contraria, ſcilicet ex inſtrumentis emptionis ejusdem rei, vel aliarum ſimilium, verum, & juſtum rei valorem non probari, quia in eis deceptio intervenire potuit, vel alia cauſa ex his, quæ notavimus ſup. text. *in l. ad reſcindendam*, & *ibi*, Gloſſ. *C. de reſcindend. vend. l.* 3. *§. Divi*, *ff. de jure fiſc.* nec ſufficit probare quantum res conſtitit, ſed quantum valeat. Bart. *in l. cum emptor*, *§. fin. de damn. infect.* Rebuff. *in d. l. unic. num.* 499. Valaſc. *conſult.* 43. *n.* 6. ubi non attendi ad labores, & pericula, ſed ſolum communem æſtimationem in loco ubi venditur, ait, Matienz. *in l.* 1. *tit.* 11. *lib.* 5. *recompil. gloſſ.* 2. *n.* 3. *&* 4. ubi alios adducit.

21 Has opiniones concordat Joſeph. Maſcard. *ubi ſuprà*, *num.* 7. dicens, primam intelligendam eſſe per inſtrumenta probari præſumptivè, non verò plenè, & ſubſtantialiter, ex Bald. *in l.* 2. *Cod. de reſcind. vend. num.* 27. & *ibi* DD. nam omni caſu illæ venditiones faciunt maximam conjecturam, quæ duriori probatione gravat eum, qui contrarium vellet probare, ut inquit Surd. *dict. conſ.* 181. *n.* 21. & contrariam non probari plenè.

22 Tertiò probatur valor rei per declarationem Judicis: nam poteſt peti, ut Judex ex officioſe informet ad eam, accedendo impenſis partium. Ang. *in §. ſi quis agens*, *num.* 1. *inſtit. de actio.* Alexand. *in l. pretia rerum*, *num.* 6. *ff. ad leg. Falcid.* Panth. Crem. *d. l.* 2. *num.* 288. ubi bene confirmat, & communem dicit. Maſcard. *concluſ.* 653. *per tot.* ubi latè comprobat; & *in num.* 4. ex hac doctrina colligi facilem modum probandi pretium rei, ſcilicet quòd læſus imploret Judicis officium mercenarium, quo ſe inſtruat ſuper qualitatibus rei, & poſtea ſuo arbitrio ſecundum inſtructiones habitas faciat ejus æſtimationem. Marc. *deciſ.* 484. *num.* 48. *p.* 1. ubi ait, per inſpectionem oculorum, & declarationem Judicis pretium probari poſſe *ex l. fin. Cod. de jure domi. impetr.* Pinell. *in l.* 2. 3. *part. cap.* 4. *num.* 7. alios refert.

Quartò, juſtum pretium rei probari poteſt per 23
æſtimatores electos. Gloſſ. & Bart. *in d. l.* 2. *ad fin.* & Bald. *num.* 25. Caſtr. *in fin.* & Salicet. *num.* 23. Baptiſt. Lup. *in l.* 2. *§.* 3. *num.* 142. *verſ. ſuccedit*, *Cod. de pact. inter empt. & vend.* Campeg. *de teſtibus*, *regul.* 321. *verſ.* 10. Marc. *deciſ. Delphin.* 484. *num.* 48. Gomez. 2. *tom. var. c.* 9. *num.* 5. *in princ. & verſ.* 4. *infero.* Pinell. *in d. l.* 2. 3. *p. c.* 4. *n.* 2. *&* 3. & *ibi* Cagnol. *num.* 258. Cremenſ. *num.* 297. Matienz. *gloſſ.* 2. *n.* 20. Maſcard. *concl.* 654. *n.* 1. *&* 1403. *num.* 25. Gratian. *diſcept. c.* 600. *à n.* 21. ubi hunc modum probandi valorem à jure approbatum eſſe dicit Seraphin. *deciſ.* 655. *à n.* 2. inter alios modos probandi valorem rei eſt iſte per peritos, cum nullus ſcire poſſit melius valorem rei juxta communem æſtimationem.

Rei valorem æſtimatoribus non poſſe probari 24
defendit Angel. *in l.* 2. *Cod. de reſcind. vend.* eo quòd æſtimatores declarant per inſpectionem de tempore præſenti, quod non ſufficit ad obtinendum in caſu Gloſſ. ut diximus *in gloſſ. anteced.* Pinell. *in d. num.* 2. tres ſolutiones refert: Primam, Caſtrenſ. & Cagnol. qui ex præſenti ſumi præſumptionem ad præteritum dicunt, de quo *in gloſſ. anteced.* Alteram Imol. Alex. cum qua reſidet, quod æſtimatores debent eſſe tantæ ætatis, quod de præterito recordentur. Idem alios referens aſſentitur Maſcard. *dict. concl.* 654. *n.* 3. Cancer. *var. c.* 13. *num.* 8. *p.* 1. Garc. *de expenſ. c.* 24. *num.* 19. etſi non inveniantur, qui de tanto tempore poſſint deponere, ſufficit, quod deponant de credulitate.

Et iſtis peritis magis credendum eſt, quàm te- 25
ſtibus. Beroj. *conſ.* 103. *num.* 35. *lib.* 3. Seraph. *num.* 7. Gratian. *num.* 23. *&* 26. *ubi ſup.* Dec. *conſ.* 489. *n.* 12. Pantha. Crem. *num.* 316. *in d. l.* 2. Menoch. *conſ.* 358. *num.* 31. *lib.* 4. Honded. 31. *n.* 46. *lib.* 1. Maſcard. *concluſ.* 1174. *num.* 14. alios refert, & regulariter peritis in arte creditur, §. *quod autem*, *authent. de non aliena. aut perm. reb. Eccleſ. l.* 2. *Cod. fin. regund. l.* 1. *in princ. ff. de ventre inſpi. d. inteſtato*, *ff. de ſuis*, *& legit. hæred. l. ſemel*, *Cod. de re milit. lib.* 12. *l. ſeptimo*, *ff. de ſtatu homin. l. hac edictali*, §. *his illud*, *verſ. mobilium*, *C. de ſecund. nupt. c. ſignificavit*, *de homicid. c. propoſuiſti*, *de probat. c. fraternitatis*, *de frigi. & malefic.* Gloſſ. *in §. præterea*, *inſtit. de rer. diviſ.* Bartol. Bald. Abb. Cephal. & alii, quos refert Maſcard. *dict. concluſ.* 1174. *num.* 1. Marc. *deciſ.* 560. *part.* 2. Burſat. *conſ.* 57. *num.* 22. *&* 101. *num.* 5. *lib.* 1. Hond. 80. *num.* 22. *&* 30. *lib.* 1. Böer. 5. *num.* 7. Bero. 132. *n.* 20. *lib.* 3. Surd. 126. *n.* 17. *lib.* 1. Gratian. *d. c.* 600. *n.* 27. Tuſch. *litt. P. concl.* 286. *à n.* 1. *l.* 16. *tit.* 8. *infra hac parte.* Ceval. *q.* 1. *n.* 24. *& infr.* & Addit. ad Gloſſ. 8. *l.* 16. *tit.* 8.

Duo periti de jure nominandi ſunt ad hujusmo- 26
di æſtimationem faciendam, *d. §. quod autem*, & eſt communis concluſio, quod duo ſaltem periti requiruntur. Dec. *in c. propoſuiſti*, *num.* 10. *de probat.* & *ibi* Abb. Felin. & DD. Alex. *in l.* 5. *§. fin. num* 4. *ff. de verb. obligat.* Bart. Bald. Salyc. Specul. Mathefil. Crot. Campeg. Bertaz. Roman. & Ruin. quos refert Maſcard. *in d. concluſ.* 1174. *num.* 20. *& concluſ.* 654. *num.* 14. Novell. *reg.* 159. *habetur in* 2. *tom. reg. verb. periti.* Matienz. *num.* 21. ubi alios allegat. Garc. *n.* 20. Cremenſ. *num.* 296. & Pinell. *n.* 5. *ubi ſupr.* Sanch. *de matrim. lib.* 7. *diſp.* 113. *num.* 16. Azeved. *in l.* 4. *tit.* 14. *lib.* 8. *recomp. n.* 40.

Hæc doctrina declaratur per DD. ut non pro- 27
cedat, quando unus tantum peritus in eo loco, in quo teſtificari oportet, reperitur, quo caſu ejus dicto ſtatur per *dict. §. quod autem ibi*, *aut etiam*

uno. Bart. *in l. 1. §. fin. ff. de verb. obligat.* & ibi Rom. Alex. & DD. & Lancel. Galiau. *num.* 17. qui testatur hanc esse communem. Ruin. *cons.* 53. *num.* 12. *vol.* 5. Mathe. *sing.* 157. Alex. *cons.* 148. *col. pen. vol....* Felin. & Dec. *num.* 10. *in d. c. proposuisti*, ubi reprobat Abbat. & Aretin. qui in casu simili credebant unum peritum non sufficere, sed convocari debere alium de loco vicino. Panth. Crem. *in d. l.* 2. *Cod. de rescind. vend. num.* 296. & *ibi* Pinell. 3. *p. c. fin. num.* 5. *vers. ubi agitur.* Baptist. Lupus, *in l.* 2. §. 5. *num.* 146. *ubi suprà.* Mascard. *d. conclus.* 1174. *n.* 21. ubi multos allegat. Gomez. 2. *tom. variar. c.* 9. *n.* 5. ubi expendit, *dict.* §. *quod autem, & l. semel, C. de re milit. lib.* 12. & notabile esse in practica inquit Pacia, *lib.* 1. *de probat. c.* 47. *n.* 35. Sanchez, *d. disp.* 113. *n.* 17. *in princ.* Azeved. *d. n.* 40.

28 Limita 1. hanc declarationem, ut procedat in causis parvis, aut modici præjudicii, non vero si agatur de magna causa, ex Abbat. *in d. c. proposuisti*, & Aretin. quos refert Mascard. *num.* 23. *ubi suprà.* Garc. *d. c.* 24. *num.* 20. *& 21. ad text. in d.* §.

29 *quod autem*, respondit, *ibi*, † non agi de præjudicio, sed æstimatores adhibitos fuisse, ut Ecclesia sciret quid res sua valeret, & pro ejus instructione, & *ad l. 1. §. fin. ff. de verb. oblig.* & eum sequitur Thom. Sanch. *dict. num.* 17. & vide Addit. *ad Gloss. fin. l. 1. tit.* 11. *infrà.*

30 Hanc controversiam componit Mascard. *n.* 25. dicens, primam opinionem procedere, quando ille peritus, qui solus est in loco, est optimè peritus, & communiter ita reputatur, cujus dicto stabitur etiam in causis maximè præjudicialibus, & comprobatur ex Dec. *in d. c. proposuisti, num.* 12. ubi dicit, quòd uni peritissimo, & maximæ authoritatis statur, etiam si plures in loco reperiantur, & Mascard. *num.* 26. & 27. alios refert.

31 Et contrariam, quando ille, qui reperitur in loco, est quidem peritus, sed non tantum, ut ei causa gravissima credi oporteat.

32 Etiam in dictis casibus uni, etsi peritissimus sit, fidem non esse adhibendam, tenent Garc. & Sanchez, *ubi suprà*, unde tutius erit duos peritos adhibere, & eos ad rem inspiciendam adducere, & si hoc facile fieri non possit, dictum unius periti, qui solus est in loco, aliis testibus, aut probationibus coadjuvare.

33 Quando unus peritus fuit adhibitus, & allegatur, copiam peritorum fuisse, & ejus declarationem fidem non facere, quia plures adhiberi oportebat, si locus erat insignis, ei qui negat, incumbit onus probare, si erat parvus, ei qui allegat alios fuisse. Mascard. *d. conclus.* 1274. *n.* 23. ex Bart. & aliis, & faciunt quæ tradit Azeved. *in l. 2. tit. 7. lib. 4. recomp. num.* 82.

34 De peritia si dubitetur, an satis sit, quòd constet ex peritorum declaratione, & eorum assertione, vel ex actis Notarii: Vide Sanchez, *dict. lib.* 7. *disp.* 113. *num.* 4. ubi dicit sufficere, si habeat alium contestem, vel si Notarius instrumento etiam verbis enunciativis de ea deponat.

35 Limita 2. ut procedat dicta limitatio, quando esset unus publicè deputatus, & salariatus ad aliquam artem, aut scientiam exercendam: nam tunc ei soli creditur, ut cum Bart. Alexand. Lancell. Galiau. Decio, Felin. & Calder. tradit Mascard. *dict. conclus.* 1174. *num.* 28. *& 654. num.* 13. ubi dicto unius æstimatoris publicè electi standum esse dicit, nisi sit appellatum, vel reclamatum. Novell. *reg.* 159. *fallent.* 1. *verbo, periti, vers. fallit quando peritus.*

Limita 3. ut procedat, quando partes conveniunt, ut stetur dicto unius periti, ut ex relatis 36
tradit Mascard. *n.* 20. *ubi supr.* apud quem alia vide de hac materia, & Novell. *ubi suprà, versic. fallit etiam.*

In istis æstimatoribus nominandis sequens ordo 37
servatur, si sunt designati in loco ad hujusmodi æstimationes faciendas in re, de qua agitur, Judex eis jubet, ut æstimationem faciant.

His enim deficientibus à partibus sunt eligendi, 38
& eis discordantibus à Judice, nisi sit materia, quæ pendeat merè à potestate Judicis: nam tunc consensus partium non attenditur. Abb. *in d. c. proposuisti*, & latè Felin. *ibi, num.* 6. & Dec. *num.* 15. Bart. *in l. ex hoc rescripto, ff. de ventr. inspiciend.* Pinell. *in d. l.* 2. *p.* 3. *c. fin. num.* 3. *&* 4. Matienz. *in l. 1. tit. 1. lib. 5. recomp. gloss.* 2. *num.* 21. dicit, quòd praxis apud nos admisit, ut unus à qualibet parte eligatur, & in defectum ejus, qui æstimatorem nominare noluerit, vel nominare distulerit, eliget Judex. Azeved. *in l.* 14. *t.* 4. *lib.* 8. *num.* 41. Mascard. *dict. conclus.* 1174. *num.* 55. vide Addita ad Gloss. 7. *l.* 16. *tit.* 8. *infrà.*

Isti æstimatores, postquam nominati sunt, jurare 39
debent se rectè arbitraturos, ut eis fides detur, ut *ex d. l. hæc edictali* §. *bis illud*, & *ibi* Bald. *Cod. de secund. nupt.* & Bart. tenet Pinell. *in dict. l.* 2. 3. *p. c.* 4. *num.* 3. Mascard. *d. conclus.* 1164. *num.* 48. ubi tradit: quòd licet isti æstimatores non teneantur jurare, & ita se veritas habeat, tamen se jurare debent ita credere, ex Bart. *procem. ff. num.* 8. ubi conciliat, Gloss. inter se discordantes. Dec. *num.* 17. & Abb. *in d. c. proposuisti, vers. venio nunc, ad 2. & in c. fraternitatis, de frig. & malef.* Angel. *in l. comparationes in* 4. *notabil. Cod. de fide instrum. & in l. jusjurandum, vers. ult. quæra, C. de testibus.* Campeg. *de testibus, reg.* 302. *vers.* 4. *fallit*, Covarr. *lib.* 2. *variar. c.* 13. *num.* 4. Garcia, *de expens. & melio. dict. c.* 24. *n.* 18. Fulv. Pac. *de probat. lib.* 2. *c.* 47. *num.* 21. Cevall. *q.* 1. *n.* 25. Sanch. *lib.* 7. *de matrim. disp.* 113. *num.* 13. *&* 15. docet non teneri † cum omnimoda 40
certitudine testificari, sed tantum juxta æstimationem, quam ex artis peritia sunt assecuti.

Si enim periti alicujus rei certam notitiam ha- 41
bere possunt, etiam de veritate jurare debent. Bart. *ubi suprà, & in l. Theopompus, ff. de dote præleg. & in l. hac edictali,* §. *bis illud, num.* 3. *de secund. nupt.* Dec. *d. num.* 17. *vers. & hoc intelligitur.* Mascard. *d. concl.* 1172. *n.* 49. Covarr. *d. c.* 13. *n.* 4. *vers. hoc autem*, ubi ponit exemplum in agrimensoribus, & Sanch. *n.* 15. Garc. *n.* 19. *ubi supr.*

Limita 1. si hujusmodi periti in principio ju- 42
rassent, se legaliter, & bona fide deposituros super re, super qua deponunt: nam tunc non esset necesse, quòd iterum, quando declarant jurent. Bald. *d.* §. *bis illud, num.* 3. Lupus, *in l.* 2. §. 5. *num.* 147. *C. de pact. inter empt.* Mascard. *num.* 50. *ubi suprà.* Idem in perito electo à populo, ad certum officium, si juravit à principio, non tenetur amplius jurare. Felin. *in d. c. proposuisti, num.* 9. *vers. fallit*, ubi citat Nicol. à Neapol. & Bald. Cagnol. *in procem. ff. à num.* 34. & Mascard. *n.* 54. Idem si eligatur à partibus, aut à Judice de communi partium consensu. Bart. *in d. l. Theopompus, l. Lucius, in fin. ff. de fide instrum.* Anton. *in c. veniens l.* 1. *de testibus.* Felin. *vers. fallit* 2. Garc. *d. n.* 18. Mascard. *n.* 51. *& à n.* 52. alias limitationes refert. Sanch. *n.* 13. *vers. hoc tamen, ubi supr.*

Ad nominationem peritorum citatio partium re- 43
quiritur, licet relatio eorum ipsis absentib' fieri possit,

vel

vel quòd præsentes sint, ut nominatio valeat, quia posset, si præsens fuisset contra nominatum aliquid opponere, quod ejus nominationis effectum impediret. Bart. *in d. l. Theopompus, n.* 11. Covarr. *d. c.* 13. *n.* 5. *vers. 6. conclus. & vers.* 8.

44 Qui partis citationem non requiri dicit, quia antequam rem examinent possunt eos improbare, & sat eis nota est eorum electio, & *in vers.* 7. *conclus.* ait necesse esse eos citare, vel esse præsentes, cum apud Judicem præstant juramentum, *ex cap.* 2. *de testibus*, & Bart. & Felin. Sanch. *num.* 14. *ubi suprà*, & præfinire diem debet, in quo periti sint rem visuri, & partes citare, ut sint præsentes, ut æstimatores melius rem percipiant, *l. generaliter*, §. *penult. C. de reb. cred. l.* 3. *Cod. fin. regundo.* Bart. *in d. l. Theopompus*, *num.* 11. & alii quos refert Covarr. *dict. num.* 5. *vers.* 9. *conclus.* ubi idem agendum esse arbitratur, quoties ab ipsis litigantibus periti fuerunt electi, & sic fieri expedire, & fieri testatur.

45 Quando à partibus fuerunt electi, seu nominati, citatio, nec præsentia eorum ad jurandum, nec ad declarationem faciendam requiritur, ut cum Bart. Anton. Castr. Alexand. & Dec. docet Covarr. *d. num.* 5. *vers.* 5. *conclus.* ubi contra Abb. sic tenendum esse dicit Garc. *de expens. c.* 24. *num.* 18. Sanchez, *dict. num.* 14. ubi citationem non requiri etiam dicit, si Judex peritos vocaret ad suam informationem.

46 Æstimatores, & periti si à Judice fuerint nominati, & partibus sint suspecti, poterunt ab eis recusari, nulla alia allegata causa, quam suspicionis. Bart. *in d. l. Theopompus, num.* 11. Covarr. *d. num.* 5. *vers.* 6. *conclus.* Mascard. *conclus.* 1038. *num.* 19. Pacian. *d. lib.* 1. *c.* 47. *num.* 120. Ayora. *de partib.* 1. *p. cap.* 4. *num.* 11. & satis est, quòd recusans juret sibi esse suspectos. Vide Add. ad Gloss. *vers. recusare, in l.* 22. *tit.* 4. *p.* 3. debet enim æstimatio fieri à non suspectis, §. *quod autem, in auth. de non alien. aut permut.* Garc. *num.* 26. *vers. quinimo.* Sanch. *d. disp.* 113. *num.* 7. & 8.

47 Nec huic resolutioni obstat, quod recusatio sit jurisdictionis declinatio, ut *in Gloss.* diximus, & periti nullam habent jurisdictionem, imò sunt testes, *c. proposuisti, de probat. c. fin. de frig.* quia non sunt propriè testes. Morquech. *de divis. bonorum, c.* 4. *num.* 21. *lib.* 1. sed eorum depositio, & declaratio magis est judicium, quàm rectificatio, ut docent Bart. *in tract. testimon. num.* 12. Bald. *in l.* 2. *n.* 4. *de feriis.* Dec. *in d. c. proposuisti, num.* 53. *vers. ult.* & *ibi* Felin. *num.* 6. Cagnol. *in l.* 2. *Cod. de rescind. vend. num.* 258. Morquech. *d. c.* 4. *num.* 2. Patian. *d. c.* 47. *num.* 15. & 49. & probatur *ex c. quia judicante de præscript. & l. certi juris*, ibi, *judicare*, *C. de judic.* Sanchez, *ubi suprà*, *num.* 7. cum Garc. tradit hos obtinere vicem testium, quatenus deponunt; & vicem Judicum, quatenus ex forma sententiæ Judicis, cujus vi, & potestate creantur, judicant. Et *in n.* 8. ampliat in foro Ecclesiastico, licet Judex non valeat recusari, nisi allegata, & probata causa recusationis.

48 Si utraque pars unum, vel duos peritos elegerit, neutra poterit nominatum ab altera recusare, quia cum quælibet pars suum eligat, servatur in hoc æqualitas, etsi electus ab adverso alteri sit suspectus; quibus dissidentibus neutra pars obtinebit, sed tertius eligetur à partibus, vel à Judice, qui à qualibet parte, cui suspectus fuerit, poterit recusari, ut docet Sanchez, *dict. disputat.* 113. *num.* 9.

49 Contrariam opinionem in calculatoribus à partibus nominatis tenet Escob. *de ratio c.* 8. *n.* 19. & adducit Garc. *in d. c.* 24. qui *in n.* 18. agit de æstimatoribus à partibus nominatis, *& in num.* 27. *vers. quinimo*, quod isti æstimatores, & tertius possunt recusari.

50 Intellige hanc opinionem, quando pars peritum ab altera parte nominatum ex causa recusat, & est talis, quòd nominatus, si testis ab eo produceretur, posset à testificando repelli, quas refert Farinac. *de testibus, quæst.* 53. 54. 55. 56. 57. & 60. ubi latissimè: nam licet hi non sint verè testes, eis multum assimilantur, & omnis exceptio, quæ potest repellere testem, potest etiam artis peritos. Aretin. *in cap. causam, de probatio. notab.* 3. Morquech. *c.* 4. *n.* 3. & 21. *in fin.* Mascard. *concl.* 654. *num.* 10. Ayora. *de partit.* 1. *p. c.* 4. *num.* 19. *vers. restat*, ubi ait quod frater, vel affinis nominari non possunt, & ex hoc posse recusari, & in eo, qui

51 fabricavit ædificium, de cujus æstimatione agitur, idem docet Mascard. *ubi supr. num.* 12. Aret. *cons.* 84. Curt. Jun. 161. *num.* 20. Morq. *n.* 4. Garc. *n.* 19. 27. *vers. quinimo*, ubi ratione imperitiæ posse recusari dicit, & Escob. *d. n.* 19. Mascard. *num.* 11. *ubi supr.* & opinionem Sanchez procedere, quando sine causa, quæ ejus qualitatis sit, quòd si adversus testem opponeretur, licet ejus fidem minuerit, non tamen eum à testificando repelleret: & non obstante recusatione à Judice admitti debet peritus à parte nominatus, & in praxi nunquam recusationem contra peritos à partibus electos admissam vidi.

52 Si pars velit peritum à se nominatum, vel in quem consensit, recusare, ejus recusatio non admittitur ex regula, *quod semel placuit, de reg. jur. in* 6. *c. si autem*, §. *post secundum*, & Gloss. *verb. tertio*, 2. *q.* 6. ubi cavetur, quod ille, qui Judicem elexit, minimè illum recusare potest. Vide Add. Gloss. *l.* 31. *tit.* 16. *p.* 3. Farinac. *quæst.* 62. *n.* 211. ubi multis comprobat, & in specie tenent Ayora. 17. Escobar. *d. num.* 13. & 14. Sanchez, *num.* 8. *ubi suprà*, & latè declarat.

53 Limita, nisi justa causa suspicionis superveniat; vel quæ tunc in recusantis notitiam venerit justa sit, ut in judice docent Gloss. *in cap. statum*, §. *cum autem, verbo, recuset, de rescript. in* 6. *& c. in singulis, verbo*, *& appellatione*, *de statu Monach.* communiter approbata, ut testatur Sanchez, *in dict. num.* 18. *vers. quia judex* Farinar. *d. num.* 211. Ayor. *dict. num.* 13. ubi alios adducit, *num.* 19. *versic. restat nunc.*

54 Casus, ex quibus peritus à parte nominatus potest recusari, si postea superveniant, retulimus *sup. n.* 50. & tradit Ayora. *n.* 16. ubi hoc Judicis arbitrio relinqui docet: & recusanti incumbit onus probandi causas recusationis, si ab altera parte nominatum, seu ab eo semel approbatum recusat, & de novo in ejus notitiam venisse, *l. si quis*, *C. de testib.* & Sanch. *in d. n.* 8. *in fin.*

55 Isti periti in arte debent simul communicato consilio æstimationem, seu declarationem facere, quoniam alter ab altero trahi in suam sententiam potest, *l. si in tres, cum l. seq. ff. de arbitr.* Garc. *de expens. d. c.* 24.

56 De quæstione, an isti periti à partibus, vel judice nominati possint officium renuere, vel etiam inviti, & reluctantes ad acceptandum compelli: Vide Garciam, *num.* 25. *&* 26. Escobar. *d num.* 3. *ubi sup.* ubi docent præcisè cogi non posse, nisi sint de publico ad id deputati, vel officium susceperint:

Diximus istis peritis magis credendum esse, quàm testibus, & amplia, ut per Mascard. *in d. concl.* 1174. *num.* 17. sive agatur de probanda affirmativa, sive negativa, & *num.* 15. etsi dicti sui non reddant rationem, & *num.* 19. ut procedat, etsi periti deponant de credulitate, & non de certa scientia.

57 Si aliquis ex partibus diceret, & allegaret, hujusmodi æstimatores malè æstimasse, onus probandi se bene æstimasse ipsis æstimatoribus incumbere sensit cum Aret. & aliis Mascard. *dict. conclus.* 654. *num.* 10.

58 Sed huic resolutioni obstant ea, quæ *suprà* diximus, quòd peritis in arte est credendum, & quòd eis magis creditur, quam testibus contrarium dicentibus, quia pro peritis præsumitur, *ex d. c. proposuisti*, ubi Abb. & DD. Dyn. *cons.* 31. Bald. *in l. fin. C. de contrab. empt. & in c. nisi essent, de probat.* & nemini debet esse officium damnosum, ut *in l. si quis*, & *ibi* Bart. post Gloss. *ff. quemadmodum testam. aperi.* quod effet, si peritis hoc onus imponeretur, ex quibus sequitur, quòd partibus, qui allegant, æstimatores malè æstimasse, & iniquam esse æstimationem, incumbit onus probandi; est enim certum, quòd partes possunt contra æstimationem, seu declarationem factam à peritis reclamare, ut docent Bart. Bald. Angel. Plat. & alii, *in l. 1. per illum text. Cod. de ponderat. & aur. lib.* 10. Bart. *in l. librarius, §. fin. ff. de reg. juris*; & communiter observari solet, quòd Judex præcipit, ut partes intra certum terminum valorem rerum probent, ut sæpe vidisse testatur Morquech. *dict. c.* 4. *num.* 12. *&* 13.

59 Et in hoc casu, cum prætenditur læsio ex relatione facta per primos peritos, poterit probatio fieri per alios peritiores, nec ex eo, quòd jam periti declaraverint, hujusmodi probatio impedietur; & ex judicio eorum poterit sententia ex declaratione peritorum antea lata retractari. Amicis, *cons.* 102. *num.* 8. Rimin. Jun. 212. *num.* 12. *lib.* 2. *&* 335. *num.* 2. *lib.* 3. Felin. *in d. c. proposuisti, n.* 10. & *ibi* Dec. *num.* 8. Imol. 4. Bero. *cons.* 84. *num.* 25. *lib.* 1. post Bart. *in l.* 1. *§. si autem, num.* 2. *ff. si mens. falsi.* Hier. Monte, *de finibus, c.* 26. *num.* 10. Panth. Crem. *in l.* 2. *C. de rescind. vend. num.* 299. Roman. Mandos. Jafr. *decis.* 241. Dec. Jas. Marc. Mant. Marsil. Ruin. quos refert, & sequitur Gratian. *discept. c.* 600. *fin. num.* 28. ubi Rot. Rom. sic placuisse dicit Fontanel. *de pact. nupt. claus.* 5. *p.* 2. *n.* 74. ubi contra declarationem obstetricum partem ad contrarium probandum admitti debere dicit: & quid si deponant contra id, quod primæ dixerunt, vide *infrà*.

60 Post secundam declarationem peritorum non est amplius locus ulteriori electioni aliorum peritorum, ad evitandum processum in infinitum, *c. cum in multis, 11. de rescript. num.* 6. *l. bonæ, §. ultim. ff. de damn. infecto*, notat Felin. *in cap. proposuisti, num.* 21. *de probat.* Riminald. Jun. *cons.* 112. *num.* 21. *lib.* 2. *& cons.* 335. *num.* 7. *lib.* 3. & aliis comprobat Gratian. *ubi suprà, num.* 29. *&* 30. qui *in num. seq.* limitat, quando fuit relatio super capitulis diversis, seu diversis qualitatibus bonorum, de quibus primi periti deposuerunt: nam tunc cessat illa ratio infinitatis, & alii potennt iterum nominari.

61 Quintò, justum rei pretium, & valor testibus probari potest. Gloss. *in §. fin. instit. de verb. obligat. verb. probare*, Bart. *à num.* 17. Alexand. *num.* 10. *in d. l. pretia rerum*, & *ibi* DD. ut testatur Angel. *§. si quis agens, num.* 4. *vers.* 1. *modo, instit. de act.* Pinell. *in l.* 2. *Cod. de rescind. vend.* 3. *p. c. fin. num.* 8. Baptist. Lup. *in l.* 2. *§.* 5. *n.* 120. *vers.* 3. *fit probatio*, C. *de pact. inter empt. & vend.* Mascard. *conclus.* 657. *n.* 1. *&* 2. *&* 1403. *num.* 1.

Sed animadversum est, quòd testes super valore rei deponentes, debent rationem dicti sui reddere etiam non interrogati, ut fidem faciant. Bald. *in l.* 2. *C. de rescind. vend.* Panth. Cremens. *ibi, num.* 315. Mascard. *conclus.* 657. *num.* 34. *&* à 49. ubi rationem adducit, quia valor rei, & ejus æstimatio non percipitur, sensu corporis, sed judicio intelligentiæ, & per consideratam, & diligentem excogitationem, atque ratiocinationem, ex Castr. & notatis *in c. cum causam, de testibus.* Abb. & Felin. *ibi*, & Bald. *in l. fin. in fin. Cod. de jure domin. impetr.* Alexand. *in dict. l. pretia rerum, num.* 22. & *ibi*, DD. Cagnol. *in dict. l.* 2. *num.* 256. Jas. *in §. si quis agens, num.* 12. *inst. de act.* Marc. *decis. Delphin.* 484. *num.* 45. *p.* 1. Valasc. *consult.* 43. *num.* 14. ubi alios adducit. Gratian. *discept. c.* 461. *num.* 24. *&* 25. Farinac. *in prax. de testibus, q.* 70. *num.* 7. ubi dicit, quòd testis, quid deponit superiis, quæ juris sunt, & non sensu corporeo; sed judicio intellectus percipiuntur, tenetur non interrogatus reddere causam scientiæ, & rationem dicti sui, & plus quam triginta auctores refert, & ab omnibus approbari ait, & in specie nostri casus ex dicta ratione idem dicit *in num.* 62. ubi alios adducit. Decian. *cons.* 27. *num.* 30. *lib.* 2. Mascard. *d. conclus.* 657. *num.* 50. *&* 1375. *num.* 14. *&* 15. *&* 1403. *num.* 10. ubi alios refert Pinell. *dict. c. ultim. num.* 11. Matienz. *in l.* 1. *tit.* 11. *lib.* 5. *recompil. gloss.* 2. *num.* 13. ubi alios laudat, *& in seq.* Seraphin. *decis.* 312. *num.* 8. 2. *p. divers.* Alex. Ludov. *decis.* 379. *n.* 3. ubi aliam notæ decis. refert, & sic sæpius judicasse dicit. Amatis, *decis. Ferrar.* 47. *n.* 5.

Amplia, testes de valore rei deponentes, etsi 63
rationem reddant, si ratio non est bona, congrua, concludens, non probare, quia paria sunt rationem non reddere, vel non bonam, & sufficientem, *authen. de testibus, §. & licet, l. solam, C. de testibus, & ibi.* Bald. *in num.* 1. *in fin. vers. causa autem debet esse aperta*, ubi ait leg. non solam inquirere causam, sed causam approbatam, & legitimam. Alber. *num.* 1. Salyc. *num.* 2. Castrens. *num.* 6. *vers. subundi bonam.* Sicard. *num.* 3. *vers. sciant autem.* Speculat. *in tit. de teste, §.* 1. *num.* 6. *vers. vel reddit, & in vers. sed quid si causam.* Mascard. *d. conclus.* 1375. *n.* 52. Menoch. *de arbitr. q.* 25. *num.* 3. Cacher. *cons.* 66. *sub n.* 17. *lib.* 1. Farin. *d. q.* 70. *n.* 8. 9. *&* 10. ubi & alios plures allegat.

Limita 1. hanc doctrinam; ut procedat in casibus, 64
in quibus requiritur diligens inquisitio, & perspicax: ut in æstimatione alicujus fundi, vel domus, secus ubi hæc diligens inquisitio non requiritur, sed modico discursu intellectus percipitur, ut in probatione valoris frumenti, vel victualium, quia tunc creditur testi etiam sine ratione deponenti, & ei est standum, ut declarat Bart. *tract. de testibus, num.* 7. *& ibi ejus addit. litt. C. & D.* Bald. *in l. solam, num.* 2. *vers. quæro, & ibi* Salicet. *num.* 8. & Pinell. *in d. cap. fin. num.* 11. Mascard. *conclus.* 657. *num.* 55. *& conclus.* 1375. *num.* 15. Farinac. *num.* 7. *&* 63. ubi multos allegat. Valasq. *num.* 14. *versic. item* 2. *ubi supra*, ubi dicit tuno demum necesse esse reddere rationem, quando res est notabilis, & quæ requirit speculationem in judicii, ut in gemma, & in interesse, aut aliis similibus; secus in aliis, ut frumento, re mobili, & victualibus. Matienz. *in dict. num.* 13. *versic. quia tamen*

tamen hoc. Gratian. *discept. c.* 461. *num.* 25. ubi alios allegat; & in æstimatione domus, fundi, & similium, in quibus magna, & diligens inquisitio est necessaria, rationem requiri dicit.

65 Limita 2. in æstimatoribus, peritis in arte, quorum dictis, & declarationibus statur, etsi rationem, & causam sui dicti, & scientiæ non reddant, quando deponunt super iis, quæ ad artis peritiam spectant, Bart. *in l. de ætate, ff. de minorib. num.* 9. Aret. *in l.* 1. *num.* 15. *ff. cert. petat.* quia habent præsumptionem pro se. Felin. *in d. cap. cum causam, vers. tertio tempora,* ubi exemplificat, *& vers. sed contra illa.* Menochius, *de adipiscend. possess. remed.* 5. *num.* 166. Mascard. *conclus.* 1038. *num.* 15. ubi de obstetrice, & medico loquitur, & 1475. *à num.* 39. Farinac. *d. quæst.* 70. *num.* 64. *&* 102.

66 De ratione, & causa scientiæ, quam testis reddere debet, agit Valascus *in d. consult.* 43. *num.* 20. & ex Bart. tradit, bonam, & concludentem esse, si dicat, quòd communiter illa res in foro publico, & in hac civitate, & in tali tempore tanti æstimabatur: vel quod quilibet sciens conditionem, qualitates, & onera rei eam, tanti emeret; vel quòd scit, quia vidit, & audivit ab eis, qui similia emunt, & vendunt, quod tantum valet: quia æstimatio communis alicujus rei nihil aliud est, quam communis opinio de pretio, & valore rei, & qui probare debet opinionem, communem assignando rationem eam probat, ut docet Bartol. *in l. Labeo; num.* 10. *ff. de sep. legato.* Erit etiam bona ratio, si dicat, quod res tantum valet secundum communem æstimationem, quia ex eo fundo tot fructus colliguntur, & fundus tanti redditus in eo loco, & regione est tanti valoris, ut ex Bart. & aliis tradit Mascard. *in d. concl.* 1452. *num.* 5. *&* 1403. Matienz. *in l.* 1. *titul.* 21. *lib.* 5. *recomp. gloss.* 2. *num.* 14. & consulit, quod de valore fructuum articulus fiat.

67 Rursus fidem facit, si dicat, quia habet notitiam rei, & est peritus in arte, & solitus domos, vel agros taxare, ut cum Cagnolo, & aliis tradit Mascard. *concl.* 657. *num.* 45. *&* 46. ubi dicit semper [illegible] quòd producantur testes, qui sunt sapientes, & circumspecti, ac probatæ fidei; quia personarum qualitas supplet defectum dicti. Seu si dicant, quòd tempore contractus viderunt plures dictam domum, vel fundum, vel rem, de qua agitur, emere volentes, qui offerebant centum, quod erat commune pretium, ut cum Bart. & Salyc. tradit Matienz. *d. gloss.* 2. *n.* 15. Vel si dicant, quòd ipsi tanti emerent communi æstimatione, Bart. *num.* 17. *in d. l.* 2. & *ibi.* Pinell. 3. *p. c. fin. num.* 12. *in fin.* & Matienz. *d. gloss.* 2. *num.* 18. Secus si de communi æstimatione non deponerent, ut tradit Matienz. *ibi, num.* 17. Et idem erit si dicant, quòd credunt, & opinantur rem tantum valere, addendo hæc verba, secundum communem æstimationem, vel aliam concludentem rationem. Bart. *in l. pretia rerum, ff. ad leg. Falci.* Alex. post. *num.* 9. & Imol. *ibi* Pinell. *ubi infr.* Masc. *concl.* 657. *num.* 33. & *concl.* 1369. *n.* 10. *&* 11. ubi dicit in his, quæ sensui corporis percipi non possunt, testem de credulitate, dummodò rationem dicti sui assignet, fidem [illegible] & testes, super valore de credulitate deponentes, probare tenuerunt alii, quos refert Bertran. *cons.* 236. *num.* 2. *vol.* 2. Gabr. *conc.* 159. *num.* 25. Decian. *respons.* 62. *num.* 46. *vol.* 3. Mascard. *d. contl.* 1369. *num.* 12. Si

68 testes simpliciter de æstimatione, & valore rei, deponant, utrum censendi sint deposuisse de communi, vel de affectione, & particulari æstimatione? vide Pinell. *in l.* 2. *C. de rescind. vend.* 3. *p. c.* 4. *n.* 42. Gamm. *decis.* 205. & ibi Mena. *& dec.* 291. *num.* 4. Gomez. 2. *tom. var. cap.* 2. *num.* 25. *in fin.* Mascard. *concl.* 657. *n.* 41. *&* 47. Ex quibus magis 69 vera resolutio est, quòd testis, qui non deponit de æstimatione communi, non probat rei pretium, nisi in capitulis, & interrogatoriis sit articulatum de eo, & ipse simpliciter respondeat; nam responsio intelligitur secundùm interrogatorium; ut late comprobant Valasc. *ubi supr. num.* 21. *&* 22. Cevall. *quæst.* 664. *à num.* 5. ubi pro hac doctrina expendit Pinell. contra Matienz. *in d. l.* 1. *tit.* 11. *gl.* 2. *num.* 17. & *ibi* Azeved. *n.* 13. *lib.* 5. *recompil.*

Cui resolutioni non obstat, quòd testis debet 70 de necessario concludere, *l. non hoc, C. unde cognat. l. nec natales, l. ad probationem, C. de probatio. cap. in præsentia, eodem tit.* Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 131. *num.* 24. Cevall. *quæst.* 303. *num.* 5. Rodrig. *de ann. redit. lib.* 1. *quæst.* 15. *num.* 3. Surd. *decis.* 267. *num.* 5. & quòd testis simpliciter deponens de pretio non concludit necessariò, quia potest referri ad commune pretium, & ad singulare, ut cum Gloss. & Bart. *in d. l.* 2. tenet Matienz. *in d. glos.* 2. *num.* 17. *vers. sed salva,* contra Goinez. *ubi supr.* cui difficultati respondit Valasc. *in num.* 24. quòd sufficit testes concludere præsumptivè, ex Bart. & aliis, & quando articulatum est de communi æstimatione, quòd præsumitur per relationem ad articulos de communi pretio deponere, ut ipse comprobat. Matienz. *d. gloss.* 2. *n.* 17. *vers. hæc quippe.*

Nec etiam obstat, quòd testis minus deponen- 71 do, quàm in articulis continetur, magis videtur contradicere ex vulgar. *reg. c. non nè. de præsump.* & in specie tenet Pinell. *in d. c.* 4. *num.* 41. *in fin.* quia regula *d. c. non ne,* non procedit, quando interrogatio fit verbis qualificatis, quia tunc responsio simpliciter facta absque qualitate non negat qualitatem, ex Felin. *ibi, in* 7. *fallen.* ubi multos allegat, & docet verba respondentis debere referri ad omnes qualitates in interrogatione positas, *ex text. in §. præterea, inst. de inutilib. stipul. & in l. si defensor, §. qui interrogatus, ff. de interrogat. act.* Valasc. *ubi supr. n.* 25.

Quando testes dicti sui rationem non reddunt, 72 judex ex officio suo, ne justitia partium pereat, post publicatas attestationes testes de ratione interrogare potest. Bart. *l. si quod ex Pamphilia,* 75. *in fin. ff. de leg.* 2. Bald. *in d. l.* 2. *num.* 25. & ibi Cagnol. *num.* 265. *in fin,* & Pinell. 3. *p. c.* 4. *n.* 7. *&* 41. Matienz. *in d. gloss.* 2. *num.* 13. *in fin, & num.* 19. Valasc. *d. consult.* 43. *num.* 24. *vers. ex prædictis, cum* 5. *seqq.* ubi agnoscit judicem hoc facere posse, quia ipse nunquam concludit in causa, *l.* 3. *§.* 1. *ff. de testib. c. cum Joannes. de fide instrum.* & ibi Gloss. *verb. postquam,* Felin. *num.* 12. & ad emendant veritatem posse etiam nemine petente de propositis in judicio partes interrogare non solum ante conclusionem in causa, quod non est dubium *ex l. ubicumque, ff. de interrogat. actis.* & traditis per Barbat. *cons.* 30. *à n.* 5. *lib.* 1. Jas. *in l. admonendi. num.* 56. *ff. de jur. jurand.* Abb. *in c. fraternitatis, num.* 4. 68. *&* 69. *de testib.* Sed etiam post conclusionem in causa, ex Alex. *in l.* 4. *§. hoc autem, num.* 18. *ff. de damno infect.* contra Ripam *num.* 15. Valasc. *d. num.* 24. *vers. ex prædictis,* qui *in num.* 25. posse judices pro veritate eruenda testes, qui obscurè deposuerunt, ex officio repetere etiam post

publicationem, *ex cap. cum clamor.* & ibi DD. *de testib.* & in *num.* 18. posse supplere interrogatoria omissa per partes ex Speculat. Imol. Gloss. & DD. *in cap. causam, de testib.* Gaill. *lib.* 1. *observat.* 107. *à n.* 5. ubi dicit, judicem post conclusionem in causa posse positiones facere partibus, dubia movere, & de qualitate testium se informare: & *in obser.* 108. *à num.* 4. tradit posse judicem post conclusionem in causa juramentum suppletorium deferre, etsi non sit à parte petitum. Farin. *in prax. crim. q.* 75. *n.* 266. ubi dicit, quòd judex ex officio post conclusionem in causa testes interrogare, & recipere pro informatione potest, & alios refert. Et. *n.* 184. post publicationem judicem testes examinare posse.

73 Contrarium, quòd post conclusionem in causa judex ex officio non possit informationes sumere ad fundandam partis intentionem, defendit Surd. *cons.* 8. *num.* 12. ubi dicit, quòd sententia, & conclusio in causa æquiparantur, & sicut post sententiam non potest judex testes examinare, aliquid innovare, ita nec post causæ conclusionem ex Bellon. Cæphal. Gaill. *dict. observ.* 107. *num.* 4. ubi nec instrumenta produci, nec producta admitti debere comprobat; & vide Surd. *decis.* 153. ubi latè prosequitur, quando testes post dicta testificata possint recipi. Sed his non obstantibus à doctrina *suprà* tradita non esse recedendum testatur Farinac.

Ad petitionem partis testes non possunt repeti, ut addant, detrahant, vel corrigant dicta, postquam potuerunt loqui cum partibus, *cap. præterea, de testib.* & *ibi* DD. & Alcjat. *reg.* 2. *præsumit.* 29. *in princ.* Valasc. *consult.* 43. *n.* 16. de quo vide [illegible] *q.* 66. *à n.* 255. *&* *à n.* 227. ubi latè materia prosequitur, & Add. ad Gl. *l. t. p.* 3.

74 Poterit etiam judex ex officio rem, super qua contenditur, propriis inspicere oculis, & de valore se informare, si arbitratur, unam ex partibus movere justitiam, etiam tamen non fuit rite probatam imperitia notarii, vel advocati, ut Imol. *in l. ult. in fine, C. de jure domin. impetr. l. si quod ex Pamphilia.* 75. *in fine, ff. de leg.* 2. *ibi* Bart. & Castr. utique *num.* 3. *l. semper. §. hoc interdicto.* Bart. *ibi, ff. quod vi, aut clam,* Marc. *decis. Delphin.* 484. *num.* 43. *part.* 1. Curtius *in l. unica, C. de sentent. quæ pro eo, quod.* Pinell. *in d. l.* 2. 3. *p. cap. fin. num.* 7. ubi alios allegat, & *ibi* Meneses à Padill. *num.* 77. juridicam appellat ex *l. ubicumque, ff. de interrog. action. & l. si interruptione, vers. fin. ff. fin. regundor.* Matienz. *num.* 19. Valasc. *num.* 26. *ubi supr.* Menchac. *de succes. progress. lib.* 3. *in repet. l. si quis in suo, §. legis autem, Cod. de inoffic. testam. n.* 35. *&* 36. ubi dicit se Prætore pluries ex facto agitatum fuisse, & aliis comprobat. Gratian. *discept. cap.* 258. *num.* 44. ubi dicit, quòd, si in termino ad probandam læsionem pars nihil probavit, vel non plenè, poterit judex inquirere ex officio verum valorem ipsius rei, & debet hoc facere etiam post conclusionem in causa. Maynard. *decis. Tholos.* 67. *lib.* 3. *litt. E. & F.* ubi hæc maximè procedere dicit, si à partibus petatur.

75 Facit pro hac doctrina resolutio Castrens. *in l. unica, C. de sentent. quæ pro eo,* ubi dicit, quòd licet ille, qui petit interesse in termino dato ad probandum ejus quantitatem, non probet, nihilominus reus non absolvitur, sed potest implorare officium judicis, ut æstimet interesse. Mench. *num.* 36. dicit perpetuo esse menti tenendum, *ubi sup.* Rebuff. *ad l. unica, super gloss. verb. in aliis, n.* 41. *in glos. verbo subtilitatem, num.* 15. 16. *&* 18. ait, hanc praxim esse deductam ex Bart. *& in dict. l. si quod ex Pamphilia, & ibi addit. litt. A.* ubi alios allegat, & cum Bald. Alex. Hercul. & aliis tradit Valasc. *consult.* 43. *num.* 27. & cum Roman. & Alex. Ursil. *ad Afflict. decis.* 23. *num.* 9. ubi, quòd judex supplet probationem valoris interesse in genere probati. Matienz. *in d. glos.* 2. *num.* 20. ubi alios allegat. Ferras. *in prax. Pap. super forma libell. in act. reali. gloss. & in florentis, litt. A.* & vide Addit. ad Gloss. *fin. l. fin. tit.* 1. *à num.* 439. ubi vide, & in melioramentis observandum esse diximus, quando de eis constat, sed quantitas non est liquida, & *ibi* Addit. Adde Garcia. *de expens. & melior. cap.* 24. *à num.* 18. *cum aliis*, ubi latè Gratian. *discept. in cap.* 258. *num.* 45. 46. *&* 47. ubi cum Alex. & DD. *in d. l. unic. & ibi* Bart. *in vers. ultimo debes scire.* ampliat ad proventus, fructus, & similia, quorum certa quantitas non probatur, Et *cap.* 588. *num.* 20. ubi dicit, quod etiam nulla præcedente probatione judex ex officio potest taxare interesse ad rationem quinque vel sex pro centenario; & *in c.* 524. *num.* 12. *&* 13. Ursil. *num.* 9. *ubi supr.* Amatis *decis. Ferrar.* 22. *n.* 5. de quo *in num.* 44. *in dict. gloss. fin.* ubi latè de probatione interesse *à n.* 314. Et *à num.* 437. cum constat de interesse, sed non 76
est probata ejus quantitas, male facere judicem, si absolveret reum; & in melioramentis, quando de eis constat, sed non de quantitate certa, Adde ibi dictis denat. Pincianum præcepisse partibus singulos æstimatores nominare, reservata sibi facultate nominandi, si partes nominare recusent, & tertium dissentientibus nominatis, & executioni mandatum fuisse, quod horum æstimatorum judicio fuit probatum, ut testatur Garcia *de expens. dicto cap.* 24. *à num.* 18. ubi de explicatione hujus clausulæ. Et *in num.* 28. de executione harum declara- 77
tionum. In fructibus *l.* 52. *tit.* 5. *lib.* 2. *recompil.* jubet judicibus, quod liquident, & ad summam certam reducant, ne circa liquidationem eorum nova lis eveniat.

Solent autem judices uti remedio, de quo *in* 78
n. 74. quando propter varietatem testimoniorum, vel æqualitatem testium in dictis suis reperiuntur perplexi, ut testatur Valasc. *consult.* 43. *num.* 27. ubi dicit, quod assumunt aliquos testes ex parte actoris, qui sibi digniores esse videntur, & pari modo ex parte conventi, & ipse judex simul cum illis ad rem, de cujus valore agitur, accedunt; vel jubet, quod litigantes unusquisque pro parte sua de suis testibus aliquos eligat ad rem videndam, & conferendum cum judice de æstimatione; & ita sæpe vidisse per excellentes judices practicare.

Rebuff. ad Gloss. *subtilitatem, n.* 17. *&* 18. dicit 79
se vidisse primò procedi ad instantiam petentis interesse, & dari copiam parti adversæ, ut alleget, cur æstimatio fieri non debeat, & quare interesse non debeat declarari, & si nihil boni, & justi opponatur, quin æstimatio fieri debeat, quod tunc coget partes ad eligendos duos homines expertos, juxta *l. hac edictali, §. bis illud, Cod. secund. nupt.* Vel ipse judex eliget, si videat partes esse discordes, vel negligentes; si discordes sunt æstimatores, tertius à partibus, quem judex approbavit, aut ab ipso eligetur: quam practicam dicit esse Bart. *in fin. C. de pignor.* quod favendum est, si non facile sciri possit, cujus partis probationes præponderent. Faber. *in C. lib.* 4. *tit.* 30. *de rescind. vend. defin. fin.*

Prætèrea notà testes deponentes de suo judicio, 80
quòd res tantùm valet, fidem non facere, nec ex eis verum rei valorem probari. Bart. *in l. quid tamen, §. si*

§. *si arbitrer*, ff. *de arbitr.* Bald. *in l.* 3. *q.* 5. C. *de testib.* Curt. Jun. *cons.* 144. *num.* 3. & 165. *n.* 17. Alex. 74. *num.* 6. *lib.* 1. Menoch. 358. *num.* 26. *lib.* 4. Cagnol. *in l.* 2. C. *de rescind. vend. n.* 232. Grat. *discept. cap.* 61. *n.* 22. & 23. duas Rotæ *decisiones* adducit: & aliam Alex. Ludov. *decis.* 553. *num.* 9.

81 Nec testes deponentes de auditu fidem faciunt, nec rei valorem probant; ut Carroc. Emill. Verall. *decis.* 264. *part.* 3. tradit. Farin. *de testib. q.* 69. *n.* 30. ubi respondit ad Jacob. Puteus *decis.* 29. *lib.* 1. qui contrarium tenuisse videtur, dicens, quod loquitur in casu difficilis probationis juncta fama, & concurrente legalitate producentis. Gomez. Leo. *decis.* 97. tunc probare dicit, si deponant de communi sententia.

82 Rursus fidem non faciunt testes, qui dicunt rem tantum valere, quia sic eis videtur, vel se ita pro certo credere. Bald. *in l. sive possidetis, num.* 6. C. *de probat.* Cagnol. *in l. unic. num.* 133. *de sententiis, quæ pro eo.* Pinell. *in l.* 2. C. *de rescind. vend.* 3. *p. cap. fin. num.* 12. *in princ.* & vide quæ diximus *supr.*

83 Nec testis, qui dicit tantum valere, quia ipse tantum daret pro ea, concludenter declarat. Bart. *in d. l.* 2. *ad fin.* Salic. *ibi, quæst.* 20. Boër. *cons.* 30. *n.* 6. Bertrand. 256. *num.* 7. *lib.* 3. Alex. *in l. pretia rerum, num.* 12. ff. *ad leg. Falcid.* Panorm. Imol. & Felin. *in*

84 *cap. cum causam*, 2. *de testib.* Pinell. *in d. n.* 12. etsi contestes habeat plures hoc idem dicentes, eo quòd testes videntur esse singulares, & quia juxta particularem affectionem creduntur deponere, ut cum glos. & Bart. *d. l.* 2. defendit Matienz. *in l.* 1. *tit.* 11. *lib.* 5. *recomp. glos.* 2. *num.* 17. quia testes de necessario debent concludere. Pinel. *in d. cap. fin. num.* 12. & sic est tenendum, licet contrariam sequantur. Bald. *num.* 25. Angel. *num.* 7. Salicet. *num.* 23. Pantha. Crem. *in dict. l.* 2. Gomez. 2. *tom. var. cap.* 2. *n.* 25. *in fin.* qui hujusmodi testes probare dicunt, nisi ex contrario eos juxta affectionem deposuisse probetur.

85 Si duo testes de fama publica deponant, quòd res vendita erat tanti valoris tempore contractus, & alter testis de vero valore, utrum hæ probationes faciant plenam probationem? Alex. Ludovic. *decis.* 245. *num.* 1. & *decis.* 273. & *ibi* Beltramin. qui alios allegat, facere plenam probationem valoris rei, & sic conjugi posse resolvunt ex Glos. *in cap.* 1. *de appellat.* Glos. *verb. illorum, in cap. veniens. l.* 1. *de testib.* Gloss. *in cap. placuit, l.* 2. *verb. posses.* 16. *q.* 3. Gabr. *lib.* 1. *commun. tit. de probat. conclus.* 1. *n.* 8. Gras. *decis.* 1. *n.* 2. *de jurisd.*

86 Advertendum est, cum agitur de probatione valoris alicujus rei, quòd inspiciantur & perpendantur qualitates augentes, aut diminuentes ejus valorem; nam pretium aliquando minuitur, & aliquando augetur ex qualitate, & conditione rei, ut advertit Glos. *hic.* nam ad probandam læsionem non solum pretium, sed totus contractus considerari debet. Surd. *decis. Mantuan.* 217. & 250. Scacc. *de commerc.* §. 1. *quæst.* 7. *part.* 2. *ampliat.* 10. *num.* 4. *vers. subdeclara.* & ob id DD. instruunt advocatum emptoris, ut faciat positiones, & capitula de qualitatibus, & conditionibus, quæ debent diminuere, & extenuare valorem rei, & advocatum venditoris de his, quæ augent.

87 Si venditor est pauper, vel ære alieno gravatur, & non potest idoneè de evictione cavere, ob dubium litis evictionis, quæ sequi potest adversus emptorem, de pretio, & valore rei multum diminuitur, ex Glos. *hic.* cui Adde Bart. *in l.* 1. §. *si hæres, num.* 3. & *ibi* Jas. *num.* 5. ff. *ad Trebell.* Cagnol. *in l.* 2. C. *de rescind. vend. num.* 199. & *ibi* Pinell. 3. *p. cap. fin. num.* 20. Cremens. *n.* 253. Bursat. *consil.* 9. *num.* 36. Menoch. 357. *num.* 27. & 28. Rip. *in dict.* §. *si hæres, n.* 28. Honded. *cons.* 31. *num.* 62. *lib.* 1. ubi, & alios allegat. Mascard. *conclus.* 651. *num.* 10. alios adducit. Matienz. *in l.* 1. *tit.* 11. *lib.* 5. *recompil. n.* 24. & 34. idem resolvit, & plures congerit. Guttier. *de juramento confirm. l. p. cap.* 26. *num.* 15. *vers. sed proprias.* Gratian. *discept.* 3. *tom. cap.* 361. *num.* 10. & 11. ubi idem placuisse Rotæ dicit. Idem testatur Farinac. *decis.* 648. *num.* 2. *part.* 2. *tom.* 1. & Alex. Ludovic. *decis.* 533. *num.* 13. & *ibi* Beltramin. *num.* 18. Mantic. *de tacit. convent. lib.* 4. *tit.* 20. *num.* 43. ubi quod ista qualitas est articulanda, quando quis asserit se læsum ultra dimidiam justi pretii; & *in num.* 44. per *l. cum qui*, §. *melior*, ff. *de in diem addict.* dicit carius emere emptorem, qui satisdationem nullam exigit; quod antea notavit Pinell. *in d. cap. fin. num.* 25. sed intellige hanc resolutionem, ut dicemus *infra.* Item melior conditio emptoris, 88
& solutio facilis, *d.* §. *melior.* Tiraq. *de retract. lignag.* §. 1. *glos.* 18. *num.* 34. Pinell. *num.* 34. & econtra 89
propter difficultatem pretium, seu rem exigendi, res dicitur esse majoris, vel minoris æstimationis, *l. per diversas*, & *ibi* Bald. *n.* 5. C. *mandat.* & *d.* §. *melior* à contrario sensu Cravet. *cons.* 145. *n.* 9. *vers. dicitur etiam hoc*, Mantic. *n.* 45. *ubi supr.*

Si res erat litigiosa propter periculum amissio- 90
nis, minoris æstimatur, *l.* 1. §. *si hæres*, ff. *ad Trebell.* ubi Rip. *num.* 26. *in fin.* Corn. *cons.* 206. *col.* 4. *in fin. lib.* 3. Matienz. *num.* 30. Pinell. *num.* 19. *ubi suprà.* Valasc. *consult.* 70. *num.* 6.

Si domus, vel fundus venditus erat prope vi- 91
rum malum, & rixosum, minoris valet, *l. quod sæpe*, §. *fin.* ff. *de act. empt.* ubi DD. Rip. *in dict.* §. *si hæres, n.* 28. Bart. & Bald. & Alexand. *in l. si quis stipulatus sit*, §. *si quis ita*, ff. *de verb. obligat.* Jas. *in l.* 2. *à num.* 18. & 19. ff. *solut. matr.* Matienz. *in d. glos.* 2. *num.* 35. econtra propter bonos vicinos domus, vel fundus pluris æstimatur, *l. si cum fundum*, ff. *de legat.* 2. Barbat. *in addi. ad Bart. in l.* 2. C. *de rescind. vend. n.* 27. Cravet. *cons.* 145. *n.* 9. & 202. *num.* 19. Matienz. *in d. num.* 35.

Minoris etiam æstimationis est pars, si pars 92
dumtaxat vendatur, & non tota res, quia plus valet pars in toto, quàm si separatim distrahatur. Bart. *in l.* 1. *num.* 3. Bald. *ibi, num.* 3. & Salicet. *n.* 4. C. *commun. divid.* Bald. *in l. Mævius*, §. *in fundo*, ff. *de leg.* 2. Roland. *cons.* 71. *à num.* 16. *lib.* 3. Mantic. *d. num.* 34. & 35. Pinell. *in d. l.* 2. *n.* 36. & vide Glos. *l.* 1. 32. *n.* 158. *ubi suprà.*

Si negligenter res culta erat, valor minuitur, 93
sicut ex bona cultura augetur, *l. non intelligitur*, §. *Divi fratres*, ff. *de jure fisc.* ibi: *Sicut enim diligenti cultura prætia prædiorum ampliantur, ita si negligentius habita sint, minui ea necesse est.* Fulgos. *cons.* 133. *sub num.* 12. Corn. 151. *num.* 9. *lib.* 4. Paris. *vol. num.* 26. *lib.* 2. Cæphal. 403. *num.* 42. Decian. 14. *num.* 16. *lib.* 2. Menoch. 358. *num.* 13. *lib.* 4. Mantic. *d. tit.* 20. *num.* 50.

Minus etiam æstimatur actio, quam res, *l. mi-* 94
nus, ff. *de reg. juris, l. minoribus*, ff. *de min.* Pinell. *in dict. l.* 2. *num.* 37. Matienz. *in l.* 1. *tit.* 11. *lib.* 5. *recomp. glos.* 2. *num.* 37. ubi dicit, quòd æstimatio facultatum, & redituum, & bonorum ad effectum insinuationis, valoris beneficii, & fructuum est facienda deductis sumptibus, expensis, & laboribus.

Si res est periculis obnoxia, ut si sit apud ali- 95
quod flumen, & habet periculum inundationis,

vel

vel sit ruinosa, pretium ex hoc minuetur. *l. etsi sine dolo,8. in fin.principii, l. verum* 12. §. *sciendum, circa finem*, ibi, *vel prædia urbana ruinosa*, *ff. de minorib. l. non solum* 59. *ff. de petit. hared.* latè explicat Covarr. *lib.*3. *var. cap.*9. *num.* 15. ubi de re juxta flumen,*& lib.*2. *cap.*3. *num.*5.Pinell.*in d.l.*2.3. *part. cap.*4.*num.*22.*d.gloss.*2. *num.*31. *vers. qualitas etiam loci*,Mantic.*d. tit.*20. *num.*39. Farin. *dec.*648. *num.*2. Lar. *de vita hominis. c.*23. *n.* 52.

96 Ratione oneris annexi res dicitur deterior, & pretium minuitur. *c. in aliquibus* & *ibi*, Abb.*in* 2. *notabil. de decim. & in cap. cum Ioannes*, *num.* 3. & ibi Felin. *num.*4. *de fide instrum.*Dec.*cons.*167. *col.*2. *&* 308. *col.*1.Alex.12.*num.*9.*lib.*8 Beroj.169.*n.*16. *lib.*1. Mantic. *d. tit.*20. *num.*38. Unde si singulis annis solvi debeat census pro ipsa re,vel si ad commodum venditoris servitus est servata, sine dubio ista onera minuunt rei venditæ valorem, & de eis est habenda ratio, quia sunt pars pretii, & ejus loco succedunt. *l.*1.§. *si hæredes, ff. ad l. Trebel. l.*1. §. *modus,ff. de transact.l. fundi partem,ff. de contrahen. empt.* Cagnol. *in d.l.*2. *num.*243. Boër. *cons.*30. *num.*8. Cacher. *decis.*91. *n.* 10. Menoch. *cons.* 358. *num.* 30. *lib.* 4. Surd. *cons.*181. *num.* 20. ubi alios allegat. Perezius.*in l.*2.*titul.*23. *lib.*2. *ordina. col.* 6. *versic. illud* Gratian. *discept. c.* 461. *num.*9.

97 Quando res vendita est emphyteutica, ista qualitas minuit pretium rei; dubium enim est,an bona emphyteutica sint æstimanda in tertia parte minus, quam æstimarentur, si essent libera,vel an sufficiat minutio sextæ partis? de quo vide Fontanel. *de pact. nupt.claus.*4.*gloss.*18.*p.*1. *num.*79. 80. *&* 81. ubi dicit, quod ratione retentionis dominii directi, quod remaneat penes dominium, communiter in Catalonia æstimantur hæc bona in tertiam partem justi rei valoris. Surd. *cons.*452. *n.*76. *&* 77. dicit, quòd qualitas emphyteutica diminuit sextam partem valoris rei, & ita placuisse Rotæ testatur Beltramin. ad Alex. Ludovis. *decis.* 573. *litt. H. sub num.* 15.

98 Rursus pretium rei venditæ minuitur, si venditio fuisset facta cum pacto de retrovendendo, quia tale pactum dicitur pars pretii, ut diximus *in gloss. l.*42. *num.*31. & *ibi* additis Adde. *l. fundi partem ff. de contrab. empt.* Abb. *in c. ad nostram de empt. & in c. in aliquibus, de decimis. num.*2. Jas. *in l.*1. §. *si hæres. num.*10.*ff. ad Trebell.* Covarr. *lib.*3. *var. cap.* 10. *à num.* 1. ubi latè materiam prosequitur. Bart. *decis.Bononi.*123.*num.*6. Turret. *cons.*28.*n.*19. *&* 80. *num.*61. *vol.* 2. Faber. *in C. lib.*4. *tit.*30. *de rescind. vend.defin.*27.Gam. *decis.*138. *num.*2. Mantic.*de tacit. conv.lib.*4.*tit.*20.*num.*41.qui latè comprobat propter d. pactum rem valere ferè minus tertia parte & alios refert. Imo quod plus, quam tertia pars justi pretii ex hoc pacto minuatur, latè comprobant Chassan.*cons.*10.*num.*46.ubi plures refert,& contra Pinell.*in d.l.*2.3.*part. cap.*4. *num.*19. Valasc.*consul.*70.*num.*10. Cavalca. *decis.*16. *num.*8. *part.*2. qui ex hoc pacto pretium rei venditæ non minuere contendunt, sic est tenendum, & sæpe judicatum vidisse testantur Pinell. Valasc. Gamm. & Faber. *ubi supr.*

99 Præterea si res vendita alteri pro securitate census, vel alterius debiti erat obligata,& onus census, vel hypothecæ erat liquidum, & impositum super ipsa re, quæ venditur, valor illius census,& debiti liquidi est deducendus ex pretio, ut cognoscatur an sit læsio: Si hypotheca,& obligatio non sit pura, sed conditionalis, & pendens à futuro eventu ex hoc onere minuetur pretium quantominus valet res illa cum illis obligationibus, quod est articulandum, & probandum, ut resolvit Guttier. *de juram. confir. 1. part. cap.*16. *num.*14. *&* 15. ubi hanc quæstionem in casu *nostræ leg.* optimam dicit, & tactam non inveniisse, & de ea ita respondisse.Sed pro resolutione hujus quæstionis sequentes casus distinguendi sunt. Primus quando debitum erat liquidum, pro quo res vendita erat hypothecata, vel super qua census erat impositus, & tunc aut cum onere dicti debiti venditio fuit facta, aut sine illo; si cum onere debiti, planum est de valore rei venditæ hoc debitum deducendum, & in hoc casu resolutio Guttier. procedit.Si vero venditor emptorem certioravit de hypotheca,aut onere impolito super re, & sine obligatione solvendi dictum debitum rem vendidit, & venditor erat idoneus facultatibus ad ejus solutionem,& sine excussione in bonis debitoris principalis contra tertium rei hypothecatæ possessorem creditor agere non poterat, ex hoc onere nihil de valore rei, minuendum est:sin autem absque excussione creditor agere directè poterat contra tertium possessorem, ut in casibus de quibus in Addit. ad Gloss. *l.* 14. *tit.*12. tunc ratione hujus justi timoris, etsi post solutionem possit à venditore pretium à se solutum repetere virtute cessionis, aut actione ex empto ex eo, quod rem liberam emit, pretium rei venditæ minui debet, in quantum hoc æstimari possit.Si venditor erat pauper, & non habebat unde debitum solveret,nisi ex re hypothecata, quam sine dicta obligatione solvendi debitum vendidit, tunc pretium, & justa rei æstimatio minuetur, in quantum est dictum debitum, vel potest æstimari gravamen.

Secundus casus est, quando hypotheca erat conditionalis, ut si erat obligata pro fidejussoria tutelæ, aut pro evictione alicujus rei, vel subjecta fideicommisso conditionali, & venditor de dicto onere certioravit emptorem, & cum eo rem vendidit, quia tunc de valore detrahendum est, quod minus valet res cum illo onere, & procedit opinio Guttier.sed si absque dicto onere,postquam emptorem de eo certioravit rem, vendidit; facienda est distinctio inter venditorem divitem, vel pauperem de qua *suprà*, & dubius eventus damni, quod emptori evenire potest,æstimandus.

Tertius casus est,quando hypotheca, vel obligatio pura,vel conditionalis erat ignota emptori, & rem liberam emit à venditore,qui idoneus communiter reputabatur, & non implicitus debitis, & tunc de justo valore rei nihil minuendum est ratione hujus gravaminis, quia tempore contractus, ad quod est inspiciendum,communiter res in eo pretio æstimabatur, & venditor actione ex empto ad rem liberam tradendam compelli potest (ut diximus sup. in addit. Glos. *l.*32.)aliàs si onus,& obligatio ista pretium minueret,venditor ab hoc remedio læsionis excluderetur ex eo, quod minus valebat habito respectu ad istas obligationes, & emptor reperiretur cum re empta minus dimidia justi pretii, & venditor cum magna læsione; nam ex hoc, quòd excepit de minore valore rei ex prædictis obligationibus non excluditur ab actione exempto,quam habet,quia non assumit in se onus solvendi debitum;sed ratione hujus oneris excipit de minore valore,& si res vendita non fuisset propria ipsius venditoris, sed aliena in totum venditor ab hoc remedio excludetur,etsi læsio enormissima foret, & non excludi diximus *sup. in addit. Gloss.*4.*num.*..... prout rectè videtur. Joan. Guttier. etsi

etsi onus sit reale, quia venditor graviter læderetur, quia careret re, & justo pretio, & ex ejus admissione emptor nullum damnum patietur, quia in ejus electione est, si rem gravatam vidit, & minus valere, agere ad supplementum, seu rem dimittere, & pretium recuperare, & hoc voluit Pinell. *in d. l. 2. 3. p. cap. 4. num. 20. in fin.* ubi dicit, ante emptionem inspiciendum esse, quòd venditor sit debitis implicitus ad exclusionem læsionis & non post emptionem, Caballi. *in add. ad tract. de evict. in fin. in ult. q. incipit rursus fuit*, ubi proponitur casus de terra donata duobus fratribus, & post eorum obitum filiis eorum legitimis, ita ut si filii decederent sine filiis, reverteretur ad hæredes donatoris, quam fratres indigentes, vendiderunt cuidam vili pretio puta pro 150. florenis, cum valeret ultra 320. & se in solidum de evictione obligarunt, & cum emptor vellet expellere colonum, venditores susceperunt litem, & opposuerunt de læsione ultra dimidiam & probarunt, verum valorem terrarum esse ultra 320. florenos, emptor excipit, multo minus valere propter periculum substitutionis, & fideicommissi, quo prædicta terra erat gravata, & per sententiam primi judicis victus esse dicit, sed male judicatum fuisse, quia non obstat, vendentes solum jus ad vitam habuisse, quia promiserunt de evictione perpetua, & sic non debere inspici jus, quod habebant, sed jus, quod vendiderunt & pro quo de evictione caverunt, & consequenter læsionem esse multo ultra dimidiam prout *suprà* resolvimus.

104 Minuitur etiam pretium causa bellorum, Gregor. Lop. in Glos. *antec.* cui Adde Bald. *in l. 2. Cod. de rescind. vend. num. 29.* & ibi Castr. *num. 4.* Cagnol. *num. 138.* Cremens. *num. 230.* Jas. *consil. 54. num. 4. lib. 1.* Menoch. *cons. 114. num. 21. & 22.* ubi cum Cagnol. & Dec. tradit, prædia reddi vilissima tempore belli. Rota, *decis. 65. num. 21. part. 2. diversorum novissim.* ubi de peste, & bello. Contrarium, imo quod pretium diminutum causa belli non sit verum rei pretium cum sit temporale, quod speratur cessare, nec sit attendendum, docet Castrens. *cons. 109. vol. 1. vers. nec obstat, ex d. l. pretia rerum ibi, ex caritate vero contingente pretium non constituitur*, & ibi Imol. Alex. & Angel. Areti. *in §. si quis agens, num. 1. & 4.* & ibi, Jas. *num. 6. instit. de action.* Cremens. *ubi supr. num. 233.* Mascard. *de probat. concl. 651. num. 4.* Sed his non obstantibus ob causam belli, pestis, caresti, & timoris mutationis monetæ, quòd pretia rerum minuantur, verius esse tenent relati, & docet experientia rerum magistra, in quantum hæc diminutio sit, ex circumstantiis judex æstimabit.

105 Gabella, & laudemium, quòd ratione venditionis solvitur, etiam minuit pretium. *l. non debet de ædil. edict.* Bald. *in l. nec per se. C. de hæred. instit. n. 2.*

106 Fabian. *de empt. q. 7. princ. vers. 5. effectus.* Contrarium, quòd solutiones, seu erogationes ex causa gabellæ, vel alterius oneris non debeant computari, cum agitur de læsione, tenet Rebuff. *in 2. tom. const. de rescis. contract. gloss. 15. num. 17.* Valasc. *cons. 70. num. 14.* Cancer. *var. 1. part. c. 13. num. 14. vers. hic obiter.* Tiraquell. *de retract. lig. §. 15. glos. 1. à num. 4.* Pinell. *in d. l. 2. part. 2. cap. 3. num. 41.* qui tenent, solum attendi debere pretium conventum, & quòd alteruter contrahentium ex conventione accepit; non verò quòd læsus ex dictis causis erogavit, minuunt, seu augent pretium. Si vero emptor sumat in se onus solvendi gabellam, quam venditor solvere tenetur, *ex l. 1. tit. 17. lib. 9. recomp.* seu venditor sumat in se onus, quod spectat emptorem, ut solutio gabellæ, sive laudemii in provinciis, in quibus emptori ultra pretium incumbit solvere, dicta onera adjecta ei, cui non spectabant, augent ex parte sua, seu minuunt pretium. Valasc. *in dict. num. 14. in fin.* Guttier. *de gabell. q. 51. n. 3.* ubi dicit, quod ex *d.* pacto debetur gabella, quia est pars pretii, & ob reservationem d. oneris, ad quod tenebatur venditor, res minus venditur, & pro ea allegat Parlad. *in lib. 1. quot. c. 3. §. 4. n. 45.* Lasart. *de decim. vend. c. 15. num. 19.* Girond. *de gabell. in prælud. num. 34.* contra Azeved. *in d. l. 1. num. 81.* qui contrarium tenet. Unde colligitur re- 107
solutio respectu sumptuum factorum pro perficienda emptione, ut in subhastatione, si subhastetur res, vel in proxenetis, nisi alter recipiat in se sumptus, qui ad alterum spectabant, nam ut diximus augent aut minuunt pretium, contra Mantic. qui ex Bart. *in l. qui quantitas per illum text. ff. ad leg. Falcid. & aliis in d. lib. 4. tit. 20. num. 48.* tenet minuere pretium. & faciunt tradita à Parl. *in num. 46.* Lasart. *cap. 16. num. 3.* Girond. *n. 34.* Azeved. *n. 152. & 153.* Guttier. *q. 52. num. 4.* qui tenent, quòd gabella debet solvi ex toto pretio absque deductione d. expensarum; ea ratione, quia lex non jubet solvendam esse gabellam ex pretio, quòd remanet venditori; sed ex pretio, in quo fuit celebrata venditio; quæ ratio militat in casu nostræ legis cum attenditur an adfuerit læsio, in qua ad pretium conventum attenditur, non vero ad sumptus, quos cum ad se pertinerent læsus fecit.

Quid de promisso, si aliquid in specie, vel aliqua 108
quantitas pecuniarum promissa fuit ei, qui majus pretium pro rebus, quæ veneunt, obtulerit, ut emptores alliciantur ad meliorationem faciendam in emptionibus, & ad emendum? Pro cujus resolutione distingue, aut emptor, qui de læsione conquæritur, aut contra quem agitur, promissum lucratus fuit; aut alter tertius. Primò causa ex promisso pretium augetur, vel minuitur; quia ratione contractus, de cujus rescissione agitur, hoc lucrum ad emptorem pervenit: secundo casu quando promissum est penes tertium, si super promisso empto pretium augeat, seu adjectionem fecit ad supremum pretium, pro quo res fuit vendita, & in quo promissa continentur, est attendendum tam respectu emptoris, quam venditoris, etsi totum, & integrum pretium ad venditorem non pervenerit; quia suo facto, & consensu ea parte pretii, quam ultro magis licitanti obtulit, caret, & non est quòd imputetur emptori, ut de pretio detrahatur. & cum venditor pretium restituere elegerit, & rem venditam recuperare, cur integrum non restituatur, nec in hoc casu contra tertium, qui legitime promissum fuit lucratus, venditori actio dabitur; sed suo discrimine cedet, & non emptoris, hanc quæstionem in materia nostræ legis non inveni tactam, in materia gabellarum utrum de pretio promissum detrahendum sit ad earum solutionem egerunt Lasarte. *dict. num. 6.* ubi tenet quod promissum hoc de pretio deduci non debet, & Parlad. *num. 47.* ubi contra Lasartem contrariam opinionem veriorem dicit, & eum sequitur Guttier. *num. 7. cum 5. sequen. ubi supr.* ubi utriusque opinionis fundamenta refert, & contrariis satisfacit.

Minuetur pretium ultra casus *supra* traditos, si 109
emptor suscipit suo periculo necessitatem expellendi præpotentem spoliatorem, & rem ab eo recuperandi, ita Faber *in C. lib. 4. tit. 30. de rescind. vend. definitio. 18.*

Pretium

110 Pretium rei, & ejus æstimatio augetur ; Primò si fructus erant pendentes in fundo vendito , & fructus majoris æstimationis erunt, si jam erant maturi, & de proximo colligendi, *l. ult.* §. *fructus, & ibi,* Gloss. *verbo fundum, ff. quæ in fraudem credi. leg. in l. Falcidia, ff. ad leg. Falcid.* Feder. de Senis, *in quæst.* 110. *num.* 1. Mantic. *de tacit. convent. lib.* 4. *tit.* 20. *n.* 33.

111 Limita in ancilla prægnante, quo casu propter partus periculum pluris non debet æstimari, *l. assiduis, vers. quis earum,* C. *qui potiores in pign. hab. & in* §. *sed nos constitutione, Instit. de Senat. consult. Tertull.* ut contra Paul. & Alexand. docet Pinell. *in l.* 2. *C. de rescind. vend.* 3. *p. cap.* 4. *num.* 39. quem sequitur Mantic. *ubi supr.* & quòd non sit habenda

112 ratio de partu existente in utero probat *d. l. in lege Falcidia,* ubi vide Glos. *fin.* Plus etiam valet res vicina, seu proxima civitati ratione commoditatis culturæ. *cap. terrulas.* 12. *q.* 2. Bald. *in l. per diversas, n.* 16. *C. mandati.* Mantic. *ubi supr. n.* 36. Lara , *de vita homin. c.* 23. *n.* 46. *&* 47.

113 Augetur etiam pretium ratione dilatæ solutionis, *l. eum qui,* §. *melior, l. si pretio in diem, in fin. ff. de in diem addict.* nam minus dicitur solvere , qui post tempus solvit, *l. circa legem, ff. ad l. Falcid.* §. *plus. inst. de actio.* Tiraq. *de retract. lign.* §. 1. *glos.* 18. *num.* 34 Pinell. *in d. l.* 2. 3. *part. cap.* 3. *n.* 34. Gamm. *decis.* 256. ubi sic judicatum fuisse , & ibi Menard. *in addit. sub num.* 257. Matienz. *in l.* 1. *tit.* 11. *lib.* 5. *recomp. glos.* 2. *num.* 32. *&* 33. ubi in propositio multa adducit. Mantic. *d. tit.* 20. *num.* 46.

114 Quid de Thesauro invento per emptorem post fundi traditionem, num ex hoc possit venditor se læsum fuisse dicere , & rescissionem venditionis petere, aut quod justum pretium augeatur , vide Barbos. *in l. divortio,* §. *si fundum, à num.* 31. *ff. sol. matrim.* & Mantic. *lib.* 4. *tit.* 16. *à num.* 32. ubi latè explicat , qui verus Thesaurus dicatur , & resolvunt , quòd venditio ex hoc non potest rescindi, nec pretium debet augeri , & vide *ibi* Barbos. *à n.* 27. ubi latè de hac materia inventionis Thesauri, & ejus acquisitione agit.

115 Tacitis istis , & aliis qualitatibus, quæ augent, & minuunt justum rei pretium , non potest dici concludenter probata injustitia valoris rei. Alexand. *cons.* 54. *num.* 4. *lib.* 6. Cravet. *cons.* 430. *num.* 5. Seraph. *cons.* 1317. *n.* 1. *&* 1377. *n.* 5. *& decis.* 1462. *num.* 4. *part.* 2. Gratian. *disceptat. cap.* 461. *num.* 12. Alex Ludovic. *decis.* 570. *num.* 4. & *ibi* Beltram. *num.* 10. ubi ex Rota dicunt, nullam esse habendam rationem de depositionibus testium, qui non sciunt confines , & qualitates tam extrinsecas, quàm intrinsecas, quæ minuunt, vel augent valorem rei. Farinac. *decis.* 648. *num.* 2. *in noviss.* 1. *tom. part.* 2. ubi dicit testes non concludenter probare , si non faciunt mentionem dictarum qualitatum.

116 Rerum mobilium valor probatur per testes , & quomodo debeant deponere? vide Addit. *supr.* ad Glos. *anteced.* Et non requiritur , quod articuletur de communi pretio in loco publico fori , & mercatus, prout multi voluerunt , licet multum conducat ad probandum communem æstimationem, *cap.* 1. *de empt.* Cagnol. *in d. l.* 2. *num.* 25. ubi latè Pinell. *ibi* 3. *p. cap. fin. num.* 17. Valasc. *consultat.* 43 *n.* 2. Matienz. *in d. glos.* 2. *num.* 12. Mascard. *concl.* 649. *n.* 2. ubi pro contraria plures refert, & text. *in l. septem diebus, C. de rogat. milit.* & fatetur multum adstringere, quæ adducit Cagnol. pro sua opinione.

Est etiam in venditione rerum mobilium in probando valore habenda ratio loci, ubi traditio 118
est destinata , licet semper consideretur valor secundum locum contractus ex *l. si fundus, ff. de evict.* Bart. *in l.* 1. *num.* 20. *C. de summ. Trinit.* Jas. *in l.* 2. *ff. de eo, quod cert. loc.* Rolan. *cons.* 100. *à num.* 15. *lib.* 3. nam cum agitur ad contractus rescissionem ex remedio nostræ legis, æstimatio facienda est juxta locum destinatum, ex *l.* 3. §. *fin. ff. de act. empt.* & cognito hoc valore, tunc attenditur ad valorem loci contractus , ut juxta illud cognoscatur læsio, Angel. *in l. fin. ff. de condict. triti.* Alex. *in l. vinum 6. ff. si cert. petat.* ubi ponit quæstionem de vino in Marchia vendito, quod Ferrariæ dari debebat, & resolvit , quod attendi debet æstimatio vini in loco Ferrariæ, ubi erat tradendus, ex Cyn. *in d. l. vinum,* ubi ita judicatum fuisse refert, & ibi eum sequitur Alberic. *in princ.* Dec. *num.* 11. Jas. *n.* 11. Bologn. *num.* 34. & esse communiter approbatam refert Cagnol. *ibi* , *num.* 7. *& in* 4. *notab.* Oldrad. *cons.* 168. Bald. *cons.* 395. *num.* 8. *lib.* 2. Rot. Genuen. *decis.* 117. Bologn. *in l. unic. num.* 121. *vers. quæritur, C. de sentent. quæ pro.* Petr. Barbos. *l. hæres absens,* §. *proinde, num.* 50. Sotus *in* 4. *sentent. distinct.* 15. *q.* 6. Cajet. 2. 2. *q.* 76. *art.* 2. & esse communem sententiam Theolog. testatur Aragon. *in tract. de justit. & jur. quæst.* 77. *artic.* 1. Mastrill. *decis. Siciliæ* 17. Pichard. §. *si quis agens.* 33. *à num.* 13. *Institut. de action.*

In locationibus & conditionibus, quæ sit justa 119
pensio, variæ sunt opiniones. Prima, quòd pensio justa est habito respectu ad fructus, & reditus, qui percipiuntur ex re locata. Cæpol. *de simil. contr. præsumpt.* 3. *num.* 33. Carroc. *in tract. locat. & conduct.* 1. *p. q.* 8. *princip. cap. de rescindend. locat. n.* 14. *fol. mihi* 46. Morl. *in empor. juris, tit.* 9. *de contrab. empt. quæst.* 19. *num.* 8. ubi dicit, quòd verus valor probabitur ex fructibus quinque annorum. Quod in fundis , & aliis rebus de se fructiferis admittit Cæpol. *ubi sup.* non vero in domibus, & palatiis, quæ in se multum valent, & pro modica pensione locantur habito respectu ad valorem eorum, *l. fin.* §. *fin autem, C. de bonis, quæ lib.* ubi Bald. dicit, quòd domus pretiosæ sunt steriles, quæ reditus non respondent pretio earum. Plat. *in l.* 2. *Cod. de prædiis Naviculi, lib.* 12.

Secunda est, quòd pensio justa dicitur illa, quæ 120
in viginti annis valorem rei conficit, de quo vide *supr.* tradita , & plures quos refert , & sequitur Carroc. *ubi supr. num.* 15. *vers. tertia est opinio, & in num.* 16. & quæ diximus in Addit. ad Glos. 3. & 4. *l.* 11. *tit.* 15. *infra hac part.* Valasc. *de jure emphyt. q.* 11. *n.* 2. Fontan. *de pact. nupt. claus.* 4. *gl.* 18. *p.* 1. *à n.* 47. *&* 48.

Tertia opinio est, quod pensio justa est , quando redduntur quinque pro centenario. Bursat. *consil.* 11. *num.* 12. *lib.* 1. Ludovic. *decis. Perus.* 65. *n.* 12. *part.* 2. Carroc. *ubi sup. d. num.* 17. Scacc. *de conven.* §. 1. *q.* 7. *p.* 2. *ampliat.* 8. *sub num.* 36. *& sub num.* 241. Faber. *in C. tit. de fruct. & litt. expens.* 18. *lib.* 7. *definit.* 2c. Fontan. *num.* 47. *&* 48. & addita ad dict. Gloss. 3. & 4.

Quarta opinio est , quòd pensio justa dicitur 121
solita, & consueta, *l. licet, l. excepto cum glos. verbo consuetudine, C. locati,* Rom. *cons.* 423. *num.* 1. Cagnol. & Cremens. *num.* 119. *in d. l.* 2. Pinell. *ibi, p.* 1. *cap.* 3. *num.* 17. Mench. *controvers. usufr. lib.* 3. *c.* 62. *num.* 11. Carroc. *num.* 13. Valasc. *num.* 14. Guttier. *canon. quæst. lib.* 1. *cap.* 39. *n.* 67. *& de gabell. q.* 147, *num.* 15. Fontan. *de pact. nupt. claus.* 4. *glos.* 18. *p.* 1.

num. 14

num. 14. Matienz. *in l.* 1. *tit.* 11. *lib.* 5. *recopil. glos.* 6. *num.* 2. ubi dicit conductorem tunc læsum dici ultra dimidiam, quando conduxit, quod dignum erat decem dumtaxat, & ipse decem, & sex obtulit, vel quando locator læsus esset, ut si quatuor tantum mercedis loco sibi darentur, & hæc est receptior.

Conventus in hoc casu poterit contrarium probare concludenter, si probet conductoris detrimentum non excedere dimidiam justæ pensionis, facta computatione valoris fructuum deductis impensis, quia tunc opinio cedit veritati, juxta regulam *l. continuus, §. cum ita, ff. de verbor. obligat.* Glos. *in auth. sed jam necesse, C. de donat. ante nupt.* Pinel. *in d. l.* 2. 1. *part. cap.* 3. *n.* 18. Matienz. *d. n.* 2. Gutierr. *d. q.* 147. *num.* 16. & sic est tenendum licet contrarium velit Mench. *ubi supr.* quando ex fructibus collectis ex fundo conducto deductis expensis fit liquidatio; in quo casu loquitur Pinel. & non in casu de quo per Mench.

In locatione reditruum Regalium, vel aliorum privatorum, quorum fructus, reditus, & proventus incerti sunt, non sunt æstimandi reditus illius anni, nec probandus eorum valor, sed dubius eventus scilicet pretium justum, Matienz. *in d. l.* 1. *tit.* 11. *glos. f.* 6. *num.* 5. Gutierr. *d. q.* 147. *num.* 14. Sola enim spes in hoc casu locata, vel vendita videtur, quæ si æstimata à principio tempore contractus [quod etiam in his locationibus debet attendi, ut tradit Gutierr. *ubi prox. num.* 7.] excedat dimidiam justi pretii, erit locus hujus decisioni, ut notant Cremens. *in dict. l.* 2. *num.* 119. & *ibi* Padill. à Mene. *num.* 15. à Maynard. *Cap. Tholos. decis.* 61. *col.* 3. ubi decisum fuisse testatur, non esse audiendum locatorem, etsi postea eveniat, quòd læsus multo plus, quàm ultra dimidiam justi pretii reperiatur, quia ex obtentu minoris percepti emolumenti, propter incertum fructuum eventum contractus rescindi non possunt.

124 Idem observandum est in locatione beneficiorum, decimarum, vel quartarum Regalium, vel Episcoporum, ex Padilla. Matienz. *ubi supr.* idem Matienz. *in d. l.* 1. *glos.* 8. *num.* 9. Gutier. *canon. lib.* 1. *cap.* 39.

125 Et in re vendita, vel locata, quæ pendet ex futuro eventu, ut in jactu retis, & in venditione venæ metallicæ, vel argenti, vel auri fodinæ, quæ, cum habeat metallum absconditum, pendet ex futuro eventu, quo casu æstimandus est ipse eventus tempore venditionis, scilicet jactum retis in ea parte maris, vel fluminis, vel lacus secundum æstimationem hominum scientium valorem ejus esse tantum, & non plures Matienz. *in d. l.* 1. *glos.* 6. *num.* 3. *& glos.* 8. *num.* 9. Gutier. *d. q.* 147. *num.* 14. Cremens. *in d. l.* 2. *num.* 256. ubi loquitur de venditione jactus retis, debiti conditionalis in diem; de venditione, & æstimatione hæreditatis, an in ea habeat locum remedium *hujus legis*; & de venditione juris, quod quis putat se habere, & non habere; de venditione, & æstimatione usus-fructus formalis contra inopem venditorem; & qualiter cognoscatur justum pretium commune in annuo censu, vel reditu, vel in fundis, prædiis, aut castris venditis ad vitam; & de actione, vel jure vendito docet non debere fieri æstimationem illius totius, quod debetur in actione, sed potius debere deduci labores, & expensas, qui possunt fieri in litigio, & executione fienda. & postea debere æstimari illum dubium eventum litis, quem refert, & sequitur Mascard. *de probat. concl.* 662. *num.* 1. & 2. quem vide, & de venditione usus-fructus vide *infra.*

Et in contractu assecurationis est etiam proban- 126
dum, quantum communiter assecuratores in pretio pro susceptione in se periculi mercium æstimationis accipere consueverunt, an centum, vel plus. Santander, *in tract. de assec. & sponsi. mercat.* 5. *p. à n.* 4. 5. *&* 6. ubi declarat, & ponit exemplum, ut si solent dari pro periculo mercium valoris ducatorum 150. auri. 30. & ego recipi. 14. vel si assecuratus dedit 46. Padill. *in d. l.* 2. *C. de rescind. vend. num.* 25. Matienz. *in d. l.* 1. *tit.* 11. *glos.* 8. *num.* 62. Valasc. *consultat.* 18. *num.* 6. 7. *&* 8. ubi latius quàm cæteri de hac quæst. agit.

Rursus idem est dicendum in eo, qui pro fide- 127
jussione pretium accepit, vel dedit, quo casu dubius etiam eventus periculi, quòd fidejussori ex fidejussione potest contingere, æstimandus est, & ejus valor probandus, & si habita ratione dubii eventus læsus ultra dimidiam alter eorum reperiatur ei succurritur. Padilla, Matienz. & Velasc. *ubi proximè.*

Et in locatione herbarum, vel fructuum etiam 128
dubii eventus æstimationis habenda est ratio, ex Padill. & Matienz. *ubi supra.* Cevall. *com. q.* 536. *nu.* 31. Et sic est observandum, licet æstimationem, & valorem hujus spei ex fructibus in quinque annis perceptis probandum esse dicat Morla. *in empor. juris, tit. de contrab. empt. q.* 19. *n.* 8. *vers. quibus adde.* ubi à principio locationis æstimationem fieri non posse inquit, sed transacto jam tempore locationis.

Sunt etiam in hoc casu ad cognoscendum ju- 129
stam pensionem rei locatæ, & aliarum rerum, de quibus egimus, qualitates, & onera rei locatæ considerandæ, prout in probatione justi pretii rei venditæ supra diximus, & in specie tradit Bald. *in l. fin. §. fin. C. de bon. quæ liber.* quem sequitur Carroc. *in tract. locat. & conduct. c. de rescissione locationis, num.* 14. *vers. secunda est opinio.* Ut si conductor obligetur portare pensionem rei locatæ ad domum locatoris; nam hæc obligatio minuit pensionem. Bald. *in l. acceptam, q.* 12. *C. de usuris.* Angel. *in authen. ut exactio instan. dot.* nam quando debitor tenetur portare pensionem ad domum creditoris, intelligitur proprio sumptu, & periculo, & non creditoris. Bald. *in l. fin. C. de cond. infer.* Rodrig. *de annu. red. lib.* 2. *q.* 6. *num.* 4. *in fin.* Et regulariter debitor non tenetur portare debitum ad domum creditoris, & sic est onus, & gravamen, ut latè Duenn. *reg.* 161. *in prin.* cum Alber. hanc doctrinam pro regula constituit, *ex l. cum ii. §. in causa, ff. de transact.* ubi obligatus ad alimenta non tenetur mittere illa ad domum personæ, quæ alienari debet, *& l. item illa verba. in prin.* & ibi Glos. *verb. non venit. ff. de constit pecun.* quam sequitur Abb. *in c. significante, num.* 9. *& ibi* Innocent. *de pignorib.* Abb. *in c. licet, el.* 1. *num.* 13. *de simo.* Bart. *in l. cum filius, §. si promissor. num.* 1. *& ibi* Jas. *num.* 3. Alex. & DD. *ff. de verb. obligat.* Angel. *in §. præterea, num.* 35. *instit. de act.* Jas. *in l.* 1. *num.* 92. *C. de jur. emphy.* Benech. *ad Seraph. de privileg. jur. priv.* 47. *num.* 3. ut si pensio sit in fructibus sive liquidis, sive aridis, quia in eis deferendis ex natura rei requiritur sumptus, & labor, & debitor non debet deferre ad domum creditoris, etsi ejusdem fori sit, sed creditor debet accedere, ut à debitore capiat, & mittere & tollere sumptu, & periculo suo, *l.* 1. §. *licet autem, ff. de peric. & com. rei vend.* Castro. *in l. item illa, ff. de constit. pecun. in fin. prin.* Rodrig. *ubi supra, n.* 3.

130 Intellige 2. quando debitor, & creditor ſunt diverſi fori; nam ſi ſunt ejuſdem fori, & penſio eſt in pecunia, quæ ſine ſumptu, & labore deferri poteſt, debitor de jure tenetur eam portare ad domum creditoris, ſecundum Bald. *in d. l. item illa*, per Gloſſ. ibi Bald. *in dicta l. accepta, Cod. de uſuris, & in dict. l. fin. C. de condict. in infertis.* Jaſ. *in l. 2. num. 92. C. de jure emphyt.* Duenn. *de regul. 161. limit. 1.* de hac materia vide eum *ibi*, ubi 19. limitationes ad dictam regulam tradit, & addita ad Gl. 1. *l. 3. tit. 14. infra.*

131 Propter renuntiationes, quas conductor in contractu facit, penſio etiam minui debet, ut ſi renuntiet foro ſuo, ſterilitatibus, & caſibus fortuitis, & paciſcatur, quòd non detur ei audientia quamcunque etiam juſtiſſimam rationem allegranti adverſus contractum, niſi depoſitâ ad prius in judicio quantitate petita, & tradita parti. Valaſc. *conſult. 43. n. 9. & 10.* ubi ſic judicarum in Senatu Luſitano vidiſſe teſtatur, quibuſdam judicibus reclamantibus ex eo, quòd clauſulæ, & conditiones concernentes meliorem conditionem nihil mutant de juſto pretio, licet meliorem conditionem locatoris faciant. Quorum opinioni libenter adhæreo in his conditionibus, quæ reſpiciunt ad faciliorem exactionem penſionis, & nullum gravamen inferunt conductori; in aliis vero conditionibus, ut ſunt renuntiationis ſterilitatis, caſuum fortuitorum, & pacti, quòd non audiatur, & in ſimilibus, quæ conductori oneroſa ſunt, & eum defenſionibus, & jure ſuo privant, Valaſc. opinio ſequenda eſt.

132 In contractu emphyteoſis diximus, *ſupr. in addit.* Gloſ. 4. *num.*.... remedio *hujus legis* locum eſſe, ſi læſio in eo interveniat. Et ad cognoſcendum, quæ ſit juſta penſio rei, quæ in emphyteuſim conceditur, ejus valor eſt probandus ex his, quæ diximus, & ultra qualitates, & circumſtantias, quæ valorem rei minuere diximus, in hoc caſu præ oculis eſt habendum, quòd ex hoc contractu emphyteuſis tantum dominium utile tranſit in recipientem, & directum, ex quo plures utilitates ſequuntur, apud dominum remanet, de quo vide Fontan. *de pact. nupt. clauſ. 4. gloſſ. 18. p. 1. n. 97. & infr.* in addit. Gloſſ.

133 In tranſactione læſionem improbabilem prorſus eſſe dixerunt Jaſ. *in l. ſi quis cum aliter, n. 15. ff. de verb. oblig. verſ. 4.* & Cumant. *ibi*, ubi dicit ſe miratum fuiſſe, cum ſemel vidiſſet unum advocatum firmaſſe capitula in tranſactione circa probationem læſionis. Roland. *conſil. 28. num. 27. in fin. lib. 4.* Pinell. *in dict. l. 2. 1. p. cap. 4. num. 16. & 27. in princ.* Gail. *lib. 2. obſerv. 70. num. 13.* Faber. *in C. lib. 2. tit. 4. de tranſact. defin. 10. in gloſ. num. 3.* ubi tradit, quod juris ratio non patitur, ut ex incerto eventu certa læſio colligatur, *& decad. 8. error. 10. n. 2. cum aliis.* Fontanell. *de pact. nupt. clauſ. 4. gl. 9. p. 5. n. 300.*

Contrariam opinionem, imò quod læſio probabilis ſit in tranſactione, poſt Cagnol. *in l. 2. n. 20. & 174.* probant Pinel. *ibi in d. cap. 4. n. 16.* Fontanell. *d. gloſſ. 9. p. 5. num. 204.* ex *l. propter ſpem, in fin. ff. famil. erciſcund.* ibi, *niſi tantum æſtimatus ſit dubius eventus. & l. ſi jactum retis, ff. de act. empt. l. fin. ff. eodem, l. nam hoc modo, ff. de hæred. vel act. & tot. tit. Cod. de tranſact.* ubi neceſſario præſupponitur æſtimatio dubii eventus ad concedendam reſtitutionem.

Dubium enim extat in hoc caſu in modo probationis valoris, & æſtimationis dubii eventus litis ſuper quem fuit tranſactum? de quo, & hac quæſtione vide quæ pleniſſimè diximus in additione, *gloſ. 2. l. 34. tit. 14. infra.* ubi ex text. *capitalis* hujus materiæ.

In venditione uſusfructus, aut commoditatis 134
rerum majoratus, & in pacto, quando qui, certa quantitate accepta, alterum alere promiſit, læſio eſt æſtimanda, & metienda à communi hominum æſtimatione, quantum ſcilicet homines darent pro uſusfructus commoditate, ſeu alimentis ad vitam, attenta qualitate, & ætate perſonarum, ac regionis conſuetudine, *l. cum Titio 55. ff. ad leg. Falcid.* vide addit. *in gloſſ. 1. l. 4. tit. 15. part. 2.* Padil. *in authen. res quæ, C. comm. de leg.* Molin. *de Hiſp. primog. lib. 1. cap. 19. n. 43.* Ayor, *de part. 1. p. cap. 7. num. 26. verſ. ulterius quæro.* Pinel, *in l. 2. Cod. de reſcind. vend. 3. p. cap. ult. n. 13. in fin.* Surd. *de alim. tit. 7. q. 11.*

Juvabit etiam ad cognoſcendam læſionem in pacto de aliquo alendo computationem facere ſecundum *l. hæreditatum. ff. ad leg. Falcid.* ubi lex tradit, quot annos quiſque victurus præſumitur, cujus *legis* regulam, in quibuſcunque contractibus, cum de taxanda vita hominis tractatur, obſervari debere docent plures, quos adduximus in Gloſſ. 6. *l. 15. tit. 10. infra.* Surd. *in dicta quæſt. 12. num. 26.* ubi in ſpecie hujus quæſtionis loquitur, ſed hæc computatio non eſt tuta, & à multis reprobatur, ut in d. addit. diximus unde doctrina *d. l. cum Titio* obſervanda eſt.

Cum de læſione in æſtimatione rerum dota- 135
lium agitur tam ex parte viri, quam uxoris, valor bonorum eſt probandus, prout aliarum rerum immobilium, & mobilium probari poteſt, ut diximus.

Quando frater dotavit ſororem, & in promiſ- 136
ſione dotis fuit deceptus, læſio ex ſequentibus probabitur. Primò ſi propter dotationem ſororis remaneat ſine patrimonio ſufficienti, ex quo vivere poſſet ſecundum ſuam conditionem, & nobilitatem. 2. ſi ex nimia conſtitutione dotis unius ſororis poſſint aliæ jam antea dotatæ occaſionem ſumere petendi æqualitatem cum illa. 3. Si ultra dimidiam congruæ dotis fuit data dos, vel ultra dimidiam ejus, quod illius facultates patiebantur. 4. Si frater proprer dotationem in grave damnum caſurus eſſet. In omnibus his caſibus, ſi frater, qui dotavit, eſt minor, ad obtinendam in integrum reſtitutionem ſufficientem læſionem eſſe, docet Oddus *de in integrum reſtit. part. 2. quæſt. 59. aut. 5.* & eum ſequitur Fontanell. *de pact. nupt. 2. tom. clauſ. 5. gloſſ. 8. part. 8. num. 28. & 29.* Si frater ſit major, & læſio enormis prædictis modis probetur, ex beneficio hujus legis reſciſſionem contractus obtinebit, quæ idem tribuit majoribus enormiter læſis, quod minoribus reſtitutio. Fontanell. *ubi ſup. num. 19.*

Si filia ſe incongruè dotatam fuiſſe contendat, 137
& læſam in renuntiatione, quam fecit, articulare, & probare debet tenuitatem dotis. Natt. *conſ. 648. num. 6.* Riminald. Jun. *97. num. 27. lib. 1.* Barz. *deciſ. 127. num. 1. & 6.* Giurb. *in conſuet. Meſſa. c. 3. gloſ. 7. num. 26.* Ramon. *conſ. & deciſ. Cathal. conſ. 1. num. 10.* & tenuitas quando dicatur probata, & læſio quanta debeat eſſe, colliges ex *dict.* & ex dicendis *in ſeq. numeris.*

Ad judicandum, utrum dos ſit congrua, vel incongrua, multum juvat probare bona, quæ pater habebat tempore dotationis, ut diximus *in gl. aut.* quia dos ſecundum legitimam metienda eſt, imo illa,

quæ

quæ est minor legitimâ, incongruam esse docent. plures, quos referunt Baëza. *de non mel. filia. rat. dot. c.* 1. *à num.* 7. Sanch. *de matrimon. lib.* 4. *de consensu coacto. disput.* 26. *à num.* 8. Menoch. *de arbitr. cas.* 149. *à num.* 5. Marta, *decis.* 59. *num.* 4. & Mantic. *de tacit. convent. lib.* 12. *tit.* 22. *num.* 13. *vers. hanc tamen, & num.* 31. *& per tot. tit.* de hac quæstione agit, etiam placuit Farinac. *in novissim. decis.* 131. *vol.* 2. *num.* 12. ubi magis receptum esse dicit, ut vir bonus dotem congruam debeat arbitrari eam, quæ non sit minor legitima. Gail. *observat.* 147. *à num.* 5. *lib.* 2. Morosc. *cons.* 23. *num.* 11. Thesaur. *decis.* 2. *n.* 3. Gratian. *decis. March.* 27. *num.* 8. *&* 9. ubi pro hac opinione in illa Rota decisum refert. Grassis. *decis. num.* 3. Maresc. *lib.* 2. *variar. c.* 69. *num.* 26. *&* 27. ubi hanc magis receptam dicit, & plures allegat.

Contrariam opinionem, imò quòd pater non possit cogi ad dandam filiæ dotem parem legitimæ, tenent alii plures magnæ auctoritates viri, quos sequitur Baëza. *ubi suprà, à num.* 3. ubi hanc quæstionem distinctione componendam esse dicit Menchac. *d. num.* 5. Sanchez, *d. num.* 8. Faber, *in C. tit. de inoffic. testam.* 19. *definit.* 20. ubi hanc comprobat Peregr. *decis* 3. *num.* 9. Giurb. *d. gloss.* 7. *n.* 24. Tusch. *litt. D. conclus.* 784. *num.* 20. Maceraten. *dict. lib.* 2. *resolut.* 27. *num.* 11. Fontanel. *de pact. nupt.* 2. *tom. claus.* 5. *gloss.* 8. *p.* 1. *num.* 6. *&* 20. ubi in hoc dubio certam regulam dari non posse inquit, quia potest dos esse minor legitima, & major, si negotii qualitas, & circumstantiæ concurrentes id postulent. Ramon. *n.* 3. *ubi suprà, authores quæ, C. commun. delegat.* Baëz. *d. c.* 1. *n.* 2. alios refert. Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 189. *n.* 104. Barbos. *in l.* 1. 4. *part. num.* 10. *ff. solut. matrim.*

138 De jure nostro Regio, hæc quæstio cessat *per l.* 1. *tit.* 2. *lib.* 5. *recopil.* quæ prohibet causa dotis meliorare filiam, quam latissimè commentavit Baëz. *à num.* 29. *ubi suprà.* & post eum Matienz. & Azeved. *ibi*, Sanch. *d. disput. n.* 8. tradit, quòd hodie non potest pater ultra legitimam assignare dotem, imò nec intra legitimam, si ascendat taxam ibi præfinitam. Ramon. *ubi supr. n.* 42. *ubi in n. seq. &* 49. discutit, an dict. lex observetur in Cathalon. & *in num.* 45. an quando contrahens extra regnum in regno universa bona habebat; & ex Mier. *de major. quæst.* 58. *p.* 1. *à num.* 23. concludit affirmativè.

139 Juvat etiam multum, & facit ad judicandum dotem congruam, mos regionis, & terræ consuetudo, quantum scilicet ibi soleant homines similis conditionis filiabus pro dote dare, ut cum Bald. tradit Pal. Rub. *in c. per vestras* 3. *notab. n.* 22. Dec. *cons.* 46. *n.* 4. *vers. non obstat.* Paris. 81. *n.* 49. *vers. nec dicatur.* Baëz. *de non melio. filia. c.* 1. *n.* 14. *vers. illud tamen.* Fonta. *n.* 36. *in d. claus.* 5. *gloss.* 8. *p.* 1. *n.* 36. Maresc. *d. lib.* 2. *var. c.* 69. *n.* 28. Ramon. *n.* 23. *ubi supr.*

Mos vero regionis, & consuetudo de eo tempore probanda est, quia facile mutari solent. Paris. *cons.* 16. *n.* 77. *&* 88. *&* 63. *num.* 52. *ubi supr.* qui, & alios allegant.

140 Rursus juvat multum ad arbitrandum, quando dos dicatur congrua, considerare morem, & consuetudinem patris circa dotationes filiarum, quid nempe, & quantum sit solitum filialibus suis in dotem dare, ut optimè probat Cavalc. *decis.* 5. *num.* 99. *p.* 3. Fulv. Patius, *cons.* 55. ubi latè Farinac. *decis.* 131. *n.* 17. *tom.* 2. *novissi.* Faber, *lib.* 5. *tit.* 6. *de dotis promi. definit.* 7. *num.* 11. Baëz. & Fontanell. *num.* 21. 22. *&* 23. *ubi supra*, qui alios allegat. De quæstione, an constituenda sit differentia inter filiam non maritatam, & non nuptam? Vide Fontanell. *ibi, n.* 37. *&* 38. ubi opiniones refert. Ramon. *num.* 11. *ubi suprà.* Non tamen hoc probato censebitur incongruitas dotis probata, liberum enim est patri majorem dotem uni filiæ, quam alteri dare. Peregrin. *cons.* 86. *n.* 14. *vol.* 1. ubi in hoc differre dotem à legitima ait, quia legitima æqualiter debetur omnibus filiabus. Giurb. *d. c.* 3. *gloss.* 7. *p.* 1. *n.* 26. Barbos. *l.* 1. *p.* 4. *num.* 162. *in fin. ff. sol. mat.* Baëz. *n.* 25. Ramon. *num.* 12. *ubi sup.* Matienz. *de tac. conv. lib.* 12. *tit.* 19. *num.* 26. tamen multum juvabit, præcipuè si patri non desunt facultates ad æquandas dotes filiabus.

Dos, quæ dari debet filiæ Monachandæ, qualis, 141
& quanta requiratur, & quid probandum sit, ut cognoscatur, quando filia de minori dote data conqueritur, & rescindere renuntiationes à se factas conatur: Vide Fontanell. *de pact. nupt. claus.* 5. *gloss.* 8. *p.* 1. *à num.* 53. *usque ad num.* 71. ubi resolvit illam dotem congruam dici quæ solita est dari reliquis Monasterium ingredientibus; & vide quæ diximus *gloss.* 4. *supr.* Man. Rodriguez, *de reg.* 2. *tom. q.* 48. *ferè per tot.*

De dotibus filiarum illegitimarum qualis, & 142
quanta esse debeat, ut se læsas dicere non possint. Vide Paleo. *in tract. de noth. & spur. c.* 50. *in princip.* Bapt. Lupet. *de illegit. & natur. commen.* 2. *§.* 1. *n.* 46. ubi ex multis, quos ibi allegant, docent minores dotes eis constitui debere, quam legitimis, quomodo autem hæc minor dos sit considerandа? Vide Covar. *in epit. de sponsa.* 2. *p. c.* 8. *§.* 6. *num.* 11. Molin. *de Hispan. primog. c.* 15. *num.* 150. Capic. *decis.* 181. *num.* 1. Surd. *de aliment. tit.* 1. *q.* 10. *n.* 15. *&* 17. ubi alios adducit. Mastrill. *decis. Sicil.* 144. *n.* 7. 14. *&* 15. 2. *p.* Fontan. *dict. claus.* 5. *gloss.* 8. *p.* 1. *ex n.* 72. *usque ad* 77. ubi ex eis, & aliis resolvit congruam dotem filiæ illegitimæ dici, quæ non excedit metam alimentorum, id est id, quod pro se alenda mulier opus habet, quia obligatio dotandi deducitur ex obligatione alendi, & quatenus pater ad alendum tenetur, eatenus ad dotandum, & Judicem in hoc casu debere attendere, & considerare, ne in suo judicio erret, ætatem filiæ dotandæ, juxta *l. hæreditatum, ff. ad leg. Falcid.* ut docet Surd. *num.* 16. *ubi suprà.* Franch. *decis.* 283. *num.* 16. ubi in specie loquitur, quia prædicta lex, & non alia dat formam computationi futurorum alimentorum, ut latè tradit idem Surd. *d. tract. tit.* 9. *q.* 4. Lar. *in l. si quis à liberis, in §. sed si filius, à n.* 109. *de liber. agnos.* Barbos. *in l. maritum,* 13. *n.* 12. *ff. solut. matr.* & Fontan. *ubi supr.* & vide Addit. ad Gloss. 6. *tit.* 4. *sup.* & de materia *dict. l. hæreditatum.* Addit. Gloss. 6. *l.* 15. *t.* 10. *infr.*

Ista alimenta an sint considerandа secundum indigentiam naturæ, id est secundum eam quantitatem, qua mulier opus habet naturaliter ad vivendum, an vero secundum ejus, & patris sui statum, conditionem, & facultates? Vide Addit. ad Glos. 6. *l.* 1. *tit.* 4. Et hæc obligatio dotandi filias transit ad hæredes patris; de quo vide Fontan. *in d. claus.* 5. *gloss.* 8. *par.* 1. *n.* 78. *&* 80. ubi alios refert, & Add. ad Gloss. 6.

Filiis vero legitimis minime commensuranda est cum alimentis, ut docent DD. *in auth. novissima, C. de inoffic. test. & in authn. res quæ, Cod. comm. de leg.* Molin. *de rit. nupt. lib.* 3. *quæst.* 59. Surd. *tit.* 3. *q.* 1. *num.* 60. *in d. tract.* Gram. *decis.* 57. *à num.* 6. *decis.* 101. *à num.* 16. *usque ad* 53. Ramon. *num.* 21. contra Menoch. *in cons.* 251. *n.* 8. *&* 11. Dos autem

incongrua dicetur, si filia esset enormiter læsa, ut si pater habens decem millia daret filiæ ducentum, seu quando est minor quartæ partis, quæ pro legitima debet assignari. Marta *voto* 59. *n.* 3. *&* 12. Giurb. *d.c.*3. *gl.*7. *p.*1. *n.*54. Raimon. *n.*12. Ad quod debet attendi ad numerum liberorum. Peregrin. *de fideic. art.*42. Tiraqu. *in d.l. si unquam, verb. omnia, vel partem, num.*53.

143 De quæstione, an stupratæ filiæ pater dotem præstare teneatur, vide Barbos. *in l.*1. *n.*4. *p. n.*114. *ff. sol. matr.* Fontanell. *in dict. claus.* 5. *gloss.*5. *par.*1. *n.*39.

144 *cum num. sequent.* Et cum de metienda dote, quam stuprator dare tenetur, agitur, ex facultatibus stupratoris, & conditione ipsius stupratæ, & non ex divitiis, seu paupertate patris mensuratio est facienda, si ipsa læsa conventionem cum stupratore factam alleget, vel si à judice est taxanda? Cacher. *decis. Pedemont.* 107. *per tot.* Menoch. *de arbitr. casu* 208. *num.* 20. Farinac. *de delictis carnis, quæst.*147. *§. dos, num.* 124. Baptist. Lup. *de illegitim. & natur. comment.*1. *§.*5. *num.*125. Thesaur. *decis.* 3. *num.* 2. *in fin.* Carroc. *decis.* 58. *num.*15. Fontanell. *de pact. nupt.*2. *tom. claus.*5. *gl.*8. *p.*1. *num.*92. & ex eis quid probandum, & articulandum sit, cum de læsione agitur, facile colliges.

145 De hac materia stupri, quæ frequenter in tribunalibus versatur de obligatione dotandi mulierem, quam quis corrumpit; & an teneatur eam ducere in uxorem præcisè; & an tunc stuprator possit dicere matrimonium meticulosum, & quid si præcessit fides de contrahendo, cum ea; an liberetur à pœnis stupri, & dotatione, si mulier non vult cum eo contrahere matrimonium; & stuprator an liberetur ab onere dotandi, si pater, seu alius eam dotet; & pater an ab obligatione dotandi liberetur, si a stupratore dotem habuit, & quo tempore sit dos solvenda, an statim, vel quando nubat, & quid si stuprata antea decedat, vide Addit. ad Gloss. 1. & 3. *proæm. tit.*20. *part.*7. & Fontanell. *in dicta claus.* 5. *gloss.*5. *part.* 1. *à num.* 1.

Quæ concurrere debeant, & sint probanda, ut quis teneatur ad pœnam stupri, vide Addit. ad Glos. 3. *l.*2. *t.*19. *part.*7. & Glos. 1. *l.*2. *dict. tit.*20. & Fontan. *in d. gloss.* 5. *part.* 2. & quid si sit clericus, vel conjugatus? Vide Glos. 1. *l.*5. *tit.*8. *p.*7. ubi si occidatur an occidens teneatur? De corrumpente virginem immaturam vide Addit. ad Gloss. 5. *l.*31. *part.* 7.

146 In divisione bonorum læsio ex ipsis actibus, & processu partitionis debet constare, & probari, de quo vide Fabr. *de error. decad.*8. *error.*5. *num.* 3. ubi dicit, cum de divisione rescindenda tractatur, sufficere ad læsionem inæqualitatem portionum, & quidem ex inæqualitate, & conditione bonorum, licet de justa eorum æstimatione non proberur, quia nemo non videt subesse inæqualitatem maximam, si ex una parte feuda, jurisdictiones, & prædia urbana lustrosa, ex alia vero nonnisi fundi rustici, & ignobiles distribuantur.

147 Sed restat nunc discuti pro hujus Glossæ complemento, de quæstione, si ex probatione tam ex parte actoris, quàm rei sunt testes, quorum alii rem, de cujus prætio, & æstimatione agitur plus, alii minus valere testentur, quam partem judex sequi debeat? super hac quæstione consuluit Alexand. *consil.* 64. *in princip. lib.*2. ubi resolvit, quod si sunt duo testes contestes deponentes de majori summa, eis potius fides adhibenda est, quam aliis de minori summa deponentibus, etsi plures, & *à num.* 7. *usque ad fin.* hanc doctrinam defendit, & contrariis ab ipso traditis satisfacit, & rationem tradit *in dicto num.*7. *ex l. cum furti, ff. de in litt. jurand.* & *ibi* Bart. ubi ait, qui jurat rem valere decem, non esse perjurum, licet res plus valeat, ex Bart. *in l. fin. §. qui indivisam, Cod. de præd. navi, lib.* 10. *& in l. diem proferre, §. si plures, ff. de recept. arbitr.* contra Glos. *ibi verb. consenserunt*, Hercul. *de proband. negativ. num.* 254. Mascard. *conclus.*657. *num.*8. *&* 9. & idem tenet Ursil. *ad Afflict. decis.* 240. *num.* 11. *vers. sed quando*, aliam rationem assignat Bald. *in dicta l. fin. Cod. de prædiis navi*, quam refert Mascard. *num.* 10. scilicet, quòd ideo creditur testibus deponentibus de majori summa, magis quam deponentibus de minori, quia deponentes de minori summa negant, & deponentes de majori affirmant, & plus creditur affirmantibus, quàm negantibus, ex dicta Glos. *in verb. consenserunt, cap. cum tua. de testibus, &* ibi Bart. *& in cap. cum Eccles. de causa possess.* Alexand. *consil.* 110. *num.*5. *lib.*1. *&* 54. *n.*6. *vol.*6. Glos. & DD. *in cap.* 1. *de rescript. in* 6. Gratian. *discept. cap.*525. *num.*25.

Sed hæc Bald. doctrina prima, non procedit, 148
quando testes deponentes super negativa multum coarctant dictum suum in loco, & tempore, quia tunc ita creditur testibus deponentibus super negativa, quam super affirmativa: de quo suo loco.

Secundò non procedit prædicta Bald. doctrina, 149
quando testes deponunt super his, quæ magis percipiuntur judicio intellectus, quàm sensu corporis. Bart. *in d. §. si plures*, Gabr. *d. concl.*3 *n.*13. Mascar. *num.*1. 12. *&* 13. *& in concl.*657. Sanchez. *de matr. lib.*7. *disp.*113. *num.*19. ubi imperitis in arte etiam procedere inquit.

Limita doctrinam Alexand. *de qua supra*, quan- 150
do testes de minori summa testantes deponunt taxativè, ut si dicant plus non valere, quàm decem, quia hoc casu dicuntur contrarii deponentibus de majori summa, & non habet locum ratio Alexand. deducta *ex dicta l. cum furti*, quia deponentes taxativè excludunt, & expresè negant majorem summam, & cum deponentibus de majori summa conveniunt, quia in majori summa inest minor. Marc. *decis.*448. *num.*47. *part.*1. Pinell. *in d. l.*2. *C. de rescind. vend.* 2. *part. cap. ultim. num.* 14. ubi dicit in hoc casu non esse distinguendum inter affirmativam & negativam, sed attendendum quis meliorem rationem afferat, & non esse minùs credendum testibus de majori pretio, quàm de minore deponentibus. Mascard. *dict. conclus.*657. *&* 26. ubi latè comprobat hanc limitationem, & respondit ad objectionem, quod testes deponentes rem valere decem intelliguntur apposuisse tacitè taxativam, ex Glos. *in l. fin. §. qui indivisam, vers. quas universas, ff. de legat.* 2. *&* 1403. *num.*12. ubi alios refert. Garcia. *de expens. & melior. cap.*24. *num.*15.

Cùm pro utraque parte adsunt testimonia 151
concordia testium testificantium alii de majori, alii de minori summa, tunc judex inspicere debet, quòd in reliquis causis inspici jura docent, ut si equidem testes sunt æqualis conditionis, ac fidei, dispares vero numero, eorum testimonia potiora sint, quæ numero vincant, juxta *cap. nostra de testib. l. Julian. ff. de manumiss.*50. *tit.*16. *p.*3. ubi latè & etiam diximus, quòd testes si pares sunt numero inæqualis verò conditionis, in casu, fides est sequenda eorum, qui dignitate magis, & fide

præstant

præstant, & qui aptiora, & verisimiliora tradiderunt, ex *l. ob carmen, §. fin. ff. de testib. l. majorem, ff. de pact.* & in hoc casu Garcia, *in num.* 15. inquit, inter testes pares numero, circumstantias, & rationes testificationis spectandas esse, non vero, quod de affirmativa, vel negativa attestatur. Parlador. *quotid. quæst. 9. num. 2. & 3.* ubi ex professo de hac quæstione agit, & dicit rationem non esse habendam, utrum testes de majori, vel minori summa deponant.

152 Quid si ex parte actoris, vel rei sint plures testes singulares, scilicet unus, qui dicit rem valere viginti, alius quindecim, & alter decem, quæ summa ex istis probata dicatur, ut judex secundùm illam possit judicare? In hac quæstione quatuor sunt opiniones. Prima eorum, qui dicunt, minorem summam judicem amplecti debere per *l. diem proferre, §. si plures. ff. de recepti. arbit. & l. inter pares. ff. de rei judic. & l. Sempronius Proculo. ff. deleg. 2. & l. 26. tit. 11. infra*, ubi vide Addi. ad Glos. 4. *& cap. 1. de arbitr. in 6. & in l. 16. tit. 22. part. 3.* ubi ex tribus arbitris, quando unus in quindecim, alius in decem, alius in quinque condemnar, quinque præstari debere statuitur, quia in hac summa omnes conveniunt, ita Speculat. *in tit. de testib. §. postquam, num. 2.* Imol. *in d. l. inter pares*, & Afflict. *decis. 240. num. 4.* Parlad. *in d. q. 9. num. 1.* ubi rationem prædictorum jurium apertissimam esse dicit, & non tantum in arbitris, sed etiam in testibus tenendam esse. Garcia *d. num. 15.* contra Salicet, Cremen. Butri. & Alex. Farin. *de testib. q. 64. n. 242.* ubi dicit, quòd testes discordantes in summis, quando deponunt super his, quæ solo judicio, & discursu intellectus percipiuntur, ut cum agitur de æstimandis damnis, & interesse, pretio, aut valore rei, tunc concordantur, & probant in minori summa, & secus esse, quando deponunt super his, quæ percipiuntur sensu corporeo, & variant inter plus & minus, nam talis variatio implicat inter testes contradictionem, & tollit illis fidem, ex Petra. *de fideicom. q. 12. n. 801.* & cum Farin. *ubi sup. n. 233.* dicit communem. Beltram. *dec. 558. num. 9.* & eam passim Rotam sequi testatur. Seraph. *decis. 111. n. 2.* vide *infra.*

153 Secunda opinio est, quod minor summa in hoc casu non est consideranda, nec attendenda, nec testi de ea deponenti fides adhibenda, sed media, scilicet quindecim, & hujus opinionis sunt Salyc. *in l. 2. C. de rescind. vend. vers. item juxta hoc quæro.* Cremens. *num. 351. vers. 5. loco.* Alex. *d. consil. 64.* Afflict. *decis. 240. n. 5.* Herculan. *de probat. negati. n. 353.* & alii quos sequitur Mascard. *d. concl. 657. n. 14. & 15.* Pinel. *in d. l. 2. 3. p. cap. fin. n. 10.* Morquech. *de divis. bono. 1. p. c. 4. n. 21.* Matienz. *in l. 1. tit. 11. lib. 5. recopil. glos. 2. n. 30.* vide *infra.*

Tertia est, quod in hoc casu est facienda coacervatio summarum, & ex omnibus cumulatis, medietas, tertia, vel quarta pars secundum summas coacervatas deducenda, & illi standum esse, verbi gratia, sunt testes, qui dicunt rem valere decem, alii viginti, his duabus summis coacervatis, valor erit quindecim, sunt alii, qui deponunt rem valere triginta, ex quibus omnibus cumulatis, tertia pars est viginti, & hæc erit justus valor, sunt alii, qui dicunt valere quadraginta, & cumulatis his quatuor summis, quarta pars ex eis erunt viginti, & quinque, & hæc summa est attendenda fundamentum hujus opinionis ex *l. ita ut omnes 36. juncta lege antecedent. ff. mandati.* ubi ex diversis summis sic verum rei valorem deducendum esse consultus docuit: & eam sequuntur Gerard. *singu. 25.* licet non affirmet, Urtil. *ad Afflict. dict. decis. 240. num. 15.* ubi hodie hanc praxim observari dicit. Escob. *de ration. comput. 24. num. 2. & 3.* ubi hanc computationem faciendam esse dicit, quando testes variè deponunt de pretio, & valore alicujus rei venditæ, & ad rescissionem contractus agitur. Parlador. *d. quæst. 9. num. 5. & 7.* ubi mediam sequendam esse viam dicit, quando testes sunt numero, & conditione pares, & res ita in obscuro posita, ut utrorum sequenda sit fides ægrè discerni possit, & conjungendas utriusque partis summas conjunctasque per medium partiendas, quia in rebus ita dubiis mediam nos sequi viam doctissimorum virorum docemur exemplo, quorum plures refert Boëri. *decis. 42. num. 39.* Thesaur. *decis. 89.* Brunu. à Sole. *in locis comm. verb. ambig.* non obstante, quòd hanc rusticorum esse divisionem dixerit Acur. *in l. Nesenius ff. de neg. gestis.*

Quarta opinio est, quòd istis testibus non est 154
fides adhibenda, quia sunt singulares, sicut non valet testimonium testium discordantium in loco, vel tempore. *cap. nihilominus, 3. quæst. 9. cap. cum Ecclesia. de causa possess. & prop.* Anchar. *in d. cap. nihilominus.* per verbum *forte.* Roman. *in l. 1. §. si stipulanti. ff. de verb. oblig.* Covarr. *lib. 1. vari. cap. 2. n. 6. vers. sed ad hoc. col. 2.* Garc. *de expen. & melio. cap. 24. n. 13. vers. ratio autem.* ubi ex aliis tradit quinquaginta re vera non esse quadraginta, & hos numeros diversos specie esse, & specificè separatos, & *de nobilit.* Glos. 31. *num. 4. & 5.* ubi quinque & quinque non esse decem, nec quinquaginta, & quinquaginta centum probat, & pro hac opinione alios referunt Petra. *n. 781. & 786.* Farinac. *n. 234. ubi supr.* Suarez. *in Thesau. recept. lit. T. n. 180.*

In hac varietate opinionum sententia eorum, 155
qui mediam summam amplectendam esse docuerunt, verior est in casu de quo agimus, quia reperiuntur duo testes qui conveniunt rem valere quindecim: nam in majori summa, scilicet viginti inest illa minor, *l. diem proferre, §. si plures de recep. arbitr.* & ibi Glos. *verb. consenserunt.* ubi alia jura concordantia adducit, *& in cap. 1. de arbitr. lib. 6. & per text. in d. §. si plures*, DD. constituunt regulam, quod in majori summa inest minor, de qua agunt etiam DD. *in l. pen. ff. de in lit. jura. & in l. 1. §. si stipulati, ff. de verb. oblig.* Farinac. *de testib. quæst. 64. num. 233.* & licet qui deponit de minori summa illis repugnare videatur, eorum fides non minuitur, imò ab eis reprobatur, qui in quindecim concordes reperiuntur, non obstante, quòd tertius dixerit valere viginti, quia in eis quindecim includuntur, ut ex Alex. & aliis tradit Mascard. *in d. concl. 657. num. 14. & 15.* Et quando testes deponunt unus de majori summa, alius de minori, quòd debeant concordari, & probant in minori summa, late comprobat Farinac. *ubi supr.* Nam si duo testes sint, quorum unus rem quindecim valere, & alter viginti deposuisset, ex eis quantitatem minorem esse probatam, quia in majori summa inest minor, docent plures DD. quos sequitur Vivius *comm. opin. verb. in testium depositionib.* Petra *de fideicomm. num. 601. 787. & à num. 789.* quos refert. Farinac. *de testib. quæst. 64. num. 233.* Sed ex eo, quòd tertius testis de minori summa, & quantitate testatur, eorum fides non minuitur, ergo ei standum est. Secundò, si duo testes, ex tribus rem quindecim

valere deponant, & alter decem, testimonio duorum standum est, argum. *l. jus jurand. C. de justib. cap. licet univers. eod. l. fin. C. de fideicomm.* Salicet. *in l. 2. C. de rescind. vend. vers. tunc.* Cremens. *ibi num. 341.* & Pinel. *3. part. cap. fin. n. 10.* sed qui viginti rem valere dixit, à fortiori quindecim valere testatur, & convenit cum alio, qui de eadem quantitate deposuit, ergo eis standum est. Si vero in minori summa esset læsio ultra dimidiam, tunc actor tres testes habebit pro se, & respectu eorum cum testibus rei erit ejus probatio regulanda, ut *suprà* notavimus.

156 Nec huic resolutioni obstat sententia eorum, qui dicunt, minori summæ standum esse, quia illa jura procedunt in condemnationibus, in quibus, quod minimum est sequitur, ut notat Glos. *fin. in c. 1. de arbitr. lib. 6.* & in judiciis arbitratorum, in quibus æquitatis ratio semper attenditur, ut notat Covarr. *lib. 1. variar. cap. 2. num. 6.* Gratia. *decis. 32. à num. 15.* contra Garcia. *d. cap. 24. à num. 13.* qui ad testes ampliat, hanc interpretationem sequitur & Morque. *de divis. bono.* & Ayora. *in locis infra citand.* Valasc. *de partit. cap. 9. num. 13.* ubi alios adducit. Fontanell. *de pact. nupt. clau. 5. glos. 18. part. 1. n. 180.* ubi dicit. *text. in d. §. si plures, cum similib.* procedere propter negotii dubietatem, quia dubitatur, & incertum est, qua in summa debeat actus valere, & adeo ne corruat, & inutilis fiat, quia non est major ratio, cur minorem summam, quàm majorem sumamus, benigniori interpretatione utentes id sequimur, quod minimum est: juxta reg. *in c. semper, in obscuris de regul. juris,* & Dec. Cagnol. & Ferrer. *de interpreta. d. §. si plures*, agentes qui dicunt decisionem *d. §.* procedere à natura judicii, & non à summa, quia judex, qui condemnavit in decem, non voluit condemnare in quinque solum, ut consideravit Covarr. *ubi supr.* & in judiciis si ex duodecim judicibus, sex condemnarent, & sex absolverent, pars eorum, qui absolvendum judicarunt prævalet, & reo præcipuè favetur in novissima parte judicii, *l. inter pares, ff. de re judic.* quia in judiciis benigniores sumuntur interpretationes, de quo videndi sunt Garcia, *de expe. c. ult. à n. 8.* Thesaur. *decis. 1. à n. 10.* Mastri *decis. Sicil. 183. p. 2.* ubi ex tribus judicibus, quorum quilibet in diversam ivit sententiam, quòd reus in minorem pœnam condemnari videatur, decisum fuit. Afflict. *decis. 362.*

157 Nec etiam obstat opinio eorum, qui omnes summas coacervandas esse dixerunt, & partiendas; nam in quæstione de qua agimus, scilicet de conciliatione testium singulorum, & de probatione æstimationis rei, illa non procedit, quia passim ex ea multa absurda sequerentur, si enim unus testium rem octo valere, alius 10. alius 18. deponerent coacervatis his summis, & postea in tribus partibus divisis valorem, rei 12. esse deducitur, in quo tantum, qui de majori summa deposuit convenit, & sequeretur, quòd ex dicto unius testis probatio plena haberetur, & in causa pars ex ea obtineret, quod quàm civile sit, ratio demonstrat, & alia huic similia evenirent. Nam d. doctrina, ut ad praxim trahi possit, requiritur, quòd summæ, & quantitates, ex quibus coacervatio est facienda, ut pars certa deducatur, quòd ipsæ in se sint certæ, & plene probatæ, aliàs ex incertis pars certa deduci non poterit, quod comprobatur ex casibus, in quibus hæc coacervatio, & divisio summarum faciendam esse Jurisconsulti, & DD. docent. Primus traditus à Jurisconsl. *in d. l. si fundum 35. & in l. sequenti, ff. mandati.* ubi ad æqualem summam inveniendam inter summas diversas, quæ in se certæ erant, coacervatio fuit facta. Secundus ad cognoscendum fructus, qui ex fundo quolibet anno colliguntur, coacervatis fructibus trium annorum proximorum, ut diximus *supra. num.* & Garcia. *de expens. cap. 24. n. 14.* tertius quando quis operarios conduxit pro eo pretio, & salario, quo ejus vicini suis operariis solverent, si vicini variis pretiis operarios conduxerunt, de quo vide Addit. *ad gloss. 1. l. 16. tit. 8. inf.* Quartus quando quis fuit condemnatus præstare tot vassallos, qui nec sint de ditioribus, nec pauperioribus alicujus oppidi, prout exemplificat Escob. *de ration. computa. 24. num. 1. & 2.* in his enim, & similibus casibus non potest dari inconveniens, quia summæ, quæ coacervantur sunt certæ, & veræ.

158 Respectu æstimatorum, seu peritorum est varietas opinionum; primâ esse cumulationem faciendam, ut fuit dictum *in num. 153.* Salicet. *in l. hæc edictali, §. his illud, C. de secund. nupt.* Covarr. *lib. 1. var. cap. 2. num. 6. vers. quam ob rem.* Bald. *in l. 1. quæst. 6. C. si servus. exper.* Catell. Cott. *in memor. æstimatores.* Gratian. *decis. March. 32. à n. 12.* ubi alios laudat. Escob. *de ratio. computa. num. 24.* Ayora. *de partit. 1. p. cap. 5. n. 4. & 5.*

159 Secunda, quod non sit coacervatio facienda, tenet Garcia, *cap. 24. num. 14.* Valasc. *de parti. c. 9. n. 14. & 15.* & quod Prima sit multum dubitabilis, dicunt Alex. *ad Bart. in l. si fundum. 35. ff. manda. d. l. diem proferre, §. si plures, ff. de arbit.* Gerard. *singula 25. in fin.* Chassan. *in consuet. Burg. tit. des justices. §. 6. in fin. n. 5. post medium.* Et mediam summam eligendam esse à judice, prout in testibus diximus, quando æstimatores inter se discordes sunt dixit Morquech. *de divisio. bono. cap. 4. num. 21.* ubi arguit de testibus ad æstimatores.

160 Tertia est opinio eorum, qui minori summæ standum esse dixerunt per *d. §. si plures, & cap. 1. de arbit. num. 6.* quam late tuetur. Garc. *d. c. 24. n. 6.* ubi jura etiam ad æstimatores extendi debere inquit, Parlad. *quotid. quæst. 9. num. 1.* & faciunt, quæ diximus *supra.* Contra quos scripsit Gratian. *dec. 33. à num. 15.*

161 Quarta eorum, qui docent, quòd si duo æstimatores sunt discordes, & tertius eligitur, quod hujus tertii declarationi est standum. Glos. *in l. item si unus, §. principaliter. in verbo. auctoritati in fin.* & ibi Bart. *in princ. ff. de recep. arbit.* Specula. *in tit. de arbit. §. sequitur, num. 19. vers. sed nunquid stabitur.* Socin. *cons. 54. vers. 3. & ult. lib. 1.* & per Rot. hanc sequutam fuisse testantur Statili. Pacif *dec. 25. num. 3. quæ habetur ad fin. tract. de Salvi. interd.* Farin. *decis. 294. num. 2. & decis. 354. num. 1. 1. tom. novissim.* Sed contrarium tenent Alberic. *in d. §. principaliter.* Bald. *per text. ibi in cap. cum speciali, col. 1. de appell.* Lop. *in glos. fin. l. 29. tit. 4. part. 3.* ubi vide Addit. Et quod tertius electus de partium 162 consensu, & voluntate non possit ab aliis discedere, & per se solum vorum diversum ab aliis præstare, sed necesse esse, ut cum altero ex nominatis concordet, docent. Bald. *in l. jubemus 34. in fin. Cod. de appellat. & in cap. pastoralis. in princ. de rescript. per text. in cap. legitima vers. cum ambo. de appellat. num. 6.* Bart. *in l. si dominium, ff. de furt. num. 4.* Castr. *in l. offerend. 35. in fin. Cod. de appellat.* Felin. *in cap. suspicionis 39. vers. aliter sentit. de offi. delega.* Gabri. *lib. 2. com. titul de arbitr. concluf. 1. num. 4.* Escob. *de ratioc. cap. 32. n. 23.*

in

in princ. & vers. ego tamen, ubi alios refert. Gratian. *disceptat. c. 228. n. 10.* ubi dicit, quod tunc standum majori parti, quia ille non habet nisi unam vocem inter alios.

Et non obstant contrariæ opinionis auctoritates, quia loquuntur, quando eligitur certus homo ex necessitate, auctoritate legis, vel statuti: nam tunc ejus dicto standum est, quasi in totum aliorum officium per subrogationem acceperit, ut cum Bald. & aliis tradit Anton. Gabr. *dict. conclus. 1. num. 2.* ubi magis communem dicit Escob. *dict. num. 23. versic. contr.* Gratian. *à dict. num. 10.*

163 Quinta est, quod peritioribus est standum, quando omnes discordant. Dec. Alexand. quos referunt, & sequuntur Mascard. *conclus. 1174. à num. 39.* Pinel. *in l. 2. C. de rescind. vend. 3. p. c. fin. num. 4. in fin.* ubi in arbitris variantibus, quòd Judex sequi debet arbitrium ejus, qui sit fide dignior, vel meliorem rationem affert, dicit, argument. *l. si plures, ff. de accusat.* Glos. *in l. cum quid, ff. si cert. petit.* Sanch. *de matrimon. lib. 7. disput. 113. n. 19.* ubi alios allegat, & in testibus aliud esse dicit, quia in eis numerus testium prævalet. Vide Addit. ad Glos. *l. 18. tit. 8. infrà.*

164 Sexta opinio est eorum, qui dicunt in hoc dubio quartum æstimatorem esse eligendum, ut post Salicet. *in l. hac edictali, §. his illud, Cod. de secund. nupt.* Menoch. *de adipiscend. possess. remed. 5. num. 168.* de quo vide Addit. ad Glos. 3. *l. 9. suprà hoc tit.*

165 Septima eorum, qui compellendos esse docent, ut ad concordiam reducantur. Salyc. & Menoch. *ubi suprà.*

166 Sed secunda est tenenda, quam intellige, & limita nisi inæqualitas, vel disproportio pretii ad rem, de cujus valore agitur sequeretur: nam non erit æquum, ut major summa reducatur ad minorem, ut in specie concludit Bald. *in l. 1. in princ. Cod. de sentent. quæ sine certa quant.* ubi respondit, *ad §. si plures, l. diem proferre, ff. de recept. arbitr.* Franc. *in c. 1. de arbitr. in 6. num. 3.* Salicet. *in l. hac edictali, §. his illud, num. 10. vers. & sic non obstat, C. de secund. nupt.* Covarr. *lib. 1. variar. cap. 2. num. 6. vers. quam ob rem.* Garcia, *decis. March. 32. num. 17.* qui licet loquantur de minori summa ex tribus diversis ab arbitris declaratis: idem dicendum est de media, si eadem ratio inæqualitatis in ea militet. Valasc. *de partit. c. 9. num. 15. & 19.* ubi dicit in hac quæstione, cum agitur de divisione bonorum inter cohæredes, verius, & juri consonantius esse, judicem in hoc casu debere interponere arbitrium suum & sequi votum ejus æstimatoris qui sibi fide dignior videbitur, poterit etiam uti remediis, de quibus *supr.* ad eruendam veritatem, & verum rei valorem.

167 Si vero ex parte actoris læsio sit bene probata, licet ex rei testimoniis obscuretur ejus probatio, pro actore pronuntiandum esse, docuit Pinel. *in l. 2. C. de rescind. vend. 3. part. cap. fin. num. 43.* quia in hoc casu non est causa in ambiguo, cum probatio actoris per se plena, & efficax sit juxta *l. ob carmen, §. fin. ff. de testib.* & in actione redhibitoria etiam pro actore judicandum esse diximus *in Addit. glos. fin. l. 66.*

168 Contrariam opinionem, imò quòd non minus credatur pro reo, quam pro actore, nec actori magis favendum sit quam reo, contra Pinel. tenet Parlador. *quotid. quæst. 9. num. 8.* & Faber, *tit. 14. de probat. lib. 4. definit. 64.* Mascard. *conclus. 1174. num. 44.* ubi dicit, quòd si in probationibus omni modo est æqualitas, credendum est magis pro reo absolvendo, juxta text. *in l. 40. tit. 16. p. 3.* & Glos. *in c. clerici, 81. distinct.* Matienz. *in l. 1. tit. 11. lib. 5. recopil. glos. 1. num. 52.* ubi alios refert, licet ipse eis non assentiatur, & pro ea facit, quòd in dubio res præsumitur justo pretio vendita, ut sentit Glos. & *ibi* notat Bald. & Cuman. *in l. si fundus, in fin. princ. ff. de rebus eorum qui subt. l. quod si minor, 25. §. non semper, ff. de minor.* Jacob. de Sancto Georg. *in l. unic. num. 59. C. ne liceat potent.* Bald. & Salyc. *in l. per diversas, C. manda.* quos sequuntur Fabian. de Monte, *de empt. q. 8. ad fin. num. 25.* Panthal. de Crem. *in l. 2. num. 143.* & *ibi* Pinel. *3. p. c. fin. n. 43.* Matienz. *d. glos. 1. num. 52.* Menoch. *cons. 359. n. 23. lib. 4. & 496. num. 81. lib. 5.* Cephal. *496. num. 40. & 42. lib. 4.* Amatis, *decis. Ferrar. 47. num. 5.* Grat. *disceptat. cap. 461. num. 19.*

His tamen non obstantibus pro opinione Pinel. quam Senat. Paris. fuisse sequutum *ibi* testatur: Primò facit, quòd actor agit in hoc casu de damno vitando, & reus de lucro captando, & sic actori magis favendum est, quàm reo, quando plenè læsionem probavit; est enim æquum, quòd quis non locupletetur cum jactura aliena, *l. nam hoc, ff. de condict. indebit. l. jure naturæ, ff. de regulis juris.*

Secundò, pro ea facit æquitas, in qua fundatur dispositio *hujus legis, & l. 2. C. de rescind. vend.* quæ æquitas aliquando prævalet pro actore contra reum, ut tradit Dec. *in l. fin. ad fin. Cod. de edict. D. Adrian.*

Tertiò facit, quia ut diximus in dubiis, quod minimum est, sequi debemus, & minus est pro actore pronuntiare, quam pro reo: nam ei nulla injuria ex rescissione contractus infertur, quia à jure datur ei electio retinendi rem supplendo pretium usque ad justum valorem rei, ut Pinellus *ibi, num. 44.* considerat, quod probationis effectus pro majori parte est arbitrarius, & potest Judex ex ratione, & aliis adminiculis circumspectè recedere ab eo, quod testes asserunt fortasse decepti, vel corrupti. DD. *in l. 3. post princ. ff. de testibus*, ex quo probationes esse arbitrarias ultra DD. ibi notant relati in Addit. ad Glos. *l. tit. p.* Et quoad rei valorem, quòd tota hæc testium materia Judicis arbitrio sit relinquenda, cum Bald. *in l. 2. C. de rescind. vend. num. 26.* & *ibi* Cagnol. *§. 5. num. 127. vers. hoc autem, & omnia supra dicta*, qui plures alios congerit, tradit Mascard. *conclus. 1403. num. 19.* Ceval. *decis. 46. num. 192. & 26. part. 1.* Valasc. *de jure emphyt. quæst. 11. num. 4.* Fontanel. *de pact. nupt. claus. 4. glos. 18. p. 1. num. 58.* ex quo Pinel. *in d. num. 44.* infert ad declarationem, *l. 1. vers. nam siquidem, ff. ad Senat. cons. Turpi.* ubi Jurisconsul. inquit, *facti quæstionem in arbitrio judicantis esse*, quòd verba illa ad probationem referenda sunt, & *in num. 45.* ne fraudibus occasio detur, & ob tale arbitrium Judices veram probationem obmittant contra regulam *l. illicitas, §. veritas, ff. de offic. præsid. & l. qui sententiam, C. de pœnis*: dictam doctrinam intelligendam esse dicit secundum doctrinam Bart. *in l. Lucius in fin. ff. de his qui notan.* scilicet, quòd Judex exprimere debet, cur recedit à probationibus, quam extollens sequitur Rip. *in l. admonendi, n. 67. ff. de jurejurand.* Alexand. *in l. si is ad quem, num. 11. ff. de acquir. hæred.* Felin. *in l. licet causam, 4. notab. de probat.* & ex Pinel. Matienz. *in l. 1. tit. 11. lib. 5. recopil. glos. 2. num. 51.* pro actore judicandum esse dicit, & quòd Judex exprimere debet, cur à probationibus

bationibus recedit : & noviſſimè eandem opinionem amplectitur Rodrig. *de annu. redit. lib. 1. q. 11. num. 14.* ubi dicit, quod oportet in hoc æquitatis temperamentum obſervare, ut clarè probata enormi læſione etiam citra omnem verum dolum judices (quibus bonum, & æquum præ oculis ſemper eſſe debet. *l. qui ſi Epheſi, in fin. ff. de eo quod certo loco*) non debeant tam claram, & nimis ſcrupuloſam, & exactam ipſius dimidiæ exceſſus probationem exigere ; Idem probat Maynard. *deciſ. Tholoſ. 65. lib. 3.* ubi de hac communi obſervantia teſtatur.

SUMMARIUM.

1 *Venditio eſt ipſo jure valida.*
Etſi contrahentes ultra dimidiam ſe circumveniant, num. 2. 3. & 4.
5 *Quæ actio detur ex hac l. & l. 2. & ad quid.*
Electio datur emptori, contra quem agitur, ſupplendi pretium, vel reſtituendi rem : Item compermutanti. num. 7.
Et an cohæredi lædenti detur electio in diviſione hæreditatis, n. 8. & 9.
Quid ſi adſit enormiſſima læſio, n. 10.
11 *Locatori, ſi finita locatione agatur de læſione, datur electio ad repetendos fructus, ſeu æſtimationem, aut ad ſupplendum pretium.*
12 *In emphyteuſi ſæculari, ſeu Eccleſiaſtico ſi ineſt læſio.*
An ſit locus electioni, n. 13.
14 *Si ineſt dolus in contractu, non datur electio.*
Quid ſi incidat in contractu, numer. 15. 16. & 17.
Seu ſi adſit enormiſſima læſio, n. 18. & 19.
Seu ſi metus cauſa reſcindatur contractus, numer. 21.
In venditione rei alienæ an detur, numer. 22. 23.
24 *Decipiens debet reſtituere totum pretium, in quo eſt deceptio ; & an audiatur ſi ad ſupplendum pretium petat ligna, quæ ſunt in re ad vendendum, n. 25.*
26 *Et an re reſtituta ex titulo novo videatur detineri : Et an conſanguinei, tempore quo agitur de ſupplemento pretii, poſſint retrahere.*
27 *Poſſeſſor, qui fuit ſpoliatus à terra, quæ vulgò* Realenga *vocatur, ſi compoſuit cum Rege, utrum ex titulo antiquo, an ex novo poſſidere dicatur, & ſi majoratus fuerit, an convaleſcat majoratus vel libera maneat.*
28 *Emptor uſque ad quod tempus tenetur eligere reſtituere rem, aut ſupplere pretium.*
29 *Libellus quomodo debeat firmari in hac actione, num. 30. & 31.*
Sententia conformis libello eſſe debet, n. 32.
33 *Jure Regio in omnibus cauſis ſolum veritate inſpecta proceditur, & ineptitudo libelli non attenditur, n. 34.*
Jure Regio ceſſat doctrina, quod attenditur, quod in concluſione petitur, n. 35.
Quid operetur clauſula, peto juſtitiam, n. 36.
Actor agens rei vendicatione an poſſit mutare actionem, & agere ad læſionem, numer. 37.
38 *Si emptor rem, quam minus juſto pretio emit, vendiderit, venditor contra quem debeat agere.*
Et an contra tertium, n. 39.
Et quid ſi primus ſit aut non ſit ſolvendo, numer. 40.
Seu ſi ſecundus ſciret auctorem ſuum læſiſſe, num. 41.
Seu ſi ſecundus lite conteſtata emat, n. 42.
Seu ſi in prima enormiſſima adeſſet læſio, numer. 43.
Seu ſi ad eum ex titulo lucrativo perveniat, n. 44. 45. 46. 47. & 48.
Et an prius primus emptor debeat excludi, n. 49. & 50. & 53.
51 *Primus, & ſecundus emptor in uno eodemque proceſſu conveniri poſſunt.*
52 *Si emptor ſit læſus, & rem emptam alienavit, an poſſit agere ex læſione contra venditorem, Secundus emptor ſeu ſucceſſor generalis utrum poſſit uti beneficio læſionis.*

ADDIT. GLOSS. VII.

PRo explicatione hujus Gloſſ. & ſeq. præmitte, 1 quod venditio eſt ipſo jure valida, etſi contrahentes ultra dimidiam ſe circumveniant, quia in ſubſtantia non peccat, nec in ſe habet aliquid vitii, cum in ea ſint res, pretium, & conſenſus, quæ in contractu emptionis, & venditionis ſubſtantialia ſunt, ut diximus, & ex læſione in pretio non annullatur, quia naturaliter contrahentibus licet in eo ſe circumvenire, *l. in cauſæ, 17. §. idem Pomponius, ff. de minorib. l. ſi hæres, ff. ad leg. Falcid. l. item ſi pretio, §. fin. ff. locati,* & optimus text. *in l. ſi voluntatem, C. de reſcind. vend. c. cum dilecti, c. ad noſtram, de emptio. gloſſ. verb. decep. in c. cum cauſa, de teſtibus.*

Ex quibus juribus deducitur regulariter contra- 2 hentibus licere in pretio ſe circumvenire, & pro regula conſtituunt Jaſ. *in §. ſed iſto, num. 104. inſtit. de actio.* Cæpol. *de ſimulat. contract. num. 23.* ubi hujus regulæ rationem ponit. Burg. *in d. c. cum dilect. à num. 15.* Pantal. de Crem. *in repet. l. 2. C. de reſcind. vend. num. 137.* ubi quinque ampliationes, & 18. limitationes ad eam tradit. Dueñas *reg. 148.* & alios adducit Diaz. *reg. 151,* & *ibi,* Salced. Falcon. *regul. 119.* ubi plures recenſent. Farinac. *in fragment. crim. verſ. decipere, n. 30. 31. 32.*

Ubi ampliat procedere, tam de jure civili, quàm 3 Canonico, & tam in contractu emptionis, & venditionis, quàm in contractu locationis, & in omnibus aliis contractibus tam nominatis, quàm innominatis, & eam declarat.

De cujus regulæ explicatione vide Crem. *ex dict.* 4 *num. 137.* Pinell. *in d. l. 2. 1. p. c. 1. num. 22.* & *ibi* Padilla, *num. 10.* ubi plures inter pretationes referunt. Covar. *lib. 2. variar. c. 3. à num. 2.* Perez. *in l. 2. tit. 7. lib. 5. ordin. verſic. nec obſtat, col. 15. illius gloſſ.* Navar. *in c. qualitas, de pœnitentia, num. 42. & in cap. novit, num. 6. de judic.* Soto, *lib. 6. de juſtit. & jur. quæſt. 20. art. 3.* Medina, *de reſtitut. q. 32.* Menoch. *conſ. 109. num. 30. lib. 2.* Ceval. *quæſt. 511. num. 5.* Scac. *de commer. §. 1. quæſt. 7. p. 2. ampl. 10. d. num. 2.* Morl. *in emp. jur. de contrab. empt. quæſt. 8. num. 14. & 15.* Felician. *de cenſib. lib. 2. c. 1. nom. 21. verſic. majorem vero.* Roder. *de annu. redi. lib. 1. quæſt. 11. num. 5. & 6.* Avend. *de cenſ. c. 27. num. 4.* ubi novam interpretationem tradit. Matienz. *in l. 1. tit. 11. lib. 5. recompil. gloſſ. 1. à num. 1. uſque ad 6.* Mantic. *de tacit. conven. lib. 4. tit. 20. num. 53.* Azeved. *in l. 19. tit. 9. lib. 9. & in dict. l. 1. num. 9.* Caſtil. *quotid. lib. 2. c. 8. num. 13. 14. & 15.* Faber. *de error. dec. ad. 7. error. 10. num. 9.*

num. 9. qui magis communiter intelligunt dictam regulam, scilicet naturaliter licere contrahentibus se circumvenire, quòd natura rerum hoc permittat, sed natura, hoc est, naturales regulæ contractus; alias explicationes vide apud relatos, præcipuè apud Matienz.

5 Sed propter bonum publicum necesse fuit indulgentiam, quam contrahentes habebant, se ad invicem decipiendi, coarctare, quam ad dimidiam justi pretii, vel æstimationis rei venditæ cohibere, ne ulterius vagari contrahentes possint, legislatoribus justum visum fuit *in dict. l. 2. & in nostra l.* Rodrig. *num.* 3. ubi dicit, quòd fuit lata non ad terminandum medium justum, sed ad determinandum vagam, & incertam declinationem ab ipsa vera, & justa æqualitate contractuum commutativorum, *& num.* 9. Castill. *num.* 15. *vers. deinde, & in num.* 12. taxationem istam aliqua Mathematica proportione non carere, inquit Pinell. *numer.* 22. & relati *supr.* & alios congessit Castillo, *in dict. vers. deinde.*

Quæ cohibitio, & legis dispositio ex æquitate, & humanitate, & non ex juris rigore introducta fuit, ut constat *ex dict. l. 2. in princ. ibi humanum est*, & advertunt, *gloss.* 1. Bart. Bald. & Salycet. Castrens. Pinell. *num.* 32. Padilla, *num.* 10. *in princ.* Castill. *num.* 11. *ubi supr.* P. Gregor. *in syntagm. juris, lib. 25. cap. 24. num.* 19. ita si vagari contigerit, & contrahentes ultra dimidiam se circumvenerint, læsis ex hac lege actio datur ad rem venditam repetendam, vel ut quod eis de justo pretio deest, suppleatur; quod in lædentis electione relinquitur, cui datur facultas supplendi pretium, vel restituendi rem; & est ratio hujus decisionis, quia ut *suprà* diximus emptio non peccat in substantia, & quod est in contractu vitii, non in ipso contractu, sed in pretio est, & sic illud supplere usque ad justum satis est, ut ex Cum. Castill. *n.* 9. hanc facultatem eligendi ex juris rigore, & æquitate procedere, & Jurisconsultis nullatenus cognitam fuisse comprobat Pinel. *in d. cap. 1. à num.* 2. ubi ex hoc multarum legum verum sensum demonstrat. Padill. *ibi, num.* 11. Azeved. *in l. 14. tit. 9. lib. 9. recomp. n. 1. in fin.* Castill. *n.* 1.

7 Nota 1. ex text. *hic*, quòd emptori contra quem de læsione agitur, datur electio supplendi justum pretium, vel restituendi rem emptam, & eandem electionem venditori concedi, cum emptor de læsione agit, restituendi rem, vel pretium, quod ultra justum pro ea habuit, ut tenent relati DD. *in num. anteced. & in gloss. 4. num. 1. sup. hac l. & in gloss. 12. l. 4. num....* & Giurb. *decis.* 145. *num.* 8. & infra referendi.

8 Amplia 1. etiam in contractu permutationis procedere, & ei, qui alterum lædit, electionem dari, & decisum est *in cap. & si quæstionis, de rer. permut.* Pinell. *in l. 2. Cod. de rescind. vend. 1. p. cap. 3. num.* 15. ab impugnatione Balduin. & aliorum defendit Matienz. *in l. 1. tit. 11. lib. 5. recompil. gloss. 7. num.* 4. & sic testatur Steph. *decis.* 61. *per tot.* ubi contrarias rationes, & auctoritates proponit, & satisfacit.

9 Amplia 2. etiam in divisione hæreditatis facta inter cohæredes ei, qui lædit dari electionem, vel supplendi id, quod deest cohæredi, & in quo læsus reperitur, vel quòd iterum divisio fiat. Bald. *in l. majoribus, C. commun. utri. jud.* Riminald. *in l. si soror, col. 3. vers. in ea. gloss. ibi, Cod. de collatio.* ubi non dato dolo hanc tenet, & Plotus, *in l. si quando, §. 15. vers. sed verior, Cod. unde vi*, Franch. *decis.* 675. Matienz. *in d. l. 1. gloss. 8. num.* 3. ubi late Roderic. *de annu. redit. lib. 1. quæst. 11. num.* 33. ubi contraria fundamenta refert, & hanc sequitur. Stephan. *num.* 4. *ubi suprà*, eis respondit. Item Pinel. *in d. l. 2. 2. part. cap. 1. n.* 3. *&* 4. *&* 5. Ayora. *de parit.* 3. *par. quæst.* 10. *num.* 52. ubi hanc veriorem esse dicit, & in hoc casu † emendandam esse 10
læsionem non pretio, sed rerum communium supplemento, & sic opiniones ad concordiam reducit, & cum ea transit Rodrig. *ubi suprà.* Faber. *de error. decad. 8. error.* 3. ubi in hoc casu in ejus electione esse supplere in pecunia, vel quòd iterum divisio fiat.

Contrariam, quòd in isto casu cohæredi non 11
datur electio, sed indistinctè læsum ad rem agere posse, tenuit Cyn. *in d. l. majoribus. in fin. C. commun. utri. Judi.* & eum sequitur Fulgos. ubi dicit, non reperiisse contradicentem huic opinioni, & rationem esse dicit, quia quis cogeretur vendere rem suam, quod esse non debet, ut diximus *in addit. ad Gloss. l. 3. suprà*; & hæc opinio non displicuit Pinel. ut ipse inquit, *ind. c. 1. num.* 3. *&* 4. & magis placere videtur Franch. *in d. decis.* 675.

Sed prima est tutior, & communis, à qua non 12
est recedendum in judicando, & consulendo, cum declaratione tradita per Ayora. de qua *supr.* & eam contra Pinel. defendit Grivel. *decis. Dolan.* 217. *n.* 20. *&* 21.

Quam ampliationem limita, quando agitur de re- 13
scindenda pactione, seu divisione bonorum prætextu læsionis enormissimæ, quia tunc agitur de nullitate partitionum: nam quando enormissima læsio intervenit, censetur in ea inesse dolus præsumptus; de quo vide Valasc. *d. parti. c.* 39. *à n.* 54. & quæ diximus *infr. in addit. ad gloss.*

Amplia 4. in emphyteusi laïca, seu sæculari, si 14
est læsio, & de ea agatur: nam emphyteuticario etiam datur electio supplendi pensionem, vel restituendi rem in emphyteusim acceptam, & in eo invito ad rei restitutionem, & rescissionem contractus non potest compelli. Fontan. *de pact. nupt. claus.* 4. *gloss.* 18. *p. 1. à n.* 90. ubi idem esse ait in emphyteusi Ecclesiastica, quando alia subest causa in ejus con- 15
cessione, quàm utilitatis.

Limita 1. in contractu emphyteusis, quando est 16
læsio in pensione, & emphyteusis est Ecclesiastica, & nulla alia adest causa alienationis præterquam utilitatis, quia tunc emphyteuta rem præcisè restituere debet. Fontan. *in d. n.* 90.

Limita 2. quando dolus dedit causam contra- 17
ctui: nam tunc doloso non datur optio, sed præcisè ea optio competit dolum passo, *gloss. verb. circumscribere, in l. item si pretio*, 25. *§. fin. ff. locat.* quam ad hoc peregrinam esse dicunt. Addit. Panormit. *in c. quia plerique de immunit. Eccles.* Imol. *cons.* 109. *col. 2. num.* 2. & cum Conrad. & Medin. *de restitut. quæst.* 23. tradit Covar. *lib. 2. variar. c.* 4. *num.* 11. *vers. quoties vero.* Mexia *in comm. ad leg. Tolet. in responso ad 6. & 8. p. 1. fundamenti, n.* 61. *versic. Aretin. ipse, & in prag. pan. concluf. 1. n.* 158. ubi omnes in hoc convenire dicit Plaza, *in epit. delict. cap. 36. num.* 17. *vers. quod si læsio.* Matienz. *in l. 1. tit. 11. lib. 5. gloss. 1. num.* 11. Farinac. *in frag. verb. decipe, num.* 34. *vers. & deinde*, qui alios allegant. Gregor. Lop. *in glos. seqq. in fin.* dicit, quòd si emptor fuit in mala fide inducendo venditorem, ut rem minus justo pretio venderet, quòd tenetur præcisè eam restituere, nec potest justum pretium supplere; & ex text. cum gloss. *in l. penult. Cod. si vendit. pignor. agat.* Castr. *in d. l. 2. num.* 1. Mantic.

de

de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 20. n. 61. Perez. *in l. 1. tit. 7. lib. 5. ordin. unic. verſ. ſi vero fuit, & verſ. & hæc eſt regula.* Vide Addit. ad Gloſ. 2. *l. ſeq.* & Scacc. *de commerc. §. 1. quæſt. 7. p. 2. ampliat. 10. à num. 7. & à num. 55.* ubi latè explicat, & exemplificat; & quid in aſſecuratione navis, quæ jam erat perdita, vel mercium, quæ non erant: Similiter, quando dolus incidit in contractum, optio denegatur. Conrad. Medina, & Matienz. *n. 11. ubi ſuprà*, ubi in utraque ſpecie doli optionem doloſo denegari dicunt.

18 Contrariam in eo, quòd diximus, quòd dolum paſſo optio datur, docent Angel. *in ſumm. verſ. dolus. §. 9.* Silveſt. *verb. culpa, §. 7.* ubi in hoc caſu dolum paſſo optionem non dari tenent, & eos ſequitur Covar. *in d. verſ. quoties vero*, ubi dicit, quòd quando dolus in contractum incidit, dolum paſſo datur actio ad hoc, ut juſtum pretium in integrum ſolvatur, denegato ipſi doloſo jure reſtituendi rem, & cum ſequuntur Mexias, Paz. Farin. & Matienz. *ubi ſuprà*, dolus in hoc caſu ex quibus probetur; vide Addit. ad Gloſſ. *l. ſequent.*

19 Limita 4. quando in contractu læſio enormiſſima interveniat, quia tunc alienationes nullæ eſſe declarantur, & non reſcinduntur, & res cum fructibus à die contractus non ſolum perceptis, ſed qui percipi potuerunt, reſtitui jubetur, ut *in addit gloſſ. ſequent.* diximus, nulla data electione emptori ſupplendi pretium: ita deciſum fuiſſe teſtatur Faber, *in Cod. lib. 4. tit. 36. de reſcind. vend. defin. 3. & defin. 30.* & approbatam fuiſſe per Senat. Cathal. refert Fontanell. *de pact. nupt. 2. tom. claus. 7. gloſſ. 2. part. 2. num. 56. & 60.* ubi hoc ex eo procedere inquit, quia ubi adeſt læſio enormiſſima, dolus eſt præſumptus; de quo in addit. Gloſſ. *l. ſequent.* & comprobatur ex *ſupr.* traditis. Quæ dicatur enormiſſima læſio, vide *in gloſſ. 11.*

20 Contrarium tenet Faber, *de error. decad. 7. error. 10. à num. 7.* ubi ex cauſa læſionis enormiſſimæ contractum annullari poſſe negat Covarr. *in cap. quamvis pactum, 3. part. §. 4. num. 7. verſ. 11. concluſ.* quia in hoc caſu non ineſt verus dolus, ſed tantum dolus præſumptus, ex quo æquum non eſt totam conventionem reſcindi. Sed in praxi ab hac limitatione non eſt recedendum, quam Faber fuit ſequutus, cum Judex eſſet in Senatu Sabaud. & vide *addit. ad gloſſ. 11.*

21 Limita 5. quando contractus ex cauſa metus annullaretur: nam etiam in illo caſu emptori denegatur electio, quæ per hanc legem conceditur. Faber. *in d. tit. definit. 16.* ubi ita Senat. Sabaud. judicaſſe inquit, quia id quod per vim, aut metum geſtum eſt, prætor nullo tempore ratum habet, *l. ſi mulier, 21. §. 1. ff. quod met. cauſ. l. 2. l. ſi voluntate, C. de reſcind. vend.* Vide *infrà addit. gloſ. fin. & ad gloſ. 1. & 2. ſupr.*

22 Limita 6. in emptore rei alienæ, ſi venditor ſe læſum dicat in pretio, quia tunc ei non datur electio ſupplendi juſtum pretium. Rebuff. *in conſt. 2. tom. tit. de reſcind. contract. art. unic. gloſſ. 15. n. 23.* & vide Addit. ad Gloſſ. 4. *num....*

23 Limita 7. in caſibus, de quibus *infrà, in gloſſ. 9.*

24 Nota ſecundò ex text. *hic*, an ſi emptor offerat quantum de pretio deeſt uſque ad dimidiam juſti pretii, utrum hoc ſufficiat? Dic non ſufficere reddere id, ex quo læſio ultra dimidiam excluditur, ſed requiri, quod totum pretium, in quo eſt deceptio, reſtituatur. Adde *d. l. 2. Cod. de reſcind. vend.* Cyn. *ibi in quæſt* 8. Bald. 7, *col. quæſt. 12.* & Caſtr. *num. 2.* Gomez. 2. *tom. var. cap. 2. n. 22. col. 1. verſ. & adde*, ubi communem Capel. Tholoſ. *deciſ. 64. ibi*, fundamentis contrariæ ſatisfacit.

Quid ſi emptor ſupplere juſtum pretium eligat, 25
& interim petat, ut ſibi liceat ſcindere ligna quæ ſunt in re, de cujus læſione agitur, ut illud poſſit ſupplere, an ei concedenda ſit? Vide Rebuff. *in d. gloſſ. 15. num. 8.* ubi per Senatum Pariſ. denegatam fuiſſe licentiam refert.

Si eligit ſupplere pretium, an rem ex titulo an- 26
tiquo, vel novo dicatur habere, & conſanguinei, habito reſpectu ad tempus quo pretii ſupplementum fuit factum, poſſint rem retrahere? Vide Marta, *voto 128.* ubi de facto agitatam in Collegio Piſiano refert, & emptorem rem ex antiqua cauſa habere poſt ſupplementum juſti pretii, defendit Gloſſ. *in l. 1. Cod. ſi major. fact.* Boër. *deciſ. 74.* quia quando fit conſolidatio ex natura rei ab initio exiſtentis, conſolidatum cenſetur, & ipſo jure efficitur ejuſdem juris, qualitatis, & conditionis cum re cui conſolidatur, & unitur, nec dicetur nova acquiſitio, ſed recuperatio, & reverſio rei ad ſuam originem. Decius. *conſil. 88. num. 3. & 53. in princ. & 28. verſ. 5. quæritur.* Tiraquell. *de retract. lign. §. 19. gloſſ. 2. num. 4. & per tot. & §. 32. gloſſ. 1. num. 73.*

Huic affinis eſt quæſtio quotidiana, de eo qui 27
poſſidebat terras, quas nos Realengas vocamus, quibus fuit ſpoliatus, qui poſtea compoſuit cum Rege, verum ex antiquo titulo, vel novo eas habere videatur, & an convaleſcat majoratus ex eis factus à patre, vel avo poſſeſſoris, vel tanquam ex novo titulo acquiſitæ liberæ maneant. Mieres, *de major. 4. p. quæſt. 2. num. 60. & 61.* & de novo acquiſitas videri ſentit, & poſtea animadvertendum eſſe dicit *ad l. fundo legato, ff. ad l. Falcid.* ubi probatur, quòd quoties quis habet duos titulos unum novum, & alterum veterem, videtur poſſidere ex titulo vetuſtiore: unde pro ſolutione diſtingue, aut hujuſmodi terras ex titulo valido poſſidebat, aut ſine titulo, vel titulo invalido; ſi ex titulo valido, etſi poſtea compoſitionem faciat cum Rege, ex primo titulo poſſidere, non ex novo dicendum eſt, quia in damnum eorum, qui vocati ſunt ad ſucceſſionem, non potuit cauſam poſſeſſionis mutare, & tunc ad id, quod pro compoſitione ſolvit, dabitur ei actio, & retentio contra ſucceſſores, & ſic declaratum vidi in Regali Cancell. Granaten. & gravatſum ſucceſſorem ſolvere intereſſe ad rationem cenſus interim, quòd non ſatisfecerit, & cum onere tranſit in alios, quod jus ad Eccleſiam Cathedralem Baëcienis pervenit cum bonis Prioris Gienſis, D. Fran. de Almanſa. At ſi abſque titulo, vel titulo invalido eas detinebat, ex novo, & non ex antiquo, qui nullus eſt, poſſidere dicetur.

Quæritur uſque ad quod tempus emptor poſſit 28
eligere relaxare rem emptam? dic, quòd uſquequo fuerit conteſtata lis in executione judicati. Alber. *in d. l. 2. verſ. uſque ad tempus*, & *ibi*. Bald. *in quæſt. 10.* Caſtr. *verſ. ſed quanto tempore*, ſequitur. Pinel. *in 3. p. t. 3. numer. 38. electio autem.* Franc. *deciſ. 433.* ubi hanc opinionem juſtam eſſe dicit, quia poſt ſententiam, intra ſententiam, & executionem debet eſſe aliquod ſpatium, infra quod emptor deliberet, & ſic deciſum fuiſſe per Senatum teſtatur.

Nota 3. ex textu, & Gloſſ. *hic*, quòd libellus in 29
hac actione reſciſſionis contractus, ſi eſt venditor, qui de læſione agit, debet concludere, pero rem

mihi

mihi restitui cum fructibus, & pretium emptori restituam, vel suppleatur mihi justum pretium usque ad summam tot aureorum, quod est justus valor rei à me venditæ; si est emptor, quia agit, peto ut venditor restituat mihi excessum justi valoris, vel pretium in integrum, & paratus sum rem mihi venditam ei restituere; & adde Imol. *in cap. cum causa, num.* 25. *de empt.* Gozad. *cons.* 44. *n.* 21. Gomez. 2. *tom. var. c.* 2. *n.* 21. *vers. item adde* Matienz. *in d. l.* 1. *tit.* 11. *gloss.* 1. *num.* 1. Azeved. *ibi n.* 24. Mago. *decis. Flor.* 108. *n.* 2. Scac. *de commerc. §.* 1. *q.* 7. *par.* 2. *ampl.* 10. *n.* 3. ubi alios allegat. Felic. *de censib. lib.* 2. *c.* 1. *n.* 41. ubi tradit, quomodo libellus formandus sit, quando læsio intervenit in pretio rei, quæ æstimata data fuit ad censum.

30 Nota 2. ex Glos. quod libellus in hac actione re- net, etsi alternativè non concipiatur, & de beneficio rei in eo mentio non fiat. Adde Bart. *in d. l.* 2. *C. de rescind. vend.* & ibi Salyc. *q.* 19. Cagnol. *n.* 119. Gozad. *cons.* 44. *n.* 11. Cassador. *de empt. decis.* 1. *ad fin.* Gomez. *d. c.* 2. eamque veriorem dixit Pinel. *in d. l.* 2. 3. *p. c.* 3. *n.* 9. Matienz. *in d. gloss.* 5. *n.* 2. Garcia. *de expens. c.* 18. *num.* 26. 27. *&* 28. Caval. *quæst.* 763. *n.* 6. ubi dicit, quòd si libellus propter impericiam Advocati non fuerit alternativè conceptus, sufficit, ut petat, & administretur justitia. Fab. *in Cod. lib.* 4. *t.* 30. *de rescind. vend. definit.* 31. *& de error. decad.* 7. *error.* 9. qui dicit, sufficere, quod actor probet se immodicè læsum, & ex ea causa petat rem sibi restitui. Et hæc est verior, & in praxi tenenda, licet contraria, scilicet necessario, & pro forma requiratur libellus. Maranta, Burg. Cremens. Cravet. quos refert Pinel. *num.* 10. Matienz. *ubi supr.* & facit, quia is modus agendi nihil convento adimit, cui electio salva manet, & satis est, aptè factum narrare, ex quo jus elicitur, cujus veritas ex verbis agentium non mutatur, *l. fuit, C. ad l. Cornel. de sicar.* Pinel. *ubi supr.*

31 Nota 3. ex text. *hic*, in vers. *si el vendidor esto pudiere probar*. Quo dactor, qui de rescissione contractus agit facta narratione læsionis, potest in conclusione pretii supplementum petere, & libellus sustinetur, & de jure communi etiam procedere, inquit Cuman. Fulgos. *in d. l.* 2. *n.* 9. Garcia; *tit.* 18. *n.* 27. *&* 28. ubi dicit, in quantum ad libellum in- potestate actoris esse, quidquid velit postulare, sive supplementum, sive rem, sive utrumque.

32 Neque obstat regula, quæ habet, quòd sententia debet esse conformis libello, *l. ut fundus, ff. com. divid. Cod. de fideicommiss. liber.* ubi habetur, quòd fatuus est Judex, qui in aliud condemnat, quam ab eo fuerit petitum, *c. licet Heli, de Simon.* Vantius, *de nullit. sentent. ex defect. proces. ac solemn. senten. num.* 97. Afflict. *decis.* 364. *num. fin.* Socin. *reg.* 422. *in princ.* Azeved. *in l.* 150. *tit.* 17. *lib.* 4. *recompil. num.* 115. ubi dicit, etiam hodie sententiam debere esse conformem libello non obstante illa lege, & quòd non attenditur, quod in libello narratur; sed quod in conclusione petitur, & excluditur, argum. *l. Aurelium, §. stitit, ff. de liber. leg. si præses, ff. de pœn.* Din. *in reg. nullus pluribus, de reg. jur. n.* 23. *& in Addit. litt. C.* Sesse. *decis.* 27. *per tot. maximè. num.* 18. Primò, quia *d. regul.* quòd sententia debet esse conformis libello intelligitur, ut non judicetur de re in judicio non tractata secundum Bald. *in d. l. fi. C. de fideic. liber. n.* 6. *& in l.* 1. *n.* 11. *&* 12. *C. si plur. una sentent.* Pinel. *in d.* 3. *p. c.* 3. *n.* 12. *ad fin.* Matienz. *ind. l.* 1. *glos.* 5. *n.* 3. Azeved. *ubi suprà*, ubi dicit quòd non debet Judex condemnare in alia re quam petita.

Secundò, quia de jure nostro Regio, *in l.* 10. *tit.* 17. *lib.* 4. *recompil.* in omnibus causis proceditur sola facti veritate inspecta, & si ex una causa res petatur, & ex alia probatur, dicta clausula est tantæ importantiæ, ut Judex possit manu Regia inspecto jure gentium, & etiam remoto jure civili in causa procedere, ut cum Bart. *in c. extra. ad reprimend. in vers. videbitur.* Bald. *in l. sola C. de testibus, & in l. nemo, Cod. de sentent.* Aretin. *cons.* 64. tradit Grammat. *decis.* 19. *à num.* 4. ubi de aliis solutionibus ad dictam regulam, & *in num.* 10. dicit, quòd valet sententia super æquipollenti petito, quem sequitur Azeved. *num.* 118. *ubi suprà.* Cevall. *quæst.* 763. *num.* 61. Avend. *resp.* 1. *num.* 38. ubi dicit, quòd si quid ex una causa petatur, & ex alia probetur, sententia proferri debet inspecta veritate probata, & non petita. Matienz. *in dial. relat.* 3. *p. c.* 43. *n.* 5. Falcon. *reg.* 163. *num.* 20. *&* 21. 33

Nec hodie attenditur ad ineptitudinem libelli, dum ex actis processus constat de veritate, & de eo quòd actor intendit petere; licet non bene, nec formaliter, nec specificè petat, ut tradit Mena. *ad Gam. decis.* 206. ubi plures referi, qui de ineptitudine libelli egerunt; de quo etiam Pinel. *in d. l.* 2. 3. *p. c.* 3. *num.* 15. *versic. alii intelligunt, & à num.* 18. 19. *&* 20. ubi etiam de sententia justa ex libello inepto, an sit nulla, & quæ juris errorem continet. Azeved. *l.* 1. *tit.* 11. *num.* 24. *lib.* 5. *recompil.* Ceval. *d. quæst.* 793. *num.* 62. ubi contra Felician. *de censibus, lib.* 4. *c.* 6. *n.* 2. hanc defendit Pichard. *§. sit itaque discretis,* 14. *instit. de auctoribus, n.* 47. *usque ad* 75. ubi latè, & de denuntiatione libelli agit. 34

Neque obstat, quòd non attenditur, quod in libello narratur, sed quod in conclusione petitur, quia hodie apud nos, hæc doctrina cessat, *ex dict. l.* 10. & de jure communi; vide Sesse, *decis.* 27. *per tot.* ubi latè declarat, & in quibus casibus procedat. 35

Et de clausula, peto justitiam, quòd operetur, ut possit Judex secundum juris dispositionem judicare, & secundam probata, & quod petendum erat. Vide Cevall. *dict quæst.* 761. *num.* 3. ubi pro comprobatione refert. Gabriel, Guid. Pap. *quæ. stione* 263. *V. Glossam hic. q. 4. n. 18.* 36

De quæstione, si venditor agat rei vendicatione, & reus defendatur cum instrumento emptionis, & actor replicando impugnet venditionem ob læsionem ultra dimidiam, an actor replicando possit mutare actionem. Pinell. *in d. l.* 2. 3. *p. c.* 3. *num.* 24. *&* 25. & Matienz. *in d. gloss.* 5. *num.* 4. resolvunt hoc remedium in re publica proponi posse, & actorem actionem mutare posse, nisi emptor videns actorem mutare libellum, & actionem, id impediat compellendo agentem, ut primam causam prosequatur, quòd procedit de jure communi, secus de jure nostro Regio, *ex d. l.* 10. prout considerat Matienz. *ibi, n.* 10. Falcon. *de reg.* 163. *num.* 20. *&* 21. qui regulam negativam proponit, & ad eam 171. limitationes tradit, & *in fin.* de jure nostro Regio non procedere inquit, *ex d. l.* sententia ex comperta veritate ferri possit, & idem apud Lusitanos in praxi observari ex alia simili lege testatur Valasc. *de jure emphyt. quæst.* 6. *à num.* 16. Garum. *decis.* 330. *num.* 2. & *ibi* Mena. *num.* 3. Pereir. à Castro, *decis.* 15. *num.* 1. & in specie de libelli mutatione, & an liceat aliquid addere in causa appellationis, & quando intervenit clausula salvo jure addendi, & quæ nova dicantur? vide lutè per Giurb. *decis.* 108. *num.* 1. *cum* 8. *seq.* & 37

comprobat

comprobat de jure communi lite contestata libellum amplius emendari non posse *ex l. edicta, Cod. de edendo.*

38 Glos. *hic* in fine proponit quæstionem, si emptor in alium rem, quam minus justo pretio emit, alienet, contra quem agatur, & remittit se ad Bald. Salyc. & Alex. Pro cujus explicatione præmitte primò, quòd actio, quæ venditori competit ratione læsionis ex beneficio *hujus leg. & d. l.* 2. est personalis descendens ex eodem contractu. Gloss. magna *in d. l. 2. at in l. sed Celsus, §. si fundus, & in l. ex empto, §. his qui vina, ff. de act. empt.* quam sequitur *ibi*, Bart. *q.* 1. Alber. *n.* 4. Bald. & Salyc. *q.* 1. *& n.* 18. ubi de communi testatur, & idem affirmat Fulgos. *col.* 1. Paul. *n.* 12. Glos. *in c. cum causam, de empt. vers. restituerit.* Ceval. *q.* 536. *n.* 13. ubi alios refert, & communem dicit. Ex quo sequitur, quòd si emptor, qui decepit, rem, aliquo titulo alienet in tertium, quòd ipse non liberatur, quia personaliter est obligatus; & quòd venditor contra eum agere poterit, ut quando rem, quæ non est in sua potestate reddere non possit, saltem justi pretii defectum suppleat. Gom. 2. *tom. var. c.* 2. *n.* 22. *vers. item adde.* Covarr. *lib.* 7. *c.* 3. *n.* 2. Pinel. *in dict. l.* 2. *p. c.* 2. *n.* 29. Ceval. *quæst.* 443. *num.* 4. 5. Et comprobatur ex dicendis, si vero ipse agere velit? Vide Addit. ad Gloss. 10. *infr. in fin.*

Præmitte 2. quod hæc actio cum personalis sit, non transit in tertium possessorem, nec contra eum porrigitur, *l. fin. §. fin. ff. de contrah. empt. l. cum cui, C. de actio. & oblig. l. cogi, §. unde quæritur, ff. ad Trebell. l. ult. C. de hæred. actio. l. cum fundo,* & *ibi* Bald. *ff. de servit. rustic. præd. l.* 1. *Cod. de condit. indebit.* & Addita ad Glos. 4. *l.* 7. *tit.* 4. & in specie ultra antiquiores Pinel. *in dict.* 2. *p. l.* 1. *n.* 30. Pereir. *in l. si curatorem, Cod. de in integr. restit. sub verbo, sua facilitate, in definit. n.* 80. Morl. *in emp. jur. tit.* 9. *n.* 102. Pereir. de Castr. *decis.* 15. *n.* 2. ubi alios adducunt. De genere actionis, quæ competit læsio, vide Pinel. *ubi supr. à n.* 6. & Ceval. *quæst.* 536. *num.* 11. *&* 12.

39 Ex quibus constitue regulam, quòd beneficium hujus legis contra tertium rei possessorem, qui rem justo pretio à primo emptore emit, non datur, ex Bald. *num.* 10. Salyc. *num.* 18. *in dict.* 12. Alexand. *cons.* 92. *num.* 8. *vol.* 1. quos sequitur Glos. *hic*, ad de Bart. *num.* 13. Castr. *num.* 16. Panthal. Cremens. *num.* 188. Cagnol. *n.* 114. *&* 120. Pinel. 2. *p. c.* 1. *num.* 30. & Padill. Men. *num.* 36. *vers.* 2. *concluf in d. l.* 2. Tiraquell. *in repetit. l. si unquam, Cod. de revoc. donat. supr. vers revertatur, n.* 329. Jas. *in l.* 1. §. *si hæres, ff. ad Trebell.* Boër. *decis.* 182. *n.* 50. Cravet. *cons.* 7. *ad fin.* Covarr. *lib.* 2. *var. c.* 3. *num.* 10. *vers.* 2. *concluf.* Gomez. 2. *tom. c.* 20. *num.* 2. *col.* 2. *vers. item adde.* Acosta, *in l. Gallus, §. & quid tantum,* 12. *n.* 46. *ff. de lib. & posthum.* Matienz. *in l.* 1. *tit.* 11. *lib.* 5. *glos.* 8. *n.* 25. Ceval. *quæst.* 443. *num.* 7. Ruin. *cons.* 33. *col.* 5. *vol.* 2. Cravet. 7. *col. fin.* Gabr. *in comm. tit. de empt. concluf.* 1. *n.* 24. *limit.* 2. *&* 34. *in* 16. *ampliat.* Ofasch. *decis.* 65. *n.* 10. Roland. *cons.* 60. *n.* 49. Giurb. *dec.* 105. *n.* 26. Franch. *dec.* 665. *n.* 6. 7. *&* 8. Vivi *decis.* 430. *n.* 4. *&* 6. Fachin. *cons.* 72. *n.* 9. & 10. *lib.* 2.

Amplia, etsi primus emptor solvendo non sit, ut
40 cum Salycet. & Cremens. tradit Covarr. *ubi suprà, num.* 10. ubi contra Fabianum de Monte, qui contra tertium possessorem, quando primus emptor non est solvendo, actionem dari dixit, hanc tuetur, licet *in fin. d. cap.* 3. de jure nostro Regio cogitandum relinquat. Pinel. *d. num.* 31. ubi cum Salycet. & aliis contra Bald. & sequaces amplectendam arbitratur, & quòd aliter in praxi non judicabitur, cum ita suadeat æquitas, & juris regula. Menes. Matienz. *num.* 25. *ubi supr.* qui alios ex antiquis adducunt. Felician. *de censib.* 2. *tom. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 5. *vers. igitur,* ubi receptiorem esse testatur. Pereir. *lib.* 4. *de emphyt. extinct. c.* 4. *num.* 8. Calla, *de modo articul. §.* 2. *glos. unic. num.* 1233. ubi cautelam pro secundo emptore, & ejus defensione deduci posse dicit, scilicet quòd doceat, & probet, se justo pretio rem emisse à primo emptore, quod memoriæ mandandum admonet, & sic ei multoties contigisse, & obtinuisse testatur.

Limita 1. si secundus emptor, qui rem habuit 41
titulo oneroso, & justo pretio, sciret rem venditam auctori suo fuisse cum læsione ultra dimidiam justi pretii: nam tunc in subsidium, quando primus emptor non est solvendo, poterit conveniri; argum. *l. in causa,* 1. *§. ultim. & l. seq. ff. de minor.* Cremens. *in d. l.* 2. *num.* 188. *vers. istud tamen,* & *ibi* Cagnol. *n.* 144. *vers. nisi dicens.* Acosta, *in dict. §. quid.* Covarr. *d. c.* 3. *n.* 39. *in fin.* Roland. *cons.* 9. *n.* 54. *lib.* 4. Matienz. *in dict. glos.* 8. *n.* 24. *vers. si tamen tertius,* ubi dicit, non obstare, quæ tradit Pinel. *in d. l.* 2. *p.* 2. *c.* 1. *num.* 32. *&* 33. Ceval. *quæst.* 443. *num.* 8. ubi sic in praxi obtinuisse in causa propria testatur Giurb. *d. decis.* 105. *n.* 6. *in fin.* Felician. *dict. c.* 1. *num.* 6. ubi communem appellat. Franch. *dec.* 665. *n.* 6. Vivi. *decis.* 4. Fachin. *contro. lib.* 2. *c.* 18. *vers. quod si proponatur.*

Limita 2. quando post litem contestatam cum 42
primo emptore, tertius, rem super cujus læsione in pretio agebatur, emit ab eo. Cacher. *decis.* 65. *n.* 13. ubi sic decisum testatur in quæstione, quæ de facto agitabatur, quia prædicta res effecta fuit litigiosa: de quo vide Addit. *glos.* 3. *l.* 7. *tit.* 15. *infr. hac part. n.* 9. *& per tot.*

Limita 3. si venditio enormissimam continet læ- 43
sionem: nam tunc venditor agere poterit rei vendicatione etiam contra tertium possessorem, quia in enormissima læsione consideratur dolus, *l. si superflite, Cod. de dolo,* & dicemus *in gloss.* 11. cujus interventu contractus à principio corruit, & perpetuò res vendita peri potest. Franch. *decis.* 665. *n.* 7. Roland. *cons.* 60. *à num.* 62. *lib.* 4. Giurb. *decis.* 105. *num.* 17. ubi tradit, quòd non est de jure modus, quo tollatur læsio, & plures laudat Pereir. de Castr. *decis.* 25. *num.* 3. ubi per Senatum approbatam fuisse testatur, quia in ea consideratur dolus, *& usque ad num.* 7. eam munit. Roder. *de annu reddit. lib.* 1. *quæst.* 14. *num.* 14. *num.* 62. ubi, quia dolus ex ea resultans afficit ipsam rem.

Limita 4. si primus emptor non est solvendo, 44
& eodem vitio læsionis ad tertium possessorem res vendita pervenit. Bald. *num.* 16. Salycet. *num.* 18. Panthal. Cremens. *num.* 188. *in d. l.* 2. *Cod. de rescind. vend.* Pinel. *in* 2. *part. c.* 1. *num.* 31. ubi plures citat. Tiraquell. *in dict. l. si unquam, versic. revertatur, num.* 329. Covarr. *dict. l.* 2. *c.* 3. *num.* 10. *in princ.* Cacher. *decis.* 65. *num.* 9. Rota apud Crescensem, *decis.* 1. *de empt. aliàs* 265. Franch. *decis.* 665. *n.* 6. Vivi. *decis.* 430. *num.* 4. *&* 6. Giurb. *decis.* 105. *num.* 16. Matienz. *d. glos.* 8. *num.* 24. ubi alios citat. Ceval. *d. quæst.* 441. *num.* 6. ubi hoc ex æquitate, de qua *in limitat. sequent.* procedere, inquit Felician. *dict. cap.* 1. *num.* 5. *prope fin.* unde si alius tertius à secundo emit justo pretio, dabitur primo venditori actio ad id, quod habuit ultra pretium, quod ipse dedit.

Limita 5. quando secundus emptor, seu tertius 45
possessor

possessor titulo lucrativo rem acquisivit, ut puta donationis, aut legati. Covar. *d. num.* 10. *ubi suprà.* pro ea citat Bald. Salicet. & Cremens. *num.* 10. Padil. *in d. l.* 2. *num.* 39. *vers. sed contra tertium,* ubi dicit, quòd venditori datur actio contra tertium, ex quadam æquitate, argum. *l. fin. in princip. ff. de eo per quem fact. l. penul. §. qui rogatus, ff. deleg.* 1. Tiraquel. Matienz. Ceval. Felic. Pereir. de Castr. *d. decis.* 15. *n.* 2. *vers. non obstat, ubi supr.*

46 Contra hanc limitationem insurgit Pinell. *in d. l.* 2. *part. c.* 1. *num.* 32. ubi de jure verius esse dicit, quòd venditori læso contra tertium possessorem, etiam ex titulo lucrativo, etsi emptor solvendo non sit, non succurratur, & eum sequitur Fachin. *lib.* 2. *c.* 18. *in princ.* Sed in praxi à communi non est recedendum, ratione & æquitate fulcita est, & eam ultra citatos contra Pinel. Felin. *de censib. lib.* 2. *c.* 1. *in fin.* defendit.

47 Amplia 1. hanc limitationem, ut contra tertium possessorem titulo lucrativo agi possit, etsi primus emptor solvendo sit, & nulla procedat excussio in ejus bonis, ita contra Pinel. tenet Gamm. *decis.* 21. *num.* 1. ubi dicit, quòd, qui contrariam tenent, aut falluntur, aut nos fallere conantur, & hæc duo requisita, quòd primus emptor non sit solvendo, & secundus quòd rem titulo lucrativo habuerit per DD. non requiri, quòd simul concurrant ponderando eorum scripta.

48 Sed contra Gamma. tenet Mena ejus Addit. *ibi,* ubi dicit contra communem fuisse locutum, & eum sequitur Pereir. *in d. decis.* 15. *n.* 2.

49 Amplia 2. prædictas limitationes procedere, etsi secundus emptor prioris contractus læsionem, & vitium ignoraverit. Matienz. *in l.* 1. *glos.* 8. *num.* 28. & Pereir. *ubi suprà,* & faciunt tradita *in* 1. *limitat.* Et generaliter intellige omnes *supr. d. limit. præter tertiam,* ut contra tertium possessorem agi possit prius excussione in primo emptore facta ex æquitate in subsidium, quando primus emptor solvendo non est. Jas. *in l.* 1. *§. si is qui quadraginta, num.* 4. *ff. ad Trebell.* Bald. & alii, quos referunt Covarr. Pinel. Matienz. Mena, Pereir. *num.* 2. *vers. his tamen, ubi suprà.* Vivi. *decis.* 430. *num.* 6. *versic. est tamen.* Felician. *de censibus, lib.* 2. *c.* 1. *num.* 6. *in fin. tom.* 2. Cala. *de modo articul. §.* 2. *glos. unic. num.* 1233. ubi dicit, probandum, & articulandum esse, quando venditor contra tertium possessorem vult agere, quòd emptor non est solvendo.

50 Sunt enim casus, in quibus excussio non est necessaria debitoris; de quibus vide Addit. ad Glos. *l. tit.* 12. *& l.* 15. *tit.* 13. *infra hac part.*

51 Et animadvertendum est, quòd primus, & secundus emptor in uno eodemque processu conveniri possunt, ut utriusque jus una sententia concludatur, quod praxi receptum esse testatur Mena, *in addit. Gamm. ad decis.* 21. *in fin.* quem sequitur Pereir. *d. decis.* 15. *num.* 2. *ad fin.* quam utilem observationem esse dicit ex Dec. *cons.* 81. *à num.* 2. Et in domino directo convento ex personali actione pro revocatione emphyteusis, quòd citari debet simul cum tertio possessore tenet Caldas Pereir. *de renovatio. emphyteu. quæst.* 7. *num.* 26. *&* 33. qui sic intelligendus est, & in causa evictionis, quòd emptor in eodem processu possit convenire venditorem, diximus *suprà* in Addit. Glos. 2. *l.* 32.

52 Quid si emptor sit læsus, & rem emptam alienavit, an possit agere ratione læsionis contra venditorem, vide Addit. ad Glos. 10.

53 Quid de secundo emptore, seu successore singulari emptoris, qui læsus fuit, utrum possit beneficio læsionis; quod suo auctori competebat, uti? Dic non posse, nisi ei cessa sit actio, quia actio personalis absque cessione nec in singularem successorem, nec contra eum transit, *ex juribus suprà alleg.* Cremens. *in d. l.* 2. *num.* 63. *vers. sed advertendum,* & faciunt tradita per Pinel. *ibi,* 2. *p. c.* 2. *num.* 2. *in fin.* & in creditore, qui Judicis auctoritate in rem succedit, vel fuit missus in possessionem bonorum debitoris, idem resolvit Glos. *vers. etiam, ff. de bonis auct. possid.* quam memorabilem dicit Pinell. *in d.* 2. *part. c.* 4. *num.* 36. ubi locationem à debitore antea factam ex beneficio hujus legis rescindere non posse dicit, & vide Addit. ad Glos. 4. *l.* 2. *tit.* 8. *infra hac part.*

SUMMARIUM.

1 *Emptor conventus hujus legis actione, si rem restituere elegerit, an teneatur cum fructibus ante litem contestatam perceptis reddere, & quid si agens sit minor? n.* 2. *&* 3.

4. *An post litem contestatam perceptis, n.* 5.
Si emptor dicit se læsum, an debeat rem cum fructibus restituere? n. 6.
Si rescissionem contractus una cum fructibus petat, & ita emptor offerat compensando cum interesse, tenetur cum fructibus restituere. n. 7.
Idem si lucratus sit fructus, & pretium non solvit, n. 8.
Seu si adfuit dolus, n. 9.
Item cum adfuerit læsio enormissima, n. 10.
Et an quos potuit percipere, n. 11.
Tertius possessor bonæ fidei non tenetur, & an, qui in publica subhastatione emit, n. 12.
Seu qui probat non adfuisse tantam læsionem, num. 13.
Seu si constiterit probabiliter ignorasse justum rei valorem, n. 14.

14 *Emptor si elegit restituere pretium an teneatur reddere cum interesse.*

15 *Venditio super additionis sententia quam fuit facta, vulgò,* de remate, *si sententia rescindatur, an debeat fieri restitutio cum fructibus, quid si res sit penes tertium, n.* 16.
Seu addicta alii, quam creditori, n. 17.
Quid si sententia revocetur per judices superiores, & bona sint penes creditorem, n. 18.
Seu personam ab ipso suppositam, n. 19. 20.
Et quid si ex æquitate transacto quadriennio judices supremi jubeant bona restitui, n. 21.
Quid si tantum sint addicta creditori, & non data in solutum, n. 22.
Et quid si sententia annulletur, n. 23.

24 *Fructus debent restitui, si fundus pro certo pretio vendatur, & ex ipso census constituatur, si adfuerit læsio.*

26 *Emptor quando tenetur restituere fructus, venditor pretium cum interesse.*

27 *Emptor non tenetur ad fructus, qui potuerunt percipi.*
Si condemnetur ad restituendam rem cum fructibus perceptis ante litem contestatam, intelligitur de stantibus, aut consumptis, si sit factus locupletior, n. 28.

29 *Emptor si rem hypothecavit ad quid teneatur.*

ADDIT. GLOSS. VIII.

1 NOta 1. ex Gloss. quod si emptor conventus hac actione eligeret rem restituere, & non supplere justum pretium, tenetur rem cum fructibus restituere. Adde Salyc. *num.* 5. *in l.* 2. *Cod. de rescind. vend.* Acost. *in l. Gall.* §. *& quid si tamen ff. de lib. & post.* 2. *p.n.* 73. Covar. *lib.* 2. *var. c.* 3. *num.* 9. *versic. quam ob rem, & in vers. & quamvis,* dicit hanc justiorem causam habere. Gomez. *in l.* 7. *Taur. n.* 29. *vers. confirmatur.* Afflict. *in c.* 1. *num.* 150. *& sequent. de feudo dato invit. legis commiss.* Veroi. *in c. ad nostram, num.* 25. *de empt.* & latissimè fundat Mench. *controv. usufr. lib.* 3. *q.* 71. *num.* 2. ubi 20. fundamenta pro hac adducit, & contrariis satisfacit, & Juribus, quæ pro ea facere videntur, de quorum intellectu latè agit Matienz. *in l.* 1. *t.* 11. *lib.* 5. *gloss.* 5. *à n.* 7. *&* 4. *seq.* ubi in praxi receptam vidisse testatur, & juribus corroborat, & contrariis satisfacit. Garc. *de nobilit. gloss.* 6. §. 1. *n.* 6. *& de expens. c.* 23. *n.* 58. Morl. *empor. t. de empt. q.* 21. ubi contrariis satisfacit, *& de in integr. restit. q.* 1. *num.* 23. *vers. unde* 4.

Et comprobatur hæc opinio, *ex l. cum autem,* §. *cum redhibetur, l. quod si nolit,* §. *fin. ff. de ædil. edict. & l.* 1. *C. si major fact. alien. rat. hab. & l. videamus, ff. de usuris, & l. filio,* §. 1. *in fin. ff. de inoffic. testam. & l. quod si minor,* 25. §. *restitutio, l. patri,* 28. §. *item ex diverso, ff. de minorib.* quæ jura expenduntur pro hac opinione Mench. Covar. & Matien. *ubi supr.* & Fachin. *controv. lib.* 2. *c.* 24.

Intellige 2. de fructibus stantibus perceptis ante litem contestatam, vel consumptis, si ex eis factus sit emptor locupletior, prout in aliis actionibus realibus. Covar. *d. num.* 9. *in fin. & lib.* 1. *c.* 3. Mench. *cont. usuf. c.* 70. ubi latè de hac materia restitutionis fructuum agit, de qua latè *in addit. gloss.* 3. *&* 4. *tit.* 15. *inf. hac p,*

2 Contrariam, scilicet quòd emptor, qui rem restituere elegit, non tenetur eam cum fructibus restituere, tenent Bald. *in d. l.* 2. *num.* 3. Butr. Imol. & Burg. *num.* 36. *in c. ad nostram, de empt.* Ancharr. *in c. peccati venia non datur, q.* 10. *vers. sed ego, de reg. jur. lib.* 6. Rota *de empt. in novissim. decis.* 16. Fabian. *de empt. q.* 6. *n.* 24. *in fin.* Cæpol. *de simul. contract.* hic à glos. citatus. Silvest. *in sum. vers. usuras* 8. *q.* 15. Gomez. sibi contrarius 2. *tom. var. c.* 2. *n.* 24. *& c.* 4. *num.* 21. *in fin.* ubi verissimam appellat. Panth. Cremens. *d. l.* 2. *col.* 19. & *ibi,* Cagnol. *num.* 4. Padill. *num.* 5. ubi dicit in praxi receptam, & Pinell. 2. *d. c.* 4. *num.* 1. *cum sequent.* ubi hanc dicit in praxi semper observatam, & eam pluribus fulcit rationibus, & in Hispania, & Gallia sic praxin recepisse testatur *in fin. d. c.* Pereir. *in l. si curatorem habens, super verbo implorare in integrum, n.* 13. *vers. contra quam, & in fin. versic. sed adverte.* Gutierr. *lib.* 2. *quæst.* 134. ubi eam fundat, & contrariis satisfacit, & communem, & in praxi receptam esse testatur, & si pro contraria opinione in Cancel. Pinci. judicatum vidisse dixerit Matienz. *ubi suprà,* quia hoc rarò contigit, & crebrius esse servatam hanc opinionem. Azeved. *in l.* 1. *tit.* 11. *lib.* 5. *recop. num.* 25. ubi dicit communem, & sic se vidisse plures executorias à superioribus emanatas, Parlador. *lib.* 2. *rer. quotid.* 5. *part. c. fin.* §. 16. *num.* 12. ubi minoribus receptam dicit Gamma. *decis.* 94. *num.* 2. ubi in Senatu secundum eam sæpe vidisse judicatum, & *ibi,* Mena, *in addit. & in add. ad decis.* 292. *vers.* 3. *adde,* ubi magis communem dicit Cevall. 2. *tom. quæst.* 536. *à num.* 17. qui relatis multis pro hac, & contraria, *in num.* 20. hanc sibi veriorem videri dicit, *& quæst.* 763. iterum examinat, & pro utraque auctoritates, & fundamenta refert, *& à num.* 1. *usque ad* 16. hanc tuetur, *& à num.* 32. eam receptiorem appellat, & traditis pro hac opinione satisfacit. Fachin. *contr. jur. lib.* 3. *c.* 24. huic adhæret, & ejus fundamenta expendit, & contrariis satisfacit. Felician. 2. *tom. de cens. lib.* 1. *c.* 3. *num.* 2. *in fin. & num.* 4. ubi ex aliis dicit, quòd communis Hispaniæ praxis hanc recepit, Molin. *disp.* 349. *vers. contrarium autem.* Franch. *decis.* 495. *num.* 3. ubi hanc sequitur, & sequutum fuisse Senat. Neapol. testatur, *& decis.* 119. *num.* 20. & eam sequutus fuit Senat. Florentin. ut tradit Magon. *decis.* 23. *num.* 7. *&* 8. ubi magis receptam dicit, & in Senat. Sabaud. multoties fuisse resolutum testis est Faber, *in Cod. lib.* 4. *tit.* 36. *de rescind. vend. definit.* 21. 26. 31. *&* 32. Giurb. *decis. Siciliæ* 105. ubi alios allegat. Fontanel. *de pact. nupt.* 2. *tom. claus.* 7. *glos.* 2. *p.* 5. *num.* 10. Scacc. *de commerc.* §. 1. *quæst.* 7. *part.* 2. *ampliat.* 10. *num.* 39. *& vers.* 2. *opinio* : & comprobatur ex text. nostro, *& ex d. l.* 2. ubi nulla mentio fit de fructibus restituendis : 2. quia habet bonam fidem, & bonæ fidei possessor lucratur fructus, 3. quia emptor non est in mora restituendi rem venditam emptori, antequam is petat contractum rescindi, & sic non est, cur ad fructuum restitutionem teneatur : 4. quia esset iniquum, quòd venditor haberet fructus, & pretium rei venditæ : 5. *ex cap. ad nostram, de reb. Eccles. non alien.* Vide Pinell. Cevall. Fachin. Gutierr. Menoch. & Matienz. *ubi suprà,* ubi latè agunt de ejus interpret. Morla. *in empor. tit.* 5. *de restitut. in integr. q.* 1. & alii, *ubi suprà,* & interpretationes ad eum refert Garcia, *de nobilitat. gloss.* 6. §. 1. *num.* 47. 48. *&* 49. ubi & quæ eis obstant.

Ex quibus procul dubio hanc ultimam magis communem, & in praxi in omnibus tribunalibus receptam esse, à quâ in judicando minimè recedendum est, quia praxis magnam ei auctoritatem præstat, juxta *l. minimè, ff. de legibus, l. filius emancipatus, ff. ad l. Cornel. de falsis, & §. penult. Institut. de satisdat. l. Labeo,* 21. *ff. de statu lib. l.* 1. *ad fin. ff. ad Syllaniam,* quod latè prosequitur Pinel. *in dict. lib.* 2. 2. *p. c.* 4. *num.* 2.

Amplia 1. etsi minor beneficio hujus legis rescissionem petat, ex Pinel. & aliis relatis *supr.* & relatis *in gloss.* 12. *l.* 4. *num.* 44. quibus adde Montan. *c.* 33. *num.* 89. *&* 93. 3

Amplia 2. hanc opinionem, ut procedat etiam in emptore, qui elegit supplere justum pretium, quia illud cum interesse venditori præstare non debet, etsi fructus totius rei emptæ collexerit. Padill. *in dict. l.* 2. *num.* 52. Gutierr. *lib.* 3. *quæst.* 135. *num.* 3. *in fin.* Franch. *decis.* 496. qui junctis duabus aulis sic decidisse hanc quæstionem testatur, non obstante alia decisione ejusdem Senat. & quòd contrarium tenuerit Burg. Medic. & Addend. ad Afflict. *decis.* 340. 4

Contrarium tenet Gloss. *hic,* cui adde Matien. *in l.* 1. *tit.* 11. *lib. recop. gloss.* 5. *num.* 15. *in fin.* & etiam eam tenent alii, quos refert Franch. Sed his non obstantibus ampliatio est vera & tenenda, ex traditis.

Limita 1. hanc opinionem, & dic contrariam procedere in fructibus post litem contestatam per emptorem perceptis, quos emptor venditori restituere debet, si elegit, quia per eam litigantes in mala fide constituuntur, *l. certum, Cod. de rescind.* 5

rescind. l. sed, & si l. 25. §. si ante, ff. de petit. hæred. Covar. *d. lib. 2. var. c. 3. num. 9. in fin.* Vide Addit. ad Gloss. 3. & 4. *l. 11. tit. 15. infra*, ubi d. gloss. multos addimus. Gutier. *de jur. confirm. 1. p. c. 10. n. 8. & 9. & lib. 2. pract. q. 135. num. 1. in fin.* & omnes *supr.* citati pro utraque opinione. Faber, *in C. lib. 4. dict. tit. 30. definit. 5.*

6 Limita 2. quando ipse emptor dicit se esse læsum, & agit remedio hujus legis: nam tunc cum impugnet contractum, tenetur rem cum fructibus restituere, si venditor hoc elegerit, quia voluntarie rescindere venditionem dicitur, & non coactus. Panorm. *in c. illo vos, num. 6. de pignorib.* Burg. *in c. ad nostram, num. 26. de empt.* Pinel. *in d. l. 2. 2. part. c. 4. num.* 28. ubi hanc veriorem dicit, licet contrarium viderit à Senatu judicatum. Matienz. *in d. l. 2 tit. 11. gloss. 5. num. 16.* ubi limitat ad restitutionem fructuum ejus partis duntaxat, in qua læsus non fuit, non vero aliorum. Gutier. *lib. 2. q. 134. n. 2.* ubi sine restrictione tradita per Matien. veriorem dicit. Franch. *decis. 495. num. 6.* Addit jam Pinel. *litt. M.* ubi dicit æquissimam, licet possit impugnari. Ceval. *q. 763. n. 35.*

7 Limita 3. quando venditor petit rescissionem contractus una cum fructibus, & emptor in electione, quam facit, eam cum fructibus restituere obtulit compensatis cum interesse pretii à se soluti. Franch. *num. 3. versic. hic tamen art. ubi suprà*, ubi resolvit, quòd si emptor velit rem restituere cum fructibus, & recipere pretium una cum interesse, venditor compellitur restituere, & reddit rationem, quia, quòd non teneatur restituere rem cum fructibus, est in favorem emptoris, & suo favori renuntiare poterit.

8 Limita 4. quando emptor lucratus fuit fructus rei venditæ, & pretium non solvit: nam tunc si venditor agat remedio hujus legis, tenebitur emptor rem cum fructibus restituere, si non suppleat justum pretium. Cevall. *d. quæst. 763. num. 44. versic. 2.* ubi DD. sic tenere dicit; ratio hujus limitationis pendet ex his dictis in Gloss. *2. l. 28. suprà.*

9 Limita 5. quando ultra læsionem alia non levis ratio concurrit, ut si callidus emptor simplicem venditorem suasionibus alliciat, licet non integrè dolo; de quo vide Pinell. *in dict. l. 2. p. 2. cap. 4. num.* 29. ubi tradit fructus restituendos esse.

10 Limita 6. si venditor enormissimè fuisset læsus, quo casu emptor etiam ad fructuum restitutionem condemnandus est, quia ex ea præsumitur dolus; de quo vide Addita ad Gloss. *1. num.... l. seqq.* & in specie tradit Gomez à Leon. *in sua centur. respons. 19.* Gamm. *decis. 40. & 94. num. 9.* & utrobique Mena, Parlador. *lib. 2. rer. quotid. cap. fin. 5. p. §. 16. num. 13.* Faber. *Cod. lib. 4. de rescind. vendit. definit. 3. & 31.* ubi sic placuisse Senatui Sabaud. testatur Fontanell. *de pact. nupt. 2. tom. claus. 7. gloss. 2. p. 5. num. 59. & 60.* ubi idem de Senat. Cathalon. testatur, & duas decisiones refert. Ceval. *dict. quæst. 763. num. 43. versic. si vero.* Mastril. *decis. 33. num. 12.* & confirmatur ex *inf.* tradendis. Et non solum tenetur restituere fructus à die contractus, quos percepit, sed & eos, quos percipere potuit, ut servatur in quolibet alio malæ fidei possessore, *l. centum, 22. Cod. de rei vend.* Faber, *in dict. definit. 3. & 31.* Fontanell. *dict. num. 59. & 60.* ubi decisum fuisse affirmat Giurb. *decis. 105. num. 1.*

11 Sublimita 1. in tertio possessore rei, in cujus prima venditione læsio enormissima intervenit, qui habet titulum particularem, & bonam fidem, quia licet causam habeat à primo emptore, & in ejus locum succedat, id verum est, quoad contractum, & rem ipsam, non quantum ad vitia personalia. Rodrig. *in dict. num. 26.* ubi dicit, quod si primus emptor dolo, vel metu induxerit venditorem, vel in usurarum fraudem contraxerit in quantum ista rem afficiunt, & contractum annullant, bene transeunt ad emptorem, in quem res non transfertur sine onere, secus in quantum respiciunt actionem doli ad damna, vel malam fidem ad impediendam præscriptionem, & lucrum fructuum, quia hæc sunt personalia, & sequuntur actorem suum, & non transeunt in tertium. Giurb. *n. 15. ubi supr.*

Sublimita 2. si emptor rem in publica subhastatione emit, quo casu, etsi enormissima læsio ad- 12
fuerit, emptor ad fructus, quos ante litem contestatam percepit, non tenetur, sed illos suos facit, ut quilibet bonæ fidei possessor, si bene actus sit ordo subhastationis, illos vero, quos post litem contestatam perceperit restituere debet. Faber, *ubi suprà, definit. 26. & de error. decad. 10. error. 9.* Mastrill. *num. 14. ubi suprà*, contrariam ex Pinell. & aliis traditis. Giurba, *dict. num. 1.* vide *infrà.*

Sublimita 3. quando magnus conflictus probationum est, ut si emptor probet, non tam ma- 13
gnam læsionem interveniisse, & venditor enormissimam læsionem probaverit, & ejus probationes præponderent, tunc emptor ad fructus, quos à die litis contestationis perceperit, & non ad alios condemnandus est, quia in hujusmodi causis dubiis multa permittuntur arbitrio Judicis, præsertim quantum ad fructus attinet, sumptusque litis. Faber, *dict. tit. definit. 31.*

Sublimita 4. quando emptor probabiliter ju- 14
stum rei valorem ignoravit, ut si sit pupillus, cujus nomine tutor rem comparavit, tunc à restitutione fructuum ante litem contestatam perceptorum excusatur, etsi læsio enormissima probetur. Faber, *in d. tit. definit. 32.*

Limita 7. quando venditio facta per senten- 15
tiam additionis, vulgò, *de remate*, rescinditur per superiores, quia tunc una cum fructibus res restituenda est. Olasch. *decis. 160. num. 16. & 17.* Mastrill. *decis. 33. p. 1.* D. Castill. *decis. 14.* Surd. *decis. 45.* Mena, *in addit. ad Gamm. decis. 94.* ubi dicit communem, & in praxi servandam Gutier. *lib. 2. q. 134.* Parlad. *rer. quot. lib. 2. c. fin. §. 16. n. 8.* Ceval. *q. 633. num. 6. & q. 763. à n. 48.* qui in causa propria sic obtinuisse, & dum scripserit, alium casum judicatum vidisse testatur Lara, *de vit. hom. c. 25. n. 101. & 102.* qui alios referunt, amplia ex Mena, *in addit. ad decis. 40.* Gamm. & Ceval. *in d. n. 6.* Giurb. *decis. 105. n. 14.* etsi res vendita sit penes tertium.

Hæc limitatio prout jacet difficilis videtur, & 16
ita distinguendi sunt plures casus: Primus aut sententia *de remate* est valida, aut non, aut rescinditur ex æquitate, aut annullatur. Primo casu, aut fuit adjudicata ipsi creditori, aut alii tertio licitanti & sponte offerenti; si creditori fuit addicta, ut plus licitanti, vel in solutum æstimatione facta, quia tunc creditor non differt ab extraneo, si venditio rescindatur ex æquitate nostræ legis, intra quadriennium restitutio non est facienda cum fructibus. Felician. *de censibus, 2. tom. c. 7. num. 3. & 4.* Covarr. *lib. 1. var. c. 13. num. 15. in fin.* Cevall. *quæst. §. 16. à num. 17.* Mastrill. *n. 2. & à n. 14.* ibi sic

judicaſſe teſtatur, & Surd. *ubi ſuprà, num.* 11. 12. *&* 13. ex Calder. Abb. Laur. de Rodul. Alexand. Felin. Bald. Alciat. Gramm. & Plot. Reſtringe ex dictis *num.* 28. *id addit. Gloſſ.* 7. *l.* 52. quando Judices ſupremi pendente appellatione, ſeu probata læſione intra quadriennium ex æquitate juvent bona reſtitui cum fructibus ſoluto prius pretio, & interuſurium à debitore, ex Felician. *inn.* 6. Giurb. *num.* 10. *ubi ſuprà.*

17 Et judices inferiores, ſi coram ipſis ex læſione ultra dimidiam ad reſciſſionem venditionis agatur, poſſunt ſumere exemplum à ſuperioribus probata læſione, & in hoc caſu intelligenda eſt opinio Bart. & Felician. relata *in d. gloſſ.* 7. *n.* 28.

18 Si vero Judices ſuperiores, qui de appellatione cognoſcunt, ſententiam confirment, ut diximus *in dict. num.* 28. eo addito moderamine, niſi intra certum diem pecuniam debitam cum expenſis debitor ſolverit, bona in executione capta reddantur, reſtitutio cum fructibus non eſt facienda; quia ex gratia, & non ex rigore juris id fit. Covarr. *lib.* 2. *c.* 11. *num.* 3. *verſ. quod ſi ſubhaſtatione.* Parlador. *dict. §.* 16. *num.* 7. Pinell. *in dict.* 2. *p. c.* 4. *num.* 20. Perez, *in l.* 4. *tit.* 8. *lib.* 3. *ordin.* Paz. *in prax.* 4. *p.* 1. *tom. c.* 3. *num.* 48. Laſart. *de Gabell. c.* 7. *num.* 58. Amator. Rodrig. *de execut. ſentent. cap.* 6. *num.* 55.

19 Si vero creditori adjudicentur juxta formam, *l. à Divo Pio, §. ſi pignora, ff. de pignor.* in ſolutum, debitor quandocumque poterit recuperare bona cum fructibus, quia pignus conſtituitur; de quo latè in Addit. Gloſſ. 1. *l.* 44. *tit.* 13. *infrà.*

20 Idemque dicendum, quando additio fuit facta non creditori, ſed perſonæ ſuppoſitæ à creditore, qui vulgò ſolet apponi, ut offerat pro bonis executis quantitatem, & expenſas, ut eruditè tradit, ex Matienz. Padill. Parlad. & Azeved. Felician. *in n.* 6. *ubi ſupr.*

21 Si alii quàm creditori in publica ſubhaſtatione fuit addita, hujuſmodi venditio judicialis non poteſt reſcindi, niſi ratione læſionis verè ultra dimidiam juſti pretii intra quadriennium ex beneficio hujus legis, & tunc reſtitutio non eſt facienda cum fructibus, prout in aliis venditionibus diximus, quia judicialis venditio regulanda eſt regulis earum, ut tradunt Pinell. *in l.* 2. 2. *p. c.* 2. *dict. num.* 26. Laſart. *num.* 55. Felician. *c.* 3. *num.* 3.

22 Si vero ſententia *de remate* ſit valida, ſed revocetur, & res ſit penes creditorem, reſtitutio rei cum fructibus facienda eſt, quia condemnandus eſt ad res venditas, vel æſtimationem illarum, aut ad damna, & intereſſe cum expenſis reſtituenda, *ex l.* 2. *&* 4. *lib.* 4. *tit.* 21. *recop.* Azeved. *in l.* 19. *d. tit. num.* 139. Amat. Roder. *num.* 53. Lara, *ubi ſuprà.* Si verò ſint addita tertio, non bona, ſed pretium cum duplo, damnis, & intereſſe creditor tenetur ſolvere, *ex l. cum ex cauſa, ff. de appellat. & l. chirographi, §.* 1. *de adminiſtr. tutor. & per tot. tit. Cod. ſi vend. pig. agat.* conſiderando in omnibus tenorem ſententiæ, ut tenent relati. Vide Addit. *gloſſ.* 47. *cum* 3. *ſeq. tit.* 13. *part.* 5.

23 Fidejuſſor autem ſecundum *l. Tolet.* præſtitus an teneatur tantum ad principale, dubitavit Azeved. *in num.* 143. & ſolum ad quantitatem, & non ad fructus reddendos teneri, ait.

24 Sin autem ſententia executionis annulletur, & irritetur eo quòd in ea, vel in venditione bonorum in publica ſubhaſtatione facta juris ſolemnitates, aut regionis conſuetudo, & forma non ſervaretur; bona ipſa jure executionis capta debitori ſunt reſtituenda abſque ullis expenſis, & cum fructibus. Covarr. *lib.* 2. *variar. c.* 11. *num* 3. *in prin.* Parlador. *lib.* 2. *rer. quotid. cap. fin.* 5. *part. §.* 16. *n.* 8. Amat. Rodr. *d. c.* 6. *num.* 56.

Quod intellige, etſi ſint penes tertium poſſeſſorem, quia cum talis venditio bonorum nulla ſit ex juris defectu, & formæ non ſervatæ, poſſeſſor nullum juſtum titulum habere dicitur, ſed potius malam fidem, ex text. *in l. quemadmodum, Cod. de agricol. & cenſit. lib.* 11. ibi, *malæ fidei poſſeſſorem eſſe nemo ambigit, qui aliquid contra legum interdicta mercatur.* Surdus, *deciſ.* 45. *à num.* 9. Lara, *dict. cap.* 25. *à num.* 100. ubi plures refert: Vide addit. *ad l.* 48. *tit.* 13. *p.* 5. ibi: *Puede demandar la coſa à quien quier que la falle,* & Add. *gloſſ.* 4. *&* 7. *l.* 52. *ſupr.* & in hoc caſu procedit, quod de tertio poſſeſſore diximus *in num.* 15. ex Cevall. & ſic, cum res Eccleſiæ, ſeu minoris minus legitimè diſtrahuntur, cum fructibus avocantur, *l. jubemus nulli, §.* 1. *C. de ſacroſ. Eccleſ. c. ſi quis Presbyt. de rebus Eccleſ. non alien.* 25

Limita 8. concluſionem principalem in contractu cenſuali, quando fundus venditur pro certo pretio, ex quo cenſus conſtituitur ſuper ipſa re vendita, quia ſi læſio in tali venditione ultra dimidiam contigerit, fructus debent reſtitui, quia à principio contractus fuit nullus, ut oſtendit, *l.* 6. *tit.* 15. *lib.* 5. *recopil.* Cevall. *commun. quæſt.* 763. *num.* 51. 52. *&* 53. 26

In his omnibus limitationibus, in quibus emptor fructus reſtituere unà cum re vendita tenetur, & venditor tenetur pretium cum intereſſe ad rationem cenſus redimibilis emptori reddere; & in hac ultima limitatione reditus, quos ratione cenſus receperat, aut cum fructibus compenſare, ex Gloſſ. noſtra *hic, verſ. poſt hæc ſcripta,* cui adde Covar. *lib.* 2. *var. cap.* 3. *num.* 9. *verſ. licet contrariam.* Gomez. *in l.* 70. *Taur. num.* 29. Gutier. *lib.* 2. *q.* 135. *per tot.* ubi pro contraria opinione adducit Matienz. *in l.* 1. *tit.* 11. *gloſſ.* 5. *num.* 14. *&* 15. & tandem *in verſ. nihilominus,* hanc ſequitur Ceval. *quæſt.* 536. *num.* 20. *in fine.* Mena, *in addit. Gamm. deciſ.* 291. *verſic.* 3. *adde.* 27

Intellige 1. has limitationes, in quibus emptorem ad reſtitutionem fructus adſtrictum eſſe diximus, de fructibus perceptis, & non de his, quos percipere potuerunt, niſi malæ fidei poſſeſſores ſint, ut *in* 5. *&* 6. *limitatione.* Padill. *in l.* 2. *n.* 5. *verſ. ut tamen ſemper*; & vide Addita ad Gloſſ. 3. & 4. *l.* 11. *tit.* 15. *hac par.* 28

Intellige 2. de fructibus deductis expenſis ab emptore factis in eorum ſeminatione, conſervatione, collectione, & cuſtodia; de quo vide Addit. ad Gloſſ. 3. & 4. *l.* 11. *tit.* 15. *hac part.*

Intellige 3. ſi emptor ad fructus ante litem conteſtatam eſſet condemnatus, de fructibus ſtantibus perceptis ante litem conteſtatam, vel conſumptis, ſi ex eis emptor factus ſit locupletior, prout in aliis actionibus realibus, ſi eſſet in bona fide, ex relatis *in num.* 2.

Nota 2. *ex verſ. quod ſi emptor.* Quòd ſi emptor tempore, quo rem tenuit, eam hypothecavit, quòd tenetur ad intereſſe, vel ut rem liberet ab hypotheca: Vide de hac quæſt. Addit. ad Gloſſ. 1. *l. fin. infra hoc.* 29

SUMMARIUM.

1 *Læsis ultra dimidiam in contractibus commutativis succurritur.*
Et quare non usque ad dimidiam, n. 2. & 3.
4 *Læsis in quantitate, seu qualitate rei succurritur.*
Etsi læsio sit minima, n. 5.
6 *Læso in æstimatione rerum dotalium, etsi non intra dimidiam, succurritur.*
Item in divisione bonorum, n. 7. 8. 9. & 10.
Item in redditione rationis, n. 11.
Item si ex æquatione pretii partes in contractu egissent, n. 12.
Idem si à lege sit taxatum pretium, n. 13.
Et quid si Ecclesia seu Prælatus, seu vir bonus deceperit, seu sit deceptus, n. 14. & 15.
Et quid si læsus est rusticus, seu mulier, n. 16.
Et quid si emptor emerit ab ignorante, dicens non plus valere, n. 17. & 25.
Et quid è contra, n. 18.
Et quid jure canonico, & in foro conscientiæ, n. 19. 20. 21. & 22.
23 *Si dolus dedit causam contractui, seu incidat, decipiens an circa dimidiam teneatur, n. 24.*
Et quid si urgente necessitate venditor sit inductus ad vendendum, n. 26.
Seu si levitate mentis, n. 27.
Si ob affectionem emit, n. 28.
Si læsio interveniat re ipsa, vel ex propositione, lædens an teneatur in foro conscientiæ, num. 29.
30 *Contrahens non peccat, quando læsio non est notabilis.*
Item si credat vendere justo pretio, n. 31.
Item si agnoscenti rei valorem plus vendat, num. 32.
Et quid si valor rei superveniat, n. 33. 34.
35 *Emptoribus sicut venditoribus succurritur in contractibus.*
In quibus pro eorum justificatione taxatur pretium, ut in censu, quo emptoribus licet decipere, n. 36.
38 *Triticum si vendatur ad taxam, cum valeat minus quàm dimidium, utrum possit beneficio hujus legis rescindi.*
38 *Læsio quomodo computetur, n. 39. 40. & 41.*
Et quod pretium sit attendendum, an suprenum, seu infimum, n. 42. & 43.
Et an sufficiat quod læsio sit in uno, num. 44. & 45.

ADD. GLOSS. IX.

1 GLoss. *verb. humanum.* Bart. Bald. Salyc. & alii *in l. 2. Cod. de rescind. vend.* rationem esse dicunt, quia eam enormem, atque immensam crediderunt Imperatores, & quia labi errore, & falli in negotiorum tractatione humanum est, & communi hac fragilitate deceptis subvenire, humanum, & æquum fuit. Petr. Gregor. *Syntagm. jur. lib. 25. cap. 14. num. 19.* & quia contractus emptionis, & venditionis est bonæ fidei, in quo summa æquitas desideratur; & magnas deceptiones ab eo arcere, atque deceptis consulere humanitatis, & æquitatis ratio postulabat, sic ea suadente hoc remedium proditum fuit; de quo vide Addit. ad Gloss. 7. *suprà.*

2 Rationem vero concludentem, quare læsio, quæ intra dimidiam attingit, non sit excluſa, & læsis usque ad eam quantitatem non succurratur, reddi non posse, inquit Castill. *quotid. lib. 2. c. 8. in dict. n. 17.* quia non omnium, quæ à majoribus nostris tradita sunt, ratio reddi potest *ex l. non omnium, ff. de legibus.*

Sed responderi posset ideo læsis intra dimidiam 3
beneficium hujus legis denegari, quia contractus emptionis, & venditionis est valde frequens, & necessarius, & reipublicæ summè utilis, & sic non ita de facili rescindi debet, *l. res bona fide 54. ff. de contrab. empt.* nec facultas se invicem decipiendi (de qua diximus *suprà* in additio. *Gloss. 7. num...*) adeò erit restringenda, ut hominum commercia turbari, aut impediri contigerit, si ob læsionem quamcumque in pretio contingentem contractus rescinderetur, & litium occasio sic præberetur, ut finis earum nunquam esset, sed perpetuò homines inter se rixis, & litibus vexarentur, ex Divo Thoma. Sotus, *de justit. & jure, lib. 6. q. 20. art. 3.* Covar. *lib. 2. var. cap. 3. num. 2.* Pinel. *in l. 2. Cod. de rescind. 1. p. cap. 1. num. 39. & 40.* ubi ex Cicerone *de legib.* tradit *ibi*, Salus populi suprema lex esto. Matienz. *in l. 1. tit. 11. lib. 5. recopil. gloss. 1. n. 4.* Felician. *de censib. lib. 2. c. 1. n. 11. vers. quoniam.* Petr. Greg. *n. 20. ubi suprà.*

Limita 1. hanc conclusionem, & intellige eam 4
in læsione, quæ contingit in pretio, non verò de læsione in qualitate, vel quantitate rei venditæ, in quibus nec minima læsio admittitur, nec toleratur, etsi sit intra dimidiam, *l. si servus, §. si modus, ff. de ædil. edict.* & *ibi* Fulgos. & Castrens. *l. si qualitate fundi, l. si duorum fundorum, l. si fundo vendito, ff. de actionib. empt.* text. singula. *in c. per tuas, de donat. ibi. feudum integrari,* & *ibi* Glos. Ancharr. & Imol. Gloss. fin. *l. item si pretio, 25. §. fin. ff. locat.* ubi alia jura allegat; text. *in l. si venditor hominis, in princ. ff. de actio. empt.* & *ibi* Paul. *& in l. de modo agrorum, ff. fin. regundor.* & in specie tenent Gloss. *verb. invenerunt, in cap. per tua, de donat. ibi* Abb. *notab. 4.* Anan. *cons. 48. col. 3.* Cremens. *in l. 2. C. de rescind. vend. n. 163. limit. 9.* Boër. *decis. 50. n. 3. & 4.* Covar. *pract. c. 3. n. 8. vers. 13.* Pinel. *in d. l. 2. 3. p. c. 2. à num. 1. & 2.* Farin. *in fragm. 1. p. verb. decipere, n. 40.* ubi idem esse dicit, quando læsio oritur ex vitio, aut defectu rei venditæ maximè occulto, sive illa res animata, sive inanimata sit.

Intellige quando venditio fuit facta ad mensu- 5
ram, vel pondus, vel certum corpus declaratum sub limitibus, si aliquid deficiat etiam in minima quantitate ex declarata: de quo vide Addita ad Gloss. 1. & 2. *l. 24. suprà.* Covarr. & Pinell. *ubi suprà*; pro quo facit Deuteronom. *cap. 25. num. 13. & seq. Non habebis in sacculo diversa pondera, majus, & minus, nec erit in domo tua modius major, & minor, pondus habebis justum, & verum, & modius æqualis erit tibi.*

Limita 2. non habere locum in rerum dotalium 6
æstimatione, in qua tanta læsio sicuti in aliis ordinariis venditionibus non requiritur, & læsis in quacũque quantitate succurritur; apud nos est text. in specie, *in l. 16. tit. 11. part. 14.* & de jure communi tenent Azon. *in summ. Cod. de jure dotium, num. 17.* Afflict. *decis. 270. num. 3.* Burg. *in cap. cum caus. num. 48. de empt.* Bald. Novell. *de dote, 7. part. privileg. 35.* Gomez. *in l. 50. Taur. num. 44.* Panthal. Cremens. *in dict. l. 2. n. 166.* & *ibi* Pinel. *p. 1. cap. 5. à n. 13.* ubi latè. Padil. *num. 20.* Barb. *in l. æstimantis, à num. 21. ff. solut. matrim.* Riminald. *in princ. instit. quibus alie. licet, n. 109.* Matien. *in l. 1. tit. 11, lib. 5 recop. gloss. 8. n. 20. & 21.* ubi postquam

retulit plures, qui etiam in hoc caſu de jure communi læſionem ultra dimidiam requiri, ut æſtimatio, & venditio ex ea reſultans reſcindi poſſet, docuerunt, hanc veriorem eſſe cum Pinel. & aliis, *ex l. jure ſuccurſum, in fin. & l. ſi res*, §. 1. *ff. de jure dot. & l. ſi circumſcripta, C. ſolut. matrimon.* Garc. *de expenſ. & melior. c.* 18. *num.* 22. Ceval. *q.* 536. *num.* 21. Pereir. *in repet. l. ſi curatorem. verb. implorare, n.* 14. Faber, *de error. decad.* 8. *error.* 6. *per tot.* Fontanel. *de pact. nupt. claus.* 5. *gloſſ.* 8. *p.* 13. *n.* 50. *&* 51.

7 Limita 3. in diviſione bonorum, ſeu partitione. quæ ſi fiat ex conventione partium, ad ejus reſciſſionem requiritur, quòd læſio ſit ultra dimidiam, *ex l.* 2. *juncta l.* 1. *C. comun. utriuſ. jud.* Gloſſ. *verb. perperam, in l.* 3. *C. eod. tit.* Cagnol. *in d. l.* 2. *n.* 59. & *ibi*, Pinel. 2. *part. c.* 1. *num.* 3. Valaſc. *de part. c.* 39. *num.* 9. Si vero facta ſit per arbitratores, læſio in ſexta parte ſufficiens erit, ut reducatur ad arbitrium boni viri, de quo vide Addita ad Gloſſ. 5. *l.* 9. *ſuprà*.

8 Sed dubium eſt, utrum iſta læſio in ſexta parte intelligenda ſit reſpectu totius ſummæ, ſeu hæreditatis, de qua dividenda agitur; an verò reſpectu duntaxat portionis debitæ illi, qui ſe læſum in partitione conqueritur? de quo latè agit Valaſc. *dict. c.* 36. *ex num.* 17. *uſque ad* 29. ubi duas contrarias refert, unam Bart. *in l. in ſocietatem, §. arbitrorum, num.* 25. *ff. proſocio*, exiſtimantis ſufficere læſionem in ſexta parte totius ſummæ, & eum ſequuntur Lamph. *in c. quoniam contra, in ult. part. quæſt.* 14. *de probat.* Cuman. *conſ.* 50. quos ſequitur Ferret. *caut.* 8. *num.* 2. Ruin. *conſ.* 31. *num.* 3. *lib.* 1. Menoch. *de arbitr. cauſ.* 73. *n.* 2. fundamenta hújus opinionis ſunt, *l. ſocietatem* 77. *cum* 4. *ſeq. ff. pro ſocio.*

9 Altera eſt Abb. *in c. quintavallis, num.* 34. *de jurejur.* ubi contra Bart. defendit, læſionem conſiderandam eſſe reſpectu portionis debitæ illi, qui læſum ſe dicit, quam comprobare vult *ex l. ſi quid enim*, 81. eam ſequuntur Imol. *in l. ſi quis arbitratu, in fin. ff. de verbo.* Angel. *in §. pretium, n.* 6. *inſtit. de empt.* Alex. *conſ.* 92. *n.* 5. *lib.* 2. Cæpol. *de ſimul. contract. num.* 111. *& ibi in num.* 20. refert Alex. *in d. l. ſi quis arbitra. in fin.* ubi has opiniones componit, dicens in unum coincidere, & eſſe eandem rem, licet in verbis diſſentiant, quia læſio quæ contigit inter duos ſocios in ſexta parte totius ſummæ ſocietatis, eſt læſio in tertia parte reſpectu portionis unius ex illius ſociis: & idem ſequitur Barb. *in c. cum cauſam, n.* 12. *de empt.*

10 Ipſe verò *in num.* 21. neutram approbat, quia poteſt contingere læſio in ſexta parte totius ſummæ, quæ non ſit tertia portionis cohæredis, ſeu ſocii ſecundum numerum ſociorum, & diviſionem ab arbitrio factam, & quia non videtur rectè fundata. Bart. & Panorm. *in d. l. quid*, ut advertunt plures, quos ibi poſt Menoch. *in dict. caſu* 63. qui verius eſſe dicunt ad reductionem arbitrium boni viri conſiderandam eſſe læſionem Judicis arbitrio, ex Bart. *in l. cum ante, n.* 4. *C. de arbitr.* Alex. *conſ.* 131. *num.* 15. *lib.* 2. Dec. *in authen. præterea, num.* 16. *Cod. unde vir. & uxor.* Rip. *in l. fin. C. de revoc. donat. n.* 9. Covar. *lib.* 1. *var. c.* 3. *n.* 11.

11 In redditione rationum ubi calculus verſatur, aut ubi aliàs de ſimplici calculatione agitur, ut calculus reperiatur, non requiritur læſio in dimidia, & multo minus ultra dimidiam; ſed ſufficit læſio non minima, aut non contemnenda, niſi ſuper læſione judicatum, aut tranſactum ſit, ita cum Pinel. *in d. l.* 2. 2. *p. c.* 1. *n.* 2. tradit Rodrig. *de annu. redit. lib.* 1. *q.* 11. *num.* 32.

Limita 4. in contractibus commutativis, quando conſtat, utramque partem expreſsè egiſſe de præciſa exæquatione: nam tunc læſio intra dimidiam retractabitur, ut cum Dec. *conſ.* 390. & ibi ejus Addit. tradit Rodrig. *d. quæſt.* 11. *num.* 33. *verſ. inde etiam.* 12

Limita 5. quando pretium eſt taxatum, vel determinatum à lege, ſtatuto, vel aliquo edicto, ſeu conſtitutione, quia ubi eſt pretium taxatum à lege, vel ab habente poteſtatem, non licet ultra illud aliquid accipere etiam in minima quantitate. Cagnol. *in d. l.* 2. *num.* 189. *verſ. item ſi pretium, ibi*, Panthal. Crem. *n.* 271. & Pinel. 3. *p. c. fin. n.* 35. Covar. *d. c.* 3. *num.* 5. *verſ. vel ita accipiendum.* Perez. *in l.* 2. *tit.* 23. *lib.* 2. *ordin. verſ. prior pars, & in l.* 1. *tit.* 7. *lib.* 5. *gloſ. unic. col.* 8. *in fin. verſ. quæri poteſt.* Aviles. *in c. præt.* 17. *gloſſ. verb. à rationables pretios, n.* 1. Matienz. *in l.* 1. *tit.* 11. *recop. gloſſ.* 2. *num.* 9. *& in l.* 1. *tit.* 25. *gloſſ.* 2. *n.* 3. *lib.* 5. ubi dicit, quòd exceſſus inducit leſionem dimidiam. Valaſc. *conſult.* 43. *num.* 12. Maſcard. *de probat. concl.* 443. *n.* 10. *&* 651. *n. fin. &* 1403. *n.* 39. Felician. *de cenſib. lib.* 1. *c.* 3. *n.* 15. *verſ. qua propter, & lib.* 2. *c.* 1. *n.* 2. 3. *&* 12. *verſ. legitimum.* Rodrig. *q.* 11. *n. fin.* Avend. *de cenſib. c.* 27. *per tot.* Scac. *de commer. §.* 1. *q.* 7. *p.* 2. *ampl.* 10. *n.* 65. *in fin.* Farin. *de verb. deceptio, num.* 41. ubi alios adducit; & vide Addit. ad Gloſſ. 4. *l.* 3.

Limita 6. in Eccleſia, Prælato, & Clericis, quibus prohibitum eſt ſecum contrahentibus decipere, *c. de Judæis*, 27. *q.* 1. *& c. per tuas de donationib. & c.* 1. §. 1. *de alien. feudi, in uſib. feudor.* Gloſſ. *in c. ea enim, §. jus porrectum, in verb. ut plus*, 10. *q.* 1. ubi dicit Eccleſiam juſtum tantum pretium, & non ultra, etiam ab ultro offerente ratione contractus ab ea celebrati debere recipere, quam laudat Ambroſ. Bignar. Bald. Butr. quos refert, & ſequitur Cæpol. *de ſimulat. contract. poſt n.* 20. *&* 21. Jaſ. *in §. ſed iſte, n.* 105. *inſt. de actio. & in l. quoties, C. de rei vend. num.* 19. Roman. *ſing.* 758. Imol. & Panor. *in c.* 1. *in princ. de empt.* Dec. *in l. ſi quis in conſcribendo, n.* 7. *C. de pact.* Tiraq. *in legib. connub. in* 9. *leg. num.* 11. Panth. de Crem. *in d. l.* 2. *n.* 159. *verſ. hanc principalem, & num.* 161. Zenet. *differ.* 131. Gomez. *in §. ex maleficiis, num.* 37. *inſt. de actio.* Gloſſ. *de verſ. ut plus.* Plaz. *de delictis, lib.* 1. *c.* 36. *num.* 16. Navar. *in repet. c. novit, not. ab.* 6. *n.* 47. *de judic.* Perez. *in l.* 1. *tit.* 7. *lib.* 5. *ordin. gloſſ. unic. verſ. deducitur etiam Eccleſiam*, ubi alios refert Matienz. *in l.* 1. *tit.* 1. *lib.* 5. *gloſſ.* 8. *n.* 11. ubi multos citat. Farin. *d. verſ. deceptio, n.* 36. *&* 37. ubi negari non poſſe dicit, ita communiter à DD. receptum eſſe. Ceval. *q.* 508. *num.* 4. *&* 5. Vide ſuprà Addit. ad Gloſſ. 1. *l.* 15. 14

Intellige hanc limitationem, non ſolum quando deceptio reſultaret in utilitatem Eccleſiæ, aut perſonarum Eccleſiaſticarum; ſed multo magis procedere, quando deceptio renderet in damnum Eccleſiæ, vel Clericorum, quia tunc ipſa Eccleſia, & Clericus etiam nullo intervenient dolo in contractu in integrum reſtituuntur, ſecundum Gloſſ. *in l. in cauſa, 2. §. penult. in verbo, licere, ff. de minoribus.* Cæpol. *poſt dict. num.* 20. Afflict. *in c.* 1. *à num.* 92. *in tit. de feudo dato in vim leg. commiſſ.* Maſcard. *concluſ.* 443. *num.* 13. Farin. *ubi ſupr. num.* 38. contrariam, ſcilicet contractus inter Eccleſias, & Eccleſiaſticas perſonas in minori læſione, quàm ultra dimidiam, non poſſe reſcindi, tenent Burg. de Paz. *in c. cum dilecti, de empt. num.* 16. *&* 17. Dec. *in l. penult. à num.* 8. *& ibi* Curt. *num.* 8. *Cod. de pact.* & melius Cagnol. *in dict. l.* 2. & *ibi* Pinell. 2. *p. c.* 2. *num.* 34. *in fine*, ubi

ubi differentiam inter personas Ecclesiasticas, & sæculares in hac materia ineptam esse dicit, & in foro contentioso sustineri non posse, ex *d. cap. cum dilecti*, licet in hac re ad salutem. & securitatem animarum multa amplè, & nervosè tradat Navar. *in d. cap. novit. ad n. 6. in notabili*: & cum Pinel. & aliis eam sequuntur Matienz. *in l. 1. tit. 11. lib. 5. recomp. glos. 8. num. 11.* Ceval. *quæst. 508. num. 4. & 5.* ubi ait, quòd contraria in foro exteriori non potest sustineri, licet sit vera, quod intellige, si læsus agat ex beneficio *hujus legis*, secus verò si per viam denuntiationis Evangelicæ. De quo vide *infrà*.

15 Limita 7. in bono, & honesto viro, cui non licet decipere, etsi secum contrahenti liceat. Glos. *in l. semper in contractibus de reg. juris.* Glos. *unic. in fin.* quam sequuntur Bald. & Anton. de Butr. relati per Cæpol. *num. 22. ad fin.* Strace. *de mercat. 2. part. rubr. de statu mercator. num. 3.* Jas. *in dict. §. sed istæ, quidem, num. 106. & 108.* Afflict. *in d. cap. 1. num. 94.* Panthal. de Cremens. *in dict. leg. 2. n. 162. vers. & facit ratio, & num. 166.* Tiraquel. *in dict. l. 9. n. 7.* ubi alios adducit. Mantic. *de tacit. convent. lib. 4. tit. 20. num. 55. in fin. vers. veram tamen*, Farinac. *d. vers. decipere, num. 42.* ubi communiter receptum à DD. dicit; Pro hac doctrina alios citat Cevall. *dict. quæst. 508. n. 6. 7. & 8.* ubi fundamenta hujus limitationis, & auctores qui eam sequuntur, refert, & cautelam, quam DD. tradunt, scilicet quòd emptor interrogetur, an sit vir bonus, quod ipse vero similiter non negabit. Contrariam opinionem tenent Anton. Burg. *in cap. cum dilecti, num. 15. de empt.* Dec. *in d. l. penult. num. 11.* Cagnol. *in d. l. 2. num. 20.* Rebuff. *in constit. Gall. de rescissione contract. art. unic. glos. 14. n. 2.* Pinel. *in d. l. 2. part. 2. cap. 2. num. 34.* qui limitationem de jure non procedere docent. Primò, quia hæc lex, *& d. l. 2.* tam bonos, quàm iniquos comprehendit, ut optimè advertit Pract. Pap. *in forma libelli, in causa vendit. vers. pro pretio.* Pinel. *vers. itaque necessario, ubi suprà*; & sic, interrogatus emptor respondeat se esse virum bonum, non deficit jus, quo minor læsio tunc in judicio emendari debeat, & à constituto jure recedi non liceat juxta vulgatam, *l. prospexit, ff. qui, & à quibus.* Secundò, quia prædictæ oppositioni non tenebitur emptor respondere, quia est captiosa, per Glos. *in cap. si post pretium, de confessis, in 6.* Felin. *in cap. n. 13. de præsumpt.* Jas. *in l. penult. n. 5. de pact.* Ferrar. *cast. 4.* Gerard. *singul. 22.* Rnbuff. *d. glos. 14. num. 2.* Pinel. *ubi sup.* Padill. *in d. l. 2. n. 59.* Matienz. *in l. 1. tit. 11. lib. 5. glos. 8. n. 12.* ubi hanc positionem criminosam, & captiosam appellat, & communiter reprobatam dicit, & quod ei non tenebitur respondere. Cevall. *d. q. 508. n. 8. & 9.* ubi quòd non tenetur respondere, & ex eo quòd continet turpitudinem, *& in n. 10.* inquit, quod licet verum sit illam cautelam non esse turpem, nihil tamen tentare nocebit, cum variæ sint hominum voluntates, *l. quia poterat, ff. ad Trebell.* & aliquando Judices moveantur ex capite arundineo fundamento, & prudentem advocatum omnia debere intentare inspecta judicis capacitate, & peritia. Nec obstat quòd bonus vir non debet decipere, quia procedit ex animo, & cum dolo, ut respondit Rebuff. *in n. 3. ubi supr.*

16 Limita 8. quando deceptus esset rusticus, ignarus, vel mulier, & in eis concurreret simplicitas, & læsionis enormitas, licet illa non excedat dimidiam justi pretii, & adversarius sit callidus, astutus, & fallax; nam tunc eis ex beneficio hujus legis succurritur, ex Bart. & aliis, *in l. contractibus 3. C. ex quibus causis major.* per text. *ibi* Glos. *vers. extincta, in l. 1. C. ne filius pro patre*, ubi vult succurrendum fore læso ex persuasionibus adversarii etiam citra metum, vel dolum: ubi Bald. *num. 1. in fin.* notat simplicibus hominibus circumventis omninò subveniri deberi. Afflict. *decis. 80. n. 6.* ubi idem notat. Jas. *in l. 1. col. 1. ff. de conditio. indebiti.* Boër. *decis. 101. ad fin.* ubi dicit paria esse aliquid fieri per metum, vel per nimias importunitates. Pinel. *in d. l. 2. 1. p. c. 1. n. 20. & 21.* ubi allegat pro hac doctrina *l. cum de indebito, vers. autem*, ubi si minor sit, vel mulier, vel miles, vel agricultor, & forensium rerum expers, vel alia simplicitate guadens, *ff. de prob.* quem notabilem dicit Oddus *de in integr. restit. 2. par. q. 51. art. 4. n. 14.* ubi hanc doctrinam in se veram esse dicit, & de interpret. *d. l. in contractibus*, unde hæc limitatio originem traxit, vide Pinell. *n. 27.* & Oddus ubi læso in hoc casu dandam esse restitutionem docent, non vero actionem ex hac lege.

Limita 9. quando quis sciens justum pretium rei 17
eam vili pretio emit, etiam citra dimidiam ab eo, qui ejus valorem ignorat; nam tunc in foro exteriori cogendus est resarcire læsionem ei, qui læsus est, quoniam tunc planè dolo geritur res, nec potest ullo justo colore excusari, add. Dec. *in l. semper in contract. de reg. juris, ad n. 9.* Covar. *lib. 2. var. c. 4. n. 2. vers. quoties.* Mexia, *in pragm. taxæ pan. concluf. 1. n. 159. & in l. Toleti, in responso ad 6. & 8. p. 1. fundament. n. 61. col. 10. vers. sed in foro exteriori.* Rodrig. *de am. redd. lib. 1. q. 11. n. 8.* ubi refert Suaraz, qui hanc communem dicit. Matien. *in l. 1. tit. 11. glos. 1. n. 13.* ubi alios allegat, & dubitat quòd in praxi obtineri possit, maximè quia scientiæ, & ignorantiæ probatio difficillima est.

Facit pro hac limitatione doctrina Pauli, *in leg.* 18
item si pretio, §. fin. ff. locati, ubi dicit, quòd si quis emit rem sciens justum ejus valorem, & venditori dicit, quòd non valebat nisi triginta, cum valeret quinquaginta, & vendens ei fidem adhibuit, quod læsus adversus eum agere poterit ad supplementum justi pretii; & ponit exemplum in rustico, qui adduxit librum vendendum homini docto, vel gemmam nobilem artifici scienti ejus valorem; qui ei dixerunt non valere triginta, cum quinquaginta valeret; quem refert, & sequitur Pinel. *in d. l. 2. 2. p. c. 4. n. 29.*

Et idem, si quis vendidit rem plus justo pretio, mentitur affirmando illud esse justum pretium, propter quod emens ita persuasus emit tali pretio, nam tunc decipiens ad restitutionem tenetur non solum in foro conscientiæ, sed etiam in foro contentioso per actionem de dolo, vel ex ipso contractu. Aretin. *in cap. cum causa, vers. 3. concluf. de testib.* ex Glos. quam notabilem dicit *in l. item si pretio, §. fin. ff. locati, vers. circumscribere*, & eum sequitur Mexia. *in l. Tolet. in respons. 6. & 8. part. 1. fundament. n. 61. vers. quem locum*; ubi confirmationem addncit Bart. *in leg. eleganter, §. fin. ff. de locat.* ubi per text. *ibi* dicit, quòd semper ille, qui mentitur ad lucrum suum in damnum alterius, committit dolum, & tenetur propter illum; de quo vide Addita ad Glos. 7. *supra in 2. limit.* & ad Gl. *l. seqq.* & alia tradit, quæ optimè conducunt. Farin. *in d. verbo decipere, num. 35.*

Hæc limitatio maximè procedit de jure Canonico, 19
& in ejus foro, in quo deceptum ignorantem adversus decipientem ex vera scientia pretii agere posse ad læsionis compensationem apud judicem

Eccleſiaſticum docuerunt Panormi. *in c. in civitat. de uſuris, num. 6.* & ibi Anani. *num.* 8. Calderi. *in cap. naviganti, col. 4. eodem.* Anchar. *in reg. peccatum, n. 21. de regul. jur. in 6.* Navarr. *in d. c. novit. num. 79.* Covarr. *d. verſ. quoties, in fin.* Mexia. *in d. concl. 1. num. 160.* Matienz. *in d. n. 13.* Farinac. *n. 43. ubi ſupr.*

20 Non defuit, qui idem admiſit in emptore, ſi ſciebat juſtum valorem rei, & viliori pretio eam emit, nulla facta diſtinctione, ſi venditor ſciebat, vel ignorabat ejus verum valorem, & læſum agere poſſe docuiſſet ad ſupplementum juſti pretii, etſi læſio citra dimidiam ſit: quem impugnat Pinel. *in d. l. 2. 1. par. cap. 1. num. 24.* ubi dicit falſam eſſe, & contra Juriſconſ. *cap. in l. in cauſa 9. §. iddem Pomponius, ff. de minor. & in l. item ſi pretio 25. §. fin. ff. locati,* & cum eo tranſit Roder. *d. lib. 2. q. 3. n. 22. & 23.* niſi cum modicitate pretii alia concurrant, ex quibus dolus præſumi poſſit.

21 Limita 19. in foro interiori conſcientiæ; nam quamvis de jure civili, & Canonico contrahentibus ſe decipere intra dimidiam juſti pretii permiſſum ſit *ex text. hic & in l. 1. tit. 11. lib. 5. recomp. & in l. 2. C. de reſcin vendit. & in cap. cum dilecti, & cum cauſa de emptio.* hoc intelligitur in foro contentioſo tam civili, quàm Canonico; ſecus verò in foro conſcientiæ. D. Thom. *6. 2. q. 77. art. 1. & quotlib. 2. art. 10. & in 4. diſtinct. 15. q. 3. art. 2. & ibi.* Gabr. *quæſt. 10. col. 9.* Major. *q. 4.* Alph. de Caſtro, *de poteſtate legis pœn. lib. 2. cap. 10. fallent. 3.* Cajetan. *in d. q. 77. art. 1. & 2.* Conrad. *de contract. q. 57. concl. 1.* D. Antonin. *2. par. tit. 1. c. 16. verſ. quantum ad tertium, col. 3. & 5.* Sylveſt. *verſic. empt. quæſt. 8.* D. Bernard. *in lib. de Evang. æterno, ſerm. 35. verſ. circa hoc autem, & in eodem ſerm. 31. artic. 1. c. 2.* Medin. *de reſtitutio. q. 12.* Soto *lib. 6. de juſt. & jure, q. 3. art. 1.* Pedraz. *præcep. 7. §. 13.* Bar. Medin. *in ſum. c. 12. n. 25.* Mich. de Pala. *in prax. Theolog. lib. 2. cap. 2.* Mercado *de contractib. opuſc. 1. c. 10.* Sarabia *de inſtruct. mercat. c. 4.* Navarr. *de reſtitut. in for. conſcient. lib. 3. cap. 2. n. 14. 15. & 16.* Anton. à Rio. *in l. contractus, cap. 4. ff. de regul. jur.* Leſſius *de juſt. & jure, lib. 2. c. 21. de emptio. dub. 4. num. 20. & 21.* Caſus, in quibus licet carius vendere, vide Addit. ad Gl. *tit. 7. inf.* Ex quibus hanc receptam eſſe apparet, & ex noſtris eam tenent Innocen. Butr. Panorm. & Felin. *in cap. in civitate. de uſuris.* Bal. & Henric. *in cap. cum cauſa in fine de teſtib.* Ancharran. *in c. ea enim. §. hoc jus porrectum, 10. quæſt. 2. & in c. ſi cupis. 16. q. 1.* Cardinal. & Abb. *in cap. 1. de emptio.* Gomez. *in cap. ſupereſt, num. 54. inſtitut. de actionib.* Jaſ. *in §. ſed iſtæ quidem, n. 104. eod. tit.* Crotus *in c. 2. in 1. not ab. de emptio. lib. 6. & ibi,* Gomez. *à num. 5.* ubi dicit communem. Gerard. *ſing. 22.* Federic. de Senis *conſ. 21.* Salycet. *auth. ad hæc in 21. q. C. de uſu.* Cæpol. *de ſimulato. contract. num. 20. & 22.* Burg. de Paz. *in d. c. cum dilecti, num. 17. & à num. 23.* ubi pleniſſimè ſatisfacit, & reſpondit contrariis. Tiraquell. *de leg. comu. l. 9. à num. 8.* ubi, *in num. 12.* hanc probat. Panth. de Crema. *in l. 2. num. 144. 158. & 169.* & ibi Pinel. *1. p. c. 1. num. 35.* Covarr. *d. n. 11. verſ. ergo cum,* ubi plures refert, & contrarium tenentes reprobat. Navarr. *in c. qualitas. de pœniten. diſtinct. 3. num. 45. & ſequent.* Mexias, *in l. Toleti in reſpon. ad 6. & 8. part. 1. fundam. num. 61.* Plaza. *de delictis in epit. cap. 36. num. 14. lib. 1.* Matienz. *in l. 1. tit. 11. lib. 5. recompil. gloſ. 1. n. 9.* ubi multos recenſet. Felician. *de cenſib. lib. 2. c. 1. à num. 8.* ubi contrariis ſatisfacit. Cevall. *quæſt. 508. num. 1.* Farinac. *in d. verſ. deceptio, n. 44.* Mant ic. *de tacit. convent. lib. 4. tit. 20. n. 54.* Rodrig. *de annu. red. lib. 1. quæſt. 11. num. 8.* Avendañ. *de cenſib. cap. 27. num. 10. & 12. in fin.* Scacc. *de commer. §. 1. q. 7. p. 2. ampl. 10. n. 14.* ubi rationibus confirmat, *& in num. 42. & 43.* contrariam proponit, *& à n. 44.* contrariis ſatisfacit.

Contrariam opinionem, ſcilicet deceptionem 22
intra dimidiam juſti pretii licitam eſſe in foro conſcientiæ, tenent Gl. *verſ. nou multum. 16. quæſt. 1.* ubi dixit in contractibus decipere non eſſe peccatum, & probat *in c. innocens, 22. q. 4.* Bald. *in authen. ad hæc. Cod. de uſur.* Ancharr. *in d. reg. peccatum 4. concl. princ.* Socin. *conſ. 49. col. 2. vol. 4.* Barbat. *cap. 1. col. 6. de empt.* Dec. *l. ſemper in fin. reg. jur.* Padilla. *in l. 2. Cod. de reſcindend. vendit. n. 73.* ubi hanc magis ſibi placere dicit, & libenter admittit, & rationes, ex quibus ad ſic ſentiendum movetur, tradit; & ad rationem de permiſſione lupanaris, quæ in exemplum adducitur, reſpondit, & eum ſequuntur Perez. *in l. 1. tit. 7. lib. 5. ordinan. gloſ. unic. col. 17. ad finem, verſ. ex quo inferri poſſet,* qui eſt *ſub verſ. & hæc eſt regul.* ubi hanc in foro animæ poſſe defendi credit. Mench. *controv. uſufr. lib. 3. cap. 48.* ubi omnium latiſſimè utriuſque partis fundamentis, & auctoritatibus relatis hanc tuetur.

In hac tam gravi, & quotidiana quæſtione ſunt 23
caſus, in quibus omnes conveniunt non licere contrahentibus etiam in minima quantitate ſe circonvenire; & alii, in quibus non teneri ad reſtitutionem reſolvunt. Primus quando dolus dedit cauſam contractui, quia ille, qui dolo alium induxit ad contrahendum, eumque decepit, in foro conſcientiæ non eſt tutus, nec in foro exteriori. Padill. *in d. l. 2. num. 73. col. 2. verſ. ego vero.* Menchac. *d. c. 48. n. 3.* Card. Franc. Mantic. *d. tit. 20. num. 61.* & alii *ſupra citati in additi.* ad Gloſ. *7. in limit. 2.* Cevall. *q. 508. num. 2. & 8.* Scacc. *d. ampl. 10.* Faber. *de erro. prag. decad. 8. err. 7. num. 7.* Secundus quando dolus in- 24
cidit in contractum. Mench. & alii *ubi ſupr. in d.* 25
addit. gl. 7. limi. 3. Tertius relatus in limit. 11. Quar- 26
tus quando urgente neceſſitate, aut egeſtate emptor, vel venditor ductus fuit ad carius emendum, vel vendendum; nam tunc, etſi ſciat rei valorem, ab eo emens non excuſatur, quia ſcientia veri valoris in contrahente læſo non operatur, quin lædens in foro conſcientiæ læſionem reficere teneatur. Cæpol. *ubi ſupr. num. 24. & 27.* Afflict. *num. 97.* Straccha. *num. 7.* Pantha. de Cremenſ. *num. 159. verſ. ſed poſtea.* Burg. *num. 19.* Farinac. *num. 50. & 51. ubi ſupr.* Quintus caſus eſt, ſi quis ſciens ve- 27
rum rei valorem lædatur ex levitate mentis aperta, ſeu præſumpta ad vilius vendendum, aut carius emendum; prout contingit ſæpiſſimè in juvenibus, quorum levitas ſapit quamdam ignorantiam, & quodam modo neceſſitatem inducit, argum. *cap. quorundam 34. diſt. & l. fin. §. filii autem, C. de bonis, quæ liber.* nam iſto caſu lædens non excuſatur à reſtitutione in foro conſcientiæ. Cæpol. *de ſimulatio. contract. n. 25. & ſub n. 26.* Panthale. Cremenſ. *in d. l. 2. n. 159. verſ. ſed poſtea.* Sextus caſus, ſi quis dicatur 28
inductus a de mendum carius propter aliquam particularem affectionem, vel commoditatem, tunc enim, etſi ſciat verum rei valorem, contrahens cum eo non excuſatur in foro conſcientiæ, ſi eum læſerit, quia illa affectio tollit præſumptionem donationis, ſecundum Cæpolam, *num. 26. verſ. ego poſtea, & num. 162.* Cremenſ. *num. 59. verſ. ſed poſtea, & n. 162.* Farinac. *n. 53. ubi ſup.* qui ponunt exemplum in eo, qui habet affectionem in libris in re majorum ſuorum, in aliquo viridiario, in poſſeſſione contigua ſuæ poſſeſſioni.

Septimus

29 Septimus casus est, quando intervenit deceptio ex re ipsa, & proposito, etsi non intervenerit dolus partis, quo casu deceptio toleratur in foro contentioso, sed non in foro conscientiæ; ex Abb. *in cap. cum causa sub num. 4. de testib.* tradit Scacc. *d. ampliat.* 10.

30 Conveniunt omnes, contrahentem non peccare, nec ad restitutionem teneri, quando læsio intra dimidiam non est notabilis; sed modica. Covar. *d. cap. 4. num. 11. vers. ego cum.* Plaza. *d. cap. 36. n. 14.* Farinac. *d. verb. decipere, num....* Et modica læsio dicitur, quando excessus non est infra infimum, vel supra supremum justi pretii, de quo egimus in Addit. Glos. *6.* ubi vide Matienz. *in l. 1. tit. 11. lib. 5. recompil. glos. 1. n. 9.* & explicat Avend. *de cens. cap. 27. n. 17.* intra hos enim limites contrahentibus licet se circumvenire, & vendere rem carius ad creditum, quàm præsenti pecunia, vel anticipata solutione, de quo vide Covarr. *lib. 2. var. cap. 3. num. 6. & 7.* Soto *de just. & jure, lib. 6. quæst. 2. art. 3. conclus. 3. deduct. 1.* Cajet. *l. 2. q. 77. art. 1.* Sylvest. *verb. usura 2. §. 1.* Mantic. *d. glos. 1. num. 8.* Valasc. *consult. 44. num. 4.*

31 Et quando deceptio re ipsa intervenit absque dolo contrahentium, & deceptione ex proposito, ut si venditor credit se vendere justo pretio; tunc enim uterque est tutus in foro conscientiæ, licet alter eorum sit læsus, seu deceptus re ipsa. Calder. *in cap. navigantes, col. 4. vers. 3 oppono. de usuris.* Bald. *in l. in causæ, l. 2. §. idem Pomponius, in fin. ff. de minorib.* Anchar. *reg. peccatum, n. 22. de reg. jur. in 6.* Salycet. *in authent. ad hæc, de usur. num. 18.* Abb. *in cap. caus. 42.* Franc. *num. 1. & sub num. 24.* & *ibi* Felin. *de testib.* Bonins. *de venditi. ad tempus, cap. 5. sub num. 11.* Burg. *in cap. cum dilecti, de empt. num. 22.* Gomez. *in cap. 2. de constitut. in 6. num. 7.* Cevallos *q. 508. num. 3.* qui omnes eam ampliant, etiamsi lædens post modum cognoverit re ipsa proximum læsisse; ex traditis per Felician. *num. 9. infra citandum.*

Dubium vero versatur primò, quando contra-
19 Quæ autem magna sit, & enormissima læsio habito respectu ad vires patrimonii læsi judicis arbitrio relinquitur; qui attenta qualitate personarum, & negotii & damni quantitate, & vires patrimonii læsionem enormissimam interveniisse, vel non, declarabit, ut sentit Gregor. Lopez. *in l. fin. tit. fin. part.* 6. *gloss.* 7. *vers. unde dicendum videtur*, ubi *ibi* Addit. Seraphin. *privileg.* 83. *num.* 90. ubi judicis arbitrio relinquendam esse dicit, & eandem non obstantibus Rotæ *decis.* approbavit Senat. Sicil. ut veriorem, ut testatur Giurb. *dec.* 110. *num.* 3. *vers. consistorium.* In hac enim materia certa doctrina dari non potest, quia, ex eo, quòd multiplici subjacet expositioni, certa non potest haberi resolutio, ut inquit Scacc. *de appellat. quæst.* 19. *remed.* 2. *num.* 16. *& 17.* ubi materiam prosequitur, & sic est tenendum in judicando, & consulendo. Mulier, quæ ratione enormissimæ læsionis agit, non excluditur ex eo, quòd tempore fidejussionis, aut renuntiationis hypothecæ maritus alia bona habebat, ex quibus indemnis ser- 20
vari poterat, si tempore solutionis illa non habeat, sufficit enim, quòd eo tempore illa non habere, ut læsa enormissimè, dicatur. Afflict. *decis.* 313. *num.* 2. Thesaur. *decis.* 223. *num.* 11, Escob. *d. comput.* 6. *in fin.* ubi hoc ad donantem, & alios, qui ex contractu gratuito se læsos enormissimè dicunt, extendit. Vide Addita ad Gloss. 3. *l.* 58. *tit.* 18. *part.* 3.

His præmissis Nota 1. ex Gloss. 12. *in vers. & adverte circa fin.* beneficio hujus legis posse à con- 21
trahentibus renuntiari, & renuntiationem valere. Adde Salycet. *in quæst.* 7. Castrens. *versic.* 4. *conclus.* Panthal. Crem. *limit.* 5. Cagnol. *num.* 134. & Padil. *in l.* 2. *C. de rescin. vendit.* Bart. *in l. si quis cum aliter, ad finem, & ibi* Jas. *num.* 22. *ff. de verb. oblig.* Ang. *in §. actionum, num.* 17. *instit. de act.* Covar. *lib.* 2. *var. cap.* 4. *num.* 1. *vers. posterior.* Matienz. *in l.* 1. *tit.* 11. *lib.* 5. *recop. gloss.* 8. *n.* 48. ubi alios refert. Cacheran. *decis. Pedem.* 41. *num.* 9. ubi communem dicit, & alios allegat. Gutierr. *de juram. confir.* 1. *p. c.* 26. *n.* 2. *& practic. lib.* 1. *q.* 140. *n.* 1. *& cons.* 22. *num. fin.* Fachin. *controv. lib.* 2. *c.* 20. *vers. sexta, & postrema, & vers. Porro*, ubi sex argumentis contrariæ respondit. Carroc. *locati, & conduct.* 1. *p. de rescind. locat. n.* 41. ubi communem dicit. Cevall. *q.* 511. *n.* 2. *& 3.* Villad. *in l.* 8. *tit.* 4. *lib.* 4. *fori juzgo, n.* 23.

Amplia 1. etsi renuntians tempore renuntiationis justum rei pretium ignoraverit, ut cum Paul. 22
& Crem. tradit Covarr. *in d. c.* 4. *num.* 1. *in fin. & 2.* Gutierr. *in d. cap.* 26. *num.* 2. *in fin.* Matienz. *d. glos.* 8. *num.* 42. Villad. *d. n.* 23. *vers. intellige tamen*, Cui resolutioni non obstat, quod tradit Padill. *in dict. l.* 2. *num.* 42. ubi ex Bart. dicit ignoranti valorem rei hujusmodi renuntiationem non obstare; cui satisfacit Gutierr. *ubi supra*, dicens doctrinam Bart. procedere, quando non est facta expressa renuntiatio *hujus legis*, sed donatio ejus, quod excedit, quo casu sit distinctio scientiæ, vel ignorantiæ, de quo *infra num.*

Amplia 2. ut procedat, etsi renuntiatio remedii *hujus legis*, fiat incontinenti in eodem instrumento. Cov~~arr. dict. lib. 2. variar. cap.~~ 4. *num.* 3. *& 4.* ubi 23
fundamentis contrariæ satisfacit, & in fine dicit, quòd licèt viderit in forensibus controversiis allegare renuntiationem *hujus legis* invalidam esse, eo quòd in eodem instrumento venditionis scripta sit, varieque à judicibus admitti, & refelli; non tamen vidit, cur ea allegatio admittenda non sit. Padill. *dict. l.* 2. *num.* 42. Gutierr. 1. *part. de juram. confir. cap.* 26. *num.* 3. *& pract. lib.* 2. *q.* 140. *num.* 2. ubi contra Matienz. defendit, & pro ea adducit, *l.* 9. *tit.* 1. *supra hac p.* vide Addit. ac Gloss. 7. & eam sequuntur Fachin. *& in dict. cap.* 20. *vers. Porro*, ubi contrariis respondit. Villadieg. *in dict. l.* 8 *n.* 22. *vers. extende.*

Contrariam, quòd hujusmodi renuntiatio fa- 24
cta in eodem instrumento non valeat, tenet

Calcan.

Calcan. *conſ.* 25. *n.* 25. & contra Covarr. eam defendit Matienz. *in l.* 1. *tit.* 11. *lib.* 5. *recopol. gl.* 8. *n.* 43. ubi dicit, quòd eam vidit quotidie in praxi obſervari; nam communiter in inſtrumentis emptionis, & venditionis hæc clauſula apponi ſolet, & nihilominus vidimus remedio *hujus legis* locum eſſe. Unde ad validitatem hujus renuntiationis requiritur, quòd ex intervallo, & in alio inſtrumento fiat. Gomez. 2. *tom. var. cap.* 2. *num.* 26. Cevall. *quæſt.* 511. *n.* 3. aliàs enim parum noſtram legem ſervire inquit ex Burg. quem citat Morl. *in emp. tit. de contrahend. empt. quæſt.* 24. *num.* 8. ubi hanc ſequitur.

In fœminis, ruſticis, & minoribus, qui facillime decipiuntur, aut ſaltem ignorantia, imprudentia, aut animi facilitate labuntur, omnes conveniunt, renuntiationem in eodem inſtrumento factam non valere, ut ex Bald. tradunt Covarr. *n.* 3. Gutier. *in d. c.* 26. *n.* 3. *in fin. & in d. q.* 140. *num.* 3. Et generaliter in omnibus caſibus, & perſonis hanc opinionem contra Covarr. juri magis, & æquitati, & humanitati, quæ huic legi cauſam dedit [ut diximus ſupra] conſonam eſſe tenendum eſt, & magis æquitari ad hærere.

25 Amplia 3. valere hujuſmodi renuntiationem, ita ut læſo, qui hodie beneficio renuntiavit, non detur reſtitutio in integrum contra eam, ut tuetur Faber *de error. decad.* 7. *error.* 8. *à n.* 1.

26 Limita 1. ſi renuntiatio non fuiſſet ſpecialis, ſed generalis omnium remediorum, quibus quis poſſet venire adverſus contractum; nam tunc per hujuſmodo renuntiationem remedium *hujus legis* non tollitur. Bald. *num.* 8. *verſ.* 4. Caſtr. *num.* 9. *verſic.* 4. *concluſ.* Panth. de Crem. *num.* 56. Cagnol. *num.* 134. *in l.* 2. Alexand. *conſ.* 42. *num.* 5. *lib.* 1. Pariſ. 20. *num.* 99. *lib.* 1. Jaſ. poſt Bart. *in l. ſi quis cum aliter.* 36. *ff. de verb. obligat. num.* 22. Tiraquell. *in princ. l. ſi unquam, C. de revocand. donat. num.* 127. ubi plures allegat, Covarr. *lib.* 2. *var. cap.* 4. *num.* 1. *in princ.* ubi communem dicit, Gutier. *d. cap.* 26. *num.* 1. Cevall. *q.* 511. *n.* 1. Matienz. *d. gl.* 8. *n.* 8. ubi multos refert. Fachin. *d. cap.* 20. *verſ. ſexta, & poſtea,* ubi fundamenta tradit. Villadieg. *dict. n.* 22. Morla *d. q.* 24. *num.* 6. Molin. *de ritu nupt. lib.* 3. *q.* 96. *n.* 35. Bertaz. *clauſ.* 40. *gl.* 6. *n.* 6. Marta *de clauſ. clauſ.* 126. *num.* 23. ubi hæc ſublimitat in ſciente rei valorem. ex Alex. *num.* 7. & Crem. *ubi ſupra*; ſed verius eſt etiam in ſciente prædictam clauſulam nihil operari ex his, quæ diximus in Addit. Gloſ. 4. *limit.* 5. niſi concurrant ea, de quibus ibi.

27 De viribus, & effectu hujus clauſulæ renuntiationis generalis omnium legum, & jurium auxilio vide Tiraq. *in l. ſi unquam, C. de revocand. donat. in præfat. n.* 121. ubi plures cumulat. Roland. *conſ.* 13. *lib.* 1. *à num.* 6. ubi 14. caſus refert, in quibus hæc clauſula operatur. Martan. *clauſul.* 126. alios adducentem. Bertaz. *clauſ.* 40. *gloſſ.* 6. *per tot.* Amendol. *ad Franc. deciſ.* 81. *à num.* 7. ubi plures refert, Carroc. *in tract. de excuſ. bonor.* 2. *part. q.* 17. *à num.* 2. *uſque ad fin.*

Ex quibus breviter nota, quòd hæc clauſula operatur 1. ut omnibus exceptionibus in favorem renuntiantis renuntiatum cenſeatur. Alex. *conſ.* 44. *num.* 13. *lib.* 1. *&* 11. *num.* 14. *verſ. pondero, lib.* 2. Roman. *conſ.* 151. *num.* 2. *verſ.* 1. Aretin. *conſ.* 104. *num.* 9. Marſil. *in rubr. de fidejuſſ. num.* 25. Marta, *num.* 1. Bertazol. *num.* 4. *ubi ſupra,* vide Addit. ad Gloſ. 5. *l.* 70. *tit.* 18. *part.* 3. & ad Gloſſ. 2. *d.* 3. *tit.* 13. *infr. hac part.* ubi an comprehendatur beneficium, *l. de his, ff. de tranſact. & Sen. Velleja.* & an beneficio ne quis ultra quàm facere poſſit conveniatur renuntiatum videatur, vide Addit. ad Gloſſ. *l. tit.* 12. *infr.* An operetur, ut conductor, & emphyteuta propter ſterilitatem, vel ſimilem caſum remiſſionem mercedis petere non poſſint, vide Addita ad Gloſ. *l.* 22. *tit.* 8. *infra.* Et an videatur renuntiatum beneficio inventarii, vide Gloſ. 6. *l.* 7. *tit.* 6. *p.* 6. Roland. *n.* 11. Marta. *n.* 7. Carroc. *n.* 32. De beneficio ordinis, & beneficio diſcuſſionis, & cedendarum, vide Addit. ad *d. l.* 3. relatos DD. & Add. ad Gloſſ. 5. in quibus locis de beneficiis, & exceptionibus quæ cenſentur renuntiata, late agitur.

Tacita etiam renuntiatio hujus legis valet, ut 28
ſi ſciens ſe læſum fuiſſe, vel pendente judicio ſuper læſione virtute inſtrumenti venditionis pretium rei vendiræ ab emptore petat. Perez. *in leg.* 1. *tit.* 7. *lib.* 5. *ordinament. colum.* 8. *verſic. queri etiam poteſt,* ubi tenet, quod ſi de ſcientia læſionis non conſtaret, per exactionem pretii non excluderetur, aut ſi cum proteſtatione ad pretium ageret.

Si vero hujus legis ſpecialis renuntiatio jura- 29
mento confirmata ſit, à fortiori valebit, Gloſ. *in l.* 2. *Cod. de reſcind. vendit.* quam ſequitur Bart. *n.* 9. Alberi. *num.* 12. Fulgoſ. *num.* 10. Crem. *num.* 175. Pinel. 3. *p. cap.* 1. *num.* 1. Padill. *num.* 32. qui adducit Gloſ. *in cap. cum cauſa,* & ibi DD. *de empt.* Bart. *in l. ſi quis cum aliter,* 32. *ff. de verb. oblig.* & *ibi,* Jaſ. *num.* 22. Covarr. *in cap. quamvis pactum, de pact. in* 6. 3. *p. §.* 4. *num.* 5. *& lib.* 1. *var. c.* 4. *n.* 1. Gomez. 2. *tom. var. c.* 2. *n.* 25. *in princ.* Molin. *de Hiſpan. primog. lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 18. Gutier. *de juram. confir.* 1. *p. cap.* 26. *n.* 4. Caſtill. *quotid. lib.* 3. *c.* 2. *n.* 35. ubi plures allegat, Carroc. *locati, & conduct.* 1. *p. rubr. de ſimul. locat. cap. de reſcind. locat. num.* 20. Matienz. *in l.* 1. *tit.* 11. *lib.* 5. *recop. gloſ.* 8. *num.* 4. *§.* 1. ubi alios refert, & nos alios *infra.*

Amplia, etſi hujus legis beneficio non renuntiet; nam ſi major juravit non venire contra contractum, vel ſtare contractui, prætextu hujus beneficii contractum impugnare non poterit, quia huic legi, & ſimilibus videtur renuntiaſſe, ex Gloſſ. 11. *hic,* Adde Gloſſ. Bart. *n.* 9. Bald. *n.* 12. Alberic. *num.* 9. Angel. Salyc. 10. Paul. *n.* 10. Cagnol. *q.* 8. *num.* 91. Cremen. *à n.* 175. & Padill. *num.* 32. *in d. l.* 2. Imol. *in cap. cum cauſa, num.* 24. & *ibi* Burg. *n.* 36. *de empt.* Alex. *conſ.* 133. *lib.* 5. *&* 125. *num.* 9. *lib.* 1. Curt. Sen. 65. *ad finem,* Covar. *in cap. quamvis pactum,* 3. *p. §.* 4. *n.* 4. Gomez. 2. *tom. var. cap.* 2. *n.* 25. Mench. *de ſucceſſ. creat. §.* 18. *n.* 126. ubi etiam dicit communem. Roland. *conſ.* 13. *n.* 36. *lib.* 1. ubi rationem reddit. Gabr. *lib.* 3. *comm. concl.* 1. *de empt. n.* 68. ubi de communi teſtatur. Cacheran. *deciſ.* 41. *n.* 8. plures allegat. Gutier. *de jure confir.* 2. *p. c.* 26. *num.* 5. communem dicit. Matienz. *d. gloſſ.* 8. *n.* 45. Cenall. *comm. q.* 171. *in princ.* Carroc. *d. n.* 20. Seraph. *de privileg. jur. privileg.* 90. *n.* 4. Benedend. *ibi in addit. ad privil.* 31. *à num.* 11. ubi alios refert Fachin. *lib.* 2. *c.* 17. *in princ.* ubi fundamenta refert, Et ſic eſt tenendum, licet non deſint, qui contrariam ſequuntur, quos referunt. Gabr. & Matienz. *ubi ſup.* Pinel. *in d. l.* 2. 3. *p. c.* 1. *n.* 1. *&* 2. niſi renuntiatio facta ſit per verba univerſalia *nullo modo,* & hujus opinionis fundamenta, vide in Cacher. *n.* 5. *&* 6. Fachin. *ubi ſupr.*

Limita 1. ſi juramentum ex certa ſcientia non 30
eſſet interpoſitum, & jurans non eſſet certioratus de hujus legis beneficio Bertrand. *conſil.* 137. *col.* 2. *vol.* 1. Rmin. 167. *num.* 24. *volum.* 1. Socin. Jun. 50. *col.* 2. *vol.* 2. Cravetta 188. *col.* 1. Gabr. *d. concluſ.* 1.

num. 68. & faciunt multa, quæ cumulat Seraphin. *d. privil.* 90. *à n.* 5. ibi Benechend. *n.*14. ubi dicit, quòd ad hoc, ut juramentum obliget, debet esse ex certa scientia, & plures laudat, licet contrarium velit Pinell. *in d. cap.* 1. *n.*1. & satis in praxi servari dicit Carroc. *ubi sup. n.* 21.

31 Limita 2. si juramentum dolo, vel metu fuit extortum, *cap. quamvis pactum, de pact. in* 6. *authent. sacramenta puberum, C. si adverſ. vend.* & ibi Covar. & Gutier. ultra antiquiores. Pinell. *in d. cap.* 1. *n.* 6. Molin. *de ritu nupt. lit.* 3. *c.* 98. *à n.* 7. vide Addit. ad Glos. 1. *in princ.* & ad Glos. 1. *leg. ſeq.*

32 Limita 3. si venditor læsus non agat ad rescissionem contractus, sed tantum simpliciter ad supplementum pretii, ex Glos. *hic.* Adde Alberic. & Angel. *in dict. l.* 2. Felin. *in cap. inter cætera, col. fin. de reſcript.* ubi dicit mente tenendum. Aretin. *in §.* 1. *num.* 22. *juſtit. de hæred. inſtit.* Jas. *in l. ubi pactum, num.* 3. *Cod. de tranſact.* Burg. de Paz, *in cap. cum cauſa, num.* 40. *de empt.* Socin. *in l. is, qui ducenta, §. utrum, n.* 1. *ff. de reb. dub.* Dec. *in d. cap. inter cæteras, num.* 6. & dixit notabilem. Cathelan. Cotta, *in memorabili b. verb. alternativè.* Rota, ut per Cassador. *de empt. deciſ.* 1. Et est ratio, quia principaliter non agit ad rescissionem contractus, nec lædit eum. Perezius *comm. opin. lib.* 1. *cap.* 35. *ampl.* 2. Cæphal. *conſ.* 115. *n.* 8. 9. & 10. *lib.* 1. Garcia. *de expenſ. cap.* 18. *à n.* 29. & 30.

33 Contrariam opinionem, scilicet, quòd nec ad supplementum justi pretii jurans possit agere, tenent Covarr. *in cap. quamvis pactum, C. de pact. in* 6. 3. *p. §.* 4. *num.* 8. Cagnol. *in d. l.* 2. *num.* 95. & *ibi* Pinell. 3. *p. c.* 1. *n.* 5. *verſic. ego autem.* Padill. *n.* 32. *verſ. ſed re vera,* ubi contrariam falsam dicit. Carroc. *d. p.* 1. *cap. de reſcind. locat. n.* 16. ubi adeo fortem esse virtutem juramenti dicit, ut tollat actionem ad justum factum. Cacheran. *deciſ.* 41. *num.* 11. *ubi ſup. verſ. non obſtat,* Matienz. *d. gloſ.* 8. *num.* 46. Gutierr. *de juram. confirm.* 1. *part. cap.* 26. *num.* 6. Fachin. *lib.* 2. *controv. cap.* 17. *verſ.* 3. *ex ſententi.* ubi dicit, contrariam exactè à Covarr. & Pinello impugnatam esse, & hæc est in puncto juris verior; sed contraria juri conformis, & magis æqua, ut constat ex traditis per Garciam *ubi sup.* & quando datur gravissima læsio, eam sequitur Cacheran *n.* 8. *ubi supr.*

34 Limita 4. si læsus ultra dimidiam contractum rescindi, aut pretium suppleri non petat; sed dicat se deceptum fuisse, & ideo juramentum non tenere, vendicetque rem ipsam venditam. Alciat. *in cap. cum contingat, num.* 213. *de jur. jurand.* ubi post Cuman. ait, omnem difficultatem in hac repositam esse circa modum agendi, & hanc doctrinam tradit, & eandem sententiam sequitur Menoch. *conſ.* 512. *num.* 52. *lib.* 5. quos refert, & non improbat Fachin. *d. cap. verſ. quinta eſt opinio,* sed hæc limitatio non est tuta.

35 Limita 5. stante enormissima læsione, de qua diximus *suprà. num.* 6. & 8. nam tunc non obstante juramento læsus ad rescissionem contractus poterit agere, etiamsi expressè ei renuntiaverit, ex Glos. 12. *hic, verſ. & limita, & intellige,* & Gl. *in l. si. tit. fin. par.* 6. vide *ibi* Add. Anchar. *conſ.* 180. *concl. fin.* & 339. *pro majori intelligentia, col. fin.* Butr. *in cap. cum contingat, num.* 3. *de jure juran.* Corn. 11. & 258. Jas. 133. *num.* 8. *vol.* 4. Dec. *in cap. in præſentia. de probat. n.* 36. & *conſ.* 45. *verſ.* 180. & 181. Curt. Jun. 53. *num.* 12. Roland. *conſ.* 59. *num.* 25. *lib.* Gabr. *lib.* 3. *comm. tit. de jure dot. conſ.* 1. *n.* 8. & 11. & *tit. de empt. concl.* 1. *num.* 86. & *lib.* 2. *tit. de arbitr. conl.* 2. *num.* 41. & 44. ubi dicit communem, & de æquitate procedere Afflict. *dec.* 322. *num.* 9. & *deciſ.* 80. *num.* 5. qui moribus receptam esse testatur. Calderi. *conſ.* 8. *duæ puellæ in tit. de jure dot.* Rip. *reſpon.* 4. *ſub tit. de donat.* Socin. *conſ.* 104. *lib.* 4. Socin. Jun. 48. *num.* 24. & 144. *num.* 25. *lib.* 1. Gribal. *commun. opin. verbo læſio.* Laurent. Kerch. *comm. opin. centur.* 3. *concluſ.* 8. & *centur.* 4. *concl.* 8. Burſat. *conſ.* 75. *ſub num.* 5. *lib.* 1. Cagnol. *in l.* 2. *C. de reſcind. vendit. num.* 87. & 88. ubi dicit, ita observari in toto mundo. Grammat. *deciſ.* 76. *num.* 12. Simoncel. *de decretis. lib.* 3. *tit.* 8. *num.* 233. ubi latè. Joannes de Amicis, *conſ.* 33. *n.* 42. Bologn. 44. Parisi. 45. *num.* 52. *lib.* 1. & 75. *col.* 2. *lib.* 4. Joseph. Ludo. *concl.* 73. *ampliat.* 2. ubi dicit communem. Craveta. *conſ.* 188. *num.* 3. Imol. 14. ubi ab ea non esse recedendum in judicando, & consulendo. Guido Pap. *deciſ.* 519. Cacher. *deciſ.* 41. *num.* 8. Carroc. *in tract. locati, & conducti. cap. de reſcind. loca. num.* 35. ubi alios refert. Capran. *in ſuis regul. c.* 87. *à num.* 126. Franch. *deciſ.* 119. *num.* 6. Joseph. Ludov. *deciſ. Peruſ.* 119. *num.* 6. Seraph. *privil.* 83. *num.* 103. & 104. & Benech. *in add. privil.* 61. *à num.* 47. Mancin. *de juram. effectu.* 1. *quæſt.* 11. *n.* 12. Farinac. *in fragmen.* 2. *p. verb. juramentum, n.* 1282. & 1283, & 1284. Giurb. *deciſ.* 103. *num.* 13. ubi plures citat. Covarr. *in c. quamvis pactum de pact. in* 6. 4. *p. §.* 4. *n.* 5. & *lib.* 2. *variar. c.* 4. *num.* 5. ubi in Senatu Granaten. observari testatur. Gomez. 3. *tom. variar. c.* 2. *n.* 20. Pinell. *in d. l.* 2. 3. *par. cap.* 1. *num.* 7. & *ibi* Padilla, *num.* 32. Villalob. *commun. verbo, juramen. num.* 137. Matienz. *in l.* 1. *tit.* 11. *lib.* 5. *recopil. gloſſ.* 8. *n.* 48. ubi plures recenset. Molin. *de Hiſpan. primog. lib.* 2. *c.* 3. *num.* 18. ubi, & æquiorem appellat, & in controversiis observatam vidisse dicit. Cevall. *commun. q.* 115. *num.* 4. ubi de filia renuntiante cum juramento loquitur, & *q.* 171. *num.* 1. Gutierr. *de juramen. confir.* 1. *par. c.* 26. *num.* 8. ubi latissimè comprobat, & *in authen. ſacramenta puberum, n.* 92. Castill. *lib.* 3. *quotid. c.* 2. *n.* 36. 41. & 53. *col. ult.* ubi ex multis, quos refert tradit, quòd non potest dari cautela, ut læsio enormissima excludatur, & *n.* 60. ubi quòd æqualiter procedit in majori, sicut in minori, & hoc procul dubio supponere DD. quia de hac materia loquuntur, & alios allegat Burg. de Paz. *conſ.* 28. *à n.* 11. ubi affirmat secundum hanc sententiam quotidie in Pinciano Senatu judicari, & habere maximam æquitatem.

Sed non solum renuntiationem læsionis enormis 36
valere; sed etiam renuntiationem læsionis enormissimæ validam esse, & ejus prætextu contractum, in quo intervenit, rescindi non posse, tenent Calderin. quem refert Andre. *in addit. ad Specul. in tit. de arbitr. §. fin. verſ. ſi factum ſit compromiſ.* Butrig. *in l. penult. C. de arbitris, & in l. ſi unus, §. illud.* ubi etiam Cune. *ff. de pactis* Hostiens. *in cap. quintavalis. verſ. ſin autem ſpecialiter, & verſ. & hoc ultim. teneas,* Salyc. *in l. ſi ſocietatem, §. arbitrorum, q.* 13. & *in l. cum antea, q.* 7. *C. de arbitr.* Paul. *conſ.* 255. *verſ.* 3. *fuit opin. lib.* 2. Corn. *conſ.* 221. *num.* 9. & 17. Bertran. *conſ.* 5. *num.* 1. & *per tot. lib.* 1. *part.* 1. ubi dicit renuntiationem enormissimæ læsionis validam, & servandam esse, nisi dolus ex proposito probetur. Socin. Sen. *conſ.* 85. *num.* 4. *lib.* 1. ubi dicit communem, Perusin. gener. Bar. *in tractat. de arbitr. lib.* 7. *cap.* 11. *num.* 1. ubi dicit per renuntiationem specificam læsionis enormissimæ, præsumptionem doli excludi, & *quæſt.* 15. *verſ. quid tamen dicemus, ſi in compromiſ.* ubi allegat Angel. & Imol. & dicit, quòd ita tenent DD. antiqui,

si bene inspiciantur. Cæphal. *cons.* 121. *num.* 7. & 8. *lib.* & 402. *num.* 45 *lib.* 3. alios plures refert Gabr. *in tit. de arbitr. conclus.* 3. *num.* 39. Menoch. *cons.* 401. *ex num.* 165. & *n.* 178. 183. & 215. *lib.* 5. & 1111. *num.* 60. *lib.* 12. ubi latè Bargalius, *de dolo, lib.* 2. *c.* 2. *num.* 42. *vers. ex adverso.* Galiani. *cons.* 32. *num.* 32. ubi dicit, quòd si specifice renuntiatum sit enormi, & enormissimæ læsioni cessat rescissio contractus. Bero. *consil.* 49. *num.* 31. *vers. præterea in ultim.* & *cons.* 51. *num.* 16. *lib.* 1. ubi doctè probat, quòd major, qui specialiter renuntiavit enormi, & enormissimæ læsioni cum juramento, etiam petita absolutione, & obtenta, non potest contra eam venire, & 174. *num.* 30. *lib.* 2. ubi dicit hanc esse communem. Tusch. *litt. L. conclus.* 494. *num.* 44. ubi dicit, renuntiantem non debere amplius audiri. Butr. *in c. cum contingat, num.* 13. *vers. si concludunt, de jurejurando,* ubi dicit, quòd licet minor, ita jurans, vel renuntians possit petere absolutionem à juramento non obstante renuntiatione, major tamen non potest, quia juramentum excludit omne remedium. Covarr. *in cap. quamvis pactum,* 3. *part.* §. 4. *num.* 3. *vers. contrariam.* Menchac. *de succes. creat.* §. 18. *num.* 122. Grassus, *in* §. *successio. ab intestat. quæst.* 13. *vers. contrariam,* & auctores 13. refert. Gabr. *d. tit. de jure dot. conclus.* 1. *num.* 5. Rolan. *cons.* 8. *num.* 39. *lib.* 1. & 59. *num.* 18. *lib.* 1. ubi alios allegat. Menoch. *cons.* 335. *in fine, lib.* 4. Paz. 3. *num.* 20. ubi alios adducit Castil. *quotid. controver. lib.* 3. *cap.* 2.

37 Et hæc maximè procedunt, quando specialiter quis promisit non venire adversus contractum etiam enormissimæ læsionis, vel alia quavis causa, ex Gomez. 2. *tom. variar. c.* 14 *num.* 20. *prope finem, vers.* 3. *infero.*

38 Et confirmatur, quia juramenta, quæ sine interitu salutis æternæ servari possunt, omnino servanda sunt, *cap. cum contingat, cap. debitores, de jurejurando.*

39 Et quia donatio pura, & simplex prætextu læsionis enormissimæ non potest rescindi, ut diximus in additione Glos. 4. *supr. hac l.* & qui specificè læsionem enormissimam renuntiat, satis animum donandi declarat, & verisimilis voluntas donandi ad excludendam enormem læsionem sufficit, ut tradunt Surd. *cons.* 566. *n.* 3. Corn. *de absol. juram.* 3. *p. c.* 8. *n.* 27. faciunt etiam quæ tradit Fachin. *contro. lib.* 8. *c.* 69. *in princ.*

40 Nec huic resolutioni obstat, quòd hujusmodi renuntiationes de stylo Notariorum potius, quàm ex contrahentium consensu adscribuntur, ex Bart. *in l.* 1. *quæst.* 7. *ff. de jure codicill.* Molin. *de Hispan. primog. lib.* 4. *c.* 2. *num.* 43. & aliis quos adduximus *in addit. glos.* 8. *l.* 32. *supr.* quia, ut inquit Covarr. *lib.* 2. *var. c.* 4. *num.* 4. *vers.* 5. præsumi non debent adducta à Tabellionibus contractui, nisi ex contrahentium consensu expresso, vel tacito, vel ex eo, quòd, cum hæc sint consuetæ adscribi his conventionibus, ad eorum majorem vim ipse Notarius rogatus censetur: nam Notarius semper censetur rogatus apponere, & inserere clausulas solitas apponi in instrumentis, ex Bald. *in l. ult. C. de fide juss.* Alexand. *in l. si finita, in princ. num.* 2. *ff. de damno infecto.* Menoch. *cons.* 37. *n.* 70. & *à num.* 104. & 130. qui est videndus. Molina, *n.* 15. *ubi suprà.* Gutierr. *in authent. sacramenta puberum, n.* 102. *C. si adverf. vend.* & hoc maximè procedere dicunt, quando Notarius in præsentia partium recitat scripturam.

41 Quando de stylo hujusmodi clausulæ appositæ censeantur? Vide Gutier. *ubi supr.* & Carroc. *decis.* 22. ubi tradit modos cognoscendi, si clausula est posita de consensu partium, vel ex capite Notariorum, & addita *ad Glos. 8. l.* 32. *supr.* & *alibi.*

Nec etiam obstat, quòd dolo futuro cum juramento specificè renuntiare non potest, ut diximus *in Glos. l.* 29. & 30. *tit.* 11. *infra hac part.* quia hic huic dolo non renuntiatur, quæ læsio non est de futuro, sed de præsenti, vide *ibi.* Has opiniones contrarias ad concordiam reducit Gabr. *lib.* 4. *com. opinio. tit. de arbitris, conclus.* 3. *num.* 50. & 51. dicens opinionem, quæ habet, quòd renuntiatio læsionis enormissimæ juramento confirmata valeat; procedere, quando sumus certi, dolum ex proposito non interviesse, ita quòd non sit locus præsumptioni. Et contrariam, quæ habet, quod juramento talis renuntiatio non confirmatur, quando non est certitudo, quòd dolus intervenerit. 42 1

Sed in judicando, & consulendo opinio eorum, qui docent læsionis enormissimæ renuntiationem etiam juramento confirmatam non valere, ut verior, & æquior semper est tenenda, quia est magis recepta, & doli exclusiva, qui re ipsa ex illa † arguitur, ut testatur Farinac. *in fragm. verbo, juramentum, num.* 1284. & in specie nostræ legis Cassador. *verbo, venditio jurata,* ubi in judicando, & consulendo tenendam esse dicit, & Cæphal. *cons.* 34. *num.* 26. & 142. *num.* 32. *lib.* 1. Castil. *dict. lib.* 3. *c.* 2. *num.* 16. ubi de *cap. quamvis pactum, & num.* 31. ubi de *authent. sacramenta puberum agit,* & contractus ex enormissima læsione rescindi posse in specie dictorum jurium docet. 43 44

Amplia 1. etsi huic læsioni enormissimæ esset specificè, & in ampliissima forma juramento renuntiatum: nam non obstante hujusmodi renuntiatione poterit renuntians contractum impugnare. Abb. *in c. cum contingat, de jurejurand. num.* 23. Aymon. *cons.* 142. *num.* 23. Nevizan. 22. *per tot.* Ruin. 105. *num.* 20. *lib.* 1. Covarr. *lib.* 1. *variar. c.* 4. *num.* 5. Cagnol. *in l.* 2. *C. de rescind. vend. num.* 98. & *ibi* Padil. *num.* 43. Rota apud Cassador. *decis.* 1. *de empt.* Gramm. *decis.* 66. *num.* 48. & 49. Molin. *de Hispan. primogen. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 19. ubi dicit in hoc casu excludi læsionem ultra dimidiam, non vero enormissimam, & multum excessivam. Gutierr. *in dict. authent. num.* 98. ubi contra Gomez. hanc tuetur. 45

Amplia 2. etsi hæc renuntiatio geminata fuerit, atque ex intervallo processerit, ut multis comprobat Castrens. *consil.* 305. *lib.* 2. Corn. 40. *lib.* 3. Boër. *decis.* 35. *num.* 5. Pinel. *in d. l.* 2. 3. *part. cap.* 1. *num.* 20. & 36. Hujus doctrinæ ratio est, quia læsio re ipsa contingens dolo ex proposito æquiparatur, *l. si superstiti, Cod. de dolo, l. si quis cum aliter,* 36. *ff. de verb. obligat. l. omnes,* §. *Lucius, ff. quæ in fraud. credito.* Menoch. *lib.* 5. *præsumpt.* 53. *num.* 69. Mascard. *conclus.* 531. *num.* 27. & 28. Valasc. *cons.* 130. *num.* 22. & *de parti. l.* 39. *num.* 51. Joseph. Ludov. *decis. Perus.* 18. *num.* 55. 56. 63. & 70. ubi ex aliis, quos refert observat, dolum in enormissima læsione non solum re ipsa, sed ex proposito præsumi, & eum appellavit dolum ex proposito. Menoc. *cons.* 412. *num.* 22. *lib.* 5. Cæphal. *cons.* 42. *num.* 28. Alciat. *de præsumpt. reg.* 1. *præsumpt.* 42. & tam in minoribus, quàm in majoribus dolum resultantem ex enormissima læsione dolo ex proposito æquiparari resolvit. Ant. Eugen. *cons.* 28. *num.* 48. 60. & 76. Sfortia, 37. *num.* 58 *lib.* 1. Honded. 18. *num.* 58. *lib.* 1. Ruger. 16. *ex num.* 55. & *à num.* 112. *lib.* 1. Perez. *in l. si curatorem, verbo læsis,* 46

n. 1. *verſ. quando agitur, & de empt.* c. 30. *à n.* 43. Cancer. 1. *p. var. cap.* 13. *de empt. n.* 11. ubi idem probat, Gail. *lib.* 2. *obſervat.* 147. *num.* 8. ubi alios allegat, Caſtil. *quotid. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 20. 40. *& 53. verſ. ii autem*, ubi plures congerit, Seraphin. *de privileg. juram. privil.* 83. *n.* 97. Farin. *in prax. crim.* 3. *tom. quæſt.* 89. *num.* 140. ubi multos in propoſito recenſet, & *in frag.* 2. *p. verbo, juramentum, n.* 1285. *&* 1286.

47 Dicitur dolus re ipſa, quia poteſt eſſe dolus etiam ex conſilio, ſeu propoſito per machinationem adhibitus, ut *in d. l. ſi quis cum aliter*, de quo vide *gloſſ.* 2. *l. ſeq. num.*

48 Dolum ex enormiſſima læſione præſumptum quoad reſciſſionem contractus dolo ex propoſito æquiparari, omnium communem reſolutionem ſine dubio eſſe, tradit Pariſ. *conſ.* 55, *num.* 19. *lib.* 3. Cæphal. 34. *à num.* 24. *&* 62. *num.* 17. 23. *& ſeq. & conſ.* 142. *n.* 22. *&* 33. *lib.* 1. Cacher. *deciſ.* 41. *n.* 3. Rota *Genuenſ.* 168. *num.* 8. Capic. *deciſ.* 159. *n.* 21. Cravet. *conſ.* 2. *n.* 36. Decian. *tract. crimin. lib.* 1. *c.* 4. *num.* 11. *verſ. quæ deciſio.* Seraph. *d. privileg.* 83. *num.* 99. ubi magis communem dicit, alios allegat, *&* 136. *n.* 18. & vide Addit. *ad gloſſ.* 2. *& 3. legis ſequentis, num.*..... ubi dolum verum, & præſumptum quoad reſciſſionem contractus non differre, & quoad effectus æquiparari comprobabimus. Farin. *verb. juram. n.* 1287.

49 Amplia 5. procedere etiam in læſione enormi, quæ eſt ultra dimidiam, in quo caſu, & contractu, ſeu renuntiatione jurata dolum re ipſa intervenire, docent Cagnol. *in l. ſi quis major, num.* 109. *Cod. de tranſact.* Neviz. *conſ.* 22. *à num.* 18. ubi latiſſimè & hanc eſſe communem dicit Sfort. *de in integr. reſtit.* 1. *p. quæſt.* 15. *art.* 8. *num.* 70. *& conſ.* 37. *num.* 58. *vol.* 1. ubi dicit, quòd ſi in contractu ſaltem enormis læſio adeſt, ibi dolum præſumptum re ipſa adeſſe dicitur, ſicut quando enormiſſima læſio adeſt. Jaſ. *conſ.* 133. *col.* 10. *lib.* 4. Grat. *lib.* 1. *reſpon.* 30. *n.* 9. Dec. *conſ.* 180. *n.* 4. *&* 5. Rip. *reſponſ.* 4. *ſub tit. de donat.* Gabr. *comm. verbo læſio.* Laurent. Rinch. *commun. opin. cent.* 3. *concluſ.* 8. *& cent.* 4. *concluſ.* 5. Engen. 28. *ex num.* 49. *lib.* 1. Gail. *pract. lib.* 2. *obſervat.* 77. *n.* 12. *&* 147. *num.* 8. Pinel. *in d. l.* 2. *Cod. de reſcind. vend.* 3. *p. c.* 1. *num.* 8. Pereir. *in verb. læſio, n.* 1. *verſ. quando igitur.* Idem dicit: *Et verſ. præſumitur*, ubi dicit, quòd præſumitur dolus commiſſus contra minorem ex enormi læſione, ut ſi renuntiavit hæreditatibus, ſibi debitis, & allegat Bart. Jaſ. Feder. Decium, & Roland. Pedrocha, *conſ.* 23. *n.* 3. Hippol. 228. *n.* 36. *&* 50. Fachin. *controver. lib.* 3. *c.* 14. *verſ. cæterum.* Honded. *conſ.* 18. *n.* 18. *lib.* 1. Garc. *de expenſ. & mel. c.* 18. *n.* 20. *verſ. quòd ſi læſio*, ubi nullam eſſe differentiam inter enormiſſimam, & enormem læſionem dicit. Seraphin. *de privileg. juram. privileg.* 83. *n.* 97. *&* 104. ubi eaſdem rationes militare in læſione ultra dimidiam, quæ militant in enormiſſima. Benechen. *in addit. ad id privileg.* 31. *num.* 14. Quia jura nullam aliam læſionem agnoſcunt, quem eam, quæ eſt ultra dimidiam. Cancer. 1. *part. variar. c.* 53. *de empt. & vend. n.* 11. Caſtill. *quotid. controver. lib.* 3. *cap.* 2. *n.* 24. *cum ſeq. & in n.* 58. *&* 63. dicit, quod ſibi admodum placet opinio eorum, qui impugnant differentiam inter enormem, & enormiſſimam læſionem. Molin. *de ritu nupt. lib.* 3. *c.* 136. *num.* 13. Com. *de abſol. juram.* 4. *p. caſ.* 8. *n.* 8. ubi dicit, quòd ſolet appellari læſio enormiſſima.

50 Quod dolus re ipſa non dicatur eſſe in læſione enormi, quæ eſt ultra dimidiam, ex Abb. Jaſ. Socin. ſequitur Maſcard. *concluſ.* 532. *num.* 28. Scacc. *de commerc. §.* 1. *q.* 7. *p.* 2. *ampl.* 10. *n.* 14.

Et pro ea faciunt ſequentia, *l. dolus, C. de reſcind.* 51
vend. ubi idem Imperatores, qui hoc beneficium læſis conceſſerunt, ſtatuerunt, quòd dolus emptoris qualitate facti, non quantitate pretii, æſtimetur. 2. Facit, quando quis, quod ſimpliciter eſt permiſſum, facit, dolus non præſumitur. *l. dolum, C. de dolo, & ibi Gloſſ. fin.* ſed contrahentibus naturaliter licet ſe circumvenire, ut diximus *in additio. Gloſſ.* 7. *ſupr.* ergo ex læſione re ipſa dolus non debet præſumi, ut conſiderat Corneus, *conſ.* 17. *vol.* ubi dicit, quòd, quando eſt læſio in dimidia, vel etiam ultra dimidiam in aliquo minimo, veluti in uno obolo non præſumitur dolus, ex quo de jure civili deceptio in dimidia licita reputatur, & dolus non præſumitur in re minima, *l. ſi oleum, cum ſeq. ff. de dolo.* Seraphin. *d. privileg.* 83. *num.* 96. *col.* 3. *verſ.* 2. *tamen.* Parlad. *lib.* 1. *rer. quotid. c.* 3. *§.* 5. *n.* 9. ubi nec culpam lædendi imputari poſſe dicit: 3. Facit, ſi dolus re ipſa ineſſet in contractu, in quo intervenit læſio ultra dimidiam juſti pretii, ex hoc capite contractus reſcindi poſſet, ut *in lege ſeq.* dicemus, & remedio hujus legis, nec *l.* 2. opus eſſet, quod de novo per Imperatores introductum diximus, *ſupr. in addit. gloſſ.* 7.

Et faciunt pro comprobatione omnes, qui di- 52
cunt renuntiationem juramento confirmatam validam eſſe, de quo *ſupr. num.*... & ibi relatis. Adde DD. *in cap. cum contingat, & in c. quintavalis, de jurejurand. & in dict. l.* 2. Cacher. *deciſ.* 41. *n.* 8. Menoch. *conſ.* 401. *à num.* 165. *&* 843. *n.* 3. *&* 844. *num.* 39. *&* 40. Fachin. *conſ.* 22. *num.* 6. *lib.* 2. *& cont. lib.* 8. *c.* 69. Covar. *lib.* 2. *var. c.* 4 *ex num.* 1. Mancin. *de juram.* 4. *p. effect.* 1. *quæſt.* 18. *& quæſt.* 13. *n.* 10. 11. *&* 12. Seraphin. *d. privil.* 83. *num.* 111. Corneus, *conſ.* 166. *vol.* 1. quem ſequitur Gabr. *lib.* 3. *commun. tit. de jure dot. concluſ.* 1. *n.* 5. *in fin.* ubi inter renuntiationem læſionis enormis, & enormiſſimæ diſtinguit, & illam valere, iſtam non reſolvit, alii, quos refert Caſtill. *lib.* 3. *quotidian. c.* 2. *num.* 22. *&* 57.

Et in hac quæſtione de enormis læſionis renun- 53
tiatione, Caſtil. *ubi ſuprà, num.* 6. *in verſic. cæterum*, & quando valida ſit renuntiatio juramento confirmata, vel non, & in ea dolum re ipſa ineſſe præſumatur, diſcreti, bonique Judicis arbitrio committendum eſſe dicit. Unde colliges, quòd nulla certa doctrina traditur, nec in dubio, quod *ſuprà* propoſuimus de læſione enormi. Et augetur difficultas *ex l. ſi ſuperſtiti, & gloſ. verb. immodice, C. de dolo*, ubi dolus præſumi dicitur, ſi læſio ultra duos aureos fuerit, qui poſſunt eſſe multo minus dimidia in venditione magnæ rei, & ex *l. ſi oleum, in fin. cum ſeq. ff. de dolo.* Et quia aliquando læſio in ſexta parte enormis appellatur, & aliquando enormiſſima, ut diximus *ſup. num.* & in ea dolus ineſſe dicitur, quia DD. indiſtinctè in læſione enormiſſima dolum ineſſe dicunt.

Sed in hac controverſia pro vera ejus reſolu- 54
tione recurrendum eſſe exiſtimo ad diſtinctionem, quam aſſignavimus *ſuprà, n.* 12. inter contractus correſpectivos, & gratuitos; & opinionem eorum qui negant, in læſione enormi dolum re ipſa non ineſſe, & renuntiationem valere maximè juramento confirmatam, procedere, quando ſumus in contractibus correſpectivis, ut in emptione, & venditione, permutatione, locatione, & eis ſimilibus, in quibus etiamſi contrahentes parum ultra dimidiam ſe decipiant, dolus re ipſa non ineſt ex

ratio

rationibus, & fundamentis traditis *suprà, à num...* nisi ultra læsionem aliæ interveniant circumstantiæ, & præsumptiones, de quibus in addit. ad Gl. 2. *l. seq.* & tunc simul cum læsione enormi minores sufficient, & eo casu, non ex eo quòd dolus re ipsa inest in contractu, dolosus judicatur, sed quia ex consilio, seu proposito per manchinationem fuit adhibitus, ut tenent relati, *in num.* 35.

55 Si vero læsio ultra dimidiam multum excessiva in his contractibus fuerit, læsio enormissima est, de qua *suprà*, & procedunt, quæ diximus *suprà, num...* & in contractibus gestis cum minore sine solemnitatibus à jure requisitis etiam dolus præsumitur, etsi læsio tantum enormis sit, ut in casu *authent. sacramenta puberum, Cod. si adversus vendit.* de quo vide *infrà, num....* & *in gloss. sequentibus.*

56 Opinionem vero eorum, qui in enormi læsione re ipsa, sicut in enormissima, dolum inesse tenent, procedere in contractibus gratuitis, ut sunt donatio, renuntiatio gratuita alicujus hæreditatis, vel juris, pactum de non petendo, & aliæ similes conventiones gratuitæ; in his enim si læsio enormis interveniat habito respectu ad ea quæ diximus *suprà*, dolum inesse, sicut in læsione enormissima dicendum est, hujusmodi renuntiationes, etiam si juramento fuerint confirmatæ, possunt rescindi, etsi à majoribus factæ sint, de quibus in hac quæstione egimus: nam de minoribus *infrà* agemus, & in his etiam contractibus, & conventionibus gratuitis procedunt ea quæ diximus *suprà, num...* quòd læsio enormis judicatur, etsi ultra dimidiam non sit, & quòd Judex arbitrabitur, si læsi est enormis, & in ea dolus re ipsa interveniat. Et comprobatur ex eisdem juribus ex quibus DD. deducunt in læsione enormi dolum re ipsa inesse, quæ in contractibus gratuitis, & non correspectivis loquuntur, *l. si superstiti, C. & dolo*, de liberatione patri data per filiam agit. Et *l. si quis eum alter, 36. ff. de verb. obligat.* quando quis sine causa promittit totam rem, vel pro parte, quam minus justo pretio vendiderat, ut notat Gloss. *ibi, verbo, dolum.* Et *l. omnes. §. Lucius Titius, ff. de his, quæ in fraud. credit.* de correspectivis contractibus non agit, alia vide *infrà* pro exacta declaratione.

57 Licet etiam ex communi, & concordi omnium sententia renuntiatio beneficii hujus legis juramento confirmata valeat, & juramentum prædictum beneficium tollat, contrarium in praxi solet servari habita juramenti absolutione, ut testantur Caballin. *milleloquio*, 790. Gom. de Leon. *decis.* 23. *num.* 3. & *decis.* 96. *in decis. diversi.* maxime in minore, inter quem & majorem Gloss. *in §. item sacramenta, in constitut. Federici, tit. de pace tuenda in usibus feudo.* constituit differentiam. Tepat. *variar. tit.* 403. *cap.* 8. *in fin.* vide *infrà, num...* sed prædicti DD. confusè loquuntur, atque ita pro vera conclusione tenent resolutionem à nobis traditam, & majores enormiter læsos in contractibus correspectivis adversus læsionem non audiri, etsi renuntiatio sit facta non existente juramento, ut latè diximus, *in num.* 21.

58 Nota 2. ex text. & Gloss. 12. *bic*, minorem juramento simpliciter promittentem non venire contra contractum, & venditionem à se gestam servare, si læsum ultra dimidiam fuisse reperiatur, non obstante juramento ex beneficio hujus legis venditionem, seu contractum impugnare, & ejus rescissionem petere posse, quia hujusmodi juramentum repræsentat illum de minore majorem, & validat contractum aliàs invalidum ratione defectus minoris ætatis; sed tamen beneficio hujus legis, nec aliis sibi competentibus non videri renuntiasse, nisi specialem eorum renuntiationem faciat. Adde Gloss. 8. *l. 6. tit.* 11. *p.* 6. Gloss. magna *in vers. secus dico, in l. 2. Cod. de rescind. vend.* & *ibi* Bart. *num.* 10. Alberic. *num.* 9. Cyn. *quæst.* 9. Salyc. *n.* 22. Paul. *num.* 15. Fulgos. *num.* 6. Panthal. de Crem. *num.* 177. & Cagnol. *num.* 103. Gloss. & *ibi* DD. *in cap. cum causa, de empt.* Paul. *in authent. sacram. puberum, num.* 10. *Cod. si adversus vend.* & *ibi* Jacob. *num.* 43. & Jas. *num.* 55. Covarr. *in cap. quamvis pactum, de pact. in 6. part. §. 4. num.* 6. ubi communem dicit plures referens, & hanc legem insignem appellat ad decisionem hujus dubii. Pinel. *in d. l.* 2. 3. *part. c.* 1. *num.* 9. ubi plures referendo testatur communem esse. Padil. *ibi, n.* 33.

Et idem asserit Gomez. 1. *tom. var. c.* 2. *num.* 25. & 59
c. 14. *num.* 29. Corn. *de absolut. cas.* 8. *lib.* 4. *à num.* 17. Molina, *de Hispan. primogen. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 21. Dec. Cravet. Alexan. Salyc. Corn. Socin. Curt. Jun. Rub. & Rip. quos refert, & sequitur Pereir. *in l. si curatorem habens, verb. læsis, num.* 1. *vers. minor autem contractum juratum.* Gabr. *lib.* 3. *comm. tit. de empt. concluss.* 1. *num.* 85. & *tit. de jure dotium, concluss.* 1. *num.* 8. & *seq.* Menoch. *cons.* 39. & 40. & *cons.* 84. *num.* 46. *lib.* 1. Anton Eugen. 28. *à num.* 55. Honded. 18. *num.* 9. 57. & 59. *lib.* 1. & *cons.* 42. *num.* 18. ubi hanc veriorem, & magis communem appellat; & plures refert Cæphal. 34. & 141. Borrell. *in summ. decis. t. de juram. in gener. tom.* 1. *num.* 95. concessit, & *in num.* 96. quòd si adest enormis læsio, tunc non obstante contractus confirmatione jurata posse agi comprobat Carroc. *locati, & cond. rub. de simula. locatio. c. de rescind. locat. num.* 26. multos allegat Matienz. *in l.* 1. *tit.* 11. *lib.* 5. *recopil. gloss.* 8. *num.* 50. ubi plures adducit. Gutierr. *in authent. sacramenta puberum, num.* 86. & 89. ubi plures cumulat, & communem dicit, & *de juram. confir.* 1. *p. cap.* 26. *num.* 8. Seraphin. *de privil. juram. privil.* 83. *num.* 2. & 49. *vers. ex his omnibus, & n.* 85. ubi constituit, quòd minor simpliciter jurans confirmando contractum præter defectum ætatis non supplet alios defectus. Benechend. *ibi, n.* 1. Ceval. *quæst.* 171. *num.* 4. *vers. conclusio tamen.* Castil. *quotid. lib.* 3. *c.* 2. *num.* 3. & 34. ubi plures refert. Cassanat. *cons.* 7. *num.* 26. Molin. *de ritu nuptia. lib.* 3. *quæst.* 97. *num.* 2. *cum* 4. *sequen.* & hæc est æquior. Simonc. *de creditis, lib.* 3. *tit.* 8. *inspect.* 18. *num.* 215. ubi respondet fundamentis contrariæ. Farinac. *in fragm.* 2. *part. verbet juramentum, num.* 1292. ubi plures tradit.

Minor enim jurans contractum à se gestum te- 60
netur æquè ut major ad ejus observantiam, & de minore major efficitur; sed aliis beneficiis non privatur, ut ultra citatos docent Alexand. *cons.* 27. *col.* 2. *lib.* 1. Natta 631. *num.* 8. *lib.* 3. Joseph. Ludov. *decis. Perus.* 54. *num.* 31. *limit.* 1. Hering. *de fide jussо, c.* 10. *num.* 97. Decian. 341. *num.* 14. & 349. *num.* 6. Parif. 33. *à num.* 24. & 89. *num.* 67. & 96. *num.* 55. & 118. *num.* 20. *lib.* 1. & 12. *num.* 64. & 16. *n.* 145. *lib.* 2. Roland. 59. *num.* 22. *lib.* 1. ubi dicit communem, Tiraquel. *in leg. connub. gloss.* 5. *num.* 148. & *in l. si unquam, in præfat. num.* 130. *Cod. de revoc. donat.* Capella Tholos. *decis.* 45. & *decis.* 49. Auphred. *in add. ad eam, decis.* 37. Cavalcan. *decis.* 30. *num.* 11. *part.* 1. Grivel. *decis. Dolanen.* 14. *à num.* 25. Surd. *cons.* 559. *num.* 4. Mauri, *de restit. in integr. cap.* 112. & *cap.* 310. Pereir. *in l. si curatorem, verbo, minoribus, num.* 2. Menoch. *de succes. creat. §.* 28. *num.* 60.

Gail.

Gail. *lib. 2. observat. 4. n. 4.* Franch. *de fidejussor. cap. 2. num. 39.* Everar. *in locis legalibus in loco à vi, energia seu efficacia juramenti, n. 2.*

Intellige, quòd repræsentatur minor per juramentum major, quoad effectum juris, quia verè non efficitur major, nam juramentum non potest facere, ut, quod non est, fiat, *l. cum qui, §. si jura-vero, ff. de jurejurand.* Seraphin. *d. privileg. 83. n. 34.* ubi alios refert, & infert, quòd in tali minore repræsentato non habet locum pœna, *l. si quis major, C. de transact.* Nec ex hoc, quòd efficiatur major, efficitur prudentior, aut sagacior, ut ex Bald. & Ruin. Marsil. *sing. 450.* Hering. *num. 98. ubi supra,* Surd. *consil. 216. num. 20.*

61 Et in hoc casu minor jurans beneficio restitutionis in integrum, quod ei competit, privatur, etsi de eo certioratus non sit: vide addit ad Gloss. *6. vers. an autem exigatur, num. 80. in l. 6. tit. 19. p. 6.* Pinel. *in l. 2. Cod. de rescind. vend. 3. p. cap. 1. n. 10.* Gabr. *lib. 2. comm. tit. de jurejurand. conclus. 3.* ubi multos refert; Gutier. *in repetit. authent. sacramenta puberum, ex num. 113.* Ceval. *q. 171. n. 5. & 6. & q. 723.* Menes. *ind. l. 2.* & hanc, ut veriorem sequitur Matienz. *d. gloss. 8. n. 52.* ubi utriusque opinionis auctores refert, & contrariam sibi placere, inquit: Sed ab hac opinione non esse recedendum, ut diximus *in d. addit. glos. 6.* & testatur Ceval. *in fi. d. q. 725.* & *suprà* citati, Simoncel. *d. inspect. 18. ampliat. 18. n. 159.* Benech. *ad Seraphin. d. privil. 83. n. 3. & 4.* Castillo, *quotid. lib. 3. cap. 2. n. 8. 9. 10. & 11.* ubi fundamenta refert, & veriorem esse concludit, & apud nos approbatam esse *ind. l. 6. tit. 19. p. 6. & in l. 16. tit. 11. part. 3.* quæ eludi ullo pacto non possunt. Tide *ibi* Add.

62 Amplia 1. hujusmodi juramentum non validare contractum minoris alio respectu, quàm minoris ætatis nullum, veluti si non fuerunt adhibitæ solemnitates à jure communi, vel municipali requisitæ. Gloss. *in vers. sacramenta, in l. 3. Cod. si minor se major. dixerit,* quam ibi sequitur Cyn. *in ult. oppos.* & Paul. *& in cons. 53. vers. si quis fortè, vol. 2.* Marsil. *sing. 299.* Socin. *cons. 61. n. 5. & 66. vol. 1.* Curt. Jun. *cons. 188. & seq.* Roland. *7. n. 34. & seq. lib. 3. & 60. n. 76. lib. 4.* Gramm. *decis. 11.* vide quæ pro ea tradunt Pereir. *in repet. l. si curatorem, in defin. super verb. minoribus, à n. 3.*

63 Ex quibus sequitur, quòd minor curatorem habens ex juramento non obligatur, si contractum sine ejus auctoritate factum juramento confirmet. Salycet. *in d. auth. sacramenta puberum, n. 11.* ubi dicit se ita obtinuisse coram magnis peritis. Gloss. *in c. 1. §. item sacramenta puberum, de pace juram. firma in usibus feudor.* Bald. *cons. 101. col. fin. lib. 1.* Alex. *222. n. 2. lib. 2.* Cur. Jun. *53. col. 2.* Simonc. *de decret. in contract. minor. interpon. lib. 3. tit. 8. in. spect. 18. n. 218.* Grivel. *decis. Dolan. 14. à n. 36.* & ita Senatum judicasse ait, *n. 39.* assignat rationem. Borrel. *in sum. decis. tom. 1. tit. 60. de juram. in genere, n. 15. & 16.*

64 Contrariam, quòd contractus à minore gestus, etsi alio respectu, quam minoris ætatis, nullus sit, juramento ab eo præstito confirmetur, & quòd virtute juramenti observandus sit, etsi ob solemnitatis defectum aliàs invalidus esset, tenent Gregor. Lopez. *in d. gloss. 8. l. 6. tit. fin. part. 6.* ubi vide Addit. Bart. Bald. Paul. Angel. & alior. *d. l. 3. Cod. si minor. se major. dixerit,* per text. *ibi nullum tibi superesse auxiliuim.* Gabriel. Corn. Ruin. Afflict. *decis. 393. num. 13.* Marc. *decis. 606, nn.* Gratus, & Paris. quos refert Seraphin. *ubi supra.* Benechend. *ibi, n. 4.* Honded. *cons. 42. num. 10. lib. 1.* Farinac. *in prax. lib. 1. tit. 2. quæst. 15. n. 33.* Tellus, *in l. 17. Taur. num. 108.* ubi communem dicit. Gutierr. *in authen. sacramenta puber. à num. 31.* ubi alios citat, & casus tradit, in quibus hæc doctrina procedere potest, & quòd minor ex contractu juramento confirmato obligetur, etsi curatorem habeat, diximus *in dict. gloss. 8. n. 9.* ex sententia Martini communiter approbata, & Jas. *in d. authent. num. 36.* Gloss. & Bald. *in d. cap. 1. §. item sacramenta puberum, quæst. 3.* & *ibi* Alvarot. *col. 4. vers. quæro subsequenter.* Alexand. *in d. l. si curatorem habens, col. fin. & consil. 27. lib. 1.* Cravet. *7. n. 17.* Maur. *de in integr. restit. c. 309.* Anchar. *lib. 1. quæst. famil. q. 50. num. 17.* Simoncel. *d. inspect. 18. num. 137. & 225. vers. 7. casus.* Gomez. *2. tom. var. cap. 14. n. 18. versic. 3. extende,* ubi etsi sit nullus ipso jure. Covar. *in cap. quamvis pactum, de pact. in 6. 2. p. §. 1. n. 7.* Molin. *de Hispan. primog. lib. 3. c. 13. num. 23.* Gutier. *in d. authen. n. 23.* ubi consuetudine approbatam esse dicit, *& à num. 103.* adducit contrariam, & ei respondit Pereir. *ind. verbo, minoribus, num. 2. 3. & 4.* ubi ab hac in judicando, & consulendo nullatenus esse recedendum, dicit Gutier. *ubi suprà, num. 24. cum 6. seq.* ubi latissimè de ea agit. Seraphin. *privileg. 61.* ibi Benechend. *& in addit. ad privil. 129. num. 2.* ubi contractum minoris invalidum juramento firmari, & suppleri omnem solemnitatum defectum, multis comprobat, & latè prosequuntur defectus, quos juramentum supplet: vide Addit. ad d. Gloss. *6. & 9. l. tit. 9.* ubi Portii opinioni satisfecimus.

Limita, quando contractus minoris alio respectu, quàm ætatis contrahentis, & defectus solemnitatis esset nullus, ut quia res erat dotalis, vel ex alia causa prohibita alienari, & tunc juramentum non convalidat contractum. Castrens. *in dict. auth. sacramenta puberum,* & *ibi* Jas. *n. 46.* Corn. *n. 30.* Seraphin. *de privileg. juram. privileg. 83. num. 43. cum 6. seq.* & *ibi* Benechendor. *num. 8.* ea ratione, quia juramentum unum plures defectus supplere non valet, ex Jas. Dec. & Gail. *pract. observ. lib. 2. observat. 42. in fin.* & contrariæ fundamenta refert, *& in vers. DD. pro contraria,* hanc limitationem veram esse dicit, quando minor juravit non contravenire contractui ratione minoris ætatis, vel quando minor solum juravit confirmando contractum: secus vero quando promisit non contravenire ratione minoris ætatis, vel quacumque alia, de quo vide *infrà.* 65

Limita 2. si enormiter sit minor læsus, nam non obstante juramento poterit in integrum restitutionem intentare, obtenta prius absolutione juramenti. Fachin. *controv. lib. 3. cap. 14. per tot.* ex relatis *num....* 66

Nota 3. ex text. & Gloss. 12. *hic,* specialem renuntiationem beneficii hujus legis factam per majorem 14. annorum, & minorem 25. confirmatam valere. Adde Gloss. fin. *in fin. in c. penult. de empt.* Alberic. *in l. 2. Cod. de rescind. vend. n. 9.* & *ibi* Bart. *n. 9.* Salycet. *n. 15.* Paul. *n. 16.* Panthal. de Cremens. *n. 182.* Padil. *n. 34. in fin.* Pinel. *3. part. c. 1. n. 9.* Cacheran. *decis. 41. n. 13.* 67

Et à beneficio hujus legis excluditur, si juramento promittat non venire contra contractum, etsi res plus, vel minus valeat, ex text. & Gloss. *hic,* cui adde *supr. in num. 18.* adductos. Non tamen per hujusmodi renuntiationem à beneficio minoris ætatis excluditur, nec adversus contractum agere, & illum ex capite restitutionis in integrum, 68

integrum, vel ex eo quod sine decreto Judicis, vel auctoritate tutoris, vel curatoris fuit celebratus, illum invalidare prohibetur. Gutierr. *in authent. sacramenta puberum, Cod. si adversus vendit. n.* 91. ubi hanc legem sic intelligendam esse dicit, & faciunt, quæ adduximus, *n.* 63.

69 Amplia 2. minorem hoc beneficio, & minoris ætatis privari, si promisit non venire contra contractum ratione minoris ætatis, vel alia quacunque causa, & ratione, & juramento promissionem confirmavit. Bartol. *in dict. authent. sacramenta puberum, num.* 13. & *ibi* Paul. *num.* 10. & Jas. *num.* 46. Bar. *in dict. l.* 2. *num.* 11. *&* 12. & *ibi* Cagnol. *num.* 110. Pinell. 3. *part. cap.* 1 *num.* 9. Paul. *cons.* 260. *versic. si vero vellet.* Abb. 31. *lib.* 1. Alexand. 42. *lib.* 1. *&* 89. *num.* 2. *&* 127. *num.* 2. *&* 222. *num.* 2. *lib.* 2. *&* 17. *lib.* 3. Decian. 349. *&* *num.* 5. *&* 6. *&* *consil.* 403, *num.* 22. Socin. 48. *in fine, lib.* 4. Curtius Sen. 44. *col.* 8. *&* 66. *col.* 17. Corn. 124. *in princip. vol.* 1. *&* 133. *col. penult. vol.* 3. *&* 136. *num.* 7. *&* 258. *num.* 5. *vol.* 4. Roland. 59. *num.* 22. *lib.* 1. Paris. 96. *lib.* 1. Cravet. 7. *num.* 4. *&* 188. *num.* 3. Simoncel. *in tractat. de decreto in contract. minor. interpo. lib.* 3. *tit.* 8. *inspect.* 18. *num.* 229. *vers.* 8. Covarr. *in cap. quamvis pactum,* 3. *part.* §. 4. *num.* 6. Gomez. 2. *tom. variar. cap.* 14. *de in integr. restit. num.* 20. Gregor. Lopez. *in gloss. l.* 2. *l.* 16. *tit.* 1. *p.* 3. Gutierr. *in d. authent. sacramenta puberum. num.* 32. *&* 88. Pereir. *in l. si curatorem habens, verbo, læsis, num.* 2. Seraphin. *in fin. d. privileg.* 83. ubi dicit, non esse tutum discedere ab hac communi sententia, nisi læsio esset nimis excessiva ultra dimidiam; & *ibi* Benechend. *num.* 34. *&* 35. Surd. *cons.* 283. *à num.* 3.

70 Et sic est tenendum, licet contrariam opinionem, scilicet per generalem promissionem de non veniendo contra contractum ratione minoris ætatis, vel alia quacumque causa, & ratione, à beneficio hujus legis minorem non excludi, sequantur Imol. Corn. quos refert Seraph. *d. privil.* 83. *n.* 97.

71 Ut minor efficaciter obligetur ad observantiam contractus, & juramentum comprehendat omnes defectus solemnitatis, & lælionis, & alios quoscumque, forma obligationis traditur *in l.* 59. *tit.* 18. *part.* 3. & vide ibi Addit. ad Gloss. 8. *dict. l.* 6. *tit.* 19. *part.* 6. ubi ex Gloss. ibi alia cautela traditur.

72 Amplia 3. dictam renuntiationem juratam valere, licet ex intervallo non fuerit apposita, etsi non fuerit juratum sacris scripturis tactis. Vide Addit. ad dict. Gloss. 6. & Gomez. *d. cap.* 14. *num.* 18. Seraphin. *privileg.* 83. *num.* 65. & *ibi* Benechend. *à num.* 12. *&* 24.

73

74 Amplia 4. hæc omnia procedere etiam in impubere minore 14. annorum, qui tamen doli est capax, aut pubertatis proximus, licet sine tutoris auctoritate venditionem fecerit, si juramento confirmaverit. Bartol. *in authent. sacramenta puberum, num.* 9. Salycet. *num.* 8. Paul. *num.* 6. Jason. *num.* 15. Curt. Jun. *num.* 17. *in fin. &* 26. *in fin.* ubi dicit esse durum ab ea in judicando discedere. Afflict. *decis.* 322. *num.* 5. *&* *decis.* 193. Menchac. *de succes. creat. lib.* 3. §. 28. *num.* 60. Farinac. *in prax.* 1. *part. lib.* 1. ubi hanc esse communem Legist. & Canonistar. dicit; & ea in judicando, & consulendo non esse recedendum. Cavalcan. *decis.* 30. *num.* 12. *part.* 1. Roland. *consil.* 90. *lib.* 3. Pereir. *in l. si curatorem, C. de in integr. restit. verbo, minoribus, in definit. num.* 7. Simoncel. *dict. inspect.* 18. *num.* 159. Gutier. *in d. authent. sacramenta puberum, num.* 117. Ceval. *comm. quæst.* 123. *num.* 8. ubi duas contrarias communes adducit, & hanc veriorem, & tutiorem dicit. Seraph. *d. privileg.* 83. *num.* 24. & *ibi* Benech. *num.* 2. *&* *privileg.* 164. *&* 61. & *ibi* Benechend. *num.* 12. qui tenendam dicunt, & alios referunt. Corn. *de absol. juram.* 4. *part. cap.* 7. *per tot.* & hanc sequitur Surd. *cons.* 25. *num.* 22. Contrariam tenet Gloss. *in d. auth. verbo, puberum.* Afflict. *lib.* 4. *feudor. tit. de pact. jur.* §. *item sacramenta, num.* 4. Gomez. 2. *tom. variar. cap.* 14. *num.* 12. Fachin. *lib.* 3. *controv. cap.* 10. *vers. cæterum.* Covar. *in cap.* 4. 2. *p. c.* 5. §. 1. *num.* 4. Gratian. *reg.* 1. *n.* 4. Sanch. *de matrimon. lib.* 6. *disput.* 38. *num.* 16. ubi alios refert, Borrell. 1. *p. tit. de juram. num.* 100. Lara, *de vit. hom. cap.* 20. *n.* 3. Sed primam defendit Greg. Lop. *in gloss.* 5. *d. l.* 9. ubi vide Addit. ubi latè agitur de juramento à minore præstito.

Amplia 1. doctrinam hujus text. & Gloss. sic ampliatam, si læsio ultra dimidiam justi pretii multum excessiva sit: nam tunc non solum minoris renuntiatio juramento confirmata non valet, & ea non obstante contractus impugnari potest, sed etiam ea, quæ per majorem fit, ut diximus *suprà.* Molina, *de Hispan. primogen. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 19. & 20. Castil. *lib.* 3. *quotid. c.* 2. *à num.* 28. *&* 29. ubi plures refert, & latè agit Farinac. *in fragm.* 2. *par. verb. juramentum, n.* 1292. ubi multos refert, quia in hujusmodi renuntiationibus dolus re ipsa inest, quando talis læsio in ea intervenit, & omnia, quæ in majoribus procedere diximus, à fortiori in minoribus locum habent. Molin. *n.* 24. 75

Amplia limitationem etiam in læsione non multum ultra dimidiam, sed quæ aliàs sufficeret ad rescissionem contractus ex beneficio hujus legis, in qua dolum re ipsa inesse diximus. Intellige in contractibus gratuitis, de quibus *suprà, num.* 13, 14. *&* 56. in quibus, si minor læsus reperiatur ultra dimidiam, vel etiam in minori quantitate, arbitrio Judicis dolum inesse dicendum est: nam ex enormi læsione dolus contra minorem commissus præsumitur, ut ex aliis tradit Pereir. 76

Intellige 2. in contractibus correspectivis, quando minor est læsus, & in eis solemnitates à jure requisitæ in alienationibus bonorum immobilium minorum, non interveniunt; de quibus latè in addit. ad Gloss. *l.* 4. *suprà hoc tit.* nam tunc cum eo contrahens censetur esse in dolo, quia contrahens sine solemnitatibus à jure requisitis in dolo, & mala fide esse præsumitur, *l. qui contra jura,* & *ibi* Dyn. & DD. *ff. de reg. jur. in* 6. Gloss. *verbo, mala fide, l.* 1. *Cod. de fide instrum. & jure hastæ fisc. lib.* 10. & *ibi* Bart. Bald. *consil.* 347. *lib.* 1. Boer. *decis.* 1. *num.* 54. Socin. Jun. *cons.* 69. *num.* 45. *lib.* 1. Paris. *in cap. si diligenti, num.* 26. *de præsumpt.* Menoch. *de recuper. possess. remed.* 15. *num.* 179. *&* 181. ubi hunc dolum præsumptum esse dicit Cæphal. *cons.* 115. *num.* 12. *&* 13. *lib.* 1. ubi in mala fide esse dicit, qui non observat solemnitatem à jure requisitam, per text. *in l. quemadmodum, in fin. Cod. de agricol. & censib. lib.* 11. Roland. *cons.* 60. *num.* 43. *&* 44. *lib.* 4. ubi alios allegat, & non esse necessarium aliter dolum probare dicit, quando lex illum præsumit. Pereir. *in l. si curatorem, verb. contractum feceris, num.* 1. *in fin. litt. A. conclus.* 56. *n.* 13. Abb. *quæst.* 2. *num.* 18. *vers. ad partem affirmativam,* quem vide *in num.* 21. ubi hæc procedere inquit, quando quis contrahit contra legem publicam, vel bonos mores, secus si contra edictum, vel legem in favorem ipsius contrahentis, quia tunc dolus non præsumitur, pro cujus doctrina sunt text. *in cap.* 77

cum contingat, de jurejurand. & in cap. quamvis pactum, de pact. in 6. & in authent. ſacramenta puberum, C. ſi adverſ. vendit. ubi contractus fuit geſtus contra legem, & tamen excipitur caſus, quando intervenit dolus. Afflict. *dict.* §. *item ſacramenta, num. 3. de pact. juram. firm. in feud.* ubi ait juramentum facere eum majorem, & ſic non dici contra legem.

78 Sed licet ex dicto contractu per ſe dolus ſufficiens ad reſcindendum contractum juratum non præſumatur, ſi concurrat læſio, dolus præſumi debet, quia regulariter dolus, & fraus præſumitur in contractu damnoſo per minorem, mulierem, vel ruſticum celebrato, & parte contrahentis cum eis, ut ex Bald. *in rubr. Cod. de rerum permutat. circa fin.* tradit Gramm. *conſ. 129. num. 4. in civil.* Seraphin. *de privileg. jur. privileg. 63. num. 14.* Decian. *conſ. 349. num. 6.* Ruger. *37. à num. 61. & num. 65.* ubi dicit mulieres maxime minores ſemper contra propria commoda laborare, *l. 7. C. de ſponſ. & l. 2. §. verba, ff. ad Senatuſconſ. Vell.* Caſtill. *quotid. lib. 3. cap. 2. num. 32. & 33.* & in contrahente cum minore ſine ſolemnitatibus à jure requiſitis, quòd dolus præſumatur, multis juribus, & auctoribus comprobat Farinac. *in prax. quæſt. 88. 89. & 91.* Vide Addit. ad Gloſſ. *12. l. 4. ſuprà*, & ad Gloſſ. *2. l. ſeq. num....*

79 Intellige 3. niſi aliæ circumſtantiæ, & cauſæ in contractu interveniant, ex quibus dolus etiam præſumi poſſit, ut ſi ex importunitate, & perſuaſione fuit inductus ad vendendum. Pariſ. *conſ. 174. num....vol. 1.* quod Judicis arbitrio relinquitur, qui attentis cauſæ circumſtantiis, & temporis, & perſonarum qualitatibus, & aliis, de quibus *ſupr.* quod juſtum erit arbitrabitur.

80 Limita 2. ſi ultra læſionem metus in contractu intervenerit: nam tunc, etſi læſio non ſit exceſſiva, læſo ſuccurrendum eſt, *d. auth.* Paul. *conſ. 174. col. 1. vol. 1. & 259. verſic. ſed advertendum, & 455. poſt num. 6. vol. 2.* Aretin. *24. verſic. in contrarium.* Corn. *11. col. 6.* Cravet. *11. num. 12.* Seraphin. *privil. 110. num. 8.* Afflict. *deciſ. 263. num. 5. & ubi ſuprà, num. 6.* Pereir. *de empt. cap. 30. num. 44.* ubi

81 de † minore, qui læſus fuit, & contraxit cum eo, cui reverentia debetur, quòd metu contraxiſſe videatur, dicit Benechend. *in addit. ad Seraphin. privileg. 76. num. 22.* ubi multis comprobat, juramentum ex metu reverentiali præſtito per uxorem in alienatione fundi dotalis non obligare, quia juramentum metu, & vi extortum non obligat in foro exteriori, licet in foro interiori obliget. Div. Thom. *2. 2. q. 89. art. 7.* Valenz. *3. tom. diſput. 6. q. 7. punct. 4.* Fachin. *controv. lib. 8. c. 102. verſ. 4. & poſtrema, c. verum, & c. ſi vero*, qui de obligatione quoad Deum loquuntur: Vide Add. ad Gloſſ. *tit. 2. &* 3. *ſupr.* ubi de metu latè egimus.

82 Sed dubium eſt in his caſibus, utrum læſus abſque perjurii metu contractum juramento confirmatum poſſit impugnare, vel debeat relaxationem juramenti prius impetrare? Stante enormiſſima læſione juramentum à majori præſtitum contractum ſuper quo interponitur non confirmare, nec jurantem obligare, ita ut non poſita, nec obtenta abſolutione abſque metu perjurii poſſit illi contravenire, tenent plures, quos refert Gabr. *lib. 3. commu. tit. de jure dotium, concluſ. 1. num. 12.* Decian. *conſ. 179. num. 6. & 7.* Nevizan. *20. per tot. num. 5. & 6.* Gramm. *conſ. civil. 128. num. 11. & deciſ. 76. num. 21.* Cagnol. *in l. 2. C. de reſcind. vend. num. 92. verſ. 4.* Socin. Jun. *conſ. 3. num. 45. lib. 2.* qui de communi teſtatur. Roland. *59. num. 27. lib. 1. & 7. n. 53. lib. 3. & 60. num. 68. verſ. & ideo, lib. 4.* ubi dicit receptam. Maſcard. *concluſ. 532. num. 26.* Joſeph. Ludovic. *deciſ. Lucenſ. 27. num. 18. & 20.* ubi communem, & Mancin. *de juram. p. 6. quæſt. 4. num. 1.* Carroc. *de locat. & cond. 1. p. c. de reſcind. locat. n. 35. & 36.* Farinac. *in fragm. 2. p. verbo, juramentum, num. 1273. & 1290.* ubi plures refert, & ab hac opinione non eſſe recedendum. Matienz. *in l. 1. tit. 11. gloſſ. 8. num. 49.* ſic communiter ſervari in Senatu Pinciano teſtatur Ceval. *commun. quæſt. 171. num. 1. & 2.* & alios recenſet Benechend. *in addit. Seraph. de priv. juram. privil. 31. n. 16. & 17. & privil. 61. n. 55.* ubi plures refert.

Contrariam, quod abſque relaxatione, & abſo- 83
lutione juramenti non ſit audiendus, tenent Andr. Anchar. Alexand. quos refert Tuſch. *litt. A. concluſ. 58. num. 3. 4. & 22.* & communem dicit Pariſ. *conſ. 45. lib. 1.* Pinel. *in dict. l. 2. 3. p. c. 1. num. 8. verſ. aliis quibus*, & pro ea refert Afflict. *deciſ. 322. n. 9.* Capic. *deciſ. 159.* Gramm. *deciſ. 66. num. 49. & 50.* & alios. Covar. *in c. quamvis pactum, 3. p. §. 4. num. 3. & 5.* ubi latè. Gutier. *in d. authen. ſacramenta puber. num. 96.* ubi ſic ſervari dicit Fachin. *controver. lib. 2. verſ. non me latet, & lib. 8. c. 69. in fin.* Cancer. *1. p. var. c. 13. de empt. num. 11. verſ. ex quibus*, quia juramentum propria auctoritate ſperni non poteſt. Caſtil. *quotid. lib. 2. c. 2. num. 26. verſ. an abſolutio*, rectius hoc eſſe dicit Molina, *de Hiſp. primog. lib. 2. c. 3. num....* Azeved. *in l. 4. tit. 21. lib. 4. recop. n. 137.* ubi conſulit, quòd ſemper abſolutio à juramento petatur, & praxim, quæ in ejus impetratione obſervari ſolet, refert Ceval. *quæſt. 900. num. 36.* ubi hanc eſſe practicam, & ab eo non eſſe recedendum, cum tutiora ſint eligenda.

In hac controverſia Rota Rom. *deciſ. 102. n. 9.* 84
p. 2. diverſor. primam veram eſſe dixit, quando læſio jam eſt detecta, contrariam vero quando adhuc de illa non conſtat, & ad illam detegendam non eſſe admittendum ſine abſolutione, & quod ita Rota pluries firmavit, refert Farinac. *ubi ſuprà, num. 1290. in fin.* & Mareſc. *lib. 2. var. c. 24. num. 16.* ubi primam procedere, quando per ſententias latas ſine oppoſitione partis de perjuro de enormiſſima læſione conſtat, aliàs ſemper neceſſariam eſſe abſolutionem.

Et in juramento metu, vel vi extorto, ſi metus 85
non eſt detectus, idem reſpondiſſe Senat. Neapol. teſtatur Afflict. *deciſ. 263. num. 2.* & vide Urſil. *ibi*, ubi pro contraria, in qua fuit Afflictus, nonnulla tradit.

Omnes vero conveniunt, & concordant, tutius 86
eſſe ob periculum animarum quoad Deum, ſemper abſolutionem petere, & ſic obſervari, & obſervandam eſſe teſtantur Alexand. *conſ. 42. num. 6. lib. 1. & 125. verſ. licet dicat, lib. 1. & 89. num. 15. & 16. lib. 2.* & Cavalcan. *deciſ. 9. num. 42. p. 1.* Roland. Carroc. *num. 38.* Joſeph. Ludovic. *num. 22. ubi ſuprà.* Seraphin. *num. 22.* Benechend. *dict. num. 16.* alios refert Capic. Mancin. Farinac. *num. 1290. &* 1291. Caſtil. *num. 26.* aliòs refert, *ubi ſuprà*, & ſic eſt tenendum, & conſulendum: ſed ſi ea obmiſſa lis cepta fuerit ab incurſo in perjurium, actor recte defendi poterit.

Et in ſpecie hujus quæſtionis tam minoribus, 87
quàm majoribus abſolutionem eſſe concedendam, docent Jaſ. *in d. auth. ſacramenta puberum, num. 42. & ſeq. & conſ. 133. num. 8. lib. 4.* Maurit. *de juram. 4. p. effect. 1. à num. 3.* Farinac. *num. 1292. & 1263.* ubi quod ita paſſim practicatur, & reſpondit in

contrarium

contrarium adductis per Tusch. *lit. A. concluſ.* 62. *num.* 12. Corn. *de abſol. juram. 4. p. caſu* 8. *à n.* 12. & Pariſ. *conſ.* 25. *n.* 18. *&* 27. *lib.* 2. Gabr. *lib.* 2. *com. tit. de jure dot. concluſ.* 1. *à num.* 8. Nevizan. *concluſ.* 22. Cæphal. 142.

88 Amplia tamen, etſi juraverint contra contractum non venire ratione enormiſſimæ læſionis, ut ex multis comprobat Farin. *n.* 1294. *ubi ſupr.*

89 Sed dubium verſatur, quando enormis eſt læſio, & parum ultra dimidiam, & minor juramento beneficio hujus legis renuntiavit, utrum non petita abſolutione juramenti abſque metu perjurii ex capite læſionis poſſit contractum impugnare? Partem affirmativam tenuerunt Butr. Paul. & alii, quos refert Dec. *conſ.* 179. *num.* 6. *&* 7. ubi hanc communem eſſe dicit, & ab ea in judicando, & conſulendo non eſſe recedendum. Pariſ. *conſ.* 89. *n.* 70. *lib.* 1. ubi data enormi læſione minorem non obſtante juramento audiendum eſſe, dicit Roland. 7. *num.* 53. *lib.* 3. ubi loquendo in venditione juramentum minori non obſtare dicit, non ſolum, quando læſus fuit ultra dimidiam, ſed etiam in læſione ſextæ partis, vel in alia arbitrio Iudicis. Simoncel. *de decreto in contract. minor. interpon. lib.* 3. *tit.* 8. *inſpect.* 18. *num.* 230. nullâ abſolutione petita ei contravenire poſſe dicit, *&* *num.* 232. ampliat, etſi minor promiſerit non venire contra contractum ratione enormis, vel enormiſſimæ læſionis, & alios adducit Caſtil. *d. lib.* 3. *c.* 2. *num.* 28. *circa fin.* Et non obſtante renuntiatione ſpecifica læſionis juramento confirmata ſemper abſolutionem juramenti impetrare poſſe, ſi enormis, vel enormiſſima læſio interveniat, ex Butr. tradunt Abb. *in q.* 2. *n.* 21. *vol.* 3. *verſ.* 9. *caſus, & in c. cum contingat, n.* 23. *verſ. ſi vero, de jurejur.* Alex. *conſ.* 125. *n.* 1. *lib.* 1. & ipſe eam ſequitur, quando minor erat deceptio-
90 nis ignarus, *ibi, n.* 6. *in fin.*

Contraria opinio, quòd minori, qui hujus legis beneficio enuntiavit, & juramento renuntiationem confirmavit, non ſit concedenda abſolutio, comprobatur ex his, quæ diximus *ſupr. num.*... ubi minorem huic beneficio renuntiantem efficaciter obligari multis auctoritatibus comprobavimus; & in ſpecie, quòd juramentum non poſſit relaxari, ex Imol. dicit communem Alex. *conſ.* 125. *n.* 9. *verſ. non obſtat, lib.* 1. Iaſ. *in auth. ſacramenta puberum. Cod ſi adverſ. vend. num.* 43. ubi dicit, quòd abſolutio non poteſt peti à minore, quando enormi læſioni renuntiavit. Felician. *de cenſib.* 2. *tom. lib* 1. *c.* 8. *num.* 6. *verſ. & confirmatur*, ubi juramentum in hoc caſu minimè relaxari poſſe dicit, ex his, quæ reſolvunt Pinel. *in l.* 2. *God. de reſcind. vend.* 3. *p. c.* 1. *num.* 1. & *ibi* Padil. *num.* 32.

91 Sed pro hujus dubii reſolutione, & vera intelligentia recurrendum eſt ad ea, quæ diximus *ſupr. num.* 13. 14. *&* 54. *cum aliis, &* 76. *&* 77. *cum aliis*, ubi inter contractus gratuitos, & correſpectivos diſtinctionem fecimus, & etiam inter correſpectivos per minores celebratos abſque juris ſolemnitatibus, ex quibus læſi reperiuntur, in quibus dolum re ipſa ineſſe, etſi læſio non ſit ultra dimidiam, reſolvimus, & minorem ex juramento non obligari; & in caſibus, in quibus minorem ad obſervantiam juramenti teneri diximus, & opinionem eorum, qui abſolutionem ei denegandam eſſe tenent, procedere reſpondendum eſt; & contrariam opinionem in caſibus, in quibus renuntiationem non confirmari juramento minoris, *ibi* eſt comprobatum. Item Iudex ex qualitate perſonarum & rerum, temporúmque neceſſitate, & ex aliis circunſtantiis, etiam ſi enormis ultra dimidiam non ſit læſio, poterit abſolutionem juramenti concedere; de quo vide *ſupr. num.* 11.

Amplia 1. etſi juramento ſit promiſſum, jura- 92
menti relaxationem non petere, & petita non uti: nam non obſtante hujusmodi promiſſione eam perere, & impetrare valebit, ſed eſt neceſſarium relaxationem ab hac promiſſione de non petendo relaxationem juramenti impetrare, & ab aliis juramentis, & promiſſionibus, aliàs abſolutio nullius utilitatis erit. Bald. *in l.* 2. *verſ. quoad primam quæſtionem, ff. de jurejurando.* Felin. *in cap. debitores, num.* 9. *eodem.* Ruin. *conſil.* 103. *col. fin. lib.* 4. Socin. 59. *num.* 10. Pariſ. 42. *num.* 15. *lib.* 1. Natta. 144. *num.* 6. *lib.* 1. *&* 631. *num.* 1. Roland. 34. *num.* 6. *& ſeq. lib.* 1. Molin. *de Hiſpan. primog. lib.* 2. *cap.* 3. *num* 25. *in fin.* ubi ſic obſervari dicit Carroc. *locati, & cond.* 1. *part. c. de reſcind. locat. num.* 38. ubi multos refert. Matienz. *in l.* 1. *tit.* 11. *gloſſ.* 7. *num.* 51. *in fine.* Guttier. *in authent. ſacramenta puberum, num.* 109. *&* 110. ubi dicit, quòd ſunt neceſſariæ tot relaxationes, quot ſunt juramenta. Salcedo *ad Bernand. Diaz. regul.* 5. *in* 5. *limitat.* ubi ex Gramm. tradit, quòd ſi Iudicis officium fuerit imploratum, petitúmque ſibi juſtitiam miniſtrari, ſuppletur defectus petendi abſolutionem ab aliis juramentis. Mareſc. *lib.* 2. *variar. cap.* 84. *num.* 4. 5. *&* 6. ubi quando pluralitas juramentorum tendit ad diverſa, neceſſarias eſſe tot relaxationes, ſecus ſi juramenta tenderent ad obſervantiam illius actus, vel quando ſupplicatio pro obtinenda abſolutione eſt generalis, & omnia juramenta complectatur, quia ſufficit unica abſolutio. Ceval. *commun. q.* 171. *n.* 3. *&* 4. Parlador. *lib.* 2. *rer. quotid. c.* 4. *num.* 49. *verſic. quam quidem.* Seraph. *de privileg. juram. privil.* 83. *num.* 46. Farinac. *in fragm.* 2. *p. verbo, juramentum, num.* 1098. Tuſch. *concluſ.* 62. *num.* 40. *&* *concl.* 64. *num.* 1. *& ſeq.* Corn. *de abſolut. juram. p.* 4. *caſu* 2. *per tot.* ubi latè proſequitur, & reſolvit opus eſſe petere relaxationem omnium juramentorum. Sed facta omnium relatione unicam abſolutionem generalem ſufficere; & ſic eſt tenendum, licet aliqui D D. voluerint non eſſe concedendam abſolutionem illi, qui eam non petere promiſit, ex quorum numero ſunt Federic. Anchar. Rom. Bald. Afflict. *deciſ.* 220. quos refert Tuſchus, *dict. concluſ.* 62. *num.* 38. 39. *&* 44. *&* *concluſ.* 64. *num.* 1. *in fin.* Seraphin. *priv.* 59. *num.* 8. 93

Amplia 2. etſi, qui juramento promiſit, dicat eo ipſo quòd ei abſolutio conceſſa ſit, tunc de novo alterum ſe juramentum repetere. Parlad. *d. num.* 49. *verſ. quam quidem.* & Corn. *n.* 6.

Amplia 3. etſi minor, ſeu qui juramento pro- 94
miſit, juraverit omnia, & ſingula vera eſſe, & illud eſſe verum pretium rei, *c. cum impoſitionibus*, & *ibi* D D. *de jurejurand. in* 6. *c. quemadmodum*, 23. *q.* 2. Abbas poſt Butr. *d. c. cum contingat, num.* 23. *verſic, idem tenet.* Alexand. *conſ.* 125. *num.* 1. *lib.* 1. Corn. *d.* 4. *p. caſ.* 8. *n.* 16.

Amplia, etſi certioratus fuerit de viribus jura- 95
menti, ut cum Paulo, conſ. 174. *lib.* 1. tradit Corn. *num.* 17.

Abſolutio à quo dari poſſit, ſeu juramenti rela- 96
xatio; vide Gloſſ. *verb. abſolvi, in c. quanto*, 18. *de jurejur.* & *ibi* Abb. & DD. Sot. *de juſtit. & jur. lib.* 8. *q.* 1. *art.* 9. Tuſc. *lit. A. concl.* 57. Corn. *in d. tract.* 2. *p. q.* 1. *&* 2. *à n.* 9. qui ex Sot. tradit, juramenta, & vota, in quibus ſolus Papa poteſt diſpenſare, & alia à quibus Epiſcopi poſſunt abſolvere. *&* *in q.* 3. *&* 4. agit de poteſtate Epiſcopi in hac materia, & Epiſcopum,

& habentes jurisdictionem Episcopalem à juramento absolvere posse resolvit, & Vicarium generalem ex commissione sibi ab Episcopo concessa, *in quæst.* 5. Et capitulum sede vacante, *in quæst.* 6.

97 *Quis* Iudex competens sit, an jurantis vel ejus, cui juratum est? Vide Abb. *in c.* 2. *num.* 3. *de jurejur. & in cap. si quis contra. in princ. de foro compet.* Covarr. *lib.* 1. *var. c.* 18. *sub num.* 5. *vers.* 4. Tusch. *d. conclus.* 57. Covarr. *d.* 2. *p. quæst.* 8. ubi aliis relatis concludunt, utrumque Iudicem competentem esse, quando non requiritur citatio alterius. Salced. *ad Bern. Diaz. reg.* 5. *versic. hæc tamen*, hanc absolutionem ab Episcopo diœcesis jurantis, & non adversarii petendam esse dicit; & alios citat.

98 Iudex sæcularis an possit compellere laïcum suscipientem juramentum illicitum ad faciendam ejus remissionem, seu relaxationem? Vide Afflict. *decis.* 80. *num.* 5. Bobadil. *in polit. lib.* 2. *c.* 18. *n.* 173. & Corn. *in d.* 2. *p. q.* 7. *à num.* 63. Covar. *lib.* 1. *var. c.* 4. *num.* 5. Gutier. *in authent. sacramenta puberum, num.* 160. qui affirmativè respondent, quando non dubitatur de nullitate, & injustitia juramenti; de

99 quo vide Addit ad d. Gloss. 4. *l.* 28. *tit.* 11. ubi alias declarationes, & quid in hærede jurantis.

100 Ad obtinendam absolutionem iuramenti an sit partis necessaria citatio. Vide Tiraq. *tract. res inter alios act. limit.* 30 *vers. hoc primum.* Bern. Diaz, *reg.* 5. & *ibi* Salced. Covar. *num.* 5. Gutier. *n.* 11. & 12. Azeved. *in l.* 4. *tit.* 21. *lib.* 4. *recop. num.* 138. Ceval. *comm. q.* 434. *per tot.* Carroc. *locat. & cond. c. de rescind. locat. n.* 38. *vers. maxime.* Tusc. *litt. A. concl.* 61. Cachér. *decis.* 25. *n.* 7. Rota Gen. *decis.* 197. *num.* 3. & 13. Leo, *decis. Valen.* 94. *n.* 6. & 9. Thom. Trivis. *decis. Venetiæ*, 64. 1. *p.* Ioseph. Ludovic. *decis. Perus.* 18. Gratian. *March.* 165. Ricc. *collect.* 39. 1. *p.* Marescot. *lib.* 2. *variar. c.* 84. *num.* 19. & 20. quorum resolutio est, quòd absolutio simplex, & plena juramenti, quatenus est remotio, seu ruptio vinculi juramenti, absque partis citatione non potest concedi; absolutionem vero ad effectum agendi, vel excipiendi, seu præparatoriam ad relaxationem juramenti absque citatione concedi posse, & sic in praxi quotidie servari testantur.

101 Absolutio verò ad effectum agendi quomodo, & quo stylo peti possit; vide Tusch. *conclus.* 55. *lit. A.* Azeved. *in l.* 4. *tit.* 21. *lib.* 4. *recop. n.* 137. ubi praxim, quæ in hoc servatur, refert.

102 De effectibus hujus relaxationis, seu absolutionis juramenti, vide Covar. *d. c.* 4. *num.* 6. *& in cap. quamvis pactum*, 2. *p. §.* 1. *num.* 7. *vers.* 4. Gomez. 2. *tom. var. c.* 14. *num.* 21. Menoch. *cons.* 24. *ex num.* 11. *lib.* 1. Cavalcan. *decis.* 9. *num.* 25. *& seq.* ubi multa de relaxatione juramenti, & de effectibus illius tradit. Roland. *cons.* 7. *à num.* 57. *vol.* 3. Gutier. *in d. authent. sacramenta puberum, num.* 20. Tusc. *lit. A. concl.* 65. ubi quid hujusmodi absolutio operetur, & quomodo sit concedenda, tradit Corn. *in tract. de absolut. juram.* 1. *p. q.* 2. Castill. *quotid. lib.* 3. *c.* 2. *num.* 7. ex quibus nota, quòd hujusmodi absolutio vinculum juramenti non tollit statim, sed firmissimum manet, ac si non esset concessa, propter robur illi jam præstitum; sed jurans obtenta absolutione absque metu perjurii ex aliqua justa causa poterit adversus contractum agere, & ejus rescissionem petere. Et licèt à principio ista absolutio non sit plena, tamen ex post facto ex probationibus factis parte vocata repellatur, & non est necesse iterum absolutionem petere, & licet concessa sit ad effectum agendi, proficiendi ad finem obtinendi, & peragendi ex Paul. doctrina, *cons.* 216. *col. fin.* Afflict. *decis.* 322. *num.* 12. & *ibi* Ursil. *num.* 12. Cravet. *cons.* 7 *num.* 7. Corn. *pe absolut. juram.* 3. *p. q.* 10. *n.* 3. ubi hanc Paul. doctrinam ab impugnatione Felin. defendit, & ex professo de hac quæstione agit, *& in* 1. *p. q.* 2. *& in* 4. *p. cas.* 2. *n.* 9. *&* 10. 103

Et quando concessa absolutione contractus annulletur; vide Covar. *in c. quamvis pactum*, 2. *p. §.* 1. *n.* 7. & Corn. *d.* 3. *p. q.* 14. *per tot.* ubi latè.

Quid de eo, qui perjurium incurrit, utrum post 104 perjurium commissum, sit ei absolutio præstanda; vide Felin. & Abb. *in c.* 1. *de jurejurand.* Farinac. *in fragm. verb. juramentum, num.* 1300. *&* 1301. Corn. *d.* 3. *p. c.* 4. Tusch. *d. conclus.* 62. Macerat. *d. c.* 84. & quid si pauci dies solutioni superfint. Vide Addit. ad Gloss. 2. *l.* 28. *tit.* 11. *infra.*

Et dicta superflua non sunt, licèt videantur, eo 105 quòd per *leg. Regiam* 11. *tit.* 1. *lib.* 4. *recopil.* sub gravissimis pœnis prohibitum est juramentum in contractibus majorum interponere, & si de facto apponatur, contractus annullantur, & executioni mandari non possunt, & Tabellio graviter punitur, quia stante dicta lege multoties in praxi hæ quæstiones habentur, & utilissimæ sunt. Sed restat videndum, utrum hujusmodi leges prohibentes in contractibus juramentum interponere, validæ sint, & Principes sæculares eas justè promulgare valeant? Et validas esse, & de jure per Principes sæculares rogari posse, defendunt ultra antiquiores, quos ipsi citant, ex nostris Gregor. Lopez. *in glos.* 1. *l.* 6. *tit.* 4. *p.* 6. ubi vide Addit. Garc *tract. de ultimo fine, illat.* 20. *num.* 270. Arias, *in l.* 65. *Tauri, à num.* 4. *cum seq.* Rub. *in repetit. c. per vestras, §. fin. num.* 30. *de donat. inter virum, & uxor.* Segur. *in l.* 1. *§. fin. verb. uxori, num.* 133. *ff. de acquir. possess.* Gomez. 2. *tom. variar. c.* 14. *num.* 22. Covarr. *in c. quamvis pactum*, 1. *p. §.* 3. *num.* 8. Menes. *in l.* 2. *Cod. de rescind. vend. num.* 35. Matienz. *in l.* 3. *tit.* 2. *glos.* 3. *n.* 7. & 8. *& in l.* 1. *glos.* 8. *n.* 52. *& in l.* 22. *glos.* 8. *num.* 1. *cum aliis, tit.* 11. *lib.* 5. *recop.* Azev. *in d. l.* 11. *tit.* 1. *lib.* 4. *à n.* 1. Perez. *in l.* 1. *tit.* 1. *lib.* 3. *ordin. pag.* 474. *& lib.* 1. *tit.* 8. *pag.* 602. Gutier. *in d. authent. sacramenta puberum. n.* 45. 46. *& à n.* 151. *& in l. nemo potest, ff. de legat.* 1 *n.* 46. *&* 47. *& de juram. confir.* 3. *p. c.* 12. *n.* 9. Salced. *ad Bern. Diaz, reg.* 386. Parlad. *lib.* 2. *rer. quotid. c.* 4. *n.* 52. *&* 53. Olan. *in reduct. antinom. lib.* 1. *num.* 28. Ceval. *comm. q.* 188. *num.* 5. Ex Lusitanis, ubi similis lex viget. Pinel. *in l.* 2. 3. *p. c.* 1. *num.* 11. Gam. *decis.* 247 *num.* 2. Acost. *in l. si ex cautione, C. de non num. pec. fallen.* 10. *n.* 4. Barbos. *in l.* 1. *ff. solut. matrimon.* 1. *p. n.* 78. Peter. *in l. si curatorem, in defin. verb. minoribus, num.* 4. *&* 6. *lib.* 1. *quæst. forens. quæst.* 22. *num.* 12. *& de empt. c.* 30. *num.* 40. Valasc. *consult.* 16. *n.* 14. *& consul.* 99. *& consul.* 132. *num.* 6. Thom. Val. *tom.* 1. *alleg. juris, alleg.* 72. *n.* 31. Ex regno Arag. Bellug. *in speculo Princ. rub.* 12. *in §. quadam, à n.* 61. Cancer. 1. *p. variar. resol. c.* 8. *de donat. n.* 40. *&* 2. *p. c.* 1. *de minorib.* 25. *anno. n.* 5. *cum seq.* Fontan. *de pact. nupt. claus.* 2. *glos.* 3. *num.* 13. *vers. hic nobis.* Mori. *in empor. jur. tit.* 9. *de contrab. empt. q.* 24 *num.* 7. Decian. *in tract. crim. lib.* 2. *c.* 34. *n.* 6. Fachin. *contro. lib.* 3. *c.* 13. *per tot.* Molin. *disp.* 271. *vers. addidimus.* Azor. *inst. moral. p.* 2. *lib.* 10. *c.* 7. P. Suar. *de relig. tom.* 2. *tract.* 5. *lib.* 2. *c.* 38. *n.* 15. Rebell. *de oblig. inst.* 2. *part. lib.* 1. *q.* 9.

Contrariam opinionem defendunt Marta, *de ju-* 106 *risd. Eccl.* 4. *p.* 1. *p. casu* 72. Marescot. *lib.* 1. *variar. c.* 62. *à num.* 10. Seraphin. *de privileg. jur. privil.* 66. & *ibi* Benechend. *privileg.* 76. *num.* 18. Sahagun. *in c. decernimus, de judic. n.* 128. ubi dicit bro bono publico hujusmodi constitutiones recte sustineri

posse

posse quoad Notarii pœnam, sed quoad nullitatem contractus ex defectu potestatis nullas esse.

107 Sed his non obstantibus prima opinio est verior, & ab omnibus recepta, & de validitate nostræ legis, & de ejus justificatione non est dubitandum, & ita declaratur in *l. sequenti*, scilicet 12. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.*

108 Amplia, procedere hanc legem etiam in quasi contractibus. Valasc. *d. consult. 99. n.* 11. Et in contractibus innominatis. Azev. *in d.l.* 11. *n.* 26.

109 Contractus, in quibus absque metu pœnarum dictæ legis juramentum interponi potest, sunt sequentes: Locationes redituum Ecclesiarum, Monasteriorum, Prælatorum, & Clericorum, *ex d.l.* 11. *tit.* 1. *lib.* 4. *in fin.* Gutier. *in d. auth. Sacramenta puberum, C. si adversus vend. n.* 257.

110 Compromissa, contractus dotium, promissio arrarum, venditiones, donationes, & alienationes perpetuæ, *ex d.l.* 11. *tit.* 1. *lib.* 4. Et cæteri contractus, pro quorum validitate juramentum requiritur, ut sunt contractus minorum, & mulierum nuptarum, *ex d.l.* 12. *& l.* 6. *tit.* 10. *lib.* 9. *recop.* De quibus omnibus vide Gutier. *à num.* 156. & alios DD. relatos nostri regni *supr.* Matienz. *in l.* 1. *tit.* 11. *lib.* 5. *recop. glos.* 8. *num.* 52. *in fin.* Monterros. *in sua praxi, de escrituras publicas, tract.* 7. *c. en que casos los escrivanos publicos.*

111 In testamentis, & codicillis juramentum interponi posse, tenent Avend. *in c. prato, c.* 29. *num.* 12. *vers.* 5. *ex supra dictis, lib.* 2. Gutier. *num.* 159. *ubi supra*, Perez. *in l.* 1. *tit.* 2. *lib.* 5. *ordin. versic. hodie tamen.* Barbos. *in l.* 1. *ff. solut. matrimon.* 1. *p. num.* 80. licet de hoc dubitet Azevedus, *ubi suprà. num.* 20 quos vide.

112 Si contra prohibitionem hujus legis contractus celebratus fuerit, quid à partibus agendum erit, vide Azeved. *in d.l.* 11. *num.* 18. & Gutier. *n.* 126. *ubi sup.* & quæ diximus *supra num.* 196. Ex quibus constat plures esse casus, in quibus ea, quæ de juramento in contractibus interposito diximus, practicari possunt.

113 Minoribus autem deceptis ultra dimidiam justi pretii duo remedia competunt, unum ad rescissionem contractus, vel quòd justum pretium eis suppleatur, ex text. *hic*; aliud restitutionis in integrum, sed quia hoc pinguius est, per illud non tollitur. Pinel. *in l.* 2. *C. de rescin. vend.* 3. *p. c.* 3. *num.* 2. Covar. *lib.* 2. *variar. c.* 3. *num.* 11. *vers.* 3. cujus doctrinam approbavit Senat. Lusitan. Gamm. *decis.* 212. & plures allegat *ibi* Flores; & Senatus. Neapolit. ut inquit Franch. *decis.* 248. & Senatus Sabaud. ut inquit Faber, *in Cod. lib.* 2. *tit.* 9. *de in integr. restit. defin.* 3. Pereir. *in l. si curatorum, super verb. implorare in integrum, à num.* 13. *&* 14. Fontanel. *de pact. nupt. claus.* 4. *glos.* 18. *p.* 1. *n.* 100. 102. *&* 103. & vide add. ad glos. 12. *l.* 4. *n.* 24. *supr.*

114 Si minor in pretio lædatur, & non in ipsa venditione, quia vendere expediebat, utrum præcisè rem avocare possit, & pretium restituere; vel possit excludi justum pretium ei supplere offerendo? Et rem præcisè avocare posse, si in pretio læsus fuit, docet Pinel. *d.l.* 2. 3. *p. c.* 1. *num.* 21. Pereir. *ubi proxime, num.* 14. *&* 15. Menchac. *contr. usuf. lib.* 6. *c.* 66. ubi quatuor opiniones refert, & hanc sequitur Sahagun. *in lect. de restitut. minor.* Simonc. *in tract. de decret. in contr. minor. interpr. lib.* 2. *tit.* 7. *n.* 13. Fachin. *contr. lib.* 2. *c.* 89. ubi pro hac opinione expendit text. *in cap. de in. integr. restit.* & contrariis respondit.

In contrarium est communis, quam defendit *Hermosillain v. Partit. Tom. II.* Garcia, *de expen. c.* 18. *num.* 23. *& seq. & de nobilitate, glossa* 6. §. 1. *num.* 56. ubi contrariæ fundamentis latè respondit Acosta, *in l. Gallus, §.* 1. *& quid si tantum, num.* 72. *& seq. ff. de lib. & posthum.* Suar. *inter comm. tit. de rescind. vend. n.* 54. Rod. Suar. *alleg.* 21. *n.* 5. Cavalc. *de tutor, num.* 144. Covar. *lib.* 1. *var. c.* 3. *n.* 13. Gomez. 2. *c.* 14. *n.* 1. *vers. ex quo*, 1. Sforzia, *de in integr. restit.* 2. *p. q.* 57. *art.* 4. *n.* 26. Rodr. *de annuis reddit. lib.* 1. *q.* 10. *num.* 17. Fontanel. *d. glos.* 18. *p.* 1. *n.* 42. *&* 96. *cum.* 5. *seq.* ubi latè hanc tuetur, à qua non est recedendum.

Nota 4. ex Glos. *in vers. vult, quod minor, mulier, & rusticus*, ut renuntiatio beneficii hujus legis facta per minorem, mulierem, vel rusticum juramento confirmata valeat, quòd de eo certiorari debent. Adde Dyn. *cons.* 3. Cyn. *in l.* 2. *Cod. de rescind. vend. n.* 6. Andr. *in c. pen. de empt.* & *ibi* Cardin. *num.* 4. Butr. *n.* 15. Imol. *num.* 21. ubi æquiorem dicit. Burgens. *n.* 37. Tiraq. *in l. si unquam, in princ. num.* 146. *C. de revoc. donat.* ubi alios refert. Capel. Thol. *decis.* 19. qui alios pro ea citant. Matien. *in l.* 1. *tit.* 11. *lib.* 5. *recop. glos.* 8. *n.* 52. *qui in fin.* hanc sibi magis placere dicit. 115

Contrariam tenet Bart. *in l. sciendum, num.* 8. *ff. de verb obligat.* scilicet, quòd certioratio non fit necessaria. Roman. *num.* 30. Ias. *n.* 34. & Zas. *n.* 16. & idem Bart. *in l.* 2. *C. de rescind. vend. num.* 10. & *ibi* Fulgos. *num.* 7. Pinel. 3. *p. c.* 1. *num.* 10. Padil. *n.* 34. Panthal. de Cremens. *num.* 178. & alios plures citat Matienz. *in d. num.* 52. *vers. sed contrariam.* Tiraq. *n.* 130. *&* 131. *ubi supr.* Aufred. *in addit. ad d. decis. Thol.* & eam sequitur Lopez. *in glos.* 6. *ad med. l.* 6. *tit.* 19. *p.* 6. vide *ibi* Addit. Sed securius esse dicit, quòd certioretur ad evitandum contrariam opinionem. Gomez. 2. *tom. var. c.* 14. *n.* 18. Gutierr. *in auth. sacramenta puberum, n.* 113. 114. 115. *&* 116. ubi latè declarat. Molin. *de Hisp. primog. lib.* 2. *c.* 3. *n.* 22. Parlad. *lib.* 2. *rer. quotid. c.* 4. *n.* 29. Ceval. *com. q.* 723. & hanc receptam esse in praxi, & de ea nunquam vidisse dubitari, testatur. 116

De minore, muliere, rustico, & milite, quando eos juris ignorantia excuset, vide apud Farin. *in fragm.* 2. *p. verb. ignorantia, à n.* 273. ubi latè explicat, & plures allegat. 117

Nota 4. ex Glos. fin. *in vers. etsi renuntiet emptor*, quòd si emptor beneficio hujus legis renuntiat, venditor illi renuntiare non videtur. Adde Matien. *in l.* 1. *tit.* 1. *lib.* 5. *recop. glos.* 8. *n.* 44. *in fin.* 118

Nota 5. ex Glos. (*etiam vide per eos, quod clausula consueta apponi in contractibus emptionis, & venditionis scilicet, quod si plus valet res vendita, emptori donat, &* c.) & ex *infra* referendis, quod beneficium hujus legis per hanc clausulam non excluditur, & quòd nihil operatur, nisi aliunde constet de animo, & spontanea voluntate donandi, & de scientia valoris rei, quam donat, & ultra antiquiores adde Ias. *in l. si quis cum aliter, 36. num.* 17. *ff. de verb. oblig.* Tiraq. *de retract. lign. §.* 1. *glos.* 12. Pinel. *in d.l.* 2. 1. *p. c.* 2. *à n.* 20. Covar. *lib.* 2. *var. c.* 4. *num.* 6. Menoc. *de arbitr. cas.* 144. Matienz. *in d. num.* 44. & Azeved. *d.l.* 1 *num.* 20. Gutier. *in d. auth. sacramenta puber. n.* 101. Seraph. *de privil. jur. privil.* 33. *n.* 106. Thesaur. *decis. Pedem.* 165. Ceval. *comm. quæst.* 511. Fachin. *contro. lib.* 2. *c.* 19. ubi Pinel. resolutionem defendit. Mart. *claus.* 363. *n.* 4. *&* 5. Molin. *de rit. nup. lib.* 3. *q.* 93. *n.* 271, Aug. Barb. *de claus. claus.* 24. *n.* 3. Rod. *de an. red. lib.* 1. *q.* 8. *n.* 10. *& q.* 11. *à n.* 6. Canc. *var.* 1. *p. c.* 13. *de empt. n.* 13. Morl. *in empo. jur. tit.* 9. *de contr. emp. q.* 20. Castil. *quot. lib.* 4 *c.* 52. *n.* 38. 39. *&* 40. qui latè de virtute & effectu hujus clausulæ

agunt, & verior resolutio est *suprà* tradita, quia vendens donandi animum habere non præsumitur, nec obstat, quòd Notarius recitaverit scripturam in præsentia partium, ut resolvit Gutierr. *num.* 102. *ubi suprà.*

120 Amplia, etsi verba essent geminata, ex Pinel. *in d.c.2.n.*2 2. & Castil. *in d. n.* 40. ubi alios adducunt contra Bal. Paul. Salyc. Panthal. Cagnol. Boër. Felin. & Hippol. quòs refert *ibi* Pinel.

121 Limita, si pro servitiis, aut causa remunerationis hujusmodi donatio facta fuerit, & de servitiis constiterit, & de animo donandi, ex Gloss. *hic, in fin. & ex supr. citatis.*

122 Quid si pœna in casu contraventionis sit promissa, si de rescissione contractus ex beneficio hujus legis egerit? Pinel. *in dict. l.*2. *i.p. c.*2. *num.* 26. hanc pœnam exigi non posse resolvit, & hujus opinionis fundamenta tradit. Contrarium, imò quòd pœna exigi possit, tenet Padil. *ibi, n.*74. quem vide, & Addit. ad Gloss. 8. *l.* 32. *supr.*

123 Extra Gloss. Nota, hoc remedium quanto tempore duret? Vide *l.* 1. *tit.* 11. *lib.* 5. *recopil.* ubi restrictum est ad quatuor annos, intra quos læsus tenetur de læsione agere, aliàs non audietur; de quo vide *ibi* Matienz. *in gloss.* 10. *per tot.* ubi quid de jure communi statutum erat, resolvit: & Azeved. *num.* 32. Gregor. Lop. *in l. fin. tit. fin. p.* 6. *in fin.* Covar. *lib.* 1. *var. c.* 3. *num.* 13. Gomez. 2. *tom. var. c.* 2 *num.* 21. *vers. item adde.* Pinel. *in l.* 2. *Cod. de rescind. vend.* 2. *p. c.* 1. *n.* 26. & *ibi* Padil. *n.* 47. Ceval. *q.* 536. *n.* 15. Vide Addit. ad Gloss. 12. *l.* 4. *sup. hoc. tit. n.* 2. *& in n.* 11. & ad Glos. *d. l. fin.* etsi per viam exceptionis de hoc remedio opponat.

124 Limita 1. ut *in gloss. fin. tit. fin. part.* 6. & *in dict. gloss.* 12. *num.* 15.

125 Limita 2. in læsione enormi, quando sumus in actibus, seu contractibus, de quibus *in n.* 18. *& 56.* quia in ea inest dolus re ipsa, sicut in læsione enormissima, ut diximus *supr. num.*...

126 Vel si contractus est celebratus per minorem, & non intervenerunt solemnitates à jure requisitæ, & simul læsus reperitur, quo casu dolum re ipsa intervenisse præsumitur, ut diximus, *num.* 77. *cum aliis*; & in Addit. ad Gloss. 7. & 12. *num.* 64. *& 65. d. l.* 4. *suprà.*

127 Limita 3. in Ecclesia; Republica, & Principe, qui si in contractibus læsi sint ultra dimidiam, agere possunt per 30. annos, *l. fin. c. fin. p.* 6. quam ita intelligendam esse affirmat Acosta, *in l. Gallus*, §. *& quid si tantum*, 2. *p. num.* 83. *ff. de lib. & posthum.* Covarr. *lib.* 1. *variar. c.* 3. *num.* 13. Garcia, *de nobil. gloss.* 6. §. 1. *n.* 48. ubi Olan. *in reduct. antin. jur. lit. E. n.* 2. *&* 3. ubi de jure nostro per dictam legem fin. noviter contra jus commune statutum esse dicit. Ceval. *comm. q.* 536. *num.* 16. Salced. *ad Bern. Diaz. reg.* 219. 12. *limit. in fin.* Matienz. *in dial. relat.* 3. *p. c.* 20. *n.* 15. ubi hanc sequitur. Sed hoc non esse restringendum ad Ecclesiam, & debere intelligi de minore, latè probavimus *sup. in addit. ad d. gloss.* 12. *num.* 15. & omnes relati DD loquuntur de læsione enormissima, in qua etiam *supr.* diximus, lapso quadriennio minorem restitui: & in minore casu *d. l. fin.* ea dicitur enormissima læsio, quæ excedit ultra dimidiam, ut diximus *num.* 18. 56. *&* 115. *&* 116. *& in d. l. fin. in gloss.* 7. *ibi.* Gregor. Lopez, de dictis casibus loqui *d. l. fin.* sensit, & idem dicendum est in casu relato *in num.* 79. & ita debet intelligi *d. l. fin.* & dictum in *gloss.* 12. *l.* 4. *supr. n.*.... & latius vide *in d. l. fin.* idémque est dicendum, si contractum correspectivum non juraverit ex dictis *in d. num.* 60. De interpretat. *l.* 26. *tit.* 29. *p.* 3.

128 Limita 4. in emphyteusi, & locatione ad longum tempus, in quibus læsio habet causam successivam, quæ singulis annis, temporibusque solvendi refricatur, & ideo ejus tempus non debet præscriptum censeri ex Pinel. *in l.* 2. *Cod. de rescind. vend.* 2. *p. c.* 1. *num.* 27. ubi tempus quadriennii procedere inquit in contractibus, qui conventione consumantur: non vero in his, qui habent causam successivam, argum. *l. cum notissimi*, §. *in iis, C. de præscript.* 30. *vel* 40. *& ex aliis*, & probatur ex traditis in additione ad gloss. 4. *n.* 25.

Secundò quæro, utrum sit aliquod juris remedium, quo læsus intra dimidiam, vel ultra dimidiam, cui actio denegatur, post quadriennium, vel postquam res periit, possit suæ indemnitati prospicere, & damnum in quo est evitare?

129 Menchac. *controv. usufreq. lib.* 1. *c.* 1. *num.* 32. *in fin.* dicit, quòd peterit Princeps huic venditori in modico decepto restitutionem concedere. De his restitutionibus gratiæ vide Pereir. *in repetit. l. si curatorem, Cod. de in integrum restit. super verbo implorare in integrum restit. ex num.* 16. ubi quid in hac concessione veniat, latè declarat: & Garcia, *de nobilitate, gloss.* 6. §. 1. *num* 48. ubi alios allegat, & fructus in hoc casu non esse restituendos dicit Perezius, *in l.* 1. *tit.* 7. *lib.* 5. *ordin. gloss. unic. col.* 13. *versic. ex quo deducitur.* Azeved. *in l.* 10. *tit.* 1. *lib.* 4. *recopil. num.* 52. *&* 53. & Fachin. *contr. lib.* 2. *c.* 25. *versic. est etiam controversia*, † tenet, 130 quòd læsus poterit lædentem compellere ad ejus satisfactionem, comparendo coram Judice Ecclesiastico principaliter, & incidenter, quod sibi satisfiat de læsione, & hoc sine metu pœnæ, quæ imposita est contra laïcum, qui alium laïcum coram Judice Ecclesiastico convenit, *in d. l.* 10. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* & faciunt tradita per Valasc. *de jure emphyteuseos*, 1. *p. q.* 7. *n.* 22. *in princ.* Navar., assignat rationem *in c. de jud. nota.* 6.

Limita in causis mere prophanis, quando actor 131 potest jus suum consequi coram Judice sæculari, ut considerant Navar. *n.* 22. *ubi sup.* Valas. *d. n.* 22. quem vide *ibi*, quando Ecclesia, vel Clericus essent † in 132 lucro, hæc magis sine dubio procederent, quia prohibitum est Ecclesiæ, & Clericis contrahendo aliquem decipere, *c. de judiciis*, 27. *q.* 1. *& in c. per tuas de donat. & in c.* 81. *de alien fend. in usib. feud.* Glos. *in c. hoc jus porrectum, in verb. plus*, 10. *q.* 2. Farin. *in fragm. crim. verb. decipere, n.* 36. 1. *p.* & diximus *sup. in addit. gloss.* 9. *n.* 14. *& à n.* 19.

Quæro 3. utrum gabella ex venditione rescissa 133 ratione læsionis ultra dimidiam justi pretii debeatur, & ea soluta utrum repeti possit? Parlador. *lib.* 1. *quotid. c.* 3. §. 5. *num.* 5. Lasart. *de decim. vendit. c.* 14. *à num.* 13. Giron. *de gabell. 6. p.* §, *unic. num.* 22. Molin. *disput.* 349. *vers. dubium est*, & Gutier. *lib.* 7. *de gabell. quæst.* 12. qui omnes resolvunt gabellam deberi, & solutam repeti non posse, & idem tenet Garc. *de expensis, c.* 18. *num.* 48. *versic. & in hoc*, ubi dicit, quòd si contractus est validus, sed rescinditur, gabella non potest repeti, nec laudemium, nec relevium, quem vide. Et *in num.* 46. *&* 47. quando contractus annullatur, gabellam, laudemium, & si quid aliud ratione contractus solutum fuit, repeti posse resolvit, & allegat Lasart. *c.* 14. *num.* 1. Avend. *respons.* 13. *num.* 3. Perez. *in l.* 1. *tit.* 7. *ordin.*

Sed dubium est, quando rescinditur venditio, utrum emptor repetat à venditore, vel venditor ab emptore gabellã, & alia tributa ratione venditionis soluta?

soluta ? receptum est in omni genere rescissionis contractus, eum, qui contractum rescindit ex quacumque causa, sive læsionis, sive pacti, solvere debere alteri, quidquid vel fisco, vel domino ab altero solutum est. Tiraquel. *de retract. lign. §. 26. gloss. 4. à num. 1. & 20. & 22.* Cagnol. *in d. l. 2. q. 82. num. 236.* ubi ita fuisse judicatum dicit, & latè refert Pinel. *in 2. p. c. 3. num. 37. & 38.* & pro ea allegat *l. debet, & l. cum autem, §. Julianus, & §. cum redhiberetur, & in l. facta, 60. ff. de ædil. edict.* ubi traditur, emptori redhibenti non solum restituendum fore pretium, quod venditori dedit, sed etiam, quod vectigalis nomine dedit. Garc. *d. c. 18. n. 53. & 54.* Parlad. *d. §. 5. à num. 6.* ubi latè agit, & actorem, qui contractus rescissionem postulat, ad solutionem teneri, resolvit Gutierr. *d. q. 12. num. 5. & 6.* ubi idem tener cum Lasart. *d. c. 14. num. 15.* & Molin. *disput. 349. vers. quod vero*, nisi emptor sciens valorem rei venditorem deceperit, vel venditor emptorem: nam tunc qui in dolo est, ad gabellæ, & aliorum damnorum solutionem tenebitur, ex eo *ibi num. 6.* Lasart. *num. 16.* & Molin. *in d. vers.* De expensis solutis Notariis, pro genitis, & officialibus idem dicendum esse, tradit Pinel. *in d. c. 3. num. 39.*

134 Quando emptor elegit supplere justum pretium, gabella hujus supplementi ad gabellarium, qui tempore venditionis extitit, spectat. Idem, etsi venditor conventus eligat, ut contra Lasart. cum Molin. resolvit Gutier. *in d. q. 12. n. 7. & 8.*

135 Quæro 4. utrum melioramenta in re vendita penes emptorem facta venditor solvere teneatur; quòd ad eorum solutionem teneatur, docet Bald. *in l. 2. C. de rescind. vend. n. 23. q 19.* ubi dicit, quòd venditor agens ex læsione ultra dimidiam repelli poterit, nisi solvat expensas, & melioramenta, ex *l. intra utile, §. fin. ff. de minorib.* & eum sequitur Alex. *ad Bart. in l. fin. C. com. de leg.* Cagnol. *n. 55. in d. l. 2.* Crem. *n. 95.* Pinel. *2. p. c. 3. num. 1.* ubi hanc veriorem, & receptiorem dicit, & pro ea alia jura allegat Padil. *ibi, n. 53.* Bertaz. *conf. civil. 107. num. 64.* Valasc. *de jure emphyt. q. 25. n. 6.* Magon. *decis. Lucens. 53.* Garcia, *decis. 18. num. 18.* ubi hanc declarat Fachin. *contr. lib. 2. c. 10.* & eam plures alios allegans sequitur Giurb. *decis. 105. num. 18.* & de hac materia vide Addita ad Gloss. *3. l. 15. tit. 13. infra hac part.*

136 Quæro 5. coram quo judice de rescissione contractus ex remedio hujus legis agendum est ? Cui dubio respondeo, in hac causa, sicut in aliis actorem forum rei sequi debere, juxta regulam *l. 2. C. de jurisd. omn. jud. l. 3. C. ubi causam status, l. 3. Cod. ubi de hæred. agat. c. cum sit generale, c. si quis contra Clericum, de foro compet. l. 32. vers. la quinta, tit. 2. p. 3.* & in specie *l. 2. Cod ubi & apud quem in integr. rest. post.* ubi in restitutione in integrum omnes DD. notant, & mente tenendum esse inquit Bald. *ibi*, quia quotidie à DD allegatur ad hunc effectum.

Sunt plures causæ, propter quas quis forum alicujus Judicis fortitur in causis civilibus, de quibus suis in locis latè, scilicet in addit. ad Gloss. *l. 32. tit. 2. p. 3.* & pro nunc vide Marant. *in ordine judici.* Maria. Socin. *in rubr. de fori comp.* Boss. *in tract. crim. tit. de citat.* Coler. *de prox. execut. 2. p. c. à n. 19.* Scac. *de judic. lib. 1. c. 40. n. 6.* Barbos. *in l. hæres absens, §. proinde, de judic.*

Et sive agatur ex remedio hujus legis, & *l. in contractibus, §. ult. Cod. de non numer. pecun.* ubi probatur, posse quempiam in loco contractus apud ejus Judicem intra biennium conqueri, sibi non fuisse pecuniam numeratam, si ibi adversarius inveniatur, posse in loco contractus agere ad ipsius contractus resolutionem in specie dict. text. notat Alex. *in addit. ad Bart. in d. l. hæres absens, §. 1. lit. E, ff. de judic.* Rom. *sing. 470.* Felin. *in c. fin. n. 24. de judiciis.* Bar. *in l. qui certo, ff. de cond. indeb.* Dec. *in l. unum, n. 11. ff. si. cert. pet.* Curt. Iun. *in rubr. n. 16. C. de edend.* & eum sequitur Covar. *lib. 1. variar. c. 4. n. 1.* ubi alios allegat Gutier. *canon. qq. lib. 1. c. 34. n. 9.* ubi sic tenendum esse existimat, & Anchar. *q. 14. n. 2.* Scac. *de judic. l. 1. c. 40. n. 6. vers. 6.* & communem dicit Roland. *cons. 26. num. 31. cum seq.* Surd. *cons. 136. n. 19. & 20.* Illiger. *ad Donel. lib. 17. c. 14. lit. B.* Coler. *n. 24. ubi suprà.* & latissimè Pereir. *in d. l. si curatorem, super verb. implorandum, in defin.* & hinc inde argumenta, & auctoritates refert.

Contrariam opinionem, imò quòd in loco contractus, quis non fortiatur forum, nisi agatur de observatione, & confirmatione contractus, non vero si de ejus distractu, & rescissione, probat, *l. 2. Cod. ubi & apud quem in integ. restit.* Bald. Paul. *ibi.* Odoffred. Salyc. Cyn. Andr. Ruin. Alberic. & Ias. & Socin. quos refert Roland. *in dict. cons. 26. num. 28. & 29.* Vide Addita ad Gloss. *10. l. 3. p. 3. versic. limit. 2. & gloss. 1. l. 8. tit. 19. p. 6.* Marcel. Cala. *de modo artic. §. 1. in princip. num. 67.* Barb. *in l. hæres absens, §. proinde, ex num. 14. usque ad 29.* dicit non esse ab hac recedendum, & ad text *in d. §. in omni*, respondit procedere, quando ex utraque parte contractus non fuit perfectus, quo casu ex defectu in loco contractus agi potest ad rescissionem, secus vero, quando jam perfectus ab utraque parte est. Pereir. *in dict. num. 30. ad fin.* & eam communem appellat.

Sed his non obstantibus, prima vera est, & in praxi observanda, cui non obstat *d. l. 2. Cod. ubi, & apud quem*, cui respondent Covar. Roland. Pereir. & alii *ubi suprà*, procedere, quando conveniendus non reperitur in loco contractus; & ex eo quòd forum rei, in quo domicilium habet is, qui conveniendus est, secundum esse legislator dixerit, non negat in loco contractus, cujus causa forum Iudicis illius fortitus fuit, conveniri posse, si ibi inveniatur, quia est una ex principalioribus causis, quia forum in civilibus mutatur.

Alia de hac quæstione, quod quis ratione contractus possit in eo loco conveniri : Vide apud DD, *suprà* allegatos, maximè apud Barbos. *in dict. l. fr hæres absens, §. proinde, ff. de judic.* & Gregor. Lopez. & ad eum additos *in l. 32. tit. 2. p. 3.* Coler. *de proces. execut. 2. part. c. 1. num. 44.* & vide Addit. ad Gloss. *4. l. 13. tit. 11. infra hac part.* ubi de foro ratione destinatæ solutionis, & contractus egimus. 137

Item in loco ubi sita sunt bona, de quibus vertitur controversia, *l. fin. C. ubi in rem actio, c. Romana, §. contrahentes, de foro competenti. n. 6. c. sane, & c. fin. de for. compet. & d. l. 32. vers. la quarta es,* & *ibi* nos *in gloss. 9.* Bern. Diaz, *reg. 259.* Falcon. *reg. 115.* Paz. *in l. 5. styli, n. 2. per text. ibi.*

Intellige ea, quæ diximus, quòd in loco contractus, & ratione rei suæ quis conveniri potest, si ibi reperiatur, ut diximus *in d. l. 32. gloss. 5.* ubi regulare esse in omni foro præter forum domicilii, *ex §. contrahentes,* Paul. & ex Ttentacinq. *var. resolut. lib. 2. resol. 4.* diximus. 138

Contrarium, imò quod ibi quis possit conveniri, etsi ibi non sit, sed absens ab eo loco tuetur. Donell. *lib. 17. c. 14. lit. F.* & *ibi* Illig. *ead. litt. ubi de hæred. agi opor.*

Intellige hanc opinionem, ſi in locos contractus reus bona habeat, ſeu domicilium: nam tunc præmiſſa legitima citatione, & contrahente contumace, poterit Judex loci contractus mittere actorem in poſſeſſionem bonorum; de quo vide Oſvald. Illiger. & Trentacinq. *ubi ſuprà*, & Covar. *pract. q.c.10. num.* 4. Zanger. *de except. pag. 2.c.* 1. *à n.* 10. & cum eo tranſit Maynard. *in fine ad d. deciſ. Toloſ. 33. lib.* 3. & Donellus, 2. *part lib.* 17. *c.* 17. & *ibi* Illiger. 3. *col. litt. E, & F*, ubi defendit, non ſolum non requiri, quòd in loco rei ſitæ reus reperiatur, imò quòd alibi, quam in loco rei non poteſt conveniri, & quòd nec actori, nec reo licet forum revocare, & ad forum domicilii rei remitti eſſe poſtulandum. Contra tenent plures, quos refert Maynard. qui tenet in electione actoris eſſe, reum in loco rei ſitæ, vel in ejus domicilio convenire, ſi res eſt *mobilis*, idem venit dicendum, ratione verò ſituationis poſſidens poteſt remedio hujus legis conveniri in loco, ubi res eſt, ſi res permanſura eſt in loco. Bart Bald. & Paul. *in l. fin. Cod. ubi in rem act.* Trentacinq. *num.* 9. *ubi ſuprà*, ſecus ſi non eſt permanſura.

139 Quando reus poteſt *in diverſis locis*, & coram diverſis judicibus conveniri; de jure communi actoris eſt electio, coram quo judice eum conveniat; ſecus verò, quando de jure ſpeciali, quia tunc reo electio competit, *l. non utique, ff. de eo, quod cert. l. ult. C. de jur. omn. jud. l. ult.* & *ibi* Gloſſ. & D D. *C. ubi in rem act. l. cum Clericus*, ubi Bald. *num.* 1. *C. de Epiſcop. & Cleric.* vide Addita ad Gloſſ. 17. *d. l.* 32. *& gloſſ. in c. dilecti, verb. domicilium, de for. comp.* Jaſ. *in d. l. non utique, num.* 5. Covar. *lib.* 2. *var. c.* 18. *num* 6. Gail. *pract. obſerv. lib.* 1. *obſerv.* 11. *num.* 6. Maynard. *deciſ.* 33. *lib.* 3. Ludov. *deciſ. Peruſ.* 16. *n.* 44. Roland. *conſ.* 97. *n.* 51. *lib.* 3. Trentacinq. *n.* 10. *ubi ſupr.* Paz. *in prax.* 1. *p. tom.* 1. *temp. n.* 67. Cabed. *deciſ.* 54. *num.* 2. 1. *p.* Fontanel. *de pact. nupt. claus.* 4. *gloſſ.* 15. *n.* 76. & 77. ubi ampliat, etſi per reum ſit facta coram uno judice præventio judicii, ut puta intentando remedium *l. diffamari, C. de ingenuis, & manum.* nam præventione non obſtante poterit actor coram alio judice reum convenire, & petere cauſam remitti ad eum judicem, quem elegit, ex Socin. Covar. & aliis; Coler. *d. c.* 1. *n.* 50. 51. & 52. ubi creditoris eſſe electionem, quando reus habet plures judices, latè reſolvit, *& in n.* 53.

140 Sextò quæro, utrum, qui de reſciſſione contractus agit prætextu læſionis, vel metus, vel ex alia quacumque cauſa, teneatur priùs quicquid ex contractu recepit reſtituere; Quòd non ſit audiendus, niſi ante omnia accepta reſtituerit, probat *l. diverſa*, ubi notant Bald. Paul. Salicet. Padil. *& in l. ubi pactum, C. de tranſact. & in l. exempto, §. ſi quis virginem, ff. de act. empt.* Odd. *de reſt. in integr. q.* 4. *art.* 3. *num.* 41. Gratian. *c.* 555. *n.* 26. & ſic deciſum fuiſſe teſtatur Afflict. *deciſ.* 230. *n.* 4. & 5. ubi procedere inquit, etſi altera pars nolit recipere, ſed ſtare contractui. Gram. *deciſ.* 66. *n.* 22. & 23. Millanenſ. *deciſ.* 17. *lib.* 2. Rota, *deciſ.* 111. *& deciſ.* 805. *&* 810. 1. *p. diverſ.* Put. *deciſ.* 353. *n.* 6. *lib.* 1. *& deciſ.* 140. *lib.* 2. Cacher. *deciſ.* 160. *in fin.* Maſtr. *deciſ.* 13. *& deciſ.* 14. *per tot.* Pariſ. *conſ.* 96. *n.* 212. *lib.* 1. Dec. *conſ.* 32. *n.* 1. *&* 5. *vol.* 4. Cravet. 7. *n.* 14. *& conſ.* 83. *n.* 1. *&* 329. *&* 354. Corn. 233. *vol.* 1. Cancer. *lib.* 1. *var. reſol. c.* 18. *num.* 23. Gonçal. *ſuper reg.* 8. *Cancell. gloſſ.* 27. *n.* 22. *& gloſſ.* 56. *num.* 104. *&* 105. Macera. *lib.* 2. *reſol.* 11. *num.* 26. *&* 16. *num.* 5. Surd. *conſil.* 34. *num.* 24. *&* 18. *num.* 47. Giurb. *deciſ.* 103. *num.* 5. Menoc. *conſ.* 644. *num.* 1. *lib.* 7. *&* 1111. *num.* 112. *lib.* 12. ubi hoc procedere dicit non ſolum in tranſactione, ſed in quibuſcumque aliis contractibus nominatis, & innominatis, ex *d. §. ſi quis virginem, in fin. l. cum te fundum*, 6. *in fin. C. de pact. inter empt.* Giurb. *num.* 7. *ubi ſupr.*

Et procedit, etſi impugnans inſtrumentum, ſeu 141
contractum minor ſit, vel mulier, *l. quod ſi minor.* 15. *§. reſtitutio. ff. de minorib. l. unica, Cod. de reputat.* Corn. *conſil.* 188. *num.* 11. *lib.* 2. Cravet. 7. *num.* 14. Rolan. 59. *n.* 7. *lib.* 1. Simoncel. *de decret. in contract. minor. interp. lib.* 3. *tit.* 7. *num.* 20. Rip a, *obſerv.* 301. *num.* 8. Macerat. *lib.* 1. *reſol.* 14. *num.* 1. *& reſol.* 38. *num.* 19. *& lib.* 2. *reſol.* 17. *n.* 4. *&* 5. Rot. *diverſ. deciſ.* 440. *num.* 1. *p.* 1. Maſtrill. *deciſ.* 13. Magon. *deciſ. Floreet.* 118. *n.* 8. Decian. *conſ.* 56. *num.* 102. *vol.* 4. Honded. *conſ.* 34. *n.* 34. *vol.* 2. Giurb *deciſ.* 103, *n.* 10. Menoch. *d. conſ.* 616. *n.* 14. *&* 664. *&* 674. *n.* 15. *&* 714. *n.* 9. *&* 1112. *n.* 66. *& lib.* 3. *præſumpt.* 84. *n.* 1. Quam reſtitutionem ſtatim in initio litis offerre debet. Pariſ. *d. n.* 112. Menoch. *d. conſ.* 664. *num.* 66. *&* 71. *& d. conſ.* 1111. *per dict. l. ſi diverſa.* Cæphal. *conſ.* 207. *num.* 21. *lib.* 2.

Et in tantum eſt verum, quod non ſufficit obla- 142
tio verbalis, ſed debet eſſe actualis, & realis, aut per verum depoſitum. Bald. *in l. accepta, num.* 15. & Paul. *ibi in fin. C. de uſuris.* Cagnol. *in l.* 1. *n.* 6. *C. de pact. inter empt. & vend.* Boër. *deciſ.* 124. *n.* 7. Tiraq. *de retract. conv. §.* 4. *gloſſ.* 6. *n.* 1. Ruin. *conſ.* 64. *num.* 7. *verſ. non obſtat, lib.* 2. Odd. *de in integr. reſtit. q.* 47. *n.* 28. Menoch. *d. conſ.* 644. *num.* 4. *&* 25. *&* 1111. *n.* 66. *&* 72. Giurb. *d. n.* 12. ubi alios allegat. Gratian. *num.* 26. *ubi ſupr.*

Intellige 1. hæc, quæ dicta ſunt, in tranſactio- 143
ne, ex qua ſi quis aliquid ab adverſario recipit, & illam ex aliqua cauſa impugnare velit, non aliter audietur, quàm reddita quantitate, quam accepit; non vero in reſtitutione minoris, nec in reſciſſione contractus ex capite læſionis, metus, doli, vel nullitatis: nam licet ſit verum, quòd quando reſcinditur contractus factus à minore, vel ab alio, debeat reſtitui, quod occaſione illius contractus ab adverſario recepit, ut *in l. unic. Cod. de reputa. & in d. l. quod ſi minor*, 25. *§. reſtitutio, ff. de minor. & d. l. exempto, §. ſi quis virginem. ff. de act. empt. d. l. cum te fundum, Cod. de pact. inter emptor*, non tamen tenentur uſque ad finem litis pretium reſtituere, *l. ſi judex*, 42. *ff. de minori.* Gloſſ. *verbo, reſtituere, in d. l. unica.* Molin. *de Hiſpan. primogen. lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 45. ubi hoc ſingulariter advertendum eſſe dicit, & quaſi omnes *ſuprà* relati loquuntur in tranſactione. Et non obſtat *d. l. ſi à te*, 7. *& de pact. inter empt.* nam ibi ratione pacti pretium præſtare debebat, & cum de nullitate agitur declarato contractu nullo, rei poſſeſſionem cum effectu conſequi non poteſt actor, niſi receptum priùs integrè reſtituat. Dec. *conſ.* 32. *num.* 4. *vol.* 4. Maſtril. *d. deciſ.* 13. *num.* 30. *&* 31. Giurb. *d. deciſ.* 103. *n.* 4. ex quibus ſequitur, quòd ab initio non excluditur agens à judicio antequam reſtituat accepta. Gualt. *de tutelis*, 2. *p. rub.* 4. *n.* 18. *& p.* 3. *rub. fin. n.* 17. & ſic deciſum refert Anna. *ſing.* 540. Cæphal. & quos ſequitur Giurb. *ubi ſupr. n.* 15.

Intellige 2. niſi pars ſit parata reſtituere rem 144
reſtituto priùs ab agente accepto ex relatis D D. quia cum petat ſoluti reſtitutionem, à contractu diſcedere videtur, & ut diximus cum effectu non poteſt conſequi rem, niſi accepto reſtituto; ſecus verò, quando reus ſe defendendo excepit, quòd deponat acceptum, quod procedit etiam in tranſactione, quando eam vult defendere, ut ex

Georg

Georg. & aliàs tradit Giurba, *num.* 14 & nota quòd in ea, si pars non opponat, non tenetur offerre, ut ex Rot. Afflict. & aliis tradit Giurb. *n.* 13. ubi ait non sufficere oppositionem, si ea non admissa à non admissione non appellaverit, ex Gratian. *discept. cap.* 301. *num.* 44.

145 Limita, si esset pactum inter partes, seu clausula in scriptura posita, quòd non aliter contra contractum quis audiri possit, quàm restituto prius accepto, nam tunc deneganda est audientia, si agere velit ante factam restitutionem. Vide Cabed *decis.* 37. *n.* 5. *par.* 1. ubi variè Senatum judicasse dicit, quòd sit dictum pactum licitum probat, *l. cum proponas, & l. ubi pactum* & *ibi* DD. *C. de transact.* Gamm. *decis.* 370 *n.* 4. Barbos. *in l. alia* 14. *§. eleganter. n.* 47. *ff. sol. mat.* Valasc. *consult.* 85. *n.* 7. *&* 173. *n.* 4. distinguit, quòd, si ex inspectione scripturæ constat de nullitate, est audiendus non obstante dicta clausula, aliàs audiri non deberi, etsi de nullitate agat, licet contrarium velit Giurb. *n.* 14. *ubi sup.* & sic est tenendum.

146 Quæro 7. pendente judicio rescissionis contractus utrum agens instrumento venditionis uti possit, & ejus virtute petere in eo promissa via executiva? Ut si bona immobilia data sint in censum emphyteuticum redimibilem, & debitor se in pretio deceptum esse contendat; vel si creditor vendidit fundum fide habita de pretio, vel si pretium in censum conversum fuit, & se læsum ultra dimidiam dicat?

Pro cujus resolutione dic, aut debitor ipse agit de nullitate contractus, & instrumenti; aut creditor; si debitor, tunc ex litis pendentia non impeditur executio, nec repellitur; nam ei impedimento non debet esse, quin jure suo utatur. Lancel. *de attentatis*, 2. *p. c.* 17. *de attent. nullit. pend. à n.* 17. ubi hanc proculdubio sequendam, & veriorem dicit, & multis confirmat, *& n.* 161. tradit, quòd judicium introductum super nullitate, non debet impedire usum instrumenti. Ioan. de Amicis, *cons.* 150 Bursat. 74. *n.* 5. *lib.* 1. Angel. *in l.* 4 *§. condemnatum, ff. de iud.* & *ibi* Ripa *n.* 29. Vanti. *de nullitate, tit. quotid. & quib. mod. nullit. prop. n.* 29. Roder. Suar. *l. post rem judicatam, in declarat. legis reg. circa fin. q.* 4. *n.* 15. 16. *&* 17. Mascard. *concl.* 686 *n.* 11 *&* 14. Hond. *consil.* 17. *n.* 45. *vol.* 2. Surd. 377. *n.* 42. Parlad. *lib.* 2. *rer. quotid. cap. fin.* 5. *p. §.* 11. *num.* 22. ubi alios adducit. Bero. *cons.* 119. *vol.* 3. Cartar. *decis.* 2. *n.* 8. 9. 10 *&* 11. ubi alios allegat. Gutier. *de juram. confir.* 1. *p. c.* 2. *n.* 23. *vers.* 5. *potest salvari*; ubi assignat rationem, quia tunc, cum creditor sit in possessione, non impeditur pensionis præstatio propter supervenientem litem super nullitate. Franc. *decis.* 373. Rebuff. *de liter. oblig. art.* 2. *glos.* 1. *n.* 2. *&* 23. 1. *tom.* ubi sic decisum fuisse in Senat. Paris. decit. Afflict. *decis.* 30. Maceratensis *lib.* 1. *var. resol.* 31. *n.* 2. Cavalcan. *decis.* 3. *num.* 15. *p.* 5. Bellug. *in specul. Princip. rub.* 41. *§. leges Regni, num.* 47. Canzer. 1. *p. var. cap.* 17. *de appellat. n.* 24. *&* 2. *p. c.* 3. *de instrum. guarent. n.* 19. Ferrar. 3. *p. observat.* 160. *circa fin.* Fontanell. *de pact. nupt. clauf.* 4. *glos.* 15. *n.* 82. Giurb. *decis.* 100. *n.* 3. Gratian. *discept. cap.* 118. *n.* 43. qui omnes concordant, quòd executivo instrumento uti poterit creditor, non obstante lite super nullitate.

147 Et in hoc casu cautionem à creditore præstandam esse in casu succumbentiæ dixerunt Socin. *in l. pecuniam, n.* 1. *ff. si cert. pet.* Guip. Pap. *decis.* 50. Covar. *pract. q. cap.* 25. *n.* 1. *vers. huic vero.* Lancellot. *d. c.* 17. *n.* 91. Cartar. *d. decis.* 2. *num.* 12. Cancer. *d.* 1. *p. c.* 17. *de appellat. n.* 24. Michaël. Ferrar. *d. cap.* 160. *&* 107. ubi de stylo Curiarum testatur. De quæstione, utrum impugnari possit judicium propter non præstitam cautionem, vide Fontan. *d. claus.* 4. *glos.* 15. *n.* 83. ubi ex hoc non posse invalidari judicium postea factum defendit, & ita Senatum Cathal. declarasse, & ad præstandam dictam cautionem non teneri, nisi à parte petatur, dicit.

Contrariam, quòd judicio nullitatis pendente, nec instrumentum, nec sententiæ possint execution dari tenent Innoc. *in cap. cum olim, in glos. canonica de dolo, & contum.* & alij, quos sequitur Ripa *n.* 26. *in l.* 4. *§. condemnatum. ff. de re jud.* Vital. de Camb. *in claus. nihil novari nullit. pen. sub num.* 8. Covarr. *pract. c.* 24. *n.* 5. ubi hanc magis receptam esse dicit, & pro ea alios adducit. Afflict. *decis.* 131. Gutier. *c.* 2. *à n.* 11. *usque ad* 28. ubi hanc tuetur, & Innoc. *sup.* & citatos ad concordiam reducere conatur Felician. *de censib. lib.* 2. *c.* 1. *n.* 34. *vers. non tamen præfati.* Rodrig. *de ann. redd. lib.* 1. *q.* 15. *n.* 29. Mastr. *decis.* 157. *per tot, maximè n.* 38. *&* 40. ubi opinionem contrariam Innocentii cessare dicit, quando non solum super nullitate sententiæ, vel instrumenti est præventum, sed etiam si esset lis contestata, & processum ad testium productionem, & jam judici constare poterat de nullitate instrumenti, & exceptione contra illum opposita. Cartar. *decis.* 20. *per tot. à num.* 1. ubi agit, quod debitor timens executionem instrumenti faciendam potest agere, & petere declarari instrumentum nullum; & idem Mastrill. *à num.* 23. idem esse dicit, quando actor liti nullitatis consensit expressè, vel tacitè, non contradicendo in scriptis, quia in judiciis taciturnitas habetur pro consensu. Franc. Milan. *lib.* 2. *decis.* 7. *n.* 6. *cum aliis.* Ex quo inferunt DD. citandi *infr.* judicem sæcularem constito sibi de litis pendentia coram judice Ecclesiastico super nullitate instrumenti, quia erat usurarius contractus, ex quo executivè coram ipso agitur, debere supersedere, & judici Ecclesiastico obedire, si ab eo inhibeatur, ne ultra procedat sub pœna excommunicationis; quia aliàs judicium Ecclesiasticum redderetur illusorium. Gutierr. *c.* 2. *n.* 11. ubi alios allegat Villalob. *in erar. verb. condemnatus.* Franc Marc. *decis.* 44. *n.* 4. & idem tenent alii, quos referunt Cartar. *decis.* 1. *n.* 9. Giurb. *decis.* 100. *num.* 7.

148

Sed his non obstantibus sententia eorum, qui dicunt ex litis pendentia non impediri instrumenti executionem, verior, & tenenda est; & contraria procedit, quando contractus est nullus ipso jure, seu constat ex actis de nullitate, seu injustitia. Felician. & relati *ubi sup.* & tunc non impedit executionem, ex eo quòd causa sit præventa, sed quia instrumentum nullum, & injustum non meretur executionem, ut tradit Milanens. *d. decis.* 7. *n.* 6. *&* 7. vel si ex actis processus, & ex probationibus judici constare poterat de nullitate instrumenti, ut inquit Mastrill. *decis.* 157. *n.* 40. relati DD.

149

Et judicem Ecclesiasticum, qui de usura contractus cognoscit, non posse judici sæculari inhibere, ne de executione cognoscat, nec creditorem ipsum exequentem impedire, ne executionem petat, docent Bald. & DD. *in l.* 1. *in fine, C. de diverf. refert l.* 1. *C. quomod. & quando jud.* Abb. *inc.* 1 *num.* 10. *de jure jurand.* Marsil. *sing.* 490. Afflict. *decis.* 20. Alex. *cons.* 83. *n.* 10. *vol.* 5. Mascard. *concl.* 686. *n.* 13. Gratian. *discept. c.* 118. *n.* 43. Cartar. *n.* 9. Parlad. *lib.* 2. *rer. quot. cap. fin.* 5. *p.* §. 11. *n.* 23. Giurb. *n.* 7. alios refert. Gutier. *d. c.* 2. *n.* 9. Cevall. *de cognitione per viam violentia.* 2. *p. q.* 96. & alios adducit, *& in n.* 10. *&* 11. refert concordiam inter has opiniones, quòd Judex Ecclesiasticus, si præveniat in causa

150

circa cognitionem usuræ, possit inhibere judici laico, aliàs secus. Ipse verò *à num.* 12. in utroque casu judici Ecclesiastico hoc non licere resolvit, & in confirmationem adducit Gutierr. *in d.c.* 1. *n.* 26. qui licet loquatur, quando pendet lis super petitione absolutionis à juramento, ejus doctrina est in praxi notanda, & ita fuisse in Cancel. Pinciana declaratum testatur, & in Regno Cath. idem fuisse decisum, Peguera. *decis.* 3. *à num.* 24 quem, & alios allegat, quorum opinioni assentior, nisi de usura manifestè constaret, & de iniquitate contractus.

Amplia 1. idem fortius procedere pendente instrumenti rescissione à debitore principaliter petita ratione læsionis, metus, vel doli; quia non debet creditori esse impedimentum, quominus jure suo utatur ex *supra* traditis, quos referunt, & sequitur Gutierr. *in d.cap.* 2. *num.* 29. Felicia. *d. lib.* 2. *c.* 1. *num.* 34. *vers. non verò præfati.* Giurba. *d. decis.* 100. *num.* 6. Azeved. *in l.* 1 *tit.* 20. *lib.* 4. *recop. num.* 144. Cevall. *in d. tract. de cognitio. quæst.* 1. *num* .35. ubi sic fuisse decisum refert.

151 In secundo casu, quando per creditorem lis mota est, aut creditor agit de nullitate vel rescissione contractus, aut via ordinaria petit, quòd executivè petere poterat; & ea relicta ad viam executivam redire desiderat. Primo casu, aut agit de nullitate, quia res vendita erat fideicommisso subjecta, vel de rescissione, quia fuit læsus, ultra dimidiam justi pretii, & durante lite virtute ejusdem contractus vult exigere reditus census, in quem conversum fuit rei venditæ pretium, & hoc casu executivo instrumento creditorem uti posse, docent Rebuff. *in constit. tract. de rescind. contract. artic.* 1. *glos.* 4. *num.* 7. *& tit. de sententiis provisionalibus, in præf. n.* 132. Cavalc. *decis.* 19. *num.* 53. *p.* 3. & alios refert, & ita judicatum refert, Franch. *decis.* 373. ex regula quòd sicut reus non est interim lite pendente privandus possessione sua, nec actor. Gutierr. *d. c.* 2. *num.* 23. Rodr. *de annuis. redi. lib.* 1. *quæst.* 15. *in fin.* Lancellotus, *de atten. d. c.* 17. *num.* 159. Maceraten. *lib. var. resolu.* 31. *num.* 1. quos refert, & sequi-
152 tur Giurb. *num.* 11. & contrariam etiam tenentes refert, & eorum fundamenta, & eis *à n.* 21. satisfacit, & regulam, quòd nemo commodum percipit ex actu, quem impugnat, dicit procedere, quando vult sentire commodum ex ipsomet actu, secus verò si ex alieno, ex Alexand. Dec. Craveta, Gabri. & Menoch.

153 Aut creditor agit de nullitate, & contractus rescissione, & dicit rem ad se spectare cum fructibus, & pendente illo judicio ordinario contra eundem pro censu, & ejus reditibus executivè agit, & in hoc casu variæ sunt opiniones. Prima est affirmativa opinio, quòd non obstante litis pendentia, potest pro censu judicium executium virtute instrumenti intentare, quia debitor rem possidens debet præstare ea, quæ ex lege contractus tenetur, Rebuff. Cavalc. & alii, quos sequitur Giurb. *dict. decis.* 100. *n.* 14. Franch. Gutier. Roder. Lancellot. & Maceraten. *ubi supra, num....* tunc quia rei fructus emptor percipiens usuras pretii solvere tenetur, ut diximus in Addit. Glos. *l.* 18. *n.... sup. hoc tit.* Et quia
154 in executivis exceptio litis pendentiæ locum non habet. Ceval. *comm. q.* 815. *à n.* 24. Felician. *d. cap.* 1. *n.* 34. Cavalc. *decis.* 1. *n.* 15. *p.* 1. ex Beccio, Bero. & Neviz. Gratian. *discept. c.* 118. *n.* 54. Capic. *decis.* 33. *n.* 3. Cartar. *decis.* 2. *n.* 9. *&* 14. ex Lancell. & Gabr. tradit Giurb. *n.* 16. 17. 18. 20. *&* 21. ubi hanc opinionem aliis rationibus confirmat, scilicet quòd sufficiat præstare cautionem, ut præstatur quando evictio eminet in limite contractus (de quo in Addit. Glos. *l.* 33.) *& in num.* 22. refert opinionem negativam, scilicet quòd pendente lite super venditionis rescissione, aut nullitate contractus non possit perfici; & rationibus corrobarat, & eam tenentes refert, *ex num.* 32. 33. *usque ad finem*, resolvit pendente instrumenti rescissione, vel nullitatis judicio à creditore, ex Castrens. *cons.* 91. *num.* 8. *vol.* 1. Tusch *litt. E. conclus.* 499. *d. n.* 19. *& n.* 11. 17. *&* 18. quia non sufficit, quòd quis actum impugnet, ad hoc ut non possit ex illo commodum percipere, cum etiam requiratur, quod adversarius acceptaverit impugnationem, ex Glos. *in cap. cum veniss et, verb. obtulit, de eo qui mittit. in poss ess. causa rei servan.* Ruin. *cons.* 21. *n.* 6. *vol.* 1. Felin. *in cap. capitulum, n.* 13. *de rescript.* Cæphal. *cons.* 152. *num.* 42. Gratian. *discept. cap.* 239. *n.* 36. & impugnans actum potest se juvare ex actu impugnato in casu, quo adhuc pendeat impugnatio, & super ea facta non sit declaratio; quia cum eventus litis sit dubius, *l. quod debetur, ff. de peculio*, si non obtineat, gravabitur *in* executione. Grat. *ubi sup. d. n.* 36. *&* 39.

Amplia, etsi lata fuerit sententia, pendente ap- 155
pellatione instrumentum confici posse, ex Angel. *in l. si Cajus, ff. de appellat.* Paris. *cons.* 39. *n.* 3. *vol.* 1. Ioffred. *decis.* 447. Carroc. *de locat. & conduct. tit. de attent. n.* 7. *&* 8. quia dum usus rei ei non auferitur, tenetur solvere ratione fructuum. Bald. *in l.* 2. *n.* 7. *C. de usuris.* Giurb. *ubi sup. n.* 34. & dicit non obstare, quòd instrumentum paratam habens executionem, si fuerit vulneratum per unam inferioris judicis sententiam contra illud latam, qua declaratum sit fuisse nullum, effectui dari non possit, *ex* Rot. *diversor. decis.* 132. *p.* 2. Gonzal. *in reg.* 8. *cancell. glos.* 6. *num.* 202. quia verius est, si ab ea non sit appellatū, effectui dari posse. Sed declara *supra* dicta, procedere, quando solum agitur de rescissione contractus ratione læsionis; minoris ætatis, metus, dolive, in quibus creditor non est obligatus de evictione, aliàs quando ex alia causa, ut puta, quia res erat fideicommisso subjecta, annullatio contractus prætenditur, & creditor rei evictionem promisit, obstabit ea regula text. *in l. vendicantem, C. de eviction. cum similib.* Giurb. *ubi sup. n.* 14. ubi sic decisum fuisse dicit, quia tenebatur de evictione, & alia vide apud eum *in num. anteced.* ubi respondet *ad decis.* Franch.

Quando creditor via ordinaria petit adimple- 156
mentum contractus, vel fructus, & postea redire vult ad executivam viam, duæ sunt opiniones. Una negantium, scilicet quòd actor, qui ordinariè cepit agere, viam illam relinquere non potest, & ad executivam redire. Glos. *verb. partib. Clem. sæpe, de verb. signif.* Roman. *cons.* 133. Imol. *in l.* 2. *ff. à quib. appell. non licet, n.* 4. *in prin.* Marant. *in spec. p.* 6. *in* 8. *actu, n.* 14. Cavalc. *decis.* 1. *n.* 15. *&* 16. *p.* 1. Paz. *cons.* 39. *n.* 7. Valasc. *consult.* 88. *n.* 9. Gutierr. *lib.* 3. *q.* 39. *n.* 5. ubi hanc tenendam in judicando, & consulendo dicit. Aviles *in cap. prætor. c.* 10. *verb. execut. n.* 2. Avend. *in l.* 45. *Taur. glos.* 6. *n.* 8. Lancellot. *de attent. 2. p. c.* 4. *limit.* 30. *n.* 9. ubi hunc articulum, non esse expeditum dicit. Monter. à Cueva *decis. Reg. Aragon.* 22. *à num.* 5. ubi contrariis respondit. Mastrill. *2. p. decis.* 157. *n.* 1. Parlad. *lib.* 1. *rer. quotid. cap. fin.* §. 11. *n.* 20. Molin. *in annotat. ad lib.* 3. *c.* 13. *n.* 31. *ad fin. Hispan. primog.*

Altera affirmantium, quòd petens debitum ex 157
publica scriptura via ordinaria potest solutis expensis redire ad viam executivam. Rebuff. 1. *tom. ad constit.*

conſtit. de litter. oblig. gloſſ. 3. n. 7. Paz *in praxi*, 4. *p. 1. tom. cap. 2. n. 2. 3. & 4. & cap. 3. num. 31.* Felician. *de cenſib. lib. 2. cap. 1. n. 54. verſ. quo caſu*, ubi veriorem eſſe dicit, pro ea refert Jaſ. Maſſa Menoch. *de arbitra. caſu 371. n. 29.* ubi dicit, quòd in via executiva non procedit, *l. ubi ceptum eſt judicium.* Azeved. *in l. 1. tit. 21. lib. 4. recop. num. 153. verſ. mihi tamen*, ubi hanc ſibi magis placere dicit etiam ſine refectione expenſarum. Cevallos, *d. q. 815. n. 22. cum aliis*, ubi comprobat, & dicit non habere locum *l. ubi ceptum, ff. de judi.* quia coram uno, & coram diverſis judicibus poteſt creditor petere executionem contra reum, qui non poteſt opponere exceptionem litis pendentis coram alio judice, & procedere, etiamſi opponatur de litis pendentia in via ordinaria, licet lis eſſet conteſtata, contra Gutierr. quia via ordinaria, & executiva non ſunt contrariæ; ſed diverſæ, & ſic electione unius remedii non tollitur aliud.

158 Concordiam inter has opiniones tradit Azeved. *in d. l. 1. tit. 21. lib. 4. recop. num. 152. & 153.* ex gloſ. *verb. partibus in clemen. ſæpe de verb. ſign.* ex Roman. & Gutierr. ſcilicet, quòd Prima procedit, quoties debitor in via ordinaria non contradixerit creditori petenti, ſed potius cõtulit ſe ſolvere id, quod realiter appareret deberealtera quoties debitor ipſe in via ordinaria propoſita contradixit, & petit ſe à petitis abſolvi; & in hoc caſu, quando lis ordinaria fuit impugnata ab altera parte, quòd agens via ordinaria poſſit ad judicium executivum devenire, tenent etiam Lancello. *de attentatis, 2. p. c. 4. limit. 3. n. 80.* Cavalcan. *dec. 1. n. 16. p. 1* Gabr. *comm. tit. de regul. juris concl. 1. n. 30.* Maſtril. *deciſ. 157. n. 2.* licet non placeat Gutier. *d. q. 39. n. 3.* niſi reus via ordinaria intentata reſiſteret contumaciter ſolutioni. Quod etiam tenent Azeved. *n. 147.* & in hoc caſu

159 plane procedit dicta opinio. Et ultra prædictum caſum procedit ſecundò, quando reus nondum litem conteſtatus eſſet, nec eam acceptaſſet; nam tũc ad viam executivam redire poteſt actor, quia res eſt

160 integra. Gutierr. *n. 6. d. q. 39.* Tertiò quando in via ordinaria proteſtatum eſt per actorem, , quòd per eam non intendit renuntiari juri, & viæ exequutivæ. Azeved. *n. 145.* & Gutierr. *n. 6. ubi ſup.* Quartò judex ipſe compelleret actorem agere via ordinaria. Azeved. *n. 148.* & Gutier. *n. 10.* Quintò quando agitur hypothecaria contra tertium poſſeſſorem rei hypothecatæ; nam tunc, licet viam ordinariam intentaverit creditor contra tertium, poteſt executivè contra debitorem agere. Azeved. *n. 149.* Joan. Gutierr. *n. 11.* Sextò quando via ordinaria eſt tanquam præambulum ad executivam, ut ſi contra hæredem debitoris petenda eſt executio, vel ſi contractus eſt conditionalis, aut illi quibus, & de liquidatione agatur; nam tunc, quamvis proteſtatio omiſſa ſit, ad executionem redire poterit, ex Azeved. *n. 147.* & Gutier. *n. 12.* Septimò, quando actor qui via ordinaria priùs egit, expreſſè eidem renuntiet, & ab ea deſiſtat, petendo ſe condemnari in expenſis, hoc facto & his ſolutis poterit via executiva poſtèa agere. Gutier. *n. 7. ubi ſup.* In his caſibus extra dubium hæc opinio procedit, & in aliis eſſe tenendam, & obſervandam in practica teſtatur Cevallos, *ubi ſupr.*

161 Octavò quæro, utrum exceptio læſionis opponi poſſit, & admitti debeat in via executiva contra publicum inſtrumentum ſtante *l. 1. tit. 21. lib. 4. recop.* quæ omnes omninò exceptiones, & defenſiones adverſus contractus, ſententias, & alias ſcripturas paratam executionem habentes excludit, præter in ea nominatas? In ſpecie hujus quæſtionis negativè reſpondit Parlador. *lib. 2. rer. quotid. c. fin. 5. p. §. 11. n. 42.* dicens, non eſſe admittendas omnes exceptiones, ſed eas dumtaxat, quæ in *d. l.* fuerunt expreſſæ, quæ opinio fuit Bald Bart. Butrii, Dec. Abb. Guid. Pap. Aretin. Imol. Jaſ. Socin. quos ipſe refert, *num. 2. verſ. alii vero.* Avendan. *in c. prat. 1. p. c. 16. n. 4. & 5.* Ceval. *q. 763. n. 55. & 56.* ubi ita pluries conſuluiſſe & judicaſſe dicit, & in Cancellaria Pinciana ſic judicatum fuiſſe, teſtatur. Gironda *in tr. de gabell. 2. p. §. 2. à n. 1. uſque ad 14.* ubi 7. fundamenta in confirmationem adducit, & deciſionem Senatus Granat. Micr, *de major. 4. p. q. 22. n. 23.* Contrarium in ſpecie hujus quæſtionis, ſcilicet quòd exceptio læſionis ultra dimidiam juſti pretii legitima ſit, & in via executiva opponi poſſit, & admitti debeat, tenet Dida. Pereti. *in l. 4. tit. 8. lib. 3. ordin. col. 17. pag. 631. verſ. autem durante*, & Azeved. *in d. l. 5. à n. 157. cum aliis.* Joan. Gutier. *pract. q. lib. 1. q. 111. n. 3.* ubi *à n. 1.* examinat quæſtionem, utrum adverſus executionem admittantur aliæ legitimæ exceptiones præter enumeratas *in d. l. 1.* & quòd generaliter omnes exceptiones legitimæ adverſus executionem ſint admittendæ, tenent Cyn. Ang Socin. Roderic. Suar. quos refert Parlad. *in dict. n. 2.* Paz. *in prax. 1. tom. 4. par. c. 3. n. 34.* ubi pro hac citat Gomet. & Covar. Cifvent. & Caſtillum, & probari dicit in verbis, *d. l. 1.* ibi, *tal que de derecho ſe deera recibir, & in l. 2. ejuſdem titul.* ibi: *o legitima exception.* Falcon. *regul. 438. n. 11.* Valdeſc. *in dd tit. ad Roderic. Suar. in l. poſt rem judicatam. in declarat. leg. Regn. poſt limitat. §. venio ad ſecundam partem, litt. A.* ubi dicit, quòd in dictis legibus non dicitur, quòd non poſſint opponi aliæ exceptiones, etſi legitimæ præter expreſſas, & alios citat, Pichard. *in manua. ad praxim. 2. part. præcep. 14. §. 13.* ubi nos hoc jure uti teſtatur, & alios adducit. Mieres, *ubi ſupra.* vide addit. Gloſ. 4. *l. 10. tit. 12. infra.*

Hanc opinionem in locationibus admittendam eſſe dixit Girond. *in d. 2. par. §. 2. n. 13.* ubi in praxi receptum eſſe dicit, quòd ſterilitatis, & hujus legis exceptio admittatur, quando ex parte rei exceptio læſionis legitimè fuit probata, ſecundum ea, quæ diximus *ſupr. in addit. gl. 4. & 6.* in arbitrio judicis eſſe, viſis, & cenſuratis probationibus, admittere prædictam exceptionem, & ferre ſententiam additionis alternativè, juxta ea, quæ tradit Azeved. *ubi ſupr. n. 158. & 59.* Cevall. *d. q. 663. à n. 58.* Et idem in tractatu, *de cogni. per viam viol. 2. p. q. 1. n. 35. & 36.* dicit, reum non eſſe audiendum, ſi poſt quam de reſciſſione contractus egit ex capite læſionis ultra dimidiam, factis probationibus vult de ea opponere in via executiva, ex traditis *ſup. q. 7. n. 140.* & ita fuiſſe deciſum.

In hac quæſtione nunquam exceptionem legitimam læſionis, vel alias legitimas repellerem, ſi de læſione plenè conſtaret; aliàs ſecus, ſeu ſi ex probationibus ac totis exceptio dubia redderetur, quo caſu ea rejecta cauſam deciderem, prout reſolvit Cevallos *ubi ſupr.* cujus reſolutio de jure, & æquitate procedit.

LEX LVII.

SUMMARIUM.

1 *Si dolus dat cauſam contractui bonæ fidei, eſt ipſo jure nullus. 2. 3. 4. 5. Etſi juramento firmetur. 6. 7. 8. Idem in diſtractu. 9. Idem in contractu*

contractu dotis 10. *Item in matrimonio carnali*, 11. *Et quid in spirituali*, 12. *&* 13.

14 *Si dolum passus vult stare contractui, contractus valet, nisi lex ei resistat.* 12. *Seu sit factus in fraudem legis.* 18. *Dolum suum quis allegare non potest ad proprium factum rescindendum.* 15. *Dolosus potest petere, quod declaret, an velit stare contractui.* 16.

19 *Transactio ex dolo ei dante causam non vitiatur, secus de jure canonico.* 20. *&* 21. *Ob dolum tertii contractus non vitiatur, quid si tertius non sit solvendo,* 22. *Seu sit idem cum contrahente.* 23.

24 *Contractus non vitiatur, si dolus ex utraque parte adfuerit, nisi sit circa res divisas.* 25.

26 *Item, si certior sit de dolo.*

27 *Idem si dolus non repugnat naturæ contractus.*

28 *Dolus quando dare causam contractui dicatur, & tunc non agitur actione contractus, sed doli.* 29. *Nisi sit minor.* 30. *Et dolus qualis debeat esse.* 31.

ADDIT. GLOS. I.

NOta ex Glos. 1. si quis dolo induxerit ad ven-
1 dendum, non videntem, nec cognoscentem rem, nec ejus pretium, nec vendere volentem, talem venditionem posse rescindi, & de jure esse nullam; nam quando dolus dat causam contractui bonæ fidei, contractus est ipso jure nullus. Add. *l. eleganter, ff. de dolo, & ibi* Glos. *l. 3. §. fin. ff. pro socio, & ibi* Glos. *l. domum, in fin. ff. de contraben. empt. l. in causa, l. 1. §. item. ff. de minor, l. non dubium, in fin. C. de legib. l. in fraudem. C. de præscrip. decem, vel 20. annor. l. 4. tit. 10. lib. 3. fori, & l. Iulianus, § si venditor. ff. de act. empt. l. si quis cum aliter, ff. de verbor. oblig. l. sub prætextu, l. 1. C. de transact. & ibi* Bart. & Glos. *in l. dolo, C. de inutilib. stipulat. & in l. bonam fidem, C. de action. & obligat.* & Gloss. *magna, in l. 2. C. de rescind. vend.* Glos. *in c. imotuit, de elect.* Ias. *in l. cum postea quam, C. de pact. & ibi* Curt. & Rimin. Abb. *in cap. novissime. n. 7. de arbitrar.* Imol. *in cap. cum dilecti. n. 13. de empt. & vend.* Duaren. *in tit. de in litem jurand. à n.* 15. Corras. *lib. 1. Miscellan. cap. 16.* Panth. Cremens. *in l. 2. num. 12. C. de rescind. vend.* Tiraq. *in l. si unquam, verb. revertatur, n. 243. C. de revoc. donat.* Bacon. *lib. 1. declarat. jur. cap. 20.* Azor. *Instit. Moral. p. 3. lib. 6. tit. de contract. cap. 10. p. 2.* Alciat. *in cap. cum contingat. de jur. jur.* Bernard. Diaz *regul. 20.* Ioan. Igne. *in l. contractus; n. 105. ff. de reg. jur.* Padill. *in l. 2. C. de rescind. vend.* Macerat. *lib. 2. resol. 17. n. 7.* Giurb. *ad consuet. Messan. cap. 1. glos. 8. p. 1. n. 62.* Matien. *in l. 2. tit. 11. gl. 2. n. 2. lib. 5. recop. & ibi* Azeved. *n. 5.* Scacc. *de commerc. §. 1. q. 7. p. 2. ampl. 10. n. 8.* Carroc. *de depos. tit. adversus quos detr. act. depos. n. 5. & de locat. & cond. cap. de dolo dante caus. contract.* Gutier. *de jur. conf. 1. p. cap. 37. n. 12.* Cevall. *q. 136.* Morla. *in empor. tit. 3. n 37. & 167. in præmis. & tit. de contrab. empt. in præmis. n. 92. & 93.* Pichard. *in §. actionum, instit. de act. q. 9. n. 2. in princ. tit. de except. n. 18.* Surd. *decis. 253. n. 13.* Castill. *lib. 3. quotid. c. 2. n. 40.* Sanch. *de matrim. lib. 2. disput. 64.* Ioseph. Roman. *conf. 14.*
2 *n. 23.* Contrarium, scilicet contractus bonæ fidei dolo interveniente ipso jure non annullari, defendunt Ballapert. & Cyn. *in l. dolo, C. de inutilib. stipulat.* Gomez. *in d. §. actionum, n. 12.* Fontan. *dialog. 99. per totum.* Cujus sententiæ primum fundamentum est, *l. si dolo, C. de rescind. vend.* ibi: *sciens contrarium esse dolum bonæ fidei [quæ in hujusmodi maximè contractibus exigitur] rescindi venditionem juvabit.* Secundum fundamentum est, dolus, & metus in proposito æquiparantur, *l. 1. & per tot. tit. ff. doli mali. met. except.* ex eo quòd parem continent iniquitatem; Sed contractus metu gesti mero jure valent. *l. fin. Cod. de eo quod metus causa, l. similiter 12. §. si metu coactus. ff. eodem,* ut diximus in Addi. ad Glos. 1. *antec.* ergo, & contractus bonæ fidei dolo initi ipso jure valent. Tertium fundamentum est *l. Iulianus 14. §. per contrariam ff. de actionib. empt. l. dolo, C. de inutil. stip. et prin. inst. de except.*

Sed prima est verior, & tenenda cui non obstant, 3
jura in contrarium adducta, non enim, *d. l. si dolo* in cujus specie asserit Gl. *hic,* opus fuisset rescissioni, quia contractus de facto processit, nec mirum est in jure nostro, ut rescindatur id, quod nullum est, non quatenus de jure subsistit, sed quatenus de facto processit, nec obstat rescissionem præsupponere validitatem, quoniam etsi certum in jure sit ex contractu bonæ fidei, cui dolus dedit causam, dominium non transferri, ut ex relatis auctoritatibus apparet, & ex Gl. *in l. si fraude, C. de præscript. longi tempor.* ubi probatur, quod talis dolus impedit usucapionem, possessio tamen transfertur, *l. 1. §. uxor. ff. de acquir. possess.* Gomez. *in l. 45 Taur. n. 23.* Morla. *ubi sup.* Pichard. *in d. §. actionem 99. n. 46.* Et sic ad ipsam recuperandam contractus rescinditur, quæ quidem interpretatio expresse probatur, ex nostro tex. ibi, *Se puede desfazer, y no vale.* Nec obstat secundum fun- 4
damentum, nam verissimum est, contractus metu celebratos mero jure validos esse, ut apparet ex his quæ diximus in addit. Gl. 1. *antec. & à n. 6.* vide rationem differentiæ. Ex qua resolutione colligitur, quòd quando dolus simplex dat causam contractui, est ipso jure nullus, secus verò si dolus meticulosus sit. Gl. *fin. in l. 3. C. de his quæ vi metus.* Nec obstat. 3. 5
fundamentum, nam in specie d. §. *per contrarium* venditor non fuit inductus, ut venderet, sed ut minimo venderet, ut *ibi* defendit Gl.

Amplia 1. juramentum non firmare contractum, 6
cui dolus dedit causam; nam juramentum dolo extortum nullum est ob defectum consensus. Abb. *in c. cum contingat. num. 3. ex tex. ibi de jure juran.* Per. Greg. *synt. jur. lib. 50. c. 15. n. 14. & c. 9. n. 2. & c. 23. n. 1.* Plotus *in l. si. quando n. 27* 1. Mancin. *in tract. de juram. p. 4. effectu 1. quæst. 1. n. 1. &* 2. Lambert. *de contr. empt. glos. fin. n. 89.* Seraph. *de privil. jura. privil. 61. n. 19.* ubi declarat, tunc juramentum dici dolo extortum, quando quis induxit alterum ad aliquid faciendum per machinationem, fallaciam, aut deceptionem, & ejus Additionator *n. 44* Surd. *cons. 87. n. 11. lib. 1.* Covarr. *in c. quamvis pactum. 3. p. §. 4. n. 2. & l. 1. var. c. 4. n. 7.* Gevall. *comm. q. 226. n. 9.* Farinac. *infra. 2. p. litt. I. num. 270.* & in Addit. *ibi sub. litt. F.* Salced. *in add. ad regu. 200. Ber. Diaz.* Sanch. *de matrim. lib. 4. disput. 20. n.* ubi assignat differentiam inter juramentum meticulosum, & dolosum. Vivius. *decis. 400. n. 41,* Nevizan. *cons. 21.* Caualc. *1. p. decis. 9. & p. 2. decis. 2. n. 51.* Comeus *de absolut. forens. jur. 4. p. casu. 5. n. 5.*

Contrarium autem, scilicet juramentum obliga- 7
re, defendit Decian. *in tractat. crim. lib. 6. c. 10. n. 19.* Bocat. *in constit. Marchiæ, glos. 2. n. 19.* ubi refertur de communi. Tusch. *litt. 1. conclus. n.* 4. Farinac. *de falsitat. quæst. 160. n. 113.* Alex. *cons. 42. vol. 1.* Curtius, *cons. 65.* Quas opiniones concordat Cevall. *in d. q. 276. n. 9.* dicens, primam procedere, quando dolus dedit causam contractui, nam tunc talis contractus non firmatur juramento; Secundam vero, quando dolus re ipsa incidit in contractu, ut in læsione enormissi-

enormiſſima, de quo egimus in Addit. ad Gloſ. *fin. l. anteced. n.* Sed prima eſt verior, & tenenda.

9 Amplia 2. ex Gloſ. in diſtractu, cui dolus dedit cauſam. Adde Gloſ. *in l. de tutela, C. de in integr. reſtit. minor.* Angel. *in §. propterea Inſt. de action.* Cato *in ſuis ſingul. litt. C. verb. contractus.* Nicell. *in tract. de concordant. gloſ. conc. 13. verſ. gloſ. una fuit. n. 168. ineſt ſub. tom. 1. tractat.*

10 Amplia 3. ex Gl. in contractus dotis, qui quidem nullus eſt, ſi dolus det ei cauſam. Adde Gloſ. *fin. in l. pen. C. de inutilibus ſtipulat.* Bart. & Bald. *in l. ſi res, §. 1. ff. de jur. dot.* Bard. Novell. *de dote, privileg. 35.* ubi refert caſum notatu dignum, ſcilicet, quòd ſi dolus, in contractu bonæ fidei continente plures res, dederit cauſam reſpectu unius tantum, reſpectu illius rei tantum contractus erit nullus, quod intelligendum eſt, quando ſingulæ res ſeparatim æſtimantur; ſecus ſi uno pretio, ut diximus in Addit. Gl. 1. *l. 32. ſup. n.* & in redhibitoria, ut in Additio. Gloſ. 1. *l. 56. infr. hoc. tit.*

11 Amplia 4. in matrimonio carnali, quando dolus eſt talis, qui conſenſum auferat. Adde Præpoſit. *in c. vlt. infin. de converſione conjug.* Abb. *in c. cum dilectus, n. 3. de his, quæ vi.* Silveſt. *verb. matr. 8. q. 1.* Angel. *verb matrim. 3. imped. 4. n. 1.* Gutierr. *de matrim. c. 89.* Sanchec. *lib. 7. diſput. 18. n. 19.* ubi aſſerit, ſi dolus eſt talis, quòd manet læſa matrimonii ſubſtantia, matrimonium eſſe nullum, quando autem dolus eſt circa qualitatem aliquam, manente illæſa matrimonii ſubſtantia, tunc dolum non poſſe talem eſſe, ut conſenſum auferat, & *in n. 21.* explicat, quando dolus eſt circa perſonam ſeu ejus conditionem, tunc eſſe nullum matrimonium, ut *per totam diſcept.* latè diſcutit. Quando dolus adeſt circa ſolam qualitatem, ut ſi quis ducat fœminam, credens eam eſſe virginem nobilem, aut divitem, ſicuti ipſi fuit dictum, illud matrimonium validum eſſe, & *in n. 18.* plures pro hac ſententia refert; ſed à limitatione ab ipſo aſſignata in *d. n. 19.* aſſerit Gutierr. *ubi ſupr.* non eſſe recedendum, quando dolus eſt talis circa qualitatem perſonæ, quod conſenſum omnino auferret, quam limitationem ſequitur Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 1. tit. 9. n. 35.*

12 Limita 1. in matrimonio ſpirituali. Adde. Abbat. *in c. propterea n. 5. de off. deleg.* ex eo quòd talis dolus eſt bonus, cum deceptus invitetur ad ſervitium Dei; non enim poteſt dici deceptus, qui conditionem ſuam in multo digniorem, & perfectiorem mutaverit. *l. Deo nobis, C. de ſacroſ. Eccleſ.* Archidiac. *in c. fin. 20. q. 30.* ubi tenet, quòd minor dolo inductus ad profitendum non reſtituitur. Bellamer. *ibidem. n. 3.* Turrec. *in fin.* Gl. *in c. dudum, verbo ſpes, de conſ. conjug.* & *ibi.* Butr. *n. 25.* Anchar. *n. 11.* Decius *in c. in præſentia, de probat. n. 123.* Padilla. *in l. rem majoris 2. n. 9. C. de reſcin. vend.* Everard. *in ſuis topic. loco à matrim. ſpiritual. ad carnale.* Navarr. *l. 3. conſil. tit. de conver. conjugat. conſ. 3. n. 4.* Manti. *de. tacit. & ambig. d. tit. 9. n. 34.* Menoch. *conſ. 917. n. 1. lib. 10* ubi alios allegat.

Contrarium, videlicet matrimonium ſpirituale vitiari ob dolum cadentem in prudentem virum, defendit Hoſtienſ. *in c. cum dilectus, de his quæ vi*, Abb. *ibi n. 12.* & Innoc. *n. 2.* Dec. *in c. in præſentia de probat. n. 37.* Felin. *n. 1.* Odd. *de reſtitut. in integr. 2. p. q. 61. art. 5. n. 31.* Navarr. *in c. non dicatis. 22. q. 1.*

13 Cui dubio reſpondit Sanch. *lib. 10. de matrim. diſput. 9. n. 20.* quando dolus non eſt circa ſubſtantialia, quamtumvis juſtus ſit, ac in virum prudentiſſimum cadens, non vitare profeſſionem: quando autem ob dolum conſenſus tollitur, veluti quando circa ſubſtantialia contigit dolus, verè profeſſus dicitur deceptus, quoniam is ſtatus, quamvis perfectior, liberam electionem deſiderat, vide eum latè *à n. 9. uſque ad 20.* de hac quæſt. agentem. & Menoch. *d. conſ. 917. n. 12. & 22.* & vide latè in Add.

Limita 2. ex Gloſſ. quando deceptus vult ſtare 14
contractui; nam dolus dans cauſam contractui annullat ipſum contractum in odium doloſi, atq; ita in ſuum præjudicium tenet contractus, & ab eo non poteſt recedi, ex eoque poteſt conveniri. Adde additos, *in gl. 7. l. anteced. num. 17. & 18. l. juris gentium §. prætor ff. de pact.* & ibi Gloſſ. *verb. dolo*, & Bald. & Angel. Gl. *in l. eleganter, verb. nulla*, & ibi Bart. *ff. de dolo, & in l. in cauſæ, la 2. ff. de minor.* Bald. *in l. quod favore per illum tex. C. de legibus*, ubi aſſerit, quòd qui dolum commiſit, contractum ſervare tenetur. Ias. *in §. actionum, n. 40. inſtitu. de action.* Bart. *in d. c. cum delicti, ſub. n. 21. & 58. de empt.* Felin. *in c. dilect. cl. 2. col. 5. de reſcript.* Feder. de Senis, *conſ. 89.* Ruin. *conſ. 198. n. 12. lib. 1.* Tiraq. *tract. le mort ſaiſit. p. 7. declarat. 1. n. 8.* Io. Igne. *in l. contractus, col. 4. verſ. nunc reſtat, art. cum plur. ſeq.* Scac. *de comm. §. 1. q. 7. p. 2. ampliat. 10. n. 10.* Carroc. *tract. depoſit. tit. adverſus quos detur actio depoſit. n. 12.* Mantic. *de tacit, & ambi. lib. 3. tit. 16. & lib. 1. tit. 9. n. 25.* Gonçalez. *in. regul. 8. Cancel. gl. 56. n. 75. & 76.* Sanch. *de matrim. lib. 1. diſput. 64. n. 3.* ubi diſcutit quæſtionem, ſi deceptus, ſeu metu coactus velit ſtare ſponſalibus, & ratum habere matrimonium, an decipiens ei ſtare teneatur.

Ex quo colligitur, dolum ſuum quem allegare 15
non poſſe ad proprium factum reſcindendum, *l. ſi creditor. & ibi* Gloſ. *fin.* & communiter. DD. *C. de ſerv. pig. dat. & manum. l. filios, & ibi* DD. *C. de revoc. donat. l. per fundum ff. de ſervit. ruſtic.* ubi probatur, quòd contra ſuum factum non poteſt quis venire, idem probatur *in lib poſt. mortem, ibi* & Bart. *ff. de adopt. l. 1. C. de remiſ. pign.* Gloſ. *in c. cum diverſ.* & ibi Abb. *n. 6. de Clericis conjug.* Scacc. *d. ampliat. 10. n.* 16
10. Committentem dolum poſſe agere, ut qui dolum paſſus eſt declaret, an velit ſtare contractui, vel non, tenet Bal. *inl. dolum, C. de pericul. & comm. rei vendit.* Ias. *in l. tranſact. C. de tranſact.* Bar. *in l. Iulianus, § ſi quis colludente, ff. de action. empt.* Didac. Perez. *in l. 8. ordina.* Azeved. *in l. 2. tit. 11. lib. 5. recop.* Carroc. *ubi ſup. n. 13.* & faciunt tradita in addit. Gloſ.... *l. 4. ſupra hoc tit.* 17

Sublimita, quando lex reſiſtit contractui; nam tunc licèt deceptus velit ſtare contractui, non poteſt. Mantic. *tit. 9. n. 27.* Carroc. *ubi ſup. n. 14.* Tiraq. *in l. connub. gloſ. 8. n. 91. uſque ad n. 98.* Azeved. *in d. nu. 5.* & in hoc caſu conceditur licentia decipienti contra ſuum factum veniendi *l. quem admodum, & ibi* DD. *C. de agricol. & cenſ. lib. 11. lib. mur. illegal. C. de mur. illegal. eodem ibi*, Gloſ. *in. l. poſt mortem. verb. factum*, & ibi Bar. *ff. de adopt.* quoniam factum illicitum, & contra legem non inducit obligationem, 18
c. quod latenter. ibi DD. *de regul. jur. in 6.*

Sublimita 3. quando contractus factus eſt in fraudem legis, ut ſi de perſona ad perſonam ſupponendo unam pro alia, & de re ad rem, & de contractu ad contractum, videlicèt quando ille, qui non poteſt donare, facit contractum venditionis, & qui non poteſt fide jubere; facit ſe debitorem, nam tunc contractus erit nullus & quodcunque factum fuerit in fraudem legis, non valebit. *l. contra legem, & ibi DD. l. fraus enim ff. de legib.* Gl. *fin. c. quanto de privile.* Card. *prax. judic. & advocat. lit. D. verbo dolus, num. fin.* 19

Limita 3. ex Gloſ. in tranſactione, quæ dolo dante

ipſi

ipſi cauſam non vitiatur, cum ſit contractus ſtricti juris, vide Addit.ad Gloſ.*l. 34.tit.* 14.*infra hac par.* ex quo colligitur, contractus ſtricti juris indiſtinctè valere, ſive dolus dederit cauſam contractui, ſive inciderit in contractum, quia in his contractibus tantum attenditur, quod factum expreſſum eſt, non quod bonum, & æquum eſt, ut in bonæ fidei contractibus, quare tenent ipſo jure, ſed reſcinduntur ope exceptionis, *l. ſi quis cum aliter*, & *ibi*. Bart.*num.* 5. Iaſ.*n.* 5.*ff. de verb. obligat. l. dolo*, & *ibi* Bald. & Salicet. *C. de inutilibus ſtipulat.* Gloſſ. *in c. cum dilecti, verb. deceptione, de empt.* Alciat.*in c. cum contingat, de jurejur.* Nicel. *in tract. de concordant. gloſ. concord.* 13.*n.* 170.*inter tract. DD.* Covar.*in reg. poſſeſſor.* 2.*p.* §. 6. *num.* 6. Cardoſ.*in prax. jud. verb. contract.n.* 21. Scac.*d.ampl.* 10.*n.* 8. Carroc.*depoſ.* 1. *p.tit. adverſus quos detur actio depoſ. n.* 6. Mant. *d. tit.* 9. *num.* 25. & per totum agit de differentiis, quæ verſantur inter contractus ſtricti juris, & bonæ fidei. Molin.*diſput.* 352.*& diſput.* 259.*verſ.* 2. *diſcrimen*, ubi refert contractus bonæ fidei, & ſtricti juris. Ceval.*com. q.* 226.*num.* 4. Pichard. *in §. actionum, q.* 9. *& in prin. inſt. de except. n.* 21.

20 Quod reſtringe, de jure canonico, ſecundum quòd omnes contractus ſunt bonæ fidei. Bonacoſ. *de æquit. canon. concl.* 60. Carroc. *n.* 8. *ubi ſup.*

21 Limita 4. procedere, quando dolus contrahentium dedit cauſam contractui, ſecus ſi dolus tertii. Gloſſ. *in l. bonam fidem, verb. æquum, C. de obliga. & act.* Gloſſ. *in l. eleganter*, & *ibi* DD. *ff. de dolo*, Gloſſ. *in c. cum dilecti, de empt.* Mantic. *in d. tit* 9. *num.* 6. *&* 27. Carroc. *de locat. & conduct. c. de dolo dante cauſam contract. n.* 9. 10. 11. *&* 24. *& de depoſit. in d. tit. n.* 11. Scac. §. 1. *q.* 7. *p.* 1. *ampl.* 10. *n.* 13. ubi tenet, quòd tunc proxeneta, ſeu tertius de dolo tenetur; & *in. n.* 8. *in fin.* ampliat tam in contractibus bonæ fidei, quam ſtricti juris.

22 Sublimita 1. quando proxeneta, ſeu tertius non eſt ſolvendo: nam tunc tenetur ille, cujus gratia dolus factus eſt. Azor. *inſtit. moral. p.* 3. *lib.* 6. *tit. de contract. c.* 10. *q.* 2. Scac. *in d.* 8. *in fin.*

23 Sublimita 2. quando ille tertius fere idem eſt cum decipiente, & illius perſonam repræſentat, ut tutor, curator, procurator, & ſimiles. *l. ſed ex dolo, ff. de dolo, l. ædiles, in princ. ff. de ædil. edict.* Gloſſ. *in l. eleganter, verb. in hoc ipſo*, & *ibi* Bart. *n.* 3. Cardoſ. *prax. judic. verb. contractus, num.* 20. Carroc. *de depoſit* 1. *p. tit. adverſ. quos detur actio depoſit. n.* 11.

24 Limita 5. quando dolus eſt commiſſus ab utraque parte, quia tunc dolus cum dolo compenſatur, *l. fin.* §. *ſed ſi ſtipulator, ff. de eo per quem fact. l. viro atque uxore, ff. ſolut. matrim. demum in fin. de contrab. empt.* Medicis, *de compenſat. 1. p. q.* 37. Gratian. *diſcept. c.* 267. *n.* 17. Carroc. *ubi ſup. n.* 10.

25 Sublimita hanc limitationem, niſi unus feciſſet dolum in una re, alter in altera. Gloſſ. 4. *in l. ſi duo, ff. de dolo.*

26 Limita 6. quando adverſarius non decipitur ex eo, quòd de dolo adverſarii certior ſit: nam dolus non infertur volenti, & ſcienti, *l. cum donationis*, 34. *Cod. de tranſact. l. nemo videtur, ff. de reg. jur. c. ſcienti, de reg. jur. in* 6. *l.* 1. *§. fin. ff. de actio. emp.* & *ibi* Bart. *n.* 3. *gloſſ.* 2. *in l.* 3. *C. ſi minor ſe major dixer. & in l. venditor, de reſcind. vend. & in l. nam ſi actor, ff. de rei vendicat. & in l. inſumma, ff. de cond. indebit. verb. non poteſt, & in l. ſi rem, § omnes, de pign. actio. verbo, deceptus.* Adde Addit. ad Gloſſ. 9. *l. anteced. num.* 32. Cardoſ. *prax. Iud. & Advoc. verb. dolus, num.* 11.

27 Limita 7. quando dolus non repugnat naturæ contractus, ut in ludo: nam ſi tu ſciens certiſſimè re lucraturum augeas ſponſionem, vulgò *envides el reſto*, vel cum pro certo ſcias te non poſſe lucrari, & falsè augeas ſponſionem, vulgò *envidar el reſto de falſo*, & ita lucratus fueris, non teneris lucra reſtituere: nam talis deceptio eſt licita ex lege ludi, & colludentes tacitè conſentiunt in hujusmodi cautelis, & dolis. Covarr. *in c. peccatum*, 2. *p.* §. 4. *num.* 6. *verſ. ſed contrarium.* Garcia, *de contract. c.* 3. *num.* 9. Mich. Sal. *ad D. Thom.* 2. 2. *p.* 5. *de dominio, art.* 6. *tit. an per ludum pecun. præſent. verſic. in actu autem.* Ludov. Lop. *de contr. c.* 21. *verſ. finem.* Molin. *diſput.* 517. Scac. *de commerc.* §. 1. *q.* 7. *p.* 2. *ampl.* 10. *n.* 12. ubi exemplificat in ludo ſcaccorum, vulgò *de el axedre* 2. Quando ex motu latrunculi, vulgò *peon*, adverſarius inevitabiliter noviſſet ſe feciſſe factum.

Nota 1. extra Gloſſ. dolum dici dare cauſam contractui, quando quis doloſis ſuaſionibus inducit alium ad vendendam rem, ſeu locandam, quam aliàs non erat venditurus, ſeu locaturus, ut conſtat *ex noſtra lege, & ex d.l. eleganter.* Carroc. *in d. tit. adverſus quos detur act. depoſ. num.* 5. Cardoſ. *d. verb. contract. n.* 18. Sanch. *de matrimon. lib.* 1. *diſput.* 64. *n.* 2. Pich. *in tit. de except. in princ. num.* 18. & ferè omnes D D. *in princ.* relati. Similiter dicitur, dolum dare cauſam contractui, quando venditor ſuppreſſit vitium ſeu onus, quod res habebat, ſi eſſet tale, quòd ſi emptor agnoviſſet, non emiſſet, ut ſi eſſet tributaria tributo perpetuo. Vide Addit. ad Gloſſ. *l. l.* 63. *num.* 21. & ad Gloſſ. *l.* 64. & ad Gloſſ. *l.* 65. *infra hoc tit.* 28

Et quando dolus dat cauſam contractui, ſed de dolo Gloſſ. *in §. ſed non autem, Inſtit. de perpet. & tempor.* Gloſſ. *in d. l. eleganter, verſ. ſi in hoc ipſo, ff. de dolo.* Faber *ibi.* Carroc. *ubi ſup. n.* 14. 29

Limita in minore: nam cum ipſi ſuccurratur per reſtitutionem in integrum, non datur actio de dolo. Gloſſ. *in l. fin. C. de fide juſſor. minor.* Seraph. *de privil. juram. privil.* 10. *n.* 8. 30

Nota 3. dolum debere eſſe talem ad annullandos contractus bonæ fidei, qui caderet in prudentiſſimum, ſagaciſſimum, & recordatum hominem. Iaſ. *in l. interpoſitas, C. de tranſact. & in l. ſi quis cum aliter, n.* 9. *de verb. oblig.* Greg. Lop. *in gloſſ.* 2. *l.* 28. *til.* 11. *infi.* ubi vide Addit. Suar. *in ſuo theſaur. verb. dolus, n.* 108. Marſ. *ſing.* 407. Matienz. *in d. l.* 2. *tit.* 11. *gloſſ.* 2. *n.* 2. *lib.* 5. *recop.* Gomez. *in §. fuerat, num.* 14. *Inſt. de action.* Carroc. *per rubr. adverſus quos detur act. depoſ. n.* 9. *& de locat. & condict. c. de dolo dante cauſam contract. n.* 7. ubi refert Padil. Ceval. *comm. q.* 226. *n.* 5. Scac. *ampliat* 10. *n.* 11. Corn. *de abſolut. forenſ. juram. promiſ.* 4. *p. caſu* 5. *n.* 10. Flam. Pariſ. *de reſign. benefic. tom.* 2. *lib.* 13. *q.* 3. *n.* 13. ubi alios allegat. Quod quidem relinquitur judicis arbitrio: nam dolum cadere in prudentiſſimum virum dicitur reſpectivè: nam levior dolus in bono & ſimplici viro ſufficiens erit ad annullandum contractum, quàm in ſagaci, & aſtuto, nam ſimplex non cogitat dolum, *l.* 1. §. 1. *ff. de dolo.* Rebuff. *in conſtit. tom* 2. *tract. de reſciſ. contract. art. unic. gloſſ.* 10. *n.* 2. Mant. *de tacit. convent. lib.* 26. *tit.* 28. *n.* 27. Faber. *in rationale ad d. l.* 1. 31

SUMMARIUM.

1 *Contractus bonæ fidei valent, ſi dolus incidat in contractu, & quando dolus dicatur incidere, num.* 2.

3 *Dolus nunquam præſumitur, & directè probari non*

non poteſt, & probatur præſumptionibus. 4. *Præſumitur ſi quis dixit plura de re eam vituperando.* 5. *Si ſuppreſſit vitium.* 6. *Ex mendacio.* 7. *Et perſuaſionibus.* 8. *Si ſuppreſſit qualitatem perſonæ.* 9. *Ex nimia diligentia.* 10. *Ex præcedenti tractatu.* 11. *Ex vicinitate actuum.* 12. *Si contrahatur ſine ſolemnitatibus.* 13. *Ex ſcientia diminutionis valoris.* 14. *Ex perſonarum qualitate.* 15. *Ex actu clandeſtinè facto: & clam quibus modis quid dicatur fieri.* 16. *In vitrico, qui contraxit cum privigno, ſi in ſuum commodum ſit contractus.* 17. *Ex enormiſſima læſione, & an ex enormi.* 18. *De aliis præſumpt.* 19.

20 *Dolus verus an appelletur, qui præſumptionibus probatur, & quis dicatur dolus verus.* 21. *Et quid præſumptus.* 22.

23 *Dolus verus in minore nunquam præſumitur.*

24 *Cum agitur de reſciſſione contractus, nulla datur differentia inter dolum verum, & præſumptum.*

ADDIT. GLOSS. III.

1 NOta 1. ex Gloſ. contractum bonæ fidei validum eſſe, etſi dolus in ipſo inciderit. Adde, *l. Julianus, §. ſi venditor, ff. de action. empt.* Gloſ. *in l. eleganter, ff. de dolo, & in l. ſi mulier. §. ſi dos, ff. quod met. cauſ. & in §. actionem. Inſt. de act. & utrobique* DD. Cæpol. *de ſimulat. contract. n.* 40. *& 50. tom.* 7. Cagnol. *in cap. cum delicti, de empt.* Ferret. *in l. ſi quis cum aliter, num.* 1. *ff. de verb. obligat.* Covar. *in regula poſſeſſ. 2. p. §. 6.* Matienz. *in l. 2. tit.* 11. *gloſ. 2. num. 4. lib.* 5. *recop.* Carroc. *in tract. depoſit.* 1. *p. tit. adverſus quos detr. actio. depoſ.* Mantic. *de tacit. convent. lib.* 1. *tit.* 9. *num...* Molin. *diſputat.* 352. Thom. Sanch. *de matrim. lib.* 1. *diſp.* 64. *n.* 2. Cevall. *comm. q.* 226. Cardoſ. *prax. jud. verb. contractus, n.* 18. Pichard. *in d. §. action. q.* 9. Joſeph. Roman. *conſ.* 14. *num.* 23.

2 Nota 2. quod tunc dicitur dolus incidere in contractu, quando quis vendere volentem dolo deceperit, atque ita cum verus, & purus conſenſus adſit, venditio valet, tamen deceptus petet ſupplementum reſidui actione ex ipſo contractu, ut conſtat ex noſtra *leg. & ex text. in d. §. non autem Inſtit. de perpetuis, & tempor.* & ex relatis DD. Pi-

3 chard. *in tit. de except. in princ. n.* 19. quæ datur, etſi deceptio non excedat dimidium juſti pretii, ut conſtat ex *l. 2. tit.* 11. *lib.* 5. *recop.* Bald. Paul. de Caſtr. & Salyc. *in l. 2. C. de reſcind. vend.* Scacc. *de comm. §.* 1. *q.* 7. *p.* 2. *ampl.* 10. *n.* 13. & diximus in Addit. Gloſ. *l. anteced.* nam non inſpicitur læſio; ſed calliditas, & machinatio ad emendum minori pretio, ſeu ad vendendum majori: nam, ſi dolus non interveniat, niſi deceptio in pretio, tunc non datur actio, niſi quando deceptio in pretio fuerit ultra dimidiam, ut latè diximus *ſup.* in Addit. ad Gloſ. 4. *l. anteced.*

4 Nota 3. quòd dolus nunquam præſumitur, niſi probetur, & alleganti dolum adfuiſſe incumbere onus probandi. Maſcard. *de probat. concl.* 531. *n.* 1. *cum ſeq.* Decian. *conſ.* 32. *n.* 4. *lib.* 3. Menoch. *de præſumpt. lib.* 5. *præſ.* 3. *n.* 14. Mantic. *de tacit. lib.* 2. *tit.* 7. *n.* 1. Farin. *de pœnis temperand. ſi.* 89. *n.* 2. nam, cum deceptus dolum allegat, ipſi onus probandi incumbit, *l. quoties l. 2. §. qui dolo, ff. de probat.* Blanc. *in pract. crimin. §. viſis indiciis, n.* 27. Maſcard. *ubi ſup. n.* 9. Farinac. *n.* 3. plures refert. Probatur autem dolus indiciis, & præſumptionibus.

5 Primò præſumitur dolum in venditione adfuiſſe, ex eo, quòd quis plura dixit de re vituperando eam, Gloſ. *in l. ſi voluntate, C. de reſcind. vend.* Maſcard. *concl.* 532. *n.* 111. ubi tenet emptorem ſcientem valorem rei, ſeu bonitatem, quam ignorabat venditor, eſſe in dolo, ſi emerit rem ab illo; vide addit. ad Gloſ. *l. anteced.* Scac. *d. ampl.* 10. *n.* 13.

Secundò præſumitur dolus in vendente rem ſuppreſſo ejus vitio, quod ſi emptor agnoviſſet, non emiſſet, *l. ſi vim l. 2. ff. de peric. & comm. rei vend. l.* 1. *§.* 1. *ff. de act. empt. l. ſi qui, in pign. l. quæritur, §. venditor, ff. de ædilit. edict.* Cravet. *conſ.* 83. *n.* 3. *&* 121. *num.* 9. ubi multis ſimilibus comprobat, *& in n.* 282. *n.* 7. Baſius *in tit. de crim. ſtellion. in fin.* Maſcard. *concl.* 532. *n.* 32. Sfort. *de reſtit. in integr. q.* 83. *n.* 24. Menoch. *lib.* 5. *præſumpt. 3. n.* 73. Farin. *de pœnis temper. q.* 89. *n.* 111. tacentem enim, & diſſimulantem proximum fallere, & decipere voluiſſe, apertè colligitur. Ut in vendente rem feudalem tacente qualitatem feudi. Maſc. *ubi ſup. n.* 33. vide Add. Gl. *l.* Et in eo, qui rem onere aliquo gravatam, abſque ejus expreſſione vendidit, ut diximus in Add. ad Gloſ. 1. *l.* 63. *inf. hoc tit.* vel ſi erat morboſa, ſeu vitio aliquo affecta, ut in Add. ad Gl. 1. *l.* 66. *inf. hoc tit.* 6

Tertiò præſumitur ex mendacio, ſi ex eo mendax aliquod commodum, ſeu lucrum conſequitur, *l. ſi quis affirmavit, §.* 1 *l. quod venditor, & l. elegan-* 7 *ter, §. idem Pomponius ff. de dolo* Menoch. *d. præſ.* 3. *num.* 53. Maſcard. *concluſ.* 532. *num.* 19. Farinac. *d. q.* 89. *num.* 104. Surd. *deciſ. Mantuæ.* 216. *n.* 39. vide addit. Gloſ. 1. *l.* 63. Ut procedit in eo, qui falſa expreſſit, ſeu aſſeveravit, ut colligitur *ex d. §.* 1. Fulg. *in l. dolum, n.* 2. *in fin.* Bald. *n.* 2. *C. de dolo.* Decian. *conſ.* 32. *n.* 24. *&* 29. *lib.* 3. Bec. 106. *n.* 13. Maſcard. *concl.* 531. *n.* 7. *&* 37. Farin. *n.* 106. vide Addit. ad d. Gloſ. 1. Idem præſumitur in eo, qui affirmabat pro vero illud, quod ignorabat eſſe verum. Paul. *in d. l. dolum, n.* 3. *& in l. Julianus, §.* 1. *in fin. ff. de act. emp.* Menoch. *n.* 55. Maſcar. Farin. *n.* 109. & nos *ubi ſup.* Giurb. *deciſ.* 43. *num.* 11. idem dixit idoneas habere facultates, cum non eſſet ſolvendo, ex Macerat. *lib.* 1. *var. reſolut.* 4. *n.* 1. Pute. *deciſ.* 56. Mart. *de jur. p.* 4. *caſ.* 123. *&* 16. *& aliis.*

Quartò præſumitur ex perſuaſionibus, quando quis alicui perſuaſit, ut aliquid faceret, qui quidem 8 dolus dicitur ex propoſito, *l. cum quis,* & ibi Bart. *ff. de dolo.* Gl. 1. *in l. apud Celſum. Cod. de doli mali.* Roland. *conſ.* 57. *n.* 7. Alex. 3. *col.* 2. *ad fin. &* 84. *n.* 1. *lib.* 6. Craveta. 192. *n.* 15. *& conſ.* 6. *n.* 98. Maſcard. *concluſ.* 532. *n.* 39. ubi plures refert. Farin. *in d. q.* 89. *n.* 10. ubi tenet dolum ex falſa perſuaſione reſultantem dici dolum verum, de quo latè egimus in addit. ad Gloſſ. *anteced. & tit.* 16. *p.* 6.

Quintò præſumitur dolus in eo, qui ſuppreſſit 9 ſe cum contrahenti qualitatem ſuæ perſonæ privilegiatæ. Menoch. *in d. præſum.* 3. *n.* 76. vide Addit. ad Gl. 1. *l.* 18. *num...*

Sexta præſumptio doli oritur ex nimia, & inſoli- 10 ta diligentia, *l. ſi quis ſub conditione. ff. de condit. inſt.* Bocac. *in conſtit. Piſan. gl.* 8. *n.* 104. Menoch. *conſ.* 109. *n.* 35. *& lib.* 5. *præſumpt.* 3. *n.* 102. Maſcard. *concluſ.* 532. *n.* 118. Farin. *in d. q.* 89. *num.* 124. Qui *in n.* 122. tenet, quòd ex inſolita cautela ſimiliter præſumitur dolus, pro quo refert Tiraq. *de retract. conv. in præfat. n.* 17. *& ſeq.* & Gratian. *reſp.* 53. *lib.* 1. *& in n.* 124. tenet dolum præſumi ex inſolitis clauſulis, pro qua refert Menoch. *in d. præſ.* 3. *n.* 103. Maſcar. *concluſ.* 814. *n.* 42. *&* 44. *& in concluſ.* 299. ubi refert, quæ dicantur clauſulæ inſolitæ, & plures alios DD. Similiter ex actu inſolito doli præſumptio reſultat, & tenet idem Farin. *ubi ſup. n.* 125. ex aliis.

Septimò præsumitur dolus ex præcedenti tractatu. Ruin. *cons.* 4. *n.* 10. *lib.* 1. Decian. 32. *n.* 15. *lib.* 3. Tiraq. *de retract. lignag.* §. 1. *gl.* 14. ubi alios refert. Mascard. *concl.* 532. *n.* 73. Menoch. *in d. præsumpt.* 3. *n.* 110. Farinac. *in d. q.* 89. *n.* 97.

12 Octavò præsumitur dolus ex vicinitate actuum, scilicet ex eo, quòd in continenti, seu statim fit, *l. sed Julianus, §. sed si filius, ff. ad Macedoniam, l. si in ventri, §. fin. ff. de privil. credit. c. off. de elect.* Gabr. *de præsumpt. concl.* 13. *num.* 6 *cum seq.* Mascard. *in d. concl n.* 127. ubi plures refert, *& in conc.* 815. *n.* 4. qui *in n.* 5. asserit, quòd ex frequentia actuum fraus præsumitur. Farinac. utramque concluf. sequens *n.* 117. *usque ad n.* 119.

13 Nonò præsumitur dolus in eo, qui contrahit cum aliquo sine debitis solemnitatibus juris, *leg. si quos, C. de rescind. vend.* Aym. *cons.* 193. Plot. *de in litem jurand. §.* 5. *n.* 50. *& §.* 60. *n.* 61. Cæph. *cons.* 5. *n.* 6. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *casu* 225. *n.* 7. *in fin.* ubi tenet, quòd hæc præsumptio dicitur juris, & de jure, & *lib.* 5. *præsumpt.* 3. *n.* 77. *&* 79. Masc. *concluf.* 1004. *n.* 19. Cacher. *decis.* 78. *n.* 10. Farinac. *in dict. q.* 89. *num.* 88. 89. *&* 91. ubi exemplificat in eo, qui contrahit cum minore, sine solemnitatibus requisitis à jure, & plures refert, alios retulimus in Glos. *fin. l. anteced. n.* 77.

14 Decimò præsumitur dolus in eo, qui sciens esse imponendum vilius pretium frumento, statim frumentum, quod habet, vendiderit; & in eo, qui sciens mutationem pecuniarum ipsas distraxerit. Vide Addit. ad Glos. 4. *l.* 2. *tit.* 3. *sup. hac hart.* Gratian. *discept. forens. discept.* 261. *n.* 27.

15 Undecimò præsumitur dolus ex personarum qualitate; veluti quando multum sagax contrahit cum pupillo, minore, muliere, vel simili persona, quorum fragile est consilium. Craveta, *cons.* 282. *n.* 2. Bald. 312. *lib.* 2. Menoch. *dict. præsumpt.* 3. *n.* 10. Hier. Leo. *decis.* 9. *n.* 8. exemplificat in mercatoribus decoquentibus, quia sunt mendaces, ex Farinac. *in prax. in d. q.* 89. *n.* 74. *&* 75.

16 Duodecimò præsumitur dolus ex actu clandestinè facto, *l.* 1. *C. de interd. matr. cap. cum inhibitio. de clandest. sponsa. c.* 1. *ut Eccles. benef.* Tiraq. *de retract. conv. in præfat. n.* 13. *& seq. de pœnis temp. casu* 11. ubi plura jura & DD. refert. Mascar. *concl.* 532. *n.* 43. *&* 44. *&* 815. *n.* 23. Menoc. *d. præsump.* 3. *n.* 107. *& lib.* 3. *præs.* 122. *n.* 90. Farin. *in d. q.* 86. *n.* 130. qui *in n.* 131. ampliat præsumi in minore, & rustico, & in muliere, ex Mascar. *ubi sup. n.* 46. Menoch. *in d. præs.* 3. *n.* 109. & aliis, *& in n.* 134. ex Tiraq. *in dict. casu*, 11. *& in d. præfat. n.* 15. ait quòd clam dicitur tribus modis fieri, ex natura scilicet facti, natura loci, & ex natura temporis, *& in n.* 136. tenet clam fieri illud, quod fit ignorante eo, ad quem res pertinebat, pro quo refert Mascar. *in concl.* 297. *n.* 10. & Menoch. *in lib.* 3. *præs.* 224. Covar. *de spons. in empit.* 2. *p. c.* 6. *n.* 10. Et *in* 137. ex Covar. tenet actum esse clandestinum, qui fit sine testibus, sine debita solemnitate. & ex Mascar. *in d. concl.* 297. *n.* 3. *&* 8. & ex ipsomet Mascar. & Menoch. actum clandestinè factum præsumi, etsi adhibeantur testes, & conficiatur instrumentum, quando fit in loco secreto, vel celatè detinetur, ita ut non possit venire in notitiam eorum, quorum interest, Hieron. Leo. *in dec.* 9. *n.* 17.

17 Decimoterriò præsumitur dolus ex actu gesto cum persona odiosa agenti, ut in vitrico, qui contraxit cum privigno, si factus sit contractus in suum commodum, quia est præsumptio, quòd vitricus odio persequitur privignos. Craveta, *cons.* 142. *n.* 18. Gratian. *respon.* 36. *n.* 2. *lib.* 1. Mascard. *concl.* 532. *n.* 62. Farinac. *in d. q. n.* 101. *& in n.* 141. Hier. Leo. *n.* 11.

Decimoquarto oritur præsumptio doli ex enor- 18
mi, seu enormissima læsione *l. superstite, verf. sane, C. de dolo, l. omne, ff. Lucius. §. de his, quæ in fraud. cred. c. super hoc de renunt. l. si quis cum aliter. ff. de verbo. oblig. l. Lucius, §. fin. ff. ad Trebel.* Bal. *cons.* 55. *n.* 6. *lib.* 3. Socin. 214. *n.* 9. *&* 265. *n.* 2. *lib.* 1. *&* 140. *lib.* 4. Cæpha. 467. *n.* 12. Roland. 59. *num.* 25. *lib.* 1. Rom. 54. *n.* 4. *&* 68. *n.* 3. Villalob. *in æar. opin. lit. D. n.* 91. qui quidem dolus re ipsa à DD. nuncupatur, & quoad omnes effectus æquiparant dolo vero, & ex proposito. Barbat. *cons.* 42. *n.* 14. *cum seqq. vol.* 1. *&* 70. *vol.* 3. Roland. 7. *n.* 42. *cum seq. lib.* 3. *&* 60. *n.* 66. *lib.* 4. Menoch. *lib.* 5. *præs.* 3. *n.* 64. Leo. *n.* 74. *ubi sup.* qui loquitur in contractu gratioso, Farin. *q.* 88. *n.* 34. *& q.* 89. *n.* 140. qui *in d. n.* 34. dicit, quod licet dolus præsumptus dicatur in hoc casu, propriè tamen dolus est, veroque dolo, & etiam dolo ex proposito quoad rescissionem contractus æquiparatur.

Contrariam tamen, dolum non præsumi ex enormi læsione, sed ex enormissima, tenet Mascard. *in concl.* 532. *n.* 28. vide Addit. ad Glos. *fi. l. antec.* ubi plures istius sententiæ sequaces retulimus, & latè egimus de hac quæst. & assignando differentiam, quæ versatur inter contractus gratuitos, & correspectivos, huic dubio satisfecimus.

De aliis præsumptionibus, ex quibus in con- 19
tractibus, & delictis dolus præsumitur, vide Menoch. Mascard. Farinac. Scacc. & alios *supra* citatos.

Sed dubium est, utrum dolus, qui ex his 20
præsumptionibus probatur, verus dolus, vel præsumptus appelletur; nam inter dolum verum, & præsumptum multæ, & notabiles sunt differentiæ, ex quibus nonnullas vide per Capram. *cons.* 78. *à num.* 11. & per Menoch. *lib.* 5. *præsumpt.* 3. *num.* 9. *cum* 5. *seq. & de recuperan. possess. remed.* 15. *sub n.* 135. Farinac. *d. q.* 88. *n.* 17. *&* 18.

Pro cujus vera resolutione dic illum verum do- 21
lum esse, de quo per indicia, conjecturas, & præsumptiones à jure approbatas constat; quia ut *suprà* diximus, non aliter quam ex eis probari potest. Nam dolus est calliditas, fallacia, machinatio ad fallendum, decipiendumque alterum adhibita, *l.* 1. *§. dolum, ff. de dolo.* & *ibi*, DD. de qua nos latè in addit. ad Glos. 1. *num.* 1. *l.* 1. *tit.* 10. *part.* 7. Unde infert Craveta, verum dolum non probari, nisi animus decipiendi probetur. Boër. *decis.* 100. *n.* 3. Franch. *decis.* 108. Leo. *d. decis.* 9. Giurb. *decis.* 43. *num.* 9. Trentacinq. *variar. resol.* 1. *lib.* 1. *tit. de dolo, l. dolum, C. de dolo*, ex qua colligitur, quòd ut dolus verus dicatur, præsumptiones, & indicia debent esse perspicua, & quæ non possint trahi, nisi in malam partem: quod notant Glos. verbo convenit Paul. & alii DD. *ibi.* Mascard. *de probat. concluf.* 53. *num.* 7. Surd. *decis.* 216. *num.* 10. ubi quando indicia sunt manifesta, & in fraudem concludunt; Sfort. *de in integr. restit.* 2. *par. quæst.* 83. *art.* 1. *num.* 2. ubi dicit, quòd dolus verus est, qui ex præsumptione necessaria resultat, & probatur. Grammat. *cons.* 30. *num.* 10. Farinac. *quæst.* 88. *lib.* 3. *num.* 4. *&* 5. *cum aliis*, ubi *in num.* 8. verum dolum esse dicit, etiam si indiciis, & præsumptionibus probetur, si sunt manifesta, & evidentia, ex Bart. *in l. quod Nerva, num.* 14. *& seq. ff. de depos.* Phanu. Menoch. & Patian. & ex aliis, quos allegat.

Dolus verò præsumptus est, qui ex indiciis 22
non manifestis, nec omnino concludentibus, sed

tantum

tantum probabilibus colligitur. Bar. *in l. quod Nerva. num.* 13. *& seq. ff. depositi.* Bald. *in l. quæ fortuitis, à num.* 7. *C. de pig. act.* Plotus. *de in litem juram. §.* 50. *n.* 31. Sfort. *d. q.* 83. *art.* 1. Pacia. *de proba. lib.* 1. *c.* 66. *n.* 163. Menoch. *d. præs. à n.* 6. Farin. *d. q.* 88. *d. n.* 13. Surd. *decis.* 216. *n.* 14. exemplum hujus doli solet assignari, quando quis sciens se teneri ad aliquid faciendum, dandum, præstandumve, negligit, & obmittit facere, quia esse potest, quòd id faciat non fraudandi, aut decipiendi animo, sed ex alia causa. *l.* 1. *§. non semper. ff. quod falsò tutor.* Alex. *cons.* 103. *num.* 20. *lib.* 1. Natta 12. *num.* 2. *lib.* 1. ubi dolum verum vocat culpam latissimam, dolum præsumptum culpam latiorem. Sfortia. *d. artic.* 1. *num.* 5. ubi dicit, quòd dolus præsumptus regulariter, quando ex negligentia, & culpa lata committitur, Surd. *num.* 5. tenet, quod regulariter dolus in obmittendo commissus dicitur præsumptus, licet etiam in obmittendo quandoque verus dolus cadere possit, & *num.* 18. *&* 20. exemplificat in tutore, & idem tenet Farinac. *num.* 31. *ubi sup. & q.* 99. *num.* 93. atque ita, si tutor obmittat facere inventarium, dicitur esse in dolo præsumpto, non vero. Alex. *ubi sup.* Ruin. *cons.* 43. *num.* 46. Dec. 191. *& in casu proposito, col. fin. in princ. n.* 5. Cæphal. 192. *num.* 49. *&* 388. *num.* 10. Socin. 46. *num.* 5. *lib.* 1. ubi dicit, quòd in dolo præsumpto dicitur esse, qui non facit id, quod scit se teneri facere. Gratian. *discep.* 1. *tom. c.* 28. *n.* 8.

23 In minore nunquam præsumitur dolus verus, ex eo quod semper præsumitur jus *l. si quis patrem, §. proinde. ff. ad Macedoni.* Surd. *decis.* 226. Tiraq. *de retr. conv. in præf. num.* 35. Menoch. *d. præsump.* 3. *num.* 26. Farin. *d. quæst.* 89. *num.* 49. *&* 50. ubi ampliat in muliere ex eo, quod in ipsa bona fides semper præsumitur, & non dolus.

24 Cum agitur de annullatione contractus, inter dolum verum, & præsumptum non potest probabilis differentia constitui. *l. si quis cum aliter* 36. *ff. de verb. oblig.* Surdus, *cons.* 49. *num.* 42. *in fin. & num.* 43. Ludovic. *decis. Perus.* 18. *num.* 62. Farin. *cons.* 42. *num.* 12. *lib.* Fachin. *contr. lib.* 2. *cap.* 26. *vers. monet.* 2. ubi plures adducit. Molina. *de Hisp. primog. lib.* 2. *c.* 3. *num.* 18. Borrell. *cons.* 4. *n.* 6. Menoch. 412. *num.* 22. *lib.* 5. ubi dolum ex proposito eum appellat. Cæphal. 405. *n.* 23. *lib.* 3. Cancer. *var. resol. lib.* 1. *c.* 13. *de empt. num.* 11. & vide Addit. ad Gloss. 12. *l. anteced. num.* 91. Quoad effectus dolus præsumptus dolo vero, & ex proposito æquiparatur, ut eleganter tradunt Barbat. & alii, quos refert, & sequitur Roland. *cons.* 7. *à num.* 42. *lib.* 3. *&* 60. *n.* 66. *lib.* 4. Surd. *d. cons.* 49. *num.* 39. *&* 40. & vide Addit. ad Glos. 12. *legis antecedentes. num.* 89. 90. *&* 91. & alia de materia doli, vide in Addit. ad Gl. *l. tit.* 16. *p.* 7. ubi an ex indiciis indubitatis possit quis condemneri, & de aliis quæst. & an dolus præteritus, seu futurus possit renuntiari, vide in Addit. ad *tit.* 11. Glos. *l. infra hac p.*

3 *Quid si pactum non dedit causam contractui, & ad quid possit agi, n.* 4.

ADDIT. GLOSS. I.

AD *leg.* 58. hanc legem sine commento reliquit Greg. Lopez. Ex qua nota, quòd, si non servetur pactum appositum in venditione, sine quo non fuisset venditio celebrata, venditio resolvitur, & contrahentes ab ea possunt discedere. Adde, *l cum te fundum. dn pact. inter. empt. l. Lucius Titius. ff. de actio. empt.* & ibi Paul. *num.* 2. ubi eam dicit singularem. Abb. *in c. verum, versic. unde concl. de condit. appositis.* Com. *cons.* 101. *n.* 8. *&* 17. *lib.* 1. *&* 102. *n.* 25. *lib.* 2. Socin. Sen. 26. *n.* 4. *lib.* 3. Alciat. 69. *n.* 14. *lib.* 8. ubi dicit, quòd, si non observantur ea pacta, quæ dederunt causam contractui, promissor etiam in contractibus nominatis non tenetur implere contractum, sed omnia infirmantur, *c.* 1. *§ sed non est alia, quæ fuit* 1. *causa benef. amitt.* Bald. *cons.* 464. *n.* 1. *lib.* 1. *&* 375. *lib.* 1. Craveta, 192. *n.* 22. *&* 299. *n.* 1. Bec. 45. *n.* 29. Rolan. 69. *n.* 40. *lib.* 4. *& ex n.* 6. ubi quod, etsi in uno ex minimis capitulis deficiat, *& cons.* 53. *à n.* 22. *& n.* 29. *lib.* 1. Caballi. *de evictio. in ultima additio. litt. L. vers.* 2. *limit.* & quòd ex defectu causæ finalis liceat contrahentibus à contractu recedere, latè comprobant Surd. *decis.* 220. *n.* 16. *& dec.* 344. *n.* 9. *& cons.* 13. *n.* 22. 23. *&* 25. *& cons.* 52. *n.* 36. *&* 563. *n.* 4. *&* 5. Gratian. *discept. c.* 207. *n.* 26. *& c.* 355. *n.* 16. *& c.* 528. *n.* 5. *decis.* 13. *in addit. n.* 3. Carroc. *dec.* 76. Mantica, *de tacit. conv. lib.* 3. *tit. c.* 2. *n.* 50. *&* 54. ubi latè, *& lib.* 4. *tit.* 25. *n.* 6. Alexan. Ludovic. *dec.* 130. *n.* 4. ubi dicit, quòd quando implementum respicit causam finalem contractus, per ejus defectum etiam contractus nominatus rescinditur, & ibi Beltram, *n.* 7. & vide addit. ad Gl. 1. *l.* 28. *& ad l.* 5. *&* 6. *tit.* 4. *sup. & ad l.* 41. 42. *&* 43. *tit.* 14. *infr.* Hanc conclusionem de jure communi probari *in d. l. cum te fundum*, docent plures DD. Et alii contrarium de ejus interpret. vide Pinel. *in rubr. C. de rescind. vendit.* 2. *p. c.* 2. *ex n.* 14. ubi varias interpretationes refert, & eas subtiliter impugnat, & infert ad declarationem aliarum. Et *l. Lucius Titius*, contra Paulum interpretatur Barb. *in l. de divisione* 5 *n.* 50. *vers. ex quo venit. ff. solut. matr.* quam vide. De jure nostro Regio per hanc legem hæc conclusio probatur, & sic non est amplius curandum.

Nota 2. ex *text. hic*, quòd, si pactum non dedit causam contractui venditionis, non potest rescindi, etsi non servetur; sed tantum datur actio ad interesse. Adde, *l. ea conditione, C. de rescind. vend.* quam sic interpretantur, & ad concordiam reducunt cum *d. l. cum te fundum*, Glos. & Alberic. *in l. pacta conventa ff. de contrah. empt.* Glos. *in l. fin. ff. de conduct. ob caus.* & *ibi.* Bar. *n.* 1. Paul. *ad fin.* & ita communiter resolvere DD. dicit Alex. *ibi n.* 8. Jas. & Curt. quos, & alios refert Pinel. *in d. c.* 2. *n.* 19. Mantic. *d. lib.* 4. *tit.* 24. *n.* 9. & vide Add. ad Gl. 1 *l.* 6 *tit.* 4. *sup. r.* 2

3 Limita nisi ope exceptionis de non implemento opponatur; nam tunc rescinditur contractus etiam nominatus. *l.* 2. *§. circa, ff. de doli mali, & met. l. Julianus, §. offerri, & l. qui pendentem. ff. de actio. empt. l. quæro, § inter locatorem, ff. locati, & conduct.* Alex. 105. *n.* 12. *vol.* 3. Roland. 53. *à n.* 22. *lib.* 1. *&* 69. *à n.* 6. *lib.* 4. qui de contractu locationis, & conductionis loquuntur. Com. 121. *in fin. vol.* 1. Craveta. 192. *n.* 22. Surd. *decis.* 220. *n.* 18. *& decis.* 314. *à n.* 17. *& cons.* 13. *n.* 22. *&* 23. *& cons.* 62. *n.* 36. *&* 563. *n.* 4. *&* 5. Menoch. 1178. *n.* 11. Gratian. *decis.* 13. *n.* 3. *in addit. & discept. c.* 207. *n.* 29. *&* 355. *n.* 1. Ginrb. *dec.* 100. *n.* 32. Fach. *contr. lib.* 2. *c.* 4. *in fi.*, Carroc. *dec.* 76.

LEX LVIII.

AD TITUL. C. DE RESCIND. Vendit.

SUMMARIUM.

1 *Ab emptione, an possit discedi, si non servetur pactum in ea appositum, seu ex defectu causæ finalis.* 2. *Et quæ dicatur causa finalis, n.* 5. *Et quæ actio detur ad repetendam rem traditã.* 6.

num. 11. Mantic. *d. tit.* 12. *num.* 53. *& tit.* 16. *num.* 15. ubi latè, qui alios recenſent. Vide Addit. ad Gloſ. 1. *l.* 32. *ſup. hoc tit. nu.* 160. *&* 161. Et reſolvitur contractus, ac ſi venditio retro facta non eſſet. *l. ſi hominem, ff. de uſucap. l. ne ullum, §.* 1. *de petit. hæredi. l. voluntate, §.* 1. *quib. modis pign. vel. hypot.* Giurb. *n.* 23. ubi refert Fabian.

4 Cauſa enim finalis in hoc caſu dicitur illa, ſine qua quis aliàs non eſſet contracturus. *d. lib. cum te fundum.* & ibi Bald. Rolan. *conſ.* 69. *n.* 38. *&* 39. *lib.* 4. ubi cauſam finalem dicit, quæ reſpicit omnem diſpoſitionem, & ad illam generaliter influit, vel ſine qua quis aliàs non eſſet facturus, vel eo modo, niſi fuiſſet illa cauſa. Surd. *conſ.* 163. *ſub num.* 4. *verſ. & in prædictis*, Beltram. *in d. deciſ.* 130. *num.* 7. Mantic. *tit.* 12. *num.* 54. *verſ. verum plane.* ubi cauſam finalem etiam dicit, quando quis aliàs fuiſſet contracturus, ſed non eo modo: ut puta volebam ego vendere fundum meum juſto pretio, ſed minori pretio vendo ob aliquam cauſam, quæ reſpicit meum commodum, & illa dicitur cauſa finalis ven-

5 dendi minori pretio *l. fundi partem, ff. de contrab. empt.* ſed non eſt cauſa finalis vendendi, & in hoc caſu defectus cauſæ parit conditionem ob cauſam in contractibus innominatis, & vide eum per totum *titul.* ubi latè, & eleganter explicat, quæ ſit cauſa finalis, & quæ impulſiva, & utriuſque effectus. Covar. *lib.* 1. *var. c.* 14. *n.* 6. *in fin.* Pinel. *in rubr. de reſcind. vendi.* 2. *p. c.* 2. *n.* 27. ubi etiam de his cauſis agunt, & in promiſſis, hoc eſt *en los prometidos*, quæ dantur magis licitantibus, hanc legem exemplificat Gutier. *lib.* 7. *q.* 52. *n.* 7. *&* 9.

6 Quæ actio detur in hoc caſu ad repetendam rem traditam? vide Pinel. *num.* 28. ubi varias opiniones refert, & actionem ex vendito competere reſolvit. & idem tradit Mantic. *lib.* 4. *de tac. conv. tit.* 25. *n.* 9.

ADDIT. GLOSS. I.

AD Gloſ. *unic.* Nota ex *text.* quòd reſcinditur venditio facta à tributario, vel debitore Regis, ut regem ſuo jure, & tributo defraudaret. Adde *l.* 212. *ſtyli. & l.* 11. *tit.* 10. *lib.* 5. *recop.* quæ de donationibus in fraudem fiſci, ut ejus tributa fraudentur, factis loquitur, & vide Addit. ad Gloſ. 4. *verſ. Nota ex verſ. & quid ſi poſſeſſiones, l.* 15. *tit.* 6. *part.* 1. Matien. *in gloſ.* 2. *&* 4. *& in gloſ.* 5. *num.* 6. *in d. l.* 11. & ibi Azeved. *num.* 3. Paz. *in d. l.* 215. *ſtyl. ſchol.* 1. *num.* 3. Gutierr. *lib.* 1. *quæſt.* 132. *num.* 6. Mencha. *de ſucceſ. creat. lib.* 1. *§.* 10. *num.* 656. Alfar. *de officio fiſc. gloſ.* 16. *num.* 186. *&* 201. qui alios refert. 1

Nota 2. ex Gloſ. quòd fiſcus poteſt exigere collectas ex bonis venditis per incolas, qui incepto bello vendunt bona, & aufugiunt; & de his, qui poſt impoſitam collectam mutant incolatum. Adde Flores de Mena, *var. quæſt. lib.* 2. *q.* 21. *num.* 78. ubi tradit, quòd non obſtante mutatione illis poteſt imponi, & quòd tenentur illam ſolvere per *text.* & *ibi* in Gloſ. & Barboſ. *in l. incola, ff. ad municipal.* & non ſolum quando in civitate eſt impoſita; ſed etiam, quando à ſuperiore eſt ipſi civitati indicta, & alios laudat, & quid de jure Regio noviori obſervetur reſolvit, & multa notabilia in hac materia collectarum adducit. De qua etiam vide Seſſe. *deciſ. Regni Arago.* 7. *lib.* 1. *&* *deciſ.* 129. *lib.* 2. 2

Nota 3. quòd donatio facta à patre filio Clerico, vel exempto in fraudem collectarum, & tributorum Regiorum non valet, *ex l.* 11. *tit.* 10. *lib.* 5. *recop.* quem Gloſ. *hic*, refert, cui Adde Matienz. *ibi gloſ.* 3. *&* 4. & Azeved. *num.* 3. Gutierr. *lib.* 2. *q.* 132. *per tot. l.* 212. *ſtyli*, & *ibi* Paz. *ſcholio.* 1. *n.* 3. Duennas, *regul.* 100. *limit.* 5. Avendan. *de exequen. manda. lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 30. Mencha. *de ſucc. creat. lib.* 1. *§.* 10. *num.* 654. *cum* 4. *ſeq.* Perez. *in l.* 1. *titul.* 3. *lib.* 1. *ordin. col.* 2. *&* 3. *verſic. unde ſi pater, & verſi. hoc tamen intellige.* Flor. *d. q.* 21. *num.* 70. Maceraten. *lib.* 1. *var. reſol.* 88. *num.* 8. ubi dicit, quòd quando eſt translata poſſeſſio in Clericum in fraudem collectarum, non definit obligatio ad earum ſolutionem, *ex l. ſacramenta. l. qui ſub prætextu, C. de ſacroſ. Eccleſ. l. de his, C. de Epiſc. & cleri.* ex Specul. Pen. & aliis, quos citat. 3

Difficultas extat in probatione fraudis, fraus autem non præſumitur, niſi probetur. *l. patronus, ff. de probat. l. ſi prætor. §. Marcellus, ff. de judiciis, l.* 3. *§. fin. inſt.* & *ibi* Gloſ. *ff. de tribut. actio.* Tiraq. *de retract. lign. §.* 26. *gl.* 1. *n.* 32. ubi plures cumulat, Gabr. *conſ.* 82. *n.* 4. *verſ. fraus autem, lib.* 2. Maſcard. *concl.* 814. *num.* 2. Farin. *in prax. crim.* 3. *tom. q.* 89. *n.* 2. ubi plures alios referunt. Deci. *conſ.* 32. *n.* 4. *lib.* 3. Mantic. *de conject. lib.* 2. *tit.* 7. *num.* 1. Menoch. *lib.* 5. *præſumpt.* 3. *n.* 14. & qui illam allegat, eam probare tenetur, *cap. ſancimus in fin.* 1. *q.* 7. *l.* 1. *& ibi* Gloſ. *verbo rupte, C. de dolo. l. patronus, & l. qui teſtamentum, ff. de probat. l. cum ita. §. ſpecies. ff. delega.* 2. Gloſ. *verbo. univerſa. in l. omnes, §. Lucius. ff. quæ in fraud. credit. &* Gloſ *verbo. ſciens, verſ. ſed quis probabit, in l. ſi probaveris, C. ſi aliena res pig. data ſit.* Maſcard. *d. concl.* 814. *n.* 5. Farinac. *d. q.* 89. *n.* 8. 4

Et non ſufficit fraudem in genere allegare, ſed ſpecialiter alleganda, & probanda eſt. Maſcard. *ubi ſuprà num.* 6. Farinac. *num* 5. *in d. quæſt.* 162. *num.* 134. ubi plures adducit in materia ſimulationis contractus, Mantic. *de tacit. conven. lib.* 13. *tit.* 35. *num.* 5.

Probabitur

LEX LIX.

SUMMARIUM.

1 *Venditio facta à debitore, ſeu à tributario Regis reſcinditur, ſi in fraudem fiat.*

2 *Fiſcus ex bonis venditis per incolam poteſt exigere collectas, & ex his, qui poſt impoſitas collectas aufugiunt incolatum.*

3 *Donatio facta à patre filio Clerico in fraudem collectarum, & tributorum non valet. Fraus non præſumitur, niſi probetur,* 4. *Et probatur ex confeſſione, teſtibus, & conjecturis.* 5. *&* 18.

6 *Ex donatione omnium bonorum, vel majoris partis facta per debitorem fraus præſumitur, Declaratur, & an intervenire aliæ præſumptiones debeant, ex quibus augeatur fraus. n.* 7. *uſque ad n.* 12.

13 *Emptio per patrem facta nomine filii ſpurii non valet.*

14 *Confeſſio patris de pretio rei venditæ à filio recepto, vel quòd pecuniis filii rem ab extraneo emit, non probat, etſi in favorem unius filii legitimi venditio celebrata ſit.* 15. *Declaratur.* 16.

17 *Pretium fuiſſe numeratum conjecturis probari poteſt.*

19 *Acceptans venditionem, ſeu alienationem in fraudem fiſci, amittit rem emptam.*

5 Probabitur enim fraus ex confessione partis, de quo vide Farin. *prax. crim. q. tom. q. 162. n. 116. 117. & 118.* ubi de probatione simulationis per confessionem partis agit, quando contractus fuit simulatus, & fraudulentus, qui tunc talis dicitur, quando dolo celebratur, ut tertius ex eo, vel ejus occasione decipiatur, ut Farinac. explicat *ibi, num.* 3. Testibus etiam fraudem probari posse contra instrumentum venditoris, vel donationis, tradit Farinac. *in dict. quæst. 162. à num. 120.* ubi ampliat, & limitat. Conjecturis, & præsumptionibus fraudem probari posse in hujusmodi alienationibus, diximus *supr.* in addit. Glos. 6. & 7. *l. 2. tit. 4. sup. hac p. à n. 9.* ubi
6 *8. præsump.* adduximus. Ex donatione omnium bonorum facta per debitorem tributorum in favorem filii clerici, vel exempti, fraudem præsumi probat *d. l. 11. tit. 10. lib. 5. recop.* & *ibi* Matienz. *glos. 3.* & Azeved. *n. 3.* Leo *dec. Valent. 9. n. 14.* & vide Addit. ad Glos. *6. l. 2. tit. 4. sup. hac part.* ubi alios ad-
7 duximus, & ad Glos. *4. l. 7. tit. 15. n. 6.* Amplia si majorem partem bonorum alienatio, seu donatio contineat, de quo vide Addit. ad Glos. 4. & in specie Macerat. *resol. var. lib. 1. resol. 88. n. 9.* & Leo, *ubi sup.*
8 Intellige hanc doctrinam, quando ex aliis indiciis, & præsumptionibus constiterit, tributarium alienantem bona sua in exemptum fraudem admisisse, ut sic alienanti post talem alienationem ad solutionem tributorum non sufficiat, ex text. *in d. l. 11.* quam sic intelligendam esse dicit Mench. *de succes. creat. d. §. 10. n. 656.* Gutier. *lib. 2. q. 132. n. 6.*

9 Secunda præsumptio est, si conjunctæ personæ quis bona vendiderit. De qua vide Add. ad *d. gl. 6. l. 2. tit. 4. sup. n. 19.* & ad Glos. *4. l. 7. tit. 15. à n. 12.* & Macerat. *in d. n. 9. & d. l. 1. resol. 50. n. 45.* ubi de locatione facta conjunctæ personæ. Hier. Leo. *n. 11.* de actu facto cum conjuncta persona. Pute. *dec. 2. p. 1.* Cavalc. *decis. 45. n. 49. p. 1.* Surd. *decis. 116. n. 4.* & *consil. 249. num. 1.* & de veritate hujus præsumptionis vide Mantic. *lib. 3. tit. 29. n. 14.* Mascar. *conclus. 815. n. 13.* & Macer. *n. 14. ubi sup.*

10 Tertia est, si post venditionem, vel donationem possedit bona donata, fructusque ex eis percepit, *l. sicut, §. supervacuum, ff. quib. mod. pign. vel hypoth.* Mascard. *concl. 815. n. 50.* Macerat. *d. resol. 88. n. 14. & lib. 2. resol. 11. n. 63.* ubi plures citat. Mantic. *lib. 13. tit. 36.* Farinac. *d. q. 162. à n. 126.* & vide Addit. Glos. *6. l. 2. tit. 4. n. 20.* & de exclusione hujus præsumptionis vide Macer. *in d. resol. 11. num. 78. & 79.* Mantic. *in d. tit. 36.*

11 Quarta erit, quando pretium non fuit numeratum, sed confessatum. Alias præsumptiones colliges ex traditis per Mascar. *d. concl. 815. per tot.* Mantic. *de tacit. convent. lib. 13. tit. 35. 36. 37. 38. & 39.* Tusch. *lit. F. conclus. 477. 480. & 481.* & per eos, quos adduximus *infra, in addit.* Glos. *4. l. 7. tit. 15.*
12 *n. 12.* ubi de alienatione facta in fraudem creditorum egimus: & omnes præsumptiones, quæ à DD. adducuntur ad probandum, alienationem esse in fraudem creditorum factam, locum habent, ut in fisci fraudem factam esse dicatur. Salycet. *in l. si quis posthac, n. 6. C. de bon. præscript.* nam & fiscus creditor est, *l. 1. Cod. de jure fisci, lib. 10.* Mantic. *dict. lib. 13. tit. 39. n. 1. & 2.* & faciunt ea, quæ de simulationis probatione tradunt Farinac. *de falsit. & simulat. q. 162. à num. 135.* Gratian. *discept. cap. 479. à num. 59.* Matien. *in glos. 7. num. fin. l. 7. tit. 11. lib. 5.* & alii *supra* citati. Vide Mantic. *lib. 4. tit. 32. à num. 28.* qui 4. conjecturas recenset. Perez. *in l. 2. tit. 3. lib. 5. super verb. vendida, vers. conjecturæ,* & Leo, *à num. 6.*

Nota 4. ex Glos. *in vers. de emptionibus,* non 13
valere emptiones factas per patrem ab extraneo nomine filii spurii, quia in fraudem legis; De hac quæstione, vide Addit. ad Glos. 4. *vers. Nota ex vers. quid autem, l. 10. tit. 13 part. 6.* Gomez. *in l. 9. Tauri, num. 35.* Matienz. *in l. 6. tit. 8. lib. 5. recopil. glos. 7. per tot.* & *ibi* Azeved. *num. 17. 18. 19. & 20.* Perez. *in l. 2. tit. 4. ib. 5. ordin super verbo, in vendita.* Spinol. *in specul. testament. glos. 16. à num. 55.* ut diximus, *in dict.* Glos. 4. ex Matienz. *num. 14. in dict. glos. 7.* & si non placeat Azeved. *ibi, n. 19.* & ita intelligendum est, quod diximus de emptione facta ab extraneo nomine filii. Ex quibus Nota 1. quòd fraus præsumitur, quando pater nomine filii spurii emit ab extraneo: Nota 2. filiis spuriis ex bonis parentum non esse prohibitum titulo oneroso, sicut aliis extraneis, acquirere cessante fraude, ut diximus in dicta Glos. 4. ex Gomez. Matienz. & Azeved. *ubi supra,* ubi hanc receptiorem diximus; etsi Spinol. *ubi suprà,* dispositionem *dict. leg. 6.* generaliter in omnibus filiis spuriis procedere velit; & de hac materia vide latè *ibi,* & ad Glos. *6. l. 1. tit. 4. supra hac part. à num....* ubi quid eis à parentibus debeatur, & quantum eis relinquere possint, & vide Mantic. *de tacit. convent. lib. 4. tit. 23. à num. 28.* ubi de contractibus inter patrem, & filium spurium celebratis agit.

Nota 5. ex Glos. quòd confessio patris, de 14
pretio rei venditæ à filio recepto, vel quod pecuniis filii rem ab extraneo emit, non sufficit, & ex ea fraus arguitur. Adde Bart. per text. ibi, *in leg. qui testamentum, de probat. & in l. cum quis decedens, §. Titia, ff. delegat. & in l. si forte, de confess. pecun.* quem sequitur Spinol. *in dict. glos. 16. num. 57. in fin.* Gomez. *in dict. l. 9. Taur. n. 36.* ubi alios allegat, & communem dicit. Matienz. *in d. glos. 7. n. 5.* vide Addit. *l. 3. tit. 14. p. 3.* & ad Glos. 5. & 6. *l. 9. tit. 1. num. 52. supra.*

Amplia, hanc doctrinam procedere in confes- 15
sione de recepto facta à patre in contractu venditionis, quam favore unius ex filiis legitimis celebravit; nam hujusmodi confessio tanquam suspecta aliis liberis præjudicare non poterit, etsi fiat in testamento, vel in contractu inter vivos. Speculat. *in tit. de confession. §. nunc videndum, num. 11.* Paul. *in leg. 1. ad fin. Cod. de inoffic. donat.* Cæpol. *caut. 21.* Jas. *in l. si arrogator, num. 24. ff. de adopt.* Avendañ. *in capit. præt. 2. part. cap. 29. num. 12.* Gomez. *1. tom variar. cap. 12. num. 81. & in l. 9. Tauri, num. 36.* ubi hoc procedere inquit in quocumque actu fraudis præsumptionem habente, & ampliat, etsi pater juraſſet pretium recepisse, & eum refert, & sequitur Matienz. *in dict. leg. 6. tit. 8. lib. 5. recopil. glos. 7. à num. 6.* Tiraquell. *de retract. lign. §. 1. glos. 18. à num. 80.* ubi plures refert, & vide alios plures, quos adduximus in Addit. Glos. 7. *l. 15. tit. 15. num. 11. & 12.* cum aliis *infrà,* de confessione facta in testamento favore tertii, vel recepta dote, & an possit revocare, vide relatos, & Castill. *quot. lib. 5. c. 111. à n. 3.* & Add. ad Gl. 5. & 7. *d. l. 9.* & ad Gl. *dict. l. 10. tit. 13. p. 6.* Declara 16
quando confessio excederet modum meliorationis præfinitum à *l. 1. tit. 6. lib. 5. recop. cum aliis illius tit. & l. 17. Tauri,* scilicet tertium, & quintum respectu liberorum, vel quinti respectu extranei, quando ejus favore fuit emanata confessio; nam cum posset pater filio, cui vendidit, meliorationem facere, cessat fraudis suspicio, & isto casu habebit naturam donationis, & in meliorationem tertii, & quinti imputanda erit; si vero antea ipsi filio emptori,

vel alteri fuisset à patre facta melioratio, irrita erit venditio, ut advertit Parlador. *lib. 2. rer. quotid. cap. 14. num. 2.* & eadem ratione idem est dicendum, quando confessio favore filii spurii fuit emanata, si venditio non excedit quantitatem alimentorum, quam de jure ei pater clericus, vel secularis, vel mater relinquere debent, vel eis permissum est, de quo vide Addit. ad Glos. 6. *l. 1. tit. 4. sup. à n.*

17 Et pretium numeratum fuisse argumentis, & conjecturis probari poterit, ut ex Alcan. Angel. Salycet. Castill. *in l. 9. Taur. verbo. la quinta.* Tiraq. *de retract. lign. §. 1. gloss. 17. num. 80.* tradit Parlad. *d. c. 14. n. fin.* Matienz. *in d. l. 6. tit. 8. lib. 5. recop. gloss. 7. n. 11.* Gomez. *in l. 6. Taur. n. 36.* & diximus *in d. n. 12.* & vide Addit. ad Gloss. fin. *n. 18. tit. 14. p. 3.*

18 Nota 7. ex text. *hic in fin.* quòd recipiens venditionem in fraudem fisci, & collectarum amittit rem emptam, vel ei donatam, & de jure communi est *l. 1. C. ut nemo ad sum patro. suscip. lib. 11.* Bart. *in l. cum contractibus, C. de jure fisc. lib. 10. & in l. fin. §. memoriale, C. de bon. possess. sub eod. lib.* Avend. *in c. præto. 2. p. c. 14. n. 13. in fin.* Penna *in l. fin. C. de annu. & trib. lib. 10.* Ursil. *ad Afflict. decis. 72. n. 12.* ubi dicit, quòd alienans bona sua in fraudem collectarum illis privari debet. Et *in l. 11. tit. 10. lib. 5. recop.* statuitur, quòd non obstante alienatione ad tributorum solutionem compellatur, per capturam personæ, quæ in fraudem fisci bona alienavit.

LEX LX.

SUMMARIUM.

Subscribens se ut testis, vel notarius in instrumento non præjudicat sibi, nec suo juri, idem de procuratore, & Advocato.

ADDIT. GLOSS. I. & II.

AD Glos. 1. & 2. Nota, quod subscribens se ut testis, vel notarius in instrumento non præjudicat sibi, nec suis juribus. Adde Jas. *in l. si ita stipulatus. §. Chrisogonus, n. 11. ff. de verb. oblig.* Mangrel. *ad Bart. in l. quæ dotis vers. quæro quid de subscrib. ff. sol. matr.* Negusan. *de pign. 1. memb. 3. p. n. 6.* Mascar. *concl. 1347. n. 24.* Menoch. *lib. 3. præsum. 66. d. n. 15.* ubi late tradit, quando subscribens se scripturæ alterius eam approbare videatur, *& lib. 2 præsumpt. 57. à n. 32.* ubi de eo, qui proprio sigillo sigillavit alienam scripturam. Surdus *decis. 153. n. 17.* ubi alios tradit. Tiraq. *de retract. lig. §. 1. gl. 9. n. 141. 142. & 143.* qui *à n. 267.* agit de advocato, vel procuratore adhibitis à venditore in consilium ineundi contractus, & de aliis personis, qui ratione officii assistunt, & interveniunt in contractu. Mantic. *de tacit. conv. lib. 11. tit. 31. n. 37. & 38.* ubi hoc intelligit, quando ignorantia, vel errore ductus se subscripsit, prout Glos. 2. *hic* notat, & de hac materia subscriptionis, & quid operetur, & de aliis quæstionibus in hac materia, vide Tusch. *lit. S. concl. 860. cum 5. seq.* & vide addita ad Glos. *1. l. 19. n. supra,* & ad Glos. *6. l. 31. tit. 13.* De fidejussore contractus, quòd ipsum approbare videatur, tradunt Decian. *cons. 15. n. 17. lib. 1.* Surd. *15. n. 20. vers. & idem.* Tiraq. *gloss. 9. n. 268.* Rota *decis. 798. n. 2. p. 1. divers. & in recentior. decis. 362. sub n. 4.* Alex. Lud. *dec. 384. per tot.* & *ibi* Beltramin. ubi alios adducit, & infert ad alienationem factam per filium, pro quo pater fidejussit; & inferri potest ad contractum uxoris, cujus fidejussor fuit maritus, de quibus suo loco.

LEX LXI.

SUMMARIUM.

1 *In venditione semel perfecta non est locus pœnitentiæ, etiam ex principiis rescriptoriis. 2. etsi velit venditor duplicatum reddere pretium. 3.*

4 *Venditio contrario consensu contrahentium dissolvitur.*

5 *Gabella duplex an in dicto casu debeatur.*

ADDIT. GLOSS. I. & II.

AD Glos. 1. & 2. Nota 1. ex *text.* quòd venditio semel perfecta sine partium voluntate rescindi non valet, nec licet alteri parti, altera invita ab ea discedere, quia in hoc contractu non est locus pœnitentiæ, sicut nec in cæteris contractibus nominatis *l. 7.* & Addit. ad Gl. *1. supra hoc tit. l. ea conditione, C. de rescind. vend l. 3. ff. eodem. l. sicut, C. de actionibus, & oblig.* Surd. *decis. 253. in princ.* Villadieg. *in l. 8. tit. 4. lib. 5. fori Juzgo. n. 4.* quia à principio contractus sunt voluntatis, postea vero necessitatis, *d. l. sicut,* & *ibi* Gl. & DD. Caballin. *cons. 42. n. 4. vol. 2.* Surd. *484. n. 2. & 531. n. 4. & 179. n. 54. & 192. n. 23. & 205. n. 9. & dec. 161. n. 17.* Honded. *cons. 40. n. 69. vol. 1.* Amatis *decis. 24. n. 8.* Seraph. *de privil. juram. privil. 75. n. 48.* Magon. *dec. Lucens. 17. & decis. 31. n. 12.* Giurb. *decis. 113. n. 6.* 1

Amplia 1. ex Gl. etiam ex rescripto Principis. *l. de contractu. & l. ratas. C. de rescin. vend.* Adde Surd. Villadieg. *ubi supr.* & de his rescriptis Principum quando sunt in præjudicium tertii, cui jus est jam quæsitum, vide Addit. ad Gl. *1. & 2. l. 53. supra.* 2

Amplia 2. ex glos. etsi vellet duplicatum reddere pretium. *l. non est. de rescind vend.* Adde. Dec. *cons. 592. circa fin.* Cæpha. *292. à n. 36. lib. 3.* Surd. *de dec. 253. n. 1.* Villadieg. *n. 4. vers. fic ergo.* Vide ad Gl. *1. l. 53. sup.* 3

Nota 2. ex *text.* quòd venditio contrario consensu partium dissolvi potest ante traditionem, quia sicut solo partium consensu contractus talis fuit absolutus, & perfectus, ita per contrarium consensum ab eo recedere possunt. *l. 1. & 2. C. quando liceat ab empt. & ibi* Odoffred. Bellapert. Cyn. Bald. Salicet. & DD. *l. juris gentium. §. adeo, ff. de pactis. c. 2.* & *ibi* Glos. *de sponsal. l. 2. tit. 10. lib. 3. fori leg.* Peretius *in l. 1. tit. 7. lib. 5. ordin. col. antep. vers. dubitatur ulterius: ante libellos* Villadieg. *in dict. num. 4.* Pereir. *de empt. cap. 22. n. 8. vers. alterius.* Pretio soluto, vel re tradita solo consensu non rescinditur venditio, sed debet res, vel pretium restitui. *l. 2. ff. de rescin. vend. l. ab empt. C. de pactis.* 4

Intellige ut rescisio perfecta maneat, nam ex pacto de recedendo à venditione quilibet ex contrahentibus agere poterit contra alterum, ut rem traditam, seu pretium latum restituat, *l. 2. tit. 16. lib. 5. recop.* Dubium autem est in his casibus, an gabella ex venditione rescissa debeatur? Et an duplex una ex contractu, & altera ex distractu; In qua quæstione vera resolutio est, quòd si incontinenti hoc est, antequam ad alia partes divertantur à venditione mutuo consensu recedunt, gabella non debetur; secus vero si ex intervallo, quia jus semel fisco quæsitum, ab eo auferri per partes non potest Bar. *in l. si* 5

duobus,

duobus, §. sin autem, n. 1. & ibi Bald. *in* §. *sed quia nostra, col.* 2. *n.* 4. *C. commun. deleg.* Peruf. *in auth. de nuptiis. §. quia vero, sub n.* 42. Bal. *in l. si constante, col.* 2. *per text. ibi, C. de donat. ante nupt.* Tiraq. *de retract. conven. §.* 6. *gl.* 2. *n.* 10. ubi id verum intelligit, etiamsi ante traditionem rei venditæ partes discesserint, & à contractu in continenti discedant, Gomez. 2. *tom. var. c.* 2. *n.* 32. Pinell. *in l.* 2. *C. de rescind. vend. p.* 2. *c.* 3. *n.* 36. Perez. *in l.* 1. *col.* 44. *ver. sed dubium est. tit.* 7. *lib.* 5. ubi late comprobat. Menchac. *de succes. creat. §.* 25. *n.* 5. Parlad. *lib.* 1. *à n.* 11. ampliat, etsi res non fuisset tradita. Gutierr. *d. gabell. q.* 10. *num.* 2. ubi hanc veram resolutionem dicit, & contra Lasart. *de decima. vend. c.* 14. *n.* 7. qui voluit etiam ex venditione, quæ incontinenti de partium consensu rescinditur, gabellam deberi. Ex distractu, si venditio non sit plene perfecta, quia ex altera tantum parte impletus est contractus, nempe traditione rei, vel solutione pretii, si resolutio fiat per actum priori similem, gabella non debetur; secus vero si contractus perfectus esset, & pretium solutum, & res tradita, vel diverso pretio conventum esset, quòd res venditori reddatur: nam tunc ex hujusmodi distractu nova gabella solvi debet, *l.* 1. *Cod. quando liceat ab empt. disc.* Parlad. *n.* 6. Lasart. *n.* 8. & Gutier. *ubi supr.*

LEX LXII.

SUMMARIUM.

1 *Venditio rescindi non potest, etsi venditor ex penuria vendidisse dicat, etsi adsit læsio, num.* 3.

2 *Licitator sola oblatione obligatur, & hæres.*

ADDIT. GLOSS. I. &c.

1 AD Gloss. 1. Nota venditionem perfectam rescindi non posse, si cui venditor ex penuria, & necessitate compulsus vendidisse dicatur. Adde Pinel. *in l.* 2. *Cod. de rescind. vend.* 1. *p. c.* 2. *num.* 11. Matienz. *in l.* 1. *tit.* 11. *lib.* 5. *recopil. gloss.* 8. *num.* 37. Castill. *quotid. lib.* 4. *c.* 52. *num.* 41. & Addit. ad Gloss. 4. *l.* 56.

2 Amplia procedere in licitatore, qui cum res sub hasta venderetur, comparavit, & obtulit pretium pro re subhastata, & recessit, & nemine alio comparente fuit illi addicta, postquam ille mortuus erat: nam hæredes tenentur solvere pretium, quia oblatio sola in licitationibus parit obligationem, ut in specie sic decisum fuisse testatur Thesaur. *quæst. forens. lib.* 3. *quæst.* 101. ubi fundamenta tradit.

3 Nota ex Gloss. 2. quòd ratione læsionis non potest venditio rescindi, nisi sit ultra dimidiam, *l.* 2. *tit.* 11. *lib.* 5. *recopil.* Menchac. *controv. usufreq. lib.* 3. *cap.* 71. *num.* 3. ubi contra communem tradit, quòd, si sit infra dimidiam, non potest rescindi, quia fuit facta necessitate cogente. Adde *l.* 8. *tit.* 4. *lib.* 5. *fori jurgo*, & *ibi* Villadieg. *num.* 1. & *l.* 5. *tit.* 10. *lib.* 3. *fori leg.* Vide Addit. ad Gloss. 9. *d. l.* 56.

Nota ex Gloss. 3. quòd venditio, cui dolus causam dedit, potest rescindi, & vide Addit. ad *l.* 57. *supra.*

LEX LXIII.

SUMMARIUM.

1 *Venditio rescindi potest si res servitutem debebat, seu erat tributaria, sive sit urbani seu rustici prædii, num.* 2.

Quid de jure communi, num. 3. 4.

5 *Venditor debet certiorare emptorem de qualitatibus rei.*

Si dixerit liberam esse, tenetur ad interesse, n. 6.

Si simpliciter vendidit, tenetur quanto minoris, num. 7.

Secus si dixerit, qualis est, sit sibi empta, n. 8.

Si sciebat, & non manifestavit. ad interesse tenetur, num. 9.

Nisi esset apparens. n. 10. *&* 11.

12 *Jure Regio an emptoris sit electio agere ad rescissionem, seu ad interesse, seu quanto minoris, quando possit agere ad pretium, & ad interesse, aut ad pretium tantum, n.* 13. *&* 14.

Et quid si tributum sit redimibile, n. 15.

Seu si non esset specialiter, sed generaliter hypothecata, & an possit agere criminaliter, num. 16.

Si res fuerit emphyteutica, actio quanto minoris, si eligatur, quanti sit æstimanda, n. 17.

18 *Vendens sciens, seu ignoranter censum super re alii obnoxia, cujus fructus non sufficiunt, seu super re alienari prohibita, ad quid teneatur, num.* 19. *usque ad* 25.

Emptor an possit agere via executiva etiam contra fidejussores, ut rem liberam tradant, vel pretium; & quid si sciens qualitatem rei emat censum, n. 26. *&* 27.

28 *Pactum in censu, quòd fors repeti possit, si alio censui sit obnoxia, vel non sit libera, an valeat.*

29 *Gabella an debeatur in dictis casibus, vel repeti possit, si sit soluta.*

30 *Vendens defensam herbas malas habentem, tenetur ad damna, & interesse.*

ADDIT. GLOS. I. &c.

NOta ex text. emptorem ad rescissionem venditionis agere posse, si res vendita servitutem debebat, vel erat tributaria, & de servitute, vel onere eum venditor non certioravit. Adde Gomez. 2. *tom. var. c.* 5. *num.* 45. *vers. advertendum*, ubi hanc legem dicit singularem. Menes. *in l. si aquam*, 2. *num.* 14. *C. de servit. & aqua.* qui de servitute loquuntur. Olan. *in red. antin. jur. civ. & Reg. litt. V. n.* 3. *&* 4. ubi cum Villalob. quòd emptor contractum possit de jure Regio rescindere, convenit. Villadieg. *in l.* 8. *tit.* 4. *lib.* 5. *fori leg. n.* 12. 1

Amplia 1. tam in servitutibus, & venditionibus urbanorum prædiorum, quàm rusticorum, licet *in princ.* de urbanis tantum prædiis loquatur, *ex* 2. *p. text. hic*, & ex dicendis. 2

Amplia 2. etiam de jure communi contractum emptionis dissolvi posse, cum quis fundum uti optimum maximumque vendidit, si servitutem debere postea appareat, ex Alciat. *in l. qui uti, ff. de verb. signif.* ubi ex eo, quòd fides non fuit servata, venditionem rescindi posse resolvit, & si per venditorem servitus, vel onus non redimitur, ad rescis- 3

ſionem agi poſſe, tenent Socin. *conſ.* 26. *col. ult. lib.* 3. Caballin. *mille loq.* 345. quos refert, & ſequitur Fontanel. *de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſſ.* 12. *num.* 35. *per l. ſi tibi liberum, in ſi. & l. exempto, § ſi quis virginem, ff. de actio. empt. l. penult. in fin. ff. de evict.* & ſtante aſſertione, quòd res erat libera, ad reſciſſionem contractus poſſe agi, docent Marzar. *conſ.* 57. *n.* 14. Gratian. *deciſ. Marchiæ.* 13. *à n.* 18. *& diſcept. c.* 175. *num.* 23. ubi ad reſciſſionem agi poſſe, verius eſſe dicit Surd. *conſ.* 36. *num.* 10. 11. *&* 12. & allegat Giurb. *deciſ.* 113. *num.* 2. Et, ſi pro parte fundus, vel domus erat aliena, contractum reſcindi poſſe reſolvit Surd. *conſ.* 13. *à n.* 19. vide *infrà, num...* & in Addit. Gloſſ. *l.* 32. *ſupr. & ad l.* 19.

4 Contrariam opinionem contra Alciatum tenet Pereir. *de empt. c.* 22. *num.* 8. ubi dicit, quòd hæc lege loquitur, & contra *l.* 1. *in fin. de actio. empt.* ubi caſus proponitur de eo, qui vendidit fundum liberum, qui ſervitutem debebat, & contractus non fuit reſciſſus, ſed emptori actionem ad intereſſe dari Juriſconſultus reſpondit, *& l. penult. ff. de actio.* ubi tantum de evictione tenetur. Gomez. 2. *tom. var. c.* 2. *n.* 45. *in fin. verſ. ſi vero evincatur*, & Gloſſ. *verbo, vitius, & text. in l. quoties*, 61. *& in l.* 1. *§. cauſa, in verb. conveniri, ff. de ædil. edict.* Gratian. *diſcept. c.* 361. *n.* 6.

5 Sed pro vera reſolutione, & cognitione, quando emptor contra venditorem ad intereſſe de jure communi agere poſſit; nota, quòd venditor de qualitatibus rei venditæ, & de ejus onere, propter quod emptor minus eſſet empturus, eum certiorare tenetur, *l. quæro*, 40. *verſ. ſpecialiter, l. Julianus, §. qui pecus, & §. quod autem. l. in venditione*, ubi Paul. *l. ſi ſterilis, § ſi prædii, ff. de act. empt. l. qui liberatis, §. ſi quis, ff. de evict. l. quæritur, §. ſi venditor, ff. de ædil. edict.* Surd. *conſ.* 145. *num.* 8. ubi latè, & quòd tenetur exprimere qualitates, quæ poſſunt emptorem à contractu retrahere, & plures allegat, *& deciſ.* 265. *num.* 49. ubi & ea, quæ difficiliorem reddidiſſent emptorem. Gratian. *diſcept. c.* 361. *num.* 1. & vide Addit. ad Gloſſ. 1. *l.* 18. *ſupr. à n.* 22. ubi latè, & de materia, *l. qui cum alio, ff. de reg. jur.*

6 Quo ſuppoſito diſtinguendum eſt, aut venditor ignorabat ſervitutem, vel onus rei venditæ, aut illam ſciebat: Primo caſu aut liberam rem eſſe dixit, aut ſimpliciter eam vendidit; ſi liberam eſſe affirmavit, tenetur ad intereſſe, quia non debuit aſſerere, quod ignorabat, *l. Julianus*, 14. *§. quod autem*, 2. *& ibi* Gloſſ. *verb. indicationem, ff. de act. empt.* Caballin. *de evict. §. 3. num.* 152. *verſ. imò etſi fuiſſet*, & vide Addit. ad Gloſſ. 1. *leg.* 18. *à num.* 24. ubi latè comprobavimus in dolo eſſe, qui aſſerit id quod ignorat.

7 Si ſimpliciter rem vendidit, & poſtea de ſervitute, vel onere conſtitit, venditor ſolùm tenetur, quanto minoris eſſet empturus, & ad diminutionem pretii ſoluti, & non ad intereſſe emptor agere poterit, ex Gloſſ. 3. *in fin. hic*, cui adde, *§. fin. Inſt. de emptio. l. ſervus quem, § fin. ff. de act. empt.* ubi Fulgoſ. & Salycet. *l. ſed ſi quid, § fin. ff. de evict. & ibi* DD. *l. quoties, & ibi* Gloſſ. *verb. vitius, & in l.* 1. *§. cauſa, ff. de ædil. edict.* Alex. *conſ.* 63. *n.* 6. *lib.* 6. Aretin. 70. *&* 104. Paul. 195. *n.* 1 *lib.* 1. Fulgoſ. 137. *col. fin.* Gomez. 2. *tom. var. c.* 2. *n.* 45. *verſ.* 2. *limit.* ubi latè comprobat. Pereir. *de empt. c.* 22. *n.* 7. *verſ. & quia etium.* Gratian. *c.* 361. *n.* 2. 3 & 4. Ferrar. *prax. Papien. in libello vendit. verb. parti, col.* 2. Minſing. *deciſ. Imper. centur.* 1. *q.* 37. Gutier. *lib.* 2. *q.* 169. *num.* 2. ubi in ſpecie noſtræ legis loquitur. Felic. *de cenſib.* 2. *tom. in proœm. n.* 5. ubi ſic practicatum vidiſſe teſtatur Caſtill. *quotid. lib.* 4. *c.* 24. *num.* 93. alios adducit Avend. *de cenſib. c.* 61. *n.* 5. *in fin.*

Limita, niſi venditor ignarus ſervitutis, vel oneris dixerit, qualis eſt fundus, ſit tibi emptus: nam tunc nec ad intereſſe, nec actione quanto minoris tenetur, ſi ſervituti, vel tributo fundum obnoxium eſſe poſtea appareat. Gloſſ. *in l. cum venderes*, 59 *ff. de act. empt.* Jaſ. *in l. ſtipulatio iſta, §.* 1. *ff. de verb. obl.* Pereir. *c.* 22. *num.* 8. *ad fin.* & vide Add. ad Gloſſ. 2. *l.* 66. *infra.* 8

Secundo caſu diſtinctionis, quando ſervitutem, & onus rei venditæ venditor ſciebat, illud manifeſtare, & emptorem de eo certiorem reddere debet, aliàs ad intereſſe tenetur, *d. gloſſ. in fin. & gloſſ.* 4. *hic.* Quibus adde Corn. *conſ.* 81. *&* 37. *n.* 3. Gomez. & Pereir. *verſ. reſolventes.* Gratian. *n.* 7. *&* 19. Caſtil. *ubi ſupr.* Avend. *verſ. ad quintum, ubi ſupr.* Villadieg. *in l.* 8. *tit.* 1. *lib.* 5. *jung.* Gloſſ. 1. *n.* 12. *verſ. quid ſi venditor.* 9

Amplia 1. etſi venditor dixerit, quòd non vult teneri de ſervitute, vel onere, ſi quod improvinatè poſtea emergat, quia ipſe jam illud ſciebat, *ex l.* 1. *§.* 1. *ff. de act. empt.* & vide Addit. ad Gloſſ. 4. *l.* 65. & ad Gloſ. 2. *l.* 66.

Limita 1. ex Gloſ. *hic*, niſi ſervitus ſit apparens, ut ſi in domo vendita vicinus haberet tignos. Adde Gloſ. *l.* 66. *infr. & ibi* Addit. ex quibus nota, quòd emptor, qui ſciens rem ſubjectam ſervituti, vel tributariam emit, non poteſt pretium repetere, nec ad reſciſſionem contractus agere, & idem tradit Villad. *d. n.* 12. *verſ. & præd.* 10

Limita 2. quando onus eſſet regulare, & ineſſet omnibus prædiis: nam tunc non eſt neceſſarium, quòd exprimatur in venditione ex Gloſ. 3. *hic, verſic.* 2. *in prædio tribut.* Adde Monter. à Cuev. *deciſ. Arag.* 13. *n.* 39. *&* 40. Fontanel. *de pact. nupt.* 2. *tom. clauſ.* 5. *gloſſ.* 8. *p.* 14. *n.* 30. Pereir. *c.* 22. *n.* 9. *&* 10. qui ponunt exemplum in decimis, quæ ex fructibus prædii Deo debentur, vel ſi aliud eſſet tributum generale omnibus notum. Contrarium tenet Illig. *ad Donell. lib.* 13. *n.* 3. *lit. A.* quem vide, qui alios allegat. Quando tributum eſt omnibus notum, & in emptore aliqua ſpecialis cauſa ignorantiæ non poteſt conſiderari, non recedas ab hac limitatione. 11

Nota ex Gloſ. 4. jure noſtro, per hunc text. eſſe in electione emptoris, cui ſervitus, vel tributum in re impoſitum non fuit certioratum, ſtare emptioni, & agere ad intereſſe, vel quanto minoris, ſecundum diſtinctionem ſcientiæ, vel ignorantiæ venditoris, de qua *ſupr.* vel agere ad reſciſſionem venditionis. Adde Gomez. *d. n.* 45. *verſ.* 2. *limit. in fin.* Perez. *in rub. tit.* 2. *lib.* 8. *ordin. col.* 31. *verſ. ſed circa præmiſſa.* Gutier. *lib.* 2. *q.* 196. *n.* 2. Felician. *num.* 5. Villalob. *in ærar. lit. V. verſ. vendit. ſi fiat*, licet Olan. *in reduct. earum*, ibi, *num.* 2. *&* 4. contrarium conetur defendere, quòd non datur emptori electio petendi intereſſe; ſed cogitandum relinquit, & meritò: nam de jure datur etiam electio emptori, an velit à contractu diſcedere, vel agere ad intereſſe in caſibus, de quibus *ſupr. n.* 2. *&* 4. & in Addit. Gloſ. 1. *l.* 58. Quando res libera emptori non fuit tradita, in facultate emptoris eſt eligere, an malit rem liberam, vel intereſſe ſolvi ex Bald. Imol. Socin. Rom. & Dec. Surd. *conſ.* 13. *n.* 18. vide Addit. ad Gloſ. 1. *l.* 32. *à n... & l. fin. infra.* 12

Nota ex Gloſſ. 5. & ex text. *hic*, ſi eligat emptor reſcindere contractum ratione ſervitutis, aut tributi, & venditor oneris erat ignarus, tantum ad pretii reſtitutionem agere poſſe, Adde Perez. *in rub. tit.* 2. *l.* 8. *ord. verſ. ſed circa præmiſſas l.* & vide *infr.* 13

Si

14 Si vero onus ſciebat. & illud celavit, ultra pretium ad damna, & intereſſe emptor agere poterit ex text. *hic d. gloſſ.* 5. cui adde Gutier. *lib.* 2. *q.* 169. *n.* 4. Azeved. *in l.* 2. *tit.* 15. *lib.* 5. *recop. in princ.* ubi non ſolum ad pretium agere poſſe dicit, ſed etiam ad id quod valet res empta, ex Afflict. *deciſ.* 278. *n.* 3. Amplia ex d. gloſſ. 5. ſi ſupina ignorantia eſſet venditoris: nam tunc habetur pro ſciente. Adde Perez. *in d. verſ. ad fin.* 30. *& col.* 32. ubi dicit ignorantiam craſſam, & affectatam non juvare.

15 Intellige 1. hanc legem (quatenus diſponit ad reſciſſionem venditionis agi poſſe, quando res vendita eſt tributaria, ſi de hoc onere emptor non fuit certioratus) de tributo, vel cenſu perpetuo; non vero de redimibili ſentit Gloſſ. 2. *hic*, quatenus allegat *l. ſi ſterilis*, 22. §. 1. *ff. de action. empt. & l. ſi minor*, 12. *eodem.* Adde Gutier. *n.* 2. & 3. ubi ſic in Senatu Pinciano deciſum fuiſſe dicit Felician. *dict. n.* 5. & latius. *in c.* 1. *n.* 6. Azeved. *ante n.* 1. *ubi ſuprà.* Ceval. *com. q.* 469. *n.* 8. *& q.* 656. *n.* 85. *&* 86. ita pluries conſuluiſſe teſtatur Caſtil. *quotid. lib.* 4. *c.* 42. *n.* 93. *circa fin.* Rodrig. *de annu. reddit. lib.* 2. *cap.* 22. *n.* 49. Villadieg. *in l.* 8. *tit.* 4. *lib.* 5. *fori juzgo*, *n.* 12. *verſ. notandum tamen eſt.* Avend. *d. c.* 61. *n.* 6. ubi ſic placuiſſe Senat. Pincian. affirmat. Giurb. *deciſ. Sicil.* 113. *per tot.* ubi pro contraria nonnulla adducit, & *à num.* 3. hanc ſequitur. Ratio eſt, quia onus tolli poteſt, & ita ſufficit reſarcire, quantum taciturnitas abſtulit.

16 Intellige 2. ſi res vendita ſit ſpecialiter tributaria, vel ſuppoſita cenſui perpetuo; ſecus verò ſi per generalem obligationem, & hypothecam eſſet obligata, quia tunc emptor non poterit reſciſſionem contractus petere, ſed tantum agere contra venditorem, ut rem liberet ab obligatione, aut ſe ſecurum reddat, quòd ejus ratione moleſtia in tempus ei non inferatur; quo caſu venditori ſatisfaciet præſtando cautionem indemnitatis cum hypotheca bonorum, vel fidejuſſione, ut in ſpecie notant Gutier. *in d. quæſt.* 169. *n.* 5. Azeved. *in d. l.* 2. *n.* 2. *&* 3. ubi infert poſſe agi contra eum, qui rem generaliter obligatam ut liberam vendidit, ſi non haberet alia bona, aliàs ſecus; & ita fuiſſe deciſum. Surd. *conſ.* 36. *num.* 11. *&* 12. Felician. *de cenſibus. d. c.* 1. 2. *tom. num.* 6. *verſ. placet quoque*, ubi perpetuò notandum eſſe dixit; & vide Addit. ad Gloſſ. 1. *l.* 32. ubi quid ſi res erat obligata pro aliquo debito, vel fideicommiſſo conditionali: & de fidejuſſione. quam venditor præſtare tenetur, & ad Gloſſ. 1. 3. 4. *&* 5 *l.* 10. *tit.* 13. *inf.* ubi egimus utrum in hoc caſu criminaliter contra venditorem agi poſſit.

17 Ex quo infertur 1. quòd, ſi quis pro libera, & franca vendat rem, quæ poſtea reperta fuit emphyteutica, cum non poſſit venditor rem liberam tradere, contractus reſcindi debet, vel per actionem quanto minoris reduci pretium ad quantitatem, & pretium legitimum, deducto onere emphyteuſis, ut cum Alex. Burſ. & Cacher. *deciſ.* 24. *n.* 5. tradit Theſaur. *lib.* 3. *q.* 115. *num.* 3. ubi ſic deciſum fuiſſe per Senatum Pedem. teſtatur. Quanti ſit æſtimanda hæc actio quanti minoris in hoc caſu, variæ ſunt opiniones, quas refert Theſaur. *in n.* 5. Jaſ. *in l.* 1. *n.* 1. 2. *&* 12. *C. de jur. emphyt.* Afflict. *deciſ.* 72. *n.* 4. dimidiam partem pretii, pro quo fuit primò liberè vendita, detrahendam eſſe dicunt. Surd. *conſ.* 451. *n.* 5. *lib.* 3. tenet, quòd ſextam. Cavalc. *deciſ.* 36. *n.* 5. *lib.* 1. quòd tertiam. Purpur. *conſ.* 356. *n.* 4. *lib.* 1. Judicis arbitrio relinquit, & hanc veriorem eſſe dicit Theſaur. *in d. n.* 5. & in ſpecie illius quæſtionis quartam partem taxaſſe Senat. vide Maſcard. *conſ.* 616. *n.* 16. ubi quid probare debeat, qui hac actione agit, tradit; & Gratian. *diſcept. c.* 361. *n.* 21. *&* 22. ubi quod tempus, an evictionis, vel contractus inſpiciendum ſit?

Infertur 2. quòd ſi cenſus ſit impoſitus ſuper re 18
tributaria, vel obligata ad ſolutionem alterius cenſus perpetui, & fructus rei non ſufficiunt ad utriuſque cenſus ſolutionem, hujuſmodi cenſus conſtitutio annullabitur, & emptor poterit exigere ſortem, damna, & intereſſe à venditore; & tradit in ſpecie Avend. *de cenſib. c.* 61. *n.* 6. *&* 8. ubi in hoc caſu non habere locum pœnam dupli; de qua *in l.* 2. *tit.* 15. *lib.* 5. *recop.* cum Gutier. *lib.* 2. *q.* 164. *n.* 4. reſolvit, quia in deſuetudinem abiit. Idemque eſt, quando cenſus conſignatur ſuper bonis, quæ priori cenſui conſignativo redimibili ſubjecta erant, quorum fructus ad eum tantum ſufficiunt: nam tunc ratione doli venditor compelli poterit ad reſtitutionem ſortis, damna, & intereſſe cum uſuris, emptore volente. Avend. *in d. c.* 61. *num.* 8. ubi eruditè, & aſſignat rationem, *in verſ. ſed ad hoc.* Rodrig. *de annu. redit. lib.* 2. *c.* 9. *n.* 73. Felic. 2. *tom. lib.* 1. *c.* 1. *num.* 6. *verſ.* 2. Ludov. Cenſ *de cenſib.* 1. *p. c.* 3. *q.* 4. *num.* 13. *&* 21. *deciſ.* 46. *n.* 1. Item poterit agere, ut redimat primum cenſum, & cogere illum per capturam perſonæ, ex Navar. & aliis relatis à Cenſio *in num.* 13. Gratian. *diſcept. c.* 175. *à num.* 21. Item ut novas hypothecas ſecundo cenſui ſubjiciat, aut ad ſortem cum damnis, & intereſſe. Avend. Rodr. Felic. Cenſ. *n.* 18. *ubi ſup.* aut quod habentes potiora jura conſentiant, ut ex Olaſc. Scacc. & Rodrig. tradit Cenſ. *in n.* 20. & ita ait fuiſſe deciſum.

Si enim bona, ſuper quibus ſecundus cenſus im- 19
poſitus fuit, excedant valorem obligationum, quibus gravata ſunt, & eorum fructus ad utriuſque cenſus penſionem, ſuſtinetur cenſus, & contra venditorem agi non poteſt, etſi dixerit aliis obligationibus non ſubjacere. Farinac. *deciſ.* 126. *num.* 2. habetur poſt. *lib.* 2. *conſ.* ubi *in num.* 3. *&* 5. reſolvit, non obſtare aſſertionem, quòd res erat libera, & alias promiſſiones venditoris, quia omnes reſtringuntur ad intereſſe reale ipſius emptoris cenſus; ex Bald. *in l. ex his prædiis. n.* 4. *C. de evict.* & contrarium procedere, quando promiſſio eſſet doloſa, & alteri præjudicialis; ex Caſſad. *deciſ.* 2. *n.* 7. *de jurejurand.* Caputaq. *deciſ.* 283. *n.* 3. *p.* 1. Seraphin. *deciſ.* 1243. *num.* 6. Rota 280. 2. *p. diverſorum*, pluries Rotam reſolvatur teſtatur Beltram. *ad Alex. Lud. deciſ.* 295. *n.* 5. ubi allegat *deciſ. Rotæ*, 350. *num.* 3. *p.* 2. *in recent.* ubi dicitur, quòd promiſſio, quòd prædium eſt liberum ab omni obligatione, intelligi debet de obligatione quæ poſſit præjudicare emptori; & ſimiliter promiſſio de faciendo conſentire omnem perſonam, intelligitur dummodo interſit emptoris; & Cenſ. *n.* 5. *& 6. ubi ſupr.* & faciunt, quæ diximus, *ſupr. n.* 22. & in Addit. ad Gloſ. 1. *l.* 10. *tit.* 13. *infrà*, & ad Gloſ. 1. *l.* 32. *ſupr. n.*...

Infertur 3. quòd ſi cenſus ſit impoſitus ſuper 20
prædio fideicommiſſo ſubjecto cum expreſſa alienationis prohibitione, eſt ipſo jure nullus, quia onere perpetuo fideicommiſſi eſt gravatus, ex text. *hic*, & de jure communi, idem tenet Gratian. *dict. c.* 195. *n.* 14. *&* 15. ubi impoſitionem cenſus ſuper re prohibita alienari eſſe ipſo jure nullam, adeò quòd debeat fieri fructuum imputatio in ſortem, reſolvit ex Bart. Redoan. *de rubr. Eccleſ. non alien. rubr.* 16. *de conſtit. ann. cenſ. n.* 23. 26. *&* 25. *& q.* 23. Caputaq. *deciſ.* 17. *p.* 1. Rota, *diverſ. in noviſſ. deciſ.* 121. *num.* 5. *p.* 2. *& deciſ.* 480. *p.* 1. quod intelligit poſtquam fuit dictum de nullitate cenſus ex parte

emptoris,

emptoris, ad cujus favorem actus eſt nullus, quia dum tacet, & non opponit de nullitate, ſed fructus exigit, videtur habuiſſe actum pro valido, & nullitas poſtea declarata non poteſt ad hunc effectum retrotrahi. Et *in num.* 16. *&* 17. cum Navar. dicit, quòd etiam prohibetur emptor cenſus percipere fructus, poſtquam habuit ſcientiam impoſitionis ſuper re non libera, & ſubjecta fideicommiſſo, quamvis pro tempore, quo ignoravit, potuerit illos juſtè exigere, quem ſequitur Cenſ. *ind. q.* 4. *num.* 9. *&* 10. ubi alios refert. Milanenſ. *deciſ.* 2. *lib.* 2. *à n.* 95. idem tenet, & latè explicat Farin. *deciſ.* 150. *n.* 2. *lib.* 2. *d. conſ.*.. Roder. *de ann. red. lib.* 2. *q.* 9.

Contrarium, quòd impoſitio cenſus ſuper bonis fideicommiſſo ſubjectis, valida ſit, tuetur Mareſcot. *lib.* 2. *var. c.* 61. *à n.* 1. concurrente veriſimili ignorantia emptoris, cujus reſpectu cenſus non redditur invalidus, & plures Rotæ deciſ. allegat, & unam, ubi declaratum fuit, impoſitionem cenſus in re prohibita alienari propter expreſſam prohibitionem eſſe à principio nullam ipſo jure, & dubitatum fuit in eadem Rota, & reſolutum reſpectu venditoris, & in ejus præjudicium validam eſſe, & teneri ad effectum conſequendi damna, & ad id, quod intereſt emptoris, argument. *l. liberi hominis, ff. de contrab. empt. l. empti, C. de evict. §. fin. inſt. de empt. & vend.* & alios refert Seraphin. *deciſ.* 785. *per tot. & deciſ.* 787. *à n.* 11. & faciunt quæ reſolvit Giurb. *d. deciſ.* 100. *à n.* 22. & quòd valeat obligatio rei alienari, & reſtitutioni ſubjectæ invita poſſeſſoris, tenent Fano. *de pign.* 3. *memb.* 2. *p.* 71. *& ſeq.* Milan. *deciſ.* 1. *n.* 152. *&* 164. *p.* 2. ubi communiter receptum eſſe dicit, quos ſequitur Rodr. *d. q.* 9. *n.* 74.

21 Limita hanc reſolutionem, quando venditor erat ignarus prohibitionis alienationis, quia tunc excuſatur à præſtatione damnorum, intereſſe, & tantum ad reſtitutionem pretii tenetur ex text. *hic*, & Gloſ. 5. *in fin.* de quo *ſupr.* & ex doctrina Abb. poſt Hoſtien. *in c. Eccleſ. S. M. nan.* 10. *ut lite pendent.* & *ibi* Imol. *à num.* 4. Boſ. *in tit. de pœnis, n.* 41. Bart. *conſ.* 89. *n.* 7. ubi exemplificat in hærede, qui jure alterius ſuccedit; & *in l. cum lex n.* 1. *de fideicom.* ubi diſtinguit inter venditorem ſcientem, & ignorantem ſaltem teneri ad reſtitutionem pretii, & Aretin. & Jaſ. in Addit. ad Porc. *in §. fin. Inſt. de empt. & vendit.*

Contrarium ſequuta eſt Rot. *in d. deciſ.* 787. apud Seraphin. *à num.* 9. ubi diſtinguit inter intereſſe intrinſecum, & extrinſecum, & pro regula conſtituit, quòd venditor etiam ignorans onus, ſeu gravamen rei venditæ, tenetur de evictione, & ad damna, & intereſſe de quo in Addit. Gloſ. 7. *&* 8. *l.* 32. & ex natura ipſius actionis exempto: & in hoc non fit diſtinctio inter venditorem ſcientem, vel ignorantem, quia ex ignorantia ejus non diminuitur intereſſe emptoris, ut conſiderant Surd. *deciſ.* 165. *n.* 9. *per l.* 1. *§. ſi cauſa, ff. de ædil. edict.* & alii, quos ſequitur Caſtill. *lib.* 4. *quotid. c.* 42. *n.* 92. Afflict. poſt Iſern. *in tit. de prohib. feud. alien. per Feder. in notab.* 13. *n.* 7. *verſ. quærit tamen*, & confirmari inquit Seraph. ex alia Rot. *deciſ.* quam *ibi num.* 5. & expendit pro ea text. *in c. ſi vaſſallus feudum*, & *ibi* Afflict. *ſi de feud. fuerit controv.* & ait venditorem teneri, ſive cum uterque tam venditor, quam emptor, eſt ignarus, ſive cum emptor ſaltem, & allegat, *l. & liberi*, cum Gloſſ. *ff. de contrab. empt.* & hanc defendit Cuman. *num.* 5. *&* 6. Paul. *circa fin.* & Imol. *num.* 4. ibid. Fabian. de Mont. *de empt. in* 4. *q. prin. n.* 5. *verſ.* 3. *quæro*; dicit etiam Seraph. non obſtare, quòd aliqui DD. dicunt venditorem ignorantem non teneri ad totale inquit Bart. *in l. Julianus, in fi. prin. ff. de act.* & Cæph. & ab eo relati, quia non faciunt ad rem, quia nos loquimur de intereſſe intrinſeco circa rem; de quo *in gloſſ. fin. l. fin. tit.* 1. *n.*... ad quod ſciens ſive ignorans venditor tenetur, non autem de intereſſe extrinſeco, juxta *d. l. Julianus, in princ. l. ſiſterilis, §. cum per venditorem, ejuſd. tit.* nec quod tradit Gomez. *c.* 2. *de empt. num.* 50. quia non agit de caſu in quo tam emptor, quàm venditor erat ignarus, ſed quando emptor erat ſciens, & emit ab ignorante, vel contra.

Sed apud nos contrarium probatur ex Gloſ. 5. 22
& text. hic, *mas ſi eſto no ſupieſſe el vendedor, quando la vendio, no ſeria tenudo de tornar mas del pretio tam ſolamente*, & adverbium *tantum* de ſui natura eſt dictio taxativa, † & excludit alios caſus & 23
alias res præter expreſſas, Bart. *in l.* 1. *n.* 1. & *ibi* Jaſ. *n.* 9. *ff. ſi quis in jus voc. jus dicend. non obtem.* Dec. *conſ.* 83. *&* 328. *n.* 6. Card. *in c. cum contingat*, & *ibi* Felin. *n.* 3. *de fide inſtr.* Gozad. *conſ.* 31. *n.* 2. Tiraq. *de retract. conv. §.* 1. *gloſſ.* 6. *n.* 2. *&* 8. Mantic. *de conject. lib.* 5. *tit.* 14. *num.* 24. & extenſionem excludit, *l. qui aliena. §. libertos, ff. de neg. geſt. l. qui ſella, §. qui actum, l. inter actum, l. certo genere, l. Lucius, verſ. digitum unum, ff. de ſervit. ruſt. præd. l. ſi ſic, & l. ſi quis alia, ff. quemad. ſervit. amit. l.* 3. *§. cum Titia, ff. de adim. leg. l.* 3. *C. de patr. qui, filios diſtraxer, inſt. de uſucap. in princ. c. ſi duo, de procurator. in* 6. habent enim verba taxativa implicitam in ſe negativam, quòd aliud peti non poſſit, *c. cum Eccleſia Sutrina*, ubi Gloſ. *de cauſa poſſeſſ. & prop.* Everarg. *in loco à ratione, l. larg. num.* 25. de his dictionibus taxativis plura alia tradunt Cravet. *de ant. temp.* 4. *p. n.* 110. *&* 112. Cenedo, *in ſing.* 21. Tuſc. *litt. T. concluſ.* 23. *num.* 1. & extende ex Anchar. Roman. quos refert Tuſch. *ubi ſupr. num.* 2. idem eſſe in taxativa, *ſolum modo*, quæ dictio correſpondit verbis hujus legis ibi, *tan ſolamente.*

Sed tamen actio emptori datur ad pretium, & 24
vel ex parte ſua, ut adimpleat contractum, & cenſum ſuper bonis liberis conſtituat, vel pretium cenſus reſtituat, & virtute contractus, & moræ reditus uſque ad actualem reſtitutionem ſolvat, quia reſpectu ipſius venditoris, & in ejus præjudicium contractus cenſus valebit, ut *ſuprà* diximus, & reditus non petuntur tanquam intereſſe ratione invalidationis contractus, ſed moræ, promiſſionis, & obligationis venditoris. Gutier. *lib.* 2. *q.* 169. *num.* 12. *verſ. his tamen*, ubi ſic obtentum fuiſſe in Regali Cancellaria Pinciana dicit, & eum ſequitur Villad. *in l.* 8. *tit.* 14. *lib.* 5. *fori juxta, n.* 12. *verſ. qua igitur ſpecie.* Et in caſu deciſ. Seraph. promiſſa fuerunt damna, & intereſſe. De re aliena data in cenſum reſervativum, vide Add. ad Gloſ. 1. *l.* 19. *ſupr.*

Et via executiva virtute inſtrumenti agere pote- 25
rit contra venditorem, ut rem liberam tradat, aut pretium reſtituat, maximè ſi eam liberam eſſe dixit, de quo vide Add. ad Gloſ. 1. *l.* 32. *ſup. n.*...

Et contra fidejuſſores contractus, quia cenſen- 26
tur ſe obligaſſe in omnem cauſam. Gratian. *diſcept. d. c.* 175. *n.* 18. *&* 19. Farinac. *deciſ.* 150. *n.* 2. *poſt* 2. *lib. conſ.* Lud. Cenſ. *ind. deciſ.* 46. *n.* 3.

Limita niſi in fraudem eſſet cenſus conſtituti 27
ſuper bonis fideicommiſſo ſubjectis, vel alienis, vel tributo perpetuo obligatis ſcienter emptore, ut ei eſſet facultas repetendi principale cenſus, ex relatis. & Navar. *in locis ſup. cit. & in tract. de uſur. n.* 119. quem in ſpecie ſequitur Maſtril. *in addit. ad Greg. Sicul. de cenſib. q.* 5. *n.* 248. *&* 249.

De

28 De quæstione, an valeat pactum in contractu census, quòd casu, quo bona super quibus imponitur, sint hypothecata, vinculata, vel super eis alter census impositus, possit fors principalis per emptorem repeti? Pro parte negativa Vide Covar. *lib. 3. var. c. 9. n. 4.* Bocac. *de cens. p. 2. n. 3.* Conrad. *de contract. q. 84. concl. 5.* Felic. *de censib. lib. 1. c. 19. n. 18.* Rodr. *d. lib. 2. q. 9. n. 54. & q. 7.* Pro affirmativa Gab. *cons. 512. vol. 1.* Blasc. Canc. *sup. Bul. Nicol. V. de censib. verb. de moruta.* Olan. *in red. antin. lit. A. n. 112.* ubi hanc conventionem frequentissimam esse in regno Navarræ dicit, & semper admittendam esse Gutier. *d. lib. 2. q. 175.* Medin. *de usuris, q. ult. de censib.* Molin. *disp. 291. claus. 11.* Navar. *de usur. n. 118. & seq.* Milan. *decis. 2. n. 58. vers. pro prædicta, lib. 2.* Mastril. *d. q. 5. n. 240. & 241.* ubi pro hac opinione Senatum Siciliæ sæpius judicasse, & sententiam ab eo prolatam confirmasse testatur, & hæc est verior, & tenenda, & sine dubio procedit, quando paciscitur de reperenda forte principali ad effectum emendi alium censum; de quo vide Mastril. *ibi, num. 250.* & tradita in Addit. Gloss. 1. *l. 28.*

29 De gabella an debeatur in his casibus, vel repeti possit jam soluta, vel retineri debita? vide Add. ad Gloss. 6. *l. 65. infr.*

30 AD Gloss. 6. Nota ex text. quòd vendens scienter fundum herbas læthales, & animalibus nocivas producentem ignoranti emptori, tenetur ei pretium cum damnis, & interesse restituere, si vero ignoranter, pretium tantum, quod accepit: & adde dicta, *à n. 7. & 18.* Intellige actione ex empto *ex juribus adductis*, ibi posse etiam agere redhibitoria ad rescissionem contractus, vel quanto minoris, ut dicemus *gloss. 1. l. 64. infr.* & intra tempus, de quo *in gloss. 10. ibi.*

LEX LXIV.

AD TIT. FF. DE ÆDILIT. edict. & C. de ædili actione.

SUMMARIUM.

1 *Ædilitium edictum à quibus fuit latum, & cujus causa.*

2 *Venditor servi, vel jumenti tenetur vitia, & morbos manifestare.*

3 *Redhibitoria, & quanto minoris in tribus differunt, n. 4. Et sunt favorabiles, & comprehendunt omnem alienationem, n. 4. Et permutationem, n. 5. Dationem in solutum, n. 6. Dotis dationem, n. 7. Donationem, quando à promissione incepit, n. 8. Emphyteusim, & feudum, num. 9. Locationem ad longum tempus, n. 10. Et an alias locationes, n. 11. & 12. Et omnem contractum, in quo de evictione agitur, & omnes contractus ex causa oneroſa, n. 13. Et competit omnibus, ad quos res vitiosa pervenit, & ipsorum hæredibus, & si sunt plures hæredes, vel emptores debent constituere unum procuratorem, n. 14. 15. & 16. Et contra venditorem, & ejus hæredes pro hæreditaria portione, & fidejussores, etsi venditor sit pupillus, n. 17. 18. 19. & 20. Fiscus vendens hac actione non tenetur, n. 21. Venditor servi an de vitiis animi teneatur, n. 22. & 23. Et quid si sciens vitium tacuit, n. 24 Et quid si sit admixtum corporali morbo, n. 25. Seu sit fugitivus, seu erroneus, n. 26. Actio quanto minoris una sola est, n. 28.*

ADDIT. GLOSS. I.

AD Gloss. 1. *hic, & in duobus legib. seq.* agitur de materia ædilitii edicti; pro cujus cognitione præmitte, de jure communi hoc edictum fuisse latum à quibusdam ædilibus ex numero patritiorum electis, qui & Senatores erant, & juris statuendi potestatem habebant, qui curules appellabuntur, ut docet Wesemb. *in para.* Cæpol. *in rubr. illius, tit. n. 6.* quem sequitur Pereir. de Castro, *decis. Lusit. 74. n. 2.* ubi latè ejus opinionem confirmat. De his, & aliis Ædilibus, qui in populo Romano fuerunt, & de eorum potestate, vide Petr. Gregor. *syntag. lib. 47. c. 31. per tot.* ubi latè explicat. Cabal. *de ædilit. actio. in princ.* Pichard. *in §. actionum autem, 28. Inst. de actio. q. 17. àn. 14.* Castro, *in d. decis. 74. num. 1. & 2.* Leandr. Galganet. *de jure publico, lib. 1. tit. 8. num. 1.* ubi alios latè adducunt. 1

Edictum verò illud tria capita continebat, unum de mancipiorum venditionibus, de quo *in l. 1. cum aliis, ff. de ædil. edict.* & in text. *hic*; alterum de venditionibus jumentorum, de quo *in l. ædiles ajunt, 38. ff. eod. & in l. seq hic*; tertium continet prohibitionem, ne quis animal habeat in via, aut in loco alio, in quo nocere possit, de quo *in l. enim 40. cum lege seq. ff. eod.* & apud nos *in l. 23. & in l. 7. tit. 15. p. 7.* ubi latè de eo agemus. Causa autem hujus edicti fuit, ut occurratur fallaciis venditorum; & emptoribus succurratur, *d. l. 1. §. causa, & in d. l. ædiles. §. loquuntur ædiles.*

His præmissis nota 1. ex text. *hic*, & *in l. seq. & ex d. l. 1. & l. ædiles ajunt*, quòd vendens servum, vel jumentum tenetur vitia & morbos, si quos habet, palam, rectèque emptori manifestare taliter, quòd ei innotescat; aliàs si vitium, vel morbum scienter celaverit, pretium cum interesse, & damno restituere debet, si intra sex menses emptor de rescissione contractus egerit, & rem emptam venditori restituere velit, ex actione prætoria, quæ redhibitoria appellatur; aliàs si emptor contractui stare voluerit, & agere ad diminutionem pretii constituti propter vitium, vel morbum, datur ei intra annum actio Prætoria, quæ vocatur quanto minoris, si verò venditori vitium, vel morbum erat ignotum, redhibitoria cessat, & actione quanto minoris agendum est; de quo vide Addit. ad Gloss. 1. *l. anteced.* & ad Gloss. 4. *leg. seq.* 2

Differunt actio quanto minoris, & redhibitoria in tribus, illâ solùm agitur contra venditorem scientem, vel ignorantem rei venditæ vitium, quanto minoris propter vitium res esset emenda, ipsa re apud emptorem manente, & infra annum, text. *hic, & in l. seq. & in d. l. ædiles, & in l. 2. Cod. de ædil. act.* Seraph. *decis. 785. n. 10.* Pereir. de Castro *d. decis. 74. n. 20.* Hac verò res redhibetur, & emptori pretium cum interesse, & damno restituitur infra sex menses, & contra venditorem vitium scientem tantum datur, non contra ignorantem. 3

Et de differentiis inter hoc remedium, & remedium *legis 2. C. de rescind. vend.* vide Parlad. *in sexq. differen. 56. per tot.* 4

Hæ actiones favorabiles sunt, & extenduntur ad cujusque rei alienationem, quamvis specialiter de solis mancipiis, & jumentis, text. *hic, & in lege seq.* & edictum ædilitium loquantur; de quo vide Add. ad Gloss. 1. *legis seq.*

Porriguntur

5 Porriguntur etiam hæ actiones ad contractum permutationis, etſi Ulpian. Jur. *in l. ſciendum eſt, 63. ff. de ædil. edict.* ad ſolas venditiones pertinere dixerit, ex eod. *in l. ſciendum, 19. §. deinde ajunt ædiles, ff. eod.* Gloſſ. & Cæpol. *ibi, num. 2. & in l. ſciendum, 63. n. 15.* P. Greg. *Syntag. lib. 25. c. 21. n. 12.* Matienz. *in l. 1. tit. 11. lib. 5. recop. gloſſ. 7. n. 2.* Trentac *var. reſol. lib. 3. tit. de empt. reſol. 11. verſ. hæc ratio.* Valaſc. *de jur. emphyt. q. 6. n. 18.* Pich. *d. q. 17. n. 17.*

6 Et ad dationem in ſolutum, quæ ſimilis emptioni eſt, ut diximus in Addit. Gloſſ. *7. l. 52. n. 26. ſupr.* Cæpol. & Valaſc. *ubi ſupr.*

7 Et ad dotem æſtimatam ea æſtimatione, quæ facit emptionem, ut diximus in Addit. Gloſſ. *5. l. 22. ſupr.* & tradunt in ſpecie Cæpol. & Valaſ. *ubi ſupr.*

8 Et ad donationem, quando incepit à promiſſione, quo caſu donator de evictione tenetur, ut diximus in Addit. Gloſſ. *1. l. 32. num. ſupr.* & in ſpecie Cæpol. *in l. ad res donatas, 62. n. 7. ff. eod.* Secus verò quando à traditione initium ſumpſit, *ex d. l. ad res donatas,* & *ibi* Cæpol. Bald. *in l. 2. C. de ædil. edict. n. 6.* ubi rationem reddit Valaſc. Trentac. Pichard. *ubi ſupr.* Cabal. *de ædil. actio. c. 2. n. 6.* Guzm. *de evict. q. 61. n. 6* & ad contractum emphyteuſis. Bald. *in d. l. 2. n. 7.* Cabal. *n. 9.* ubi ſano modo hoc intelligendum eſſe dicit, ſcilicet ſi conceſſio facta ſit titulo oneroſo, ſecus ſi lucrativo, & eum ſequitur Surd. *conſ. 290. n. 6.* Trentac. *ubi ſupr. verb. in contractu.* Valaſc. *n. 18.* ubi exemplificat in fundo, qui producit herbas lætantes † datus in empheyteuſim, de quo vide

9 Gloſſ. *l. antec.* & *ibi gloſſ. fin.* & Guzm. *n. 8. ubi ſup.* Quod etiam ad feudatarium extendunt Jaſ. *in l. 1. n. 7. de jur. emphyt.* Valaſc. Trentacin. Cabal. *num. 10. ubi ſupr.* Guzm.

10 Et ad locationem ad longum tempus extenditur. Bald. *in l. 2. Cod. de ædil. act. num. 9. & 10.* quia ex ea transfertur dominium utile. Gloſſ. *7. l. 16. tit. 8. infra hac p.* ubi vide Add. & hæc extenſio placet Cabal. *in d. n. 11.* Trentac. *ubi ſupr.* Catel. Cot. *in mem. verb. act.* Carroc. *locat. & conduct. 6. p. remed. 4.* Pich. *dict. q. 17. n. 20.* In aliis vero locationibus hæ actiones, & ædilitium edictum locum non habent, *l. ſciendum, 63. ff. de ædil. edict.* ubi Cæpol. *num. 1. 4. & 14.* Valaſc. *n. 18. verſ. præterea.* Cabal. *num. 7. & 8.* Bald. Trentac. & Carroc. & Guzm. *ubi ſup.*

11 Rationes duas tradit Ulpian, *in d. l. ſciendum.* & Bald. *l. 2.* quas repetunt Cæpol. *ibi,* Cabal. & Pich. *n. 13. ubi ſupr.* Prima eſt, quia ædiles non præerant juriſdictioni locationum. Secunda, quia non ſimiliter locatio fit, ut venditio; conductor enim accipit uſum rei, & non rem, & dominium in eum non transfertur, ut conſiderat Gloſſ. *ibi.*

12 Contrariam, quòd hæ actiones ad conditiones, & locationes porrigantur, tenet Cujac. *lib. 2. obſerv. c. 38.* quem ſequitur Pich. *in d. q. 17. n. 11. 12. 13. & à 18.* ubi diſcrimen conſtituit inter actionem directam, & quanto minoris, quæ ex ædilia edicto emptoribus, & aliis contrahentibus ex cauſa oneroſa datur, quando dominium in accipientem transfertur; & utilem actionem in factum, quæ ubicumque adeſt, eadem ratione conceditur, *l. quoties, ff. de præſc. verb.* & illam in contractu locationis non habere locum reſolvit ob dictas rationes; utilem vero actionem *in factum* in locationibus procedere inquit, ſi perfecto contractu aliquod vitium in re locata apparet, quod tamen antea latebat; ut ſi conductæ ſunt ædes in quinquennium, & primo anno deprehenditur eſſe peſtilentes, inſalubres, & malè ſanas, quem vide; & facit, quòd de evictio ne ex hoc contractu locationis agi poteſt, ut diximus in Addit. Gloſſ. *1. l. 32. ſuprà, & in l. 21. tit 8. infrà,* ubi vide.

Et generaliter inquit Azo *in ſum. C. de ædil. act.* 13
in quolibet contractu, ex quo de evictione agitur, has actiones utiles locum habere, quæ ſententia placet Cabal. *n. 14.* Trentac. *verſ. hæc ratio.* Guzm. *ubi ſupr.* Gomez. *2. tom. var. c. 2. n. 42. verſ. & denique,* & eam confirmat Cæpol. *in l. quæritur. 14. §. ſi venditor, n. 12. verſ. & adverte, ff. de ædil. edict.* & ad omnes contractus ex cauſa oneroſa extendunt DD. Cæpol *in d. l. ſciendum, n. 15. in fin.* Gomez. *d. verſ.* Valaſc. *d. q. 6. n. 18. verſ. præterea.* Pich. *d. q. 17. n. 19.*

Emptoribus, ad quos res vendita pervenit, ſi vi- 14
tioſa, vel morboſa ſit, actiones hæ redhibitoria, & quanto minoris conceduntur, ut ex eis agere poſſint, ſi decepti reperiantur, *d. l. 1. §. 1. d. l. ſciendum, §. denique ajunt,* ubi Juriſconſ. edicti verba declarat, & ad ſucceſſores, qui in univerſum jus emptoris ſuccedunt, † ea reſtringit, *l. ſi tamen, §. ædilitiæ actio-* 15
nes, ff. eod. ubi hærepi, & in hæredem actiones competere Pompon. docet Cæpol. *in d. §. denique, n. 7. &* 8. ex illa notat, quòd hæ actiones non tranſeunt in ſingularem ſucceſſorem, & menti tenendum eſſe dicit.

Quod in actione evictionis etiam procedere di- 16
ximus *ſupr. in* Add. Gloſſ. *3. l. 32. n. 37.* & ſi plures hæredes ſint emptoris, omnes conſentire ad redhibendum, dareque unum procuratorem ejus rei gratia debent, ne forte venditor injuriam patiatur, *l. quod ſi nolit, 31. §. ſi plures, ff. de ædil. edict.* Et ipſum ſtatuendum eſt, ſi ſervus communis emerit, ut unus dominorum ſine alio, vel aliis redhibere non poſſit, *d. l. quod ſi nolit, §. Marcellus, n. 9. 10. & 11.* ubi tres concluſiones tradit: Prima eſt, quòd plures hæredes emptoris poſſunt ſimul agere redhibitoria, vel quanto minoris, dum eligant unam actionem tantum, & omnes illa actione agant. Secunda, quòd ſi ſunt plures hæredes emptoris, non poteſt unus agere redhibitoria, alius quanto minoris, ne ſequatur inconvenions, de quo *in d. §. plures.* Tertia, ſi ſint plures emptores, qui emerunt ſimul, non poſſunt agere de per ſe, ſed omnes ſimul, & in eadem actione conſentire debere. P. Greg. *ſyntag. lib. 25. c. 12. n. 8.* Cabal. *c. 2. n. 47.* & quoad procuratorem, vide in Add. Gloſſ. *3.* Cabal. *num. 47.* & Cæpol. *in d. §. ſi plures, à n. 11.* ubi eleganter explicat, quem etiam, vide *n. 3.* Guzm. *de evict. q. 61. n. 46.*

Limita 1. ſi res redhibenda perierit, vel redhibita ſit, quia tunc tractatur de pretio, *d. l. quod ſi nolit, §. idem tit.* Cabal. & Guzm. *ubi ſupr.*

Limita 2. ſi ſinguli pro parte emerint: nam tunc ſingulis ad ſuam partem redhibendam competit actio, *d. l. quod ſi nolit, §. ſi venditori, ad fin.* Cabal. *ubi ſuprà.*

Limita 3. ſi unus in ſolidum reddat, *ex d. §. ſi venditori.*

Et contra venditores, permutatores, & eorum 17
ſucceſſores hæ actiones dantur, *l. cum autem, §. hæ actiones, l. ſi tamen, §. ædiles actiones, ff. de ædil. edict.* &, ſi plures extiterint hæredes, à ſingulis pro portione hæreditaria poterit redhiberi, *d. §. ſi venditori,* & *ibi* Cæpol. quia cohæredes venditoris conveniuntur pro re diviſibili, ſcilicet pro pretio & parte, quam conſequuti ſunt. Et idem eſt, ſi res plurium vendita ſit, pro qua redhibitoria conveniuntur, *d. §. ſi venditori,* ubi Cæpol. quatuor concluſiones adducit: Prima, quòd ſi ſint plures hæredes venditoris, emptor poteſt agere contra ſingulos pro portione hæreditaria, & indiſtinctè contra unum actione redhibitoria, & contra alium quanto

minoris

minoris res eſt. Secunda, quòd quando ſunt plures venditores in ſolidum, vel plures emptores in ſolidum, poſſunt agere & conveniri in ſolidum. Tertia, ſi plures uni pro parte, ſeparatim emptor poteſt agere contra ſingulos venditores, & etiam convenire unum actione redhibitoria, & alium quanto minoris. Quarta, quòd quando plures emunt unam rem ab uno, pro parte poſſunt ſinguli contra illum venditorem agere, & etiam poteſt unus redhibitoria agere, & alius quanto minoris. P. Greg. *ſyntagm. jur. l. 25. c. 21. n. 8.*

18 Amplia, etſi venditor ſit pupillus, vel Reſpublica, *l. 1. §. illud ſciendum, ff. eod.* Et contra fidejuſſorem venditoris actio datur, ſi in univerſam cauſam fidejuſſor ſit acceptus, *l. Latinus Largius, 56. ff. de ædil. ed.* prout declarat Cæpol. *ibi, n. 1. & 2.* ubi etiam no-

19 tat, quod ex eo, quod ſit fidejuſſor contractus, intelligitur eſſe diſtractus. Et *in n. 6. & 7.* quòd fidejuſſor emptoris non ſolum tenetur venditori pretium pro emptore ſolvere, ſi eſt fidejuſſor in omnem cauſam, ſed etiam, ſi poſt pretium ſolutum actum ſit redhibitoria, & pretium repetitum, tenetur dici venditori rem reſtituere; fidejuſſorem datum à venditore non ſolum obligari, ut res vendita præſtetur emptori, ſed etiam propter rei vitium teneri redhibitoria, & pretium reſtituere. Bald. *in l. fin.*

20 *n. 19. C. eod.* Caballin. *n. 54.* Guzm. 40. *ubi ſup.* Et adverſus unum ex pluribus venditoribus, cujus major pars in venditione eſt, vel non minor d. actio datur *l. juſtiſſime, 44. §. proponitur ff. de ædil. edi.* Caballin. *dict. c. 3. n. 34. 45. & 46.* ubi latè explicat. Felician. *d. c. 3. n. 35.* Si ſervus ſit, qui vendidit, vel filius familias, in dominum, vel patrem de peculio ædilitia actio competit, *l. cum autem, §. ſi ſervus, ff. eod.*

21 Limita in fiſco res fiſcales vendente, qui hac actione non tenetur, *lib. 1. §. illud ſciendum. ff. eod.* Bald. *in l. 1. circa finem, ff. de hæred. vel act. vend. & in l. fin. C. de ædilit. actio.* Cæpol. *in d. §. illud. n. 1.* Alciat. *in l. cum quis 16. n. 4. ff. de verb. obligat.* Caballin. *in d. num. 24.* ubi hoc privilegium fiſcale eſſe dicit. Guzm. 39. *ubi ſupra.* Alfarus, *de offic. fiſc. gloſ. 34. de emptio, n. 46. ſpecial. 4.*

Amplia, ut nec ad ſimplum fiſcus teneatur, ut contra Cæpolam tuetur Alfarus *n. 4.* Intellige niſi illud promittat, ex traditis in Addit. *l. 63. n.*

Limita reſpectu procuratoris fiſci, ſi ſciens vitium, vel morbum doloſè vendat, & illum non manifeſtet, ex Cæpol. *ubi ſupra n. 2.* à quo non diſſentit Alfarus, *in d. num. 46.* & confirmatur ex traditis *in d. l. 63.*

22 Nota 2. ex Gloſ. 3 quòd venditor ſervi non tenetur de vitiis animi. Adde *l. 1. §. apud Iulianum, & §. fin. ff. de ædili. edict.* ubi pro vitiis animi redhiberi mancipium non poſſe Iuris conſultus inquit, quoniam ædiles de corporalibus vitiis loquuntur, *l. 2. & 3. & l. ob quæ vitia 4. l. animi fin. ff. eod.* Gloſ. *ante pen. in d. l. §. fin.* Specul. *intit. de empt. §. de reſcind. vendit. n. 5.* Cæpola, *in d. leg. 1. §. ajunt. ædiles, n. 14.* Caballin. *cap. 2. n. 28.* Valaſc. *q. 6. n. 18.* Pereir. *deciſ. 74. num. 13. & 26.* ubi rationem eſſe dicit, quia cum vitia animi ſint infinita, ſi pro eis daretur actio, lites eſſent infinitæ, de quibus vide *in d. §. apud Iulianum, & in d. l. ob quæ vitia.* & Cæpol. *in §. idem Iulianus in d. l. 1. per tot. & n. 72.* Secus in animalibus, de quo vide Addita ad Gloſ. 3. *leg. ſeq.*

23 Limita 2. ſi venditor dixit non habere tale vitium, ſi ſervus illud habebat, *d. l. ob quæ vitia 4. §. in ſumma, l. quis ſit fugitivus, §. fin. l. ſi quid venditor 18. ff. de ædili. l. edict.* Speculat. *in d. n. 5.* ubi formam libellandi tradit in hoc caſu. Caballin. *num. 29. in d. c. 2.*

Pereir. 74. *n. 15.* & vide *infra* in Addit. Gloſ. *fin. l. 66.* Amplia etſi venditor vitium ſervi ignoraverit, ex traditis *ſup.* in Addit. Gloſ. *1. n. 8. l. antecedentis.*

Limita 3. ſi venditor ſciebat animi vitium, & il- 24
lud tacuit; nam emptori actio adverſus venditorem datur ex hac lege, & ædilitium edictum ad redhibendum ſervum, vel ad intereſſe. *d. l. 1. §. apud Iulianum* Spec. *in §. 5. verſ. 2. caſus.* Caball. *ubi ſup.* Cæpol. *in l. 1. §. ajunt. ædiles, n. 17. verſ. 2. eſt quando.* Surd. *deciſ. 146. n. 11.* imò quòd venditor non teneatur, niſi expreſſè promiſerit, vel interrogatus animi vitium negaverit, probat *d. l. ob quæ vitia 4. verſ. animi autem vitium,* & *ibi,* Gloſ. & facit, *l. 1. §. 1. verſic. ſed ſcire venditorem. ff. de actio empt.*

Limita 4. ſi vitium animi ſit admixtum corpora- 25
li morbo *d. §. in ſumma.* Speculat. & Caballin. *ubi ſup.* Cæpol. *in d. §. idem Iulianus, n. 48. & 71. in d. §. in ſumma a n. 3.* ubi notat, quòd mixtum ſapit naturam ſui ſimplicis potentioris per *text. ibi.* Et quòd à qualitate ſui ſimplicis, qui potentior eſt, regulatur, probat *l. generaliter, ff. de fidejuſ.* Bart. *in l. 2. verſ. ſed ſi ſunt, ff. de verbo obliga.* & ibi Ang. *n. 1.* Areti. *n. 2. verſ. circa primum.* Imol. *n. 2.* Alex. *n. 1. verſ. fallit, & n. 2.* Roman. *n. 10 & 16.* Alciat. *n. 3.* Cuman. *num. 5.* Menoch. *de arbitr. l. 2. caſu. 256. n. 40.* Mandoſ. *in reg. Cancell. reg. 10. num. 7. q. 3.* Tuſch. *litt. M. concluſ. 294. n. 1. & 7. & conclu. 259.* ubi latè de hac materia, & Farin. *in 2. p. frag. verb. mixtum; a n. 260. 261.* ubi latè explicat, & qui ſit potentior, ſeu qualitas, à qua mixtum regulari debeat, quem vide *a n. 219. uſque ad n. 281.* & quando ſub ſimplici contineatur.

Limita 5. in ſervo fugitivo, & erroneo, quæ vitia 26
etſi ſint animi, de eis tenetur venditor. *l. 1. §. ajunt. ædiles, l. ob quæ vitia 4. §. animi autem.* & *ibi,* Gloſ. *verb. excipiuntur, l. quis ſit fugitivus junctо, §. erro. l. actioni.* Gl. *d. §. ajunt ædiles, verb. fugitivus,* ubi hoc ſpeciale eſſe in ſervo fugitivo, & erroneo inquit *ff. de ædil. edi.* Morl. *in empor. jur. 1. p. tit. 9. de contrab. empt. in præm. n. 43.* ubi ſpeciale eſſe dicit in ſervo fugitivo. Pereir. *deciſ. 74. n. 26.* ubi rationem ſpecialitatis eſſe dicit, quia cum hæc vitia ſint, ut propterea ſervum emptum habere non liceat, merito quaſi evictionis nomine venditor tenetur, *l. Iulianus 14. §. item qui furem ff. de act. empt.* Fugitivus, & erroneus quis dicatur? vide *d. l. quis ſit fugitivus 17.* Cæpol. & DD. *ibi l. fugitivus 225. ff. de verbor ſignif. & ibi* Alcia. & Rebuff. Cotta, *in memor. verb. fugitivus,* ubi fugitivum eſſe dicunt, qui a domini conſpectu ſe occultat, & limitant, & declarant. De probatione, quæ in hoc caſu requiratur, vt emptor obtinere poſſit, vide Addit. Gloſ. *fin. l. ſeq.*

Limita 6. ex Gloſ. 1. *hic,* in ſervo fure de jure no- 27
ſtro Regio per *text. hic,* idem, de jure communi docet Gloſ. *verbo ajunt. in l. 1. ff. de ædi. edict.* & Gloſ. *1. l. bovem. ff. eod.* de jure communi vendens ſervum, quem furem eſſe ignorabat, nec actione redhibitoria, nec actione ex empto tenetur, *l. Iulianus §. item, qui furem. ff. de action. empti.* & *ibi* Gl. *verb. non tenetur, l. ſi furtum, ff. de ædil. edict.* ubi probatur, quòd, ſi ſervus furtum domino fecit, non eſt neceſſe hoc in venditione ſervi prædicere, niſi ſervum furem non eſſe promiſerit, ubi vide Cæpol. qui, hæc promiſſio qualiter ſit accipienda, declarat. Morla. *dict. num. 43. verſu, neque obſtat,* ubi ratio nemtradit, quare venditor non teneatur actione prætoria, & teneatur actione ex excepto *in leg. 1. in fin. & leg. quæ delicta 4. in prin. ff. de ædil. edict. & in d. leg. Iulianus, §. item qui furem.* Et *d. leg. 1. & 4.* procedere inquit, quando venditor ſciebat animi vitium; nam ſi ignoraret, ut proponitur *in d. l. Iulianus,* nec ex empto

tenetur, *ex d.l.4.§. in summa.* Pereir. *decis.74.n.26. & 27.* ubi de ejus interpretatione.

Et intellige ex text. *hic*, quòd si venditor servum furem esse sciebat, potest actione redhibitoria conveniri, & emptor poterit ei servum redhibere, & damna, & interesse petere; si vero ignorabat, solum tenetur ad restitutionem pretii quanto minoris servus ratione illius vitii vendi poterat, cui adde Addit. *supr. n.5.* & ad Gloss.4. *l.seq.* Pereir. *num.19. usque ad 27. ubi supr.* ubi de actione redhibitoria, & quanto minoris prætoria latè agit.

28 AD Gloss. 4. Nota ex Glos. *hic in fin.* unam tantum esse actionem civilem quanto minoris, scilicet prætoriam, & nullam esse actionem civilem quanto minoris. Adde Gloss. *l. seq.* & Cabal. *in addit. ad tract. de ædil. actio. c.3. litt. A.* ubi falsum esse dicit, duplicem esse actionem quanto minoris, unam civilem, & alteram prætoriam, & ineptissime facere, qui distingunt, & prætoriam esse dicunt in id, quanto minoris res est, & civilem quanto minoris esset emptus, & latè comprobat Cyn. Donel. & Beltram. quos refert, & sequitur Pereir. *n. 4. cum 8. seq.* Qui contrariæ jura. & DD. refert. *& à n. 7.* hanc tuetur, & in contrarium adductis respondit, & pro hac opinione facit *l. 63. in fin. sup.* & quæ *ibi* diximus, ubi pro fundo vitioso non datur actio ex empto quanto minoris, sed tantum ad pretium; & de hac quæstione vide Cæpol. *in rubr. ff. de ædil. edict. n.14. & 15.* ubi contrariam defendit, quem impugnat Pereir. *ubi supr.*

LEX LXV.

SUMMARIUM.

1 *Vendens animal tenetur vitium manifestare, n. 9. Item nativitatem servi, n. 2.*

3 *Redhibitoria datur pro rebus mobilibus, & immobilibus vitiosis, & pro libro mendoso, n.4. Non datur pro juribus incorporalibus, n. 6. Nec pro omnibus morbis, & vitiis, n.7. & 10. Morbus in quo differat à vitio, n. 8.*

5 *Redhibitoria pro omnibus an detur, quando plures venduntur, & uno morbosa.*

6 *Venditor ignorans, sive sciens an teneatur redhibitoria.*

ADDIT. GLOS. I.

1 AD Gloss. 1. Nota 1. ex text. & Gloss. quòd vendens equum, mulum, jumentum, vel aliud animal, aut servum, morbum, vel vitium, si quod habent, palàm, rectèque emptori manifestare debent; aliàs emptorem posse animal emptum redhibere, vel quanto minoris contra venditorem agere. Adde *l. si tamen, §. non solum, de mancip. l. ædiles ajunt, 38.§. jumentorum, ff. di ædil. edict.* & Addit. Gloss. 1 *l. antec.* Covar. *in reg. possessor, 2.p.§.11.n.5. de reg. jur. in 6.* ubi antiquiores allegat. Tepat. *2. tom. var. tit.* 406. Gom. *2. tom. var. c.2.n.48.* Morl. *in emp. tit. de contra. empt. in proæm. n.42.* P. Greg. *syntag. jur. lib.25. c.21. n.2.* Per. de Castr. *decis.74.n.3.* Villad. *in for. jurg. in l.8. tit.4. lib.5. n.12.* Trentac. *var. resol. lib.3. tit. de empt. resolut.11.* Sempr. Asci. *decis.* 47. Molin. *disp.* 353. *vers.1. concl.* Et etiam servi nationem manifestare debet, *l. quod si nolit*, 31. *§. qui mancipia, ff. de ædil. edict.* ubi circa præsumptionem nationis, & parentum multa tradit.

Amplia 1. hanc actionem emptori dari non solum pro rebus mobilibus animatis, sed etiam pro aliis rebus mobilibus vitiosis, ut pro libro corrupto ex Gloss. *hic.* Adde Cæpol *in l. 1. ff. de ædil. edict. à n.4. & n.20.* ubi pro libris venditis, pannis, tignis, & aliis rebus mobilibus edictum habere locum docet; & contra Ricard. & alios (qui pro libris, & aliis rebus mobilibus actionem utilem redhibitoriam dari negant, sed actionem ex empto civilem, si alias emptor non fuisset empturus) & *in num. 5. vers. ego autem*, quia licet verba edicti solum loquantur de servis, & jumentis, rebus se moventibus: Jurisconsulti ex interpretatione etiam ad alias res mobiles, quæ se non movent, extenderunt, & ad res soli, *d. l. 1. in princ.* ibi, *mobiles, aut se moventes*, & *ibi* Gl. Cabal. *de ædil. act. c.2. n.49.* P. Greg. *syntag. juris, lib. 25. c.21.n.5.* Campeg. *de testi. reg.423. vers.2. quando venditur liber.* Gomez. *in d. c.2.n.48. vers. idem est, si quis vendat pannos, libros, vel similes res mobiles vitiosas*, & alios citat. Surd. *decis.* 146. *n.7.* Pereir. de Castr. *decis.74. n.4.* ubi pro fundo vitioso, tigno, 3
vel alia quavis re inanimata redhibitoriam concessam esse dicit. Farinac. *decis.* 833. *in novit. noviss. & 136. n.1. post lib.2. consil.* ubi communem, & in libro vendito, ut typis excuderetur, pro pretio duorum millium centum, & quinq; scutatorum, qui erat refertus erroribus, ut illi redhibitoriæ locum esse declaravit. Acc. *de privil. infirm. rubr.6.c.6. n.1.*

Amplia 2. pro rebus immobilibus vitiosis etiam 4
hanc actionem dari, *l.1. in princ.* & *ibi* Gloss. *l. etiam in fundo, 49. ff. de ædil. edict. l. si prædium, C. de ædil. actio.* Alex. *conf.63. vol.6.* Cabal. *in add. ad tract. de ædil. actio, addit. fin. vol.3. vers.3. limit.* Cæpol. *in d. l. 1. in princ. n.3.* ubi intelligit, quando fundus venditus producebat herbas pestiferas, & tempore venditionis erant ortæ, vel radicatæ; secus vero si post venditionem orientur ex facto emptoris. Negusan. *de pignor. 2.p.5. memb. n.24.* Surd. *decis.* 146. *n.7. & decis.165. n.5.* Valasc. *de jur. emphyt. q.6. n.18.* Parlad. *in sexq. different. 56. num. 5. vers. hoc autem, & lib. 1. rerum quotid. c.3.§.5. n.4.* Pereir de Castr. *decis.74. n.4. vers. ex quo defendi. & n.13.* De domibus venditis, vel locatis vide *supr.* in Addit. Gloss. 1. *leg. anteced.* ubi quando sunt pestilentes, & malè sanæ, redhiberi posse diximus etiam per conductorẽ. Cabal. *de ædil. act. c.5. n.5.* ubi exemplificat in domo, quæ aërem in salubrem habet, aut in qua serpentes nascuntur. Accius, *rub. 6. de morbi consideratione in rebus inanimatis, c.6. per tot.* ubi latè, & idem est dicendum, si in constructione parietum, vel tectorum aliquod vitium occultum habeant, ut si extra ex lapidibus constructa esse appareant, & intus sint terrenæ, vel quid simile; ut de facto habui, & obtinui, & de vendente tigna, dolia, vel alia vasa; vide Scac. *de commerc. §.7. gloss.2. à num.74. & n.96.* & Addit. *l.14. tit. 8. infra.*

Amplia 3. quando plures res ejusdem generis 5
unico pretio venduntur, vel si sunt ejusdem generis, & officii, etsi diversis pretiis sint venditæ, & una earum est morbosa, quòd omnes redhiberi possunt, *l. cum quidam, 34.* ubi Gloss. *verb. omnes*, & Cæp. *n. 6. & 10. ff. de ædil. ed.* ubi plenè explicat. Gom. *d. c. 2. n.49. vers. dubium tamen.* Morl. *n.43. ubi supr.* Barz. *dec. 62.* Cabal. *decis.8. n.1. lib.2.* vel si inter se habent connexitatem, vel conjunctionem, ut commodè separari nequeant, ut si plures servi sunt ejusdem artificii, *l. ædiles ajunt, 38. § fi. cum l. seq. ff. de ædil. ed.* Per. de Castr. *decis.74. n.29.* de quo vide Addit. ad Gloss. 1 *l.32. sup. hoc tit.* ubi latè hæc, & ad Gloss. 1. *l.66. infr. & in tit. 8.*

Nota

6 Nota ex Gloss. quòd hæc actio non datur pro juribus incorporalibus. Add. Campeg. *de testibus, regul.* 422. *in* 3. *fallen.*

7 Nota ex text. & Glos. 2. quòd non omnes morbi, nec omnia vitia redhibitioni locum faciunt. Adde, *l. ob quæ vitia* 4. §. *idem ait, l. Pomponius, ff. de ædilit. edicto.* Cæphal. *in d. §. idem ait, n.* 1. *& in l.* 1. §. *sed sciendum, n.* 34. *ff. eod.* ubi multa de modicis tradit. Tiraq. *in tract. de judic. in rebus exiguis, vers.* 10. P. Greg. *syntagm. lib.* 25. *c.* 21. *n.* 4. Caballin. *de ædilit. act. c.* 2. *n.* 1. Campeg. *de test. reg.* 422. 1. *& 2. fallent.* Masc. *de probat. concl.* 615. *n.* 12. Accius *de privil. infirmit. rub.* 4. *c.* 4. *à n.* 7. *& n.* 16. ubi declarat, & alios allegat. Bonac. *de æquo. q.* 143. & licet pro vitio minimo actio redhibitoria non detur, datur tamen pro re minima vendita, ut pro gallina, vel cane, ut tradit Cæpola *in d. §. sed sciendum, per l. si tamen, §. non solum, ff. de ædil. edict.* Morbus verò, seu vitium pro quo redhibitio conceditur, talis esse debet, quod rei emptæ usum, & ministerium deteriorem faciat, vel illum impediat, *d. l.* 1. §. *sed sciendum, vers. proinde & ibi* Cæpol. *à num.* 34. ubi notat, quòd ille solus morbus, vel vitium, propter quod usus corporis non modicè impeditur, facit competere hanc actionem. Caball. *d. c.* 2. *n.* 15. Masc. *n.* 11. *& 12. ubi sup.* Trentacinq. *var. resol. lib.* 3. *tit. de empt. resol.* 11. *n.* 4.

Morbus autem quid sit, & in quo differat à vitio, tradit Sabin. *in l.* 1. §. *sed sciendum, ff. de ædilit. edicto, & in l. inter stuprum. §. verum, ff. de verb. signif.* sed Ulpianus *in d. §. sciendum,* pro eodem accipi morbum, & vitium ait, quamvis in edicto ædilium curulium dubitationis tollendæ causa bis idem dictum sit: de quo vide Caball. *de ædil. act. cap.* 1. *n.* 1. *& 2.* Cæpol. *in d. §. sed sciendum, n.* 10. Accius *de privil. infirmit. rub.* 3. *c.* 3. *per tot.* ubi de crimine, inter morbum, & vitium agit, & quoad hanc actionem nihil differre inquit, & alios allegat. Morborum plures sunt species, de quibus I. C. agere incipiunt *in d. l.* 1. §. *apud Julianum, usque ad l.* 15. *& l.* 50. *ff. de ædilit. edict.* de quo vide Cæpol. *in d. l.*

8 NOta ex Glos. 3. quòd venditor debet manifestare emptori vitia equi, jumenti, vel animalis venditi; aliàs redhibitoria tenebitur, quia licet pro vitio animi servi regulariter non competat actio redhibitoria, ut diximus *sup.* in Addit. Glos. 1. *l. anteced.* tamen aliud est in jumentis, quia etiam pro vitio animi competit actio in factum redhibitoria ex text. *hic.* & rationem differentiæ ex Bald. tradit Glos. *hic,* cui Adde *l. ædiles ajunt.* 38. *in princ.* Glos. *verb. ajunt. in l.* 1. *in princ.* & Glos. *verb. demum, in l. ob quæ vitia, §. animi autem,* & *ibi* latè Cæpol. *n.* 4. *gl. verb. fere, in d. l. ædiles ajunt, §. loquuntur, & verb. vitium vel in §. non tamen.* Cæpol. *in l. bovem. n.* 43. Cabal. *de ædil. act. c.* 2. *n.* 28. Gomez. 2. *tom. var.* 2. *de empt. n.* 48. Accium *in d. tract. de privil. in firmit. rubr.* 5. *c.* 5. *n.* 19. *& 20.*

Vitia autem in jumentis, quæ sunt, ex quibus redhiberi possint, tradit Consult. *in d. l. ædiles ajunt: §. loquuntur, & seq. & in d. l. bovem.* & *hic* Glos. refert, retrogradi, & calcitrosi vitium; cui Adde Cæpol. *in dict. l. bovem, num.* 3. *& in l. ob. quæ vitia, §. animi autem, ff. eod. num.* 4. ubi de pavidis, calcitrosis loquitur: & *in l.* 1. §. *idem Julianus, n.* 44. de timidis, Mascard. *concl.* 616. *num.* 2. ubi quòd non sufficit, quòd sit calcitrosus, nisi nimia ferocitate calcitrosus sit.

9 Nota ex text. & Glos. 4. quod venditor tenetur actione redhibitoria, si animal morbosum, vel vitiosum vendidit, sive sciverit, sive ignoraverit morbum vel vitium tempore venditionis; & Adde addita Gl. 1. *l.* 63. & ad Gl. 1. *l. anteced.* Caballin. *de ædilit. actio. c.* 2. *n.* 17. 18. *& 19.* ubi ignorantiam venditoris eum non excusare tradit, non enim interest, si emptor fallatur ignorantia, vel calliditate venditoris, ut inquit *dict. l.* 1. §. *causa hujus, l. exempto.* 11. §. *etiam ignorans, ff. de act. emp.* quod tamen intellige, quantùm ad hoc, ut teneatur; non verò in quantum teneatur. Nam, si venditor sciebat vitium, vel morbum rei venditæ, tenetur ad omne damnum, & interesse emptoris; alias si ignorabat, solùm tenetur, quantò minoris fuisset empturus, *l. Julianus, in princ. ff. de action. empt.* Glos. *verb. si non simpliciter, in l.* 1. *C. de ædil. actio.* Cæpol. *in d. l.* 1. §. *causa hujus, n.* 14. Surd. *cons.* 13. *n.* 29. *vers. eandem sententiam, & decis.* 146. *num.* 6. ubi regulare esse dicit, quòd, si venditor scivit, & non denuntiavit emptori, tenetur ad omne interesse; at, si ignoravit, tenetur solùm, quantò minoris fuisset empturus. Morla *in empor. tit.* 9. *de contrahend. empt. in proem. num.* 41. Vide Gl. 1. *l.* 63.

Item sciens vitium tenetur illud notificare emptori, & non liberatur, licet dixerit, se nolle teneri pro aliquo vitio: secus est, si venditor vitium ignoraret, nam dicto pacto liberatur, *l.* 1. §. 1. *ff. de act. empt. & d. gloss. verb. si non simpliciter.* Cæpol. *ubi supr.* Azon. *in summ. C. de ædil. action. num.* 28. Surd. *d. decis.* 146. *num.* 8. *& 9.* Caball. *cap.* 2. *num.* 4. & Glos. 2. *legis seq. num.* ... Guzm. *de evict. q.* 61. *num.* 15. *cap.* 20. 10

Intellige hanc differentiam, quando expressit per verba generalia se nolle teneri de aliquo vitio; secus verò, quando sincerè, sine involucro, vel negatione, vel simulatione dixit, nolle teneri de certo aliquo vitio, quia tunc non tenetur. Cæpol. *in l. quæritur* 14. §. *si venditor, num.* 8. ubi latè explicat. *à num.* 2. *ff. d. tit.* Alexand. *cons.* 14. *num.* 15. *vol.* 5. ubi pulchrè loquitur. Corn. 81. *vers. sed quantum, vol.* 3. Caball. & Surd. *ubi sup.* Guzm. *ubi sup. num.* 17.

SUMMARIUM.

1 *Redhibitio quid sit, & an re redhibita debeat cum fructibus reddi, n.* 2. *Venditor an pretium & damnum resarcire teneatur, n.* 3. *& an interesse, & omnem expensam, n.* 4. 5. *& 6. Et quid si nolit rem recipere, n.* 9.

Et quid si nolit restituere pretium, n. 11.

Emptor an possit uti retentione, n. 12.

7 *Emptor an cautionem de suo facto teneatur præstare, differentiam inter emptorem & venditorem, n.* 8.

10 *Fiscus an teneatur reddere gabellam.*

13 *Emptor, qui obtinuit, non potest cogi uti sententia, tamen potest peti, ut assignetur ei terminus, ut exequatur, n.* 14.

15 *Redhibitoria, & quanto minoris actiones quo tempore præscribantur, n.* 16.

Etiam in rebus, quæ non corrumpuntur, n. 17.

Et mala fides an impediat præscriptionem, n. 18.

Et an d. actiones per viam executionis sint perpetuæ, n. 19.

Et quid si venditio sit conditionalis, n. 20.

ADDIT. GLOSS. V. VI. &c.

EX Glos. 6. Nota, quòd redhibere est facere, ut rursus habeat venditor, quod habuerat, ex text. *& in l. redhibere* 21. *ff. de ædil. edict.* Adde Cabal. *de*

*ædil.act.c.2.n.1.*Cæp. *in d.l. redhibere, n.* 1. ubi latè.

2 Nota 2. quòd redhibitione facta res redhibita cum fructibus reddi debet. Adde *l. ædiles etiam*, 25. *§. item ſciendum eſt, l. cum autem*, 23. §. *cum redhibetur, l. quod ſi nolit, §. fin. de ædil. edict.* Seſſe, *deciſ.* 31. *num.* 22. Scacc. *de commerc. §.* 1. *q.* 1. *n.* 482. Ceval. *comm. q.* 763. *n.* 22. Et omnia in integrum reſtituuntur, perinde ac ſi emptio, vel venditio non interveniſſet, *l. facta redhibitione*, 60. *l. cum autem*, 23. §. *debent ædiles, & §. Julianus ait, ff. eod.* Garc. *de expenſis, c.* 18. *n.* 52. *&* 54. ubi alios allegat.

Sed huic reſolutioni obſtat, *l. bonæ fidei emptor, ff. de rer. dominio*, ubi Paulus docet omnes fructus tam induſtriales, quàm naturales bonæ fidei emptorem ſuos facere, *& in l. qui ſcit, §. porro, ff. de uſuris, & in l. poſt litem conteſtatam, ff. ſin, regun.* pro cujus ſolutione vide Addit. ad Gloſſ. 4 *l.* 15. *tit.* 13. & ad Gloſſ. 3. *&* 4. *l.* 11. *tit.* 15. *infra.*

Spinum, *in ſpec. teſtam. gloſſ.* 13. *n.* 43. 44. ubi in redhibitione ex partium conventione procedere cum communi reſolvit: Et ultra fructus emptor rem reſtituendo tenetur etiam omne id, quod venditioni acceſſit, & quod occaſione rei percepit, vel quod dolo ejus factum eſt, quominus perciperet, reſtituere, *d. l. cum autem, per tot. in §. cum redhibetur, l. generaliter, l. quod ſi nolit, §. ſi ancilla, §. ſi peculium, §. reſtitui, §. in his autem, l. proinde, §. fin. l. ædilis autem, per tot. max. in §. fi. cum l. ſeq. ff. de ædil. ed.* Et, ſi res ſua culpa deterior facta eſt, damnum reſarcire debet, *l. ædiles ajunt, in prin. §. Pedius, §. item ſciendum, l.* 1. *§. ſi quid autem, cum ſimi. ff. de ædil. edict.* in quibus, *& in l. cum mihi.* latè declaratur. Et de quæſtione, an emptor de dolo, vel culpa etiam leviſſima teneatur, vide Add. ad Gloſſ. fin. *l. ſeq.* Et antequam emptor à venditore pretium, & alia de quibus *infr. in n. ſeq.* conſequatur, hæc omnia ei præſtare, & reſtituere debet, *l. ædiles etiam*, 25. *§. fin. ff. de ædil. ed.* vide Addit.

3 Venditor etiam emptori pretium, quod ab eo accepit, reſtituere tenetur, *l. debet autem*, 27. *l. illud ſciendum, l. plura, l. cum in ea cauſa, ff. de ædil. edict.* Et etiam omne damnum, quod ex re vitioſa contigit emptori, *l.* 1. *C. de ædil. actio. l. cum autem*, 23. *§. Julianus ait, ff. eodem, l. ſervi, & filii*, 17. *§. cum autem, l. ſervum*, 63. *ff. de furt.* Et uſuras pretii, & ſumptus, quos rei venditæ cauſa fecit, maxime ſi emptor fructus reſtituit, *l. debet*, 27. ubi de gabellis, & de eis, quæ emptor expendit, *l. illud ſciendum, l. quæro*, 58. *ff. de ædil. edict.* Garc. *de expen. c.* 18. *num.* 53. *&* 54. ubi alios citat. Guzm. *de evict. n.* 47. *q.* 61.

4 Et quod mediatori emptor ſolvit, etiam ei venditor ultra pretium reſtituere debet, ſi ex neceſſitate dedit, non verò ſi voluntariè. Bart. *per text. ibi, in d. l. debet*, & *ibi* Cæpol. & Angel. qui hoc, quod de neceſſitate expenſum dictum eſt, intelligunt, ut ſi venditor dixiſſet emptori, non vendam aliquo modo niſi per manus talis mediatoris, qui concordabit nos de pretio, cui dabis ſalarium pro labore, & idem ſequitur Bald. *ibi*, ubi dicit caſum notandum, & hanc diſtinctionem ſpontaneæ, vel coactæ ſolutionis dicit rationalem. Stracha. *de mercat. tit. de proxen. verſ. item quæritur, num.* 2. Aret. *in §. duplum, verſ. & dicitur redhibitoria, inſtit. de actio.* & eam refert Tiraquel. *de retract. lign. §.* 29. *gloſſ.* 4. *num.* 8. & eos ſequitur Gratian. *diſcept. c.* 343. *num.* 11. 12. *&* 13. & hæc procedent hodie in eo, quod ſolutum eſt proxenetis, qui ſunt ad hoc depurati, & habent titulum à Rege, vel civitate, & ſtipendium aſſignatum.

Quod autem proxenetæ dedit, ut ei certum equum emeret, ſi poſt venditionem eum redhibuit tanquam morboſum, à venditore repetere non poteſt, quod dedit; ut ex aliis tradit Gratian. *in d. c.* 343. *num.* 14. *&* 15. *&* 16. & ait, ſi dolus proxenetæ intervenit, ei datum ab eo repetere poſſe cum Jaſ.

Expenſas, quas emptor ante litem conteſtatam 5
fecit, nominatim libello petere tenetur, exceptis his, quas in cibariis ſervi emptor erogavit, *l. item ſi ſervi*, 30. *§. quas expenſas, ff. de ædil. edict.* quia venditor ab emptore, quod ſervus in ejus miniſterio ſit, exigere non poteſt, & idem eſt in equo, bove, vel alio animali, quo emptor uſus fuit, *ex dict. §.* & Cæpol. *ibi*, qui *in num.* 4. notat, quòd non poteſt quis expenſas in cibariis alicujus animalis factas, ſi ejus miniſterio fuit uſus, repetere; mercedes vero, ſi quis à ſervo empto, vel à conductore ſervi emptor accepit, vel quas ab ipſo venditore fuit conſecutus, eo quòd tardius ei ſervum præſtiterit, reſtituere debet, *ex l. cum autem*, 23. §. *cum redhibetur, d. tit.* & idem in mercede equorum dicendum eſt, ſi emptor eum conduxerit, *l. ædiles ajunt*, 38. *§. loquuntur ædiles.* Accius, *de priv. infirmitatis, rubr.* 5. *c.* 5. *n.* 24. ubi tradit, quòd ille, qui vult redhibere equum morboſum, prius id omne, quod ex illo percepit, offerre debet, cum Bonacoſ. *tract. de equo; q.* 135.

Si vitium nondum appareat, ſed ſuſpicio ſit 6
ſubeſſe, agi poteſt, emptor ut cautionem præſtet, vel redhibere patiatur, *l. ſi venditor, l. quod ſi nolit, §. qui mancipio, ff. de ædil. edict.* ſi emptor equum ligavit ad domum venditoris, & venditor eum videns, & poſſe perire ob frigus, vel abduci patans recipiat in domum, an videatur agnoviſſe redhibitoriam: Vide Cabal. *d. c.* 2. *n.* 55. ubi ex P. Jacob. credit, quod ſic, conſuluit, ſanius eſſe illud reducere ad emptorem, vel ducere ad Judicem, vel proteſtari antequam in domo recipiat coram teſtibus ne pereat. Vide Addit. ad Gloſſ. 4. *l.* 8. *tit.* 8. *infr.* Guzm. *d. q.* 61. *n.* 54. *de evict.*

Cautionem etiam præſtare tenetur emptor de 7
ſuo dato, & facto, ne forte, aut res pignori data ſit ab eo, aut juſſu ejus damnum ſive furtum alicui datum, vel commiſſum ſit, ut hæc reddantur ſi expediat, *c. cum mihi, ff. de ædil. edict. & red.* & de aliis, de quibus *in l. redhibere*, 21. *§. cum redditur, &* §. *fin.* Alex. *conſ.* 18. *n.* 13. *lib.* 5. Bald. *in l. ſi prædium, C. de tit.* Cabal. *n.* 13.

Hæc autem differentia eſt inter emptorem, & 8
venditorem, quòd ſi emptor venditori non præſtet, quæ præſtare debet, non poteſt ei emptor condemnari: ſi autem venditor, quod debet non præſtet, condemnabitur excepto damno, quod emptor ſentit, & eo; quod pro ſervo expendit, quod arbitrio Judicis conſequetur, & non compellitur hominem reſtituere, niſi eum indemnem præſtet, & uti poteſt retentione, *d. l. illud ſciendum.* Etſi nolit rem 9
veniram † accipere venditor, evitavit præſtationem damnorum, non vero pretii, ad quod condemnabitur, *l. quod ſi nolit*, 31. *in prin. ff. eod.*

Nota 3. ex Gloſ. & Bald. quod reſciſſa venditione 10
per actionem redhibitoriam fiſcus non tenetur gabellam à venditore ſolutam reſtituere. Adde Parlad. *lib.* 1. *rer. quotid. c.* 3. *§.* 5. *n.* 2. *&* 3. Laſart. *de decim. vend. c.* 14. *n.* 10. Girond. *de gabel.* 5. *p. §. unic. n.* 19. *&* 20. Garc. *de expen. c.* 18. *n.* 53. *&* 54. Gutier. *de gabel. q.* 11. *n.* 1.

NOta ex Gloſſ. 7. & Bald. quòd ſi venditor non 11
vult reddere pretium conventum, hac actione condemnatur in duplum per *l. redhibitoria actio. ff. de ædil. ed.* qui ex Gloſſ. *ibi verb. reddat*, dicit, quòd

intelligitur

intelligitur velle pretium reddere, si se præparat ad reddendum. Et juratur in litem contra eum pro pretio, & acceſſiones, quia eſt arbitraria actio. Menoc. *de arbitr. lib. 2. q. 5. num. 25.* Carroc. *deciſ. 107. n. 16. verſ. venditor.*

12 Sed quid in emptore, ſi obtinuit in cauſa redhibitionis, & poſtea non vult uti ſententia, utrum reus ſententia contra ſe lata invito actore uti poſſit, & emptorem compellere, ut rem redhibeat, & pretium recipiat? Bald. *in l. ſi prædium, n. 9. C. de ædil. edict.* proponit hanc quæſtionem, & poſtquam res tranſivit in condemnationem, ſtandum eſſe ſententiæ, & venditori actionem in factum ex ea naſci reſolvit, quem refert, & ſequitur Greg. Lop. *in gloſſ. fin. l. fin. infra, verſ. unde dicebat,* Boër. *deciſ. 48. n. 7.* ubi cum Bald. tradit, quod ſi emptor nolit uti ſententia, quòd poterit agere venditor contra eum. Menoch. *in l. 12. tit. 11. lib. 5. recop. gloſſ. 2. num. 3.* ubi hanc veriorem dicit Pereir. de Caſtr. *deciſ. 62. n. 4.* ubi inquit actione in factum contra emptorem poſſe agere venditorem, ſi emptor uti ſententia nolit; & etiam ait reſolutum fuiſſe, reo condemnato ad reſtitutionem rei, dummodo prius actor ei certam quantitatem pecuniæ præſtaret, actionem in factum competere ad exigendam illam quantitatem ab actore, ſed executivè virtute ſententiæ non poſſe agere.

13 Contrarium tenet Acurt. *in gloſſ. fin. l. illud, 29. ff. de æd. edict.* quem ſequitur ibi Bald. & Cæpol. *in §. condemnatio ejuſdem l. n. 7. l. ſi judex circumvento, ff. de minor.* & menti tenendam eſſe dicit. Sed prima ut vides verior, & receptior eſt, quando de jure ordinario ſententia fuit obtenta; ſecus in noſtro caſu *ex d. l. illud ſciendum*, & quando aliquo jure ſpeciali, ut in reſtitutione minoris; & in retractu conſanguinitatis, ut docent Matienz. & Pereir. de Caſtro, *ubi ſupr.*

14 Quando victor ſententiam non exequitur, forte timens ne impedimenta offerantur, licèt poſſit cogi, ut ſententiam edat, poteſt victus petere, quod tempus ei aſſignetur; ut ſententiam exequatur, ut illo tranſacto manear enervata, ne amplius exequi poſſit, ut ex doctrina Bart. *in l. 1. §. edenda, ff. de edendo, & d. l. ſi judex.* tradit Pereir. de Caſtr. *in d. deciſ. 62. n. 4.* & vide Valaſc. *conſult. 25. num. 13.* ubi tradit, quando quis compelli poſſit uti promiſſionibus impetratis.

15 EX Gloſſ. 5. 10. & 11. Nota actiones redhibitorias pro ſervis, jumentis, pecoribus, & aliis rebus animatis, aut inanimatis, quæ ſunt frangibilia, & corruptibilia, ſpatio ſex menſium præſcribi, text. *hic.* Adde *l. ſciendum, §. fin. l. de redhibeti, in princ. l. cum ſex. l. ajunt ædiles, ff. de ædil. ed.* P. Greg. *ſyntag. lib. 25. c. 21. n. 16.* Cabal. *de ædil. d. c. 2. n. 30.* Gom. *2. tom. c. 2. n. 48.* Covar. *in reg. poſſeſſ. p. 2. §. 11. n. 5.* Morl. *in empor. tit. de empt. in præmiſ. n. 41.* Vivi. *com. opin. lib. 4. tit. 5. de oblig. & act. n. 41.* Trentac. *var. reſol. lib. 3. tit. de empt. reſol. 11. n. 2. & 3.*

16 Quantò minoris verò intra annum utile. *d. §. fin.* & relati DD. actiones vero ex empto, quæ pro prædio peſtiferas herbas producente, & aliis rebus ſoli, pro tigno, & libris vitioſis, & aliis rebus, pro quibus datur actio, quæ non facile corrumpuntur, perpetuas eſſe, facta diſtinctione ſcientiæ, vel ignorantiæ (de qua *in l 63. ſupr. hoc tit.*) notat Gloſſ. *hic.* Adde Mexia. *in prag. taxæ pan. concl. 1. num. 151. & 152.* ubi doctrinam hujus Gloſſ. ſequitur, & intelligit hoc caſu actionem de dolo competere: prout ſentit Gloſſ. *hic* faciens diſtinctionem ſcientiæ,

vel ignorantiæ, quæ actio competit, licet actiones redhibitoriæ ſint præſcriptæ, ſi venditor in dolo fuit; de quo vide eum & Addit. ad *d. l. 63.* Pereir. de Caſtr. *deciſ. 74. n. 22. & 23.*

Nota 2. ex Gl. 2. quòd hoc tempus currit à die, ex 17
quo emptor vitium, ſeu morbum rei emptæ ſcivit, vel reſupinè ignoravit, quia eſt utile. Adde Gloſſ. *verb. currit. in §. fin. l. ſciendum tamen eſt, & l. cum ſex menſes, 55.* & *ibi* Gloſſ. *verbo habuiſſe, l. 2.* & *ibi* Gloſſ. *C. de ædil. actio* & DD. *d. in locis.* P. Greg. *verſ. tempus redhibitionis.* Morl. *n. 46.* Trentac. & Gom. *n. 49. verſ. dubium, ubi ſupr.* & cum declaratione, de qua hic, accipienda ſunt, quæ dicit *in l. 70. Taur. n. 16. verſ. 3. facit, & in fine d. n....* Matienz. *in l. 7. tit. 11. gloſſ. 6. n. 11. lib. 5. recop.* & apud nos tempus currere à tempore ſcientiæ, vel ignorantiæ reſupinæ tradit Molin. *diſput. 353. verſic. ſecundo vero.* Campeg. *de teſtib. reg. 322. n. 7. fallentia.*

Amplia 1. iſtas actiones etiam cum mala fide 18
præſcribi poſſe, ut ex aliis tradit Covarr. *in reg. poſſeſſor. 2. p. §. 11. n. 5.* Molin. *ubi ſupr.* & Mexias, *d. n. 151.* ubi alios laudat.

Limita 1. niſi venditor agat contra emptorem 19
actione ex empto ante lapſum ſex menſium ad pretium, & emptor excipiat de vitio rei: nam tranſactis his terminis audietur, & exceptio perpetuabitur, ex Johann. Andr. & aliis tradit Caballin. *de ædil. edict. c. 2. n. 44.* ubi ex ſola propoſitione exceptionis actionem perpetuari abſque litis conteſtatione dicit Pereir. de Caſtr. *deciſ. 74. n. 19.* & Guz. *d. quæſt. 61. num. 58.*

Sed in foro conſcientiæ hæ leges non procedunt, quia ad obviandas lites, & Reipublicæ perturbationem terminum præfixerunt, in quo emptor agere poſſit contra venditorem de dolo, fraude, & deceptione vera, ſeu præſumpta: unde in foro conſcientiæ ad reſtitutionem venditor tenebitur, & per vitam denuntiationis Evangelicæ emptor ad Judicem Eccleſiaſticum ratione peccati recurrere poterit; de quo vide Addit. ad Gloſſ. fin. *l. 56. ſupr. hoc tit. n....* & Azeved. *in l. 10. tit. 1. lib. 4. recop. n. 53.*

Si emptor redhibitoria agat, & in hoc judicio non obtinuerit, actionem quanto minoris exercere non prohibetur, ſi intra annum ſit, *l. ſi tamen, 48. §. non nocebit emptori, ff. de ædil. edict.* Covarr. *dict. §. 11. n. 5. verſ. datur autem, in fin.* Mexias, *in d. concluſ. 1. n. 53.* Vivi. *comm. lib. 5. tit. 5. n. 45.* Valaſc. de *jure emphyt. q. 6. num. 18. verſ. de iſtis.* Maſcard. *concluſ. 616. num. 12.*

In venditionibus conditionalibus pendente con- 20
ditione iſtud tempus non currit, ex Gloſſ. 5. cui adde Bald. *in l. ſi prædium, n. 12. C. de ædil. edict.* Camp. *in 6. fallent. ubi ſupr.*

LEX LXVI.

SUMMARIUM.

1. *Venditor, ſi morbum ſpecifice manifeſtavit, non tenetur, & quid ſi morbus erat patens, n. 2. 3. & 4. Seu ſi emptor non poterat ignorare vitium, num. 5. 6. & 12. Quid ſi adjiciatur pactum, quòd non vult teneri de tali vitio, num. 7. Quid ſi generaliter dixerit, ſe nolle teneri, ſi aliquod vitium ſciebat, n. 8. 9. & 10. Seu ſi dixerit, equum eſſe plenum vitiis, & ita vendere, vulgò* con ſus tachas buenas y malas 11.

15 *Emptor quid debeat probare, ut ei detur redhibitoria, n.* 14. *&* 15.

16 *Si animal moriatur intra triduum, ex præcedenti morbo mortuus præſumitur.*

17 *Morbus quomodo probetur, n.* 18. *&* 19.

20 *Servus ſi ſtatim fugiat, an ſufficiat, licet non probetur, quod antea fugiſſet, & an probetur ex confeſſione ſervi, n.* 21.

22 *Pro redhibente eſt judicandum concurrente pari probatione.*

23 *Venditoris ſcientia morbi quomodo probetur. num.* 24.

25 *Scientia procuratoris, ſeu domini an ſit conſideranda.*

26 *Redhibitoria durat re mortua, & quid ſi emptoris culpa mortua ſit, & de qua culpa teneatur emptor, n.* 27. 28. *&* 29.

30 *Redhibitoria datur, ſi venditor aliquid adeſſe, vel abeſſe firmaverit, n.* 32.

33 *Item ob diſplicentiæ pactum intra* 60. *dies, & de aliis caſibus in quibus datur redhibitoria, & poſſit reſcindi venditio.*

Et quomodo formetur libellus, n. 34.

35 *Redhibitoria renunciatur, ſi emptor vendat rem.*

ADDIT. GLOSS. I. &c.

1 AD Gloſſ. 1. Nota caſus, in quibus redhibitioni non eſt locus, & exceptiones, quæ adverſus emptorem redhibitoria agentem opponi poſſunt: Primus eſt, ſi venditor vitium, vel morbum rei venditæ emptori clarè, rectè, & ſpecificè manifeſtavit, *ex text. hic, & in l.* 1. *verſ.* 1. *ff. de ædict. l. quæritur,* 14. *§. ſi venditor, ff. d. tit.* Gomez. 2. *tom. variar. c.* 2. *n.* 48. *circa fin.* Cabal. *de ædil. edict. c.* 2. *n.* 20. DD. *in d. ll. & alii infr. citandi.* Morl. *in empor. tit. de contrab. empt. in proœm. n.* 43. *verſ. quo ſit.* Bart. Cæpol. *in d. l. quæritur §. ſi nominatim,* 6. ubi tradit, quod venditor in hoc caſu non tenetur ad pretium, nec ad intereſſe.

2 Secundus caſus eſt, quando morbus erat manifeſtus, & patens, ut quia equus erat cæcus, vel claudus, vel alium morbum ſimilem habebat, ex Gloſſ. *hic.* Adde *l. quæritur, §. ſi.* ubi Ulpian. explicat, *& l. ſi tamen,* 48. *§. in ædilitiis. de ædil. edict. l. apud Celſum, §. item Labeo, ff. de doli mali, & metus.* Bald. *in l.* 1. *q.* 1. *C de ædil. edict.* ubi dicit, quòd quoties ſignum de ſui natura demonſtrat ſignatum, non eſt neceſſaria alia hominis declaratio. Cæp. *in. d. l. quæritur.* 14. *§. ſi nominatim, à n.* 1. Cabal. *de æd. edict. c.* 2. *n.* 22. Gomez. *d. n.* 48. *verſ. & idem eſt quando vicium.* ubi latè materiam proſequitur Sur. *deciſ.* 146. *n.* 1. *&* 2. ubi de redhibitoria equæ venditæ, quam antiquo dolore laborare emptor dicebat, & venditor excipiebat, quòd morbus equæ erat evidens, & patens cicatrice, quæ erat omnibus inſpicientibus manifeſta. Morl. *d. n.* 43. Per. à Caſ. *deciſ.* 74. *num.* 30. ubi alios adducit: vitium apparens quod dicatur, vide per Cæpol. *in d. l.* 1. *in princ. ff. de ædil. edict.* ubi remittit ſe ad Gloſſ. *in c. ſi forte, verb. evidenti, & ibi* Anch. *de elect. in n.* 6. & ſi quis cæcus, quia ex morbo amiſit lumen, ſed non oculos, morbum manifeſtum non eſſe, ſeu vitium apparens reſolvit.

3 Limita 1. ex Gloſſ. *hic,* niſi emptor ſupinè ignoravit, & venditor morbum ſciebat, & eum non certioravit, quia tunc dolus venditoris præponderat culpæ emptoris, ex Cyn. & aliis, quos Gloſſ. *hic* ſequitur, dicens hoc æquius, & verius videri. Adde Azon. *in ſum. tit. de ædil. edict. n.* 24. Cæpol. *in d. l.* 1. *in princ. n.* 12, *verſ. præterea, ff. de ædil. edict.* Cabal. *c.* 2. *n.* 23. Surd. *deciſ.* 265. *à n.* 18. *& deciſ.* 146. *n.* 19. *&* 21. *verſ. reſpondeo,* ubi in quæſtione equæ venditæ pro actore Senatus Mantuan. judicavit ex iſta, & aliis doctrinis, *& à n.* 19. reſpondit ad text. *in §. ſi intelligatur, & d. l. quæritur §. fin.* quod debent intelligi, quando eſt tale ſignum, quod per ſe manifeſtet vitium. ex Gloſſ. *in d. §. ſi intelligatur.* Bald. *in l.* 1. *n.* 5. *C. de ædil. edict.* ubi loquitur de ſigno, quod ſui natura demonſtrat ſignatum. Cæpol. *in §. ſi intelligatur, n.* 6. ubi dicit, quòd ſi ex ſigno vitium non manifeſtatur, edictum non ceſſat: & ponit exemplum, quando ſervus eſt pallidus; & Cabal. *de ædil. edict. c.* 2. *n.* 22. *in fin.* & in favorem emptoris materiam proſequitur. Thor. *in compend. deciſ. Neapol. verb. equus venditus, in fin.* ubi d. Mantuani Sen. deciſ. refert, & vendens ſervum cum collo ferreo ad reſtitutionem pretii non teneri judicatum fuiſſe, quia ſignum ſatis fugitivum eſſe indicat.

Contrariam in caſu propoſito *in princ. limitationes,* venditorem non eſſe in dolo tenet Gloſſ. *verb. in l.* 1. *C. de ædil. edict.* & *ibi* Bald. *n.* 6. ubi dicit venditorem, ex eo quòd tacuerit, non eſſe in dolo, quando vitium erat patens, cum credidit emptorem ſcire, quod omnes ſciebant, & non eſſe fatuum, & Salycet. *ibi num.* 2. *in fin.* & pro hac alios refert Toro, *ubi ſuprà, col. fin. verſic. fin. autem vdnditor.*

Sed prima eſt verior, & tenenda, ut inquit Gloſſ. 4
hic, & contraria procedit in caſibus, de quibus *in l. ea quæ,* 43. *ff. de contrab. empt.* & quando emptor aliàs in propriis negotiis erat diligens, in quibus caſibus ſalvari poſſe inquit Cabal. *in d. n.* 33. *in fin.* & quando vitium non latebat, nec erat neceſſaria indagatio, & emptor non ignorabat ea, quæ videbantur, quia erat peritus in arte. ex Per. de Caſtr. *deciſ.* 74. *n.* 30. & in caſu quem retulimus *ſuprà,* vel ille ligatus venalis in foro fuit expoſitus, *l. ſi tamen* 48. *§. ei qui ſervum, ff. de ædil. edict.* Surd. *deciſ.* 146. *num.* 15.

Procedit etiam contraria, quando morbus, vel 5
vitium erat tale, quod cognoſci poterat: ut ſi emptor ſervi morboſi erat medicus, vel equi mareſcallus, vel ſi libri Doctor, quia præſumitur ſciviſſe, niſi emptor probaſſet, ſe ignoraſſe, quia nunquam vidit ſervum, vel equum nec librum, nam tunc dabitur ei actio, etſi ſupinè ignoraſſet, ut docet Cæpol. *in d. l.* 1. *in princ. n.* 15. *verſ. niſi emptor,* qui latè & eleganter, quia tractat de damno vitando, & venditor de lucro captando, & hæc maxime procedunt, ſi venditor vitium ſciviſſet, quia tunc ejus dolus præponderat culpæ emptoris, qui etiam ſupinè ignoravit, ut diximus *ſupr.* & Surd. *n.* 22.

Limita 2. niſi emptor, qui videt, aut ſcit ani- 6
mal eſſe morboſum, aut fugitivum, ſtipuletur ſanum eſſe, vel non eſſe fugitivum, quia tunc contra venditorem non obſtante, quòd de morbo fuit certioratus, poterit agere ad intereſſe, *l. apud Celſum, §. item Labeo, ff. de doli excep.* ubi de ſervo fugitivo. Gloſſ. *in l. ea quæ, in verſ. ſtipuletur, ff. de contr. empt.* Surd. *conſ.* 15. *à n.* 17. *&* 18. *deciſ.* 265. *n.* 20. ubi inveniſſe dicit, quòd eandem ſententiam probant jura, quæ ad id allegantur per Corn. *conſ.* 2. *col.* 4. *in prin. vol.* 3. Nec obſtat, quòd ſtipulatio non valet tanquam ſuper re impoſſibili *l. impoſſibilium ff. de reg. jur. l. non moriturum, C. de cont. empt.* quia reſpondit Sur. *in d. n.* 18. venditorem promittere videri non factum ipſum, quod impoſſibile eſt, ſed intereſſe, ideo ſtipulationem committi reſpectu intereſſe.

Tertius caſus eſt, quando venditor ſervum, equum, 7
vel aliud quid vendidit hoc pacto adjecto, quòd

non

non vult teneri de certo aliquo vitio, vel causa, *text. hic & l. quæritur. 14. §. venditor, ff. de ædili. edict.* ubi DD. & specialiter Cæpola. *n. 10. vers. aut venditor. nihil.* ubi tradit, quòd tunc nec ad pretium, nec ad interesse tenetur per *text. ibi* Gl. *in l. qui liberitatis 9. ff. de evictioni.* Bart. & Bald. Roman. *singul. 387.* Alex. *cons. 14. num. 5. vol. 5.* Corneus. *81. vers. sed quantum. vol. 3.* Surd. *decis. 146. num. 9.* ubi
8 alios allegat. Limita si venditor sciebat vitium, quod excepit, & de eo emptorem non certioravit, nam non obstante, quòd de speciali vitio dixit, quod non nolebat teneri, actio emptori datur. Alex. quem, & alios refert Surd. *cons. 36. n. 16.* Cæpol. *in d. § venditor. n. 10.* ubi hoc verius esse putat, & limitat *d. glos. 1. l Libertus. ff. de evict.* quando venditor excipit aliquem morbum tantum, vel aliquam causam evictionis, & certiorat emptorem de dicto morbo vel causa. Sed huic limitationi obstat, quod ex Cyn. & Bald. tradit Cæpola. *ubi supr. vers. & ratio*, quòd, quando specialiter excipitur quidam morbus, potest emptor scire, si est certus, & quid damni ei ex eo potest evenire. *l. 1. in fin. ff. de actio. empti.* & quod est in eo supina ignorantia, & venditor de dolo non potest argui, & actio ideo ei non datur contra venditorem, de quo vide *sup.* & quando generaliter venditor pactus fuit, quòd de nullo vitio, vel morbo nolebat teneri, tunc non facilè emptorem posse scire ait, ex quibus limitatio convincitur. Sed primam dic procedere quando venditor dissimulabat rem habere vitium, vel interrogatus ab emptore tacuit, & morbus, vel vitium erat latens, quod facile intelligi non poterat, ex *d. §. si venditor* & *ibi* Gl. *verb. nisi sciens*, & in exemplo tradito ab Barba. *in addit. ad Bald. ad l. 1. C. de ædil. act.* de eo qui vendidit equum, cui non dolebant spatulæ, cum erat calefactus, dicens vendo tibi equum, cui non dolent spatulæ, & eo tempore erat calefactus, & non apparebat verum esse, quod venditor dicebat, redhibitoria posse agere resolvit.

9 Quartus casus est, quando generaliter venditor dixit, se nolle teneri de aliquo vitio, vel morbo ex text. *hic.*

10 Limita 1. nisi venditor vitium, vel morbum sciebat, nam tunc non obstante dicto pacto emptori actio redhibitoria datur; generalis enim pactio venditori vitium ignoranti tantum prodest. ex Gl. 2. *hic.* cui Adde quæ diximus in Addit. Glos. 4 *l. antec. n. 5. & l. quæro. § fin.* & ibi Glos. *ff. de actio. empt.* Cæpol. *in d. § si venditor, n. 10. col. 4. vers. si vero venditor sciebat. ff. de ædil. edict.* ubi alios citat, & vide Addita ad Glos. 7 *l. 32. supra hoc tit.*

Limita 2. quando vendens equum, vel aliud animal asseruit illud sanum esse, & dixit nolle teneri de aliquo vitio, nam si postea appareat vitiosum esse, pacto non obstante venditor tenetur, *l. 1. §. vendita*, & ibi Bald. *ff. de actio. empt.* Bap. Thor. *in compend. decis. verbo. equus* & vide Addita ad d. Glos. 7. *l. 32. n. 11. supr. hoc tit.*

11 Limita 3. quando venditor dixit equum morbosum, & vitiosum esse generaliter, & quòd eum vendebat cum omnibus vitiis, & morbis suis; vel si dixit, vendo equum, qui est male sanus, pro cæco, pro claudo, & qui dolet ante & retro, & est totus plenus vitiis, & nolo teneri de aliquo: vel si interrogatus ab emptore, si erat morbosus, aut vitiosus, vel si non interrogatus venditor dicat, iste equus habet lumina effossa, est lunaticus, & recalcitrosus, vel vendo eum tanquam cum cæmorosum; nam tunc si equus aliquod vitium, vel morbum patiatur etiam ex his, quæ inter alia expressa fuerunt per venditorem, contra eum emptor agere poterit, qui fuit usus dictis verbis causa decipiendi emptorem, ex text. & Glos. 3. *hic*, cui Adde Gl. 1. *l. 45. t. 18. p. 3.* & *ibi* Add. *l. ea quæ commendanti 43. §. fin. ff. de contrah. empt.* & *ibi* Glos. *super d. verb. dissimulat*, & *l. 1. §. si venditor, vers. sed etsi proponas, & l. tenetur 6. §. fin. l. Iulianus 14. §. idem Iulianus, l. quæro, ff. de act. empt.* diximus *sup. n. 1.* & ultra Specul. Abb. Angel. Aretin. & Alex. in locis à Glos. citatis. Adde Paul. & Ias. *in fin. in l. pacisci. ff. de pact.* Gom. *d. c. 2. n. 49. in pr.* ubi Corn. *cons. 81. li. E. lib. 3.* Cæpol. *in d. § si venditor, n. 10. in pr.* ubi latissimè declarat. Caball. *de ædil. edict. c. 2. n. 2. 4. & 7.* ubi de quæstione agit. Surd. *cons. 13. n. 34. & decis. 146. n. 22.* Carroc. *dec. 46. n. 23.* Toro. *d. verb. equus.* Mexia *in pragmat. taxæ panis, concl. 6. n. 7.* Morl. *in emp. jur. 1. p. tit. 8. de contrah. empt. in præmis. n. 43. in princ.* Guzm. *de evict. q. 61. n. 24.*

Ex quibus infero contra juris regulas, vulgariter 12
homines ignaros credere, venditorem qui equum, seu animal cum suis vitiis, & qualitatibus bonis, vel malis secundùm usum nundinarum vendit, hoc est *con sus tachas buenas, y malas a uso di feria*, si postea morbosum, seu vitiosum esse appareat, non teneri, & emptorem non posse eum redhibere; nam contrarium de jure est statutum, ut diximus.

Ultra tradita à Glos. ad obtinendum in hoc ju- 13
dicio requiritur, quòd emptor probet ante venditionem rem morbosam, seu vitiosam fuisse, & post venditionem morbum, seu vitium durare, aliàs succumbet, *l. 1. §. si quid autem, ff. de ædil. edict. leg. actione redhibitoria 54. l. quæro 58. §. fin. ff. eod. l. si apud 3. C. de ædil. act.* Bald. *in l. 1. num. 12. C. de ædil. act.* Azo. *in summ. C. eod. num. 128.* Paul. de Castr. *in l. Iulianus, num. 5. in fin.* idem Paul. de Castro, *in d. l. actioni.* & *ibi*, Cæpol. *n. 1. & 2.* Mascard. *concl. 686. n. 2. & 3.* Cavall. *n. 35.* Gomez. *vers. adde tamen.* Surd. *n. 4.* Morl. *n. 42. ubi sup.* Pereir. de Castr. *decis. 74. n. 33.* & adeò necessaria est probatio, quod morbus, vel vitium erat ante venditionem, quòd non relevatur emptor, nec est locus redhibitoriæ, ut ex Nicol. de Matar. tradit Cæpol. *ubi sup. num. 4. vers. ideo modo, & in fin. d. numeri*, ubi hanc doctrinam juridicam esse dicit.

Limita, nisi pacto venditor servum in posterum 14
fugitivum, seu vitiosum non fieri temere promisit, quamvis impossibilis videatur promissio, ex ea tenebitur, *d. l. si apud 3. C. de ædil. act.* Pereir. de Castr. *d. num. 33.* Nec sufficit probare servum morbosum fuisse, aut vitiosum, nisi tempore venditionis fuisse vitiosum probetur, quia non habetur ratio morbi, vel vitii, quod antea fuit, si modo sanum tunc fuisset, *l. 1. §. fin. ff. de ædil. edict. l. quod ita sanatum, ff. eod. l. Imperiales, §. similes, C. de recept. cap. ferrum 50. distinct.* Petr. Gregor. *Syntag. l. 25. cap. 21. num. 14.*

Morbum, vel vitium tempore venditionis esse 15
probabitur, si ante venditionem, & nunc esse probetur, quia præsumitur medio quoque tempore continuasse, & de furore inquit Bald. *in cap. fin.* & alii *de succeff. ab intestat.* Glos. *in cap. judices, 3. q. 8.* Surd. *cons. 86. num. 29.* ubi alios citat, *& decis. 146. n. 16.* ubi in specie loquitur, *& in num. 17.* medium probatum esse dicit extremis probatis, *cap. inter dilectos*, ubi Butrig. Abb. Felin. & alii; idem Surd. *cons. 73. à num. 44.*

Et si servus, vel equus moriatur intra triduum à die, postquam periculum ad emptorem spectat numerandum, ex præcedenti morbo mortuus præsumitur. Bald. & Cyn. *in l. 2. n. 20. C. de ædilit. act.*

ubi docent ex celeritate mortis morbum præceſſiſſe præſumi. Arg. *l. ſi vati, §. fin. de privi. cred.* & celeriter dicitur, ſi intra triduum obit. *gloſ. in l. 1. C. de emend. ſervo.* idem Bald. *in l. 2. q. 2. C. de reſcind. vend.* Cæpol. *in l. actionis, n. 2. ff. de edi. acti.* Alcia. *reg. 2. præſ. 26. num. 11.* Rip. *de peſte c. de remed. ad curan. peſtem, n. 141. & 143.* Hypol. *in l. ſtatu liberi, n. 16. ff. de q.* Boër. *deciſ. 323. n. 22.* Joſeph. Ludon. *deciſ. Peruſ. 118.* ubi ſic judicatum fuiſſet reſtatur. Riminald. *conſ. 360. n. 11. vol. 2.* ubi dicit animal venditum, ſi poſt contractum illicò, vel paulò poſt appareat morboſum, præſumi fuiſſe morboſum tempore contractus. Caballin. *de edil. act. c. 2. n. 26.* Maſcard. *concl. 92. n. 1. & 2.* ubi dicit, ſi animal, vel equus venditus intra triduum mortuus fuerit, præſumi tempore venditionis fuiſſe infirmum, & plures citat. *& concl. 616. n. 8. & 633. per tot.* ubi latè, & *concl. 1074* Surd. *deciſ. 346. n. 18.* Seraphin. *de privil. jur. privil. 27. num. 17.* Carroc. *locat. & cond. 4. p. cap. de imperitia caprarii, q. 4. n. 5.* Garſ. à Tolet, *deciſ. 94.* Bonacoſſa, *de equo, q. 213. per tot.* Cala *de modo articul. num. 710.* ubi dicit eſſe articulandum, quod equus fuit mortuus intra triduum, & fuit inventus habere cor marcidum, & putridum. Guzm. *de evict. q. 61. num. 27.*

17 Modus autem probandi morbum eſt per medicos, & mareſcallos, qui videant ſervum, vel animal mortuum, & inteſtina eorum inſpiciant, ſi eorum cor, vel pulmo eſt marcidus, vel putridus: vel ſi aliunde cognoſci poſſit, quod obierit ex infirmitate, & morbo, qui fuit ceptus & generatus ante venditionem, qui latebat, & poſt venditionem apparuit, Maſcard. *d. concl. 92. & concl. 616. n. 4. & 5. & concl. 633.* & eſt *l. queritur 14. §. item de eo, verſ. ſin autem vitio, l. qui clavum. in fin. ff. de edili. edicto.*

18 Venditor etiam per eoſdem medicos, & mareſcallos probabit, non ex morbo antiquo, ſed ex ſupervenienti poſt venditionem animal obiiſſe, vel quod comedit herbas venenatas, vel quia nimium iter faciendo fuit oppreſſus, de quo vide Maſcard. *d. concl. 633. num. 4. & 6.* ubi dicit, quòd alleganti equum mortuum propter herbam malam, vel me-
19 dicamenta mala, incumbit onus probandi. Ex infirmitate antiqua deceſſiſſe judicio medicorum etiam probabitur, ut cum Bart. *in l. ſi rixa. ff. ad legem Cornel. de ſicc.* tradit Rebuff, *in prax. benef. in regul. de infirmis benef. reſign. gloſ. 11.* Maſcard. *n. 5. in d. concl. 633.* & mori dicitur ex infirmitate, etiamſi febris ratione illius ſupervenerit, vel aliud acciderit ab ipſa infirmitate; ſecus ſi extra provenerit, *cap. 2. de cleri. percuſſ. cap. continebatur d. homicid. l. alumnæ. §. fin. ff. de alimen. leg.* Quòd animal laborabat tempore venditionis, & traditionis morbo lethali, probatur ex eo, quòd nec comedit, nec bibit; nam qui hoc non facit, ſanus non eſt, ſed mortuo ſimilis, *l. in hac ff. de tritica actio.* Maſcard. *concl. 92. num. 8.*

20 Servum verò fuiſſe fugitivum, & alia vitia, & morbos, quæ apparentia ſunt, teſtibus probari poſſunt, quia ipſa potentior, & dignior eſt cæteris omnibus probationibus & multis auctoritatibus exornat Maſc. *de probat. q. 5. n. 3. & 4.* Sed quid ſi emi ſervum, & ſtatim fugit, & non poſſum probare fuiſſe fugitivum ante contractum, an ſufficiat ad obtinendum in cauſa? vide Bald. *in l. 1. Cod. de edilit. actio. n. 10.* qui concludit ex celeritate fugæ præſumi, quòd antea ſervus eſſet in vitio ex traditis
21 *ſupr.* Quòd ſervus in domo venditoris fuerit fugitivus, utrum ex confeſſione ipſius ſervi probetur? dit quòd ſic, junctis aliis indiciis ex *l. quæro. 58. §. ſi. ff. d. ædili. edicto. & l. cum probatio 7. ff. de probationem*, ubi probatio prioris fugæ ex ſervi quæſtione ſufficere inquit. & Gloſ. *ibi* vide Addit. ad Gloſ. *1. l. 26. tit. 11.* Cæpol. *in d. l. quæro §. fin. n. 5.* & notat ex multis indiciis reſultare plenam probationem, & pro hac doctrina allegat Bald. *ibi* Dyn. Nicol. de Neapol. & Bart. In dubio, ſi duo teſtes deponunt, 22
equum eſſe vitioſum, & duo quòd non, in favorem redhibentis judicandum eſſe ex Bald. *in authen. omnes peregrini. n. 8. C. commun. de ſucceſſ.* tradit Cæpol. *in d. l. quæro 58. §. fin. n. 25. ff. de ædil. edict.* Felin. *in c. in noſtræ, n. 12. de teſtib.* Alex. *conſ. 148. n. 2. lib. 2. & 63. cod. lib.* Cotta *in memora. verb. actio redhibitoria.* Lopet. in Gloſ. 4. *l. 40. tit. 16. p. 3.* Valaſc. *de jure emphyt. q. 6. n. 18. verſ. de iſto.* & vide Addit. Gloſ. 6. *l. 56. ſupr.*

Alia de probatione in hac materia redhibitoriæ actionis vide per Maſcard. *concl. 92. & 616. & 633.* & Cattel. Cala. *de modo artic. à n. 707.*

Quòd venditor ſciverit morbum, vel probatur 23
primò ex juris præſumptione, quæ habet, quòd dominus præſumitur ſcire qualitates rerum ſuarum, *ex l. ſi quis 15. C. de reſcind. vend.* de quo vide Addita. ad Gloſ. 4. *l. 56. ſup. n.* & in ſpecie, quòd venditor præſumatur ſcire vitium, & qualitates rei venditæ, docet Bal. *in l. 1. §. ajunt ædil. in prin. ff. de ædil. edict.* & eum ſequitur Corneus, & eos ſequitur Surd. *dec. 146. n. 13.* qui *in ſeq.* alia ponderat, ex quibus ſcientia in venditore præſumitur.

Ignorantiam verò ſuo juramento venditor pro- 24
bare non poterit, quia contra eum eſt præſumptio ſcientiæ, de qua *ſupra*, & quando adeſt præſumptio in contrarium, talis probatio per juramentum non admittitur, ut docet Alex. *conſ. 71. num. 2. vol. 1.* ex Innoc. Joan. Andr. & aliis, Felin. *in c. cognoſcentes*, ubi Dec. *n. 18. de conſt.* poſt Butri. & alios *ibi*. Tiraq. *in præfat. repet. l. ſi unquam, C. de revocan. donat. n. 39.* Cæph. *conſ. 314. n. 32.* Menoch. *de arbitr. caſu. 186. n. 6.* Surd. *deciſ. 153. num. 6.* & vide Maſcard. *concl. 881.* ubi tradit, ignorantia quando juramento probari poſſit. Et de probatione ſcientiæ, vide eum *concluſ. 1299.* & ignorantiæ *in concluſ. 879. 880. & 881.*

Quando quis pro alio emit, utrum ſcientia do- 25
mini, vel procuratoris ſit conſideranda, vide *l. cum mancipium 51. ff. de ædil. actio.* & *ibi* Gloſ. & DD. maximè Cæpo, ubi latè proſequitur declarationem hujus materiæ, *& à n. 25. uſque ad fin.* latam diſtinctionem tradit, quando ſcientia procuratoris noceat domino, & reſolutio communis eſt, quod, ſi procurator habuit mandatum emendi certum ſervum, vel equum, ſcientia domini, vel ignorantia prodeſt, vel nocet, pro quo eſt, *l. ſi ſervum 13. ff. de contrah. empt.* ſi vero mandatum fuit de emendo ſervum incertum, tunc ſcientia procuratoris domino an noceat, vide eum.

Et etiam re mortua durat hoc edictum, & em- 26
ptori datur hæc actio, *l. quod ſi nolit, §. idem ait; & §. ſi mancipium 10. & §. in his 22. l. ædiles. §. 1. l. ſi hominem, D. de edi. edict.* & DD. *in d. locis* Mord. *in empt. jur. tit. de contrah. empt. in præmiſ. n. 44.* Parl. *quotid. differ. 56. n. 4.*

Limita, ſi dolo, vel culpa emptoris, vel ejus fami- 27
liæ res empta periiſſet; nam tunc; niſi venditor vellet pati quòd agatur redhibitoria, emptor, etſi res fuiſſet morboſa, agere non poterit, ex Gloſſ. *verb. præſtarentur, in d. §. ſi mancipium*, cujus doctrinam contra Rapha. *ibi* defendit. Cæpol. *n. 21. & 22. & in d. l. ſi hominem, n. 19 & 20.* & contrariis reſpondit.

Sed

28 Sed de qua culpa emptor teneatur, variæ ſunt opiniones Juriſconſul. *in l. ædil. & 24. §. Pediùs ait, ff. eod. tit.* de dolo, & culpa emptorem teneri, ſi ſervus deterior factus ſit, docet: quæ lata culpa eſt, ut notat Cæpol. *ibi, in l. cum autem, §. fin. n. 4. ff. eod.* & idem de deterioratione dicendum eſt, *l. navis onuſta in princ. ff. ad l. Rod. de jactu.* Deterioratio enim eſt conſumptio rei, ergo idem jus ſervandum eſt in conſumptione quoad totum, ſicut quoad partem. Accurſ. *in verb. culpa, in d. l. §. ſi mancipium,* quòd de levi culpa tenetur dicit, quia contractus emptionis, & venditionis gratia utriuſque contrahentis celebratur, & ideo non debet, niſi de levi culpa teneri *l. ſi ſervus legatus, §. cum quid, ff. de legat. 1.* & faciunt exempla tradita *in dict. §. ſi mancipium,* ubi culpam in non adhibendo medicum, vel adhibendo imperitum proponit. Angel. & Rapha. *in d. §. ſi mancipium,* de leviſſima culpa emptorem teneri contra Gloſſ. ibi defendunt, per *dict. §. ſi mancipium,* ibi: *Culpam autem omnem accipiemus non utique latam, & text. cum gloſ. in l. à procuratore, C. manda.* ubi in procuratore & mandatario ſitam omnem culpam intelligitur etiam de leviſſima, & hanc contra Accurſ. veriorem dicit Cæp. *in d. §. ſi mancipium, n. 23.* Sed durum admodum videtur, quod emptor etiam de culpa lata teneatur in re ſua empta, quia in re ſua quis non tenetur de culpa, *l. etiam §. licet,* ubi Bart. Bald. & Paul. *ff. ſolut. matr.* & non ſolùm dominus; ſed nec bonæ fidei poſſeſſor de culpa tenetur, *l. ſed etſi lege, §. conſuluit, ff. de petit. hæred.* & *in l. ſi quid poſſeſſor, §. ſicut autem, ff. eod.* Cui difficultati Bart. *in d. §. licet, num. 1.* poſt Cyn. & Alexand. *col. 2. in fin.* reſpondent text. *ibi,* & alios, qui culpam in re propria non admiſerunt, procedere in re propria ſimpliciter, & irrevocabiliter, quæ non eſt ſubjecta reſtitutioni, & quæ ideo aliena dici non poteſt ſpe, *& d. l. cum autem 23. §. fin.* in rebus, quæ ſpe aliena dicit poſſunt, & hanc ſolutionem ſequitur Cæpol. *in d. §. fin. n. 4.* & Tiraq. *de retract. conſang. ad fin tit. n. 69. qui a n. 67.* quæſtionem proponit. Sed dum de vitio, vel morbo non conſtat, non poteſt dici, quòd res empta ſubjecta ſit redhibitioni, nec de hoc emptor debet cogitare, quia eſſet præſumere dolum, vel culpam in venditore, & emptor non debet eſſe deterioris conditionis, quàm ille, qui emit rem ſubjectam retractui, vel reſtitutioni, vel qui poſſidet hæreditatem, quæ poſtea fuit ei
29 ablata à vero hærede. Ita pro reſolutione diſtingendum eſt, aut emptor redhibitoria, aut quanto minoris vult agere: ſi agat redhibitoria, ſi dolo vel culpa lata res periit, niſi venditor id patiatur, non auditur; ſi ex culpa levi, vel leviſſima ejus, ſeu ejus familiæ periiſſet, non poteſt repelli; ſed ſervus pro vivo habetur, & præſtantur ea quæ præſtarentur, ſi viveret, *d. §. mancipium,* & ita cum ſervus eſſet præſtandus, ſi vixerit, & fructus, & acceſſiones, & cum præſtari non poſſit, cum ſit mortuus, æſtimatio reſtituetur habita conſideratione ad ejus valorem, & morbum, & vitium, quod patiebatur, ex Gloſ. *verb. præſtaretur. in §. mancipium, & in d. l. ſi hominem.* Nec obſtabit dicere, quod emptor, ſeu dominus non tenetur niſi de lata culpa, ex juribus adductis; quia id procedit, ſi ab eo venditor, vel alius rem vendicare velit, hic vero emptor agit contra venditorem, & ab eo pretium, & intereſſe conſequi deſiderat, qui ei tenetur rem emptam cum acceſſionibus reſtituere, & non liberatur à reſtitutione, ſi culpa ſua, etſi leviſſima res perierit; quia non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri, *ex l. non debet, ff. de reg. jur.* nec factum alienum obeſſe, *l. pater familias, ff. de hæred. inſtit.* nam ſi vult à venditore pretium conſequi, antea debet ei illa omnia reſtituere, *l. ædiles, §. fin. l. illud. 29. ff. de ædi edict.* & diximus *ſup.* Ex quibus deducitur, aut dominus rei alium ratione rei vult convenire, & tenetur de levi, & leviſſima; aut ipſe convenitur ejus ratione, & non tenetur niſi de dolo, aut lata culpa, ut diximus. In ſecundo caſu dicendum eſt, quòd mortua, vel perempta re, actione quanto minoris agere poteſt emptor, *ex dict. l. ſi hominem,* & ibi Gloſ. *ff. de ædi. edict.* niſi doloſè ſervum occiderit, *ex d. gloſ.* Caballin. *de ædi. acti. c. 3. per tot.* Pereir. de Caſtr. *deciſ. 74. à nu. 20.* ubi tradit in quo iſta à redhibitoria differat, contra Cuman. *in d. l. ſi hominem,* qui in arbitrio venditoris eſſe inquit, vel quod ſuppleatur, vel reſtituatur pretium, *ad fin. & l. ſi voluntate, in fin. C. de reſcind. vend.* Nam de jure contrarium cautum eſt, emptor non tenetur rem reſtituere, ut tenet Cæpol. *in l. 1 in prin. n. 8. verſ. ſed quid ſi emptor. & in d. l. ſi hominem, à nu. 8. & in l. ſi bovem, §. aliquam, n. 10. ff. de ædi. acti.* ex text. *in d. §. aliquando, & in l. audiendus 18. d. tit.* etſi quid ſpeciale eſt in uno caſu, quod res redhibeatur, cum agitur quanto minoris, ſcilicet cum res nihil valet, *ex d. §. aliquando,* & reſpondit ad *d. l. 2.* quod loquitur, quando quis decipitur in pretio ſimpliciter; non vero, quando eſt deceptio in morbo, licet in conſequentiam ſit poſtea in pretio.

Competit etiam actio redhibitoria, quando quis 30
aliquid adeſſe, vel abeſſe firmavit in ſervo, vel animali, propter quod emptor facilius inductus fuit ad emendum, ſi abeſt, vel adeſt, de quo vide *l. 1. in verbis edict. l. ædiles ajunt, 38. l. quis ſit fugitivus, 17. §. fin. & l. ſi quid venditor 18. & l. ſciendum 19. ff. de ædi. edict. & ibi* Cæpol. ubi late materiam proſequitur, Petr. Greg. *ſyntagm. lib. 25. c. 21. n. 10. & 11.* Pereir. de Caſtro, *deciſ. 74. n. 15.* hic enim continetur, 31
ſi equum, vel bovem certæ ætatis eſſe venditor dixerit, non enim edicto continetur, quæ commendandi ſervi cauſa dicta ſunt, & ſufficit mediocriter verum eſſe, quod venditor dixit, ut *in d. juribus* comprobatur. Quod intellige, ſi generaliter, non ſpecialiter quid commendandi cauſa dictum ſit, puta ſervum coquum eſſe, vel artificem, *d. lib ſciendum 19. l. ea quæ 43. ff. de contraben. empt.*

Rurſus hæc actio datur, ſi quòd ita venierit, ut ſi 32
diſplicuiſſet, redhibeatur, *ex l. quod ſi nolit 31. §. ſi quid ita ff. de ædi. edict. l. ſi convenit 6. ff. de reſcind. vend. l. ſi prædium 4. ff. de ædi. actio.* & ſi certum tempus, intra quod, ſi diſplicuiſſet, definitum ſit, conventio obſervanda eſt, etſi in perpetuum, quod redhiberi poſſit, actum ſit; ſi autem de tempore nihil conveniret, in factum actio intra 60. dies utilis emptori conceditur, de quo vide *text. ibi,* Cæpol. Pereir. de Caſtr. *d. deciſ. 74. n. 16.* Guzm. *de evict. q. 61. num. 31.*

Item datur, ſi jumentum optimè ornatum vendens 33
ornamenta emptori non tradiderit, *ex l. 1, in verbis edicti, & in l. ædil. ajunt. 38. §. vendidi autem, ff. de ædil. edict.* ubi hoc ita accipiendum Juriſconſultus inquit, ſi vendendi cauſa ornatum ductum ſit, & vide Cæpol. *ibi, & in prin.* Caballin. *de ædi. acti. c. 2. n. 39.* ubi notabile eſſe dicit, quòd propter acceſſorium redhibeatur principale, & quod intra 60. dies debet agere. Guzm. *n. 39. ubi ſup.* de quo vide Addit ad Gloſ. *l. 2. ſuprà hoc tit.* ubi vide quando ſella, frenum, & alia ornamenta venditor teneatur tradere emptori. Et de aliis caſibus, in quibus habet locum actio redhibitoria & in factum, vide Gloſ. *magnam. in l. ſi prædium, C. de ædi actio.* Cæpol. *in l. quod ſi nolit. § in factum, n. 10. ff. de ædi. act.*

Utrum

Utrum in his caſibus emptor reſcindere venditionem poſſit, vel agere quanto minoris eſſet empturus; vide Addit. Gloſſ. 2. *l.* 65. *ſup. hoc tit.* & Covar. *in reg. poſſeſſ. de reg. jur. in* 6. 2. *p.* §. 11. *n.* 5. *verſ. datur autem*, ubi ex aliis, quos citat, dicit, quòd ſi emptor nullo pacto emiſſet, agit redhibitoria; ſi vero empturus nihilominus foret, ſed non tanti, agit quanto minoris.

34 Si emptor pendente lite venderet equum, quem morboſum eſſe dicebat, videtur renuntiare liti, & actioni redhibitoriæ, *ut in l. filius, ff. de minor. l. quæſitum, §. fin. ff. ad l. Jul. de adult.* Cæpol. *in d. l. quod nolit, §. in factum, n.* 5. idem ex Petr. Jacob. Cabal. *de adil. edict. c.* 3. *n.* 11. tradit, quòd ſi emptor nolidum ſoluto pretio cognoverit equum eſſe morboſum, ſi ſcienſ hoc ſolverit pretium, videtur renuntiaſſe redhibitoriam. Guzm. *n.* 63. *d. q.* 61.

35 De libellis in his actionibus, vide Speculat. *in tit. de emp. & vend. ff. de reſcind. vend.* ubi quid ſitin libello concludendum tradit. Et de hac actione ubi agendum eſt, vide Addit. ad Gloſſ. fin. *l.* 36. *ſup. n.*... ubi actorem forum rei ſequi debere, vel in loco contractus, & ſi de reſciſſione contractus agatur, ſi ibi venditor reperiatur.

LEX LXVII.

AD TITULUM QUIBUS modis pignus, vel hypotheca ſolvitur.

SUMMARIUM.

1 *Reſciſſo contractu an hypotheca reſolvatur, n.* 2. *Si reſolvitur contractus ex cauſa neceſſaria antecedente contractui, ſolvitur pignus, ſi ex cauſa voluntaria, non, n.* 3. *Et quæ dicatur cauſa neceſſaria, quæ voluntaria, n.* 4.

5 *Si ex pacto, l. commiſſoriæ reſolvatur contractus, pignus reſolvitur, idem ſi ex pacto adjectionis in diem, n.* 6. *Idem quando ex pacto de retrovendendo,* 7.

8 *Pignus reſolvitur, ſi contractus reſcindatur prætextu læſionis ultra dimidiam, n.* 9. *&* 10. *Item, etſi emptor extrajudicialiter agnoſcendo bonam fidem rem venditori reſtituerit, non,* 11.

12 *Pignus reſolvitur, ſi dolus dedit cauſam contractui.*

13 *Pignus non reſolvitur, ſi contractus reſcindatur, quia cum eſſet tributaria pro libera fuit vendita.*

14 *Quando ob morbum, & vitium item. Contrarium, n.* 15. *Reſolvitur cognita, n.* 16.

17 *Jure datoris reſoluto reſolvitur jus acceptatoris.*

18 *Pignus reſolvitur, ſi donatio fuit facta ad certum tempus, ſeu ad vitam finito tempore. Item, quando donatio revocatur, quia donator poſteà filios habuit, n.* 19. *Item, ſi ob defectum inſinuationis, n.* 20. *Item, cum ob ingratitudinem revocatur, n.* 21. *Contrarium, n.* 22. *Item, quando donatarius non curavit alere donantem, ut promiſerat, n.* 23. *Item, etſi non eſſet pactum in donatione de alendo donatario, n.* 24. *Item, ſi donatarius non expectata ſententia rem reſtituerit, n.* 24.

25 *Idem in feudo, quando finito tempore reddit ad dominum.*

26 *Extincta hypotheca, ex d. cenſibus ſtatim credi-*

tor, etſi debitum ſit in diem, ad exactionem poteſt agere.

ADDIT. GLOSS. I.

AD Gloſſ. 1. Nota ex text. quòd ſi emptor rem emptam hypothecavit, vel pignori dedit, & emptio ex aliqua cauſa, ex quibus in hoc titulo reſcindatur, creditor, qui rem pignoratam habet, tenetur eam liberam venditori reſtituere, concluſionem ſcilicet, quòd reſciſſo contractu hypotheca extinguatur, probat *l. ſi res. ff. quib. mod. vel hypoth. ſolvat, l. ſi ex duobus,* 6. §. *ſed & Marcellus, ff. de in diem addict. l. vectigali.* 13. *ff. de pign. & l. grege,* 13. §. *ſtatu liber. ff. de pignor. & l. in diem, ff. de aqua pluvi. arcend. & in l. fin. §. ſed quia noſtro, C. comm. delegatis.* 1

Contrarium, imò quòd non obſtante, quod contractus reſcindatur, adhuc hypotheca, & pignus duret, probant, *l. ſi debitor,* 14. *ff. quibus mod. pign. l. bovem.* 43. §. *ſi quis cum, &* §. *pignus, ff. de ædil. edict.* 2

Cui difficultati cum Gloſſ. *verb. deſinere, in d.* §. *ſed & Marcellus. & in d. l. bovem.* §. *ſi pignus.* Bart. *in d. l. ſi res,* 2. *& in d.* §. *ſed & Marcellus, & in d. l. in diem.* Bald. *in tit. quibus mod. feudum amittat,* §. *rurſus ſi fidelis, n.* 1. *verſ. ſecundo quæritur.* Reſpondendum eſt, quòd aut pignus ſolvitur ex cauſa neceſſaria antecedenti, aut ſolvitur ex mera voluntate; ſi ex cauſa neceſſaria, pignus, hypotheca, & ſervitus reſolvuntur, & ſic intelligendus eſt text. *hic*, & jura cum eo concordantia: Si verò ex cauſa voluntaria ſolvatur contractus, pignus, & cætera durant, & non extinguuntur, & in hoc caſu procedunt, *d. l. ſi debitor, & d.* §. *ſi quis cum, &* §. *pignus*, hanc doctrinam, & diſtinctionem ſequitur Gloſſ. *hic*, & in ſe vera eſt, & nullus eſt, qui contradicat, cui adde Garc. *in tract. de hopotheca vivente, vel moriente reſciſ. contractu, n.* 6. *&* 7. ubi receptiſſimam dicit Boër. *deciſ.* 181. *a n.* 8. Tiraq. *de retract. conven.* §. 3. *gloſſ. unic. n.* 10. 3

Difficultas autem extat in cognoſcendo, quæ cauſa dicatur neceſſaria, ut ex ea pignus reſolvatur, & quæ voluntaria. 4

Baldus in loco *ſupr.* citato inquit, quòd tunc pignus extinguitur ex cauſa neceſſaria, cum ex anteriore, & cohærente ipſi contractui, quem refert Garc. *ubi ſupr. n.* 7. qui *in fin. d. n.* ſubdit receptiſſimam ſententiam eſſe, ut omnino reſpiciendum ſit ad naturam contractus, ita ut, ſi is ex cauſa in eo expreſſa ſit reſolubilis, eo reſoluto ex ea cauſa, dicatur reſolutus ex cauſa neceſſaria, extinguaturque pignus, ſi vero contractus ſit purus, ſimplex, nullaque conditione perfectus, licet poſtea ex accidenti reſolvatur, dicatur reſolutus ex voluntate, & ipſum pignus duret, nec hypotheca perimatur, & concludit illam neceſſariam cauſam eſſe, quæ reſultat ex natura, & ex conditione contractus. Surd. *de alimentis, tit.* 9. *q.* 42. *n.* 16. *verſ. non obſtat*, voluntariam cauſam eſſe dicit, quando jus emptoris reſolvitur, per factum proprium ipſius, ut per venditionem, renuntiationem, dationem in ſolutum, vel alios ſimiles modos: neceſſaria vero cauſa, quando reſolutio oritur ex præambulo contractus, *& in deciſ.* 286. *n.* 11. latè proſequitur, quando cauſa neceſſaria dicatur.

Pro cujus perfecta declaratione deſcendamus ad exempla, & caſus ſpeciales, in quibus hypotheca ex reſolutione primi contractus extinguitur. Primus caſus, in quo venditio reſcinditur ex his, quæ in hoc titulo continentur, eſt qui traditur *in l.* 38. *ſup. hoc* 5

hoc tit. cujus ratio est, quia ex parte emptoris non fuit pretium solutum tempore præfixo, & à principio fuit actum, quòd si tempore præfixo non solveretur, res esset inempta, quod est pactum legis commissoriæ, & in hoc casu rescisso contractu, quòd pignus, vel hypotheca, & servitus resolvatur, tradit Bart. *in l. idem, 9. ff. de aqua plu. arcend. n. 2. in fin.* quem sequitur Tiraq. *de retr. conven. §. 4. glos. unic. n. 10. vers. & per hoc inquit.*

6 Secundus est, quando venditio celebratur sub pacto additionis in diem, de quo *in l. 40. supr.* & etiam in hoc casu rescisso contractu pignus extinguitur, *ex l. si res distracta, 3. ff. quib. mod. pig. vel hypoth. fol. & l. si ex duobus, 6. §. sed & Marcellus, ff. de in diem addict.* & Gl. nostra *hic*, cui adde Boër. *decis. 181. n. 9.* Felic. *de censib. lib. 2. c. 4. n. 14.* Garc. *in de tract. de hypot. post contract. vivent. n. 2. 3. & 6.*

7 Tertius casus est *l. 42. supr.* quando res vendita fuit cum pacto de retrovendendo; de quo vide Ad. ad Gloss. 7. ubi de hac quæstione latè egimus.

8 Quartus casus est *l. 56. supr.* quando contractus rescinditur ratione læsionis ultra dimidiam justi pretii, in quo casu de jure variæ sunt DD. opiniones, & ut in eo clarè procedamus, aut emptor, qui post contractum rem hypothecavit, se ultra dimidiam læsum fuisse dicit, aut venditor. Si emptor de rescissione contractus agat, & venditor nolit restituere partem pretii, sed quod sibi reddatur ipsa res vendita, & totum pretium restituere, & tunc pignus non resolvitur, nec extinguitur, sed emptor, qui vult in causa obtinere, debet rem liberam venditori tradere, aliàs ab agendo repelletur, prout repellitur, quando eam in totum alienavit, si eam restituere non valet, ut diximus in Add. Gloss. *d. l. 56. n....* & in hoc casu contractus ex causa necessaria non dicitur resolutus, sed ex voluntaria ipsius emptoris, qui de rescissione contractus vult agere, qui ad obtinendum, rem liberam, & non deterioratam venditori tenetur reddere: & ita est de mente omnium DD. tam eorum, qui sententiam Bart. sequuntur in casu sequenti, quàm aliorum, qui cum Bald. sentiunt, ut testatur Pinel *in l. 2. c. de rescind. vend. 2. p. c. 3. n. 31. & 32.* ubi ex scripto jure, & auctoritate DD. hoc non posse negari dicit. Nec hujus resolutioni obstat text. *hic*, qui generaliter loquitur, ut *infra* dicemus *num....* nec in contrarium opinio Mantic. *de tacit. conv. lib. 11. tit. 31. num. 69.* quia se refert ad Pinel *in loco supr. cit.* qui hoc non affirmat, licèt firmaret, quòd poterat ratione, & æquitate probari, & cum contraria remanet.

9 Si venditor se læsum fuisse dicit, & emptor eligat restituere rem emptam, quam antea hypothecaverat, & non supplere pretium, quòd pignus in hoc casu non resolvatur, nec extinguatur, sed quòd vivat, & res transeat in venditorem cum onere hypothecæ, de jure communi tenent Bart. & alii, quos Gregor. Lop. refert *in gloss. 8. ad fin. d. l. 56.* quam communiter receptam esse *ibi*, & *hic* testatur, & ultra ab eo laudatos adde Bart. Cuman. & Imol. *in l. in diem, ff. de aqua plu. arcend.* Fulgos. *in l. si res, ff. quib. mod. pig.* Boër. *decis. 181. n. 8. 10. & 12.* ubi eam communiorem dicit, & alios allegat. Tiraq. *de retract. conv. §. 3. glos. 1. n. 10. in fin. & in n. 11. & 12.* ubi pro hac alios plures adducit. Felic. *de censib. l. 2. c. 4. n. 14. vers. quod si venditor.* Grac. *in d. tr. de hypotheca post contractum, à n. 23.* ubi contra Bald. eam tuetur, & veriorem dicit, & pro hac faciunt, quæ diximus *infra.*

10 Contrariam, scilicet quod in hoc casu pignus, & hypotheca extinguatur, & libera ad venditorem ab omni obligatione redeat, tenet Bald. *in d. l. 2. C. de rescind. vend. q. 3. n. 17. & ibi.* Salyc. *num. 18. vers. quæro, 15.* Paul. *n. 11.* ubi rationem esse dicit, quia transit in venditorem ex causa de præterito, & eam veriorem dicit Alex. *in addit. ad Bart. in d. l. si res, ff. quib. mod. pig. in princ.* & magis communem profitetur Socin Jun. *in cons. 119. n. 16. in fin. lib. 2.* Negusan. *de pign. p. 5. memb. 11 n. 43.* ubi contrariis respondit Gabr. Moed. *eod. tract. c. quis hypothecam constituat, n. 4.* Tiraq. *in d. n. 11.* Cremens. *in dict. l. 2. n. 189.* & *ibi* Cagn. *n. 120. & in l. 2. C. de pact. n. 199.* Alciat. *in l. debitorem, n. 2. C. de pact.* Pinel. *in d. l. 2. C. de resc. vend. 2. p. c. 3. n. 11. vers. contrariam opinionem, & n. 13. cum aliis*, ubi hanc sibi contra Bart. magis placere dicit, & contrariis satisfacit, *& n. 33.* Cachet. *dec. 65. n. 2.* Charond. *l. 6. respon. c. 48.* Mart. *decis. 132. n. 4. & 15.* Mantic. *de tacit. conv. lib. 11. tit. 31. n. 67.* Surd. *de alimen. tit. 9. q. 42. n. 17.* ubi hanc communem dicit, quidquid tenuerit Bart. & alios allegat, & faciunt, quæ ipse tradit *in decis. 286. à n. 11.* Fachin. *lib. 2. controv. c. 23.* ubi hanc quæstionem celebrem appellat, & utriusque opinionis fundamenta jactat, & huic opinioni assentitur, & contrariis satisfacit Sat. Pacif. *de Salvia. interd. inspect. 5, c. unic. n. 114.* & pro hac opinione judicavit. Senat. Tholos. ut testatur Gerard. Maynard. *decis. 69.* ubi fundamenta hujus opinionis refert, & hanc quæstionem ob varietatem Doctorum, & rationum conflictum Regia decisione dignam esse judicavit Pinel. *in pri. d. n. 11.* quod considerantes doctissimi compilatores harum legum partitarum eam per hunc text. deciderunt, & rescisso contractu ex remedio *dict. l. 2.* pignus extingui statuerunt. Unde apud nos de ea non est dubitandum, quam tenet noster Lop. *in d. gloss. 8. in fin. l. 56. supr.* & *hic*, & nostræ legis immemor ab hac opinione non esse recedendum, dixit Cevall. *q. 660.* & eam sequitur Gutier. *lib. 7. de gabell. q. 12. num. 2.* & de jure nostro Regio pignus extingui per text. *hic* tenet Villalob qui in hoc corrigi jus civile dixit, quem impugnat, & refert Olan. *in reduct. antin. lit. V. n. 5.* quia de jure communi hæc est verior, & magis communis, ut *ex supr. cit.* apparet.

Amplia hanc opinionem procedere, etsi emptor 11
non judicialitèr compulsus, extrajudicialiter agnoscendo bonam fidem rem venditori restituerit, ut contra Salyc. cessante fraude tenet Pinel. *in d. c. 3. 2. p. n. 16.* & idem sequitur Gutier. *d. n. 2.* Joan. Garc. *in dict. tract. de hypotheca post contractum vivente, aut moriente rescisso contractu, n. 27.* Surd. *de alim. tit. 9. q. 42. à n. 23.* ubi latè, quia actus voluntarius non dicitur, ad quem faciendum quis cogi poterat, *l. noviss.* ubi Bald. *ff. quod falso tut.* & tradunt citati, sed rutius esse dicit Pinel. *ubi sup. n. 17.* expectare sententiam, ne aliàs venditor oneretur probare fuisse læsum in se venditione, ut in evictione diximus in Add. ad Glos. 3. & 41. 32. tradunt Pinel. & Surd. *n. 25. & 26. ubi supr.* quia confessio ipsius emptoris, quòd læsio in contractu intervenit, tertio præjudicare non potest: nam confitendo nemo præjudicat tertio, Joan. Andr. *ad Specul. tit. de oblig. & solut. §. fin. n. 7.* Natt. *cons. 94. n. 7.* Cyn. *in l. ubi adhuc, q. 17. C. de jur. dot.* ubi ait, quod maritus confitendo se vergere ad inopiam, ut uxor possit dotis restitutionem petere, non præjudicat creditoribus, quos sequitur Surd. *ubi suprà.*

Quintus est, quando dolus dedit causam contrac- 12
tui, vel incidit in eo, & contractus annullatur, vel rescinditur, *l. 57. supr.* quo casu etiam hypotheca solvitur text. *hic*, quia in eo militant rationes casus antecedi.

Sextus

13 Sextus de quo *in l.63. ſup.* quando res tributaria vel ſervituti perpetuæ obligata ſine oneris expreſſione fuit vendita, ſi emptor reſciderit contractum, an hypotheca extinguatur? quo caſu hypothecam non extingui dicendum eſt, quia in ejus arbitrio fuit agere ad intereſſe, & rem retinere; & ſi in hoc judicio vult obtinere, rem liberam venditori reſtituere tenetur, cui reſolutioni non obſtat text. *hic*, ut dice-
14 mus. Septimus eſt, quando res propter morbum, vel vitium venditori redhibetur, de quo *in l.64.65. & 66. ſupr.* in quo caſu de jure communi hypothecam, & pignus non extingui probat in ſpecie text. *in l. bovem, §. pig. ff. de ædi. edict. l. ſi debitor. ff. de quib. mod. pig. hypot. ſolvit.* & ſic eſt omnibus receptum, & tenet Gloſ. *hic*, quia emptor redhibet rem ex ſua voluntate.

15 De jure noſtro Regio contrarium ſtatutum videtur per text. *hic*, quem ad concordiam juris communis reducere conatur Noſter. Lopet. & varias ſolutiones aſſignat pro evitanda correctione, & tandem iterum, atque iterum cogitandum relinquit, inquit enim *in verb. contrarium*, quod pignus extinguitur, etſi reſolutio fiat ex voluntate emptoris, *ex text. hic in l. lex. vectigali. ff. de pig.* & ipſe reſpondit, in eo caſu ideo extinctam fuiſſe hypothecã ex facto voluntario poſſeſſoris, quia non fuit directè ordinatum, ut res rediret ad auctorem, ex Bar. quem citat, aliam rationem adducit Garc. *ſup. n.* 10. dicens, quod ideò hypotheca extinguitur, quia licet is, qui non ſolvit canon, vel committit feloniam, libens, ac volens, ſciens, ac prudens deſtruat contractum, & pignus durare videatur, tamen quia reſolutio contractus contingit ex cauſa neceſſaria, nempe ex ipſo contractu, & ex natura ipſius rei reſolubilis ex eventu conditionis, magis inſpicitur natura ipſius contractus, quam voluntas directa, vel indirecta *in d.l. lex. vectigali.* quem vide, Sarmiẽ. *l.6. ſelectæ. c.7. n.4.* ubi de interpretatione dictæ legis agit. Hac ſolutione rejecta Gl. tranſit ad aliam, & dicit hanc legem limitari, quatenus diſponit in caſibus, in quibus reſolutio fit quodammodo, ex voluntate emptoris, & ex facto directè ab eo ordinato per eum, ut procedat quando fuit lata ſententia ſuper reſolutione venditionis, & redhibitione rei, quia tunc videtur diſſolvi ex cauſa neceſſaria, quia ex ſententia datur ei actio in factum venditori, ex Bal. De qua Baldi doctrina vide Addit ad Gl. 7 *l.65. a. n.5.* ipſe vero agnoſcit intellectum divinatorium eſſe, & ideo cogitandum relinquit; & nimis reſtringeret deciſionem hujus legis, nam emptore agente pignus non extingueretur: & ſic relicta hac interpretatione tranſit ad aliam, dicens in codice manuſcripto deficere verba illa *en las leyes antes dotta*, & tamen iterum relinquit cogitandum.

16 Ego vero, cum de conciliatione hujus legis cum jure communi agitaſſem, ſic fortaſſe hoc dubium reſolvi poſſe exiſtimo, ſcilicet in redhibitoria actione text. iſtum non loqui, & ſic juri communi, quatenus ex eo probatur, quòd redhibita re pignus non reſolvitur, ſtandum eſſe: moveor ad ſic ſentiendum *ex text.* ibi *Entonce el que toma la coſa àpennos tenudo es de la tornar à el vendedor cuya fue.* Ex quibus verbis conſtat procedere, & loqui, quando venditor erat actor, & rem venditam ab emptore, & ab eo, cui pignori data erat, exigebat, ut in caſu legis commiſſariæ, additionis in diem, pacto de retrovendendo, læſionis ultra dimidiam, & quando dolus dedit cauſam contractui: non vero quando ipſe emptor agit ex capite læſionis, vel quia res retributaria vel ſervituti obnoxia erat; nec quando agit redhibitoria; nam ad obtinendum in his judiciis rem, quam à venditore accepit, reſtituere tenetur liberam, & abſque ulla deterioratione, ut *in l.* de his contractibus loquentibus *ſup. diximus*, & ſpecialiter in hoc judicio, ut emptor pretium à venditore conſequi poſſit, rem emptam cum fructibus, & acceſſionibus prius præſtare debet, *ex d.l. ædiles etiam §. fi.* & diximus in Addit. Gl. 5. *a n. 2. l.65.* Et cum de jure communi dubitaſſet Carrocius, cur pignus poſt redhibitorem in damnum venditoris maneret, *in deciſ. 117. ex n.14.* dicit non videre, quomodo in caſu *d.l. ſi debitor*, & *l. bovem, §. pignus*, conſiderari poſſit nova cauſa, & actus voluntarius, cum ſimus in redhibitoria, quæ oritur ex antiqua cauſa orta ante pignorationem, & redhibitio fiat de neceſſitate jure cogente, & *in n.16.* concludit, ideo non extingui pignus, quia emptor, qui rem obligavit, cogitur eam liberare ab onere impoſito & demum redhibitoria agere. Excluditur enim volens hac actione agere, ſi rem liberam non tradit, quemadmodum, ſi eam alienaſſet, ut inquit I.C. *in d. §. pignus*, cum ex facto ſuo ſit privatus facultate tradendi, ut in alienante etiam lite pendente diximus Addit. Gloſ. *fin. in l. antec. n.* & in caſu læſionis ultra dimidiam, & in Add. Gloſ. 10. *limit. 3. l.56.* & qui rem liberam non tradit, eam tradidiſſe non dicitur, ut diximus in Addit. Gloſ. 4. *d.l. 56. n.* eadem ratione legislator *hic* non egit, niſi de caſibus, in quibus venditor reſcindere contractum deſiderat ex cauſis *ſupra* enumeratis; nam cum ipſe convenitur, ſatis ei ſuccurſum eſt per exceptionem non implementi ex parte emptoris, ſi rem liberam non reſtituat, & per retentionem pretii. Qui intellectus non eſt divinatorius, ſed litteræ *text.* conformis, & ex eo evitatur correctio litteræ, & juris communis, & ad concordiam ejus reducitur, ad quod has, & partitarum reducendas fore, reſtatur Covarr. *lib. 1. variar. cap. 14. num. 5.* Olan. *in reductio. antinomi. animadverſ. 2.*

Ultra caſus, qui in hoc *tit.* continentur, ad quos 17
lex iſta ſe refert, ex celebri juris axiomate, quod habet, quòd reſoluto jure datoris, reſolvitur jus acceptatoris, reſoluto contractu in aliis caſibus, de quibus *infra*, extinguitur hypotheca, vel pignus, quod juris axioma probat *lex. vectigali. ff. de pigno. leg. Statius Florus, §. Cornel. Fellici. ff. de jure fiſci. l. quod ſi pendente, §. ult. ff. de peri. & comm. rei vendi. l. peto. §. ſi prædium, ff. de legat. 2. l. 1. & 2. C. ſi pign. pin. dat ſit. c. nuper. de donat. inter. vir. & uxor. l. ſi is, §. 1. ff. quemadmod. ſervi. amit. l. minor. §. ſin. ff. de peric. & commod. rei vend. l. ſiquis domum. ff. locati, l. ſi finita. §. ſi de vectigalib. ff. de publica. 1. §. rurſus*, ubi Bald. *quib. modis feud. amit. c. 1. §. quid ergo ſi pretio. §. fin. de inveſtitu. facta de re aliena, c. fin. ne Præla. vices ſuas. l. 35. tit. 13. infra.* Dec. Gozadin. & alii, quos ſequitur Felician. *de cenſib. l. 2. c. 4. n. 14.* Bapt. Coſta. *de retrotractu. caſu. 1. cap. 8. per tot.* Tuſch. *lit. R. concl. 272.* ubi latè explicat, & limitat. Carror, *deciſ. 117. ex n. 11.* ubi ſex modis declarat, & limitat hanc regulam, & vide Addit. ad Gloſ. 2. *d.l. 35.* ubi de ex etiam egimus, continuando caſus *ſupr.* traditos.

Octavus caſus eſt *l.7. tit.4. ſupr.* quando donatio 18
alicui facta fuit ad tempus certum, vel pro vita donatarii, & poſt ejus mortem alicui tertio, vel quando hæres fuit gravatus rem poſt mortem ſuam reſtituere, nam in his caſibus extinguitur hypotheca, *d. leg. Statius Florus, §. Cornelio. Felici.* Felician. *d.n.14.* Socin. Jun. *conſ. 119. à n. 15. l. 2.* Surd. *de alimentis tit. 9. q. 42. n. 5. 1.* ad. Molin. *de Hiſpan. primog. l. 1. c. 12. n. 32. & 33.* Mantic. *l. 11. tit. 31. n. 73.* ubi de fundo legato uxori, ſi non nupſerit, quæ fundum hypotheca-

thecavit, & postea nupsit; & de fundo restitutioni subjecto ex causa fideicommissi, & ex causa donationis.

20 Casus 9. est *l.* 8. *d. tit.* 4. quando donatio alicui facta revocatur ex eo, quòd donator postea filios suscepit? nam, si interim donatarius rem donatam hypothecavit, hypotheca extinguitur, & libera ad donatorem revertitur. Tiraq. *in l. si unquam, C. de revo. donat. verbo. revertatur num.* 330. ubi plures refert. Jacob. Ferret. Tolos. *in addit. ad Guid. Pap. decis.* 428. Mantic. *d. tit.* 3. *num.* 78. Fontan. *de pact. nupt. 2. tom. claus.* 5. *glos.* 8. *p.* 3. *n.* 72. *&* 73.

Casus 10. est *in l.* 9. *ejusdem tit.* 4. quando ex defectu insinuationis donatio revocatur; hoc enim casu; quia rescisio procedit ex voluntate donatoris, qui non curavit insinuare, cùm posset; subsistunt omnes obligationes, & hypotheca non extinguitur, nec servitus, ad quam medio tempore res donata fuit obligata. Bart. & Cumian. *in l. in diem, ff. de aqua arcenda*, idem Bart. *in l. si res ff. quib. modis pig.* Alberic. *in l. 2. col.* 4. *vers. item quæro vendidi. C. de rescind. vend.* Alex. *cons.* 45. *col.* 2. *vol.* 5. Fabian. à Mont. *de empt. in* 4. *q.* 7. *q. princip.* & alios refert Surd. *de alimentis tit.* 9. 42. *n.* 11. & vide Add. ad Gl. *fin. d. l.* 9. *in fin.*

Contrarium, imò quòd etiam in hoc casu hypotheca extinguatur, tenent Bald. *in d. l.* 2. *C. de rescind. vend. q.* 13. *n.* 17. Alex. ad Bart. *in l. si res, ff. quib. modi pign. vel hypot.* Neguf. *de pignor.* 1. *membr.* 5. *p. n.* 43. *& seq.* quos sequitur Surd. *ubi sup. num.* 18. Mantic. *lib.* 11. *tit.* 31. *n.* 74.

21 Casus 11. est *in l.* 10. *d. tit.* 4. quando donatio revocatur, propter donatarii ingratitudinem, quo casu rem liberam ab hypotheca medio tempore per donatarium super te, donata imposita ad donatorem extincta hypotheca redire docet Alberi. *in l. bis solis, C. de revocan. donat.* & eum sequitur Ripa, *in l. ultim. C. de revocan. donat. q.* 42. *n.* 146. Pinel. *in l.* 2. *C. de rescind. vend.* 2. *p. c.* 1. *n.* 19. Mantic. *d. tit.* 31. *n.* 76.

22 Contra hanc opinionem arguit Sarmient. *l.* 6. *select. c.* 7. & eam falsam, & contra notissima juris principia esse dicit, quia ei obstat *l. bis solis, C. de revoc. donat. & l. fin. ibi.* ubi statuitur, quòd alienata ante ingratitudinem, ne fiat præjudicium tertio, non possunt revocari, ergo neque hypotheca revocabitur, per quam jus reale tertio fuit acquisitum, nam licet dominium ex pignore, vel hypotheca in creditorem non transferatur, jus tamen in re constituitur, ex quo alienatio fieri permittitur, nisi debitum solvatur, ideò alienatio necessaria censetur. *l. si pupillorum, §. si pupillus, ff. de reb. eor.* si verò donatarius liberè res donatas potest alienare, donare, & permutare, & resoluta donatione non possunt revocari, similiter hypotheca legitimè contracta non videtur posse dissolvi. Cui rationi, & argumento Mantic. *d. tit.* 31. *n.* 77. fatetur non posse responderi, & subsistit, quia non vidit rationem diversitatis, & differentiæ inter alienationem, & hypothecam, ex quibus resolvit Sarmien. *ubi supr. in fine, vers. denique*, quòd quidquid juris fuerit apud ingratum, revocatur, & quicquid fuerit apud tertium, illæsum remanet. Sed si hæc de jure procedunt, etiam, quando emptio revocatur ex causa læsionis ultra dimidiam, pignus extingui debet, nam exemptori, antequam de læsione agatur, licet rem emptam alienare, & venditori contra tertium possessorem non datur actio, nisi titulo lucrativo, vel cum eodem morbo læsionis res ad eum pervenit, ùt diximus, *in l. glos.* 7. *l.* 56. & in hoc casu *ex text. hic*, & secundùm magis veram opinionem hypotheca extinguitur, ergo idem dicendum est in extinctione hypothecæ, quando donatio revocatur ex causa ingratitudinis.

Cui difficultati respondit Mantic. *in d. n.* 77. *vers. sed potest dici*, quòd facilius tollitur jus pignoris, quàm dominium, quod perfectè in alium est translatum; sed jus pignoris adhuc pendet, & ideò cùm debitor ingratus fiat, & ob ejus culpam donatio revocetur, absque nexu hypothecæ liberè res donata ad donantem revertitur per regulam *suprà* dictam, quòd resolutio jure datoris resolvitur jus acceptatoris, *& in n. anteced. vers. nec obstat.* dicit, quòd *d. lex. bis solis*, intelligitur, quando propriè res donatæ fuerunt alienatæ, hoc est, si dominium fuit translatum, juxta *l. alienatum, ff. de verb. obligat.* ubi vide, & Addit. ad Gl. *fin. d. l.* 10. *tit.* 4. *sup. n.*

Casus 12. est, quando donatarius, qui non curavit alere donatorem, uti promiserat, privatur re donata, & ad donatorem res donata revertitur, quo casu etiam hypotheca, vel aliud jus impositum super re donata extinguitur. Alex. *cons.* 93. *n.* 4. *vol.* 2. & hanc veriorem dicit, & latè comprobat Surd. *de aliment. tit.* 9. *q.* 42. *num.* 1. *cum* 7. *seq. & in num.* 15. *cum.* 5. *seq.* ubi alios allegat.

Amplia 1. hanc sententiam ex eodem Surd. *in d. q.* 42. *n.* 21. ut procedat etiam, quando in donatione non erat pactum de alendo donantem; quia donatarius etiam circumscripto pacto donantem alere tenetur, ùt diximus Addit. Glos. *l. d. tit.* 4. & eo deficiente revocatur donatio, & res libera ad donatorem revertitur extincta hypotheca.

Amplia 2. procedere ea quæ dicta sunt, etiam si donatarius non expectata sententia judicis donatori rem restitueret, ex eodem Surd. *ibi a. n.* 23. ubi latè declarat, & ex his, quæ adduximus *sup.*

Casus 13. est in emphyteusi, vel feudo, quando finito tempore redit ad dominium, vel quia canonem solvit, de quo vide addit. Gl. 9. & 10. *l.* 28. *tit.* 8. *infr.* ubi latè de aliis modis quibus pignus, vel hypotheca solvitur, & Addit. ad Glos. 35. *tit.* 13. *infrà* ubi latè.

Extincta hypotheca in casibus, de quibus *suprà*, statim creditor, etiam si dies solutionis non venerit, ad exactionem debiti, pro cujus securitate res erat hypothecata, agere poterit ex text. *hic*, & confirmatur ex traditis *sup.* in Addit. Glos. 1. *l.* 63. *num.*.. quod intellige, & limita nisi aliàs securum esset debitum in aliis bonis debitoris, ùt *in d. n.* 22.

SUMMARIUM.

1 *Pactum de non alienando cum hypotheca an impediat dominii translationem, & an sufficiat generalis, & quid si generale pactum de non alienando processerit, seu requiritur specialis.* 2. 3. *&* 4. *& quid si de retinenda re, & non vendicanda agatur* 5. *Et d. pactum cum speciali hypotheca operatur, ut colonus à singulari rei successore expelli non possit.* 6. *Et ut virtute d. pacti contra tertium exequi possit n.* 7.

ADDIT. GLOSS. II.

AD Glos. 2. in *l.* 43. *sup.* statutum est dominii translationem non impediri per pactum de non alienando appositum in contractu, & eo 1

non obstante, si res prohibita alienari alienetur, & tradatur, dominium in tertium transire, de quo vide Addit. *ibi* ad Glos. 1. 4. & 5. ubi concordantes de jure communi adduximus, & ampliavimus.

Quo supposito nota ex text. *hic* unam limitationem ad dictum conclusionem, scilicet quando intervenit hypotheca favore creditoris, & postea interponitur pactum de non alienando, quo casu, si res prohibita alienetur, venditio non valet, cui adde ea, quæ adduximus *in d. glos.* 4. ubi latè eam comprobavimus.

2 Dubium versatur, utrùm generalis hypotheca bonorum simul cum pacto de non alienando sufficiat, vel specialis hypotheca requiratur, in qua quæstione, quòd specialis hypotheca necessaria sit, & quòd generalis omnium bonorum non sit sufficiens, tenent Bar. *in l. si quis ita, §. ea lege, ff. de verbo obliga.* ubi ponit exemplum in re specialiter obligata, & *ibi* Imol. & Aretin. Bart. Imol. Roman. *in l. qui abscati, §. 1. de acquir. possess.* & plures alios ex antiquioribus pro hac opinione refert. Anton. Gabr. *l. 3. commun. opin. tit. de pig. & hypothec. conclus. 1. n. 3.* ubi communem dicit, & *in n. 5. in fine.* Roderic. Suarez, *in l. post rem judicatam, in declaratione legis Regni, limitat. 1. n. 11.* & *ibi* Valdes. & Anton. Gomez, *in l. 40. taur. n. 19. vers. superiorem tamen.* Covar. *l. 2. variar. c. 15. num. 3. vers. ultim. est ad hæc,* ubi hanc opinionem frequentiori calculo ut communiorem esse receptam. Gutierr. *in repetitione, l. nemo potest, ff. de legat. 1. n. 57. & 58.* ubi latè de hac quæstione agit, & eam sequitur, & eam etiam tenet *de juramen. confirmat. 1. part. cap. 45. n. 3.* Mant. *de tacit. & ambig. convent. l. 4. tit. 30. n. 12.* & magis communem testatur Ferdinand. Loazes, *in l. filius famil. §. divi, n. 441.* Franchis, *decis. 355. n. 4.* And. Tiraquell. *de retractu, conven. §. 3. n. 8.* & veriorem, & magis receptam dicit Peregrin. *de fideicom. art. 51. n. 77.* Neguf. *de pigno. 1. membr. 2. part. princ. n. 5.* Rodriguez, *de annuis redit. l. 2. q. 9. n. 59. vers. contrarium, imò quod pactum,* ubi eam rationibus, & auctoritatibus comprobat. Avenda. *de censib. c. 85. n. 13. & 14.* ubi jura, in quibus hæc opinio fundatur, tradit Castill. *l. 5. quotid. controvers. c. 80. n. 22.* & hanc veriorem dicit Fontan. *de pact. nupt. cl. anf. 4. glos. 25. n. 60.* & plures idem allegat, & hanc magis communem acclamat Pet. Surd. *cons. 399. n. 4.*

3 Contrariam opinionem, imò quòd generalis hypotheca bonorum cum pacto de non alienando sufficiat, & dominii translationem impediat, tenent Bart. Bald. Angel. Salyc. Paul. Abb. Alex. Corn. Chasan. Brun. Guid. Pap. Gozad. Socin. Jun. Gratus, & Ruin. quos refert. Gabr. *l. 3. commun. opin. tit. de pign. concl. 1. n. 4.* & Ferdin. de Loaze, eam dicit communem *d. n. 441.* Neguf. *n. 6. ubi supr.* Gregor. Lopet. *n. glos. 5. circa finem, vers. nota tamen, in l. 9. titul. 8. infrà hac part.* & in Glos. 3. *l. 73. titul. 18. part. 3.* ubi magis communem dicit. Villalob. *in suo erario, lit. A. 139. & 140.* Roland. *consil. 6. n. 26. l. 1. & consil. 62. n. 3. l. 2.* Eman. Suarez, *in Thesaur. recept. sentent. verb. alienatio, & verbo, prohibitio,* qui magis communem, & veriorem esse affirmat. Parlador. *l. 2. rerum quotid. c. fin. 4. p. 3. §. 5. n. 17.* ubi dicit quòd huic opinioni magnoperè suffragatur Glos. *verb. enumerentur, in l. omnes, C. de præscript. 30. vel 40. anno,* quæ ait, tantùm valere aliquid generaliter dici, quantum si specialiter singula enumerarentur. Cevall. *commun. contr. comm. 2. tom. quæst. 673. vers. sed contraria,* ubi veriorem esse dicit, & pro ea facere *l. 37. tit. 18. p. 3.* ubi advertit Gregor. Lopet. *ibi* ubi vide Addit. quia vide Flami. Cartar. *decis. 104. n. 3.* ubi pro hac judicatum refert, ex quibus constat quàm controversa est hæc quæstio inter Doctores.

Sed prima opinio, quòd specialis hypotheca requiratur simul cum pacto de non alienando, verior, & tenenda est. Quam amplia, etsi cum hypotheca generali adjiciatur clausula irritans dicendo, quòd si aliter fiat, alienatio sit nulla, ut cum Vincen. de Franche. *decis. 355.* tradit Gasp. Rodr. *in d. l. 2. q. 9. n. 59.* vide Addit. *in d. l. 37.*

Limita 1. quando cum hypotheca generali esset pactum generale de non alienando, de quo vide Addita ad Glos. 5. *dict. leg. 19. vers. nota tamen, & in vers. cura non possit isto casu,* ubi sic conciliari has contrarias opiniones diximus vi- 4
de *ibi* Addit.

Limita 2. si simul cum pacto de non alienando, & hypotheca generali interveniat juramentum, quòd habet vim specialis hypothecæ, de quo & de aliis limi. vide Addit. ad Glos. 4. 5
l. 43. suprà.

Limita 3. si non ageretur de vendicanda re alienata, vel de exequendo instrumento contra tertium possessorem, sed de retentione alicujus rei, quam possidet ille, in cujus favorem pactum fuit interpositum. Anton. Gabr. *l. 3. comm. opin. tit. de pign. & hypothec. concl. 1. n. 5.* Petr. Surd. *consil. 399. n. 4.* ubi hanc limitationem sequitur alios modos impediendi alienationem. vide Glos. 4. *dicta l. 43.*

Utile enim est hoc pactum cum hypotheca speciali, ut primus emptor præferatur secundo cui 6
priùs fuit res tradita per venditorem, de quo in Addit. Glos. *l. 50. n. 32.* Et ut colonus expelli non possit à singulari successore à re conducta, de quo vide Addit. ad Glos. 5. *leg. 19. titul. 8. in-* 7
frà hac parte.

Operatur etiam, ut instrumentum exequi possit contra tertium possessorem rei hypothecatæ cum pacto, quòd non possit alienari, donec debitum solvatur, de quo vide Addit. ad Glos. *in fin. l. 14. tit. 13. infra hac part.*

Nota ex hoc *text.* approbari lecturam *l. si creditor, §. fin. ff. de distract. pign.* quæ habet nullam esse venditionem, & Adde. Joan. Gutierr. *in repetit. l. nemo potest, n. 28. ff. de leg. 1.* Mantic. *de tacit. convent. l. 4. tit. 30. n. 6. cum 3. sequent.*

Quibus finem. 1. parti imponimus humiliter parati. S. Romanæ Ecclesiæ correctioni cui hæc, nos, & omnia nostra in omnibus submittimus, & cujuslibet rectiùs sentientis judicio, & si quid mali fuerit, nobis parcendum, sed, si quid boni, soli Deo omnipotenti, & Deiparæ Virgini Mariæ tribuendum, cujus divino fieri auxilio, sicuti sua gratia hanc Additionum, Annotationum, & Resolutionum partem nobis etsi indignis absolvere dignatus est, reliquis ad omnes doctissimi Gregorii Lopetii Glossas in septem partitas optatum imponere exitum speramus ad laudem & Gloriam sanctissimæ, & individuæ Trinitatis, & Immaculatæ Conceptionis.

INDEX

INDEX

Rerum, Verborum, & Notabilium, quæ in his duobus Tomis primæ partis in quintam Partitam continentur.

G. *gloſſam.* gg. *gloſſas.* p. *prologum.* r. *rubricam.* t. *titulum.* l. *legem.* n. *numer.* p. *paginam.* v. *vide ſignificant.*

A.

Abbas, Abbatia.

ABBATES in ſynodo primum locum poſt Epiſcopos obtinent, g. prolog. n. 70. pag. 10.

inter Abbates ſunt dignores, qui utuntur mitra, & habent privilegium ponendi. ibid. n. 72

Abbatia refertur inter dignitates inferiores, & non inter excellentes, & ita, licet exempti, non poſſunt uti mitra auriphrigiata. ibid.

Abbates jure noſtro non dicuntur *ſennoria.* ibid.

De præcedentiis inter Abbates, vide *Præcedentia.*

Abſolutio.

Abſolutio juramenti an ſit neceſſaria, & ſit concedenda, ut tam minor, qu m major læſi enormiſſimè, aut enormiter poſſint agere. Vide, *Læſio.*

Abſolutiones an ſint tot neceſſariæ, quot ſunt juramenta. Si adſit promiſſio de eas non petendo, vel ſi caſu, quo impetretur abſolutio, iterum juramentum repetatur, an poſſit concedi, & peti, g. 11. l. 56. t. 5. n. 92. & 93. p. 83

ad Abſolutionem juramenti quis Judex ſit competens? ibid. n. 96. & 97.

ad Abſolutionem petendam eſt neceſſaria citatio partis. Ad effectum agendi, ſeu excipiendi poteſt abſque partis citatione concedi, & quando ſtylo debeat peti, ibid. n. 100. & 101.

Abſolutionis juramenti effectus: & abſolutio quomodo concedenda ſit. ibid. n. 102.

Abſolutione conceſſa an contractus annulletur, ibid. n. 103.

Abſolutio an ſit præſtanda ei, qui in perjurium incurrit. ibid. n. 104.

Acceptatium.

Acceptatio tacita quando præſumatur, g. 1. l. 4. t. 4. n. 21. & 22. p. 310

Acceptatio in emptione, renuntiatione, privilegio, ſeu in electione favore alicujus facta, requiritur, ut irrevocabilis fiat, ibid. n. 34. p. 112

Acceptatio donationis an poſſit fieri ab hærede, vel poſt mortem donantis. Vide *Donatio.*

Acceſſorium.

Acceſſorio evicto evictionis actio datur, quoad intereſſe. g. 1. l. 32. t. 5. n. 188. p. 584

Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis, reſciſo principali an omnes clauſulæ, & juramenta annullentur, g. 3. l. 56. t. 5. n. 35. p. 763

Accreſcendi jus.

Accreſcendi jus habet locum in donatione cauſâ mortis data conjunctione, ſicut in legatis, g. 1. 2. & 3. l. 11. t. 4. n. 7. pag. 284

Accreſcendi juri eſt locus, ſi quis proprio, & alieno nomine emat, ſi alter nolit contractum ratificare, g. 1. l. 48. t. 5. n. 4. p. 674

Accreſcendi jus habet locum in contractibus, & quando non habeat, ibid. n. 5.

Acquiſitio, nova non dicitur, quando is, in quem agitur ex beneficio læſionis eligi, & ſupplet juſtum pretium, ideo non eſt locus retractui. Vide, *Retractus.*

Actio. Agere. Actor. Actus.

Actio exercitatoria, & inſtitoria. Vide *Exercitatoria, Inſtitoria.*

Actio arbitraria. Vide *Arbitraria actio.*

Actio rerum amotarum datur marito in uxorem ad conſequendum damnum, & intereſſe, g. 3. l. 20. t. 1. n. 225. p. 151

in Actionibus arbitrariis venit intereſſe lucri ceſſantis, n. 245. p. 154

Actio quanto minoris ſolum datur adverſus vendentem, bona fide tigna vitioſa, non ad intereſſe, n. 269. ibid. p. 157

Actio commodati, vide *Commodatum.*

Actio perſonalis, ſi concurrat cum reivendicatione, qui habet facultatem rei reſtituendæ in ſolidum tenetur, ſecus ſi cum ea non concurrat, g. 1. l. 5. t. 2. n. 5. & 6. p. 189

Actio ad rem competit, licet res ſit perempta, & in condemnatione veniat æſtimatio, g. 6. l. 9. t. 2. n. 13. p. 211

Actio pœnalis quando detur in hæredes. Vide *Hæres.*

Actio depoſiti. Vide *Depoſitum.*

Actio perſonalis competit ei, qui fuit ſubſtitutus primo donatario, g. 3. l. 7. t. 4. n. 3. 4. & 5. p. 327

Actio perſonalis non datur contra tertium, etſi ſit orta ex contractu habito reſpectu ad rem, nec in ſubſidium: niſi favore ultimæ voluntatis, vel quando poſſidens dolo eſſet particeps, vel ſi tertius poſſideat ex cauſa lucrativa, vel favore dotis. De aliis quatuor remiſſivè, ibid. n. 4. p. 328

Cum eſt in rem ſcriptam contra tertium ſingularem ſucceſſorem datur, ibid. n. 6.

Actiones perſonales in rem ſcriptæ ex quibus cognoſcantur, quæ ſint mere perſonales, n. 7.

Actio perſonalis quando adverſus tertios poſſeſſores in ſubſidium detur, & quando competens ex pacto de retrovendendo contra emptorem, g. 7. l. 42. t. 5. n. 6. pag. 652
Actio ad ſupplementum legitimæ, vide *Legitima.*
Actio, quam minor, ſeu Eccleſia habet ad rem, ſine ſolemnitate vendi non poteſt, g. 2. l. 4. t. 5. n. 32. p. 417
Temporalia ad agendum, quando ſint perpetua ad excipiendum, g. 11. l. 4. t. 5. n. 12. p. 440
Actio pro mala adminiſtratione datur minori contra tutorem, vide *Adminiſtrator, Tutor.*
Actiones bonæ fidei; & judicia bonæ fidei idem ſunt, g. 2. l. 18. t. 5. n. 82. p. 562
Quæ actio competat adverſus alienatam rem prohibitam alienari, vide *Prohibitio.*
Actiones, quam ſpeciem bonorum conſtituant, & an judicentur inter immobilia, vel mobilia, g. 2. l. 55. t. 5. n. 14. p. 727
Actio quod metus cauſa datur metum paſſo, & adverſus quos, eſt perſonalis, & in rem ſcripta, reliqua quoad hanc actionem, vide *Metus.*
Actiones pœnales in hæredes dantur, quatenus ad eos pervenit, contra hæredum hæredes, etſi nihil ad eos pervenerit, g. 1. l. 56. t. 5. n. 39. 41. & 42. p. 748
Actio datur in judiciis univerſalibus, quando pretium ſuccedit loco rei, n. 50. p. 750
Actio minus æſtimatur, ac res, g. 6. n. 93. p. 791
Actio d. l. 2. læſo competens eſt perſonalis ex contractu deſcendens, g. 7. l. 56. n. 38. p. 806
Læſionis actio contra quos detur, vide *Læſio.*
Ex ea primus, & ſecundus emptor poſſunt conveniri in eodem proceſſu, n. 51. p. 807
Actiones perſonales an ad ſingularem ſucceſſorem vel in eum tranſeant, ſi non ſint ceſſæ, n. 53. ibid.
Actiones perſonales non tranſeunt ad creditorem, qui judicis auctoritate in rem ſucceſſit, vel fuit miſſus in poſſeſſionem bonorum ſui debitoris, niſi ei ſint ceſſæ, ibid.
Actio doli ad damna, ad malam fidem, ad impediendam præſcriptionem, & lucrum fructuum non tranſit in tertium bonæ fidei rei poſſeſſorem, g. 8. n. 11. p. 809
in Actione ex *l. 2. C. de reſcind. vend.* an res ſit in obligatione? & pretii ſupplementum in facultate ſolvendi, g. 10. n. 1. & ſeq. p. 817
Actio, & obligatio orta reſpectu rei tollitur, & extinguitur perempta re, n. 2. ibid.
Actio quanto minoris quanti æſtimetur, & quod tempus debeat inſpici, datur emptori contra venditorem ignarum, ſi ſimpliciter vendat rem onere ſervitutis, ſeu tributi ſubjectam, ſeu ſi vitioſam, ſi vitium, aut morbum ignoravit, & non redhibitoria, gg. l. 63. t. 5. n. 7. p. 850. gg. l. 64. n. 2. p. 193. Datur intra annum emptori in venditorem ſcientem rei morbum, ſeu vitium, & non manifeſtantem, ſi nolit reſcindere contractum, ibid.
Actio quanto minoris, in quo differat à redhibitoria, & à remedio, *l. 2. C. de reſcind.* n. 3. & 4. ibid.
Actio quanto minoris eſt favorabilis, & extenditur ad cujuſque rei alienationem. Ad quos contractus extenditur, vide *Redhibitoria.*
Actio quanto minoris una ſola eſt, gg. l. 64. t. 5. n. 28. p. 856. Intra annum præſcribitur; quæ vero pro prædiis, ſeu aliis rebus, quæ non facile corrumpuntur datur, perpetua eſt, diſtinctione facta ſcientiæ, vel ignorantiæ, g. 5. & 6. l. 65. n. 16. p. 859. Tempus à quo die curat, n. 17. ibid.

Actori.

Actori an reo potius ſit favendum, vide verb. *Reus.*
Actoris in electione eſt reſciſionis actione ex beneficio, *l. 2. C. de reſcind. vend.* vel rem, ſive ſupplementum, ſive utrumque poſtulare, g. 7. l. 56. t. 5. n. 31. pag. 805
Actor agens rei vendicatione an poſſit actione mutare, & agere ob læſionem. Et quid de jure communi, & de jure noſtro regio, n. 37. ibid.
Actor an queat primam cauſam non proſequi, & aliam intentare, ibid.

Actus.

Actus perfectus non infirmatur, ſi perveniat ad caſum, à quo incipere non potuit, g. 1. l. 1. t. 1. n. 21. p. 24
Actus agentium ſecundùm eorum intentionem ſunt judicandi, & præſumuntur facti eo modo, quo ſortiantur effectum, g. 4. l. 2. t. 3. n. 15. p. 219
Actus corruit deficiente uno ex requiſitis de ſubſtantialibus, ſi ad ejus validitatem plura requiruntur, g. 6. l. 4. t. 5. n. 16. p. 426
Actus in dubio præſumitur ſpontaneus, niſi non ſi veroſimile ſponte non fuiſſe factum, g. 2. l. 56. n. 31. p. 764
Actus impugnans poteſt ex actu ſe juvare, donec pendet impugnatio, g. 11. l. 56. t. 5. n. 155. p. 838
Ex Actu quem quis impugnat commodum percipere non poteſt ſi ex ipſomet actu vult ſentire commodum, ſecus ſi ex alieno, ibid. n. 152.
Actuum vicinitas, ſeu frequentia inducit dolum, g. 3. l. 57. t. 5. n. 12.
Actum inſoluto inducit dolum, ibid. n. 10.

Additus.

Additus præſtandus eſt ad vicini domum reædificandam, g. 1. l. 3. n. 25. p. 400. vide *via.*

Adjectio.

Adjectione, vel adjudicatione facta creditori an detur remedium, *l. 2. C. de reſcind. vend.* g. 4. l. 56. t. 5. n. 22. & 23. p. 769. & n. 103. p. 777.
Adjudicatio rei in publica ſubhaſtatione venditæ à judice facta, quando ſit nulla, vide *venditio, datio inſolutum.*

Adminiſtrator.

Adminiſtrator quando teneatur ratione adminiſtrationis, vide *Tutor.*
Adminiſtratori an debeatur ſalarium, vide *Salarium.*
Adminiſtrator an poſſit emere, aut vendere, g. 9. l. 4. t. 5. n. 19. p. 436
Contra Adminiſtratorem, ſeu curatorem datur actio ob malam adminiſtrationem, g. 12. l. 4. t. 5. n. 41. p. 444
Adminiſtrator fidem de pretio non poteſt habere, g. 1. l. 28. t. 5. n. 17. p. 550
Adminiſtrator quivis, ſeu officialis fiſci, aut reipublicæ, quando ex alieno præſumatur ditatus, g. 1. l. 49. t. 5. n. 8. 9. & 11. p. 681
Emens quando præſumatur ex pecuniis alienis emiſſe, vide *Emptio.*
Adminiſtrator, qui à Rege, vel republica pecuniam accepit, & in uſus ſuos convertit, non tenetur omne, quod lucravit, reſtituere, ſed pecuniam cum legitimis uſuris, g. 3. l. 49. t. 5. n. 12. p. 684. Vide *Eccleſia.*

Advena.

Advena quando ſortiatur forum contractus. Vide *Forum.*

Adulterium.

Adulterium ad probandum ſingula, quæ non proſunt, collecta juvant, g. 1. l. 56. n. 73. p. 752

Advocatus.

Advocati confeſſio quando noceat parti, Vide *Confeſſio.*

Advocatus abſque copia librorum dicitur aquam cribro haurire, g. 10. l. 6. t. 1. p. 71. Vide *Liber.*

Advocatus an poſſit retinere proceſſum pro ſuo labore. Vide *Retentio.*

Seu poſſit concubinæ donare, Vide *Donatio.*

Advocatus poteſt uti terminis, & paſcuis civitatis, g. 2. l. 15. t. 5. n. 56. p. 497

Subſcribens ſe ut Advocatus in inſtrumento non præjudicat ſuo juri, g. 1. l. 19. t. 5. n. 20. p. 517. & g. 1. l. 60. n. 1. p. 848

Ædilitium.

Ædilitium edictum à quibus fuit latum, & cujus cauſa, & quæ capita contineat, gg. l. 64. t. 5. n. 1. p. 853

Vide *Actio quanto minoris, Redhibitoria.*

Æſtimatio, Æſtimator.

Æſtimatio, Vide *Valor.*

Æſtimatio rei, ſi deſcreſcat poſt moram, debitori decreſcit, g. 1. l. 8. t. 1. n. 9. p. 78

Æſtimatio frumenti, vini, & olei, & aliorum ſimilium, quo modo probetur, Vide *Pretium.*

Æſtimatio momentanea an, & quando veniat in conſideratione? Vide *Valor.*

Succeſſor majoratus propria auctoritate poteſt rerum poſſeſſionem intrare, & tertium in ea exiſtentem an poſſit dejicere, & an ſibi præjudicet petendo à judice poſſeſſionem, g. 2. l. 7. t. 4. n. 23. 24. p. 325
Succeſſor majoratus omnia remedia poſſeſſoria ſimul, & de per ſe intentare poteſt, n. 25. ibid.
Succeſſor majoratus ante apprehenſionem corporalem non poteſt ſuam poſſeſſionem in alium transferre, n. 27. 28. ibid.
Succeſſor majoratus eſt domus, & non uſufructuarius, g. 3. l. 7. t. 4. n. 20. p. 330
Spes ſuccedendi, vide *Spes*.
Obligationes factæ ad tempus ſucceſſionis an nullæ ſint, g. 5. l. 13. t. 5. n. 14. p. 479
Succeſſori ſpeciali etiam ex cauſa oneroſo an competat actio evictionis, vide *Evictio*.
Succeſſor proximior tempore alienationis non præfertur proximiori poſt alienationem nato, g. 3. l. 44. t. 5. num. 13. p. 666

Summa.

Summa in majori ineſt minor, g. 2. l. 20. t. 5. n. 2. p. 522

Superficiarius.

Superficiarius an præferatur in retractu conſanguineo.
Superfluitas eſt duplex naturæ, & perſonæ, & de earum deſcriptione, g. 1. t. 1. n. 12. p. 20

Syndicus.

Syndicus ſimpliciter accipiens mutuum Eccleſiæ obligatur, g. 4. l. 7. n. 27. p. 76
Quando ex contractu maneat obligatus, vide *Procurator*.

Synodus.

In Synodo Dioceſana præſidente Epiſcopo, an vicarius præcedere debeat capitulum, g. 2. prol. n. 66. p. 10
De ordine ſedendi in Synodo Dioceſana, n. 68.
Ad Synodum delegatus omnibus præcedit, 69
Abbates primum locum obtinent, n. 70
Monachi vocati quomodo debeant ſedere, n. 17. ibid.

T.

Tabellio.

TAbellio, vide *Notarius*.

Tabula.

Tabula an ſit pars navis, g. 1. l. 35. t. 5. n. 2. p. 625

Tacens, Tacitum.

Taciti, & expreſſi an eadem ſit, vel par virtus, g. 5. l. 2. t. 1. n. 1. p. 35. n. 6. 10. uſque ad 14. p. 36
Aliquando majorem vim habet, quam expreſſum, n. 2. 19
Non eſt par virtus, ſi mens hominis, aut legis præſumptio aliud ſuadet, n. 17. ibid.
Tacitum, & expreſſum quid dicatur, n. 21. ibid.
Tacitum eſt in dolo quando taciturnitas ei commodum, & alii damnum parti, g. 1. l. 18. t. 5. n. 24. p. 513
Tacens, & præſens conſentire videtur, ſi actus eſt ejus qualitatis, quod ipſo invito fieri non poſſit, & in favorabilibus, g. 1. l. 19. t. 5. num. 17. 18. 19. 20. p. 516. g. 2. l. 56. t. 5. n. 25. 26. p. 763

Taxatio.

Taxatio pretii, ſeu rei valoris, vide *Pretium*, *Valor*.
Contra Taxam factam invehentes qua pœna puniantur, g. 4. l. 3. t. 5. n. 19. p. 410
Vide *Venditio*, *Statutum*.
Intra Taxam an detur læſio, vide *Læſio*.

Tempus.

Tempore neceſſitatis an omnia ſint communia, vide *Neceſſitas*.
Tempus quando cenſeatur adjectum favore debitoris, ſeu creditoris, vide *Dilatio*.
Tempus incongruum quando dicatur, g. 4. l. 2. t. 3. n. 78. uſque ad 84. p. 228
Vide *Oblatio*, *Citatio*.
Temporalia ad agendum quando ſunt perpetua ad excipiendum, g. 12. l. 4. n. 12. p. 440
Tempus quadrimeſtre à lege judicaris conceditur, g. 1. l. 56. t. 5. n. 116. p. 756
Tempus perſpicitur, ut cognoſcatur, interfuerit, nec ne metus, g. 2. d. l. n. 32. p. 764

Tenuta.

Tenutæ judicium an proponi poſſit in vita poſſeſſoris, ex eo, quod non adimplevit conditionem, g. 2. l. 7. t. 4. num. 6. p. 323. g. 3. n. 20. p. 330
In tenutæ judicio admittuntur omnes exceptiones

ptiones proprietatis ad cauſam attinentes, d. g. 2. n. 8. p. 324
Et ſtatus, & illegimitatis quæſtio, n. 9
An habeat locum Carbonianum edictum, n. 10
Auditur excluſus à donatore, ſeu teſtatore, ſi contendat non potuiſſe excludi, n. 12. ibid.
Tenutam an poſſit prætendere, qui originale inſtrumentum majoratus non oſtendit, ſed exemplum, n. 12. ibid.
In Tenutæ *judicio an poſſit facultas regia* ad majoratum inſtituendum, & ſcriptura majoratus impugnari, & agi de validitate tituli, n. 13
Admittitur, qui non expreſſe ad majoratus ſucceſſionem eſt vocatus, n. 14. ibid.
Judicio Tenutæ eſt locus in majoratu, qui ſolum conſtat ex antiquitate temporis, n. 15. ibid.
Non admittuntur exceptiones requirentes altiorem indaginem, niſi intra terminum 50. dierum probentur, & an à judice poſſit prorogari, n. 17. ibid.
Differentiæ inter remedium Tenutæ, & poſſeſſorium ex edicto Divi Adriani, n. 19. ibid.
Judicio Tenutæ pendente, qui eſt in poſſeſſione majoratus, ſemper tuetur, n. 22. p. 325
Judicio Tenutæ non eſt locus, ſi alter ſex menſibus fuiſſet in poſſeſſione, n. 26. ibid.
Tenutæ judicio contra titulo ſingulari poſſidentem rem majoratus non eſt locus, ſed interdictio poſſeſſorio ordinario, n. 31. 32. p. 326
In judicio Tenutæ ſententia lata, etſi ab ea ſit ſupplicatum, exequitur, n. 33. 34. ibid.
Probationis factæ in judicio tenutæ an faciant fidem in judicio prætorio ordinario, & probationes à victo poſſit reproduci, n. 34. 35. ibid.
Vide *Poſſeſſio.*
In judicio tenutæ condemnatio, & abſolutio fructuum fieri poteſt, g. 3. l. 7. t. 4. n. 21. p. 330

Terminus, Terra.

Reges quoad terminorum proprietatem fundatam habent ſuam intentionem, vide *Rex.*
Terminos non habent civitates, ſi non conſtet de eorum aſſignatione, Vide *Civitas.*
Civitas, aut villa, ſi contendant cum dominis juriſdictionis circa proprietatem Terminorum, & paſcuorum, villæ, ſeu civitatis eſt, & non dominorum, ſi poſtquam Rex terminos donavit, ſeu aſſignavit villæ, aut oppido, Duci aut Comiti villam cum ſuis terminis alienaſſet, ſeu donaſſet, etſi donaſſet cum terris, pratis, herbis, montibus, fluminibus, & fontibus, ab arena fluminis uſque ad folium arboris, ſecus vero ſi ante aſſignationem terminorum villæ facta Rex donaſſet alicui viro villam, & terminos, g. 3. l. 15. g. 3. n. 13. uſque ad 20. p. 505
Si poſt aſſignationem Rex ex certa ſcientia derogando leges, & privilegia ſecundum donationem faceret, an cenſeatur prima revocata, n. 20. p. 506
Termini, & paſcua *in dubio* præſumuntur civitatum, & villarum, & non dominorum, n. 24. ibid.
Ex Terminis, ſeu *de los mojones* aliquid uſurpatum quomodo cognoſcatur, Vide *Fines.*
Terminus prorogatus an idem ſit cum prorogato, & an datus ad retrahendam in præjudicium conſanguineorum prorogari poſſit, g. 1. l. 42. t. 5. n. 45. p. 650

Tertius.

Tertius ſe opponens allegando de ſuo dominio impedit reſtitutionem rei, niſi exigens reo præſtet cautionem de defendendo, g. 2. l. 1. t. 1. num. 18. p. 27
Tertius an perpetuò poſſit allegare exceptionem non numeratæ pecuniæ, Vide *Exceptio.*

Teſtator.

Teſtatoris confeſſio debiti an noceat ipſius creditoribus, Vide *Confeſſio.*
Teſtator poteſt diſponere, quod ſuper damnis, & expenſis ſtetur dicto alicujus, g. 4. l. 10. t. 1. n. 349. p. 166
Si diſponat, intelligitur cum juramento, niſi mandaverit ſtari dicto certæ perſonæ, n. 429. p. 172
Prohibens alienationem quando alienatio cenſeatur prohibita, & dominii tranſlatio impediatur, & quando fideicommiſſum perpetuum, ſeu contraventionale inducatur, ſeu in pœnam incurratur, Vide *Fideicommiſſum, Prohibitio.*
Princeps an poſſit mutare teſtatoris voluntatem, Vide *Rex.*
Teſtator an poſſit induci blanditiis, & perſuaſionibus ad certo modo teſtandum, g. 2. l. 56. t. 5. num. 24. p. 762

Teſtamentum.

Teſtamenti inofficioſi quærela quare inducta fuit, & in quo differat à quærela inofficioſæ donationis, g. 12. l. 8. t. 4. n. 1. 2. 3. p. 355
De ultimis voluntatibus *ad contractus* an valeat argumentum, & admittatur extenſio de caſu ad caſum, & de perſona ad perſonam, g. 1. l. 43. t. 5. n. 11. p. 657
Teſtamentum metu factum fuiſſe, vel metum non fuiſſe revocatum teſtatoris aſſertione probatur; &, ut dicatur fuiſſe metu factum, quæ ſint probanda, g. 1. l. 56. t. 5. n. 94. p. 754
Ubi quando quis dicatur teſtare prohibitus, & g. 2. n. 33. p. 764

Teſtis.

Teſtibus duobus ſuper affirmativa plus creditur, quàm mille ſuper negativa, g. 5. l. 9. t. 1. n. 9. p. 97. g. 56. l. 56. t. 5. n. 56. 147. 148. 149. p. 796
Et quid ſi negativa coarctetur loco, & tempore, ibid.
Et an plus credatur deponentibus de majori ſumma, ibid.
Teſtes, & ſcriptura à pari procedunt, g. 7. l. 9. t. 1. num. 12. p. 107
Teſtes non interrogati ad probandum intereſſe debent dicti ſui reddere rationem, g. 4. l. 10. t. 1. n. 223. p. 151
Teſtes domeſtici an ſufficiant ad probandum caſum, vel rem ibi fuiſſe, vide *Caſus. Culpa.*
Teſtibus ut probetur emptio, quomodo debeant deponere, vide *Emptio.*
Teſtis ſe ſubſcribens in inſtrumento rei ſuæ an videatur alienationi conſentire, ſeu ſuo juri præjudicare, g. 1. l. 19. t. 5. n. 20. p. 517. & g. 1. l. 60. t. 5. n. 1. p. 848

Teſtis, Teſtifico.

Teſtes domeſtici admittuntur, & aliis præferuntur in metus probatione duobus de metu deponentibus quando credatur magis, quàm mille deponentibus de voluntate libera, g. 6. l. 56. n. 74. 75. 76. 77.
Singulares metum probant, n. 81
Et unus de riſu cum aliis de auditu, vel cum aliis conjecturis, vel præſumptionibus, n. 82. 84. 85.

Duo Teſtes tendentes ad eundem finem plenè probant in cauſis difficilis probationis, d. n. 81. p. 790

Unicus Teſtis an probet metum, & in quibus caſibus unico teſti credatur, n. 83. ibid.

Teſtes deponentes quod anno præterito res tanti æſtimabatur juſta, & communi æſtimatione, vel de pretio ſecundum tempus præſens, vel quod eandem bonitatem, quam nunc, habuiſſe, an probent rei valorem, g. 5. l. 56. n. 17. 18. 19. p. 781

Teſtes deponentes ſuper valore rei etiam non interrogati rationem ſui dicti reddere debent, g. 6. n. 61. 62. 63. 64. p. 788

Et Teſtes in his, quæ ſunt juris, & non ſenſu corporeo, ſed judicio intellectus percipiuntur, de credulitate deponere ſufficit, n. 61. 62

Quando dicantur congruam rationem dicti ſui reddere, & quid articulandum, n. 66. uſque ad 69. p. 789

Et de communi æſtimatione non deponens, ſi ſit articulatum, & ſimpliciter reſpondeat, præſumitur per relationem ad articulatum deponere, n. 69. 70

Et debent de neceſſario concludere, & quando præſumatur ita concludere, ſimpliciter reſpondendo, ibid.

Teſtes minus deponendo, quàm in articulis continetur, an videantur contradicere, vel probent, n. 71. ibid.

Teſtes de ratione non reddita ſui dicti poſſunt per judicem interrogari etiam poſt concluſionem in cauſa, & nemine petente, n. 72. 73. ibid. Vide *Judex*.

Teſtes ad partis petitionem nequeunt repeti, ut detrahant, vel addant poſtquam loqui potuere cum partibus, n. 74. p. 790

Teſtibus de ſuo judicio deponentibus ſuper rei valore, vel quia ſe ita pro certo credunt, non probant, n. 80. 82

Quid ſi deponant, quia tantum darent, n. 83

Deponentes de auditu non probant, niſi in cauſis difficilis probationis, aliis adminiculis concurrentibus, n. 81. p. 791

Valor duobus Teſtibus deponentibus de fama publica valoris tempore contractus, & alio teſte deponente de vero valore plenè probatur, num. 85

Non dicitur probatus ex depoſitione Teſtium ignorantium confinia, & intrinſeca, vel extrinſeca, quæ augent, vel diminuunt rei pretium, & dictis qualitatibus tacitis, n. 115. p. 794

Teſtibus deponentibus variè quoad rei valoris ſummas, vel aliis conteſtantibus in majori, aliis in minori ſumma; vel unoquoque de ſua ſumma deponente, & ſic variè, judex quam ſequatur viam, n. 147. uſque ad 157. p. 798

Deponentibus taxativè ſuper minori ſumma non attenditur an ſuper negativa, vel affirmativa diſponant, & æqualiter eis, ac de majori ſumma deponentibus credendum eſt, n. 150. ibid.

Deponens ſimpliciter rem valore decem non dicitur taxativè deponere, ibid.

Teſtibus numero prævalentibus, vel dignitate, vel aliis circumſtantiis, & rationibus creditur, n. 151

Diſcordantes loco, & tempore non probant, n. 154. p. 799

Teſtis unius dictum non plenè probat, n. 157. p. 800

Theſaurarius.

Theſaurarius debet habere librum, g. 1. l. 9. t. 1. num. 30. p. 90

Theſaurus.

Theſaurus abſconditus venit in venditione rei, ſi memoria ejus non habeatur, g. 1. l. 29. t. 5. n. 15. p. 566

Theſaurus poſt fundi traditionem in eo inventus non auget pretium, nec in læſione attenditur, g. 6. l. 56. t. 5. n. 114. p. 794

Ubi Theſauri inventione, & qui ſit verus theſaurus.

Timor.

Timor ſervilis quandiu eſt in homine, an ſalvetur, gg. l. 46. t. 5. n. 4. p. 673

Titulus.

Titulus novus non eſt cùm ſit conſolidatio ex natura rei ab initio exiſtentis, vide *Retractus, Læſio.*

Titulo veteri dicitur poſſidere, qui terras, quas nos vocamus *realengas*, ſibi ademptas poſſidebat ex titulo valido, etſi poſtea faciat compoſitionem cum rege, ſecus verò ſi ex titulo invalido prius poſſidebat, n. 27

Tractatus.

Tractatus quid ſit, g. 1. l. 15. t. 5. n. 34. p. 485

Debet præcedere congregationi, ſeu vocationi clericorum, ſeu monachorum ad alienationem rei Eccleſiæ, & omnes capitulares debent generaliter citari; & de hoc debet conſtare, n. 31. & 36. ibid.

Non probatur per verba enuntiativa inſtrumenti ſed alia exigitur probatio, ibid. n. 49. p. 487

Unus Tractatus an ſufficiat, aut tres ſint neceſſarij in alienatione, n. 50. ibid.

Quid ultra Tractatum requiratur in alienatione, vide *Eccleſia, Civitas.*

Traditio.

Traditionis vim an habeat ſigni appoſitio, vide *Signum.*

Traditionis vim habet patientia, & ſcientia ejus, qui tradere tenebatur, g. 1. l. 28. t. 5. n. 67. p. 553

Et patientia in rebus incorporalibus, g. 2. l. 31. t. 5. n. 5. p. 567

Abſque Traditione in conceſſione jurium ſpiritualium transfertur poſſeſſio, & præfertur ille, cui prius fuit conceſſum, ſeu contraxit, ut in beneficialibus, & matrimonialibus cauſis, gg. l. 50. t. 5. n. 20. 21. p. 691

Abſque Traditione transfertur dominium in venditionibus, aut donationibus factis Eccleſiæ, ſeu piis locis, & præfertur, cui res prius fuit donata, n. 22. p. 692

In omnibus caſibus, & perſonis, in quibus dominium abſque Traditione transfertur, is præfertur, cui res prius fuit vendita, aut donata, ibid. n. 26. vide *Dominium.*

Abſque Traditione dominium non transfertur, etſi ſimus in caſibus, ſeu perſonis, in quibus ipſo jure transfertur, ſi res certa non ſit vendita, ſeu donata, ibid. n. 26

Tranſactio.

Tranſactio ſuper re minoris fieri an poſſit, vide *Minor.*

Super re Ecclesiæ, vide *Ecclesia.*
Super re dotali, vide *Dotalis Res.*
Agens ad rescisionem Transactionis statim restituere debet id, quod accepit, secus si de rescisione alterius contractus, g. 12. l. 4. t. 5. n. 76. p. 449. g. 11. l. 56. n. 140. 141. 142. 143. p. 836
Insinuatio an requiratur in Transactione, vide *Insinuatio.*
Ex Transactione non est locus retractui sanguinis, secus communionis, g. 4. l. 55. t. 5. n. 11. p. 734
Læsis in Transactione an detur beneficium læsionis, vide *Læsio.*
Transactio an sit nulla, si ei dolus dedit causam, vide *Dolus.*

Transiens.

Transiens cum animalibus an possit uti pascuis, vide *Pascua.*
Transiens cum equo alieno an possit conveniri in loco, ubi reperitur.

Transmissio.

Contractus conditionalis Transmittitur ad hæredes, g. 1. l. 26. t. 5. n. 2. & 4. p. 545
Jus competens ex substitutione facta in contractu Transmittitur ad hæredes, etsi decedant ante eum cui fuit facta, secus ex testamento, n. 40. 41. 42
Omne jus competens à lege ex contractu, sive statuto etiam non agnitum ad hæredes Transmittitur, nisi jure hæreditario, vel universali deferatur, n. 44
Alia de Transmissionis materia.
Jus conditionis implendæ an transeat ad hæredes, num. 5. p. 545

Trebellianica.

Trebellianica non potest deduci ex donatione inter vivos, g. 1. l. 7. t. 4. n. 4. p. 322

Tributum.

Nobiles, & exempti, & cives Barchinonenses an contribuere teneantur in necessitatibus, & compelli possint ad mutuandum tempore necessitatis, g. rub. t. 1. n. 10. 11. p. 17
Ecclesiæ, & clerici an compelli possint contribuere in subsidiis, & possint per suos judices in carcerem mitti, si mutuare nolint, & plura super contributione, ad quam clerici tenentur, n. 12
Et in collectis impositis pro reparatione pontium, fontium, occisione locustarum, & terra ne rapinis gravetur, n. 13. g. 1. l. 3. t. 5. n. 66. 68. p. 404
Clerici an sint exempti jure divino à Tributis, & collectis, n. 14. & d. g. 1. n. 67. ibid.
Clerici à judicibus sæcularibus compelli an possint contribuere, vide *Judex.*

Trunci.

Trunci bona, quæ dicantur, & quando sit locus successioni, aut non, vide *Bona.*

Tutor.

Tutor confitens se debere pecuniam pupillo non potest opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, g. 7. l. 9. n. 64. p. 113
An possit, si debitor pupilli est in mora solvendi ante acceptationem, & post certiorem faciendo debitorem, accipere pecuniam sub usuris, g. 4. l. 10. t. 1. n. 51. 52. p. 133
Tutor, œconomus Ecclesiæ & minoris curator tenentur pupillo, Ecclesiæ, seu minori ad interesse, si pecunias pupilli, seu Ecclesiæ ociosas habeant, & non convertant in honestum lucrum, seu emptionem prædiorum, seu in usus suos convertant, n. 226. p. 151. & g. 4. l. 2. t. 3. n. 30. p. 221
Ubi quod tempus detur ad collocandas pecunias.
Pro mala administratione tenetur, vide *Actio.*
Tutoris hæres tenentur ad interesse pupillo, si negligentia, aut levi culpa, nisi lis fuisset contestata cum defuncto, aut tutor ex damno pupilli lucrum sensisset, aut alii promisit lucrum, quod poterat quærere pupillo, n. 227. 228. 229. p. 151
Hæres solum tenetur ad interesse decursum in vita Tutoris durante tutela, n. 230. p. 152.
Tutor an teneatur ad interesse debiti non exacti si erat exigibile, & ab eo contracti, & de bonis mobilibus non venditis, n. 231. ibid.
Tutor non tenetur de levi culpa commissa in non exigendis, sed de dolo, & lata culpa, quæ à pupillo debet probari. In eis, quæ ipse contraxit de negligentia in illis contrahendis, & exigendis tenetur, & quid debeat probare, ut non teneatur, n. 232. & 233. ibid.
Tutor tenetur ad interesse alterius interesse, si in usus suos convertit pecuniam, n. 235. 236. 237. p. 153
Non tenetur pecuniæ à debitore non exactæ, n. 238
Et quando suo nomine pecuniam pupilli fœneravit, n. 239. ibid.
Non tenetur ad interesse usurarum, seu reddituum, quos tenebatur solvere patri pupilli, n. 240. p. 154
Nec pecuniæ pupilli, quam palam à pupillo mutuam accepit, n. 241
Tutor durante pupillari ætate, & curator durante minori ætate solum tenentur de interesse alterius interesse, seu de interesse ratione negligentiæ in exactione. De interesse sortis tenebuntur, nisi eam deponant, n. 242. & 243. ibid.
Non excusatur ex exhibitione libri rationis ob pactum factum de stando suo dicto, n. 364. 67. p. 1
Contra Tutorem an possit executivè agi pro bonis, seu pecuniis contentis in inventario ante factam calculationem, g. 4. l. 9. t. 2. num. 81. p. 206
Tutori an detur retentio in bonis pupilli, vide *Retentio.*
Tutor, seu curator quando teneatur res pupilli suis anteponere, & salvas facere, g. 8. l. 4. t. 3. n. 8. p. 239
Tutoris appellatione curator venit, & è contra, etsi sit materia odiosa, g. 1. l. 4. t. 5. num. 1. p. 414
Differentia inter Tutorem, & curatorem, n. 2.
Decima omnium fructuum, quæ debetur Tutoribus, an extendatur ad curatores, n. 3
In alienatione bonorum pupilli, & minoris inter Tutorem, & curatorem nulla est differentia, n. 4. ibid.
Tutor sine decreto rem minoris non potest alienare, vide *Minor.*

Tutor, seu curator rem sui pupilli, seu minoris non potest emere, nec habere titulo permutationis, nec donationis, nec per impositam personam, etsi tutores sint consanguinei minorum, g. 9. l. 4. t. 5. num. 1. usque ad 5. p. 435

Emptio quando valeat, vide *Emptio.*

Non potest auctoritatem praestare, cùm emit à minore, seu cum eo contrahit, sed contutoris requiritur auctoritas, seu defensoris nominati à judice, n. 7. ibid. & g. 10. n. 2. p. 436

Tutor non potest habere fidem de pretio, g. 1. l. 28. t. 5. n. 17. p. 550

Tutor, seu curator si rem emit ex pecunia pupilli, an pupilli efficiatur, vide *Emptio.*

Tutor, si cum pecuniis minoris sit lucratus, an teneatur totum lucrum restituere, & alia, Vide *Minor.*

Tutor, qui pauper suscepit tutelam, & dives evasit non praesumitur ex pecuniis pupilli ditatus, n. 13

Mater tutrix ex pecuniis pupilli filii sui acquisisse praesumitur, ibid.

V.

Valor.

VAlor, Vide *Aestimatio.*

Valor rei, pecuniae, seu monetae si ante moram crescat, seu decrescat ad quem pertineat augmentum, seu diminutio, g. 1. l. 8. t. 1. n. 10. p. 78

Quid si Valor ducatus mutetur, si actum sit, aut non, quod in eadem moneta reddantur, n. 11. 12. 13. ibid.

Quid si pecuniae in totum reprobentur, ibid.

Valor frumenti, olei, vini, & similium rerum quomodo probetur, & quid debet articulari, g. 2. l. 8. t. 1. num. 1. p. 79

Aestimatio momentanea non attenditur etiam contra tardè solventem, n. 13. 4. & 5. ibid.

Valor communis debet esse non brevis temporis, & in foro publico, & non sufficit probare à singulis ita vendi, n. 3

Momentaneus attenditur, si creditor illo tempore vendit triticum, aut rem, d. n. 5

Quid si eligatur Valor à creditore secundum quod valuerit tali die, & quomodo probari debeat illius diei, n. 6

Fur de aestimatione momentanea an teneatur, n. 7

Valor tritici, seu rei similis si crescat, aut decrescat creditor à debitore constitutus in mora, an quod crevit possit sibi retinere, & quid si certa quantitas debeatur, num. 8. 9. & 10. p. 80

Valor loci, ubi res debebat tradi, aestimatur post moram, g. 3. l. 8. t. 1. n. 1. ibid.

Si locus solutioni non fuit destinatus, aestimatur secundum valorem loci, in quo petitur, g. 3. n. 2. p. 81

Valor domus destructae testibus de valore domus ruinae, materialium, & soli deponentibus probatur, g. 4. l. 10 t. 1. n. 328. p. 163

Aestimatio rei testibus probatur, n. 330. p. 164

Alia, vide *Aestimatio.*

Valor rei, ut laesio consideretur, attenditur respectu valoris tempore contractus, etiam cùm agitur de restitutione in integrum, & cum filia dicit se incongrue dotatam, g. 5. l. 56. t. 5. n. 1. ad 9. p. 779

Valor de praesenti non attenditur, cùm valor rerum variatur loco, & tempore, n. 1

Quando contractus executio, & traditio rei in futurum confertur, traditionis tempus attenditur, n. 10. p. 780

Seu si conditionalis est contractus, n. 11

Et in contractibus habentibus effectum successivum futura respicientibus tempora, ut in reditibus, fructuum olei, & in juribus vulgò *de Pan*, & emphyteusi, & longi temporis locatione, & in pacto inter villas, & civitates, quod onera pro parte solvatur, unicuique partem signando, n. 12. 13. 14. 15. 16. ibid.

Valor rei quando dicatur probatus, & quid debeatur articulari respectu rerum immobilium, & victualium: Et brevi tempore mutatus an praesumatur, n. 17. usque ad 23. ibid.

Valor immobilium qualiter taxetur, & probetur, an ex quantitate fructuum, & reddituum per viginti annos, an ex locatione, d. g. 4. n. 2. p. 767. d. g. 6. num. 8. usque ad 12. p. 783

In omnibus aedificiis, castris, & jurisdictione non probatur ex fructibus, & reditibus, n. 14. 16. p. 784

Rerum pretiosarum infructiferarum Valor per peritos cognoscitur, n. 15

Probatur ex instrumentis plurium venditionum ejusdem rei intra breve tempus. An ex instrumentis aliarum similium existentium juxta rem, n. 17. usque ad 21. ibid.

Judicis declaratione Valor probatur. Judex post conclusionem in causa potest, & debet inquirere valorem, si una ex partibus foveat justitiam, & qua praxi judices solent uti. Item potest implorari officium judicis; ut se instruat, & declaret, & per judicis inspectionem, & declarationem probatur, n. 74. 78. 79. p. 790

Et per aestimatores electos, & quot aestimatores vel periti sint nominandi, & qualiter debeant deponere, ut probent, & an unus sufficiat, & quis ordo sit servandus in eis nominandis, & quid si partes discordent, vel reclamant contra de clarationem, n. 23. usque p. 785 ad n. 61.

Valor rei non percipitur sensu corporeo, n. 61. p. 788

Ad Valorem probandum attenduntur qualitates augentes, aut minuentes, & sunt articulandae, n. 86. p. 791

Vendentis paupertas, n. 87. ibid.

Facilis solutio, & dilatio, n. 88. 89. p. 113

Rei ligitium, n. 90

Qualitas vicini, n. 91

Si pars vendatur, seu actio, n. 92. 94

Si est culta aut inculta, n. 93

Onus hypotheca pura, aut conditionalis, & emphyteusis, n. 96. usque ad 103.

Bella, pestis, caristia, mutationis monetae timor, n. 104. p. 793

Gabella, expressae subhastationis; promissa lucrata, n. 106. 107. 108. ibid.

Necessitas expellendi praepotentem, n. 110. 111. p. 794

Vicinitas populi, n. 112. ibid.

An thesaurus, vide *Thesaurus.*

Valor non probatur depositione testium ignorantium qualitates intrinsecas augentes, vel diminuentes pretium, n. 115. ibid.

Valor mobilium an probetur communi pretio in loco publico fori, n. 117. ibid.
Valor, licet consideretur semper secundum locum contractus, rerum verò mobilium, ubi destinatur traditio quid quoad læsionem, n. 118 Vide *Læsio*.
Valor justus in annuo censu, reditu, & rebus ad vitam venditis qualis sit, n. 125. p. 795
In his, quorum fructus ab eventu pendent, Valor quomodo consideretur, n. 123. 124. 125. 126. ibid. & n. 134. 135. p. 796
Valor rei locatæ, vel pensionis, vel aliarum rerum considerandus est habita ratione qualitatum, & onerum, quæ eum augent, vel diminuunt, n. 129. p. 795
Debitum portare ad domum venditoris est onus minuens pretium, ibid.
Valorem rei renuntiationes, & conditiones respicientes meliorem conditionem ad faciliorem, exactionem, & nullum debitori inferentes gravamen non mutant de justo pretio: inferentes mutant verò gravmen pretium, n. 138. p. 797
Valor dubii eventus litis in transactione quomodo consideretur, n. 133. p. 796
Valor rei quis dicatur probatus, si testes alii de majori, & alii de minori summa, vel unusquisque de diversa summa deponit, Vide *Testis*.
Summæ diversæ non plenè probatæ non cumulantur, ut ex acervo medietas, vel tertia pars sit justus rei Valor; summæ verò certæ & probatæ cumulantur, & dividuntur, & medietas, tertia, vel quarta pars erit rei valor, & judex ita cognoscet verum rei valorem, n. 153. 157. p. 799. Vide *Æstimatio*.
Valorem rei ignorans deceptus intra dimidiam ab sciente valorem an succuratur beneficio *l. 2. C. de rescind. vend.* g. 9. n. 17. 18. p. 813
Testibus deponentibus rem venditam pro centum, valere 150. & plus, & ultra, aliis verò valere minus quàm 50. quid judex faciat, & dictio illa plus quid importet, n. 44. 45. p. 816 Vide *Æstimatio*.

Variatio.

Variatio in electione, seu variatione quando sit licita, vide *Electio*.

Vas.

Vasa an veniant in venditione domus, seu vineæ, vide *Venditio*.
Vasa vinaria reposita ab Abbate in abbatia, quia reditus pro majori parte in vino consistebant, pertinent successori abbatiæ, & non hæredibus, g. 1. l. 31. t. 5. n. 1. p. 567

Vasallus.

Vasallus, si vendat feudum ignoranter non perdit feudum, g. 4. l. 9. t. 2. n. 103. p. 207
Quando comperat retentio, vide *Retentio*.
Vasallus ingratus feudo privatur, g. 1. l. 10. t. 4. n. 6. p. 375
Vasallis invitis an dominus possit vendere castrum, g. 5. l. 3. t. 5. n. 3. p. 411
Prohibiti alienari, si vendantur, à jure Vasallagii an liberentur, g. 1. & 2. l. 44. t. 5. n. 5. p. 665
Vasallus tenetur præferre dominum feudi in venditione fructuum, g. 1. l. 55. t. 5. n. 7. p. 723
Et vendere victui necessaria, & locare equos, & in operibus suis justa mercede laborare, ibid.
Vasallis an detur jus retractus jurisdictio vendatur à varone, seu rege, g. 8. l. 55. t. 5. n. 64. p. 744

Venditio, Venditor.

Venditio rei fiscalis an possit fieri habita fide de pretio, g. 1. l. 9. t. 1. n. 30. p. 90
Venditio rei minoris, & Ecclesiæ non potest fieri, ibid.
Et quando Venditio habita fide de pretio censeatur facta, & qui possint habere fidem, & alia, Vide *Fides*.
Venditor tigni ignorans vitium non tenetur ad interesse, sed quanto minoris, g. 4. l. 10. t. 1. n. 269. p. 157
Venditor frumenti, qui sciebat ejus æstimationem esse minuendam, emptori tenetur ad interesse, g. 4. l. 2. t. 3. n. 66. p. 226
Venditio facta modico pretio filiorum nativitate revocari potest, secus si facta sit justo pretio, & constet de vera numeratione, g. 3. l. 8. t. 4. n. 2. & 3. p. 343
Vendito castro, seu villa cum omnibus juribus, ad se spectantibus non venit jurisdictio, & quid veniat, g. 1. & 3. l. 9. n. 41. 42. 46. 47. 48. & 49. p. 367
Vendita villa cum jurisdictione merum imperium censetur concessum in prima instantia: si jurisdictionis mentio non fiat, sed cum omni imperio, & domino regali jurisdictio an censeatur translata, num. 56. 57. & 58. p. 368. Vide *Donatio*, *Jurisdictio*, *Regalia*.
Venditionis nomine quid comprehendatur, & quid sit venditio, vide *Emptio*.
Venditio non est, etsi venditor dicat, quod vendit justo pretio, nisi certa quantitas declaretur, g. 1. l. 1. t. 5. n. 18. p. 394
Valet, si adhæreat conventioni validæ, & adjiciatur, quod si intra certum tempus non solvatur pretium, res sit empta justo pretio æstimanda, n. 19. & 20. p. 395
Venditor vendita re, tradita justo pretio potest agere, si res non est consumpta ad pretium, seu rem: si est consumpta ad pretium, & emptor liberatur tradendo rem, etsi ad pretium sit actum, n. 21. 22. & 23. ibid.
Vendere uni potiùs, quàm alteri nemo cogitur, g. 1. l. 3. t. 5. n. 3. 4. p. 398
Vendere ob publicam utilitatem quis compelli potest, n. 9. ibid.
Et ob publicorum ædificiorum constructionem, n. 11. p. 399
Judex potest privatum compellere domum vendere, & destruere propter publicam utilitatem, n. 11
Vendere cogitur vicinus domusculas difformes vicino, qui palatium vult construere, nisi ipse velit idem facere, n. 12. 13
Vendere palatium potest compelli pauper nobilis diviti volenti reædificare, n. 14
Et quoties major utilitas afficitur vicino, & rei publicæ, quàm ipsi damnum, ibid.
Vendere quis compellitur justo pretio damnum ruinosam, quam ipse non potest reædificare, num. 19
Et vicino viam ad suum fundum, si aliunde habere non possit, n. 23. p. 400
Et lumen, si aliunde non possit, quàm per suam domum, num. 26

Princeps ratione publicæ utilitatis potest compellere subditos bona vendere soluto cambio, n. 30. ibid.
Vendere compelli possunt vicini terram necessariam pro labore salis. num. 31
Et an capellam, seu sepulchrum, vide *Sepulchrum, Capella.*
Vendere cogi potest vicinus domum pro reparatione, seu ædificatione Ecclesiæ, seu Monasterii, num. 32
Et pro ampliatione domus Religiosorum, & pro claustri officina, dormitorio extendendo, seu vitidario faciendo, n. 34. 35. 36. 37. 38.
Pro ampliando circuitu Monasterii, & via publica directa ad portam Ecclesiæ, n. 39. p. 401
Et pro reparatione cujusvis loci pii, n. 40
Compelli non potest pro hospicio Religiosorum, ibid.
Pro seminario ab Episcopo faciendo potest, num. 41
Et in scholis faciendis, num. 42
Et pro ampliatione capellæ, num. 43
Et servitutem altius non tollendi, & cogi potest tollere aspectum, quod habet in Monasterium, etsi via publica esset intermedia, seu si noceret Ecclesiæ, n. 44. 45. 46. 47.
Vicinus, quem Ecclesia voluerit, etsi plures essent cogi potest vendere, n. 48. ibid.
Vendere potest compelli vicinus, etsi domus, quæ pro ampliatione petitur, esset prohibita alienari, vel perpetuo fideicommisso subjecta, & quid si palatium sit antiquum, n. 491. & 51. vide Rictium *collect.* 76. & Grat. *decis.* 45. & Carroc. *decis.* 26. Judices qui debent considerare, ibid. Ecclesia potest compelli vendere domum alteri Ecclesiæ, n. 50. p. 402
Res, quam quis vendere compellitur, debet æstimari, & tradi justum pretium, & an ab aliis oblatum, n. 52. ibid.
Vendere partem rei quis compelli potest soluto damno, n. 53. ibid.
Vendere quis non compellitur habita fide de pretio: nisi ob magnam necessitatem, quando dicatur vigere, n. 55. & 56. ibid.
Vendere Ecclesiæ, seu Monasterio quis non potest compelli, nisi rem pro se petat, & pro ampliatione rerum particularium Ecclesiæ, in quo insit utilitas publica, num. 57. & 58. p. 403
Vendere possunt compelli habentes frumentum, seu comestibilia justo pretio à judice taxato, dummodo generaliter fiat, num. 60
Et habentes pannos, & alias merces ad vestitum pertinentes, num. 61
Dominus non compellitur rem vendere, ut Ecclesia de novo ædificetur, n. 59. ibid.
Clerici an possint compelli vendere triticum decimarum, seu aliorum redituum, vide *Judex, Statutum, Clericus.*
Habitatores oppidorum, seu villarum possunt compelli portare victualia ad civitatem, & ea venalia justo pretio ponere, n. 75. p. 406
Emere quando quis compellatur, vide *Emere.*
Cives cogendi sunt potius vendere frumentum collectum ex agris civitatis, vel oppidi concivibus, quàm exteris, n. 78. ibid.
Et exteris venditum cives possunt retrahere, vide *Retrahere.*
Venditioni exponens res proprias ad victum, & vestitum pertinentes potest cogi ad earum venditionem justo pretio à judice taxato, num. 83. ibid.
Et iter facientibus permittitur propria auctoritate cibaria sumere ab eis, qui exposuerunt ea venditioni, si aliàs non inveniunt, ibid.
Venditioni postquam res dominus posuit non potest pœnitere, & à vendendo retrahere, nisi justam causam habeat, n. 84. 85. 86. p. 407
Venalem rem habere quando quis dicatur, & quomodo excusetur, qui rem prohibitam vendi habet, ibid.
Vendendi libertas potest infringi pro utilitate publica facere, ut unus carnes alter pisces vendat, n. 87. ibid.
Vendere locum, ut furca erigatur, quis compelli potest, n. 93. ibid.
Vendere, & emere quando invitus compelli potest, n. 93. ibid. Res ablata alicui necessitate cessante rui, si non est satisfactus, ibid.
Venditio metu aut vi celebrata, vide *Metus.*
Vendere compellitur consors servum pro sua parte, si alter eum velit manumittere, g. 3. l. 3. t. 5. n. 1. & 2. p. 408
Et rem communem si alter vult ædificare Ecclesiam in illo loco, n. 3. ibid.
Vendere quando lex compellit aliquem ob publicam utilitatem intelligitur justo pretio, g. 4. l. 3. t. 5. n. 1. p. 409
Pretium justum quod dicatur, & de ejus taxatione, vide *Pretium, Valor.*
Necessitatis tempore domini an possint compelli vendere viliori pretio merces, & an pauperibus uno pretio, & divitibus alio, ibid. n. 9. 10. 11. 12. & 13. p. 419
Civitas non potest cogere juxta taxam in ea factam transeuntem per eam vendere, sed quantum valebit in loco destinato, nisi in civitate emerit, n. 14. & 15. ibid.
Conductores tertiarum an possit cogere vendere, vide *Civitas, Conductor, Retractus.*
In venditione necessaria declaratio justi pretii debet fieri per Judicem, & qualiter debeat taxare, n. 26. & 27. p. 411
Et rem tenetur tradere pretio æstimato, licet ab alio plus offeratur, num. 28
Secus cum quis compellitur, uni potius, quàm alio, si ab alio absque fraude sit oblatum, n. 29. ibid.
Dominus cogitur vendere servum, si in eum sæviret, & cum duritia tractet, g. 5. l. 3. t. 5. n. 1. ibid.
Et servum Maurum quando eo opus est, ut Christianus à Mauris possit libertatem consequi, ibid.
Subditos compellitur vendere, si cum nimia asperitate tractat, n. 2. ibid.
Vendere castrum an possit dominus invitis vasallis, n. 3. ibid.
Vendere ancillam cogitur dominus, qui eam urget ad impudicitiam, g. 6. l. 3. t. 5. n. 1. p. 412
Venditio rei minoris, seu census impositio quando valeat, vide verb. *Minor.*
In venditione rerum fiscalium, seu fisci debitorum, quæ solemnitas debeat intervenire, g. 12. l. 4. t. 5. n. 79. p. 449
Vide *Fiscus.*
Judicibus non licet vendere subditis suæ jurisdictionis, g. 9. l. 5. n. 1. p. 454
An liceat eis emere, vide *Emptio.*
Venditio potest celebrari in scriptis, aut sine scriptis, g. 1. l. 6. t. 5. n. 1. p. 455
Scriptura non requiritur in contractu emptionis, & venditionis, & quando liceat ante confectionem scripturæ pœnitere, vide *Scriptura.*

Venditor quando possit à contractu discedere amissis arris, vide *Arra.*
Venditione perfecta venditor ad rei venditæ traditionem præcisè tenetur, g. 4. l. 7. n. 1. & 2. p. 461
Seu si sit juramento firmata, n. 5. ibid.
Juramentum in litem veritatis defertur contra vendentem nolentem rem tradere, & an affectionis, n. 4
Et qualiter condemnetur, vide *Emptio.*
Venditio inter absentes per nuntium, & epistolam contrahi potest, g. 1. l. 8. t. 5. l. 4. 5. p. 462
Venditio consensum simultaneum requirit, nec sufficit ex intervallo, nisi alterius duret consensus, n. 2. 3. 4.
Et non contrahitur, si existens in domo dicat: ego vendo Titio talem rem, & Titius transiens acceptet, ibid.
Non contrahitur, si ad beneplacitum emptoris fiat, nisi statim consentiat. n. 6
Debet contrahi per verba de præsenti, n. 7. ibid.
Venditio sine certo pretio non valet, nisi à lege, vel statuto sit determinatum, g. 1. l. 9. n. 1. & 2. p. 463
Reum quæ sunt venditioni expositæ, valet pro eo, quod valent, ibid. Tritici, seu olei pro pretio, quod valet in foro publico, valet, n. 3. p. 463
Pretium in alterius contrahentis voluntatem non potest conferri, g. 2. l. 9. t. 5. n. 1. p. 463
Nec venditio facta pro pretio inter contrahentes determinando valet, n. 2 p. 464
Nec pro pretio declarando ab uno, quem unus ex contrahentibus nominaverit, seu ambo elegerint, n. 3. & 4 ibid.
Vel si pars substantialis contractus in alterius arbitrium committatur, num. 5
Venditio valet, si traditio sequatur, etsi in alterius contrahentis voluntatem pretium deferatur, num. 7.
Venditionem non vitiat incertitudo de jure canonico, & receditur à persona declarante, & recurritur ad boni viri arbitrium, & an sit servandum de jure Cæsareo, n. 8.
Venditio valet, si venditor dicat, vendo pro decem si vis; & alter respondeat, emo pro octo si vis, si accedat consensus, num. 10
Et si non totum pretium committatur ad arbitrium tertii, sed augmentum, n. 11. ibid.
Venditio conditionalis valet sequuta traditione, ibid.
Venditio valet, si accidentale in arbitrium tertii conferatur, n. 12. ibid.
Res, & pretium sunt de substantia emptionis, & venditionis, n. 13. & g. 1. l. 11. n. 1. p. 472. g. 3. l. 14. n. 1. p. 480
Pactum contra substantiam contractus utrum vitiet, vel vitietur, vide *Pactum.*
Substantialia accidentalia, & naturalia contractus quæ sint, vide *Contractus.*
Pretium rei venditæ in arbitrium certæ personæ, seu duorum conferri potest, g. 3. l. 9. n. 1. & 2. p. 466
Venditio, si pretium sit in arbitrium duorum commissum, & eis data sit facultas elegendi tertium, de jure regio valet, sive sint arbitratores, & cogi possunt à judice tertium assumere: Quid de jure communi, n. 5. 6. 7. & 8. ibid.
Judex tertium quando possit eligere, vide *Judex, Arbiter.*
Venditio in arbitrium incertæ personæ collata non valet, num. 13. p. 467
Venditio facta pro pretio ad tertii arbitrium collato valet, si tertius æstimationem faciat: Quid si res sit tradita, & pars pretii soluta, g. 4. l. 9. t. 5. n. 3. ibid.
Fructus ante declarationem percepti cedunt lucro venditoris, nisi res fuisset tradita, n. 5. ibid.
Venditor si recuset recipere pretium rei venditæ ab arbitrio taxatum, emptor judicis auctoritate debet pretium deponere, &, si nolit venditionis conficere instrumentum, potest judicis officium implorare, g. 5. l. 9. t. 5. num. 18. p. 469
Venditio non valet, si unus ex arbitris ante declarationem moriatur, & an successorem transeat arbitrium ejus, g. 6. l. 9. t. 5. num. 1. 2. p. 470
Valet, etsi unus ex contrahentibus ante declarationem pretii decedat, n. 3. Seu delictum committat, & fiscus tenebitur ex contractu, n. 4. ibid.
Venditio valet, si fiat pro pretio, quod emptor habet in arca, etsi non sit celebrata per verbum quantum, g. 1. l. 10. t. 5. n. 3. p. 470
Promissio de vendendo quid importet, vide *Promissio.*
Venditio vitiatur ob demonstrationem falsam in substantialibus venditionis, g. 2. l. 10. t. 5. n. 1. p. 471
Venditio facta pro pretio, quo venditor emit, valet, si constet de pretio, n. 2. ibid.
Omnes res emi, & vendi possunt, quæ possunt possideri, habere, & persequi, etsi demonstrari non possint, & etsi possideantur pro indiviso, g. 1. l. 11. num. 2. & 3. p. 472
Vendita pars fundi ab hærede, si familiæ herciscundæ judicio in totum pertineat, an emptori in totum debeat adjudicari resarcito integro pretio, n. 4. ibid.
Vendi possunt omnia bona præsentia, & futura, n. 5. ibid.
Et ea, quæ non sunt in rerum natura, si servetur justitia, & honestas pretii, n. 6. 7. 8. 9. & 10. ibid.
Fructum certorum per tempus incertum servata justitia pretii, valet, num. 12
Emere, seu vendere viliori pretio anticipata solutio an liceat, ibid. Fructuum futurorum ut valeat, sufficit quod fundus sit fructiferus, aliàs secus, g. 2. l. 11. t. 5. n. 1. & 2. p. 473
Vendi possunt fructus rerum Ecclesiæ, & beneficiorum, ibid. Et feudorum, n. 3. Et decimarum, n. 5. ibid.
Venditio facta de fructibus futuris habet in se tacitam conditionem, si fructus nascantur, g. 3. l. 11. t. 5. n. 1. ibid.
Si sit tot amphorarum vini, seu tritici, etsi sit fructuum futurorum non est conditionalis, sed in diem: si quantitas ex fundo nata non sit, an debeat ferri diminutio pretii: Si vinea, seu prædium non fuit expressum, & viliori pretio fiat, erit contractus fœneratarius, n. 2. 3. 4. & 5. ibid.
Fructus, qui nascerentur si vendantur fructus non nati, non est venditio, etsi tot non nascuntur per conditionem, sine causa solutum repetitur; si verò, si qui nati fuerint, vendantur, spes censetur vendita, & quid importent verba, *si quid natum erit, vel si quis,* seu *si quod natum fuerit.* n. 6. p. 474
Fructus animalium, si vendantur, an statim, ut producti, sint restituendi, n. 8. ibid.

mundítio fructuum futurorum valet, etſi parvi naſcantur, & diminuti, num. 9
Et ſi nulli naſcantur, quando emptor eos ſuo periculo emit, nec eſt locus, *l. 2. C. de reſcind. vend.* g. 5. l. 11. t. 5. n. 1. & 2. p. 474
Venditio uſufructu, ſeu ſi per plures annos emantur fructus, damnum pertinet emptori, & ad eum tranſit cultura. Et jus uſusfructus quando venditus cenſeatur, num. 4
Sterilitas an peti poſſit in caſibus, in quibus uſusfructus venditur, Vide *Sterilitas*.
Venditio fructuum alicujus fundi nulla eſt, ſi fructus fundi eo ignorante à locuſtis, ſeu vermibus erant devorati; ſeu ſi fundus vendatur, & aliquæ arbores vi ventorum dejiciantur, n. 6 & g. 2. l. 14. t. 5. n. 2. p. 480
Jactus retis vendi & emi poteſt, & valet venditio, etſi nihil capiatur, ſi rete ejiciatur in loco ubi adeſt ſpes probabilis, g. 6. l. 11. t. 5. n. 1. & 2. p. 475
Venditor jactus retis non adimplens ad quid teneatur, num. 3
Venditor fructus lacus an debeat navium uſum, num. 4. ibid.
Si ex Venditoris dolo, ſeu facto fructus non naſcantur, tenetur exempto ad fructuum æſtimationem, g. 1. l. 12. t. 5. n. 1. ibid.
Venditor cenſus ſuper re non fructifera ad intereſſe tenetur, num. 2. ibid.
Jus in ſpe poteſt vendi, & cedi, n. 1. p. 476
Conſenſum præſtans venditioni ſuæ hæreditatis poteſt illud revocare, etſi juramento promiſerit non revocare, & revocato, venditio non valet, g. 1. l. 13. n. 3. 4. ibid.
Venditio, per quam non auferetur libera teſtandi facultas, nec agitur de obventione bonorum, ſed quod hæres tradat bona promiſſa quatenus ad eum pervenerint, valida eſt, g. 5. l. 13. t. 5. num. 4. p. 478
Venditio hæreditatis, Vide *Hæreditas*.
Spei ſuccedendi in fideicommiſſo vivente eo, qui fuit gravatus reſtituere valet, n. 12. ibid.
Et juris ſuccedendi in majoratu in vita poſſeſſoris, n. 13. ibid.
Venditio, renuntiatio, ſeu donatio, ut bona conſerventur in familia, valet, & quid de tota hæreditate agatur, n. 14. p. 479
Venditio ædificii quod tempore venditionis eſt deſtructum non valet reſpectu arcæ nulla facta diſtinctione ſcientiæ; vel ignorantiæ, g. 5. l. 14. t. 5. num. 1. & 7. p. 479
Venditio arcæ domus, in qua majoria eſt fundata, nulla eſt, num. 6. ibid.
Venditio oliveti, ſeu vineæ non valet, ſi tempore venditionis exuſtæ, vel eradicatæ ſint, g. 2. l. 14. t. 5. n. 1. p. 480
Venditio domus pro parte combuſtæ valet, ſi dimidia remanent, ſed minuitur pretium, g. 3. l. 14. t. 5. num. 1. & 6. ibid. & g. 1. l. 32. t. 5. n. 162. p. 582
Venditio plurium rerum uno pretio an valeat quoad unam tantum altera perempta, num. 1. & 3. p. 571
Venditio ſine re non conſiſtit, g. 3. l. 14. t. 5. num. 1. p. 480
Vendens ſcienter rem combuſtam, ſeu deſtructam etiam pro parte ad intereſſe tenetur, & juramento probabitur præmiſſa judicis taxatione, num. 2. & 3- ibid.
Sciente emptore, ſeu utroque ſciente, an ſit locus læſioni ultra dimidiam, g. 8. l. 14. t. 5. n. 1. 2. & 6. p. 481
Venditio hominis liberi non valet, etſi in futurum emptio fiat, g. 1. l. 15. t. 5. n. 1. p. 483
Si quis ignorans emerit, valet ad hoc, ut intereſſe conſequatur, num. 2. ibid.
Patri de jure civili permittitur filios vendere urgente neceſſitate, ſed apud Chriſtianos in uſu non eſt, num. 3
Liberi hominis licita eſt, ſi quis ſe vendi patiatur ad pretium participandum, n. 4. ibid.
Emptio Æthiopum, ſeu Indorum an ſit licita, num. 5. ibid.
Res ſacra, religioſa, & ſancta vendi non poteſt, & qui vendidit, Giezita, qui emit Simoniacus dicitur, n. 6. ibid.
Venditio ſpiritualium annexarum nulla eſt, vide *Patronatus*.
Venditio ſepulturæ nulla eſt, juris verò ſepeliendi valida, num. 9 & 10
Rei ſacræ, ſi prophana fit, valet, & locus Eccleſiæ dirutæ, n. 11. & 12. p. 484
Rerum Eccleſiæ, & ſacrarum valet pro redemptione captivorum, vel pro alendis pauperibus, quando aliunde non poſſint ali, n. 13
Vaſa Eccleſiæ ſi vendantur alii ſine conflatione, vendi poſſunt, n. 15
Alia, vide *Bona Eccleſiæ*.
Bonorum civitatis, aut oppidi Venditio, vide *Bona, Civitas*.
Venditio rerum, quæ ædibus ſunt affixæ, non valet, nec jurejurando firmatur, nec in alium contractum deduci poſſunt, g. 1. l. 16 t. 5. n. 1. & 5. p. 509
Valet ſi immineat ruina, niſi deformitas ex ea ſequatur, nam cogitur reædificare, vel ad Vendendum, num. 6
Valet ſi abſque detrimento poſſunt avelli, vel ſi ſint affixæ parvæ domunculæ, n. 7. & 8
Vendens rem domui affixam, qua pœna puniatur, num. 9. ibid.
Venditio ſervi, qui eſt in fuga, nulla eſt, niſi poſtquam eſt apprehenſus ratificetur. Mandatum ad vendendum poteſt dare perſonæ habili, num. 10. 12. ibid.
Vendi, nec emi poſſunt venena, nec alia, quæ per admixtionem alterius rei uſui humano non valent ſervire, g. 1. l. 17. n. 1. ibid.
Vendens ea qua pœna puniatur, vide *Pœna*.
Mixtum vendi poteſt, ſi eadem ratio non militet, num. 4. ibid.
Venditio rei emptoris, quando valeat, vide *Emptio*.
Venditione facta à tribus ex ſociis an præjudicetur alter ſocius, g. 1. l. 18. t. 5. n. 10. p. 512
Vendens ſimpliciter rem, ſeu oneroſo contractu contrahens, totam vendere præſumitur, etſi pro parte ſit aliena, ſi ex qualitate pretii, ſeu ſcientia emptoris contrarium non colligatur, num. 11. uſque ad 20. & g. 1. l. 32. n. 163. p. 582
In Venditione veniunt, quæ emptor venire credit, g. 1. l. 18. t. 5. n. 19. p. 513
Venditor, etſi ſit mulier, tenetur emptori declarare qualitates rei, & non ſufficit, quòd obſcure, vel ſub involucro verborum verbis generalibus, & profuſioribus declaret, aliàs ad omne intereſſe tenebitur, n. 22. uſque ad 30. ibid. g. 1. l. 63. t. 5. n. 5. p. 850
Venditor præſumitur ſcire qualitatem rerum ſuarum, num. 34. p. 514
Venditio rei alienæ etiam inter ſcientes valet, g. 1. l. 19. t. 5. n. 14. 16. p. 516

Rei mobilis alienæ non valet, quia furtum committitur, n. 3. 9. ibid. & g. 3. n. 16. p. 521
Rei furtivæ nulla est Venditio, nisi solus venditor sciat, rem esse furtivam, n. 4. & 5. p. 515
Venditio rei alienæ respectu domini nulla est, n. 6
Valet in præjudicium vendentis, ibid. & g. 3. l. 19. n. 18. p. 521. g. 1. l. 32. n. 166. p. 582
Venditor ad ejus traditionem non tenetur, n. 7 usque ad 12. p. 516
Nec vendens rem feudalem sine domini consensu, num. 11. ibid.
In Venditione ante traditionem pœnitentiæ est locus, si ex traditione in pœnam incurritur, num. 12. ibid.
Res mobilis aliena sine vitio furti vendi potest, si solus titulus intervenit, num. 13. ibid.
Venditor rei alienæ, qui à principio erat bonæ fidei, cùm ceperit esse in mala fide, furtum non committit, num. 14
